



ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO.
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
Ordinis Minorum Convent. S. Francisci.

In qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur præterea Dissertatio Hypatica ejusdem Pagii; *& Epistola consularis Henrici* Card. Norisii.
In hac vero editione Fasti Consulares ab A.U.C. 709. ad annum Christi 567. illustrantur, supplentur, & castigantur.
Accedunt animadversiones, in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digestam.


Tomus Quintus.





LUCÆ
Typis Leonardi Venturini MDCCXXXIX.
De Superiorum Licentia.





ANNALES
ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS	LIBERII PAP. ANNUS	CONSTANTII IMP. ANNUS
360.	9.	24.

I. Calamitas ingens ex Concilio Constantinopolitano,



Equitur annus Domini sexagesimus supra trecentesimum, Consulatu Constantii Augusti decimo, & Juliani Cæs. tertio adnotatus, haud multo felicior anno superiori: cum agitationibus præteritæ tempestatis, Constantinopoli tamquam ex alto pelago fluctus impulsi, sese in diversa littora latius effundere: dum, inquam, quæ in Constantinopolitano Concilio ab impiis impie decreta essent, edicto Imperatoris, indicta contradicentibus pœna exilii, fuere in omnibus Romani Imperii provinciis promulgata. In hunc ipsum quoque annum Conci-

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1113. Olymp. 284. an. 4. A. C. 360.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5853.

☉ 5. BA. ☽ 29. P. 25. *April. secundum Alexandrinos*; 26. Mart. *secundum Latinos*. Indict. 3.

JESU CHRISTI 360.

LIBERII PAPÆ 9.

CONSTANTII IMP. 24.

I. [1] AD num. I. Coss. *Constantius Aug. X. & Julianus Cæsar III.* prior juxta tertiam regulam, posterior juxta secundam, propter nempe Cæsarei ejus Imperii Quinquennalia, *quæ agens apud Viennam Augustus jam ediderat*, ut affirmat Ammianus initio libri 21. *Coss. & Quinquennalia Juliani Cæsaris.*

II. A num. II. ad XV. D. Hieronymus in Chronico secundum editionem Pontaci eodem anno Hilarii in Galliam reditum & Constantii Imperatoris obitum consignat. In Opere vero contra Luciferianos tradit, post ejusdem Imperatoris mortem Hilarium reversum esse in Gallias. Quod ita intelligendum videtur, ut Constantio vivente, exilio solutus fuerit, eo vero mortuo Pictavos pervenerit. Ex quo annus Hilarii emortualis, de quo inter Eruditos controversia est, innotescit. Nam cum Sulpicius Severus lib. 2. Hist. scribat; *Hilarius sexto anno postquam redierat, in pa-* *S. Hilarius exilio solutus.*

NOTÆ [1] COss. *Constantius Aug. X. & Julianus Cæsar III.* Gruterus pag. CCLXXXV. 2. 3. 4. 5. cum FL. CL. JULIANI. IMP. VII. COS. III. Ammianus, lib. XX. cap. 1. *Consulatu Constantii, decies, terque Juliani.* Sozomenus, lib IV. cap. XXVI. *Constantio X. & Juliano Cæsare III. coss.* Titulus operis Aurelii Victoris: *Ab Augusto Octaviano usque ad Consulatum decimum Constantii Augusti, & Juliani Cæsaris tertium.* Fasti Idatii, & Prosperi Chronicon: *Constantio X. & Juliano III.* Lapis christianus ex Cœmeterio B. Helenæ apud Boldettium, pag 85. n. 59.

PARENTES. DIONISIO. FILIO. DUL-
CISSIMO. VIX. AN. V. M. VII. D. VIIII. D. P.
XVI. KAL. SEPT. CONSTANTIO. X. COSS. IN. P.

A. ☧ ω

DULCISSIMÆ. FILIÆ. EROTIANETI. VIX. ANN. II. M. VII.
D. XI. DEP. XIIII. KAL. SEP. CONSTANTIO. X. IN PAC.

Latereulus Paschalis post Gennadium de Viris illustribus in Codice Vaticano, ita habet ad hunc annum: DOMINIS NOSTRIS, *Constantium Augustum, & Julianum Cæsarem designans.*

lumConstantinopolitanum propagatum esse, jam supra dictum est. Porro cladibus singularum Ecclesiarum prosequendis impar visa est quævis oratio, & plane gracilis ac debilis omnis stylus; unde Sozomenus (a) argumenti magnitudine superatus, summatim rem complexus, una ferme periodo rem absolvit, cum sic ait: *Perdifficile esset, omnes Episcopos, & sacerdotes, qui tum a suis civitatibus pulsi erant, enumerare: nulla enim gens Romano subjecta Imperio, ab hac calamitate, credo, vacua liberaque fuit.* Hæc ipse.

(a) *Sozom. lib. 4. c. 26.*

II. S. Hilarius ab exilio relaxatus.

Sed illud plane accidit admirandum, quod nonnisi præpotenti manu Dei dici potest esse confectum, ut inter tot Ecclesiarum naufragia, proscriptiones & exilia Episcoporum, unus S. Hilarius, qui exulabat, hujus anni exordio, bis iisdem increbrescentibus turbis, fuerit ab exilio relaxatus, & in Gallias liber redire permissus; cum alioqui adversus Acacianos, quibus valuit viribus, obniti conatus sit, & ipsum Imperatorem gravissimis orationibus sæpe perstrinxerit. Sed quomodo isthæc se habuerint, jam aggredimur enarrare: atque primum hæc ex Severo (b) dum agit de Episcopis ex Seleucia Constantinopolim convocatis: *Aderat* (inquit) *ibi tum Hilarius e Seleucia legatos secutus, nullis certis de se mandatis, opperiens Imperatoris voluntatem, si forsitan redire in exilium juberetur. Is ubi extremum fidei periculum animadvertit, Occidentalibus deceptis Orientales per scelus vinci; tribus libellis publice datis, audientiam Regis poposcit, ut de fide coram adversariis disceptaret. Id vero Ariani maximopere abnuere. Postremo quasi discordiæ seminarium, & perturbator Orientis, redire ad Gallias jubetur, absque exilii indulgentia:* nempe ut, ubicumque esset, reus haberetur exilii. Id quidem pro miraculo habendum esse, qui legerit libellos ab eodem Hilario tunc Constantio datos Constantinopoli, haud puto negabit.

(b) *Sever. lib. 2.*

III. Libelli ab Hilario oblati Constantio.

De his dicturi, illud primum de ipsis libellis admonendum putamus: tres illos, quos oblatos Constantio Severus ait, diversos esse a libellis pro defensione fidei ad Constantium datis, vel adversos ipsum scriptis. Siquidem hi tres (ut Severus ipse declarat) supplices erant, atque ejus argumenti, ut audientiam Imperatoris exposceret, quo adversus insultantes hæreticos coram ipso de veritate fidei disceptaret. Quod cum minime impetrasset, apud eumdem Constantium fusioribus scriptis egit: binos, alterum post alterum, libellos scribens, de quibus singulis suo ordine dicendum est. Sed in primis, ad rerum gestarum elucidationem, illud præmittendum existimamus, tres reperiri libellos ab Hilario ad Constantium, seu contra Constantium scriptos: quorum ille primus habendus, qui mox post exilium Italorum Episcoporum, Eusebii Vercellensis, & collegarum, ad eumdem Constantium scriptus est, ut ex illius contextu facile potest intelligi: est ejus exordium: *Benignifica natura tua*, &c. de quo suo loco superius actum. Secundus vero ille libellus est, seu potius oratio, quam ipse coram Constantio hoc anno habuit, cum esset Constantinopoli, quæ sic incipit: *Non sum nescius Imperator*, &c. Tertius demum ille, quem post præcedentem hoc pariter anno dedit Imperatori; licet perperam illi indita sit inscriptio, qua dicitur, ab Hilario scriptus post ipsius Constantii obitum deceptus est nimirum, quisquis ille fuit qui illam apposuit, quod S. Hieronymus (c) tradat, alium quemdam librum ab Hilario scriptum post mortem Constantii, cum antea meminisset de libello ab eo dato eidem Imperatori, dum esset Constantinopoli, cujus in Chronico itidem meminit. Porro libellus ille scriptus post mortem Constantii, desiderari videtur, sicut & ille, quem idem S. Hieronymus editum affirmat adversus Ursacium & Valentem, qui contineret historiam Synodorum superiore anno gestarum Arimini atque Seleuciæ: quem periisse, dolendum est.

(c) *Hier. de scrip. Eccl. in Hilario.*

IV. Quid Hilarius coram Constantio.

Agamus autem hic primo de oratione hoc anno coram Constantio habita, cujus est exordium: *Non sum nescius, piissime Imperator*: quam quidem hoc anno scriptam esse, ex eo certum deducimus argumentum, quod in ea ait (d) expostulans

(d) *Hilar. ad Const.*

PAGIUS

patriæ obiit; liquet *Hilarium* ineunte anno Christi trecentesimo sexagesimo septimo ad cœlestem patriam migrasse: quod magis suo loco confirmabitur.

III. *Liber Hilarii adversus Constantium.*

Liber Hilarii adversus Constantium Imp. hoc anno exaratus, ipso Hilario teste, qui initio refert, quæ ante quinquennium ipsemet præstiterat, cum Paulinus, Eusebius, Lucifer & Dionysius Ursacii & Valentis factione in exilium missi sunt, quod anno trecentesimo quinquagesimo quinto contigit. Verum quidem est, Hieronymum lib. de Script. Ecclesiast. testari, Hilarium contra Constantium jam demortuum librum scripsisse. At major Hilario de se ipso loquenti fides, quam Hieronymo habenda; vel forsan Hieronymus deceptus, quis nonnisi post Constantii mortem Opus illud publicatum, nisi Hieronymus de alio libro, qui perierit, loquatur, ut inquit Hermantius in Vita S. Athanasii lib. 9. cap. 10.

IV. *Alii Hilarii libri.*

Eodem etiam circiter tempore, teste Hermantio citato, Hilarius librum adversus Ursacium & Valentem scripsit, in quo Historiam Conciliorum Ariminensis & Seleuciæ confecit. Hujus Historiæ fragmenta supersunt, ex quorum præfatione liquet, eam durante adhuc persecutione scriptam. Blondellus lib. de Primatu pag. 479. arbitratur, quæ a 37. pagina prioris editionis leguntur, extracta fuisse ex aliquo alio Opere a S. Hi-

lans: *Incerto enim doctrinarum vento vagamur: & aut dum docemus, perturbamur: aut dum docemur, erramus. Jam vero proximi anni fides quid jam de immutatione in se habet? primum, quæ* homousion *decernit taceri: sequens rursum, quæ* homiusion *decernit & prædicat: tertium deinceps, quæ* usiam *simpliciter a Patribus præsumptam per indulgentiam excusat: postremum quartum, quæ non excusat, sed condemnat. Et quo tandem progressum est, ut neque penes nos, neque penes quemquam ante nos, sanctum exinde aliquid atque inviolabile perseveret?* Hæc Hilarius, sugillans inconstantiam hæreticorum, cum in quatuor Synodis tunc habitis, nempe Ariminensi, Nicæna, Seleuciensi, & Constantinopolitana, tum ab Acacianis, tum ab eorum adversariis, quadruplices diversæ formæ fidei editæ essent. Scripsisse namque hæc visus est Hilarius, cum adhuc speraret a Constantio se publice audiendum; nam post multa sic habet:

V. Retinenda semel suscepta fides. *Locuturus sum tecum cum honore regni & fidei tuæ, omnia ad Orientis & Occidentis pacem profutura, sub publica conscientia, sub Synodo dissentiente, sub lite famosa. Præmitto interim pignus futuri apud te sermonis mei, &c.* In ipsius vero libelli exordio, cum de causa, cur exulet, plura disserat, subinde admonet, ne adeo laboret in immutanda sæpius fide; satisque illam esse, quæ in baptismo esset accepta; atque ait (*a*): *Recognosce fidem, quam olim, optime ac religiosissime Imperator, ab Episcopis optas audire, & non audis. Dum enim, a quibus ea res queritur, sua scribunt, non quæ Dei sunt prædicant: orbem terrarum erroris, & redeuntis in se semper certaminis circumtulerunt: oportuerat enim humanæ cognitionis modestia omne cognitionis divinæ sacramentum illis tantum conscientiæ suæ finibus contineri, quibus credidit: neque post confessam & juratam in Baptismo fidem in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quicquam aliud vel ambigere, vel innovare.*

(a) Hilar. ad Const.

VI. Errores Hæreticorum. *Sed quorumdam aut præsumptio, aut facilitas, aut error, Apostolicæ doctrinæ indemutabilem constitutionem partim fraudulenter confessa est, partim audacter egressa; dum in confessione Patris, & Filii, & Spiritus sancti, veritatem naturalis significationis eludit, ne id maneret in sensu, quod in regenerationis sacramento est confitendum. Ob hoc penes quorumdam conscientiam, nec Pater, Pater; nec Filius, Filius; nec Spiritus Sanctus, Spiritus sanctus est. Sub cujus necessitatis tamquam improbabili occasione, scribendæ atque innovandæ fidei exinde usus inolevit. Qui postquam nova potius cœpit condere, quam accepta retinere; nec veterata defendit, nec innovata firmavit; & facta est fides temporum potius, quam Evangeliorum, dum & secundum annos scribitur, & secundum confessionem baptismi non tenetur. Periculosum nobis admodum, atque etiam miserabile est, tot nunc fidis existere, quot voluntates; & tot nobis doctrinas esse, quot mores; & tot causas blasphemiarum pullulare, quot vitia sunt: dum aut ita fides describitur, ut volumus; aut ita, ut volumus, intelligitur.* Hæc & alia ad Constantium S. Hilarius, levitatis arguens mutatæ sæpissime fidei.

VII. Remedium necessarium omnibus Hæreticis ut sanentur. Sed illud ipsi singulare remedium proponit, atque eum egregiis hisce formulis instruit, quibuscumque a Catholicæ fidei certo tramite aberrantibus etiam profuturis. *Quod* (inquit *b*) *hieme undosi maris observari a navigantibus maxime tutum est, ut, naufragio desæviente, in portum, ex quo solverant, revertantur; vel incautis adolescentibus convenit, ut cum in tuenda domo sua, mores paternæ observantiæ transgressi, profusa libertate sua usi sunt, jam sub ipso amittendi patrimonii metu solus illis ad paternam consuetudinem necessarius & tutus recursus sit: Ita inter hæc fidei naufragia, cælestis patrimonii jam pene profligata hæreditate, tutissimum nobis est, primam & solam Evangelicam fidem, confessam in baptismate, intellectamque retinere, nec demutare quod solum acceptum atque auditum habeo bene credere: non ut ea quæ Synodo Patrum nostrorum continentur, tamquam irreligiose & impie scripta, damnanda sint; sed quia per temeritatem hominum usurpantur ad contradictionem, &c.* inferius vero: *Hoc qui repudiat, Antichristus est; & qui simulat, anathema est. Sed unum hoc ego per hanc dignationis tuæ sincoram audientiam rogo, ut præsente Synodo, quæ nunc de fide litigat, paucis me de scripturis Evangelicis digneris audire.* Hæc & alia ipse; quibus sane comperitur, ea non per libellum, sed coram egisse, antequam ipsa Constantinopolitana Sy-

(b) Hilar. ad Const.

PAGIUS S. Hilario post aliquot annos elucubrato, quod continebat, ut ex fine colligitur, seriem Conciliorum Ariminensis & Seleuciensis; quod conjicit Blondellus ex quibusdam literis ibidem recitatis, annisque CCCLXV. & etiam CCCLXVI. scriptis. Post hæc fragmenta novus quasi liber subjungitur, in quo varia Acta ad idem tempus pertinentia, quæque etiam Hilario attribuuntur, legere est. Sed non desunt, qui illud Opus ob eo abjudicent, quod verba, quibus Acta inter se aliquando connectuntur, tanto Doctore indigna videantur; ob id tamen ea non minus facienda, ut inter Eruditos convenit.

Synodus, ob accusationem plurium Episcoporum longius in hunc quoque annum producta, absoluta esset.

VIII. De libello oblato Constantio ab Hilario. Sed cum tertio (ut ex Severo diximus) libellis oblatis, sibi denegatum omnino esse sentiret, publice adversus ibi existentes hæreticos agere licere, Catholica fide prodita, & manifesta perfidia introducta, zelo æstuans, acrimonia plenum libellum conscripsit, eidemque Constantio obtulit; quem illum ipsum esse putamus, cujus meminit S. Hieronymus, cum ait, Constantinopoli dedisse Constantio viventi hoc ipso anno vigesimoquarto ejusdem Imperatoris, ut habet in Chronico. De quo mea quidem illa est sententia ex iisdem scriptis accepta; ut Hilarius, cum vidisset adeo prostratam Catholicam fidem; & perfidiam exaltatam, invalescentem impietatem summa potentia, grassantemque Imperatoris auctoritate; audientia sibi, quam petierat, publica denegata, meliorum rerum desperatione commotus, libellum illum scripserit, obtulerisque Constantio, quo non amplius blandimentis, ut antea ageret causam fidei, sed sacerdotali auctoritate tempori congrua, intrepido animo, Imperatoris inconstantiam exagitaret, atque perfidiam graviter exprobraret; & si nihil eidem profuturus, ex eo tamen inde promeriturus martyrium.

IX. Falsa inscriptio libelli arguitur. Sed antequam de ipso agamus; ut omnem de eo ex falso titulo, quæ irrepsit de scripto libello illo post Constantii obitum, tollamus ambiguitatem; ipsum hoc anno ab Hilario scriptum esse, ex ea certa firmaque ejusdem assertione probatur, dum ait, quinque interlapsos esse annos ab exilii tempore Occidentalium Episcoporum, usque ad tempus illud, quo ea scribebat: nam inquit (a): *Post sanctorum virorum exilia, Paulini, Eusebii, Luciferi, Dyonisii, quinto ab hinc anno a Saturnini & Ursacii & Valentis communione, me cum Gallicanis Episcopis separavi, &c.* Erat hic plane annus quintus exilii dictorum Episcoporum, quos exulasse constat ex Concilio Mediolanensi, Coss. Arbetione & Lolliano, anno Domini trecentesimo quinquagesimoquinto. Hac igitur habita de quinquennii temporis ratione, hoc ipso anno libellum illum ab Hilario lucabratum esse, affirmare certa fide compellimur.

(a) Hilar. cont. Constant.

X. Mira Hilarii libertas. His itaque in hunc modum perspicuis de scripti libelli tempore redditis, ex eo aliqua hic adducemus, quibus intrepidi animi, sacerdotalis roboris, & invictæ constantiæ egregium specimen editur; ut cum sic orationem aggreditur: *Tempus est loquendi, quia jam præteriit tempus tacendi. Christus expectetur, quia obtinuit Antichristus. Clament pastores; quia mercenarii fugerunt. Ponamus animas pro ovibus; quia fures introierunt, & leo sæviens circuit. Ad martyrium per has voces exeamus, &c.* Quemnam per Antichristum intelligat, inferius declarat, cum hæc subdit in eum vehementer exacerbatus: *Utinam illud potius omnipotens Deus & universorum creator, sed unius Domini nostri Jesu Christi Pater, ætati meæ & tempori præstitisset, ut hoc confessionis meæ in te, atque in Unigenitum suum, ministerium, Neronianis Decianisve temporibus explessem.* Et paulo post: *At nunc pugnamus contra persecutorem fallentem, contra hostem blandientem, contra Constantium Antichristum, qui non dorsa cædit, sed ventrem palpat: non proscribit ad vitam, sed ditat in mortem; non trudit carceri ad libertatem, sed intra Palatium honorat ad servitutem: non latera vexat, sed cor occupat: non gladio caput desecat, sed animam auro occidit: non ignes publice minatur, sed gehennam privatim accendit: non contendit, ne vincatur; sed adulatur, ne dominetur: Christum confitetur, ut neget: unitatem procurat, ne pax sit: hæreses comprimit, ne Christiani sint: sacerdotes honorat, ne episcopi sint: Ecclesiæ tecta ponit, ut fidem destruat.* Sed & post hæc:

XI. Constantius arguitur Antichristus. *Si falsa dicimus, infamis sit sermo maledicus: si vera universa hæc manifesta esse ostendimus, non sumus extra Apostolicam libertatem & modestiam, post longum hæc silentium arguentes. Sed temerarium me forte quisquam putabit, quia dicam Constantium Antichristum esse. Quisquis petulantiam istud magis quam constantiam judicabit, relegat primum, Joannem dixisse ad Herodem, &c.* Inducit in exemplum sanctissimos viros, qui veritatis amore ipsos Reges redarguerunt. Sed & vehementius in eumdem invectus, his addit: *Proclamo tibi, Constanti, quod Neroni locuturus fuissem, quod ex me Decius & Maximianus audirent. Contra Deum pugnas: contra Ecclesiam sævis: sanctos persequeris: prædicatores Christi odis: religionem tollis: tyrannus non jam humanarum, sed divinorum. Hæc tibi a me atque illis socia atque communia sunt.*

XII. Constantii scelera summatim collecta. *At vero nunc propria tua accipe. Christianum te mentiris: Christi novus hostis es: Antichristum prævenis, & arcanorum mysteria ejus operaris. Condis fidem, contra vivens. Doctor profanorum es, indoctus piorum. Episcopatus tuis donas: bonos malis demutas: sacerdotes custodiæ mandas: exercitus tuos ad terrorem Ecclesiæ disponis: Synodos contrahis, & Occidentalium fidem ad impietatem compellis: conclusos urbe una minis terres, fame debilitas, hyeme conficis, dissimulatione depravas. Orientales autem dissensione artifex nutris, blandus alicis, fautores instigas, veterum turbator es, profanus novorum es. Omnia sævissima sine invidia glo-*

gloriosarum mortium peragis: novo inauditoque ingenii triumpho de diabolo vincis, & sine martyrio persequeris. Plus crudelitati vestræ, Nero, Deci, Maximiane, debemus: diabolum enim per vos vicimus. Et infra: *Scelestissime mortalium, omnia persecutionis mala ita temperas, ut excludas in & peccato veniam, & in confessione martyrium.*

XIII. Constantii fraudes.

Et post multa de Constantii in persequendo Christianos fraude magis infesta, quam gladio, hæc etiam in eumdem: *Vestem ovis tua, lupe rapax cernimus. Auro reipublicæ sanctum Dei honoras, & vel detracta templis, vel publicata edictis, vel exacta pœnis, Deo ingeris: osculo sacerdotes excipis, quo & Christus est proditus: caput benedictioni submittis, ut fidem calces: convivio dignaris, ex quo Judas ad proditionem egressus est: Censum capitum remittis, quem Christus, ne scandalo esset, exolvit: Vectigalia, Cæsar, donas, ut ad negationem Christianos invites: Quæ tua sunt relaxas, ut quæ Dei sunt amittantur: hæc tua, falsa ovis, indumenta sunt. At nunc fructus operum tuorum, lupe rapax, audi; neque alia potius, quam quæ gesta sunt in Ecclesia, refers, &c.* Pergit enim narrare illa quæ adversus Catholicos ubique locorum egisset; ut dicat: *Brevius enim adversus Persam, quam adversum nos, armis certatum est. Mutati Præfecti, electi Duces, corrupti populi, &c.* Postque narrata exilia Episcoporum, addit, quod summum scelerum fuit, proscriptionem Liberii Papæ, & de eo quod perpetrasset in Ecclesiam Tolosanam in Galliis: *Quos* (inquit) *tu deinde in Ecclesiam Tolosanam exercuisti furores? clerici fustibus cæsi, diacones plumbo elisi: & in ipsum (ut sanctissimi mecum intelligunt) Christum manus immissæ.* Ita Hilarius, intelligens Rhodanium Episcopum Tolosanum in exilium ab eo missum: ex quibus perspicias auctoritate Hilarii probari lectionem Severi a nobis superius positam, ut loco *Dosanus*, legendum sit, *Tolosanus*. Reliqua autem ab eodem in Constantium prolixius perorata, si lector hæc avidius cupiat, apud ipsum Hilarium legat.

XIV.

At quomodo post talia tantaque in Imperatorem prolata potuit Hilarius ipse a Constantio non occidi? Sed & a decreto exilio relaxari? quinimmo & in Gallias quoque restitui? Qui facit (*a*) ventis pondus, non pro arbitrio eos perflare sivit, sed nutu compescuit: & quemadmodum ad Laban de Jacob locutus est Dominus (*b*): *Cave ne quicquam asperum loquaris contra Jacob, sed in pace sine abire.* Ita Constantio præcepit de Hilario, quem in pace reverti jussit ad suos. Quod autem ad Hilarii reditum spectat; hoc ne anno vel sequenti contigerit, revocari posse videtur in dubium: eum, quem constat a vivente Constantio relaxatum, post ejus obitum, qui anno sequenti accidit, reversum esse in Gallias, S. Hieronymus tradat (*c*); cum tamen in Chronico, hoc anno vigesimoquarto Constantii Imperatoris in Gallias rediisse, idem affirmet.

(*a*) *Job. 28.*

(*b*) *Gen. 31.* Hilarius ex insperato relaxatur.

(*c*) *Hier. advers. Lucif.*

XV. Martinus quærit Hilarium.

Redeunti vero, Romamque primum adventanti, S. Martinus ex Gallinaria insula, in qua solitariam vitam agebat, festinavit occurrere: sed cum jam inde abiisse comperisset, eum est secutus in Galliam. Hæc ex Severo: eadem & Fortunatus de Hilarii in Gallias reditu; quibus addit: *Sed hunc ipsum divino nutu servatum testificor pro correctione multorum. Nam pene totum mundum gravi errore confusum, factis sæpe in Gallia Synodis, per Hilarium fuisse ad viam veritatis adductum, confitetur lingua multorum. Quid autem interest, vel pro æterna vita factum martyrem fuisse, vel amplius vixisse, reliqui ne perirent? Igitur sanctissimam animam etsi gladius persecutoris non abstulit, ipse tamen palmam martyrii non amisit.* Hæc Fortunatus.

XVI. De Antonii Cardinalis Carafæ obitu Auctoris luctus.

Sed luctui jam cedit oratio, & stylum e manu excutit inopinatus eventus: cum inter hæc de Hilario conscribenda, affertur nuncium acerbissimum obitus Illustrissimi ac Reverendissimi D. Antonii Cardinalis Carafæ S. R. E. Bibliothecarii; quo auctore, monitore, dicam & impulsore, Annales hi nostri, qualescumque sint, intra ipsa tamen septa domesticæ cellulæ, instar puellæ, sese verecundius continentes, prodire tandem cœperunt in lucem. Cæterum qui tanti viri claritudine atque splendore prævio summa alacritate feliciter incedere videbantur; ejus discessu, densa obtecti caligine, mæsti resiliunt. Nam sicut eorum egressus ac progressus ipse extitit dux atque promotor; & totum id quod sunt, eidem lector debes acceptum ferre: ita jacturam quoque tuam in eo ex ipsius obitu senties, si forte lentiore gradu eosdem senseris mærentes incedere. Quanta vero putas illum sollicitudine pro te laborasse, cum nutu, voce, quin & clamore impellebat ad cursum, & addebat currenti calcaria? licet ad longioris viæ terminum Nisæus quoque equus ipsi segnior videretur.

XVII. Quantæ æstimationis Ant. Card. Carafa.

At privata hæc dixerim damna, & nullius ferme momenti, si conferas cum illis, quæ universa Christiana Respublica passa est tanti obitu sacerdotis, doctrina etsi non primi, inter primos certe adnumerandi, probitate vero nulli secundi. Quis umquam compluribus retro decursis sæculis adeo de Christianis litteris bene meritus reperitur? cujus industria, intermortua Editio Septuagintaduorum rediviva inexpectata comparuit; & nostra Vulgata, plurimo excusso pulvere, enitescit;

scit; cujus & diligentia, Oecumenica antiqua Concilia, tam Latine quam Græce conscripta, jam sunt candori pristino restituta: Quæ Federicus Borromæus S. R. E. diaconus Cardinalis Amplissimus, ei in adeo honestissima functione dignus hæres accedens, recognita & aucta sub prælo habet. Sed & ejusdem venerandæ memoriæ viri industria tres etiam tomi Epistolarum Romanorum Pontificum, ingens plane Ecclesiæ Romanæ thesaurus e luderibus antiquitatis effossus, jam habentur excusi. Quo quidem nomine quis neget universam ei Ecclesiam Catholicam debere plurimum; nisi ille tantum, qui instar porci negligit margaritas, & sacerdotum merita redditum amplitudine & excrescentia sordide dimetitur? At dum hæc mecum versor, haud absque speciali Dei providentia accidisse videtur, ut post Hilarii recensita trophæa, præclarissimi sacerdotis monumentum hic intexamus: quippe qui in eo quod spectat ad ingenuam illam, nulloque humano affectu præpeditam in dicendo sententiam, & reprehendendo, qui reprehensibilis esset, animi libertatem, Hilarium egregie fuerit imitatus; quin & cæterarum quoque virtutum splendore coruscus, ac virginitatis præsertim nitore fulgens, vere Reverendissimus atque Illustrissimus & vixit, & obiit. At jam invita licet, tanto ductore orba, ad contextum rerum gestarum revocetur languida ac tristis oratio.

XVIII. Macedonius & collegæ quid in Spiritum sanctum.

Quod vero hæreticorum omnium commune est, nempe ut in deterius prolabantur: simulatque Macedonius Episcopatu Ecclesiæ Constantinopolitanæ abdicatus fuit; licet ab Acacio dissentiens, diceret Filium Deum esse, & cum aliis rebus omnibus, tum substantia Patri similem; Spiritum tamen sanctum non ejusdem cum Patre & Filio honoris participem esse docuit, sed ministrum eum & famulum vocavit, eademque de illo, quæ de Angelis vere dici possunt, disseruit. In cujus opinionis cum eo societatem venere Eleusius & Eustathius, & quotquot eo tempore ab illis, qui contrariam sectam sequebantur, abdicati fuerunt. Basilium quoque Ancyranum eadem Macedonii venena ebibisse una cum Eustathio Sebasteno, testatur S. Hieronymus (a) cumque Macedonianæ partis principem nominat.

(a) Hier. de Script. Eccl. in Basilio.

XIX. Marathonius propagator hæresis Macedonianæ.

(b) Sozom. l. 4. c. 26.

Quorum quidem doctrinæ (inquit Sozomenus b) *non exigua populi multitudo tum Constantinopoli, tum in Bithynia, Thracia, & Hellesponto, tum denique in aliis nationibus finitimis paruit. Etenim vitam, cui populus maxime solet animum attendere, non male instituebant. Nam incessus graves illis, & vivendi ratio similis monachorum fuit, oratio non indiserta, indoles ad persuadendum apta; qualem etiam eo tempore Marathonium fuisse tradunt: qui cum Quæstor esset publicus militum Præfectis inservientium, multas collegit divitias: & ut primum militiam deseruit, ad conventus ægrorum & pauperum cura ac studio sublevandos, se totum contulit; postea vero Eustathii Episcopi Sebastiæ vitam monasticam amplexatus est, & conventum monachorum Constantinopoli coegit, qui etiam ad hoc tempus successionis serie continuatus manet. Hanc hæresin partim studio, partim pecunia adeo auxit Marathonius, uti non sine causa (ut mihi quidem videtur) Macedoniani a nonnullis Marathoniani vocarentur. Nam solus iste cum collegis suis monachis causa extitit, quo minus hæc hæresis Constantinopoli penitus extincta esset. Etenim ex eo tempore, quo Macedonius abdicatus erat, ad Imperium usque Arcadii, Macedoniani neque Ecclesiam, neque Episcopos habebant: nam illud minime ab Arianis permissum est, qui omnes secum doctrina & opinione dissentientes Ecclesiis ejecere, gravibusque affecere suppliciis.* Hæc Sozomenus.

XX. Eleusius propagator sectæ Macedonianæ.

Qui tamen in eo corrigendus est, quod ait ab hoc anno usque ad tempora Arcadii Imperatoris Macedonianos Episcopis caruisse: nam in primis liquet ex his quæ ex Basilio dicta sunt, Eustathium, Eleusium, Basilium Ancyranum, & si qui alii depositi ab Acacianis in Concilio Constantinopolitano Episcopi, hos omnes hæresi Macedonii adhæsisse. Ex Gregorio Nazianzeno item constat ad Nectarium Episcopum Constantinopolitanum scribente (c), jam tempore Theodosii Macedonianos sibi Episcoporum nomina usurpasse; nam ait: *Macedoniani autem factione contendentes eo temeritatis & vesaniæ proruperunt, ut Episcoporum nomen sibi ipsis adsciscant, atque his in locis appareant, caputque exerant, Eleusium suæ electionis auctorem garrientes.* Hæc Gregorius. Quod autem Eleusius Cyzici Episcopus ejusmodi Macedonianorum hæresis habitus sit facile princeps, inde accidit; quod cum Macedonius in suburbiis Constantinopolis agens, haud diu post excesserit ex hac vita (d): post obitum Constantii Eleusius Cyzici prævalens, ibidem propagavit sectam Macedonianorum; ob eamque causam eadem urbs dicta fuit Civitas Macedonianorum: sic enim eam appellat Anastasius Nicænus Episcopus, cum præstigias ejusdem Macedoniani magi recenset his verbis (e):

(c) Gregor. Nazian. ad Nectar.

(d) Sozom. lib. 4. c. 25.

(e) Anast. Nic. q. 1. 23. tom. 6. Bibl. Sanct. Patrum.

XXI. Præstigiæ Macedoniani Episcopi.

Fui & aspexi hæreticum Cyzici, quæ est Civitas Macedonianorum, qui dicuntur Pneumatomachi; qui oleam arborem, ex loco in quo stabat, in alium locum precationis prætextu transtulit, adumbratuæ ram fenestram inanis eorum auditorii. Et cum quidam iniquus fœnerator vexaret mulierem viduam propter æs alienum

mari-

mariti, & ab ea exigeret non quod debebat, sed longe amplius: Hoc cum rescivisset prædictus Episcopus hæreticus, ejus marito nondum sepulto, cum adhuc efferretur, detinuit lectum in quo jacebat, & effecit ut loqueretur mortuus, & diceret quantam deberet maritus suo creditori. Hoc autem hæretico mortuo, in ejus quoque monumento effecta sunt diversa spectra & signa. Propterea ergo non oportet, quemlibet qui signa facit, tanquam sanctum admittere, sed examinare convenienter ei qui dicit (a): Nolite omni spiritui credere: Probate spiritum, num ex Deo sit. Hæc ipse.

(a) 1. Cor. 12.

XXII. Quales Auctores sectæ Macedonianæ.

Magna igitur facta est Macedoniianis accessio tum ex affectatis operibus sanctis, tum etiam quorumdam ipsorum præstigiis. Cæterum provocasse eos ad suum ipsorum auctorem, hoc ipsum confutasse erat: siquidem (quod testificatione antiquorum omnium constat) Macedonio nullus umquam hæreticorum reperitur extitisse crudelior; & Eunomio sectæ propagatore nemo scelestior, ut quæ sequenti anno de ipso dicenda sunt facile demonstrabunt: de immanitate autem Macedonii suo loco superius actum est: de Macedonianis vero sæpe dicendum inferius: modo satis de ipso exordio hæresis post Synodum Constantinopoli habitam, ejusque propagatione significasse.

XXIII. Serapion ad Athanasium de Macedonianis scribit.

Jam vero cum increbrescens fama novæ hæresis pervasisset quoque Ægyptum, Serapion ille Magnus Episcopus Thmuis reddidit de his certiorem Athanasium latentem hoc quoque tempore in eremo: quibus ille auditis, licet e latebris, continuo & ipse primus jacula intorquere aggressus est in monstrum: id quidem redditæ ab Athanasio litteræ ad Serapionem suo ipsarum initio his verbis significant (b).

(b) Ath. ad Serap. de Spir. S.

XXIV. Epistola Serapionis.

Litteræ tui sanctissimi affectus datæ mihi sunt in eremo. Etsi tum acerba erat contra nos persecutio, & multiplex pervestigatio eorum, qui me ad necem quærebant; tamen Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis nos in litteris tuis consolatus est: nam refricata mihi memoria tuæ pietatis, cæterorumque qui legitimi ingenuique Christiani sunt, videbar mihi eos præsentes habere. Diu igitur eas litteras cum gaudio in manu tenebam. Cæterum ubi eas perlegissem, incœpi denuo mærore angi. Scripsisti enim, carissime, & vere desideratissime, & ipse quoque mæstus, quosdam ex Arianis prodiisse, qui cum male ferant blasphemiam in Filium, ipsi tamen male sentiant de Spiritu Sancto: dicuntque non solum creaturam esse, sed unum quoque ex spiritibus ministris, & gradu tantum a cæteris Angelis differre, &c.

XXV.

Sed eo periculosius eadem hæresis grassari cœpit, quod licet prodiret ex Arianis, tamen ejus promulgatores adversari se Ario profitebantur; atque adeo venenum melle illitum, nempe Catholico nomine super inducto, propinabatur. Unde idem Athanasius ad eumdem prope finem, post multa in confutationem novæ hæresis egregie lucubrata, hæc addit: *Sed gratia Deo, quod (ut scribis) latere nequiverunt sub eo prætextu, quo se simulant Arianis contradicere: nam & apud illos in odio sunt, eo quod Spiritum dumtaxat, & non pariter cum eo etiam Verbum creaturam esse pronunciant; & male apud omnes audiunt, ut perduelles, oppugnatoresque Spiritus sancti:* Et paulo post: *Ego igitur etsi agam in eremo, tamen ob improbitatem eorum, qui alios avertunt a veritate, nihili faciens eorum de nostræ dictionis tenuitate & humilitate subsannationes paucis scripsi, & tuæ pietati transmisi, plurimum te exhortans, ut in istis legendis quædam emendes; & ubi imbecillior est dictio, veniam dones. Ego enim secundum Apostolicam a patribus acceptam fidem ista tradidi, nihil prorsus aliunde adjiciens; sed sicut didiceram, scripsi, quæ cum sacris Scripturis congruerent, &c.*

Prodit Hæresis Catholico nomine.

XXVI. Athanasius primus oppugnat hæresim Macedonianam.

Ab Athanasio igitur, & ex eremo, ubi velut sagitta in pharetra latitabat (c), primum tamquam e nubibus fulmen, adversus Pneumatomachos recens obortos, scriptio prodiit; ut, quem acerrimum divinitatis Filii vindicem idem divinus Spiritus constituerat, eumdem quoque voluerit esse suæ unius cum Filio & Patre substantiæ defensorem. Hic rursus illud, lector, considera, a quonam ejusmodi hæresis promulgetur, & a quo primum pariter impugnetur; ut vel ex personis saltem discas dignoscere dogmatis veritatem.

(c) Hierem. 1.

XXVII. Ex meritis personarum cognosci interdum Dogmata.

Ecce tibi Macedonius, ex hominum carnificina exiens, sanctorum cæde cruentus, martyrum madens sanguine, totus tumens, totus furens, adeo ut eam ob causam a cæteris Arianis, quod ejus nomine secta nimium infamaretur, & ab ipso Imperatore Constantio, Catholicorum alioqui pœnarum avido, odio haberetur, atque a sede Constantinopolitana pariter deponeretur magna cum ignominia: Hic, inquam, sic comparatus, cum in odium suorum, a quibus sententiam justam passus erat, Arianæ hæresi incœperit adversari; ne tamen impius & veternosus hæreticus impietate careret, hæresin talem, tantamque satanæ afflatus spiritu adversus Spiritum sanctum blasphemiam furibundus evomuit. Cui ex adverso pro assertione divinitatis Spiritus sancti progreditur e sancta eremo Athanasius, mitissimus omnium hominum; non inferens, sed patiens persecutiones; non perdens quemquam, sed factus cæteris causa salutis, deque exantlatis pro veritate tuenda certami-

minibus mille coronis auctus, ubique spectatus, & Ecclesiæ Catholicæ laudibus commendatus, licet numquam satis laudatus.

XXVIII. Perutilis admonitio. Hos, inquam, cum tamquam in campo ad certamen positos contemplaris, quem horum divino afflatum Spiritu, veritatis patrocinium suscepisse, dixeris? Macedonium ne inferni fuligine plane furvum, gehennæque ignes spirantem, an Athanasium jubare operum sanctorum coruscantem, & divini Spiritus gratia sublimatum? Erit id perfacile cuique judicare; ut nec opus sit, ex aliis probationibus superadditis, secundam vel tertiam a Judicibus expectare sententiam. Sit tibi (quod alias te admonuisse meminimus) ad alia omnia dijudicanda dogmata, quænam vera, vel falsa, collatio ista tamquam lapis Lydius. Cum enim perspexeris, quis qualisve fuerit, & quem finem sortitus sit dogmatis cujusque auctor, & qui pariter qualesve ejus impugnatores extiterint; erit, ut in his dignoscendis, compendiosa quadam via scopum veritatis attingas.

XXIX. Athanasii modestia. Sed ut ad Athanasium redeamus, admiranda plane in eo elucet modestia, animique demissio, dum sua scripta a Serapione cupit emendari. Talis namque esse consuevit Orthodoxorum tractatorum, quamtumlibet scientia eminentium, mentis non sublime sapientis, vel fausto turgentis institutio, ut libenter sua exponant aliorum arbitrio, eorum præsertim, quos noverint cum fidei sinceritate egregiam scientiam habere conjunctam. Erat hujusmodi quidem Serapion iste, ex monacho Episcopus, & Theologicis facultatibus apprime imbutus; de cujus scriptis hæc Sanctus Hieronymus (a): *Serapion* (inquit) *Θμύιτης Ægypti urbis Episcopus, qui, ob elegantiam ingenii, cognomen Scholastici meruit, carus Antonio monacho, edidit adversus Manichæum, egregium librum, & de Psalmorum titulis alium, & ad diversos utiles epistolas: & sub Constantio Principe etiam in confessione inclytus fuit.* Hæc ipse.

(a) Hier. de Script. Eccl. in Serap.

XXX. Ariani iidem & Macedoniani. Porro blasphemia ista postea ab iis quoque qui Filium Dei pariter blasphemabant, ab Arianis inquam, avide suscepta est; ac proinde ubicumque tam in Oriente, quam in Occidente, Ariana hæresis diffunderetur, Macedoniana æque propagabatur: adeo ut ad novellam hæresin fulciendam nihil omitterent Ariani, falsantes ea de causa etiam sacros codices; hinc justa illa S. Ambrosii querela in commentariis quos edidit de Spiritu sancto (b): *Ipse* (inquit) *Dominus dixit in Evangelio: Quoniam Deus Spiritus est: quem locum ita expresse Ariani testificamini esse de Spiritu, ut eum de vestris codicibus auferatis: atque utinam de vestris, & non etiam de Ecclesiæ codicibus tolleretis. Eo enim tempore, quo impiæ infidelitatis Auxentius Mediolanensem Ecclesiam armis exercituque occupaverat, vel a Valente atque Ursacio nutantibus sacerdotibus suis incursabatur Ecclesia Sirmiensis, falsum hoc & sacrilegum simulacrum tamen in Ecclesiasticis codicibus deprehensum est: & fortasse hoc etiam in Orienta fecistis. Et litteras quidem potuistis abolere, sed fidem non potuistis auferre: plus vos illa litura prodebat, plus illa litura damnabat: neque enim vos poteratis oblinire veritatem, sed illa litura de libro vitæ nomina vestra delebat.* Hæc Ambrosius.

(b) Ambros. de Spiritu Sanct. l. 3. c. 11.

XXXI. Donatus favet hæresi Macedonianæ. Sed & eodem ferme tempore Donatum Episcopum Carthaginensem partis schismaticorum, quod fœdus (ut dictum est) iniisset cum Arianis, testatur S. Hieronymus scripsisse librum de Spiritu sancto, Ariano dogmati congruentem. Sic igitur videas, eam hæresin ipso sui ortu, faventibus Arianis, eamque ferentibus, perinde ac Arianum contagium, universum prope Christianum orbem occupasse: qua de re sæpius inferius.

XXXII. Eudoxii petulantia. Quod autem ad Eudoxium fæcem hæreticorum omnium spectat, quem tamquam ostentum Constantius Imperator in Ecclesia Constantinopolitana evexit Episcopum, Sozomenus (c) hæc habet: *Ad decimum vero Consulatum Constantii, Juliani vero Cæsaris tertium: primo tempore quo conventus in dedicatione magnæ illius Ecclesiæ, quam Sapientiæ nomine nuncupant, agebantur; fertur, Eudoxium conscenso Episcopali solio, quo populum doceret* (subrogatus erat in locum Macedonii, ejus Civitatis Episcopi) *in ipso concionis exordio dixisse, Patrem impium esse, Filium vero pium. Quo dicto cum populus tumultuari inciperet: Conquiescite, inquit: Patrem impium dico, quia neminem colit: Filium vero pium, quia Patrem coluit. Quod cum dixisset, risus auditoribus excitatus est.* Sic ludebat scelestus in rebus maximi ponderis, veluti joculator. At subdit Sozomenus.

(c) Sozom. l. 4. c. 25.

XXXIII. Studium Eudoxii & Acacii. *Est porro ab isto & Acacio communi consensu maxime laboratum, ut omnes in oblivionem decretorum Concilii Nicæni adducerentur. Quinetiam formulam fidei Arimini perlectam, cum appendiculis, quas ipsi, quasi eam meliorem effecturi, adjecissent, passim in universum Imperium mitterunt: jusserunt, idque de Imperatoris mandato, omnes qui ei subscribere recusarent, exilio mulctari. Nam ferunt hoc studium ab illis susceptum esse, quod putabant facile se ac sine negotio conatum suum ad exitum perducturos. Quod quidem calamitatum initium erat plane maximarum. Siquidem perturbatio non dissimilis his, quas ante commemoravimus, per totum Imperium pervasit; itemque persecutio par*

fere illis, quas Gentiles Imperatores jam olim excitaverant, omnes omnium Ecclesias occupavit. Nam licet quibusdam, quantum ad cruciatus corporis attinebat, remissior videretur; prudentibus tamen propter dedecus multo revera acerbior. Nam utrique, & qui persecutionem ciebant, & qui erant eadem afflictati, de Ecclesia fuerunt. Itaque eo turpior clades erat, quod quæ hostes facere soleat, eadem in tribules facta sunt. Atqui sacra lex vetat, tales nos ostendere etiam adversus exteros & peregrinos. Ista quidem novitas a multis approbata, in dies magis magisque crevit, & ad aliarum rerum novandarum studium serpsit; atque arrogantia elata, patria & avita instituta capit contemnere, legesque proprias & suas condere. Hæc ex Sozomeno.

XXXIV. Cæterum quod item ad Eudoxium spectat; tantæ compertus est fuisse impietatis, ut cum Eunomio paria de Filio Dei sentiret, esse Patri dissimilem: occultabat tamen scelus; suadens quoque scriptis Eunomio, ut horrendam blasphemiam ad tempus tegeret, fore aliquando ut eamdem magnifice propalaret: isthæc quidem de eo pluribus Theodoretus (*a*); cujus quoque assertione illud compertum habetur, Eudoxio ob excellentiam impietatis Ætium inhæsisse: illum vero ambitiose obtinuisse, ut eorumdem hæresis sectatores non ab Ætio Ætiani, sed ab ipso Eudoxio Eudoxiani nominarentur. Eunomius autem, licet ab Eudoxio adversus accusatores sæpe defensus; tamen cum impius esse convictus omnino fuerit, consilio ejusdem Eudoxii fugam arripiens, hæresin, quam foverat verbis, scriptis audacius propalavit, atque præstans impietate evasit hæresiarcha, Ætio magistro non impar, de quo S. Basilius (*b*):

(*a*) *Theod. l.2.c.29.* Eudoxiani dicti Ætiani.

(*b*) *Basil. adverso Eunom. l.1. prope princ.*

XXXV. Eunomius Hæresiar. procacissimus.

Eunomius iste Galata, qui e rebus sibi ipsi turpissimis factus illustrior (Gloria enim, inquit Apostolus, in confusione ipsorum) cum futuris pietati præmiis eum honorem prætulisset, qui ipsum consequeretur, si, quæ nullus umquam attigit, conscripsisset; blasphemiam, quam pressis adhuc labiis aliqui obloquebantur, splendidis his scriptis suis ausus est prædicare; princeps enim atque defensor totius hæresis appellari concupivit. Hæc S. Basilius: qui cum Eunomium appeller Galatam, erroris arguitur Sozomenus (*c*), dum eum Cappadocem patria fuisse tradit, ex eo deceptus, quod, quem constat vixisse in Cappadocia, natum in ea Provincia existimavit: homo certe nequissimus, & si quis alius umquam immenso tumore mentis elatus. Etenim quo ejus processerit fastus, vel insania potius, vix credibile videtur: nam de eo Theodoretus (*d*) hæc ait: *Ausus est enim dicere, nihil se ex rebus divinis ignorare, sed ipsam etiam divinam substantiam exacte novisse; eamdemque de Deo se habere cognitionem, quam de se ipso habeat ipse Deus. Hoc ejus furore perciti qui sunt execrandæ illius sectæ participes, audent & aperte dicere, se ita Deum nosse, ut ipse se ipsum.* Ita Theodoretus.

(*c*) *Sozom. l.7.c.27.*

(*d*) *Theod. l.4. hæret. fabul.*

XXXVI. Isthæc de procacia Eunomii cum S. Basilius accepisset, ut ejus retunderet efferentem se adeo petulantiam, sic ad ipsum Eunomium scripsit (*e*): *Qui ea quæ sunt, scrutatu facilia esse dicit, omnino viam quamdam ac rationem, ex eorum, quæ sunt, cognitione, mente sua complexus est, & in his quæ comprehensibilia sunt & minutiora, exercitatus, per hujusmodi cognitionem & incomprehensibilem phantasiam ultra omnem cognitionem promovit. Itaque qui se existentium scientiam assecutum esse gloriatur, exponat nobis, quomodo quod minimum est eorum, quæ in lucem prodierunt, natura habeat: &, quæ formicæ sit natura, dicat: an spiritu, vel anhelitu vita ipsius contineatur: an corpus habeat ossium districtione concinnatum ac disertum: nervisne ac nodulis conjuncturarum roborata sit: an musculorum & glandularum complexu, nervorum natura undequaque conservetur: an e sincipite per dorsuales nodos ad caudam usque medulla prorogetur: utrum ex nervosa pelliculæ conflexione motis membris sit progrediendi facultas: habeat ne hepar: an sub hepate sit flavæ bilis folliculus: utrum renes habeat, & cor, & arterias, & venas, & membranas, & diaphragmata: nudave sit, vel crinita: an unius tantum generis, aut multiformis utatur pedibus: quamdiu vivat; & quæ sit illi propagandæ posteritatis ratio: quotuplo fœtu, dum generat, fœcundetur: & quomodo nec pedestres omnes sint formicæ, nec alatæ omnes; sed aliæ humi repant, aliæ vero per aera volitent. Dicat itaque formicarum nobis naturam, qui eorum, quæ in natura sunt, scientiam cum fastu se prædicat assecutum: atque ita demum de potentia illa omnem intellectum superante disputet. Si vero scientia minutissimæ formicæ nondum es assecutus naturam; quomodo incomprehensibilem Dei potentiam imaginatione tua comprehensum esse gloriaris?* Hactenus Basilius ad Eunomium.

(*e*) *Basil. epist. 168.* Basilius redarguit Eunomii temeritatem.

XXXVII. Eunomii arrogantia quo progressa. At qui tantam sibi divinarum rerum arrogabat scientiam, quique negabat Filium Patri similem, ipse se (proh scelus!) similem scientia prædicabar Altissimo. Sed quid inde evexit iste, cum scrutatus divinam majestatem, in terram descendens homines docuit? Audi Gregorium Nazianzenum (*f*) Eunomii & Eunomianorum prodentem horrendam auditu blasphemiam: *Deum quidem* (inquit) *Filium esse fatentur, cum hoc ab eis & ratio ipsa & Scripturæ testimonia extorqueant; sed æquivo-*

(*f*) *Gregor. Nazian. de Theol. or. 3.*

ac Deum dici, ac nominis solius participem esse contendant. Perinde ac animal pictum, animal nomine tenus dicere consuevimus. Et de Incarnationis incomprehensibili mysterio quid assecutum se dixerit homo vaniloquus, recitat Gregorius Nyssenus (*a*); nimirum, Dei Verbum non secundam substantiam, at secundum virtutes tantum humano corpori unitum esse.

(*a*) *Greg. Nyssen. de anima l. 2. c. 12.*

XXXVIII. Blasphemiæ aliæ Eunomii.

Sed & si ad inferiora descendas; videas, quid docuerit in Ecclesia homo scientia Deo non impar: qui Filium Dei negavit *Deum*; nec Verbum hominem factum, Joanne iste sapientior, affirmabat: hic, inquam, fidem, quam ipse prædicabat, sufficere ad salutem jactabat, etiam si gravia atque enormia quis crimina perpetraret, atque in iisdem perseveraret assidue. Testatur id de Eunomio Augustinus (*b*). En quam mirificum & excellentem recentiores hæretici gloriari possunt se nactos esse doctorem; qui quæ ille ex intimis penetralibus divinæ mentis secreta hausit, affatim participantes, id ipsum eructent; satis scilicet fidem esse absque operibus ad salutem.

(*b*) *Aug. de hæres. c. 54.*

XXXIX. Recentiorum hæreticorum cum Eunomio antiqua cognatio.

Quin & hic idem illorum magister eas in ipsorum animos instillavit blasphemias, quas & avide acceperunt, nimirum, sanctorum Martyrum reliquiarum, miraculorum, eisdemque adhiberi soliti religiosi cultus contemptum: de eo enim hæc habet S. Hieronymus (*c*) in Vigilantium: *Rides de reliquiis martyrum cum auctore hujus hæreseos Eunomio: Ecclesiis Christi calumniam struis; nec tali societate terreris, ut eadem contra nos loquaris, quæ ille contra Ecclesiam loquitur? Omnes enim sectatores ejus Basilicas Apostolorum & martyrum non ingrediuntur, ut scilicet mortuum adorent Eunomium, cujus libros majoris auctoritatis arbitrantur, quam Evangelia, & in ipso credunt esse lumen veritatis*. Et inferius de eodem Eunomio tradit, ipsum, instar Porphyrii, impie detraxisse miraculis sanctorum Martyrum, quæ dicebat esse præstigias Dæmonum. Docuisse pariter eumdem Eunomium anabaptismum, cum scilicet rebaptizaret eos, qui in nomine sanctissimæ Trinitatis baptizati essent, Epiphanius (*d*) auctor est. De origine præterea & creatione animæ male sensisse, a S. Gregorio Nysseno redarguitur (*e*).

(*c*) *Hier. advers. Vigil. tom. 2.*

(*d*) *Epiph. hæresi 75.*

(*e*) *Greg. Nyss. de anima c. 6.*

XL. Alia Eunomii deliramenta.

Porro adeo infensus hostis fuit sanctissimæ Trinitatis Eunomius, ut quælibet etiam signa, quibus illa repræsentaretur, amoverit: nempe trinam in Baptismo fieri solitam immersionem. Sed & illud ridiculum in baptizando homine excogitavit, ut magna cautela ageretur, ne aqua baptismi alia membra, quam quæ sunt supra pectus, cum quis baptizatur, abluerentur. Testatur id quoque de ipso Theodoretus (*f*), qui addit: *Ad hoc, ut id integre præstare posset, plures baptizandi modos excogitavit, & inter alios illum, cum baptizandum hominem supra subsellium inclinatum ponunt, foras tantum capite prominente; vel modum illum, cum hominem in baptisterio positum totum pannis involutum usque ad ungues, parte superiori pectoris cum capite nudo relicto, baptizabat*.

(*f*) *Theod. l. 4. hæret. fab.*

XLI. Eunomius impurissimus.

Sed qualis doctrina Eunomius, talis & vitæ moribus fuit: quippe discipulus Ætii, asserentis, absque peccato licere se carnis libidinibus quomodocumque polluere, sicque omni ex parte turpissimus, a quibusnam putandus se temperasse impudicitiis, quas censeret sibi perpetrare fas esse? *Vir* (inquit Ruffinus *g*) *corpore & anima leprosus, & interius exteriusque morbo regio corruptus*. Magno namque damno Fidelium, vitam longius Eunomius propagavit: siquidem anno decimoquarto Theodosii Imperatoris adhuc superstes erat, quando S. Hieronymus scribebat commentariolum de Viris illustribus; de quo cum meminit, ait: *Usque hodie vivere dicitur in Cappadocia, & multa contra Ecclesiam scribere. Responderunt ei Apollynarius, Didymus, Basilius Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus*. Hæc S. Hieronymus. Legibus quoque Imperatorum Catholicorum damnatus est, quod secreto conventus cogeret: unde (inquit Theodoretus *h*) accidit, ut iidem Eunomiani dicti fuerint Troglodytæ. Sed & testatur ad sua tempora in exiguum numerum ejus sectam redactam esse. Habuit discipulos magistro impietate non impares, & inter alios Urbicum Potentinum, cujus meminit Athanasius (*i*): habuit & Philostorgium discipulum, ingentem laudum suarum præconem (*k*).

(*g*) *Ruffin. l. 1. c. 25.*

(*h*) *Theod. de hæret. fab. lib. 4.*

(*i*) *Athan. de syn.*

nom.

(*k*) *Niceph. lib. 12. c. 29.*

XLII. Eunomii scripta qualia.

Quod autem ad Eunomii lucubrationes pertinet; non tantum fuerunt impiæ, sed planæ insulsæ, utpote hominis dialecticis tantummodo disciplinis excalti, qui sacras litteras leviter attigit. Socrates (*l*), ejus scriptorum monimenta recensens, hæc de ipso ait: *Eunomius Ætii cognomento impii scriba fuit: qui cum eo vitam degens, fallaces ratiocinandi concludendique modos, qui sunt sophistarum proprii, ab illo didicit, eosque sedulo imitatus est. Quinetiam inanibus ineptisque vocibus operam dare, sophismataque quibus ipse irretiretur, contexere, impudens aggressus, illisque arroganter inflatus, ad blasphemiam præceps ruit*. Et paulo post: *At tametsi sacrarum litterarum prope ignarus imperitusque fuit, neque potuit omnino eas intelligere; tamen verba variare, eademque semper aliter atque aliter dicere potuit. At quod sibi ad dicendum proponebatur, nunquam attigit, sicut septem*

(*l*) *Socrat. l. 4. c. 7.*

tomi ab illo in Apostoli Pauli ad Romanos epistolam tam inepte compositi satis perspicue declarant. Nam cum multa verba inaniter de ea epistola profuderit; institutum tamen Apostoli animo capere nullo modo valet. Extant alii ejus libri his consimiles; de quibus si cui in animo sit periculum facere, in magna verborum copia miram sententiarum inopiam reperiet. Hactenus Socrates: his consentientia alii quoque scripsere, & inter Græcos novissimos late Saidas.

XLIII. Hæreses ex Ariana propagatæ impietate. (a) Theod. lib. 4. haeret. fab.

Jam vides, lector, ex infelici radice Arianæ hæresis tot prava germina propagata, nempe Eusebianos, Ætianos, Photinianos, Eudoxianos, Acacianos, Eunomianos, Macedonianos, atque Psatyrianos, quorum meminit Theodoretus (*a*); qui impie dixerant, idem esse in Deo gignere, atque creare: quibus adjungit Cyrtianos, atque Dalianos, qui Dei Filium Patris servum phanatice dixerunt. His igitur de hæresibus, quæ ex Ariana hæresi pullularunt, deque amotione & suffectione diversarum sedium Episcoporum, ordine recensitis; reliquum est, ut de Antiochena sede, cui præerat Eudoxius translatus Constantinopolim, cuinam post illum obtigerit, pauca dicamus. Atque illud primo memoria repetendum, Anianum illum, qui Eudoxio in Concilio Seleuciensi damnato, ab eadem Synodo fuerat substitutus, a Comitibus eidem Synodo præsidentibus fuisse in exilium amandatum: atque ob eam causam relicta erat ipsa Civitas absque Pastore, libentius ferens solitudinem suam, quam hæreticum sibi Episcopum dari.

XLIV. (b) Sozom. lib. 4. c. 27. Meletius ab Eudoxio datur Episcopus Antiochenis.

Quo tempore (inquit Sozomenus *b*) *Eudoxio Ecclesiam Constantinopolitanam gubernante, multi sedem Antiochenam magno studio ambire cœperunt, & contentiones ac seditiones variæ (quod credibile erat in rebus ejusmodi evenire) tum in clero, tum in populo forte ortæ sunt: nam singuli eum, quem sperabant secum fide consensurum, ad Ecclesiam gubernandum delegerunt. Nondum enim desierant de doctrina fidei dissidere, neque adhuc in Psalmorum, & Hymnorum cantu consenserant; sed, quod canebatur, singuli ad suam opinionem (ut ante dictum est) accomodabant. Cum hic igitur esset Antiochenæ Ecclesiæ status; percommodum visum est Eudoxianis Meletium Sebastia Antiochiam transferre, virum tum ad dicendum, tum ad persuadendum valde idoneum, ipsa quoque vita ratione spectatum, & cum ipsis jam ante opinione conjunctum. Nam fama & æstimatione ejus futurum putabant, ut non modo accolas Antiochiæ, verum etiam urbes finitimas, & maxime olim Eustathianos, qui ita de Deo, sicut Concilium Nicænum tradiderat, sentiebant, omnino ad suam sectam attracturus esset.*

XLV.

Sed longe ipsos sua fefellit opinio. Nam ut venit Antiochiam, dicitur magnam populi multitudinem tum Arianorum, tum communionis Paulini in unum convenisse; partim quo eum, de quo tam celebris fama ante ejus adventum eo pervenerat, oculis viderent: partim quo quid dicturus, & quibus partibus esset suffragaturus, intelligerent. Etenim fama jam illuc pervaserat, eum doctrinæ Concilii Nicæni approbatorem esse. Quod quidem eventus rei plane declaravit. Nam tametsi principio eo genere concionum, quod ad mores informandos pertinet, publice utebatur; ad extremum tamen, Filium ejusdem cum Patre substantiæ esse, palam asseruit.

XLVI. Meletius ex insperato fidem Catholicam profitetur.

Dicitur porro, Archidiaconum illius cleri, dum adhuc concionaretur, ad eum accurrisse, &, manu admota, ejus os obturasse: eum autem manu multo evidentius, quam voce, sententiam suam populo indicasse: Nam primum tres tantum digitos palam, ut omnes viderent, extendisse; deinde eosdem rursus compressisse, uno solo porrecto: qua quidem manus suæ figura, tamquam effigie quadam, populo expressit tum quæ sentiret, tum quæ dicere constituisset. Cum autem hic conatus Archidiaconi frustratus esset, & ore dimisso manum Meletii comprehendisset; Meletius, cum linguam haberet liberam, clamore, voce, & oratione pleniore suam declaravit opinionem, populumque cohortatus est decretis Nicæni Concilii adhærescere; ingenueque apud auditores testificatus, eos, qui aliter sentirent, a veritate penitus aberrare. Ubi vero non intermisit eadem ipsa, quantum poterat, adversus archidiaconum ipsum impedire conantem, modo ore efferre, modo manu vicissim demonstrare, & in utraque re enixe præstanda, homini omni certaminis genere exercitato se similem præbere: Eustathiani exclamare, gestire, & præ gaudio tripudiare: Ariani autem animos demittere cœperunt.

XLVII. Meletius ejectus in exilium.

Qua re audita, Eudoxiani graviter succensere, sedulo operam dare, ut Meletius urbe illa pellatur: eum denuo accersere ad se, quo pœnitentia adductus tum opinionem mutaret, tum ea, quæ dixerat, corrigeret. At cum de sententia minime desisteret; Imperatoris mandato, & exturbatus Ecclesia est, & in exilium ejectus. Quo facto, sedes Antiochena Euzojo delata est, qui quidem jam antea simul cum Ario abdicatus fuerat: Meletii autem fautores, se ab Arianis segregantes, conventus separatim egerunt. Nam qui ab initio Filium Patri consubstantialem asserebant, hi cum illis communicare propterea detrectarunt, tum quod Meletius ab Episcopis Arianis creatus fuerat Episcopus; tum quod hi, qui eum sequebantur, a sacerdotibus quoque Arianis baptizati.

Atque isti quidem, licet doctrina fidei consentientes, ob hanc causam divisi sunt. Imperator autem, simul ut accepit Persas res novas moliri, venit Antiochiam. Hæc Sozomenus. Porro adventum Imperatoris Antiochiam nonnisi circa finem hujus anni contigisse, Ammianus tradit (*a*). Eadem quoque de concione a Meletio habita Antiochiæ Epiphanius (*b*) meminit, immo & ipsam integre recitat; cujus est exordium: *Sapientissimus Ecclesiastes dixit, Melior est finis orationis, quam principium, &c.* utpote quod Meletius in suæ ipsius orationis fine confessus esset sanctissimam Trinitatem. Cæterum de his agens Theodoretus (*c*) confundere videtur depositionem & exilium Meletii cum ingressu ejus in sedem Antiochenam; nam Synodum, cujus meminit, tempore depositionis ejus potius contigisse, ex his quæ cæteri tradunt, affirmari posse videtur.

(*a*) Ammian. l. 20. in fin.
(*b*) Epiph. hæresi 73.
(*c*) Theod. lib. 2. c. 31.

XLVIII. Sed quod ad Meletium spectat, hallucinatus est Socrates (*d*), dum ait, ipsum Meletium ex sede Sebastena translatum Berœam, & ex hac civitate Antiochiam: cum potius Berœam in sedem Sebastenam in locum Eustathii nuper depositi fuerit subrogatus, & communi decreto populi, annuentibus Acacianis, Antiochiam accersitus. Eusebius enim Episcopus Samosatenus, cum Meletii animum satis exploratum haberet, sentire eum quæ pia sunt, consentientia Nicænæ fidei, ad eum eligendum Antiochenos Catholicos persuasit, cum reliqui putantes Meletium a suis partibus stare, quod ab Acacianis Sebastenæ Ecclesiæ præpositus fuisset, haud inviti electioni Meletii consenserint: quod quidem decretum electionis firmatum pactis conventis, apud Eusebium, tamquam sequestrem, depositum est. Sed cum (ut diximus) in publica concione sese Meletius secundum Nicænam fidem recte sentire professus esset, ob eamque causam e sede Antiochena depositus: Acaciani, qui tunc erant Antiochiæ, decretum illud de electione Meletii per ipsum Imperatorem nisi sunt surripere ab Eusebii manibus: at vicit ejus constantia. Rem porro gestam Theodoretus (*d*) narrat his verbis:

(*d*) Socrat. lib. 2. c. 34.
Eusebius Episc. Samosat. Meletii promotor.

XLIX. *Eusebius vero ille admirabilis, cujus supra mentionem feci, cuique commune de Meletio decretum commissum fuit, cum videret pacta violata, ad urbem sibi concreditam abiit. Ariani autem, veriti ne decreti illius conscripti testimonio plane coarguerentur, persuadent Constantio, ut nuncium mitteret, decretum ab Eusebio petiturum. Imperator ergo eorum impulsu mittit nuncium, qui, equis in itinere crebro mutatis, quam celerrime tum aliquo proficisci, tum responsa ferre consueverat. Ubi venit ad Eusebium, & mandata Imperatoris ei exposuit: Eusebius, vir sane numquam satis laudatus: Non possum inquit, commune decretum apud me depositum reddere, nisi omnes, qui meæ fidei illud commiserunt, id unum condemnant. Quod responsum nuncius refert ad Imperatorem. Ille ardens iracundia nuncium mittit denuo: jubet decretum reddi: addique in litteris se mandasse nuntio, ut nisi redderet illud, dexteram ejus amputaret: cum tamen hæc ad eum perterrefaciendum solum scripsisset. Siquidem vetuerat, tabellarium illud facere, quod per litteras Eusebio minatus fuerat. Simulatque vero divinus ille vir resignatis litteris intellexit supplicium, quod Imperator ei minatus fuerat; non dexteram solam, sed lævam etiam extendit, jubetque utramque abscindere: Nam decretum (inquit) non reddam, quod Arianæ improbitatis tam clarum indicium dat. Itaque Imperator, intellecta ejus animi magnitudine & constantia, & tum eum plurimum admiratus est, & postea laudibus efferre non destitit. Etenim inimici, præstantes adversariorum virtutes, magnitudine rerum gestarum ad id compulsi, etiam admirari solent.* Hactenus de his Theodoretus.

(*d*) Theod. lib. 2. c. 13.
Eusebii Episcopi Samosateni constantia.

L. Quod autem depositiones Episcoporum ab

PAGIUS V. Ad num. L. ad LV. Valesius in Notis ad Theodoretum lib. 2. cap. 31. arbitratur, Synodum Antiochenam in causa *Meletii* habitam, de qua Theodoretus agit, eandem esse cum illa, de qua Socrates lib. 2. cap. 45. quam ait anno sequenti Antiochiæ celebratam. Sed tam Valesius, quam Baronius, aliique duas Synodos Antiochenas diversis annis congregatas perperam confundunt. Prior Synodus hoc anno coacta, in eaque *Meletius* e Sede Sebastena ad Antiochensem translatus. Hanc Theodoretus laudatus, & Libellus Synodicus diserte memorant; de translatione vero *Meletii* in ea facta agunt Socrates lib. 2. cap. 44. Sozomenus lib. 4. cap. 28. Philostorgius lib. 5. cap. 1. & Hieronymus in Chronico juxta editionem Scaligeri ad annum Abrahami 2376. qui cum mense Septembri currentis Christi anni definit. Ex quo & constat, *Meletium* præsenti anno, non vero sequenti, ut male Valesius autumat, ad Antiochenam Sedem translatum. Præterea Socrates citatus dicit, id factum, *Concilio apud Constantinopolim congregato*, id est, dum Concilium Constantinopolitanum anno præcedenti inceptum nondum absolutum esset. Quare uno eodemque anno duæ magnæ Synodi coactæ.

Duæ Synodi Antiochenæ in causa Meletii.

VI. Posterior *Antiochena* Synodus habita Tauro & Florentio Coss. ut testatur Socrates cap. 45. anno sc. sequenti, *cum Euzoius ei præesset Ecclesiæ*: Meletius enim in exilium actus est a *Constantio, & ipso Antiochiæ agente, in patriam ipsius Melitenem*, inquit Philostorgius lib. 5. cap. 5. ideoque hoc anno exeunte, vel initio sequentis. Etenim Constantius nonnisi hieme sub finem præsentis anni e procinctu Persico Antiochiam venit, teste Ammiano lib. 20. cap. 11. In hac secunda Synodo Antiochena Ariani *eandem Fidei Formulam recitarunt, quam prius Constantinopoli ediderant*, ut asserit Socrates citatus. Sozomenus

Secunda Synodus Antiochena.

Synodus Antiochena in causa Meletii.

ab ipsis quoque Arianis absque Synodo minime peragi solerent; plane demonstrat, eam ipsam quæ fertur Synodus Antiochena hoc tempore habita auctoritate Constantii, ad exauctorandum Meletium, & substituendum Euzojum, fuisse collectam. Meletium vero hoc anno vigesimoquarto Constantii electum Episcopum Antiochenum, & paulo post dejectum, S. Hieronymus testatur in Chronico. Quæ igitur causa Meletii convenit Synodus Antiochiæ, novam rursus fidem, eamdemque omnium deterrimam condidit, de qua hæc in primis Sozomenus habet (a):

(a) Sozom. lib. 4. c. 28. LI.

Acaciani vero adhuc quiescere non poterant; sed Antiochiæ rursus in unum cum paucis quibusdam congregati, decreta quæ ipsi sanciverunt, simulabant: statuebantque nomen, Simile, *ex formula Arimini & Constantinopoli perlecta, eximendum esse: & Filium Patri tum substantia, tum voluntate dissimilem esse, & ex nihilo ortum, sicut Ario jam ab initio placuerat, docebant. Quibus fuere subsidio sectatores Aëtii, qui primus post Arium his nominibus palam ausus est uti. Unde factum est, ut tum ipsi* ἄθεοι, *id est, aversi a Deo, tum ejus doctrinæ approbatores Anomœi, & Exucontii, id est, Filium Patri dissimilem & ex nihilo ortum statuentes, appellarentur. Ac cum fautores decretorum Concilii Nicæni sciscitarentur ab illis; quemadmodum cum Filium Deum de Deo confiterentur, eum dissimilem Patri, ex nihilo ortum, idque contra suam ipsorum fidei formulam, asserere auderent; respondebant, Paulum Apostolum dixisse, omnia ex Deo esse: & Filium in hac voce*, Omnia, *includi: hacque ratione scriptum a se propositum, in quo fidem secundum divinas Scripturas exposuerant, intelligendum esse. Atque istud quidem hoc modo invertere, captioseque eludere conati sunt. Ad extremum cum non possent his qui eos accusarent, arguerentque satis plane respondere; lecta denuo fidei formula Constantinopoli approbata, decedunt, & ad suas ipsorum civitates revertuntur.* Hæc Sozomenus: atque hic finis Arianorum sub Constantio Synodorum. Habet eadem Athanasius (b), ex quo videtur idem accepisse Sozomenus.

Ex ultima perfidia Arianorum Anomiani Hæretici.

(b) Athan. de Synod.

LII. Acacius omnium scelerum architectus.

Porro horum omnium fuisse Constantium Imperatorem antesignanum, idem Athanasius subdit, eumque affirmat in hac ipsa perfidia omnium extrema usque ad obitum perseverasse, in qua & baptizatum esse ab Euzojo hæreticorum impurissimo. Cæterum etsi ex Athanasii sententia Constantius horum omnium scelerum auctor est habitus: Acacius tamen, qui ejus inhærebat lateri, ab eodem Athanasio prædicatur totius impiæ molitionis architectus: quod enarrata de eo superius facile docent. Cum igitur omnium sententia Acacius iste Cæsariensis Episcopus, nullo refragante, existimatus sit Arianorum omnium nefandissimus: hic elucidandus est Hieronymi (c) locus subobscurus, quo ab hæreticorum classe visus est Acacium subtraxisse, cum ad Minerium * scribens sic ait: *Ego & in adolescentia mea, & in extrema ætate protestor, & Origenem & Eusebium Cæsariensem viros esse doctissimos, sed errasse in dogmatum veritate: quod e contrario de Theodoro, Acacio, & Apollinario possumus dicere: & tamen omnes in explanationibus Scripturarum sudoris sui memoriam reliquere.* Hæc S. Hieronymus.

(c) Hier. epist. 152. * Minervium.

At

PAGIUS

nus lib. 4. cap. 29. de secunda ista Antiochena Synodo loquitur, indicatque, secundam fuisse Antiochenam; ait enim: *Acaciani Antiochia una cum paucis iterum congregati, ea qua prius ipsi decreverunt, reprehenderunt, nomenque illud simile ex Formula Fidei, Arimini & Constantinopoli recitata, expungere statuerunt.* Jam itaque in electione Meletii, de qua proxime Sozomenus locutus erat, prima Synodus Antiochena celebrata fuerat.

VII. *Constantius Synodo priori Antiochena non interfuit.*

Constantius Imp. priori Concilio Antiocheno in quo Meletius electus, non interfuit; hujus enim electione, seu potius e Sebastena Ecclesia ad Antiochenam translatione narrata, Sozomenus cap. 28. ait: *Imperator vero, cum Persas res novas moliri accepisset, Antiochiam pervexit*, sub finem nempe currentis Christi anni, ut ex Ammiano lib. 20. cap. 11. liquet. Neque Theodoretus lib. 2. cap. 27. ubi de utraque Synodo Antiochena in unum perperam confusa id dicit; imo contrarium insinuat, cum ait, *Meletium* ad Ecclesiam Antiochenam translatum Antiochiam venisse *acceptis Imperatoribus literis*. Prior itaque Synodus Antiochena habita, dum adhuc Constantinopoli Constantius moraretur: secunda anno sequenti.

VIII. *Verosimile est eum interfuisse posteriori.*

Sed incertum, an eidem Constantius adfuerit. Cum tamen ex Chronologia Codicis Theod. a Gothofredo condita constet, *Constantium* anno sequenti Antiochiæ fuisse, verosimilius est, eum Synodo interfuisse; & id Theodoretus insinuat, cum ait, in ea Synodo *Meletium* in exilium missum esse. Meletius autem nonnisi anno Christi CCCLXII, Antiochiam rediit. Auctor enim Chronici Alex. sub illius anni Consulibus scribit: *Meletius, qui ob impietatem & alia crimina depositus fuerat, Antiochiam reversus, veterem Ecclesiam per vim occupavit, adjunctis illi Clericis, qui jam antea depositi fuerant a S. Synodo. Inter quos præcipuus erat Diogenes ex Presbyteris, præ reliquis omnibus concutiens & partes adjuvans: & Vitalis Laicus, qui semper fraudes atque imposturas exercuerat. His ulterius progressus ad extremum offensus Meletio, ab illo sese abrupit, & hæresim ipse quoque ridendam condidit, a qua etiam hodie Vitaliani nuncupantur.* Sunt hæc, inquit Valesius in Notis ad Theodoretum lib. 3. cap. 1. ex veteri quodam Auctore descripta, &, ut videtur, Ariano. Nam idem Auctor Chronici Alexandrini sub Coss. anni Christi CCCLI. Leontium Episcopum Arianum Antiochiæ multipliciter prædicat,

Ad

LIII. Locus S. Hieron. de Acacio elucidatur.

At Victorius emaculator atque elucidator scriptorum S. Hieronymi, licet vir plane disertus, nescimus quomodo, cum in locum hunc incidit, memoria temporum lapsus, quod S. Hieronymus de Theodoro & Acacio tradit, intelligendum putat de Acacio illo Episcopo Constantinopolitano, quem damnavit Gelasius Papa; & Theodoro illo Episcopo Mopsuesteno, damnato in Sexta Synodo, quorum ætates longe post Hieronymi tempora successere. Cæterum licet ex recitatis Hieronymi verbis aliqua possit de eorum sensu emergere dubitatio; certe quidem de Hieronymi sententia, quin hos semper habuerit hæreticos, nulla penitus potest suboriri suspicio: nam & in eadem epistola, cum Acacii & Theodori scripta sæpe citasset, hæc subdit: *Si quis autem contrariæ factionis immurmurat, quare eorum explanationes legam, quorum dogmatibus non acquiesco; sciat me illud Apostoli libenter audire: Omnia probate; quod bonum est, tenete: & Salvatoris verba, dicentis: Estote boni nummularii*. Verum illud non male Victorius, ut id quod a Hieronymo dicitur e contrario, idem sit quod a fronte, & quod Græci dicunt ἐναντίον. At magis placet, ut pro *Quod*, legendum sit *Quid*, addito accentu interrogativo, in hunc modum: *Quid e contrario de Theodoro, Acacio, Apollinario possumus dicere? & tamen omnes in explanationibus Scripturarum sudoris sui nobis memoriam reliquerunt*. Quæ si sic legas, nihil in Hieronymo invenies obscurum, vel pravum. At de his hactenus.

LIV. Ultima Synodorum Arianorum sub Constantio.

Ultima hæc Antiochiæ celebrata Synodus Arianorum sub Constantio fuit: atque hic tandem finis magnæ tragœdiæ ab Arianis post Nicænum Concilium per triginta & amplius annorum spatia confectæ; cujus tot fuerunt actus, quot celebrata Concilia, quorum ultimo, funestum illud, quod primum in eorum insedit animis, Dei Filium (proh scelus!) substantia & voluntate esse dissimile, infeliciter conclusum est.

LV. Julianus acclamatur Imperator.

Sed (o prodigium!) quo tempore a Constantio adimitur divinitas Filio Dei, eodem quoque ab ipso Imperium abripitur, cum in Galliis Julianus a militibus alias acclamatus, Imperator eligitur, & quantumlibet invitus cogitur imperare, a quo esset anno sequenti Orientali quoque Imperio ipse Constantius exuendus & vita, nisi eum mors citior confecisset. Hæc de Juliano creato ab exercitu Augusto, pluribus Ammianus (a). Invitum autem nolentem, atque penitus reluctantem, se ab exercitu coactum Imperium suscepisse, idem

(a) Ammian. l. 20.

PAGIUS IX. Julianus dicitur Augustus.

Ad num. LV. Mensem, quo *Julianus* acclamatus est Imperator, unus nos docuit *Ammo* Episcopus in epistola ad Theophilum Patriarcham Alex. *de Conversatione & particulari vita SS. Pachomii & Theodori*, ubi cap. 4. ait: *Persecutionis porro ejus, qua anno sexto, mense nono Athanasium Papam expulit, Julianus imperavit homo idololatra*. Pachon mensis nonus Ægyptiorum cum die vicesima quinta Maii terminatur. Quare hoc anno inter illud intervallum Julianus Augustus nuncupatus, anno sc. sexto jam inchoato persecutionis Athanasii, quæ anno CCCLV. in Concilio Mediolanensi cœpta est. Ammonem vero menses Ægyptiacos usurpare ostendunt duo ejusdem epistolæ loca. Hujus auctoritatis ope declarandus Ammiani locus, qui lib. 20. cap. 3. antequam capite sequenti dicat, Julianum a militibus acclamatum esse Augustum, ait, *cælum subtextum caligine obscura visum esse, & a primo auroræ exortu usque ad meridiem intermicasse jugiter stellas*. Quibus verbis, ut advertit Calvisius in opere Chronologico, significatur Eclypsis Solis, quæ præsenti anno accidit die vicesima octava Augusti, feria secunda, paulo post exortum Solis, in Mesopotamia, ubi Sol totus obscuratus observatus est. Nam Ammianus eo libro partim de Juliano, partimque de Constantio agit: eclypsim autem illam narrat in ordine ad illa, quæ in Oriente, non vero quæ in Occidente gererentur.

X. Qua occasione.

Ipsemet Julianus in epistola ad Senatum Populumque Atheniensem refert, qua occasione ipse Augustus renuntiatus fuerit, libellum, scilicet sine nomine sparsum fuisse, in quo multa adversus Constantium jactabantur: *Quo allato*, inquit Julianus, *qui Constantio erant addictissimi, valde commoti sunt, mihi ut quantum possent conantibus instarent, uti citius milites emitterem* (in Orientem nempe, uti jusserat Constantius) *priusquam in alios ordines similes libelli spargerentur. (Neque enim alius quispiam aderat eorum, qui benevolo in me animo esse viderentur.) Erant ii Nebridius, Pentadius, ac Decentius quem ad id negotii Constantius ipse miserat*. Ad quæ verba Petavius in Notis ait: *Mendum subest huic loco. Neque enim isti* (Nebridius, Pentadius, ac Decentius) *vel tunc aberant; vel Juliano favebant. Imo vero a Constantio stabant. Nebridius ex Quæstore Juliani Præfectus Prætorio Galliarum factus fuerat a Constantio in Florentii locum. Decentius vero Tribunus & Notarius ab eodem missus ad milites abstrahendos*. Verum locus minime corruptus, sed ipsemet Petavius hallucinatur, qui non advertit, Julianum aliud non significare, quam Nebridium, Pentadium, ac Decentium, qui Constantio erant addictissimi, valde commotos fuisse, non vero Julianum referre hæc verba: *Erant ii Nebridius*, &c. ad immediate præcedentia parenthesi inclusa, scilicet: *Neque enim alius quispiam aderat eorum*, &c. Nam tres illos viros a Constantio, non vero a Juliano stetisse, & tunc ibidem præsentes fuisse, ex Ammiano certo liquet. Quæ obiter dicta sunto ad loci illius elucidationem.

X. Synodus Gangrensis.

Synodus *Gangrensis* ante Concilium Constantinopolitanum hoc anno absolutum, celebrata. Id Sozomenum insinuare diximus anno CCCLVII. cum de Synodo Melitinensi ageremur. A Sozomeno non dissentit Socrates: hic enim postquam scripsit, Eustathium e Sede Sebastenæ Ecclesiæ depositum fuisse, & in ejus locum Meletium subrogatum, ait: *Ceterum Eustathius post hæc etiam in Synodo Gangrensi, quæ ipsius causa in Paphlagonia coacta fuerat, condemnatus est, eo quod post condemnationis sententiam adversus ipsum prolatam in Synodo Cæsariensi, multa con-* tra

dem ipse Julianus in Misopogone contestatur. Hisce peractis, celebrans Quinquennalia, diademate usus est lapidum fulgore distincto: cum antea, præ penuria, torques aurea fuisset a milite capiti ipsius imposita. Defunctam inter hæc conjugem Helenam, Romæ in suburbano viæ Nomentanæ, ubi Constantina soror ejus, Galli conjux, sepulta erat, condi præcepit. Hæc omnia apud Ammianum (a).

(a) Ammian. l. 21.

LVI. Christianæ haud dubium erant hæ fœminæ ambæ filiæ Constantini, sepultæ eodem in loco, in suburbano viæ Nomentanæ, ubi est insignis Memoria S. Agnetis virginis & martyris, quæ (ut dictum est) exposcente a patre Constantia virgine, ejusdem Constantini filia, ab eodem Imperatore erecta est: ☞ At Damasus totum id tribuit Constantiæ filiæ Constantini quæ nupsit Gallo ☜ prout S. Damasi Papæ epigramma docet his versibus:

Epitaphium a S. Damaso scriptum.

Constantina Deum venerans, Christoque dicata
Omnibus impensis devota mente paratis,
Numine divino multum Christoque juvante,
Sacravit templum victricis virginis Agnes,
Templorum quod vincit opus, terrenaque cuncta:
Aurea nam rutilant summi fastigia tecti.
Nomen enim Christi celebratur sedibus istis,
Tartaream solus potuit qui vincere mortem,
Invectum solus cælis inferre triumphum.
Dignum Agnes munus, martyr, devotaque Christo,
Ex opibus nostris per sæcula longa tenebis.
O felix virgo memorandi nominis Agnes:

hactenus Damasi epigramma. Constantiæ vero sepulchrum adhuc visitur porphyreticum in Baptisterio apud eamdem Ecclesiam collocatum.

LVII. Persæ urgent Romanum Imperium

Ista dum aguntur in Occidente, invalescunt res Persarum adversus Romanos in Mesopotamia, expugnatis jam ante munitione dicta Singnara, Amida, & aliis locis. Quo vero tandem exterminii prolapsæ sint sub Constantio res Orientales, & in quod discrimen, ipse Constantius positus fuerit, Ammianus illis verbis significat (b) *Sabinus fortuna & genere inter municipes clarus, ore volubili, replicabat, Constantium, immani crudescente bellorum materia, superatum a Persis, dedactamque postremo perfugam cum paucis adhibitam stationem tutam, panis frustro vixisse precario ab anu quadam agresti porrecto.* Cætera autem anno sequenti, quo eadem contigerunt, dicenda sunt.

(b) Ammian. l. 23.

Hoc

PAGIUS

tra leges Ecclesiasticas ageret. Tum narratis falsis dogmatis ab Eustathio disseminatis, subdit: *Hæc & hujusmodi alia plurima, cum ille & faceret & doceret, Synodus Gangris in Paphlagonia congregata eum deposuit, ejusque dogmata anathemate damnavit. Verum hæc postea gesta sunt. Tunc vero expulso Macedonio, Eudoxius Cpoleos Episcopus constituitur*, præsenti nempe anno, die vicesima septima mensis Januarii, ut anno superiori ex Chronico Alex. ostendimus. Quare inter Socratem & Sozomenum convenit, Gangrensem Synodum paulo ante Constantinopolitanam habitam esse, licet in variis circumstantiis inter se dissentiant.

XII. Synodus Cæsariensis.

Synodus *Cæsariensis* ante Gangrensem anno incerto habita, postquam Eustathius, qui in ea depositus fuerat, errores suos sparsit; quod Socrates citatus his verbis insinuat: *Verum hæc postea gesta sunt*. Quibus ex verbis Valesius in Notis ad Socratem male infert, Synodum Gangrensem juxta Socratis sententiam post Constantinopolitanam coactam esse. Nam Socrates eo in loco non respicit ad Synodum Constantinopolitanam, sed ad *Cæsariensem*, post cujus celebrationem ait, Gangrensem Eustathii dogmata anathemate damnasse. *In Cæsariensi* Synodo Meletius Sebasteuæ urbis Episcopus renuntiatus videtur, eaque Synodus anno trecentesimo quinquagesimo octavo, aut circiter celebrata. Nam Theodoretus lib. 2. cap. 25. postquam retulit Leontii Episcopi Antiochensis mortem, & Eudoxii in ejus locum subrogationem, quæ præsto anno contigere, ait: *Per idem tempus Eustathius Episcopatum gerebat Sebastiæ.* Quare nonnisi post Eudoxii ad Sedem Antiochenam translationem Eustathius dignitate abdicatus est, cum Meletius jam Sebastenus Episcopus Concilio Seleuciensi anno præcedenti celebrato interfuerit.

XIII. Dedicatio Ecclesiæ S. Sophiæ.

In Chronico Alex. sub hujus anni Consulibus loquitur: *Hoc anno mense Peritio (seu XV. Februarii) magna Ecclesia Constantinopolitana dedicata est. Macedonius Episcopus Constantinopolitanus propter multa ipsius propria crimina exauctoratus est, & in locum ejus subrogatus Eudoxius mense Audynæo (seu Jan. XXVII.) præsentibus Episcopis LXXII.* Paulo post: *In ea Synodo Episcoporum non post multos dies ab inauguratione Eudoxii Episcopi Cpoleos, Encænia magnæ Ecclesiæ ejusdem urbis celebrata sunt anno trigesimo quarto plus minus, quam fundamenta Constantinus victor Augustus gesserat. Acta sunt Encænia etiam hic Coss. XVI. Kal. Martias, qui dies mensis Peritii (seu Februarii) XIV. Ad ea Encænia Imperator Constantius Augustus vota seu munera, multa cimelia aurea & argentea ingentia; gemmeasque & auro intertextas telas pro altari multas contulit. Quin & in januis geminas utrinque fores aureas vario opere fecit, ipsasque exteriores portas auro mire variavit. Multa beneficia magnifice contulit, cum in universum Clerum, tum in religiosas virgines & viduas. In Xenodochia item & orfanorum alimenta, pauperum quoque & pupillorum domicilia frumentum auxit majori numero, quam pater ejus Constantinus erat elargitus.*

XIV. Facta in Synodo Constantinopolitana.

Loquitur Auctor Chronici Alex. de Concilio Constantinopolitano, in quo *Eudoxius* ad Sedem Constantinopolitanam translatus, quam hoc anno adhuc continuatam esse supra diximus. Sed loco *XVI. Kal. Martias*, legendum *XV. Kal. Martias*; & loco *Februarii XIV.* legendum, *Februarii XV.* ea enim die Ecclesiam Sanctæ Sophiæ dedicatam jam dixerat: quo etiam ea Encænia pe-

LVIII. Hoc eodem anno civitas Alexandrina, Georgio revertente ex Synodo, dire vexata est ejus tyrannica potestate, de qua sic Sozomenus: (a) *Eodem tempore, Athanasio adhuc in latibulo latitante, Georgius Alexandriam reversus, tum Gentiles, tum Christianos qui opinione ab ipso discrepabant, gravibus affecit incommodis; utrosque ad suam religionem per vim adducere conatus est: & si qui renuerent, eos acerbe exagitavit. Habebatur odio tam a viris principibus, propterea quod ipsos contemnere, & magistratibus imperare; tum etiam plebi, quod tyranni partes agere, & omnes potentia superare visus est. Sed maxime omnium Gentilibus invisus erat, & quod immolare idolis ipsos, & quod dies festos patrios peragere prohibuerat, & quod mi-*

(a) Sozom. l. 4. c. ult.

Redeunte Georgio, Alexandria vexata.

PAGIUS peracta diserte testantur Idacius in Fastis, & Socrates lib. 2. cap. 43. Hæc dedicatio, ingentesque largitiones, de quibus Auctor Chronici Alex. loquitur, factæ occasione Quinquennalium Juliani adhuc tunc Cæsaris, quæ hoc anno exhibuit, postquam jam Augustus ab exercitu dictus esset. Porro dies XXVII. Januarii cum feria quinta, dies XV. Februarii cum feria VII. concursit; ideoque nondum similia solennia diebus Dominicis fieri solita.

XV. *Synodi Ariminensis historia ex Lege hoc anno data lucem accipit.*

Data hoc anno a Constantio Lex 15. Codicis Theod. *De Episcopis*, adversus immunitatem Ecclesiarum & Clericorum, quam omisit Baronius in gestis hujus anni, quanquam illam referat anno præcedenti num. LIII. Eam egregie explicat Gothofredus in Commentario, quod ad ea, quæ Synodum Ariminensem proxime secuta sunt, pertineat, quæ alioquin vix alibi occurrunt. Primum ex ea Lege liquet, in Ariminensi Synodo non tantum tractatum habitum de Fide, vel etiam de causis Episcoporum (quod in ea tractari voluit Constantius, teste Sozomeno lib. 14. cap. 16.) verum etiam tractatum habitum in eo de privilegiis Ecclesiarum & Clericorum, ac nonnulla super his disposita ad Principem Constantium perlata, nempe de Ecclesiis & Clericis in universum plenissima immunitate, etiam a solitis & ordinariis functionibus & tributis, donandis. Secundo, ex hac Lege discimus, Constantium hanc Ariminensis Synodi dispositionem sanctione sua statim repulisse. Voluit itaque Constantius, Ecclesias, etsi ab extraordinariis muneribus & translationibus immunes essent, (ut ex fine Legis etiam liquet) attamen a canonicis & ordinariis immunes non esse; quod idem *Honorio* placuit, ut suo loco dicetur: adeo ut id etiam in Metropolitanis Ecclesiis obtinuerit, veluti Thessalonicensi, ut ostendit L. 33. Codicis Theod. *De Annona & Tributis*. De Clericis vero hæc Constantii mens est, ut non tantum canonica, verum etiam extraordinaria agnoscant; veluti translationem, itemque lustralem collationem, aliaque negotiorum munera & pensitationes: quorum in fine certa quædam matricula confecta fuit, quique postmodum Clerici facti operam mercimoniis addixere. Verum hanc Legem hac parte postea anno sequenti abrogavit L. 16. *De Episcopis*, quam, hac rejecta, confirmat Valentinianus Senior Lege 18. *De Episcopis*.

XVI. *Plures Legati ad Constantium missi.*

Tertio id observetur, post Ariminensem Synodum certam Clericorum negotiantium matriculam factam, ut ita negotiatorum pensitationes agnoscerent. Excepti tantum *Clerici & Copiatæ* exiguis admodum mercimoniis tenuem sibi victum, vestitumque conquirentes: quæ tertia Constantii, postremaque sententia hac parte fuit, quemadmodum & *Honorii* Lege 36. *De Episcopis*. Quarto observetur quod hac Lege dicitur de Episcopis, qui ad Comitatum Constantii venerunt ex partibus Italiæ, ut & de Episcopis, qui ex Hispania & Africa eodem commearunt. Quod utique non pertinet ad Legatos, qui ex Ariminensi Synodo ad Constantium missi sunt; & quidem deni a Catholicis, decem ab Arianis: hi enim superiori anno ad Constantium missi, & quidem a Synodo fuere: de quo videndus Severus Sulpicius lib. 2. Hist. Etenim hi, quorum hac Lege mentio fit, hoc anno recenter ad Comitatum Constantii commearunt, neque a Synodo missi fuere, verum etiam ex Italiæ partibus, item ex Hispania & Africa commeantes. Quod perpendens Gothofredus laudatus, atque nullam Gallorum mentionem fieri videns, in eam adducitur sententiam, cum totus jam *Orbis ingemuisset*, atque *Arianum sese esse miratus esset*, post Ariminensis nempe Concilii exitum, (quod nominatim scribit Hieronymus adversus Luciferianos) & cum in Arianam pravitatem Italorum, Afrorum, Hispanorum plerique, etiam *Hosius* Cordubensis, concessissent, ac Arimini gesta confirmassent, eo jam nomine Episcoporum Legationes ex illis partibus ad Constantium commeasse, & Constantinopolim ad Imperatorem concurrisse; quod etiam testatur Severus Sulpicius citatus.

XVII. *S. Hilarii beneficio Arianismo Gallia liberata.*

Solæ Galliæ, inquit Gothofredus, piaculo hæresis liberatæ fuere, Hilarii beneficio, ubi frequentibus intra Gallias Conciliis, atque omnibus fere Episcopis de errore profitentibus apud Ariminum gesta condemnata fuere, & in statum pristinum Ecclesiarum Fides reformata. Præterquam quod idem Hilarius ante Ariminense Concilium, edito ad *Gallos de Synodis* Commentario, eos a dolis Hæreticorum cautos reddidit. Quin imo & iidem Galli fidem suam testatam Hilario paulo ante reddiderant, idemque de eorum constantia gratulatur. Hæc igitur causa est, cur nulli hic de Gallia Episcopi memorentur, utpote qui in Fide sana sani mansere. Proculdubio enim & Episcopi, quorum hac lege fit mentio, Ariani fuere, utque hæc Lex in favorem Arianorum emissa obsistentium Catholicorum dispositioni, seu postulationi de plenissima immunitate concedenda Ecclesiis & Clericis. Hæc Gothofredus, cujus conjecturam firmat Concilium Parisiense, quod hoc anno, Hilario agente, celebratum fuisse ad Arianam impietatem damnandam, anno CCCLXII. monstrabimus. Verum est, pridie Kal. Julii, quo die hæc Lex Mediolani data dicitur, Julianum jam Augusti titulum in Galliis usurpasse, sicque verosimile non esse, ausos fuisse Arianos Galliarum Episcopos Constantinopolim ad Constantium proficisci. At conjicere possumus ex hac Juliani nuncupatione Hilarii animum ad Concilium Parisiense celebrandum excitatum fuisse; ideoque, cum illud hoc anno habitum fuerit, in eoque hæresis Ariana damnata, non fuisse, cur Galli Legatos Constantinopolim mitterent. Sed de hoc Concilio legenda, quæ infra anno CCCLXII. in medium adducimus.

XVIII. *Persica expeditio.*

Persica expeditio Constantii in hunc annum incidit, sc. post adultum ver, ducto itinere per Cæsaream Cappadociæ, Melitinam, Lacotenam, Samosatam & Edessam, ubi diu moratus, post æqui-

militibus ac Duce Ægypti cum armis in urbem introductis, statuas, monimenta, & omnia fanorum ornamenta abstulerat: quæ res causa extitit, cur sit postea interfectus: sed de hoc inferius. De eo illa quoque fuit querela, quod cirros puerorum licentius tondebat. Hæc cum dicat Ammianus (a), idem est ac si diceret, Ipsum Georgium invitos pueros in clerum cooptasse. Isthæc ultimis ferme Constantii Imperatoris temporibus acciderunt.

(a) *Ammian. l.22.*

PAGIUS æquinoctium tandem autumnale, in Persas movit, teste Ammiano lib. 20. & lib. 21. Ad hanc expeditionem referenda Lex 2. Codicis Theod. *De Lustrali conlatione*, hoc anno data, qua Constantius veteranos solos, verosque a Lustrali conlatione immunes esse jubet. Quæ Lustralis conlatio indicta hoc tempore videtur juvandæ erogationi publicæ seu militari eo tempore, quo Constantius difficillimo bello Persico maxime illigatus erat, atque in illo magnos belli apparatus facere necesse erat. Quo etiam pertinet Lex 6. Codicis Theod. *De erogatione militaris annonæ*, quæ hoc anno *XVI. Kal. Jun.* data est Hieropoli, dum sc. Constantius in Persas moveret.

I. *Julianus simulat se Christianum.*

TRecentesimus sexagesimusprimus Christi annus Tauro & Florentio Consulibus adscribitur Fastis, famosus morte Constantii Imperatoris. At quæ siot ejus obitum antegressa, servato rerum ac temporum ordine, describamus. Julianus Augustus ipso mense Januarii, licet animo aversus a Christiana religione prorsus esset; tamen ad stabiliendum collatum sibi a militibus nuper Imperium, quo sibi Christianorum animos conciliaret, quorum magna vis esset, eam ex more excolere simulans, una cum illis sacros celebravit conventus; Ammianus enim de eo hæc habet (a): *Agebat* (inquit) *nihil interim de statu rerum præsentium mutans, sed animo tranquillo & quieto incidentia cuncta disponens; paulatimque sese corroboraat, ut dignitatis augmento, virium quoque congruerent incrementa. Utque omnes, nulla impediente, ad suum favorem alliceret; inhærere cultui Christiano fingebat, a quo jampridem occulte desciverat, arcanorum participibus paucis, aruspicinæ augurisque intentus, & cæteris quæ deorum semper fecere cultores. Et ut hæc interim celarentur, feriatum die, quem celebrantes mense Januario Christiani, Epiphaniam dictitant, progressus in eorum Ecclesiam solemniter numine orato discessit.* Hæc Ammianus.

(a) *Ammian. l. 21.*

II. *Julianus fingit ex numine collatum imperium.*

At quam diversa a rebus gestis a Juliano hujus anni principio, quæ postea sunt ab eodem facta cessere! Siquidem obfirmato omni ea parte, ut sibi videbatur, Imperio, palam exuit, quam diutius occultavit, hypocrisin. Antehac autem, velut impellente numine subire Imperium cogeretur, multa variaque dictitabat, & ad amicos pariter conscribebat; ut illud in primis, quod narrat Ammianus his verbis (b): *Nocte quæ declarationis Augusti præcesserat diem, junctioribus proximis retulerat Imperator, per quietem aliquem visum, ut formari Genius publicus solet, hæc objurgando dixisse: Olim, Juliane, vestibulum ædium tuarum observo, latenter augere tuam gestiens dignitatem: & aliquoties tamquam repudiatus abscessi. Si sic nunc quidem recipiar sententia concordare multorum, ibo demissus & mæstus: id tamen retineo in meo corde, quod tecum diutius non habitabo.*

(b) *Ammian. l. 25.*

III. *De Constantii obitu prædictio.*

Huic plane haud dissimile illud est, quod idem ipse Ammianus inferius de eodem tradit (c): *Item* (inquit) *cum apud Viennam postea quiesceret sobrius, horrore* mediæ noctis imago quædam visa splendidior, hos ei versus heroos modo non vigilanti aperte dixit, eadem sæpius replicando, quibus fretus nihil asperum sibi superesse existimabat:*

(c) *Ammian. l. 21.* * *hora media.*

Ζεὺς ὅταν ἐς πλατὺ τέρμα μόλῃ κλυτοῖο Ὑδροχόοιο,
Παρθενικῆς δὲ Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέμπτῃ
Εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀσίδος αἴης
Τέρμα φίλον βιότοιο συγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Cum Juppiter in excelsum terminum venerit turbulenti Aquarii.
Virginisque Saturnus in parte ingredietur quinta
Vigesima, Rex Constantius Asiaticæ terræ,
Finem amicum, vitæ odiosum, & doloribus plenum habebit.

Hæc apud Ammianum ex Græco translata. Recitat eosdem versus Zosimus, diversa tamen translatione, Latinitate donatos.

Ejus-

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1114. Olymp. 285. an. 1. A. C. 361.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5854.

☉ 6. G. ☽ 1. P. 4. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 361.

LIBERII PAPÆ 10.

JULIANI IMP. 2.

I. *Consules.* [1] AD Num. I. Coss. *Taurus, & Florentius*. Lib. 4. Romæ Subterraneæ cap. 37. refertur inscriptio posita FLAVIIS TAURO ET FLORENTIO CONSS.

II. *Epiphania & Natale idem apud Græcos.*

Ammianus lib. 21. cap. 3. ait, *Julianum* mense Januario, die Epiphaniæ Ecclesiam Christianorum ingressum esse; Zonaras vero eum Ecclesiam introiisse narrat *Natali Domini*. Orientales enim Epiphaniam & Natale Christi uno eodemque die, octavo nempe Idus Januarii, celebrabant, quia eo die Christum & natum, & baptizatum esse arbitrabantur.

NOTÆ (1) COss. *Taurus, & Florentius. Flavii* prænomen utrique dat Relandus, ex inscriptione veteri apud Reinesium, cl. 20. pag. 297.

FLAVIIS. TAURO
ET. FLORENTIO
CONSS. VIII. KAL.
SEPT. DEP. IN. PACE

De his Ammianus, lib. XXII. cap. III. Socrates, lib. II. cap. XLV. XLVII. & lib. III. cap. I. Zosimus lib. III. Fasti Idatii, & Prosperi Chronicon: *Tauro, & Florentio*. Laterculus Paschalis in fine Gennadii de viris illustribus in codice Vaticano: TAURO ET FLORENTIO, ut cæteri Fasti.

IV. *Juliani visiones nugaces.* *(a) Jul. ep. ad Oribasium.*

Ejusdem quoque generis, & argumenti ea sunt, quæ idem ipse Julianus ad Oribasium sophistam magni nominis his ferme temporibus scripsit in hæc verba (*a*): *Ego hodie tale quiddam vidi, Arborem proceram in quodam triclinio peramplo & spatioso sitam putabam, quæ in terram se inflecteret, atque arbusculam parvam & teneram valdeque florentem ad radices adgnatam haberet. Angebat me autem vehementer metus de exigua illa arbore, ne a quopiam una cum magna avelleretur. Et cum propius accessissem, cerno magnam arborem humi prostratam, parvam autem erectam quidem, sed a terra suspensam. Quod cum vidissem, æstuans ac laborans, Heu, inquam quanta arbor! & tamen periculum est, ne surculus etiam ei adgnatus intereat. Hic quidam mihi ignotus omnino: Contemplare, ait, diligenter, & bono sis animo: radice enim humi manente, parvula illa arbor permanebit, firmiusque hærebit.* Isthæc de somnio Julianus, seu potius de his quæ effingendo vigilans somniabat de futuro, quod jam prope adepturus erat, Imperio; se per arbusculam, Constantium per grandem arborem præfigurans.

V. *Julianus palam cœpit Deos colere.* *(b) Jul. ep. ad Maxim.*

Cæterum cum primum tantum sibi inesse virium vidit, & exercitu ad sua vota in omnibus comparato, quod clanculum paucis arbitris sibi amicitia & superstitione conjunctis agere (ut ait Ammianus) solebat, jam palam facere non erubuit. Id quidem ipse ad Maximum Ephesium scribens, quo (ut dictum est) ad omnem impietatem usus fuerat pædagogo, affirmat his verbis (*b*): *Illud maxime te audire convenit, & quemadmodum uno tempore præsens auxilium deorum sensimus, & tantam insidiatorum multitudinem effugimus, nemine occiso, aut spoliato, sed iis tantum custodiæ traditis, qui in scelere ipso deprehensi erant. Atque hæc quidem fortasse melius erit dicere, quam scribere: puto tamen abs te libentissimo animo auditum iri. Deos publice & palam colimus, & totus meus exercitus pietatem amat. Nos aperte boves immolamus. Diis gratias agimus multis hecatombis. Me jubent dii pure & caste, quoad potero, vivere. Ego vero iis pareo, & quidem libenti animo. Magnos fructus laborum pollicentur, nisi segniter agamus.* Sic Julianus ad Maximum, cum ex Galliis (ut iisdem litteris ipse testatur) ad Illyrios pervenisset; cum jam ultro citroque a Juliano atque Constantio missis legationibus, iisdemque cassis redditis, in apertum bellum progressa res esset.

VI. *Insidiæ in Julianum.* *(c) Ammian. l. 21.*

Insidiæ vero illæ, a quibus se deorum beneficio liberatum tradit Julianus, descriptæ videntur ab Ammiano (*c*). Cum enim Constantius per secreta internuncia tentasset fidem Vadomari Regis Francorum sibi antea fœderati, ut eum in Julianum armaret: ille Rex ad fallendum idoneus, & ad insidias struendas satis callidus, officium omne suum per litteras Constantio pollicitus est. Sed dum hæc agerentur, litteris Vadomari ad Constantium interceptis, re comperta, capitur Vadomarus, atque vinctus a Juliano in Hispanias amandatur: quando Julianus, mox victis barbaris, qui prope erant in armis, pro acceptis (ut ipse tradit) a diis beneficiis, placavit (ut loquit Ammianus) secretiore ritu Bellonam, habuitque ad exercitum concionem, & a singulis militare juramentum exegit. Sic igitur cum appareat, Julianum, quamdiu fuit in Gallia, deos secreto coluisse; erroris arguitur Zosimus (*d*), qui tunc in Galliis eum publice immolasse testatur. Sed ex Juliani ad Maximum litteris Ammianus (*e*) item redarguitur, cum de Juliano ait, non antea se palam sacrificium exhibuisse, atque manifestum deorum cultorem, quam cum Constantinopolim pervenisset. At de Juliani rebus gestis Constantinopoli, cum nonnisi post mortem Constantii ad tertium idus Decembris illuc ipsum contigerit pervenisse, suo loco dicendum erit. *(d) Zosim. l. 3.* *(e) Ammian. l. 22.*

VII. *Fuga Consulum.* *(f) Zosim. l. 3.*

Consules autem Taurus & Florentius, cum audissent Julianum in Pannoniam pervenisse, fuga ex urbe se subduxerunt: quos in publicis memoriis Julianus describi voluit, Consules fugitivos. Scripserat ad Senatum litteras Julianus, ut Urbem sibi conservaret. Hæc Zosimus (*f*). Interea conflato jam bello inter Julianum atque Constantium; idem Julianus, dum ageret ille in Oriente, præoccupare Constantinopolim conatus est. Stravisse quidem Juliano ad Imperium invadendum, atque etiam obtinendum, viam sua impietate Constantium, certum est. Etenim quomodo passuri essent Fideles, apostatam a fide regnare, nisi Constantii tyrannidem tum in Occidente, tum etiam in Oriente, quamdiu imperavit, experti essent; quem & Christianæ religionis nuper jam senserint, perduellem, cum in Synodo Constantinopoli acta ipse cum suis Christum negaverit esse Deum? Christianorum igitur qui Catholici essent, consultius rati sunt, pati dirum apertum fidei inimicum, quam dolo serpentem adversarium, qui abnegata Christi divinitate, ipsam integram (quod in se esset) Christianam religionem penitus convulsisset. Cæterum qui essent hæretici, quod ipsis (ut sæpe dictum est) insitum esset temporibus inservire, Juliani gratiam potius promereri, quam illi adversari, in animum induxere.

VIII.

Porro quid Juliano obtigerit, cum est ingressus Illyricum, unde (ut dictum est) ea ad Maximum scripsit, Sozomenus nar-

(a) Sozom. l. 5. c. 1. Crucis signum in militum vestibus.

rat his verbis (a): *Fertur autem, cum primum fines Illyrici ingrederetur, vites post vindemiam, circiter Virgiliarum occasum, uvis acerbis minimeque maturis onustas visas esse: roremque tum in ejus, tum in comitum suorum vestes ex aere delapsum singulis guttis signum Crucis in eis impressisse. Quæ res cum visæ fuissent; non ipse solum, verum etiam alii qui eum comitabantur, uvas haud maturas intempestive apparentes aliquid boni portendere; rorem autem demissum, vestem ejus, in quam forte cadebat tali nota casu ac fortuito signasse existimarunt. At vero ab aliis dicebatur; ostentorum alterum significare, Imperatorem immaturo ætatis suæ tempore non aliter atque uvas immaturas periturum, & Imperium ad exiguum tempus duraturum: alterum indicare, religionem Christianam cælestem esse, & omnes figura Crucis signari oportere. Quæ conjectura fuere eorum, qui doctrina & religione ab Imperatore dissentiebant; neque certe (ut videtur) a veritate aberrantes: nam temporis progressio utrumque demonstravit vere dictum esse.* In hunc modum Sozomenus.

IX. Excusat se Julianus apud Constantium.

IX. Julianus vero quantumlibet sibi viam, quocumque progrederetur, vi exercitus aperiret; tamen excusationem quamdam, ut se purgaret apud Constantium de suscepto Imperio, forinsecus obtexebat, ne videretur esse tyrannus. Id sane S. Gregorius Nazianzenus in ipsum agens, atque acriter invehens, testatur his verbis (b): *Primum quidem illius contumaciæ profligatæque vecordiæ facinus fuit, quod sibi diadema imposuit, magnique illius nominis honorem arrogavit (quod non fortunæ insolentia, sed pro virtutis præmio vel tempus, vel Imperatoris calculus affert, vel, ut moris antiqui fuit, Senatus judicium) nec honoris modum ejus arbitrio permisit, quem Imperii arbitrum dominumque habuerat. Deinde (jam enim ob ea, quæ perpetrarat, necessitatem sibi in omne flagitium ruendi impositam esse perspiciebat) quid cogitat, & quo tum impietatis, tum furoris progreditur? O miram illius animi vesaniam! adversus eum expeditionem suscipit, atque ab Occidente pedem movet; in speciem quidem quasi de suscepto diademate purgare vellet (adhuc amentiam suam occultare videbatur) re vera autem, ut totum Imperium ad se transferret, atque perfidia sua & ingratitudine in hominum admirationem veniret.* Hucusque Gregorius.

(b) Greg. Nazianz. orat. 2. in Jul.

X. Ar de causa adventus sui, ipse Epistola illa, quam audita morte Constantii, scripsit ad Julianum avunculum, agit his verbis (c).

(c) Jul. ep. ad Julian.

Ad tertiam horam noctis ineuntis, cum neminem qui scriberet, haberem, quod omnes occupati essent, vix potui hæc ad te scribere. Vivimus, deorum beneficio, liberati ab externis malis patiendis, vel faciendis. Testis mihi vero est Sol, cujus auxilium opemque in primis poposci; testis Juppiter Rex, quod Constantium occidere numquam optaverim; immo magis, id ne accideret, exoptaverim. Cur igitur veni? Quia videlicet dii aperte hortabantur, salutem polliciti, si parerem; sin vero remanerem, id quod dii prohibeant. Accedit, quod cum hostis jam appellatus essem, terrere eum dumtaxat cogitabam; eoque pacto eos ad colloquium aliquod lenius & mitius deventurus esse: aut si omnium bello decernendum foret, fortunæ diisque omnia permitterem; atque exitum, qualem ipsorum clementia afferret, expectarem. Hactenus ad Julianum Julianus. Naissum autem cum pervenisset, ibidemque substitisset, accepisse nuncium de Constantii obitu, auctor est Zosimus (d).

Epist. Juliani de causa adventus sui.

(d) Zosim. l. 3.

XI. Sed ad res gestas Constantii hoc anno usque ad diem obitus, revertamur. Antiochiæ quidem eum hiemasse usque ad veris tempus, eum profectus est in Persas, Ammianus testatur (e). Ibi dum Constantius ageret, defuncto Hermogene Præfecto Prætorio in Oriente, in locum ejus subrogavit Helpidium. *Hic* (idem inquit Ammianus) *ex Paphlagonia oriundus adeo æquus ac mitis fuit, ut, cum ei coram se innocentem quemdam Constantius torqueri jussisset, æquo animo abrogari sibi potestatem orabat, hæcque potius aliis ex sententia Principis agenda permitti.* At quod de tanto viro Præfectura nobilissima aucto incidit mentio: noluimus his prætermisisse, quod de eo, ejusque conjuge Aristæneta, clarissima ac prudentissima femina, scribit S. Hieronymus in rebus gestis B. Hilarionis; quorum quidem historiam hic retexere, antequam ad res Constantii ulterius progrediamur, dignum fore existimamus. Ipse ergo S. Hieronymus de his agit his verbis (f): *Aristæneta, Helpidii, qui postea Præfectus Prætorii fuit, uxor, valde nobilis inter suos, & inter Christianos nobilior, revertens cum marito & tribus liberis a beato Antonio, Gazæ propter eorum infirmitatem remorata est: ibi enim sive ob corruptum aerem, sive (ut postea claruit) propter gloriam Hilarionis servi Dei, hemitritheo pariter arrepti, omnes a medicis desperati sunt. Jacebat ululans mater, & quasi inter tria filiorum excurrens cadavera, quem prius plangeret, nesciebat. Cognito autem quod esset quidam monachus in vicina solitudine, oblita matronalis pompæ, tantum se matrem noverat: vadit comitata ancillulis & eunuchis; vixque a viro persuasum est, ut asello sedens pergeret. Ad quem cum pervenisset: Per ego te, ait, Jesum clementissimum Deum nostrum obtestor, per Crucem*

(e) Ammian. l. 21. Præfectura Helpidii.

(f) Hieron. in Hilar.

nem ejus & sanguinem, ut reddas mihi tres filios, & glorificetur in urbe Gentilium nomen Domini Salvatoris: ingrediatur servus ejus Gazam, & Marnas corruat (erat idolum ibi famosum, quod illi Marnam, alii Jovem nominant.)

XII. S. Hilarion interpellatur ab Aristæneta pro filiis. *Renuente illo, atque dicente, numquam se egressurum de cella, nec habere consuetudinem, ut non modo civitatem, sed ne villulam quidem ingrederetur: prostravit se illa humi, crebro clamitans: Hilarion, serve Christi, redde mihi liberos meos: quos Antonius tenuit in Ægypto, a te serventur in Syria. Flebant cuncti qui aderant; sed & ipse negans flevit. Quid multa? Non prius mulier recessit, quam ille pollicitus est, se post Solis occasum Gazam introiturum. Quo postquam venit, singulorum lectulos & ardentia membra considerans, invocavit Jesum. Et (o mira virtus!) quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit. Eadem hora acceperunt cibos lugentemque matrem cognoscentes, & benedicentes Deum, Sancti manus deosculati sunt. Quod postquam auditum est, & longe lateque percrebuit, certatim ad eum de Syria & Ægypto confluebant, ita ut multi crederent in Christum, & se monachos profiterentur: necdum enim tunc monasteria erant in Palæstina, nec quisquam monachos ante S. Hilarionem in Syria noverat. Ille fundator & eruditor hujus conversationis & studii in hac Provincia fuit. Habebat Dominus Jesus in Ægypto senem Antonium; habebat in Palæstina Hilarionem juniorem.* Hactenus Sanctus Hieronymus: hæcque nos occasione Helpidii, hoc anno a Constantio in Hermogenis locum creati Præfecti Prætorio: quem tamen cum omni laude dignissimum dicat ob mansuetudinem & æquitatem; Ammianus (*a*), more videlicet Gentilium carpentium quoscumque Christianæ religioni addictos, sugillat hominem, dicens fuisse simplicioris ingenii.

(*a*) *Ammian. l.21.*

XIII. Porro de eadem Aristæneta, cum Præfectura Helpidii, idem S. Hieronymus hæc inferius (*b*): *Aristæneta illa, cujus supra fecimus mentionem, Præfecti tunc uxor, sed nihil de Præfecti ambitu habens, venit iterum ad Hilarionem, volens etiam ad Antonium pergere. Cui ille flens; Vellem, ait, ipse quoque ire, si non carcere hujus monasterii clausus tenerer, & si eundi fructus esset: biduum enim hodie est, quod totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa, & substitit, & post paucos dies veniente nuncio, Antonii dormitionem audivit.* Hæc cum ipse dicat de Helpidii Præfectura tempore mortis Antonii: nisi dixerimus, præter omnium sententiam, in hunc usque annum Antonium fuisse superstitem; errasse oportuit Ammianum, Helpidii Præfecturam in hunc ipsum annum referentem, nisi secundum, hoc eodem anno, eum contigerit obire magistratum.

(*b*) *Hier. in Hilarion.* De Aristænetæ humilitate, & fide.

XIV. Sed jam ad Constantium redeamus: Qui Antiochiæ hiemavit; atque (ut Ammianus auctor est *c*) antequam expeditionem pararet in Persas, defuncta Eusebia conjuge, de qua multa superius, aliam, Faustinam nomine, uxorem sortitus est, ex qua genita est filia posthuma, Constantia dicta, quæ postea matrimonio juncta est Gratiano. Constantius igitur Antiochiæ agens, adversus Persas, in Mesopotamiam irrumpentes, expeditionem parat. Adventante autem vere, antequam proficisceretur, conciliaturus sibi numen, sic ad Antiochenos pro Christiana religione rescripsit (*d*):

(*c*) *Ammian. l.21.* Secundæ nuptiæ Constantii.

(*d*) *l.16. de Episc. & cle. C. Theod.*

XV. Rescriptum pro Christianis. *In qualibet Civitate, in quolibet oppido, vico, castello, municipio, quicumque voto Christianæ Religionis meritum eximiæ singularisque virtutis omnibus intimaverit, securitate perpetua potiatur. Gaudere enim & gloriari ex fide semper volumus: scientes magis religionibus, quam officiis & labore corporis, vel sudore, nostram Rempub. contineri. Dat. XVI. Kal. Mart. Antiochia, Tauro & Florentio Coss.*

XVI. Quibus item Consulibus, contulit Themistio philosopho Præturæ insignia, deque ea ad Senatum rescripsit (*e*). Hic ille Themistius, qui egregiis commentariis editis, Aristotelis scripta elucidavit; cujus meminit Suidas, atque eum a Juliano Constantii successore designatum fuisse Constantinopolitanæ urbis Præfectum. Porro cum adversus Julianum se bene putasset Occidentale Imperium munivisse Constantius; ipse primo vere (ut ait Ammianus) adversus Persas movens exercitum, pervenit Edessam, cum adhuc Julianus moraretur in Galliis: *Qui eum superatis montibus pervasisset Illyricum: nuncii (inquit idem Ammianus (f) ad Constantium percrebuere certissimi, quorum clara fide compertum est, Julianum Italiam, & Illyricum cursu celeri prætergressum, claustra interim occupasse Succorum, accita undique præstolantem auxilia ut multitudine stipatus armatorum pervaderet Thraciam. Quo cognito, mœrore offusus Constantius, solatio uno sustentabatur, quod intestinos semper superaverat motus:* communicatoque cum suis consilio

(*e*) *l.12. de Præt. Cod. Theod.* Constant. proficiscitur in Persas.

(*f*) *Ammian. l.21.*

PAGIUS III. *Tertia Constantii nuptia.* Ad num. XIV. Nuptiæ Constantii Aug. cum *Maxima Faustina*, ut in Nummis vocatur, tertiæ dicendæ, non secundæ. Notanda Ammiani lib.21. cap. 6. verba, *amissa jam pridem Eusebia*, quam, ut docet Julianus in Orat. III. ad Eusebiam, profligata Magnentii tyrannide, uxorem duxerat. Duæ hæ itaque Constantii uxores diversæ sunt a priori, quam vivente Constantino Magno patre sibi copularat.

Ad

sio, communi omnium consensu decretum est, eum cum expeditione reverti; idque tunc opportunum, quod & Persarum Rex ad propria quoque reverteretur.

XVII.
(a) Ammian. ibid.
Funesta visa oblata Constantio.

In hoc rerum adversarum tumultu (subdit Ammianus (*a*) *hærens ejus fortuna, jam & subsistens, adventantem casum vitæ difficilem modo non loquentibus signis aperte monstrabat. Namque & nocturnis imaginibus terrebatur, & nondum penitus mersus in somnum umbram viderat patris obtulisse pulchrum infantem, eumque susceptum & locatum in gremio suo, excussum ibi projecisse longius sphæram, quam ipse dextera manu gestabat. Id autem permutationem temporum indicabat; licet interpretes placentia responderent. Post hæc confessus est junctioribus proximis, quod tamquam desolatus secretum aliquid videre desierit, quod interdum affuisse sibi squalidius æstimabat, & putabatur genium esse quidam tutelæ salutis appositum eum reliquisse, mundo citius digressurum. Ferunt enim Theologi, in lucem editis hominibus cunctis, salva firmitate fatali, hujusmodi quædam velut actus rectura numina sociari, admodum tamen paucis visa, quos multiplices auxere virtutes. Ita & oracula, & auctores docuerunt præclari.* Isthæc, & alia de his pluribus Ammianus: quibus, paucis quibusdam demptis, concordat Christiana religio: atque idem auctor sic paulo post de Constantii obitu (*b*):

(b) Amm. lib. 21.

XVIII.
Constantii Imp. obitus.

Ingressus itaque Antiochiam festinando Constantius, ad motum certaminum civilium, ut solebat, avide surrecturus, paratis omnibus, exire properabat, immodice renitentibus plurimis murmure tenus: nec enim dissuadere palam audebat quisquam, vel vetare. Autumno jam senescente profectus, cum ad suburbanum venisset disjunctum exinde tertio lapide, Hippocephalum nomine, lucente jam die, cadaver hominis interfecti dextera jacens, capite avulso, conspexit contra occiduum latus extensum; territisque omnibus, finem parantibus fatis, destinatus ipse tendebat (ita loquitur Ethnicus scriptor) *venitque Tarsum, ubi leviori febre contactus, ratusque itinerario motu imminutæ valetudinis excuti posse discrimen, petit per vias difficiles Mopsuestiam Ciliciæ, ultimam hanc pergentibus stationem sub Tauri montis radicibus positam. Egredique secuto die conatus, illabente morbi gravitate detentus est: paulatimque urente calore nimio venas, ut ne tangi quidem corpus ejus posset, in modum foculi fervens, cum usus deficeret medelarum, ultimum spirans deflebat exitium. Mentisque sensu tum etiam integro, successorem suæ potestatis statuisse dicitur Julianum. Deinde anhelitu jam pulsante lethali, conticuit, diuque cum anima colluctatus jam discessura, abiit e vita tertio Nonarum Octobrium, Imperii vitæque anno quadragesimo, & mensibus paucis.* Hactenus Ammianus.

At quod ait, Constantium ultimo elogio statuisse Julianum sui Imperii successorem, puto commentum Ethnicorum Juliano faventium excogitatum, quo a Tyranni nomine ea arte redderent ipsum immunem: nam S. Gregorius Nazianzenus de Constantio in extremis laborante hæc tradit (*c*): *Hic vitam cum morte commutat, pastoris adversarii* (nempe Gregorii) *confirmator & patronus, malum haud malo Imperio finem imponens; atque inutilis, ut ferunt, pœnitentia in extremo vitæ spiritu affectus: cum nimirum ob alterius sæculi tribunal, rerum suarum æquus est unusquisque judex.* Tria enim hæc mala, Imperioque suo & principatu indigna, ipsum agnovisse narrat: Unum, quod generi suo necem attulisset, ipso nimirum ejus ingressu in Imperium: Aliud, quod Julianum Apostatam Imperatorem nominasset, creando eum Cæsarem: Tertium quod novis fidei dogmatibus studuisset; simulque cum his vocibus e vita discessisse. Cæ-

XIX.

(c) Greg. Naz. orat. in laud. Athan.
Constantii morituri pœnitentia.

PAGIUS IV.
Obitus Constantii.

Ad num. XVIII. & seqq. Auctor Chronici Alex. sub hujus anni Coss. scribit: *Constantius initio quartæ Indictionis* (erat quinta Indictio a Septembri cœpta) *denuntiatis sibi Juliani Cæsaris insidiis concitus a Tarso Ciliciæ ad Mopsuestiam, seu Mopsi fontes veniens, accepto ab Euzoio Antiochiæ Episcopo ex Monasterio per Constantium accersito, baptismate, Constantius Aug. mense Dio seu Novembri die tertia anno Antiocheno CDX. Indict. V. cum Ecclesia pacem annos quinquaginta habuisset, dictis Consulibus Tauro & Florentio mortem cum vita commutavit.* Die tertia Novembris mortuum esse, testantur etiam Socrates lib. 2. cap. 47. Idacius in Fastis, Theophanes & Hieronymus in Chronico, ubi ait, Constantium regnasse annis XXIV. mensibus v. diebus XII. quod verum esse non potest, nisi die tertia Novembris e vivis excesserit. Quare Ammianus, qui lib. 21. cap. 5. ait: *Abiit e vita III. Non. Octobrium, Imperii vitæque anno quadragesimo, & mensibus paucis*; sicut errat in Imperii, vitæque annis, ita & in die emortuali Constantii, nisi locus corruptus sit: quod verosimilius.

V.
Duratio Imperii ejus.

Nam quoad tempus Imperii ejus, recte illud expressum a Victore in Epitome, licet Baronius locum mendosum perperam existimarit: *Interiit anno ævi quarto & quadragesimo, Imperii nono atque tricesimo*; (quibus verbis evincitur, eum anno CCCXXIII. creatum fuisse Cæsarem; ab eo enim anno ad currentem, extremo incompleto pro integro numerato, anni sunt triginta novem) *verum Augustus quarto vicesimoque* (hic extremum annum incompletum Victor non numerat) *octo solus* (ab anno nempe CCCLIII. quo Magnentius extinctus) *cum fratribus atque Magnentio sedecim* (ab anno sc. CCCXXXVII. quo Constantinus Magnus obiit, ad annum CCCLII. quo Magnentius profligatus) *quindecim Cæsar.* (ab anno exeunte CCCXXIII. ad initium anni

XX. Cæterum utcumque hæc extrema Constantii se habuerint, illud exploratum habetur, ipsum eo tempore fuisse ab Euzojo Ariano Episcopo Antiocheno baptizatum. Id quidem S. Athanasius testatur, cum ait (a): *Constantius hæreticus fuit: qui ad finem usque permanens in ea impietate, ac deinde moriens, voluit non a piis viris, sed ab Euzojo, non semel, sed sæpius ob Arianam hæresin deposito rejectoque baptizari.* Hæc Athanasius. De obitu ejusdem Constantii sic etiam Sanctus Hieronymus (b) ad Heliodorum: *Constantius Arianæ fautor hæreseos, dum contra inimicum paratur, & concitus fertur ad pugnam, in Mopsi viculo moriens, magno dolore, hosti reliquit Imperium:* & alibi (c): *Dominus excitatur, imperat tempestati: bestia moritur, tranquillitas redit,* &c. At de baptismo suscepto ab hæretico homine Euzojo, absque controversia ab omnibus affirmatur.

(a) Athan. l. de Syno.

Constantius baptizatus ab Euzojo.

(b) Hier. epist. 3.

(c) Hier. cont. Luci. prope fin.

XXI. Cum igitur majorum omnium constet assertione, Constantium Catholicos exagitantem, atque Arianis faventem, vixisse impium, & impie ab hæretico Episcopo baptizatum, clausisse infeliciter diem extremum: præconia de eo a S. Gregorio Nazianzeno conscripta permoleste piorum auribus ingeruntur. At quænam illa sint, hic describamus; ita tamen, ut & quonam modo valeant excusari, æque subdamus. Ab ipso itaque exordio laudum ejus ob apostrophe illa orationem auspicemur, qua Constantium ipsum hoc modo compellat: *Quid* (inquit d) *tibi accidit, o Imperatorum præstantissime, ac divinissime, Christique amantissime? Eo enim provehor; ut tecum velut cum præsente atque audiente expostulem; etsi multo excellentiorem te esse non dubitem, quam ut expostulatio nostra & reprehensio in te hæreant, utpote qui Deo adjunctus sis, cælestisque gloria hæreditatem acceperis, atque hactenus a nobis migraris, ut Imperium cum majore commutares. Quodnam hoc consilium iniisti, qui omnes non tui solum temporis Imperatores, sed etiam ætate tua superiores animi solertia atque acumine longe antecellebas? Qui barbaras nationes per gyrum repurgabas, tyrannosque intestinos ditioni tuæ partim sermonibus, partim armis subjiciebas: & quidem utrumque ita dextere & egregie, quasi ab altero nihil molestiæ tibi exhiberetur: cujus cum magna & eximia trophæa, armis & prælio quæsita, tum majora & illustriora sine ulla cruoris effusione parta: ad quem legationes & supplicationes undecumque confluebant, cui nationes omnes partim obediebant partim jamjam obeditura erant: ut in eadem causa essent omnes hi, quorum expugnatio in spe posita erat, ac si jam domiti & in potestatem redacti essent.*

Gregorius Nazianzenus quomodo laudet Constantium.

(d) Greg. Naz. in Julian. orat. 1.

XXII. *Qui Dei manu ad omnia consilia, resque omnes agendas utebaris: cujus denique & prudentia majorem admirationem sui movebat, quam manuum vires: & rursum vires majori admirationi erant, quam prudentia: atque utraque præclarior illustriorque erat pietatis gloria. Quonam igitur modo hic solum rudis, & imperitus, parumque circumspectus apparuisti? Quæ hæc inhumanæ humanitatis & clementiæ celeritas? Quis Dæmonum ad hanc deliberationem simul irrepsit? Quo modo magnam illam hæreditatem, & patrium decus atque ornamentum (Christianos intelligo) gentem illam toto passim Orbe lucentem, Regale sacerdotium multo labore multisque sudoribus auctum, tam brevi atque exiguo temporis puncto communi huic pesti ac furiæ tradidisti?* Juliano videlicet. Et post multa eodem argumento exaggerata, de ejusdem Constantii summo in Christiana religione propaganda & cohonestanda studio, hæc subdit: *Neque enim quisquam umquam ullius rei tam acri & vehementi amore ac cupiditate correptus est, quam ille Christianos crescere, atque in summam gloriæ potentiæque amplitudinem pervenire cupiebat. Ac neque subactæ nationes, neque Respublica præclaris legibus constituta atque gubernata, non pecuniarum copia, nec amplissima gloria, neque quod Rex Regum esset & diceretur, nec quibuscumque aliis rebus hominis felicitas declaratur, neque quisquam ex omnibus rebus humanis summopere ipsius animum oblectabat, quam ut & nos per ipsum, & per nos ipse tum apud Deum, tum apud homines floreremus, ac perpetua & in omne tempus indelebili potentia permaneret. Illud enim probe perspiciebat, altius videlicet, magisque regie, quam plerique soleant, de rebus nostris cogitans, quod cum Christianorum rebus, Romanorum simul increverant, simulque cum adventu Christi Im-*

Laudes Constantii.

PAGIUS anni CCCXXXVII ubi ultimum annum incompletum pro completo numerat) Quare locus purus est, ex eoque discimus, quando Socrates lib. 2. cap. ultimo, Sozomenus lib. 5. cap. 1. & Hieronymus in Chronico scribunt, eum annos quinque & quadraginta vixisse, annum ultimum non integrum pro integro posuisse; ac Socratem & Sozomenum recte scripsisse, Constantium imperasse *annos octo & triginta*. Tot enim ab anno CCCXXIII. quo Cæsar dictus est, usque ad præsentem fluxere. Discimus præterea, male hactenus Viros eruditos Cæsaream Constantii dignitatem ab alio anno, quam a CCCXXIII. auspicatos esse; ac denique Constantium anno CCCXVII. natum esse, vel *Idibus Augusti*, ut docet Lex 10. Codicis Theod. *De Prætoribus*, vel *VII. Idus Augusti*, ut testatur Kalendarium Lambecianum. Natum autem Constantium in Illyrico, prodit Julianus Orat. 1.

VI. *Julianus*, cum Constantii Imp. mortem, dum in Dacia esset, ut ait Ammianus initio lib. 22. accepisset, Cpolim venit, testibus Mamertino in Pa-

Exequiæ Constantii.

Imperium ingressum est, cum nondum prius hoc evenisset, ut in unius principatum plane deveniret. Atque ea de causa causam nostram, ut par erat, studiosius mihi fovere videbatur: Hæc ipse.

XXIII. Excusatur a Gregorio Constantius.

Idemque tacitæ illi occurrens objectioni de Constantio, quod quamplurimos Christianorum & meliorem Ecclesiæ partem exagitasset, hæc statim subinsert: *Qui quidem etsi quid nobis negotii facessivit, non eo facessivit, quod nos contemneret, contumeliaque opprimeret, aut quod aliis quibusdum potius quam nobis gratificari cuperet; sed ut omnes in unum coiremus, consensioneque animorum jungeremur: ne dissectis, schismatisque & dissidiis inter nos direpti atque disjuncti essemus. Sed, ut dicebam, parum cauta est simplicitas, clementiaque adjuncta est imbecillitas; minimeque is melitiam fraudemque suspicatur, cujus animus a malitia liber est & immunis. Ac proinde ab optimo Principe, quod futurum erat, ignoratum est, nec fucus simulatioque deprehensa est, sensimque obrepsit impietas: ac duæ benignitates simul occurrerunt, altera erga pium genus, altera erga omnium hominum impiissimum, maximumque divini numinis contemptorem, nempe Julianum.* Ita ibi Gregorius. Sed & his jungamus quæ idem auctor adversus eumdem Julianum agens, de funere ejusdem Constantii, quod ad hoc ipsum spectat, recenset his verbis (a), postquam egit de infausto Juliani obitu.

(a) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

XXIV. Celebrare nimiom videtur Gregorius Constantium.

Quoniam (inquit) *nos quoque mortuum habemus, eum scilicet qui ante jam e vita excessit: videamus hic quoque quantum inter utrumque Imperatorem discriminis fuit: siquid hoc etiam iis ad felicitatem vel infelicitatem momenti habet, qui ex hac vita migrarunt. Ille igitur* (nempe Constantius) *publicis laudibus, faustisque ominationibus, pompisque deducitur, ac religiosis etiam his nostratibus cultibus, nocturnis cantionibus, facumque gestationibus, quibus nos Christiani pium e vita discessum honore prosequi consuevimus. Ac lætitia luctu permixta efficitur hujusmodi corporis exportatio.* Sic ibi.

XXV. Post hæc vero Gregorius magnum ac plane mirandum quid subditurus, primo liberans fidem suam, quam sciret apud plurimos periclitaturam, isthæc caute præmittit: *Quod si cui hæc oratio credibilis videtur, id quoque multorum auribus divulgatum est. Quod cum corpus, Tauro monte superato, ad paternam Civitatem* (nempe Constantinopolim) *hanc, inquam, illis cognominem, in primisque claram & nobilem, veheretur; vox quædam summis locis a nonnullis exaudiebatur, velut psallentium, & prosequentium (angelicorum, opinor, cœtuum) quod pietatis illi præmium erat, funebrisque remuneratio. Nam etsi rectum & orthodoxam fidem nonnihil luxare visus est; hoc tamen crimen procerum importunitati, fideique perversitati tribuendum est, qui simplicem, parumque in pietate firmam animam, minimeque barathra prospicientem, quo libuit, abduxerunt, exultaque doctrinæ fuco atque prætextu, vitiis zelum effecerunt. At nos, quod communius est, tum patrem, a quo Imperatoriæ potentia, & fidei Christianissimo fundamenta jacta sunt, tum etiam doctrinæ hæreditatem ad filium devolutam cogitantes, ejus qui juste semper in Imperio vixerat, pioque fine vitam clauserat, nobisque principatum reliquerat, merito tabernaculum honore complectebamur. Ut autem magnæ & Imperatoriæ urbi propinquus fuit; quid totius exercitus satellitium, & stipationem, armatamque turmam Imperatori, tamquam vivo exhibitam, commemorare attinet, aut præclaram Civitatis effusionem, omnium, quæ umquam fuerunt, aut futura sunt, celeberrimam?* Hactenus de laudibus atque Constantii funere Gregorius, quod curatum fuisse per Jovianum Protectorem, domesticorum Ammianus testantur (b).

Funus Constantii.

(b) Ammian. l. 21.

XXVI. Gregorius ab auctore excusatur.

Videre jam videor, lector, ex obducto tuæ frontis inter legendum supercilio, te hæc infenso animo accepisse; sed amabo te, animæquior esto, & patere nos de his paulo fusius differentes, atque suspende interea de Gregorio tanto viro ferre sententiam. Primum quidem illud absque contentione, puto, concedes, nullius animum levi saltem suspicione jure pulsari posse, Gregorium (quod sæpe factitare solent encomiastæ oratores) in his dicendis adulationis vitio laborasse: si-

qui-

PAGIUS Panegyrico, Marcellino lib. 29. & Zosimo pag. 712. & seq. In eam urbem ingressus est die undecima mensis Decembris, Auctore Chronici Alex. Idacio in Fastis, Ammiano lib. 22. & Socrate lib. 3. cap. 1. affirmantibus. Ibi octo fermo mensibus egit, etsi Zosimus citatus decem dicat: eum enim errare anno sequenti videbimus. Hinc *Constantii* exequiæ, quas Julianus cohonestavit, ante diem XI. Decembris peractæ non fuere. Philosturgius lib. 6. cap. 6. testatur, Julianum, cum Constantii corpus ad sepulturam deferretur; ante feretrum processisse, diademate de capite sublato. Quod ex eo exscripsit Nicephorus lib. 10. cap. 1. & habent etiam Acta S. Artemii die XX. Octobris apud Surium. Libanius in Oratione funebri pag. 289. ait, *Julianum* manibus contigisse feretrum, omnibus Regni insignibus præter chlamydem depositis. Imo Gregorius Nazianzenus hunc Juliani in Constantii funere habitum, sive vi, sive sponte adscitum ait, additque, *demisso vultu Imperatori extremum officium præstitisse*. Porro Julianus non annos undetriginta, ut scribit Baronius, sed annos triginta natus Imperium suscepit, ut ex his, quæ in morte ejus, dicemus, patebit.

Ad

quidem ejus laudes prædicabat, qui vita defunctus esset, a quo aliquid sperare non poterat, nec a successoribus ejus, infantula posthuma tantum post se relicta.

XXVII. Diversa ratio scribentium Diversa.

Hoc igitur narrationis ingressu paucis hisce verbis adulationis suspicione prorsus absterfa, quæ esse solet ad mentiendum illecebra; illud quoque velim, pie lector, attendas, scriptionum atque tractationum genera, cum soleant esse diversa, non eadem ab omnibus requirenda: atque frustra in altero quæri, quod in altero tantum præstari solet. Quis, rogo, nesciat encomiastis tractatoris alios esse numeros, alios vero ab eo diversos historiarum scriptoris? Ille namque parva, etsi vera, amplificationibus tamen reddere solet maxima; & facere verisimilia vera; coarctatur hic inter angustos limites veritatis, quos cum semel excesserit, esse desinit quod profitetur historicus, & alienis jam castris perfuga vagatur: ita ut ex hujusmodi tessera agnoscatur encomiastes, & qui censeatur historicus.

XXVIII. Gregorii institutum.

Cum itaque Gregorius noster summo studio eloquentiæ binas illas in Julianum luculentissimas scripserit orationes; unde magna vis dicendi, ac vehemens suppeditari solet oratoribus argumentum, ex comparatione probi viri, aliquem demonstrare esse deterrimum: haud arbitror quemquam adeo severum ac plane rigidum posse Gregorii esse censorem, ut non hic aliquid eidem concedendum putet, si comparans cum Juliano Constantium, ut illum in locum infimum deprimat, hunc super sidera sit conatus extollere. Quæ enim impetu quodam dicendique copia fertur oratio, nescit habenas; cum in his præsertim opinione hominum videatur oratoris gloria collocata, si, quæ minima existant, maxima omni ex parte esse demonstret. Hac igitur ratione licuit Gregorio, comparatione Juliani laudare Constantium, & in laudando excusationem mereri, si petitis undique argumentis, & quibuscumque ascitis conjecturis, in eo fuisse nimius videatur. Comparatione pessimi laudari interdum malum, usu sæpe venisse, immo & ex divinæ Scripturæ præscripto, quis ignorat? ut illud Ezechielis (a) demonstrat, cum comparatione scelestissimæ Hierusalem, justificari ait, nempe videri justas, Sodomam atque Samariam.

(a) Ezech. 16.

XXIX. Constantius unde vere laudem meruerit.

At cum nec liceat oratori omnino mentiri, præsertim Christiano: hic modo accuratius investigemus, an Gregorio, quem, comparatione cum Juliano inita, Constantium jure laudasse diximus, & eo in argumento versatum, ex parvis magna componere voluisse, possit aliquo modo mendacii crimen impingi; in hoc namque totius hujuscemodi controversiæ verti cardo videtur. Cum enim multus est in commendando Constantio ex pietate, nempe ex cultu erga Christianam religionem exhibito: certe quidem ex promulgatis ea de causa ab se legibus, aliisque edictis adversus idololatras, superstitiosos, incantatores, & magos sæpe sancitis, cum patri suo Constantino, tum aliis compluribus Orthodoxæ etiam fidei Principibus, Constantius impar existimari minime potest: qua de re cum a Gregorio merito laudatur, tum inter alios ab Ambrosio (b) digno elogio prædicatur, cum ait: *Constantius augustæ memoriæ nondum sacris initiatus mysteriis, contaminari se putavit, si aram illam videret; jussit auferri, non jussit reponi.* Id quidem Romæ accidisse diximus, cum ipse ascendens Capitolium, aram Victoriæ inde tolli præcepit. Ex his igitur summarum laudum sibi Constantium præconia comparasse, nemo est qui jure inficias ire possit; hocque sensu accipienda sunt ea quæ alibi idem Gregorius (c) de eodem ipso Constantio ait, fuisse religiosissimum Principem, ut quisque alius eorum, quos ipse novisset, Imperatorum.

(b) Ambr. ad Valent. epist. 30. vet. edit.

(c) Greg. Nazianz. carm. de verecundia.

XXX. Quem excusat, errasse fatetur.

Quod vero spectat ad cultum Catholicæ pietatis: licet idem Gregorius ipsum excuset, haud tamen eum non errasse defendit, quem a suis fuisse deceptum, tum ibi, tum aliis etiam in locis constanter affirmat. Qua quidem in re, id ipsum quod Gregorius, præstiterunt Athanasius, & Hilarius, qui gravissime a Constantio vexati sunt: cum scilicet interdum sic eum redarguant, ut excusent; nam inter alia sic Athanasius (d): *Illi* (nempe Episcopi Ariani) *præter mentem Constantii Imperatoris humani & pii, pro libidine quæ volunt promulgant, & faciunt ea quæ libet, & in faciendo utuntur magna vafricie, &c.* Habet & id genus multa in Apologiis suis ad Constantium scriptis: id ipsum Hilarius in libris ad Constantium, aliisque locis superius recitatis, quæ, prolixitatis causa vitandæ, hic iterum repetere prætermittimus.

(d) Athan. orat. 1. cont. Arian.

XXXI. Aliqua Constantii morientis pœnitentia.

Verum quod Gregorius non Constantium modo excusasse, sed & visus sit absolvisse, quinetiam in cœlis cum beatis spiritibus collocasse; in his quidem a cæteris longe discrepat. Sed venia dignus error; cum ignorans facti, eum putaverit pœnitentem, quem ultimis illis verbis, quibus absolutis efflavit animam, doluisse ferunt (e), quod novis studuisset dogmatibus: magna profecto ista fuit Imperatoris confessio, ultimo elogio rescidisse, quod viginti quinque annorum spatio magno labore & industria extruxisset. Habuit id quidem pro constanti Gregorius, quod disertis verbis affirmat (f), pio fine vitam clausisse Constantium. Quod si vere, prout ipse putavit, accidisse contigerit;

(e) Gregor. Nazianz. Orat. in laud. Athan.

(f) Greg. Nazianz. Orat. 2. in Julian.

haud abhorret a fide, quod relatione multorum fuerat diffamatum de audito cælitus cantu: cum gaudium fiat in cælo super ono peccatore pœnitentiam agente. At hæc, quæ de Constantii pœnitentia a Gregorio enarrantur, post susceptum ab Euzoio baptismum oportuit accidisse, cum jam (ut ait) proxime moriturus esset. Istæc autem a nobis dicta sunto, non ad absolvendum Constantium, sed ad excusandum atque defendendum Gregorium, quem inverecunde atque admodum temere complures in crimen vocant proditæ veritatis.

XXXII. Mores laudati Constantii.

Reliqua vero, quæ ad ejus mores laudabiles spectant: eum enituisse egregia castitate, adeo ut nec aliqua potuisset adversa vel levi suspicione pulsari, Ammianus affirmat. Quod autem pertinet ad alios probe compositos actus, necnon quæ eidem vitio vertebantur, atque de ejus vultus effigie; habes hæc omnia fusius ab Ammiano recensita. Cum vero ipsum constet, ex iis quæ a Gregorio dicta sunt, fuisse Christiano ritu sepulturæ mandatum: miramur dici eumdem Constantium inter divos esse relatum; nisi fortasse id Julianus Apostata præstitit ad abolendas contractas ex ingratitudine notas. Hic tandem finis Constantii Imperatoris plane felicissimi, & nulli Augustorum secundi, nisi Catholicæ fidei professoribus negotium facessisset. *Vixit* (inquit Victor historicus (a), *quem hoc anno Julianus Consularem præfecit Secundæ Pannoniæ, & area quoque statua honoravit* (b) *annos quadragintaquatuor. Imperavit cum patre, fratribus, ac demum solus annos triginta novem; factus Augustus annos viginti quatuor expletos, octo solus, cum fratribus, & Magnentio sexdecim, Cæsar quindecim.* Hæc cum ita legantur apud Victorem, depravata esse noscuntur. Illud autem de annis Imperii Constantii certum est, ejus Imperium inchoatum esse ab obitu Constantini, anno Domini trecentesimo trigesimoseptimo, XI. Kal. Junii, quo ille mortuus est, productumque ad præsentem usque annum, quo obiit tertio Nonas octobris; ex quibus constat ipsum imperasse post patrem annos vigintiquatuor, menses quatuor, & dies quatuordecim. Cætera vero, quæ contigerunt hoc anno post Constantii obitum, cum Julianus solus cœpit moderari habenas imperii, dicemus sequenti Annalium tomo.

(a) Vict. in Julian.
(b) Ammian. l. 21.

XXXIII. Miserandus status Ecclesiæ.

His igitur, quæ ad statum Romani Imperii pertinent, enarratis; modo, quonam statu essent res Ecclesiasticæ, pertractandum. Ubique luctus, ubique dolor, dominantibus Arianis, Orthodoxis vero fidei defensoribus magna ex parte exilio pulsis, vel factis extorribus: reliquis ferme omnibus, perpaucis exceptis, fœdus fœde ineuntibus cum Arianis. Sed qui regia sibi juncta potentia in populum Christianum diabolus adeo publice & aperte grassabatur ut leo; in secretiorem illam Ecclesiæ partem, quæ eremi detinebatur ergastulis, in monachos, inquam, illos, qui seclusi e sæculo, cælo viderentur inclusi, Angelis parem vitam in terris agentes, sese serpentis instar occultis spiris obvolutum ingessit: pervasitque primum (quod superius dictum est) Ægypti solitudinis monachos, schismatis Meletiani & Arianæ hæresis complures complicatis nodis obvolvens.

XXXIV. Massaliani Hæretici.

Penetravit ejusdem quoque serpentis virus monachos qui erant in Mesopotamia (extitit provincia illa, in qua primum de abrenunciatione jussio data est a Deo fidei parenti Abraham, monachorum germinibus fertilissima) dum per pseudomonachos quosdam, quorum nomina recenset Theodoretus (c), Dadoen *, Sabbam, Adelphium, Simeonem, Hermam, & alios quosdam, inter eos hæresis spargitur Massalianorum *, qui iidem Euchitæ sunt dicti, Latine autem Precatores sunt nominati: quos & se Spirituales dicere solitos, idem Theodoretus affirmat (d). A temporibus namque Constantii hanc hæresin coaluisse in Mesopotamia, auctor est Epiphanius (e) cui majorem fidem præstandam putamus, utpote tunc viventi, & adversus eam scribenti, quam Theodoreto affirmanti temporibus Valentiniani atque Valentis Impp. prodiisse. His jure congruit illud Davidicum (f): *In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi.* Dum enim (quod decet sanctos monachos) orationibus jugiter vacant (nam & Dominus (g) admonuit semper orandum) eo superbiæ atque arrogantiæ elati sunt, ut præter orationem, cætera cuncta esse parvi vel nullius plane momenti, affirmarent.

(c) Theod. hæret. fab. l. 4. c. 10.
* Daodem
* Messalian.
(d) Theod. hæret. fab. l. 6.
(e) Epiph. hæresi 80.
(f) Psalm. 141.
(g) Luc. 18.

XXXV. Euphemitæ Martyriani hæretici.

Sed hic primum altius est repetenda ex Epiphanio Massalianorum origo. Secta illa erat non ex Christianis, vel Judæis, Samaritisve comparata, dicta Euphemitarum, sed ex Gentilibus; qui cum plures deos assererent, nonnisi tamen unum adorarent, quem dicerent Omnipotentem: hique solerent in publicis a se ædificatis oratoriis convenire precum causa. Hos quoque seipsos nominasse Martyrianos, quod, cum Gentiles essent, a provinciarum Præsidibus persecutionem sint passi, & complures ex illis occisi a Lupicino Prætore, idem Epiphanius tradit. Sed & Satanianos eosdem se appellasse, propter cultum, quem exhiberent Satanæ, ne ab eo læderentur, idem affirmat. Cæterum diversi plane ab his sunt, de quibus hic agimus, a precibus item dicti Massaliani: qui Constantii temporibus prodiere ex Christianis, iisdemque monachis,

iis

a

iis scilicet, qui (ut dictum est) solitudinem Mesopotamiæ incolebant: qui quidem illud primum jecerunt struendæ impietatis fundamentum, ut assererent ex sententia Domini semper orandum, ac proinde precationi semper vacandum esse, ac cætera omnia negligenda: idque affirmantes esse tanti momenti, ut solum sufficeret ad omnes potestates adversarias superandas. Ea hoc in primis provenit, ut, quod erat monasticæ disciplinæ conjunctum, opus manuum penitus prætermitterent, illud Domini (a) usurpantes: *Operamini cibum qui non perit.* Sed & jejunium penitus ignorabant; satis dicentes sufficere ad mentem expurgandam, orationem. Iidem quoque ad preces cubabant permixti mulieribus, quod a sanctis Christianorum institutis penitus abhorrebat.

(a) Joan. 6.

XXXVI. Deliramenta hæreticorum Massalianorum.

At parum fuit illis ex ejusmodi male assumpto principio, labefactare monasticam disciplinam, nisi etiam corrumperent Ecclesiastica dogmata. Siquidem eos nefandum illud dogma excogitasse, Theodoretus affirmat, ut dicerent sacramenta Ecclesiæ nec prodesse, nec obesse, sed oratione tantum peccata laxari, dæmonesque fugari: seque habere, impie jactabant, baptismum ad instar novaculæ: ut sicut hæc pilos corradit, & tamen iidem ea radicibus iterum pullulant; ita, ex illorum sententia, post baptismum remaneat peccatum originale; perpetua tamen oratione peccati radicem prorsus evelli, asserebant: habereque unumquemque hominem dicebant habitantem in se dæmonem: nec ipso caruisse Apostolos; eum vero tantum oratione fugari; qua ajebant posse quoque effici homines impassibiles, atque participes divini Spiritus, & conjunctione animi cum cælesti sponso, mira dulcedine perfrui. Duas insuper addebant possidere homines animas, quarum alteram esse supercælestem: garriebant etiam capaces se esse corporeis oculis videndi sanctissimam Trinitatem. Unde accidebat ut hujuscemodi visionibus, quæ per dæmonum illusionem solent fieri, delectarentur; quarum apparitionibus ac pariter revelationibus eo insaniæ pervenere, ut non tam dicerent se esse perfectos, sed vel Angelum, vel Prophetam, immo & Christum esse jactarent, reliquos autem indignos esse Christiano nomine. Addit his Theodoretus (b): *Multa quoque alia faciunt, quæ eorum phrenesin arguunt. Nam* (inquit) *repente saltant, & super dæmones se saltasse jactant; & digitis sagittantium speciem præseferunt, se in Dæmonem jaculari affirmantes; & quædam alia faciunt simili furore plena; & ideo Enthusiastarum, hoc est, divinorum furore correptorum, nomen sortiti sunt.* Ita Theodoretus. Et sane quidem ejusmodi visi sunt esse, ut inter insanos, mente captos, & furore

(b) Theod. hæret. fab. lib. 4.

arreptos numerandi potius fuissent, quam inter hæreticos, nisi omnes hæretici diversis modis insania laborarent, & furore perciti essent.

XXXVII.

Tractantur istæ non a Theodoreto tantum, sed etiam a Damasceno, qui & de eorum in pauperes immanitate hæc addit (c): *Inhumanitatem (inquit) in mendicos inducunt: negant enim iis dandum, qui publice ea, quæ ad victum pertinent, quærunt; aut iis quorum manus opere labefactatæ sint; aut iis qui adversa fortuna utantur, vel corporum debilitate, vel morbis, vel acerbitate creditorum vexentur, vel furum injuriis; vel aliis, qui hujusmodi casus experti fuerint, subvenire oportere eos, qui ab illis discreti sunt, & aliquid boni agere instituunt; sed sibi omnia esse suppeditanda, eo quod ipsi soli sint pauperes spiritu.* Hæc Damascenus, qui de his plura subdit; additque, eosdem docuisse, ad libitum dirimi posse conjugia; suadereque filiis neglectum parentum, & ad sibi omnia conferenda solitos exhortari: negasse quoque eos, quemquam initiari sacramentis, nisi super quem visibilis gratia Spiritus sancti descenderet: phantasticis enim hujuscemodi visionibus a Dæmone illudebantur, ut super eos visibili signo apparere videretur Spiritus sanctus, cum præsertim ordinationes celebrarent; quam habebant sacerdotes & Episcopos.

(c) Damasc. hæres. 80. Crudelitas Massalianorum hæreticorum.

XXXVIII.

Quod vero in unoquoque sacramento requirerent visibile signum, isthæc de eisdem risu digna narrat S. Augustinus (d): *Nonnulli dicunt eos de purgatione animæ nescio quam phantasticam & ridiculam fabulam narrare; porcam scilicet cum porcellis suis videri exire de ore hominis, quando purgatur; & in eum visibili similiter specie, ignem, qui non comburat, intrare.* Hæc Augustinus. Eo quoque illusio Dæmonis ipsos impulit, ut (quod testatur Theodoretus e) futurorum revelationes se habere gloriarentur. Quomodo autem hos expulerint Catholicæ professionis Episcopi, Latojus Melitensis, Amphilochius Iconii, & Flavianus Antiochiæ, idem subdit: sed de his suo loco dicendum. Non levis negotii erat opus, hos habitu sancto latentes detegere: nam illis ea dogmatis præscripto jurare ac pejerare fas fuisse, idem qui supra tradit Damascenus. Massalianorum quoque eam sententiam fuisse, S. Hieronymus docet (f), ut dicerent posse hominem ad perfectionem, atque ad similitudinem & æqualitatem Dei, humana virtute & scientia pervenire; ita ut assererent, se ne cogitatione quidem & ignorantia (cum ad consummationis culmen ascenderint) posse peccare: sic de his S. Hieronymus.

(d) Aug. de hæres. c. 57. Ludibrium Massalianorum.

(e) Theod. hæret. fab. l. 4.

(f) Hier. dial. advers. Pelag. in præf.

XXXIX.

Quod vero ad habitum corporis spectat, hæc Epiphanius (g): *Sed & in alia forma inventi sunt iidem venerandi nostri fra-*

(g) Epiph. hæres. 80.

Massalianorum habitus.

tres, qui in Monasteriis per Mesopotamiam degunt (quas & Mandras, hoc est, ovilia, sive cohortes appellant) nam comas muliebres producunt, & sacco conspicuo incedunt. Oportebat autem filios sanctæ virginis matris nostræ Ecclesiæ esse reverendos in tonsura, & colere Deum occulte videntem occulta. Et paulo post: *Alienum est a Catholica Ecclesia saccus conspicuus; & coma extenta, a prædicatione Apostolorum.* Hæc ipse. Quod autem ad propagationem hujuscemodi generis monachorum; haud prætergressi visi sunt Mesopotamiam, vel Syriam, occulte serpentes, eo quod expellerentur ab omnibus, sicubi detecti essent, cum occulte serperent sicut cancer.

XL. Monachi negantes operandum manibus.

Quod vero ad disciplinam monasticam pertinet; eam partem complures etiam in Occidente tunc sectati sunt ignavi monachi, qui negarent esse manibus operandum: adversus quos S. Augustinus commentarium illum scripsit, *De opere Monachorum.* Ejusdem plane generis ille visus est esse Monachus, quem Silvanus Abbas ad meliorem frugem restituit; de quo sic in Vitis Patrum (a): *Quidam peregrinus frater venit ad Abbatem Silvanum in monte Sina, & vidit quod fratres operarentur, & dicit eis: Quare operamini escam, quæ perit? Maria autem optimam partem elegit. Tunc senex dicit discipulo suo Zachariæ: Da illi codicem, ut legat, & mitte illum in cellulam quæ nihil habet. Hora autem nona circumspiciebat frater ille viam, si forte vocaret eum senex ad comedendum. Postquam autem transiit hora nona, venit ad senem, dicens ei: Numquid hodie non comederunt fratres, Abba? Cumque senex fateretur; ait ille: Quare me non vocasti? Tunc dixit ei Abbas Silvanus: Tu homo spiritualis es, & non habes necesse hanc escam: nos autem tamquam carnales opus habemus comedere, ideo operamur: tu autem optimam partem elegisti; legis enim quotidie, & non vis carnalem escam accipere. Quod cum audisset, cœpit pœnitere, & dicere: Indulge mihi, Abba. Tunc respondit illi Silvanus: Ergo necessaria est Martha Mariæ: propter Martham enim & Maria laudatur.* Hæc ibi de Monacho ea ex parte Massalianorum errorem sectante: ipsi enim qui ejus sectæ erant (ut diximus) hi Spirituales se nominabant, reliquos vero Carnales.

(a) Vit. Patr. par. 2. c. 36.

XLI. Monachi quidam Ægyptii fatuo errore lapsi.

Quod autem iidem dicerent Massaliani, ab hominibus orantibus Dæmones foras egredi per excrementa, per sputa, mucum, & alia; in memoriam revocatur, his contraria conatum esse dæmonem suadere monachis quibusdam Ægypti, nimirum, peccatum esse ejusmodi necessaria corporis excrementa egerere: in quos jure expostulat Athanasius, sic scribens ad Ammonem monachum, cum inter alia hæc ait (b): *Diaboli artes nequeo non mirari; qui luės & corruptela cum sit, sanctitatis & puritatis speciæ plenas rationes subjiciat: ut id potius ut insidietur, quam ut probet, facit. Ideo enim ista auribus Ascetarum insusurrat, quæ nihil ad vitam commodi aliud, quam quod inanitatis, & nugarum plenas rationes diligenter evitandas (ut antea monui) conferunt: ut dum eos a consueta & salutari studia revocarit, regnare solus & rerum potiri videatur. Quid enim, rogo te dilecte, & in primis pie, sceleris aut labis habeat ipsa, quæ postulante natura fit, excretio? verbi gratia, si quis erumpentem e naribus mucorem, vel ipsa oris sputa vitio vertat? atque & his ampliora longe possumus addere ventris nempe dejectiones, quæ ita cunctis existunt necessariæ, ut sine his ne vivere quidem animal natura voluerit. Deinde cum hominem manuum Dei opus esse, divina Scriptura (c) docente, credimus: qui fit, ut ex munda facultate polluti aliquid & contaminati operis prodeat? Deinde si, quod in Actis Apostolorum (d) didicimus, Dei genus sumus; immundum prorsus in nobis & contaminatum nihil habemus. Tum enim inquinamur solum, cum pessimi odoris opus, peccatum operamur.* Subdit autem, ex sententia Domini male accepta, hanc eos hausisse hæresin; qui ait (e): *Non quæ intrant per os coinquinant hominem, sed quæ exeunt.*

(b) Athan. ad Ammonem Monachum.

(c) Gen. 2.

(d) Act. 17.

(e) Matth. 15.

XLII. Nova hæresis extinguitur.

Porro ea scripta epistola Athanasius emergentem e scrupulo quorumdam & dæmonis fallacia hæresim cito compressit atque succidit; quam eo usque progressam esse declarat, ut eadem ratione matrimonium quoque damnarent, quod in procreatione prolis e corpore progredi semen necesse esset. Detecta est plane diaboli mira calliditas, qui sic (quod est apud Isaiam f) deduceret iniquitatem in funiculis, ut ex eis efficeret vinculum plaustri. Demum vero Athanasius ad eumdem Archimandritam Ammonem eadem epistola hæc perorat: *Quare hoc unum abs te contenderim, Pater, ut qui tuæ fidei commissi sunt greges, adversus ista munias, & Apostolicis verbis horteris, Evangelicis demulceas, iisdem Psalmis consulas, suadeasque ut secundum Dei oracula vivificari postulent: quæ nihil aliud, quam ut puro corde eidem serviamus, docent, &c.*

(f) Isa. 5.

XLIII. Monachorum quorumdam deliria.

In horum pariter classem adlegendi sunt illi pseudomonachi, quorum S. Epiphanius in sua Anacephalæosi meminit, atque in primis de Zacchæo, cum ait: *Zacchæus, qui nuper mortuus est in Montana circa Hierosolymam regione, penitus cum nullo homine preces faciebat; sed & ob eam causam audenter sancta mysteria contrectabat; & sacrificia, cum laicus esset, impudenter tractabat. Alius vero quidam (quisquis tandem ille erat vir) qui vitam sane piam vivere putabatur,*

& in

& in monasteriis circa deserta Ægypti habitabat; itemque alius & Sinæum montem habitans: qui ex somniis juveniliter ac fortiter, sed temere egerunt, ut impositionem manuum ad Episcopatum susceperint, sederintque, ac quæ Episcoporum sunt, facere aggressi sint, ad se non pertinentia. Alii autem non pauci se ipsos castrare ausi sunt, præter mandata, nimirum juvenilis & robustæ actionis gratia. Alii vero fortiter sibi agere videntur, qui audent, non consultis aliis, & præter aliorum morem, velut ab Orthodoxis progressi, collegium sibi ipsis contrahere, & citra universalis Synodi approbationem, rebaptizare eos qui ad ipsos accedunt, nimirum ex Arianis: cum nondum res sit ex censura Synodi, velut dixi, decisa. Et paulo post: *Sunt & alii, quorum unusquisque per seipsum precatur, & non cum aliquo in totum (nemini scilicet communicare volentes) aliqui vero precantur in vinculis præter Ecclesiæ statutum.* Hæc Epiphanius.

XLIV. Eustathius hæresiarcha.

At longe his teteriora videri possunt, quibus Eustathius infecit monachos, atque si licuisset, universam Dei Ecclesiam: hic enim, adeo savit monachismo, ut spreverit reliquos Christianorum ordines, & prætextu quodam sanctitatis, Dei Ecclesiam, quæ (instar sagenæ omnium genera piscium congregantis) cunctos amplectitur, pessumdederit, atque ferme penitus fuisset demolitus, nisi cito securis Apostolica infaustos palmites succidisset: cum auctoritate Romani Pontificis, Gangris civitate in Paphlagonia congregata Synodo, quot hæreses delirus Eustathius statuerat, tot adversus eas statutis canonibus Patres paribus suffragiis damnavere. Porro hic de his agere ad calcem ferme tomi hujus distulimus, ubi simul congessimus quæ ex monachis toto hoc annorum periodo, quo præsens tomus includitur, hæreses prodiere; cum quoto potissimum anno Constantini dicta Synodus fuerit celebrata, minime appareret: cum tamen certum sit, ex præsentia Osii Episcopi Cordubensis, qui eidem Synodo interfuisse legitur; ipsam celebratam esse temporibus Constantini Magni, cum Osius a Romano Pontifice legatus in Orientem missus est, ut omnem labantem Ecclesiarum statum componeret, prout superius pluribus diximus. Quod igitur idem Osius Apostolicæ sedis legatus eidem Gangrensi Concilio præsto fuit; inde puto accidit, ut Symmachus Papa in sexta Synodo Romana libere testatus sit, canones Gangrenses Apostolica auctoritate conditos esse.

Concilium Gangrense auctoritate Romani Pontificis collectum.

XLV. At priusquam de his agamus, de Eustathio pravorum hujusmodi dogmatum architecto disserendum est. Hunc fuisse Eustathium illum Episcopum Sebastiæ in Minori Armenia, de quo sæpe superius, atque sæpius quarto tomo dicturi sumus, Socratis (a), atque Sozomeni (b), & aliorum recentiorum, qui hos sunt secuti, historicorum assertione traditur. Quod quidem mihi nulla prorsus ratione probatur: cum e contrario plura sint, quæ dictis auctoribus magnopere adversentur. Et in primis, quod S. Basilius duabus epistolis cum diligenti scopa cunctas ejusdem Eustathii Sebasteni turpitudines in unum congerat, easdemque singulas spectandas palam exponat; nullam prorsus de hujuscemodi hæresibus, vel ejus damnatione facta in Gangrensi Concilio, mentionem habuit: quæ quidem ad totam ejus vitam sugillandam, ante omnia ponenda esse videbantur. Nec est quod dici possit, ante Conventum illum Gangrensem, eas a S. Basilio fuisse scriptas epistolas; cum illæ datæ habeantur tempore Valentis Imperatoris: Synodus autem illa, cui interfuit Osius, Constantini temporibus superius a nobis notatis habita esse intelligatur.

(a) Socrat. l.2. c.33.
(b) Sozom. lib.3. c.13.

Eustathius Sebastenus diversus ab Hæresiarcha.

XLVI. Rursum vero cum in compluribus Synodis, teste ibidem S. Basilio, & aliis, reperiatur Eustathius fuisse damnatus a Catholicis ob perfidiam Arianam, quam sectabatur; in nulla ipsarum apparet proposita fuisse querela, vel saltem in memoriam revocata hominis damnatio, aut ad infamiam ipsius aliqua ex more facta mentio tot ejus hæresum, quæ damnatæ cum auctore habentur in dicto Gangrensi Concilio. Sed & quod magis istud ipsum persuadendi vim habere posse videatur, illud plane est; quod fungente ipso Eustathio cum collegis legatione apud Liberium Romanum Pontificem (ut suo loco dicetur) cum, ut audiretur, professio ab eo exigeretur Catholicæ fidei; nulla alia ab ipso edita est, præter illam, qua se fidei a Patribus Nicææ editæ professorem esse significaret: cum alioqui hæresum omnium, quarum causa in Synodo ante damnatus fuerat, expressa mentio habenda, & peculiaris detestatio, plenaque illarum abdicatio, ex instituto Ecclesiasticæ disciplinæ, adjicienda fuisset, si re vera ipse tot hæresum pravus inventor atque promulgator extitisset.

Aliæ differentiæ quibus distinguuntur ab invicem.

XLVII. Insuper cum apud neminem antiquorum auctorum, qui hæreticorum catalogum scriptis fuerit prosecutus, idem Eustathius Sebastenus ea laboret infamia, ut illorum errorum, qui Gangris recensiti atque damnati fuere, auctor esse dicatur, non apud Epiphanium, aut Philastrium, Augustinum, Theodoretum, vel Damascenum: plane satis aperte demonstrari posse videtur, aliquem alium Eustathium, a Sebasteno diversum, fuisse earumdem hæresum institutorem. Sed rursum, cum sicut nec ejus, ita nec ab eo promulgatorum dogmatum apud ipsorum aliquem, qui diligenti studio hæreses omnes atque hæresiarchas recensuere, mentio facta esse

Diversitas errorum diversos constituit Auctores.

re-

reperiatur: illud facile persoadet, ut ealstimem ipso sui ortu hæreses illas cum hæresiarcha compressas, atque adeo extinctas penitus esse, ut etiam ab omni memoria fuerint oblivione deletæ. Cum igitur ejusdem Gaogrensis Synodi Actis Socrates & Sozomenus invenerint eorumdem errorum in crimen adductum Eustathium quemdam: quod, quisnam ille fuerit, haud habetetur eapressum, quodque alium nescirent Eustathium hæresis infamatum ea ætate, præter Sebastenum, qui hæresis Arianæ causa reperiretur sæpe damnatus; eidem ea omnia adscripsere: perinde ac si uno invento fure, eidem furta omnia ejus regionis absque alio indicio tribuantur, quem tamen complures contrariæ probationes absolvant.

XLVIII. Sed maius opinator Sozomenus errores ex errore deducens; atque una consarciens, tradit eumdem Eustathium Sebastenum auctorem fuisse vitæ monasticæ, quæ viguit in Armenia, Ponto, & Paphlagonia; nam ait (a): *Apud Armenos vero, Paphlagones, & Ponti accolas fertur Eustathium Ecclesiæ Sebastiæ, quæ est urbs Armeniæ, Episcopum, primum cœpisse vitam monasticam & austeram illius institutionem colere; a cibis ad vivendum necessariis, & a vestibus quibus utendum est, abstinere; morum & vitæ accurate tradactæ auctorem extitisse; adeo ut nonnulli constanter affirment, librum Basilii Magni Cappadocis, qui* Ἀσκητικός, *id est, de Vita & disciplina monastica inscribitur, ab eo editum esse. Dicitur porro præ nimis exquisita disciplinæ norma in absurdas observationes lapsus esse, easque legibus Ecclesiasticis penitus discrepantes. Attamen sunt quidam, qui illum crimine eripiant, incusentque nonnullos ex ejus discipulis, quod nuptias reprehendant, &c.* Enumerat enim errores omnes in dicto Gangrensi concilio condemnatos.

(a) Sozom. l. 3. c. 13.

Eustathius Sebastenus falso creditus auctor Monach. Armeniæ.

XLIX. Sed hic siste, lector; ne inconsulto auctorem errantem sequens, æque cum illo in errorum foveas te præcipitem dedas. At jam singula ab eo descripta, hic vero recitata, eaactissime disquiramus. Tantum abest ut Eustathius Sebastenus auctor dici possit monasticæ vitæ, quæ in Armenia, Paphlagonia, atque Ponto coaluit; ut nec, si ipse monachus fuerit, aliquo digno teste probari possit. Siquidem S. Basilius ejusdem viri vitam a cunabulis prope retexens (b), cum ejus institutionem Aleaandriæ sub Ario magistro recenseat, reditumque in patriam referat, & quas passus est abdicationes ob Arianam hæresin, antequam Episcopus esset, vel cum factus Episcopus; nullam umquam habuit mentionem de suscepto ab eo monastico instituto: quod certe minime prætermittendum fuisset. Quin insuper scribens ad eumdem Eustathium ipse Basilius (c), & opportuna occasione recensens diversarum provinciarum, quos noverat, monachos; necessaria quadam illatione, de ipso Eustathio, quod monachus fuerit, mentionem facete debuisset: at cum ne verbum quidem, vel saltem nutum expresserit, omnis plane de Eustathii monachismo existimatio & conjectura penitus deficit. Rursus vero S. Epiphanius (d), qui eodem quoque vixit tempore, dum de Ærio hæresiarcha agit, quem condiscipulum fuisse tradit Eustathii, utpote qui simul Arianam hæresin didicerint, nullam prorsus de Eustathii monachismo habuit mentionem: qua quidem occasione, Ærii prava dogmata æque disseminantis minime prætermittenda erant. Qoo igitur teste prodit Sozomenus Eustathium monachorum primum in Armenia, Ponto, & Paphlagonia auctorem, quem nec fuisse monachum, certa alicujus testificatione poterit affimare?

Eustathius nec Monachus fuisse probatur.

(b) Basil. epis. 74. & 82. prope fin.

(c) Basil. ep. 79.

(d) Epiph. hæresi 75.

L. Sed demus licet Eustathium Sebastenum ante Episcopatum fuisse monachum; non tamen ulla prorsus ratione probare quis poterit fuisse in nominatis regionibus monachorum primum auctorem, institutoremque. Etenim quonam pacto, quæso, homo sub Ario Alexandriæ institutus, reversus in patriam semper perseverans Arianus, potuit auctor fieri monachorum, quos fide Catholica præ cæteris enituisse constat? Id quidem de Ponticis monachis pluribus testatum esse Gregorium Nazianzenum, superius demonstravimus. Cæterum ante Basilium nullum viguisse cœnobiticæ vitæ usum in Armenia, Ponto, Paphlagonia, aliisve adjacentibus provinciis, ex his quæ S. Basilius scribit ad Neocæsarienses, perfacile intelligi potest: ubi hæc ipse, quæ licet longe superius alia occasione recensuerimus, sunt tamen hic necessario repetenda: *Accusamur vero* (inquit (e)) *& hujus, quod homines habeamus monachos, pietatis studiosos, qui mundo renunciarint, & universis sæculi istius curis, quas Dominus comparat spinis fertilitatem verbi impedientibus: qui hujusmodi sunt, mortificationem Jesu corpore circumferant, ac cruce quisque sua accepta, Deum sequuntur. Ego vero omnem vitam meam impenderem, ut mihi possent ista impingi delicta, haberemque apud me viros, qui, me doctore, hoc pietatis studium amplexi hactenus fuerint. Nunc autem in Ægypto quidem audio talem esse virorum quorumdam virtutem, & forsan in Palæstina quoque sunt, qui ad Evangelii normam, vita sua conversationem perfectam reddant. Audio & in Mesopotamia viros esse perfectos & beatos.* Hæc Basilius.

Basilius Auctor monachismi in Ponto.

(e) Basil. epist. 63.

LI. Quod si in propinquioribus provinciis, nempe Minori Armenia, Ponto, & Paphlagonia monachi tunc fuissent, auctore (ut ait Sozomenus) Eustathio propagati; utique de illis dicere ob sui defensionem,

Monachorum Ponticorum auctor Basilius.

ficut de cæteris, Basilius necessario debuisset. Quid enim & Neocæsarienses, Ponti primariæ Civitatis accolæ, stulte admodum ejus rei auctorem Basilium accusassent, si antea, Eustathio inventore, monachi jam in Ponto coaluissent? En vides, lector, quam longe a scopo veritatis Sozomenus erret, cum primas deferat Eustathio Sebasteno institutionis vitæ monasticæ in regionibus nominatis; quæ sunt jure tribuendæ Basilio, non tantum sua, sed & Neocæsariensium æmulantium assertione; ut de his nihil penitus reliquum sit, quod dubites: cum tamen in Cappadocia alii tunc cœperint ejusmodi institutionem vitæ sectari, ut idem ad Eustathium ipsum scribens (*a*) affirmat; quos in unum collectos ipse Basilius regulis editis ad perfectam monasticæ disciplinæ normam primus excoluit.

(*a*) *Basil. epist.* 79.

LII. Liber Asceticus vere Basilii.

Sicque & inanis prorsus esse convincetur illorum assertio, qui adeo temere effutierunt, commentarium illum egregium S. Basilii de regulis, quibus, monachi simul victuri essent instituendi, fuisse dicti Eustathii Sebasteni, non autem Basilii: cum assertione Gregorii Nazianzeni (ut suo loco dicturi sumus) id exploratissimum habeatur; ut hoc in dubium revocasse, summa stultitia sit. Cæterum, in eo quod demum idem Sozomenus aliorum assertione excusare videatur Eustathium; quasi non ipse, sed discipuli ejus fuerint illarum hæresum assertores; plane videtur minime accurate legisse dictum Gangrense Concilium, in quo primum mentio habetur de Eustathio, inde vero de ejus discipulis; quos quidem in Armenia docuisse hæreses, Synodica Patrum tunc ad Armenos scripta demonstrare videtur.

LIII. Eutactus hæresiarcha.

Sed quinam fuerit hic Eustathius, quod minime esse potuerit ille Sebastenus Arianus; cum remaneat sane incertum; moveor interim conjectura, ut loco Eustathii, Eutactus reponendus sit: facile enim in scribendo error potuit irrepsisse, ut pro Eutacto (quod esset nomen exoticum) sciens volensque librarius Eustathium scripserit. Mentio namque est de Eutacto monacho Armeno apud Epiphanium (*b*), quem vixisse ait Constantii Imperatoris temporibus: ipsumque educatum refert in Palæstina a quodam Petro professione anachoreta, re vera autem impostore: *Qui* (inquit) *reversus ad suam patriam, multos ejusdem parvæ Armeniæ polluit, corruptis quibusdam divitibus & quondam Senatorii ordinis, & multis spectabilibus viris, per quos illustres homines multos illic perdidit. Verum Dominus citius ipsum e vita sustulit.* Relictos autem ab eo esse libros ait confertos hæresibus. Sed quod in dicto Concilio Gangrensi nullius earum mentio habeatur, sed tantum ipsarum quæ pertinent ad Ecclesiasticam disciplinam; facile consenserim, illas post ejus obitum ex Eutacti libris ipsius discipulos promulgasse, ipsam vero Synodum adhuc eo vivente celebratam esse. Quod igitur hunc ipsum existimemus esse, quem Eustathium dicunt, cum similitudo nominis persuadet, tum locus, nempe Armenia, ubi docuit; tum etiam quod sic de ejus discipulis subdit Epiphanius: *Decipiunt* (inquit) *simpliciores homines habitu solitarie degentium, renunciationem quamdam jactantes.* At quænam hæc singularis renunciatio? utique ad illam Epiphanius visus est allusisse, qua dicerent (ut habet Patrum epistola ad Armenos) nisi Christiani omnibus renuncient divitiis, spem nullam apud Deum salutis suæ sibi reliquam fore: sed & illud. Non tantum filios relinquere debere parentes, & hos illos, verum uxores viros suos, ut salutem consequerentur: adversus quem errorem extant canones (*c*) ejusdem Gangrensis Concilii.

(*b*) *Epiph. hæres.* 40.

(*c*) *Concil. Gangrens. c.* 14. 15. 16.

LIV. Eutacto conveniunt damnata in Gangrensi Concil.

Sed & quod ad habitum spectat; hoc illud est quod idem ait Epiphanius, hos quamplurimos habitu decepisse, nempe quod novum quemdam sanctitatem præseferentem gestarent amictum (fuisse namque eos in sæculo nobiles atque prædivites, ex eodem Epiphanio vidimus) ad quem canon ille Gangrensis Concilii respexisse videtur, cum hos damnat, qui sic circumspecte vestiti pallio, contemnerent eos, qui brevioribus uterentur indumentis, nempe birris (*d*). Quod insuper iidem sectarentur instituta Petri illius Palæstini, Eutacti magistri, quem Epiphanius refert quotidianas erogasse eleemosynas; inde potuit accidisse, ut iidem oblationes erogandas in pauperes, sibi dari, populo persuaderent; adversus quos hæc decernentes sanciti fuerint in dicta Synodo canones septimus & octavus. Horum igitur omnium convenientia inducimur, ut credamus Eutactum pro Eustathio esse reddendum, cum præsertim nullus alius hac ætate reperiatur, qui in Minori Armenia id genus hominum in unum collegerit: sed quod cito (ut Epiphanius ait *e*) ex hac vita ipse decesserit, ob id remanserit ejus nomen obscurum. Rursum vero quod reliquit ille post se libros impietate refertos, eosdem probe cognitos idem Epiphanius impugnavit, prætermissis erroribus illis ad Ecclesiasticam disciplinam spectantibus in Concilio Gangrensi damnatis, quod vel post dictum Concilium esse desierint, atque oblivione sepulti, vel fuerint cum ipsorum auctore simul extincti. His addere non prætermittamus, errare Gratianum (*f*), cum existimat hos Manichæos extitisse. Nam quod isti eleemosynam facerent, plane ab ipso Manichæorum insti-

(*d*) *Concil. Gangrens. c.* 2.

(*e*) *Epiph. hæres.* 40.

(*f*) *c. illud autem dist.* 50.

sti-

stituto alienos fuisse constat: cum illi (ut superius dictum est) ex suæ ipsorum legis præscripto vetarent eleemosynas dari pauperibus; licet multa fuerint, quibus iidem participarent cum Manichæis. At de Eustathii nomine hactenus: reliquum est ut singulos hic recenseamus errores, qui ab eodem Concilio Gangrensi reperiuntur esse damnati.

LV. *Eutacti prava dogmata.*

* Eustathius itaque, sive Eutactus potius dicendus, sceleratissimi illius Petri discipulus, illud primum impie excogitavit, ut damnaret nuptias, virumque cum uxore dormientem execraretur, edentes carnes culpabiles esse jactaret: doceretque servos debere dominos suos, cultus divini prætextu, contemnere: inculcaret pariter, presbyteros illos contemnendos, qui aliquando habuissent uxores; nec ab illis oblationem esse accipiendam: contemptibiles esse Ecclesias, in quas Fideles promiscue convenirent: celebrans ipse conventus cum suis seorsum; sibique ac suis oblationes dandas esse absque Episcopi scientia: itemque contemnendas esse agapes a Fidelibus fieri solitas, dictitaret, vituperaretque ipse palliatus birro utentes (quidnam autem per birrum, indumenti genus, intelligi debeat, secundo Annalium tomo diximus) hortareturque idem Eutactus fœminas sub continentiæ prætextu mutare habitum, induereque virilem vestem, capillos amputare, atque relinquere viros suos, necnon filios, religionis obtentu, parentibusque similiter ingratos esse, nec rependere illis vicem, præferendum his omnibus dicens divinum cultum: admoneretque insuper suos, propter continentiam jejunandum esse die Dominico, reliqua vero ab Ecclesia universali solita servari jejunia dissolvenda: contemnendosque prædicaret sacros conventus, qui in basilicis martyrum celebrari solerent: ipsasque Sanctorum Memorias execraretur: quod ex Manichæis videtur accepisse, ab ipso vero, Eunomius: quæ cuncta, viginti distincta capitulis, apposito singulis anathemate, eadem S. Synodus Gangrensis damnavit. Quæ cum ex Socrate (*a*) ac Sozomeno (*b*) colligantur, facilius exprimuntur in epistola ab eadem Synodo scripta ad Armenos, sed uberius in dictis viginti canonibus, ex quibus hæc summatim voluimus collegisse: quibus addimus appendicem ab eis hisce verbis appositam (*c*):

(a) Socrat. l. 2. c. 33.
(b) Sozom. l. 3. c. 13.
(c) Conc. Gangrens. in fin.

LVI. *Sanctorum Patrum Catholica assertio.*

Hæc autem scripsimus, non vituperantes qui in Ecclesia Dei secundum Scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt; sed eos, qui abutuntur proposito in superbiam, & extolluntur adversus simpliciores, abscindimus; & damnamus eos, qui adversus Scripturas, & Ecclesiasticas regulas, nova introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur; & continentiam, quæ cum castitate & religione suscipitur, approbamus: & renunciationem sæcularium negotiorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum castum vinculum honoramus, & divitias cum justitia & operibus bonis non spernimus, & habitum simplicem ac vestem viliorem pro corporis indigentia non fucatam laudamus, sicut solutas, & fractas in vestibus processiones reprobamus: & domos Dei honoramus; & conventus, qui in eis fiunt, tamquam sanctos & utiles suscipimus, pietatem in privatis domibus non claudentes; sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus; & congregationem in eadem Ecclesia factam pro utilitate communi recipimus: & bona opera, quæ juxta vires * in fratres pauperes exercentur, secundum Ecclesiasticas traditiones beatificamus; & omnia quæ per sanctas Scripturas & per Apostolos sunt tradita, in Ecclesia celebrari exoptamus*. Hactenus Patres ad Armenos, & alia plura superius in exordio Synodi: qui & apposite ultimo canone adversus eosdem hæreticos, sanctorum martyrum cultum improbantes, ista decernunt.

* *supra vires.*

LVII. *Unde Hagiomachi fluxere.*

Si quis per superbiam, tamquam perfectum se existimans, conventus qui per loca, & basilicas sanctorum martyrum fiunt, vel accusaverit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, Memoriasque Sanctorum contemnendas; anathema sit. Non aliunde quippe, quam ex officina Manichæorum, ut dictum est, & ex eis Eunomium accepisse dici potest, quem post Gangrense Concilium, quod celebratum constat Osii tempore, vixisse liquet, ut hac ex parte etiam ea Eustathio Sebasteno minime posse convenire, certum, exploratumque reddatur: ut plane intelligas, ex fæce Christianorum, omnique scelerum impuritate pollutis hæresiarchis ista blasphema atque delira in Ecclesiam irrepsisse: nam quotquot hoc sæculo pii, sancti, atque eruditi claruere in Ecclesia Catholica viri, miraculorum quoque operatione, divina gratia, illustrati (quorum haud exiguus numerus fuit) omnes æque ex majorum traditione, frequenti usu in Ecclesia stabilita, Sanctorum cultum ardenti studio retinuere: cujus quidem rei testes sunt crebræ illæ atque disertæ habitæ ab ipsis ad populum in natalitiis martyrum homiliæ coram frequenti populo ad ipsorum Martyria undique confluente. Qui autem adhuc sub tam claræ lucis fulgore cæcutiunt, jam cum impiis in tenebris conticescant (*d*).

(d) Reg. 2.

LVIII. *Athanasius e latebris fauciat Arianos.*

Decursis his quæ ad novas novi hæresiarchæ blasphemias spectant, confutatisque aliorum erroribus: quæ rursum ad hujus anni res gestas spectare noscuntur, ad-

adducamus in medium, finemque jam optatum tomi hujus historiæ imponamus. Hoc ipso anno Athanasius adhuc in latebris agens, quod sciffet Arianos favore Constantii summa rerum potitos, suam ipsorum perfidiæ professionem tradidisse Catholicis subscribendam, additoque ejusdem Imperatoris præcepto quamplurimos eamdem sua ipsorum subscriptione corroborasse; summo dolore æstuans, clamat e deserto, ut leo rugit e lacu: dum hoc ipso anno, adhuc vivente Constantio, quatuor pro veræ pietatis defensione elaboravit atque edidit orationes, quibus Catholicæ fidei fundamenta stabiliret, & adversariorum falsitates retunderet. Extant illæ, & sane Magno Athanasio dignæ: in quarum prima, in ipsa ferme peroratione, certis notis se eam hoc anno scripsisse declarat, dum de Arianis hæc ait (a): *Isti vero ante trigesimumsextum annum heretici declarati, & ab Ecclesia summoti, idque judicio Synodi universalis &c.* Est quidem hic ipse annus, qui a Nicæno Concilio celebrato, in quo universali sententia Ariani damnati sunt, fluxit trigesimus sextus.

(a) *Athan. orat. 1. contra Arian.*

LIX. Cæterum quod hoc anno, & vivente adhuc Constantio eæ ab Athanasio elucubratæ fuerint orationes; quæ de eodem Constantio superius dicit, perspicue demonstrare videntur, cum illum his verbis excusat (b): *Illi præter mentem Constantii Imperatoris humani & pii, pro libidine, quæ volunt promulgant, & faciunt quæ libet, & in faciendo utuntur magna vafricie; duabus potissimum de causis, ut mihi quidem videtur: quarum una est, ut, nobis subscribentibus, infamiam Ariani nominis interquiescere faciant, nec ipsi interim sentiantur Ariane sapere: altera vero causa est, ut ista scribendo oblitterent Concilium Nicænum, fidemque inibi contra Arianos editam.* Sic Athanasius; qui & de eodem in fine: *Nos enim scimus, humanissimum Imperatorem, ubi rem cognoverit, cohibiturum esse eorum malitias: ipsosque diuturnos in vita non fore; sed secundum quod scriptum est: Corda impiorum brevi deficient.* Ita ipse, & quidem quod ad hæc novissima prophetice prælocutus: nam sequenti anno (ut suo loco dicemus) eorum antesignanus, & scelerum omnium architectus Georgius, furore Gentilium debacchante, dira morte e medio sublatus est. At jam Constantii exitu præsentem tertium tomum claudat oratio, quartum ab Imperio Juliani aggressura.

(b) *Athan. ibid.*

LX. Cum autem (ut ait Ecclesiastes c) ad locum unde exeunt, flumina revertantur, ut iterum fluant: dignum plane est, ut, quo ex fonte isthæc omnia nostra dimanarunt, illuc tamquam ad suum proprium principium revocentur, eodemque fluxu reciproco refundantur, ut inde in nos rursum effundantur uberius. Ipsi igitur, per quam a Deo totum id nobis muneris est, sanctissimæ, inquam, DEIPARÆ MARIÆ Virgini, præsentem tertium Annalium tomum, sicut alios antea editos, supplicibus votis offerimus: ut, per quam in nos a Deo uberrima gratiarum fluenta fluxerunt, per eamdem, quasi per alveum, ad ipsum velociore impetu plurima gratiarum actione recurrant: quo denuo ipse eadem in nos per eam copiosius influat, ut effluant, adeoque exundent, ut fiant tandem in nobis (ex promissione Domini d) fons aquæ vivæ salientis in vitam æternam. Amen.

(c) *Eccles. 1.*

Auctoris peroratio.

(d) *Joan. 4.*

Hic desinit tomus tertius Baronii.

ANNALES ECCLESIASTICI.

Præfatio anctoris cum imploratione numinis.

RURSUS revocamur ad opus, & absque intermissione laboris, vix edito tertio Annalium tomo, quartum suscipimus inchoandum, rursus, inquam, ad susceptum semel onus subeundum, divino fuiti præsidio, haud tamen inviti recurrimus, atringentes jam in iisdem conscribendis Annalibus numerum voluminum quaternarium, quo & sacra Evangelica historia cæteris eminentior divino mysterio consecratur, consignata mirifica illa quatuor animalium visione (a), ex qua alii, qui sacras res gestas conscripturi essent, complura quæ discerent, invenirent. Etenim quod eadem animalia plena (b) erant oculis ante & retro, quodque ibant & revertebantur in similitudinem fulguris (c) coruscantis, symbolicis veluti formulis instituimur (ut sensus omittamus abstrusiores) oculatam atque in omnibus circumspectam tractationem Ecclesiasticarum rerum esse debere, pluribusque oculis cuncta perspicere, antequam conspicienda aliorum oculis exponatur, atque reciproca discussione veritatis fulgore curusca, fulguris instar, potens sit adversarias munitiones, Agiomachorum turres penitus demoliri. At talia tantaque præstare, haud humanarum virium, sed ejus solius est facultatis, qai fulgura in pluviam fecit (d); qai inquam, facto olim repente de cælo sono (e), dispertitas linguas tanquam ignis pluit super Apostolos: quibus ipsi armati fulminibus disjecerunt cuncta pietati obstantia munimenta, omnia consilia (quod ait Apostolus f) omnemque altitudinem destruentes extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequiam Christi; verbi Dei pluvia Ecclesiam irrigarunt. Ut autem tam grandia tamque sublimia consequamur, eminentior illa atque præcelsior, terræ cæloque miranda, Dei mater Maria Virgo sanctissima uobis a Deo precibus impetret. Quæ cum pulchra ut Luna, electa ut sol (g) ab Ecclesia prædicetur, iisdemque apud nos signis expressa colatur, ac præ tutela & patrocinio operis in superliminari cujusque tomi pro titulo ponatur impressa; ipsa sic duplici decora sidere, ut duo illa clarissima cæli astra ipso exordio rerum ac temporum (h), quarto primum illuxere diei; quartum hunc nobis Annalium tomum elaborantibus, die noctuque gemina luce resplendeat; donec vespere & mane, tamquam diei unius clausa periodo, totum hoc operis quod conamur, sit feliciter consummatum: aggredientibus jam illud nobis a vespere, nempe a tenebris Juliani, perducentibusque ad sequentis lucis occasum, nimirum ad obitum usque Theodosii Imperatoris.

(a) Ezech. 1.
(b) Apoc. 4.
(c) Ezech. 1.
(d) Psal. 134.
(e) Act. 2.
(f) 2. Cor. 10.
(g) Cantic. 6.
(h) Genes. 1.

JESU CHRISTI ANNUS 361.	LIBERII PAP. ANNUS 10.	JULIANI IMP. ANNUS 1.

1\. Julianus solus imperat.

TRecentesimum sexagesimum primum Christi annum, Tauro & Florentio Consulibus, Fastis adscriptum, prosequimur potius, quam auspicamur, inchoatum jam tomo superiori, productumque ad Constantii obitum, & Juliani Imperium: cujus anni res gestas; quæ reliqua sunt, exacto ordine conscribamus. Cum igitur (ut dictum est) Constantius Imperator hoc anno, tertio Nonas Octobris, extremum clausisset diem; Flavius Claudius Julianus cognomento Apostata, Romanum Imperium, jam antea, vivente adhuc Constantio, favore militum tyrannice occupatum, solus atque securus obtinuit: idque in Dacia, ubi cum exercitu morabatur, opperiens de Constantii exitu certos nuncios; quos cum accepisset, per Thraciam pervenit Constantinopolim: *Ubi* (inquit Ammianus *i*) *exceptus est tertio Iduum Decembrium, verecundis Senatus officiis, & popularium consonis plausibus; stipatusque armatorum & togatorum agminibus, velut acie ducebatur instructa: omnium oculis in eum non modo contuitu destinato, sed cum admiratione magna defixis.* Hæc & alia de eius ingressu Constantinopolim Ammianus. Et Zozimas (*k*): *Omnes*, inquit, *eum faustis acclamationibus excipiebant, civem & alumnum appellantes, velut in ea urbe natum & educatum.* Eadem de patria Juliani habet Mamertinus Consul in Panegyrico (*l*): *Hæc tibi*, *inquiens*, *nominis novi, sed antiquissimæ nobilitatis civitas est patria, hic primum editus.* Sic ipse de Juliano, quem natum diximus Consulibus Pacatiano & Hilariano, anno a Christo D. trigesimo secundo supra trecentesimum, Imperii Constantini vigesimoseptimo: qua ratione, cum hoc

Juliani adventus Constantinopolim.

(i) Ammian. lib. 22.
(k) Zosim. l. 3.
(l) Mamertin. in Panegyr. dicto Juliano.

anno

anno fuisse ætatis annorum undetriginta, dicere opus est. Qui igitur præ impietatis scelere a Christianis omnibus luctu excipiendus erat, nulla de his in præsentiarum habita ratione, ab eisdem ut concivis officiis frequentatur, atque cumulatur obsequiis.

II. Deorum cultum Julianus restituere conatur.

At qui, ut vidimus, hujus anni primordiis jam acclamatus Imperator, cum in Illyricum una cum exercitu pervenisset, exuens Christianam religionem, quam in gratiam Constantii simulaverat; impietatem, qua apprime imbutus erat, palam profiteri cœpisset: nactus jam liberas habenas Imperii, nihil antiquius habuit, quam collapsum sub Constantino & ejus filio Constantio deorum cultum in priorem statum reponere, ac magis magisque pro viribus illustrare. Id quidem cum Ethnici scriptores, tum nostri restantur. In primis enim Ammianus hæc affert (a): *Quamquam*, inquit, *a rudimentis pueritiæ primis inclinatior erat erga numinum cultum, paulatimque adolescens desiderio Dei* * *flagrabat; tamen agitabat quædam ad Deum, vel ad rem pertinentia, quantum fieri poterat occultissimè. Ubi vero abolitis quæ verebatur, adesse sibi liberum tempus faciendi quæ vellet advertit, sui pectoris patefecit arcana, & planis absolutisque decretis aperiri templa, arisque hostias admovere deorum statuit cultum.* Hæc Ammianus: eadem Socrates (b); additque ex hoc tempore, cum aperiri jussa sunt templa & sacrificia immolari, cœptos quoque fuisse festos dies ubique ritu Gentium celebrari. Quod enim deorum, ut existimabat, beneficio assecutum se affirmare soleret Imperium; ut debitas illis rependeret gratias, nihil officii, quo eosdem sibi conciliatos in omnibus redderet, voluit prætermissum: cum præsertim sic illi suum erga ipsum spopondissent auxilium (ut ipse testatus est litteris ad Maximum scriptis, superius recitatis) si tamen haud segniter erga numina se gessisset. Quid autem post hæc pro cultu deorum restituendo statuerit, suo loco dicemus.

(a) Amm. lib. 22.

(*) rei.

(b) Socrat. l. 3. c. 1.

III. Rursus vero Imperii Juliani primordia, summa impietate famosa, a S. Gregorio Nazianzeno ex Ethnicis itidem (ut ipse ait) scriptoribus describuntur; refert enim, ipsum ex abdicatione Christiani cultus Imperium auspicatum esse, cum scilicet sanctum Baptismum, quod olim religione Christiana initiatus susceperat, abstergere a se & abolere penitus conatus est. Hæc autem narrantur his verbis (c): *Vix enim Imperii hæreditatem adire cœperat, cum impietatem palam libereque profitetur, perinde atque hoc nomine erubescens, quod Christianus aliquando fuisset, ac ea de causa Christianis succensens, quibus nominis societate junctus fuerat. Atque bene quidem facinora sua auspicatur, quemadmodum narrant qui ipsius arcanis gloriantur (proh superi, in quos sermones incurrere cogor!) impuro & nefario sanguine lavacrum exterget, initiationi nostræ execrabilem initiationem opponens: sus videlicet in cœno provoluta (sicut est in proverbio) manusque suas profanat, ut nimirum eas ab incruento illo sacrificio, per quod nos Christo, ipsiusque passionibus & divinitati communicamus, elueret ac repurgaret.* Hæc Gregorius de apostasia illius solemniter facta, cum sanguine victimarum putavit delere potuisse signaculum, quod Baptisma sacrum impresserat, & eodem manus illas abluere, quibus sacram Eucharistiam, ori eam admoturus acceperat: moris namque fuisse in Ecclesia olim, ut communicantes manibus sumerent a sacerdote oblatam Eucharistiam, eamque ori admoverent suo, superius pluribus dictum est. Porro quot annos Christianam religionem consectatus fuerit, & se addixerit Ethnicismo, ipsemet Julianus in epistola ad Alexandrinos, quam suo loco descripturi sumus, docet his verbis: *Dum Julianum*, inquit, *auscultaveritis, qui illa (nempe quæ Christianæ religionis sunt) viginti jam secutus fuit annos; nunc vero deorum ope, duodecimus agitur annus, hanc gradimur viam.* Isthæc ipse ad eos anno ultimo sui Imperii; ut ex his appareat, jam ante decennium, ipsum a Christiana religione descivisse, cum tamen ob metum Constantii nonnisi secreto numina coleret.

(c) Greg. Nazianz. orat. 1. in Julian.

Julianus Christianitatem abdicat ritu solemni.

Qui igitur Christianitatis abdicatione palam facta, & sacrorum Gentilium initiatione impius studuit apparere; & illud addidit, ut more majorum Impera- IV.

PAGIUS VII. Julianus fit Pontifex Maximus.

Ad num. IV. & seq. Existimavit Baronius, Prudentium in *Romano Martyre*, Hymno 10. describere ritus prophanos, quibus Pontifices Maximi Gentilium initiabantur, qui ritus cum impuri ac risu digni essent, & longe ab Imperatoria dignitate abhorrerent, cedunt in ignominiam perfidi desertoris, se tauri sanguine ad obstergendum Christi signum proluentis. At Prudentius loco laudato sacra *Tauropolia* dicta, seu consecrationem & regenerationem mysticam, quam Gentiles non solum pro se ipsis; verum & pro aliis suscipiebant, accurate describit, licet illorum nomen non exprimat, cum essent satis superque nota, quod ad ipsius usque tempora perpetrarentur. Salmasius aliquot versus, quamvis non satis integros, primus e tenebris eruit, qui versus ex Prudentio a Baronio allatos apprime illustrant, pluresque, licet breviter, hujusce fœdæ cæremoniæ circumstantias oculis nostris objectant.

Quis Tibi Taurobolus vestem mutare suasit,
Inflatus dives subito mendicus ut esse
Obsitus & panno modicis tepefactus .....

torum, una cum Imperio amplissimam Sacerdotii dignitatem, ipsum summum Pontificatum acciperet, non quidem (quod fecerant qui antecesserant Christiani Imperatores) nomine tenus, ut jus tantum illud contingeret omnium præstantissimum; verum ut qui novus progreditur sacrorum Romanorum Gentilium restitutor, vindex, & propagator, nec quid minimum passus est præteriri veteris observantiæ in re præsertim tanta, quæ omnium potissima haberetur, initiatione videlicet summi Pontificatus: sed quibusnam impuris ac risu dignis ritibus peragi soleret, occinitur a Prudentio, qui cum hæc agerentur, puer ætate erat, ut ipse profitetur his versibus (a):

(a) Prud. in Apotheosi.

Principibus tamen e cunctis non defuit unus,
Me puero, ut memini, ductor fortissimus armis, &c.

Summo Pontificatu Julianus initiatur.

Ritus ergo illos profanos, quibus summus Pontifex initiandus fuit Julianus, ab eodem hunc in modum graphice descriptos, in ignominiam perfidi desertoris, se tauri sanguine ad abstergendum Christi signum proluentis, hic prodimus (b):

(b) Prud. Peristeph. in Roman. hymn. 10.

Summus sacerdos nempe sub terram scrobe
Alta in profundum consecrandus mergitur
Mire infulatus, festa vittis tempora
Nexus, corona tum repexus aurea,
Cinctu Gabino sericam fultus togam.
Tabulis superne strata texunt pulpita
Rimosa rari pegmatis compagibus,
Scindunt subinde, vel terebrant aream,
Crebroque lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens hiatibus.
Huc taurus ingens fronte torva, & hispida;
Sertis revinctus, aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus, deducitur;
Nec non & auro frons coruscat hostiæ,
Setasque fulgor bractealis inficit.
His ut statuta est immolanda bellua,
Pectus sacrato dividunt venabulo;
Eructat amplum vulnus undam sanguinis
Ferventis, inque texta pontis subditi
Fundit vaporum flumen, & late æstuat.
Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapsus imber tabidum rorem pluit
Defossus intus, quem Sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subjectans caput,
Et veste & omni putrefactus corpore.
Quin os supinat, obvias offert genas,
Supponit aures, labra, nares objicit,
Oculos & ipsos perluit liquoribus,
Nec jam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.
Postquam cadaver sanguine egesto rigens
Compage ab illa Flamines retraxerint,
Procedit inde Pontifex visu horridus,
Ostentat udum verticem, barbam gravem,
Vittas madentes, atque amictus ebrios.
Hunc inquinatum talibus contagiis
Tabo recentis sordidum piaculi
Omnes salutant, atque adorant eminus,
Vilis quod illum sanguis & bos mortuus
Fœdis latentem sub cavernis laverint.

Hactenus Prudentius de initiatione summi Pontificis, quam hisce versibus deridendam proposuit. Quonam pacto, quæso, hæc adeo cultui necessaria prætermisisse potuit Julianus, qui & quæ longe abhorrerent ab Imperatoria dignitate, religionis tamen intuitu summa præstare soleret observantia? ut inter cætera de eo Gregorius Nazianzenus (c), summum deridens Sacerdotem, sic narrat: *Jam sufflationes, & resufflationes, quas eximius ille vir doctrinaque nostra sugillator vetulis mulierculis per contentionem ostentabat, altaris ignem accendens, quo tandem orationis loco ponemus? Quam vero præclarum, Imperatoris Romani maxillas indecore inflatas cernere, risumque multum non extraneis tantum, sed iis etiam, quibus eam rem gratam fore putabat, excitantes?* &c. Hæc Gregorius, exempli causa hic recitata ad insinuandam Juliani in adsciscendo sibi summum Pontificatum exactam observantiam.

Julianus turpis sacrificus.

(c) Greg. Nazianz. orat. 2. in Julian.

V. Cæterum quamvis summum Sacerdotium Gentilicæ superstitionis consecutus; tamen quod omnium esset superstitiosissimus, voluit pariter Eleusiniorum sacrorum Pontifex creari: quod ipsi a prædecessore Antistite fuisse prænunciatum, docet Eunapius his verbis (d): *Palamque testatus est, illum a sua morte Antistitem fore, tamet*

(d) Eunap. Vit. Phil.

PAGIUS

Sub terra missus, pollutus sanguine tauri,
Sordibus infectus vestes servare cruentas,
Vivere cum speras viginti mundus in annos.

VIII. Sacra tauropolia.

Neque tantum unus, duo, tresve viri feminæque, aut seorsim, aut simul pro se ipsis, vel etiam pro aliis; verum & integri ordines, ac civitates, Provinciæque pro salute Imperatorum hoc sacrificium celebrabant, ut liquet ex Inscriptionibus III. X. aliisque pag. 29. apud Gruterum. Dicebantur hæc sacra Tauropolia *regeneratis*: quod merito mirum videri debet, cum ex Tertulliano, aliisque constet, etiam alias regenerationum species inter Ethnicos habuisse lo-

cum. De sacris itaque Tauropoliis, non vero de consecratione Pontificis Maximi loquitur Prudentius, ac de eodem sacro, de quo Firmicus lib. de Errore prophanarum Religionum, ubi postquam de D. N. Jesu Christo locutus est, ita pergit: *Pro salute hominum Agni illius venerandi sanguis effunditur, ut Sanctos suos filius Dei profusione pretiosi sanguinis redimat: ut qui Christi sanguine liberantur, majestati prius immortali sanguine* CONSECRENTUR. *Nemonem apud idola profusus sanguis juverit. Et ne cruor pecudum miseros homines aut decipiat aut perdat,* POLLUIT *sanguis iste, non* REDIMIT, *&* *per varios casus premit in mortem. Miseri sunt,*

qui

metsi nefas esset Antistitis solium conscendere, quisquis alienigenis diis devotus fuerat, & initiatus, iisque sacrosancte juraverat inservire; ajebat tamen Præsidem sacrorum futurum, quamvis Athenarum indigena non esset. Hæc Eunapius de Juliano in Maximo.

VI. Julianus creat Pontifices, accersit Magos. Quod autem creatus ipse jam antea esset culturæ deorum Pontifex maximus, minores Pontifices creat, quos in diversas provincias mittat, ac primum omnium ex illis unum in Græciam amandavit: Id quidem Eunapius Sardianus testatur his verbis: *Post destructam Constantii tyrannidem, dimisit Julianus Antistitem in Græciam; qui pro Deo illis illuxit, & quæ vellet, pro arbitrio impertiit, addidit regalia dona cum comitatu pro tuendis Græciæ templis, sacrisque*. Hæc ipse; subditque creasse in Lydia primarium Pontificem Chrysanthium philosophum Ethnicum magiæ peritissimum, qui una cum Maximo ab eo vocatus, prohibentibus auspiciis, venire renuit; de quibus hæc idem auctor refert: *Mox ut liberum Imperium nactus est, litteris evocavit Maximum & Chrysanthium, in eamdem sententiam conscriptis*. Erat hic ille Maximus philosophus, atque magus, quo (ut superiori Annalium tomo dictum est) usus in philosophicis facultatibus præceptore, impietate pariter ab eodem imbutus erat: eo enim quem magis coleret & observaret, habuit neminem. Accersivit etiam Julianus & Priscum philosophum: meminit de his idem Eunapius, cum ait inferius: *Ambo seorsum accersiti fuerunt, Priscus e Græcia, & Chrysanthius Lydiæ Sardibus. Ita namque pendebat a Maximi consuetudine devinctus Julianus, ut ad utrumque ceu necessarium & amicum scriberet; obsecrans suppliciter perinde ac deos, ut ad se venirent*. Hæc ipse. Porro quoniam adventus Maximi contigit anni sequentis exordio, de eo suo loco agendum erit.

VII. (a) Julian. ad Hermog. epist. 23. Rursus vero, quod spectat ad reliquas a Juliano res gestas hoc anno; ut primum post Constantii obitum accepit Imperium, ad Hermogenem Præfectum Ægypti sic scripsit (a):

Juliani ad Hermogenem epistola. *Permitte mihi juxta Poetas dicere. O me præter spem servatam! o nuncium præter expectationem allatum, quod evaserim! Non mehercle hydram multorum capitum fratrem meum Constantium (fuit is qualis fuit) sed belluas ipsius comites, quæ oculis unumquemque petebant, quæque illum reddebant atrociorem, qui per se non admodum clemens erat, licet multis esse videretur. Verum illi, quandoquidem a vita jam excessit, terra (ut ajunt) sit levis. Istos autem injuste pati quicquam nolim: scit Juppiter: Sed quia accusatores nacti sunt multos, in Curiam advola, videre enim te medius fidius cupio: & nunc, cum te salvum esse libentissime audierim, venire te jubeo*. Hactenus ad Hermogenem Præfectum Julianus: ea quibus plane detegitur, infensissimo animo ipsum fuisse tum in Constantium, tum item adversus Constantii aulicos & magistratus; de quibus idem in Antiochenos (b): *Utinam vobis solis ex omnibus Romanis dent dii multos Constantios, vel potius amicorum ejus rapinas experiri*. Qua ratione factum est, ut qui ob impietatem alias execrandus videri potuisset, idem Julianus hac ea parte etiam Christianis optatissimus videretur. Unde Mamertinus in gratiarum actione de suo Consulatu hæc habet: *Exhaustæ provinciæ non minus exitialibus, quam pudendis Præsidentium rapinis, ultro opem Imperatoris exposcerent*.

(b) Julian. in Misop.

VIII. Julianus judicio subjicit magistratus Constantii. Magna plane Dei providentia factum est, ut tale monstrum prodierit Imperator in ultionem Constantii magistratuum, atque domesticorum, qui in gratiam ejusdem Imperatoris faventes Arianæ hæresi, magnis molestiis Catholicos affecissent; ut inter alios Taurus anni hujus Consul ordinarius, qui impietate Consulatum promeruit, dum vocatos ex universo orbe Occidentali Catholicæ Ecclesiæ Episcopos ad Ariminense Concilium, tyrannice detentos affligit. Quid autem tunc collega Florentius: quid in primis Palladius Magister officiorum, & Evagrius Comes, quorum mentio est apud Athanasium: quid Eusebius ille eunuchus Præfectus cubiculi, qui omnium cladium quæ ab Arianis in

Ca-

PAGIUS *qui* PROFUSIONE SACRILEGI SANGUINIS CRUENTANTUR. TAUROBOLIUM VEL CRIOBOLIUM SCELERATA TE SANGUINIS LABE PERFUNDIT. *Lavantur itaque sordes illæ, quas colligis. Quare fontes ingenuos, quare puros liquores, ut illic post multas maculas cum Spiritu S. Christi sanguis incandidet*. Taurorum nimirum & arietum, quibus prophana illa consecratio fiebat, sanguini, sanguinem Christi ac Baptismum Firmicus opponit. Decepere Baronium, aliosque hi Prudentii versus:

Summus Sacerdos nempe sub terram scrobe
Acta in profundum consecrandus mergitur,
Mire infulatus, festa vittis tempora
Nectens corona tunc repexus aurea,
Cinctu Sabino sericam fultus togam.

IX. Summi Sacerdotes diversi a Pontificibus Maximis. Sed observandum, inter Græcos & Romanos plures summos Sacerdotes plurimis in locis fuisse, ut patet ex inscriptionibus, quæ apud Gruterum pag. 313. 10. 448. 1. & 1024. 3. recitantur. Sufficiet hic eam referre, quæ tomo 1. pag. 374. & 395. Græce legitur, quam Antonius Van Dalen Dissert. 1. de Oraculis Ethnicorum pag. 573. ita vertit: *Patria (erexit hoc monumentum) honori Marci Aurelii Diadochi (summi Sacerdotis sui) Pontificis Asiæ (Minoris) templorum, quæ sunt Pergami, & Pontificis (seu summi*

Catholicos illatæ sunt, auctor extitit, vel fautor accessit, quidve alii passi sint, Ammianus (*a*) accurate recenset; ac primum de horrifico tribunali ad hoc Chalcedone constituto, his verbis:

(*a*) *Amm. lib. 21.*

IX. *Brevi deinde Secundo Sallustio Promoto Præfecto Prætorio summam quæstionum agitandarum, ut fido, commisit, Mamertino & Arbetione & Agilone atque Nevitta adjunctis, itidemque Jovino Magistro equitum per Illyricum recens Præfecto. Qui omnes transgressi Chalcedona, præsentibus Jovianorum, Herculianorumque Principibus, & Tribunis, causas vehementius æquo, bonoque spectaverunt, præter paucas, in quibus veritas reos nocentissimos offerebat. Et Palladium primum ex Magistro officiorum in Britannos exterminarunt, suspicione tenus insimulatum quædam in Gallum composuisse apud Constantium, dum sub eodem Cæsare officiorum esset magister. Deinde Taurum ex Præfecto Prætorio in exilium egere Vercellum; cujus factum apud Judices justorum & injustorum distinctores videri potuit veniæ plenum: quid enim deliquit, si ortum turbinem veritus ad tutelam Principis sui confugit? Et Acta super eo gesta non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium: Consulatu Tauri & Florentii, inducto sub præconibus Tauro.* Et paulo post: *Iniquitate simili Florentius tunc Magister officiorum Nigriani filius contrusus est in insulam Dalmatiam, Boas: alter enim Florentius ex Præfecto Prætorio Consul etiam tum, rerum mutatione territus subita; cum conjuge periculis exemptus diu delituit, nec redire ante mortem potuit; capitis crimine tamen damnatus est absens. Pari sorte Evagrius Comes rei privatæ, & Saturninus ex cura Palatii, & Cyrinus ex Notario, portati sunt in exilium.* Subdit de morte damnatis, nempe Ursulo Comite largitionum, Apodemio Agente in rebus, & Paulo cognomento Catena, vivis combustis: ac demum de Arianorum patrono Eusebio Præfecto cubiculi hæc habet:

X. *Eusebium super his, cui erat Constantiani thalami cura commissa, alte spirantem addixere & dirum pœnæ lethali; quem ab ima sorte ad usque jubendam Imperatori pene elatum; ideoque intolerabilem humanarum rerum spectatrix Adrastia, aurem (quod dicitur) vellens, monensque ut castigatius viveret, reluctantem præcipitem tamquam e rupe quadam egit excelsa.* Hunc tandem finem sortitus est impius erga Deum, & adversus sanctos Episcopos contumeliosus; cujus in Catholicos, Catholicamque fidem patrata scelera tertius Annalium tomus continet. Subdit deinde Ammianus: *Conversus post hæc Princeps ad Palatinos homines omnino, qui sunt, quique esse possunt, non ut Philosophus veritatis indagandæ professor: laudari enim poterat, si saltem moderatos quosdam, licet paucos, retinuisset, morumque probitate compertos. Namque fatendum est, pleramque eorum partem vitiorum omnium seminarium effusius aluisse; ita ut Rempub. inficerent cupiditatibus pravis, plusque exemplis, quam peccandi licentia læderent multos. Pasti enim ex his quidam templorum spoliis, & lucra ex omni odorantes occasione, &c.* Plura subdit de corruptis horum omnium occasione moribus sub Constantio, hæcque hoc anno ante sequentes kalendas Januarias a Juliano gesta refert, quo aulici omnes Constantii ab eodem vel capite male multari jussi, vel ejecti fuerunt: in quos audivimus atque retulimus superiori tomo querelas sanctorum Episcoporum, potissimum vero Athanasii in eunuchos maxime Palatinos; quibus ne quis suffragator accederet, sancita lege eumdem Julianum vetuisse, idem auctor affirmat. Eadem de nece Eusebii, & pulsis eunuchis Socrates tradit (*b*); additque: *Lege sancivit, ut illis, quibus ab eunuchis facta fuisset injuria, facultates inique abreptæ redderentur, & ea potissimum, quæ iidem ex deorum fanis expilatis sibi vendicassent.*

Eusebii præfecti cubiculi supplicium, & aliorum Arianorum.

(*b*) *Socrat. l. 3. c. 1.*

XI. His quidem rebus gestis, Julianus animos omnium, etiam Christianorum, sibi devinxit; quos avaritia, & sævitia magistratuum a Constantio abalienaverant; atque alia pleraque addidit, quibus plurimum conciliavit sibi gratiam subditarum provinciarum (quod Mamertinus publica oratione laudavit) nimirum cum civitates tributis exhaustas, ac pene desertas, mœnibusque orbatas, sua liberalitate erexit,

in

Juliani munificentia erga provincias.

PAGIUS *mi Sacerdotis) eodem tempore patriæ suæ & ad vitam primi Consiliarii, honorati a dignissimo Imperatore Marco Aurelio Severo Antonino Augusto, quod gloriose & magnifice studuerit: injungere Pontificatum (Archierosynas) in ambabus civitatibus (Thyatira sc. & Pergami) utentis (eoque munere digni) viri (vel Sacerdotibus) viri moribus, æquitate ac bona in patriam voluntate eximie excellentis.* Vides hic summum Pontificem, qui & alios ipse Pontifices crearet civitatibus, qui tamen nullo modo erat Pontifex Maximus, quem Græci omnes ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΜΕΓΙΣΤΟΝ constanter appellant. Non itaque Prudentius loco laudato de Juliano Imperatore loquitur, neque hunc ritum eidem, dum ipsemet puer esset, administratum fuisse dicit; sed de summo aliquo Sacerdote Gentilium, cujus nomen reticet, sermonem habet. Porro Julianum summum Pontificatum accepisse, ipsemet indicat in epistolis pag. 237. ubi ait: *Ego itaque quoniam patriorum sacrorum sum Magnus Pontifex, &c.* Sed hac de re plura Antonius Van Valen citatus, ex quo præfata excerpsimus.

in pristinumque splendorem restituendas curavit, ex ærario collata pecunia. Unde Mamertinus in Panegyrico: *Illud vero cujus miraculi est, neminem ullum in tanto rerum paratu sensisse dispendium? in omnia pecuniam ab Imperatore depromi, & quoddam versa vice provinciis pendi tributum? illinc ad universos fluere divitias, quo prius undique confluebant? at in maxima quæstione sit, a quo accipias, Imperator, qui sic omnibus largiaris. Sed qui vitæ tuæ instituta, rationemque cognoverit, facile fontem copiæ hujus inveniet. Maximum tibi prabet parsimonia tua, Auguste, vectigal: quicquid enim alii in prodigas cupiditates prodigebant, id omne nunc in usus publicos reservatur.* Hæc & alia Mamertinus, pluribus recensens immoderatos luxus Constantii, & ministrorum ejus, quibus adeo exhauriebantur collata tributa, ut nova essent jugiter inferenda. In eandem quoque sententiam, quid hoc item anno cum tonsore Constantii actum sit, Ammianus narrat (*a*) his verbis.

(a) *Amm. lib. 22.*

XII. Julianus inutiles expensas resecat.

Evenerat iisdem diebus, ut ad sumendum Imperatoris capillum tonsor venire praeceptus, introierit quidem ambitiose vestitus. Quo viso, Julianus obstupuit: Ego, inquit, non Rationalem jussi, sed tonsorem acciri. Interrogatus autem ille, quid haberet ex arte compendii: vicenas diurnas, respondit, annonas, totidemque pabula jumentorum, quae vulgo dictitant capita, & annuum compendium grave absque fructuosis petitionibus multis. Unde motus omnes hujusmodi, cum cocis, similibusque aliis, eadem accipere pene consuetos, ut parum sibi necessarios, data quo velint eundi potestate, projecit. Hæc Ammianus: quæ quidem, & alia id genus plura, ut Philosophus ostentabat; eaque plurimum valuerunt; ut qui ob impietatem videri posset intolerandus, etiam diligeretur a multis. Nam & Romanæ urbi hoc anno summa penuria periclitanti, licet longe absens, mira celeritate subvenit. Rem summa laude dignam Mamertinus sic narrat: *Quemlibet alium a subveniendi conatibus gravissima fames, tristissimum Resp. periculum deterruisset: Sed stipendiis provinciarum, & patrimonii sui fructibus undique comportatis, usque ad opulentiam, abundantiamque esurientem jam Urbem refersit. Dicet aliquis: Quomodo tam multa, tam brevi tempore, & recte? Sed Imperator noster addit ad tempus, quod otio suo detrahit: Nihil somno, nihil epulis, nihil otio tribuit; ipse se naturalium necessariarumque rerum usurpatione defraudat, totus commodis publicis vacat.* Sic ipse.

XIII. Sed & magnam inde sibi laudem comparavit apud optimos quosque, quod exulem diu pacem Catholicæ Ecclesiæ restituit ab acerbissima illa tot annis per Arianos persecutione fugatam: nam quicumque fuerant a Constantio Episcopi exilio condemnati; eosdem, abolitis per Julianum damnationis illorum tabulis, ad suas Ecclesias postliminio redire permisit: hæc enim de his S. Hieronymus testatur, cum ait (*b*): *Periclitabatur navicula Apostolorum, urgebant venti, fluctibus latera tundebantur, nihil jam supererat spei: Dominus excitatur, imperat tempestati: bestia moritur, tranquillitas redit. Manifestius dicam: Omnes Episcopi, qui de propriis sedibus fuerant exterminati, per indulgentiam novi Principis ad Ecclesias redeunt. Tunc triumphatorem suum Athanasium Ægyptus excepit.* Cæterum quando hi, qui hoc anno sunt ab exilio relaxati, proprias repetierint Ecclesias, inferius dicturi sumus. Eadem de Episcoporum exulum restitutione habent Socrates (*c*), Sozomenus (*d*), atque Theodoretus (*e*).

Episcopi exules relaxari jussi.

(b) *Hier. advers. Lucif. c. 2.*

(c) *Socrat. l. 3. c. 4.*

(d) *Sozom. l. 1. c. 2.*

(e) *Theod. l. 3. c. 4.*

XIV. At non Episcopi tantum, sed & alii religionis causa exules jussi sunt relaxari: nam inter alios Zenonem illustrem Medicum, qui factione Georgii Ariani Episcopi Alexandrini solum verterat (erat hic Alexandrinus) datis ad eum litteris, Julianus in patriam revocavit; sunt enim hujusmodi (*f*): *Cum multa alia res testificantur te ad summum medicæ artis gradum pervenisse, eique parem morum, ac vitæ temperantiam adjunxisse; tum vero hoc tempore maximum omnium testimonium accessit, quod Alexandriam absens universam in te convertis; tantum inde discessu aculeum tamquam apis reliquisti; nec sane immerito: praeclare enim Homerus: Vir medicus par est multorum millibus unus; Tu vero non tantum medicus es, verum etiam magister omnibus, qui ejus artis studio ducuntur; ut propemodum, quod medici sunt populo, hoc ipse sis medicis. Hæc autem causa te liberat exilio, & quidem magnifice. Nam si propter Georgianam factionem Alexandria excessisti, non jure excessisti; justissime autem reverti potes. Redi igitur cum honore, & dignitate pristina: nobis vero gratia sit apud utrumque, & quia Zenonem Alexandrinis, & quia Zenoni Alexandriam restituimus.* Hæc Julianus. Cæterum quod Georgium Episcopum Arianum Alexandriæ non solum constat exagitasse Catholicos, sed etiam Gentiles, ut superius est demonstratum Annalium tomo tertio; fuerit ne hic Zeno Christianus, an Ethnicus; vel ille, cujus meminit Suidas, item Alexandrinus patria, qui & Judaicæ genti suæ nuncium publice remisit; vel quem genere Cyprium, & arte medicum hoc tempore vixisse tradit Eunapius, haud affirmari posse videtur.

Zenonem liberat Julianus.

(f) *Julian. ep. 45.*

XV. Verum quod ab eodem Juliano diximus re-

Julianus revocat etiam Hæreticos exules.

restitutos esse Catholicos: id quidem ille haud Catholicæ veritatis amore fecisse, videtur, sed in odium Constantii, & regiorum, quorum auctoritate Catholici vexati fuerant, ministrorum: etenim nulla habita ratione exulum Episcoporum, quinam vera fide præstantes, quive hæretici essent, sed Arianis haud in omnibus assentientes, atque ob eam causam proscripti; ex æquo omnes jussit exilio relaxari. Ita enim impium Ætium Hæresiarcham eadem pœna jure damnatum, magno honore, datis ad eum litteris, non solum liberavit, sed & in Regiam accersivit: litteræ autem sunt hujusmodi.

Julianus Ætio Episcopo.

XVI. *Ceteris omnibus, qui a Constantio vita defuncto ejecti patria fuerant propter amentiam Galilæorum, exilium condonavi. Te autem non solum ea pœna libero, verum etiam memor pristinæ cognitionis, atque amicitiæ nostræ, hortor ut ad nos venias. Uteris autem vehiculo publico usque ad nostram cohortem, & uno parhippo.* Sic nd Ætium Julianus, qui homine impio, & nd mala omnia egregie comparato noluit caroisse. Hæc eadem Sozomenus (*a*), qui & de illis, quæ ab eodem concessa sunt Novatianis, hisce meminit verbis: *Addit his*, inquit, *Eleusium Episcopum Cyzici, cui simili de causa in mandatis dedit, gravissima mulcta ei præscripta, ut suis sumptibus, intra bimestre spatium, Ecclesiam Novatianorum, quam imperante Constantio diruerat, denuo ædificaret.* Hæc Julianus, officiis demereri studens sectarum omnium Christianos, impendens illis quæ poscerent beneficia. Porro ædificatæ Novatianorum Ecclesiæ nomen esse inditum, Anastasia, quasi quæ exciderat resurrexisset, alibi idem affirmat (*b*). Ceterum quantumlibet isti extra Catholicæ fidei septa agerent; tamen quod in his, quæ spectant ad Filii Dei divinitatem in Niceno Concilio confirmatam, iidem ea ipsa sentirent, atque Catholici, ut dictum est, Arianos infestos habuere: cujus rei causa ab Eleusio Nicænæ fidei adversario passi sub Constantio fuerant suæ ipsorum jacturam Ecclesiæ.

(a) Sozom. lib. 5. c. 5. in fin.

Novatianorum Ecclesia reparatur.

(b) Sozom. l. 4. c. 18.

XVII. Rursum vero, ut hoc ipso Imperii exordio omnes conciliaret sibi fideles, publica edita sanctione, non tantum qui fuerant in exilium pulsi, ut diximus, revocavit: *Sed* (inquit Sozomenus c) *proscriptis lege sua bona restituit: quinetiam populo præcepit, ne quis quemquam Christianorum vel injuria afficeret, vel contumelia; neve ad immolandum eos invitos traheret. Qui autem eorum sua sponte ad aras forte accederent; ut hi primum dæmones, quos Gentiles ἀποτροπαίους, id est depulsores malorum, vocant, placarent, jussit; & expiationibus, quibus ipsi uti solent, purgarentur.* Istæc primum ipso in Imperium ingressu statuit Julianus, veritus (ut creditur) cum illis aperto Marte pugnare, quos sciret multitudine implesse Romanom Imperium.

(c) Sozom. l. 5. c. 5.

XVII. Insuper, ut hac ex parte etiam videretur præstare Constantio, & Christiani gauderent se in eo invenisse, quod in illo frustra desiderarant, gessit se inter Christianæ religionis Episcopos conciliatorem, pacisque sequestrem: quos tamen cum ut in unam eamdemque sententiam convenirent, frustra tentasset; suo ipsorum omnes, ut quæ vellent sentirent, reliquit arbitrio; testatur hoc Ammianus, cum ait (*d*): *Utque dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum Antistites cum plebe discissa in Palatium intromissos monebat, ut civilibus discordiis consopitis, quisque nullo vetante, religioni suæ serviret intrepidus. Quod agebat adeo obstinate, ut dissensiones augente licentia, non timeret una minantem* postea plebem, nullas infestas hominibus bestias, ut sunt sibi feralibus plerisque Christianorum expertus; sæpeque dictitabat: Audite me, quem Alamanni audierunt, & Franci.* Hæc Ammianus de Juliano, inde captante occasionem Christianis detrahendi, quod adeo pugnaciter inter se altercarentur; in quos etiam illud exprobrare non desinebat, quod quæ erant ad cultum deorum spectantia dissipassent: Unde ad Artabium, hæc his temporibus scripsisse reperitur (*e*):

Julianus laborat pro pace Ecclesiæ.

(d) Amm. lib. 22.

** unanimantem.*

(e) Julian. epist. 7. ad Artab.

XIX. *Ego per deos, neque interfici Galilæos, neque cædi præter jus & æquum, neque molestia quicquam perpeti volo; sed tamen iis pios, & sanctos viros præferendos esse, vel maxime censeo. Etenim Galilæorum amentia propemodum omnia afflixit & perdidit, cum deorum benevolentia omnes salvi simus. Quare tum deos colere, tum pios & viros, & populos honorare debemus.* Ita Julianus, ejusmodi ad construendam impietatem jaciens fundamenta, reddens nimirum Christianos Galilæorum nomine contemptibiles, & expilatione jam facta templorum exosos; Gentiles vero, dum eos pios, ac sanctos nominat, & dignos honore prædicat, sic proposuit imitandos; existimans fore Imperatoris sententiam ad idololnstiam capessendam illecebram. Quæ insuper præstiterit officia, ut deorum cultum jam collapsum in integrum restitueret, Sozomenus (*f*) tradit his verbis: *Ubi solus est Imperio potitus, in Oriente Gentilium delubra aperire: quæ eorum neglecta corruerant, reficere; quæ autem deturbata fuerant, denuo ædificare: quinetiam aras erigere mandavit; atque ad has res perficiendas multa tributa excogitavit. Vetera præterea, & patria civitatum instituta, atque sacrificia renovare, ipseque*

Juliani Epistola ad Artabium.

(f) Sozom. l. 5. c. 3.

Studium Juliani in restituendo Deorum cultu.

pa-

Christi	Liberii Pap.	Juliani Imp.
361.	10.	1.

palam in loco publico idolis immolare, offerre illis libamenta; & eos qui harum rerum studiosi erant, magno in honore habere cœpit. Horum autem sacrorum professoribus, sacerdotibus, interpretibus, & statuarum cultoribus pristinos honorum gradus reddere, rata facere ea quæ veteres Imperatores de his sanciverant; decernere illis immunitatem ministeriorum, & rerum quoque aliarum, sicut ante habuerant; frumenti congiaria Æditais ablata restituere: jubere ut a profanis esculentis se puros conservent, & abstineant ab illis, quatenus conveait iis, qui ad prædicta mysteria jure suo (ut Gentiles loquantur) accedere possuat. At hæc cœpta hoc anno majoribus in dies accessionibus aucta fuere. Quibus præterea artibus sensim in Christianam religionem insurrexerit, dicemus opportunius suis locis ordine temporum definitis.

XX. Mutatio magistratuum, & consilia Juliani.

Satis namque sibi visam, his Imperii adepti primordiis, magistratibus a Constantio provinciis Imperii Romani præfectis, & aliis publicis adscriptis muneribus, abrogatis, alios ex animi sui sententia in locam ipsorum subrogasse; qai, qaod scirent gratum sibi esse, perficerent. Quibus in hunc modum ad securitatem Imperii stabilitis, omnia versare consilia, meditari vias, excogitare modos, adhibere conatus, & jungere studia, quibus Christianam religionem funditus posset evertere, non prætermisit. Non deerant ad opus vires, utpote Imperator, & solus, a cujas arbitrio cuncta penderent; nec dolosæ molitiones, & cum astutia elaborata consilia, quod Philosophus esset, atque Magus; nec abesse poterat obstinata perfidia ab eo; qui impius esset apostata; adeo ut omni ex parte ceteris persecutionibus ab aliis Imperatoribus olim illatis hæc acerbior videri posset, si licuisset: quod periculosior illa sit pugna, quæ infertur ab hoste, qui cuncta quæ sunt adversariorum habeat explorata; & atrocius soleat moveri bellum, & vindicta crudelior experi ab adversario, qui plurimis antea fuerit contumeliis lacessitus, & damnis affectus; qualis profecto videri poterat Julianus, qui res cunctas Christianæ religionis haberet exploratissimas, & acerbissimo in Christianos odio moveretur, a quibus sciret idola esse contrita, templa dirata, vel expilata saltem & clausa, sacraque deorum vetita, & tot annis armis & legibus publice privatimque omni ex parte cuncta ferme qaæ essent patriæ superstitionis eversa. At quæ ab eo gesta sunt anno sequenti, pluribus dicturi sumus.

JESU CHRISTI ANNUS	LIBERII PAP. ANNUS	JULIANI IMP. ANNUS
362.	11.	2.

I. QUi sequitur trecentesimus sexagesimus secandus Christi annas, Ecclesiæ admodum ærumnosas, Consulata Mamertini, atqae Nevictæ adnotatus habetur. Quod ad Mamertinum spectat, ad Consulatum adscitum indignissime, Ammianas bis docet (a): *Mamertinum ad Consulatum evexit, nec vita, nec splendo-* re

(a) Ammi. lib. 21.

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1115. Olymp. 285. an. 2. A.C. 362.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5855.

☉ 7. F. ☽ 2. P. 31. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 362.

LIBERII PAPÆ 55.

JULIANI IMP. 2.

I. Consules. II.

[1] ANnum I. ad XIII. Coss. *Mamertinus, & Nevitta.* Lambecius tomo 4. Bibliothecæ Cæsareæ Codice CVII. qui est de S. Cæsarii Gregorii Nazianzeni fratris Operibus, confutat quod scribit Baronius, *Cæsarium* nempe donatum fuisse *a Juliano* Præfectura custodiæ thesauri. Nam S. Gregorius Nazianzenus in Orat. funebri diserte asserit, S. Cæsarium a Juliano accepisse *primum dignitatis locum inter Medicos*, atque insuper ob variam eruditionem suam assumtum fuisse *in numerum amicorum* ejusdem *Imperatoris*; ideoque apud hujus aulam *in maximo honore* fuisse. De *Comitiva autem rerum privatarum & custodia thesauri privati Imperatoris*, non prius in eadem Oratione mentionem facit Nazianzenus, quam post Valentiniani & Valentis initium.

S. Cæsarius primum dignitatis locum accepit inter Medicos.

Baron. a. VIII.

NOTÆ (1) COss. *Mamertinus & Nevitta.* Lapis inter inscriptiones selectas Jo: Vignolii, & apud Fabrettum, pag. 695. n. 170.

MAMERTINO. ET NEBITTA. CO. &c.
TRADIDERUNT. LEONTICA. KAL. APR.
FELIC. &c.

Ammianus lib. XVII. & XXI. cap. X. & lib. XXII. de his meminit. Laterculus Paschalis post Gennadium de Viris illustribus in codice Vaticano: MAMERTINO ET NEBITTA. Fasti Idatii, & Prosperi Chronicon: *Mamertino & Nebitta.*

re, ne usu, nec gloria horum cuiusquam similem, quibus magistratum detulerat amplissimum Constantinus; contra inconsummatum, & subagrestem, & quod minus erat ferendum, celsa in potestate crudelem. Hæc ipse. Extat ejusdem Mamertini Consulis de sui Consulatus gratiarum actione oratio panegyrica, luculenta quidem, qua laudes novi Imperatoris mirifice prædicavit.

II. Cumque ex more ab eodem Consule publica munera ederentur, ac *die quodam* (inquit Ammianus *a*) *causa ejus spectandi venisse nunciatus esset ex Asia philosophus Maximus* (hunc ab ipso Juliano litteris accersitum anno superiori diximus) *exiluit Imperator indecore; & qui esset, oblitus, effuso cursu e vestibulo longe progressus, osculatum, susceptumque reverenter secum induxit, per ostentationem intempestivam nimius captator inanis gloriæ visus, præclari illius dicti immemor Tulliani, quod tales notando ita relatum: Ipsi illi philosophi etiam in his libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt, ut in eo ipso quod prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se & nominari volunt.* Hæc Ammianus. Sed in dijudicandis in excipiendo Maximo affectibus Juliani, in diversam potius, quam ab ipso Ammiano assertam sententiam pedibus imus: atque putamus, eo inopinato eventu Julianum, licet ostentantem Philosophum, erumpentes tunc erga Maximum affectus suos cohibendi, & philosophicis infrenandi habenis, minime tantum virium habuisse. Etenim ipsius divinationibus Imperium acceptum ferebat, immo & ex eo quamplurimi faciebat hominem, quod a Christianorum religione, quam putabat insaniam, revocatum se ad cultum deorum esse sciebat. Qui enim recitatas tertio Annalium tomo ejusdem Juliani litteras ad ipsum Maximum datas, & alia id genus superius recensita revolverit, nos haud vanos ejusdem Juliani affectuum conjectores & interpretes esse comperiet; memor quid de Juliano addicto Maximo Eunapius (*b*) tradat, qui & hæc inter alia: *Ab eo totus pependit, & universam viri doctrinam mordicus retinuit.* Quantum autem expetierit Julianus adventum Maximi, etiam eum adhuc in Gallis ageret, litteræ ad eum anno præterito datæ declarant, sed & quam observantissimus hominis esset, aliæ rursum ad eumdem in hæc verba conscriptæ significant (*c*):

(*a*) *Amm. lib. 22.*

Julianus excipit Maximum philosophum.

(*b*) *Eunap. Vit. philosop.*

(*c*) *Julian. epist. 15. ad Max.*

III. *Alexandrum Macedonem, ajunt, Homeri carminibus indormire solitum, ut noctes diesque in bellicis ejus signis versaretur. At nos cum tuis Epistolis tamquam pæoniis medicamentis dormimus, easque assidue tamquam recentes & novas iteramus. Quare si tuarum litterarum colloquium, idest, tuam imaginem nobis repræsentare vis, scribe, & assidue scribe; vel potius, diis juvantibus, veni; tibique persuade, quamdiu abfueris, nos vita frui non posse dicere, nisi eatenus, quoad litteras tuas legimus.* Hucusque Epistola Juliani ad Maximum, ex quo jam olim totus impietatis fons erumpens, in eum effluxit. Cynicum secta hunc fuisse Philosophum, quas idem Julianus priores dederat litteræ non obscure illis verbis ostendunt: *Cum prope abessem ab hac urbe, nempe Vicentione, vir quidam Cynicus cum pera & baculo mihi occurrit. Eum ego cum eminus aspexissem, te ipsum esse putavi, &c.* Spectatus quidem erat habitus Cynicus baculo & pera, veluti quibusdam ornatus insignibus. At ne cui ex nomine & secta errandi tribuatur occasio, diversus hic est Maximus Cynicus ab illo alio item Maximo Cynico, qui sub Theodosio S. Gregorio Nazianzeno negotium facessivit: ille quippe patria fuit Alexandrinus, hic autem Smyrnæ natus Ephesius dictus est, quod ibidem diutius, ut de eo testatur Eunapius (*d*), egerit, qui & sub Valente Imperatore necatus est, de quo suo loco pluribus agendum.

Quanti fecerit Maximum Julianus.

Maximi Cynici duo.

(*d*) *Eunap. in Maximo.*

IV. Curavit præterea Julianus, quos sciret eruditione clarissimos esse viros, eosdem ad se vocatos nobilibus decorare præfecturis; nam Themistium philosophum Urbis Præfectum creavit; Libanium celebrem ejus temporis oratorem quæstura, & alios aliis magistratibus insignivit. Hinc Mamertinus (*e*): *Sed multo multoque facilior est ratio honorum petendorum. Quisquis, inquam, capere magistratum voles, auri atque argenti negligens esto; nullas ostiatim potentium ædes obito; nullius pedes, nullius genua complectitor. Adhibeto tantum tibi gratuitas & paratu facillimas comites, justitiam, fortitudinem, temperantiam, atque prudentiam: ultro ad te maximus Imperator accedet, & ut capessas Rempubl. flagitabit: otioso tibi & alia curanti, provinciæ, præfecturæ, fasces, sella curulis; atque insignia omnia magistratuum perferentur.* Hæc ipse; qui & paulo inferius sic in eamdem sententiam: *Tu, tu, inquam, maxime Imperator, exulantes relegatasque virtutes ad Rempubl. quodam postliminio reduxisti; tu extincta jam litterarum studia flammasti; tu philosophiam paulo ante suspectam, ac nedum spoliatam honoribus, sed accusatam & ream, non modo judicio liberasti, sed amictam purpura, auro gemmisque redimitam in regali solio collocasti.* Hæc Mamertinus, sed encomiastice potius, quam historice, immo adulatorie atque mendaciter: nam quales præcipuos Imperii administros habere consueverit, & quibus compositos moribus provincia-

(*e*) *Mamert. in Panegyr.*

Philosophis collati magistratus.

rum

rum Præfectos elegerit, sanctus Gregorius Nazianzenus, sincerissimus cultor & custos veritatis, qui cuncta & intuebatur oculis, & manibus attrectabat, declarat his verbis (a):

(a) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

V. Quales electi ad Magistratus.

Atque hæc, ut gravissima illius crimina, maximeque propria, dicendo sum prosecutus; non alioquin nescius, duobus aut tribus bulicis assentatoribus, eique impietate paribus (alios enim consulto prætereo) tantam impietatis mercedem persolutam esse, ut nulla res obstitura fuerit, quo minus ipsi brevi temporis spatio terras omnes & maria Romanorum Imperio subdita expilarent, nisi rebus secundior finis citius contigisset. Adeo latrociniis & avaritia priores illos Centimanos excedebant, Briareos scilicet. Provinciarum vero emperia non moderatissimis, sed crudelissimis hominibus mandabantur, atque ad magistratus & præfecturas unum suffragium erat perfidia, Christianismique desertio; ab eoque beneficia consequebantur, quæ sibi ipsis sceleratissime consuluissent. Atque posthæc, de his quos ad se accersisset, & elusisset, sic subdit: *Non possum in eo non mirari; nam cum multos eorum, qui ex Asiaticis potissimum studiis, litterarisque gymnasiis ipsi noti familiaresque fuerant § summo studio accersivisset, quasi mirabilibus quibusdam beneficiis eos ornaturus; eximiaque spe ob veterum pollicitationum memoriam animos eorum extulisset; ut ad eum venerant, hoc illud videlicet calculorum imposturæ, & oculorum ludificationes: hos enim hoc modo, illos alio eludens, quosdam etiam mensa comiter accipiens, ac multum illud, Sodalis, propinans, instarque alius cujusdam illecebræ suaviter fundens, infectis tandem rebus dimittebat, haud satis constitutum habentes, illius fraudem magis, an suam ipsorum levitatem accusarent.* Hæc Gregorius.

VI. Cæterum haud in omnes ejuscemodi exercebat jocum, ut vacuos vocatos remitteret; sed eos tantum ejusmodi comœdiæ catastrophe delusit, quos ad suam ipsius affectandam impietatem imparibus votis intelligeret respondere: siquidem non Gentiles tantum, sed & Christianos consuetudine litterarum sibi optime notos, datis ad eos litteris, accersivit; ut inter alios S. Basilium Athenis olim, cum illic Julianus ageret, egregia eruditione spectatum. Extant ejusmodi litteræ, quas ad eumdem, ab eo ante probe admonitus, reddidit his verbis (b): *Non bellum denuncias (ait vetus verbum) at ego addam etiam illud comœdiæ veteris:* O *nuncium verborum aureorum! Age igitur istud re ipsa ostende, & ad nos quamprimum advola: certe amicus ad amicum venies. Assidua cura Reip. molesta est iis, qui negligentius in ea versantur, at qui diligentia & industria utuntur, aqui sunt mea quidem sententia, & prudentes, omninoque ad omnia idonei. Quare ipse mihi opportunitatem hanc comparavi, ut sine ulla Reip. negligentia, nonnihil quoque spatii ad relaxationem animi sumam. Etenim adhuc ita vivimus, ut aulicæ simulationis nihil fere retineamus (quam quidem tu fortasse adhuc expertus fuisti; qua qui laudant, majore odio prosequuntur, quam inimicissimos) sed honesta moderataque libertate, cum opus est, nos mutuo accusamus atque reprehendimus: neque tamen propterea minus inter nos amamus, quam qui maxime amici sunt. Ex eo accedit (quod sine invidia dicere liceat) ut dum relaxamur, seria agamus; & dum hæc agimus, minime cruciemur, & secure dormiamus; quoniam cum vigilarem, non tam pro me ipso, quam pro cæteris omnibus, ut par est, vigilavi. Hæc forsitan apud te nugatus sum levitate quadam animi, & insolentia; me ipsum namque, sicut Astydamas, collaudavi. Veruntamen ut intelligeres multo magis tuum conspectum, sapientis videlicet hominis, nobis profuturum, quam impedimenti allaturum, hæc scripsi. Propterea igitur, ut dixi, & publicis equis uteris. Cumque apud nos, quantum tibi videbitur, fueris, tum a nobis honeste, & ut decet, dimissus, quo voles, proficisceris.* Hactenus Juliani litteræ redditæ ad Basilium.

(b) Jul. ep. 12. ad Basil.

Julianus vocat Basilium.

VII. Alias etiam intervenisse inter eos Epistolas, certum exploratumque ex eo redditur, quod ipse Basilius absens, nec ad eum jam impietate omnibus notum venire consentiens, ab eodem invitatus, ac provocatus ad impietatem, per litteras fidem Christianam magno animi robore confessus est, cujas quidem Epistolæ fragmentum recitatum habetur in Niceno Concillo posteriori a Legatis Apostolicæ sedis, ex scripto codice, ex quo Demetrius (c) diaconus ita legit: *Ex Epistola beati Patris nostri Basilii ad Julianum Imp. Apostatam: Quemadmodum a Deo Christianam & inculpabilem nostram fidem velut hæreditario jure accepimus, sic confiteor, & in ea maneo. Credo autem in unum Deum Patrem omnipotentem, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum: unum Deum hæc tria adoro & glorifico. Confiteor etiam Filii incarnatam œconomiam: Deinde S. Mariam, quæ secundum carnem illum peperit, hanc Deiparam vocans. Suscipio enim S. Apostolos, Prophetas, & Martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quo per illorum intercessionem propitius sit mihi Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorum honora, & palam adoro: hoc enim nobis a sanctis Apostolis non est prohibitum; sed* in

Basilius Juliano refragatur.

(c) Concil. Nicæn. 2. Act. 4.

in omnibus Ecclesiis nostris eorum historias exigimus. Hucusque ibi ex dicta Epistola Basilii ad Julianum, quam Hadrianus Romanus Pontifex itidem citat, eademque ferme verba ex ea recitat, quæ extant etiam inserta in ejusdem septimæ Synodi actione secunda. Quidnam autem post hæc Basilius egerit, quidve ea de re cum Gregorio Nazianzeno captarit consilii, inferius dicturi sumus. Constat quidem, æque ac Basilium, conatum esse Julianum blanditiis sibi devincire Gregorium: quem tamen acerrime sibi ob pietatem expertus est adversantem. Ipse enim Gregorius in fine posterioris invectivæ testatur, se una cum Basilio Cyclopeo honore ab eodem Juliano affici solitum: verum cum adeo obnitentes eos invenisset, constat fore illos ab ipso esse rejectos; quos & idem Julianus, ut acerbissimos adversarios, sævissimo odio insectatus, post bellum Persicum (si licuisset) reservavit ad necem. Sed de Gregorio rursum postea.

VIII. Cæsarius honoratur a Juliano. Qui vero agebat Constantinopoli tunc temporis Cæsarius frater Gregorii Nazianzeni, philosophicis facultatibus nulli secundus, jam antea a Constantio Imperatore quæsitus, & in Senatum amplissimum cooptatus, ab eodem Juliano Augusto nobili præfectura donatus, nempe Thesauri custodia; quo munere functus erat, qui hoc anno Consul ordinarius creatus est, Mamertinus, ut ipsemet testatur (a). Id cum audissent pater ipsius Gregorius Senior Episcopus Nazianzi, & ejus germanus Gregorius, aliique cognatione vel familiaritate conjuncti, necnon externi, indigno animo acceperunt; quin & ipse Gregorius frater mox ad eum ejusmodi gravissimas dedit litteras (b):

(a) Mamert. in Panegyr. dicto Jul.

(b) Gregor. Nazianz. epist. 17.

IX. Gregorius Nazianzenus revocat a Juliano Cæsarium. *Magnopere tua causa erubuimus. Nam quod mærore affecti fuerimus, quid scribere necesse est tibi utique hoc omnium maxime persuasum habenti? Etenim (ut de nobis nihil dicamus, nec quanta mæstitia, addam etiam timore nos fama ea, quæ de te pervagatur, impleverit) vellem, si fieri posset, sermonibus iis, quos alii de te tum familiares & necessarii, quam externi quoquo modo nobis cogniti, dum tamen Christiani, & quidem omnes uno ore ferunt, interesses: quandoquidem libentius expeditiusque in alienis rebus, quam in suis, mortales philosophari solent. Instur ulicunquspiam declamantes hæc verba ipsi fuerunt: Nunc Episcopi filium militare, nunc externam potentiam & gloriam expetere, nunc pecuniis servire, quando pecuniarum communis ignis accensus est, atque in salutis animæque periculo versantur homines; ac non potius unam hanc gloriam & securitatem & opes existimare, utrumque fortiter & strenue sese tyrannidis turbini opponere, & quam longissime se ab omni scelere & piaculo removere. Quonam autem modo Episcopi alium admonere queant, ne se a tempore distrahi sinat, idolisque commisceri? Quonam modo eos, qui aliud quoddam flagitium admittunt, objurgare possint ipsi a lege libertatem loquendi non habentes? Hæc nos, hisque plura & graviora quotidie audientes partim ab his qui amico animo fortasse ac benevolo loquuntur, partim ab iis, qui inimice & malevole nobis immineut, quo tandem modo affici, & quem animum habere putas? nos, inquam, qui Deo servire proposuimus, nec ullum aliud bonum esse judicamus, quam ut futuræ vitæ scopum collimemus? Ac dominum quoque patrem nostrum sermones hos impatientissime ferentem, atque a vita ipsa abhorrentem, quoquo modo solor & demulceo, de tua voluntate illi spondens, atque confirmans, te nequaquam nobis diutius molestum fore. Dominam autem matrem, si quisquam de tuis rebus resciscat (nam ad hanc usque diem multis artibus eam celavimus) ita velim existimes, eum tantum dolorem habituram, ut nullo omnino solatio mitigari possit, utpote parvi animi fœminam, & alioqui ob pietatis magnitudinem modum in hujusmodi rebus tenere nequeuntem. Quamobrem, si quam & tui & nostri rationem habes, melius tutiusque tibi consule. Nam proculdubio facultates nostræ ad vitam liberaliter degendam sufficiant, homini utique non nimis inexplebili, nec immodica plus habendi cupiditate flagranti. Quia etiam ad constituendas vitæ tuæ rationes haud video quodnam tempus expectabimus, si hoc nobis effluere siverimus. Quod si in eadem persistas sententia, & præ animi proposito atque impetu parva omnia existimas; aliud quidem nerbi proloqui non libet. Hoc tantum prædico & denuntio; e duobus alterum necesse esse; vel ut germanus Christianus manens, contemptissimæ ipsius classi adscribaris, indigneque vivas & te ipso & spe, quam concepisti; vel honorum desiderio æstuans, in capitalem fraudem incidas, fumique saltem, si non ignis fias particeps.* Hucusque ad Cæsarium Gregorius.

Paruit sapientissimo fratri Cæsarius; ejusque consilio prætulit ignominiam (c) Crucis opibus & honoribus Pharaonis; magisque delegit abjectus esse in domo Domini, quam habitare (quod est in Psalmo d) in tabernaculis peccatorum: cujus rei causa indignantis Principis iram meruit, a quo & exagitatus, summa gloria Christum confessus est. Porro egregium tunc Cæsarii certamen pro fide Christi tuenda, ab eodem ejus germano exacte descriptum, suis hic a nobis reddetur verbis: in oratione enim in funere ipsius habita in hunc modum rem gestam X.

(c) Paulus ad Hebr. 11.

(d) Psal. 83.

Cæsarii rerum status.

stam aggreditur: *Cum enim omnes magni quotidie honores conferrentur, majoribus tamen, ac jam jamque affuturis dignus habebatur tum ab ipsis Imperatoribus, tum ab omnibus iis, qui proximum iis dignitatis locum tenebant: quodque maximum censendum est, nec a gloria, nec ab iis quibus circumfluebat deliciis, animæ illius nobilitas umquam labefactata est. Quin potius qui in multis magnisque dignitatibus florebat, hoc tamen ad decus & gloriam præcipuum ducebat, ut & esset, & diceretur Christianus: idque tanti æstimabat, ut præ hoc uno reliqua omnia in unum congesta ludi & nugarum instar haberet.* Et paulo post: *Atque ut alia omnia prætermittam; propinquorum nempe, qui fortunæ injuria facultatibus lapsi erant, curam & patrocinium; fastus contemptum; æquitatem eam, qua cum amicis ita versabatur, ut nihil sibi præter jus arrogaret; libertatem loquendi, qua apud Principes utebatur, certamina, quæ pro veritate suscepit; disputationes, quas permultas & sæpenumero, & cum plerisque habuit non argutas solum, sed etiam admodum pias & ardentes: facinus unum pro omnibus referam, quo in tota illius vita nihil est illustrius, magisque pervulgatum.*

XI. Julianus qualis in persequendo fideles.

Fuebat adversum nos infandus imperator, & cum in se ipsum primum per Christianæ fidei repudiationem insanisset, jam aliis quoque intolerabilis erat, nequaquam caeterorum Christi hostium more, magno & strenuo animo impietatem profitens, verum clementiæ obtentu persecutionem celans, atque instar flexuosi illius serpentis, qui ipsius animum obsidebat, omni genere machinarum ad barathrum suum miseros callida pertrahens. Ac ne eos honores, qui Martyribus haberi solent, consequeremur (hos enim Christianis homo egregius invidebat) prima illius fraus ac versutia hæc fuit, ut qui Christi causa excruciabantur, non ut Christiani, sed ut facinorosi supplicio afficerentur: altera, quod huic rei, non tyrannidis, sed persuasionis nomen imponebat, scilicet ut major eorum infamia, quam periculum esset, qui sponte ad impietatem proruebant. Cumque alios pecuniis, alios dignitatibus, alios promissis, alios variis honorum generibus, quos no regio quidem, sed perquam serviliter inspectantibus omnibus deferebat, omnes denique verborum præstigiis, suoque exemplo ad se alliceret; tandem Cæsarium quoque adoriri instituit. O vesanum hominem, si futurum speravit, ut & Cæsarium & fratrem meum, & his parentibus natum deprædaretur! Verum ut in hoc sermone aliquantulum mora faciam, animumque hac narratione oblectem, quemadmodum spectaculo delectati sunt qui tum affuerunt: Ingrediebatur vir generosus Christi signo communitus, clypeique vice magnum Verbum obtendens, ad hominem rei militaris peritissimum, & dicendi facultate præstantem: nec vero illius aspectum contremiscebat, nec per adulationem de animi magnitudine quicquam remittebat; verum promptum se paratumque pugilem ostendebat, sive rebus, sive verbis ipsis cum eo dimicandum esset, qui utroque armorum genere decertare poterat. Ac tale quidem erat theatrum, talisque pietatis propugnator: certaminis etiam præses hac ex parte Christus passionibus suis pugilem ad pugnam instruens, ex illa gravis tyrannus tum verborum illecebris deliniens, tum potentiæ magnitudine perterrere studens.

Quin etiam utrinque spectaculum erat, XII. Cæsarii coram Juliano confessio.
partim eorum qui in fidei pietate adhuc perstabant, partim eorum quos secum ille abripuerat; qui utraque ex parte observabant, quonam illorum certamen penderet, magisque solliciti & anxii erant, utrius futura esset victoria, quam illi ipsi, quos spectabant. Num extimuistis, ne quid Cæsario accidat hujusmodi animi alacritate porum dignum? At bono estote animo; victor enim discedet juvante Christo mundi victore. Ac nihil quidem mallem, quam ut ea, quæ dicta sunt & proposita, sigillatim explicare possem. Nam & eruditas aliquot verborum captiones & argutias meo quidem judicio memoratu non injucundas ea disputatio complectitur; verum intempestivum hoc foret, & ab oratione alienum. Ut autem Cæsarius, cunctis verborum illius nexibus, conatibusque omnibus tam apertis, quam obscuris, ludi cujusdam instar, propulsatis, magna & clara voce, Christianum se esse, semperque fore, pronunciavit, nec sic quidem prorsus ejicitur: etenim mire Imperator Cæsarii doctrina frui atque exornari gestiebat. Quo etiam tempore celeberrimum illud, cunctis audientibus, prolocutus est: O felicem patrem! o liberos infelices! Nam nos quoque ignominiæ societate honorandos duxit, quorum eruditionem pietatemque Athenis cognoverat. Verum ad secundam expeditionem reservatus (commode enim illum adversus Persas armabat divina justitia) se ad nos recepit exul beatus, & victor incruentus, atque ob ignominiam clarior, quam ob pristinam gloriam, nominisque splendorem. Hanc ego victoriam magna illius potentia & sublimi purpura & insigni diademate longe superiorem excellentioremque esse censeo: hac narratione magis efferor, quam si universum Imperium cum illo partitus esset. Malis igitur temporibus cedit, in eoque legi nostræ obtemperat, quæ præcipit, ut oblata quidem occasione, veritatis causa periculum adeamus (a), nec si- (a) Matt. 10.

dei

dei pietatem per animi ignaviem deseramus. Cæterum quamdiu licet, pericula ipsa ne excitemus; sive id ea ratione præscribat, quod animabus nostris metuat; sive quod eorum exitio occurrendum putet, a quibus nobis periculum vitæ creatur. Hactenus Gregorius de certamine fratris cum Juliano, quo evexit de impietate prostrata triumphum, erexitque de superato Apostata Imperatore trophæa, & quidem perennia, posteris semper dignis laudibus prædicanda. At hæc tanta Cæsarius, tanti patris ac fratris, totiusque domesticæ ipsorum Ecclesiæ precum præsidio consecutus est dona.

XIII. Ecebolii Rethoris inconstantia.

Verum non eadem animi constantia instructus permansit adversus aurea tela, ipsa inquam mellita Juliani verba, Ecebolius rhetor magni nominis, idemque Christianus: qui turpiter manus dedit Apostatæ, factusque est Christianæ religionis desertor. Erat hic inserviens tempori, & pro Principum religione fidem ipse quoque mutabat; de quo Socrates (a): *Ex his unus erat Ecebolius * sophista Constantinopolitanus* (dicebantur autem eo quoque nomine rhetores ut Libanius) *qui quidem se ad Imperatorum ingenia ac naturam conformans, dum Constantius regnabat, se ardenter fidem Christianam amplecti simulavit: dum Julianus potiebatur Imperio, Gentilitatem magnopere colere præsetulit; Julianoque mortuo, religionem Christianam denuo profiteri in animum induxit: nam ante portam Ecclesiæ se pronum abiiciens, sic vociferatus est: Me quasi salem infatuatum pedibus conculcate.* Hæc Socrates. Verum cum hic in gratiam Constantii Christianismum professus dicatur, proculdubio ejusdem perfidiæ Arianæ, qua Imperator imbutus erat, fuisse sectator, affirmari posse videtur. At quod ab hæresi ad Ethnicismum prolapsus esset, fuit Juliano percarus: quilibet enim transfuga, ex hostium castris deficiens, ab adversariis vultu hilari, & grato excipitur animo. Quæ porro extat Juliani ad Ecebolium scripta Epistola, quanti ipse virum fecerit, aperte significat; cujus est exordium: *Pindarus argenteas Musas esse vult*, &c. Subinfensus tamen; cum ille causam ageret pro Arianis Edessæ commorantibus, Julianus ad eum has litteras dedit (b):

(a) Socrat. l. 3. c. 11.
* Ecebolius.
(b) Julian. ep. 43. ad Ecebol.

XIV. Julianus quid in Edessenos decernit.

Equidem de Galilæis omnibus adeo clementer & humaniter statui, ut nemini vis inferatur, neque in templum trahatur, neque alia de re ulla præter voluntatem suam contumelia afficiatur. At qui sunt de Ecclesia Arianorum luxuriantes opibus, in Valentinianos invaserunt, eaque apud Edessam perpetrarunt, quæ numquam in civitate bene instituta accidissent. Quare quod ipsis a lege admirabili, nempe Evangelio, *imperatum est, quo facilius in regnum cælorum veniant; nos ad id hominibus opem tulimus, eorumque pecunias omnes ab Edessenorum Ecclesia tolli jussimus, ut militi dividantur; & facultates, ut nostris privatis attribuantur: quo illi pauperes facti sapiant, neque regno cælesti, quod nunc etiam sperant, priventur. Iis autem qui Edessam incolunt, edicimus, ut seditione pugnaque omni abstineant: ne si nostram humanitatem commoverint, vos ipsi pro communi omnium intemperie ac insolentia pœnas luatis, gladio, exilio, igne mulctati.* Hactenus Julianus, mordacibus hisce salibus irridens Christianam religionem, quæ dispendio rerum terrenarum docet speranda esse bona cælestia, secundum illud (c): *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni & sequere me.*

(c) Marc. 10.

XV. Julianus quos coluit viros disertos.

Coluit præterea Julianus mirifice Oribasium Pergamenum, *quem* (inquit Eunapius d) *cum ejus illustris esset ab adolescentia fama, idem Julianus ad Cæsaris titulum viam affectans, artis nomine secum abripuit medicum; qui tantum in cæteris quoque excelluit virtutibus, ut ad Imperium etiam Julianum evexerit: quæ res in Annalium historia exactius perscripta est.* Hæc de Oribasio Eunapius, qui inter cæteros hujus temporis Philosophos eum plurimum celebrat. Observavit etiam Julianus Aristomenum Philosophum, ad quem hactenus extant ipsius litteræ illum vocantis. Sed ante hos omnes, Libanium sophistam Antiochenum, cujus superius mentio facta est, in honore habuisse videtur, cujus scriptis plurimum delectabatur, ut perbrevis illa Epistola ad eum scripta demonstrat, quæ sic se habet (e):

(d) Eunap. Vit. Philosoph.

XVI. Quid Julianus ad Libanium.

Legi hesterno die orationem tuam magna ex parte ante prandium, pransus vero sine ulla intermissione reliquum absolvi. O te felicem, qui ita possis dicere, aut sentire potius! o orationem! o mentem! o prudentiam! o partitionem! o argumenta! o dispositionem! o aditus! o verba! o numerum! o compositionem! Hucusque ad Libanium Julianus. Fortasse hæc illa fuit oratio in laudem ipsius Juliani conscripta, cujus Suidas meminit. Cæterum inter omnes, quos penes se habebat, Maximus a Juliano (f) deligitur, qui scriptas a se lucubrationes cognosceret, & pro arbitrio emendaret; nam ad eum scribens hæc habet inter alia: *At tibi nos, tanquam Mercurio eloquentiæ deo, scripta nostra offerimus; ut si aures tuas sustinere possint, tu pro arbitrio tuo statuas, an in vulgus evolare debeant: sin minus, ea continuo projicias tanquam a Musis aliena, aut flumine obruas ut adulterina.* Coluit & Nymphidianum & Claudianum Maximi fratres (g).

(e) Juli. ep. 14.
(f) Julian. epist. 16.
(g) Eunap. in Vit. Philosoph.

XVII. Laude sane digna hæc videri poterant

in

Julianus Magos & augures alit.

In Juliano, eruditorum virorum consuetudine delectari, nisi complures ex illis (ut superius est demonstratum) sic foris Philosophos agerent, ut tamen magos & haruspices intus gererent; nam præter illa quæ de his dicta sunt, hæc addit Gregorius Nazianzenus (*a*): *Haruspicinis autem & sacrificiis Imperialem aulam constituit, malis mali Imperii consiliariis utens.* At istæc omnia condonari forte illi ab aliquibus poterant, uti Ethnico homini, & superstitioni addicto; & non mirum adeo esset, si ipse præcipuus impietatis artifex habuerit secum ejusdem professionis artifices, juxta illud poeticum: *Tractant fabrilia fabri.* Verum quid cum Imperatore philosopho, lenones, meretrices, atque cinædi? abhorruerunt hæc certe a Marco illo Imperatore philosopho. At horum omnium, quæ ab aliis silentio sunt prætermissa, & sine gravissimo auctore fidem haud inveniant, testem adducam, qui ea præsens spectavit oculis, fidemque suam probatissimam reddit attestatione virorum qui adhuc superstites erant; quæ & egregia oratione, omni probationis genere consignata, posteris commendavit. Is est Joannes Chrysostomus Antiochenus, tunc professor rhetoricarum facultatum Antiochiæ sub Libanio, cujus nuper mentio facta est: Hic enim nequaquam aliorum testificatione, quæ tradit, affirmat, sed quæ frequentissime, cum Julianus ageret Antiochiæ, spectare sibi contigit. Ipse igitur ab imperii ejus exordio auspicatus orationem, quibusnam aulicis referta Juliani regia esset, declarat his verbis (*b*):

(a) Greg. Naz. orat. 3, in Jul.

(b) Chrysost. orat. adversus Gent.

XVIII. Juliani domus quibus referta.

Devulgato per universum terrarum orbem mandato, ut idolorum templa instaurarentur, aræ excitarentur, pristini honores dæmonibus redderentur, magni item illis proventus variis ex locis suppeterent. Quo ex mandato, magi continuo, incantatores, augures, haruspices, menagyrtæ, idest, menstrui viatores, seu pracones, denique omnifariæ imposturæ artifices undique ab universo orbe confluxerunt. Hic cernere quidem licebat Regiam ipsam infamibus, abjectis, ac profugis hominibus refertam: nam quotquot usquam fame tabescentes, quotquot ob veneficia ac maleficia convicti, quotquot publicæ custodiæ addicti, atque ad metalli opus detrusi, denique quotquot sordidarum artium artifices vix inde victitare possent, cum se etsi derepente sacerdotes esse profiterentur, mirum est, quanto in honore, quanto in pretio habiti omnes fuerint. Hic Imperator duces ipsos ac militum præfectos contemnere, assis unius non æstimare: contra mares meritorios, & meretrices fornicibus suis excitatas, una secum per totam urbem, per angiportus omnes circumducere; tum interim regius quidem equus, omnesque Prætoriani pone multo intervallo sequerentur: lenones autem & meretriculæ anteambulonum loco, & universus meritoriorum adolescentum chorus Regem medium stipantes, per forum inambularent, sermones eos proferentes, atque cachinnos attollentes, quos par erat hujuscemodi homines farinæ attollere. Quæ ipsa certe non nescimus talia tamque absurda fuisse, ut posteris fide majora futura sint; neque enim privatorum quisquam, eorumve qui humile pudendumque vivendi genus instituerint, velit tam turpis, tamque indecoras publice videri.

Juliani stipatores, meretrices & cinædi.

Sed eis sane, qui adhuc vita sunt superstite; oratione nulla opus est: qui enim adfuere, & ea quæ fierent spectavere, hæc & quæ hic a me dicuntur, nunc exaudiunt, propterea enim superstitibus etiam nunc testibus hæc scribo, ut ne quis vetera recensentem me inter eos qui rei ignari sint, magna licentia mentiri existimet. Ex hic enim, qui ea viderunt, supersunt adhuc & senes & juvenes: quos omnes obsecro & obtestor, si quid a me historiæ adjectum fuerit, in medium prodeant, meque redarguant. Sed scilicet tantum abest, ut me de meo adjecisse quicquam sint redarguturi, ut deprehensuri etiam sint multa certe a me prætermissa. Neque enim fieri potuit, ut oratione turpitudinis illius immensam magnitudinem repræsentarem. Posteris vero qui credituri isthæc non sunt, unum id dictam esse velim: dæmonem vestrum, quem Venerem appellatis, nequaquam pudere id genus administris uti. Itaque mirum nemini esse debet, si miser ille, qui prorsus Dæmonum ludibrio sese addixerat, ea minime dissimularet, propter quæ dis ii, quos coleret, magnopere sibi placeant. Hæc de Juliani turpitudine, quam fovebat ille religionis obtutu, Chrysostomus. Etenim sicut (ut vidimus) Constantinus Magnus turpissimos ejusmodi impudicissimæ Veneris cultores una cum eorum sacris ac templis penitus abolere curavit, ita amplissimus iste templorum & sacrorum atque Æditulum restitutor, cum obscœno numine, sacrificiisque obscœnis, personas obscœnas pariter revocavit; de quibus & Gregorius Nazianzenus sic ait (*c*): *Propinationes porro & potationes, quas meretricibus ob omnium oculos propinabat, vicissimque propinabantur, mysterii prætextu obscœnitatem lasciviamque obtegens, quis non laude & admiratione prosequatur?* Sed & de his Ammianus (*d*): *Culpabatur*, inquit, *hinc opportune, cum ostentationis gratia vehens licenter pro sacerdotibus sacra, stipatusque mulierculis lætabatur.* XIX.

Turpitudo religionis prætextu.

(c) Greg. Nazianz. orat. 2. in Jul.

(d) Amm. lib. 22.

Cæterum quænam aliquando portenta acciderint, cum Julianus sacrificaret, sanctus Gregorius Nazianzenus sic describit (*e*): *At quoniam haruspicinarum mentionem feci, superstitionisque, aut, ut* XX.

(e) Greg. Nazianz. orat. 1. in Jul.

com-

commodius loquar, diabolicæ vesaniæ, qua ad rem hujusmodi ferebatur: nondum satis constitutum habeo, litteris ne hoc miraculum, quod omnium sermone celebratur, mandare, an narrantibus fidem abrogare debeam. Etenim ipse ancipitis, & perplexi sum animi, nec utram in partem propendeam habeo; utpote mixtis iis quæ fidem mereri queant, cum iis quæ fide carere videntur. Et paulo post: *Ferunt igitur, cum ipse sacris operam daret, exta animalium coronatam Crucem edidisse. Quæ res alios quidem horrore, summaque sollicitudine & anxietate affecit, eoque adduxit, ut potentiam nostram persentiscerent: at impietatis magistro animum videlicet addidit, tamquam circumscripti atque undique conclusi essemus: sic enim Crucem & circulum ex tempore interpretatus est. Atque hoc sane est; quod miraculi instar habeo: quod si falsum est, in auras abeat; si autem verum, rursum Balaam vaticinatur (a), & Samuel per ventriloquam trahitur, aut trahi videtur, & dæmones Jesum inviti confitentur; ac per contraria, quo plus fidei atque auctoritatis habeat, veritas demonstratur. At fortasse his rebus id agebat Providentia, ut illius impietatem compesceret: multas enim & mirabiles salutis vias Deus inusitato modo aperire novit, ad humanitatem & misericordiam propendens.* Ita Gregorius: quibus ut veris certisque adstipulantur Sozomenus (b), Nicephorus (c), & alii recentiores: quæ autem post hæc sequitur enarrare, evenisse ea diximus, cum sacris Eleusiniis Athenis initiatum ipsum narravimus, antequam Imperator creatus esset.

Crux coronata in extis inventa.

(a) Num. 22. 1. Reg. 28.

(b) Sozom. l. 5. c. 2.

(c) Niceph. l. 10. c. 3.

XXI. Quid vero acciderit, cum jam Imperator diis victimam immolaret, adesseque una cum aliis sacrorum ministris Christianus adolescens, creditus esse Gentilis; Prudentius (d), qui tunc (ut ipse fatetur) puer erat, egregie hisce versibus cecinit, post alia quæ brevitatis causa omittimus, quibus Gentilitia sacra illa describit, ab improviso sacerdotis terrore illo auspicatus:

(d) Prud. in Apotheosi contra Jud.

Horrent Dæmones præsentiam Christiani.

Cum subito exclamat media inter sacra sacerdos
Pallidus: En quid ago? Majus, Rex optime, majus
Nescio quod numen nostris intervenit aris,
Quam sufferre queant spumantia cymbia lacte,
Cæsarum sanguis pecudum, verbena, coronæ.
Accitas video longe dispergier umbras.
Territa Persephone vertit vestigia retro,
Extinctis facibus, tracto fugitiva flagello.
Nil agit arcanum murmur, nil Thessala prosunt
Carmina, turbatos revocat nulla hostia manes.
Nonne vides ut thuribulis frigentibus ignis
Marceat, ut canis pigrescat pruna favillis?
Ecce Palatinus puteram retinere minister
Non valet, elisa destillant balsama dextra.
Flamen & ipse suas miratur vertice laurus
Cedere, & incertam frustratur victima ferrum.
Nescio quis certe subrepsit Christicolarum
Huc juvenum: genas hoc hominum tremit infula, & omne
Pulvinar divum. Lotus procul absit & unctus:
Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris,
Dixit, & exanguis collabitur: at velut ipsum
Cerneret excerto minitantem fulmine Christum,
Ipse quoque exanimis posita diademate Princeps
Pallet, & astantes circumspicit: ecquis alumnus
Chrismatis inscripto signaret tempora signo,
Qui Zoroastræos turbasset fronte susurros.
Armiger e cuneo puerorum flavicomantum
Purpurei custos lateris deprenditur unus;
Nec negat, & gemino gemmata basilia ferro
Projicit, ac signum Christi se ferre fatetur.
Prosiluit pavidus, dejecto Antistite, Princeps,
Marmoreum fugiens, nullo comitante, sacellum:
Dum tremefacta cohors, dominique oblita supinas
Erigit ad cælum facies, atque invocat Jesum.

Hucusque Prudentius; at de Juliani sacrificiis hactenus. Jam vero de excitata in Christianos persecutione agamus.

XXII. Longe dispar hæc persecutio fuit ab aliis per Ethnicos Imperatores illatis: cum illi Christianitate vetita, adversus ejus cultores sancirent ac promulgarent edicta, quibus & fideles omnes diis sacra facere acerbissimis pœnis impellerentur: Julianus autem, ut ex ejusdem superius recitatis litteris satis exploratum habetur, colendi deos vim nemini adhibendam esse putavit, nec fieri quemquam invitum cogebat Christianæ fidei desertorem. Quamobrem nec inter persecutiones hanc recensendam esse, complures existimarunt. At vero S. Augustinus contrarium plane sentit, cum ait (e): *Deinde quid respondent etiam de Juliano, quem non numerant inter decem?* (persecutores scilicet) *An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales litteras docere ac discere vetuit? Sub quo Valentinianus major, qui post eum tertius Imperator fuit, fidei Christianæ confessor extitit, militiaque pri-*

Persecutio Juliani diversa ab aliis.

(e) Aug. de Civit. Dei l. 18.

privatus est; ut omittam quæ apud Antiochiam facere cœperat; nisi unius fidelissimi & constantissimi juvenis, qui, multis, ut torquerentur, apprehensis, per totum diem primus est tortus, inter ungulas cruciatusque psallentis libertatem atque hilaritatem miratus exhorruisset, & in cæteris deformius erubescere timuisset. Hæc S. Augustinus; de quibus uberius suo loco dicturi sumus. Cæterum quod non exerto palam gladio furens persecutio, ut priores illæ supra memoratæ, grassaretur; inde evenit, ut S. Joannes Chrysostomus dicat, in pace Ecclesiæ martyres illos passos esse, qui Juliani tempore fidei causa sunt necati; et cum agens de Juventino & Maximo sub eodem Imperatore martyribus, de quibus & nos suo loco, hæc præfatur (*a*):

(a) Chrisost. ser. de sanctis Juvent. & Maximo.

XXIII. *Hi enim tanto amore Dei flagrabant, ut etiam extra persecutionis tempus corona martyrii redimiti fuerint, absque pugna triumphum retulerint, absque prælio victoria potiti sint, absque theatri certamine bravium rapuerint. Et quo modo hoc? ego dicam: sed forte me rem paulo altius enarrantem. Erat Rex quidam etiam nostro ævo, omnes qui se præcesserunt, impietate vincens, de quo & heri a me dictum; qui cum videret res nostras martyrum morte clariores fieri; & ea causa non solum viros, sed & teneros pueros, virginesque nondum nubiles, & in summa ex omni sexu & ætate quosdam pro religione ad mortem prosilire, cruciabatur, & dolebat. Cæterum movere bellum manifeste nolebat: Omnes enim dicebat, ad martyrium, quasi ad alvearium apes, volabunt. Hæc autem non a semetipso habebat, sed a progenitoribus suis didicerat. Etenim, & illi, utpote tyranni, Ecclesiam infestarunt; & populi quoque in nos insurrexerunt, cum adhuc parva religionis scintilla esset: eam tamen non expugnarunt, neque confregerunt; sed ipsi potius confracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc, ferebaturque in sublime, & omnem undique orbem invadebat. Cum occiderentur, adurerentur, suspenderentur, præcipitarentur, bestiis objicerentur fideles; carbones sicut lutum calcabant, mare & fluctus sicut pratum intuebantur, ad gladium sicut ad diadema & coronam currebant: omniaque tormentorum genera ita contemnebant; ut ea non solum generose & fortiter ferrent, sed & alacriter & volupe. Enimvero sicut palmæ rigatæ magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret, & seditione agitata, incrementa majora sumit. Neque horti aquis irrigati ita germinant & fœcundi sunt, ut Ecclesiæ, si martyrum irrigentur sanguine. Hæc omnia atque plura cum Rex ille sciret, meticulosior erat, quam ut manifeste eum nobis confligeret. Non, inquit, triumphos, & victorias, & coronas mutuo præbimus. Sed quid facit? Vide, oro, malignitatem. Medicos, & milites, & oratores omnes, vel a professionibus suis discedere, vel fidem suam abjurare jubet. Excitavitque in hunc modum contra nostros bellum, tela eminus mittens; ut si a fide desisterent, ridicule vincerentur, utpote qui fidem opibus non præferrent: sin generose perseverarent, & vincerent; neque sic egregia foret victoria, neque insignis triumphus: nihil enim magnum, artem vel professionem pro pietate contemnere. Neque iis sævitiæ ejus finis erat. Nam ad hæc, si quis superioribus annis, cum adhuc pii Reges rerum potirentur, vel altaria demolitus fuisset, vel templa suffodisset, vel oblationes diripuisset, vel aliud tale quiddam egisset; rapiebatur ad tribunal, & occidebatur etiam insons, & dumtaxat delatus. Fingebat quoque & alias varias causas, ita ut pie viventium nemo non lugeret. Agebat autem hæc, ut obscuraretur, contemptaque esset martyrii corona, & nihilominus cædes & strages fierent.* Hucusque de Juliani persecutione Chrysostomus, quam ipse oculis est proxime contemplatus.

Julianus invidet Martyrii gloriam Christianis.

Quasnam autem alias impius excogitarit artes ad facessendum Christianis negotium, & occultis viis quasi cuniculis, omnes ingenii vires adhibens, suffodere & convellere penitus religionem Christianam conatus sit; S. Gregorius Nazianzenus, & ipse sui temporis res gestas conscribens, summa fide & observantia veritatis enarrat (*b*); atque in primis de animi ejus consilio, cur non palam, ut Gentiles alii Imperatores, sed clandestine atque dolose egerit invidens illis martyrii coronam, in eamdem cum Chrysostomo sententiam multa locutus, hæc addit: *Turpiter admodum & ignave pietatem vexat, animique fraudes & versutias persecutioni, quam adversus nos excitabat, inducit. Quocirca cum potentia in persuasionem & coactionem divisa sit, ita se comparavit, ut, quod inhumanius erat, nimirum vim atque tyrannidem populari turbæ civitatibusque permitteret, ut quarum vesana audacia intolerabilior sit propter temerarios animi motus, atque præcipites ad omnia impetus; idque nequaquam publico edicto; verum ex eo quod impetum audaciamque minime reprimebat, velut proposita quadam lege non scripta, sed id velle promulgans. Quod vero lenius atque humanius erat, magisque Imperatorem decebat, id sibi videlicet assumit, nempe suadendi atque illiciendi partes; nec tamen id quidem usquequaque retinuit: non enim natura ferebat, ut vel pardus distinctas macularum notas, vel Æthiops nigrorem, vel ignis ardorem,*

XXIV. Julianus egit vi, atque persuasione.

(b) Greg. Naz. orat. 1. in Jul.

vel diabolus homicidii crimine jam inde ab ipsa mundi origine constrictus hominis odium, vel iste improbitatem, qua adversus nos impellebatur, absconderet: Verum quemadmodum chamaeleontem ajunt in quidvis facile mutari, atque omnes subinde colores, candore uno excepto suscipere (fabulosum enim illum Proteum Ægyptium sophistam praetereo) sic etiam ille Christianis praeter clementiam in quidvis se vertebat, at perquam crudelis erat ipsius lenitas, & violenta persuasio; atque hujusmodi benignitate acerbitati crudelitatique suae excusationem quaerebat, ut non sine causa vim afferre videretur cum blandiendo & alliciendo nihil profecisset. Idque ex eo perspicuum, quod non multum suasione utebatur, sed plus violentia confestim sequebatur; ut quemadmodum in venatione, aut laqueis, aut persecutionibus caperemur, utque alterutro omnino modo nos in potestatem redigeret. Hæc Gregorius: subditque ejusmodi persecutionis genere primum omnium domesticos infestari coepisse, exteros illiciendo, * fortiter reluctantes occidendo, alios expellendo: quo in certamine Cæsarium ipsius Gregorii germanum primas tulisse, superius dictum est; additque de aliis, aliis coloribus quæsitis, domo exactis: cum, ut ipse putabat, in hunc modum Regiam expurgavit.

* *alliciendo.*

XXV. Tunc etiam Helpidium insignis nominis Christianum; quem superiori anno (ut diximus) Constantius Imperator ob egregiam spectatamque hominis virtutem decorarat præfectura Prætorii, cum eum in his quæ religionis sunt, constantissimum comperisset, præfectura exutum redegit in ordinem: postea vero alia occasione quæsita, ut Imperii perduellem dire necandum præcepit: consignatum enim est & ipsius, & sociorum martyrium, tum apud Græcos, tum etiam Latinos, in Ecclesiasticis monumentis hoc titulo: *Sextodecimo Kalendas Decembris Natalis sanctorum martyrum Helpidii, Marcelli, Eustathii, & sociorum: ex quibus Helpidius cum esset ordinis Senatorii, & coram Juliano Apostata Christianam fidem constantissime profiteretur, primum equis indomitis cum sociis alligatus atque protractus, deinde in ignem injectus gloriosum martyrium consummavit.* Post hæc in milites eamdem persecutionem convertit, de qua sic ipse Gregorius (a):

(a) *Greg. Nazianz. orat. 1. in Julian.*

XXVI. Perfecutio in milites qualis.

Milites etiam, partim per se ipse, partim per eos qui magistratibus fungebantur, allicit, quippe quos leviores magisque credulos arbitrabatur, alios honoribus capiens, alios animi simplicitate distrahens, nimirum eos, qui nullam aliam legem, quam Principis voluntatem agnoscebant. Immo si rectius loquendum est, militum partem non minimam ad se pertraxit, & quotquot ex eis agros & labescentes invenit, temporisque & tum, & jam antea servos; quos partim subegerat, partim subacturum sperabat. Non enim omnes pertraxit; nec tantum ille adversum nos dedit, qui per eum persecutionem excitabat, verum plures septem hominum millibus reliqui fuerant, qui non flexerunt genu coram Baal (b), nec auream imaginem adoraverunt, nec a serpentibus icti & vulnerati sunt, quod serpentem illum suspensum, Christique passionibus oppressum atque confectum intuerentur: multi scilicet præfecturis, altissimisque dignitatibus ornati, quos mirum etiam minus fuisset tum periculorum metu, tum bonorum spe cedere, & manus dare; multi etiam plebeji ordinis & numero solo cogniti, quos cum adortus fuisset, non aliter repulsus est, quam levis quadam machina tormentaria a firmissimo muro. Cæterum eo erat animo ut non magis angeretur propter eos qui ipsi elabebantur, quam (utpote furore percitus) ob eos qui capiebantur, præsideret; voluntasque ipsa, id quod spe conceptum erat, quasi jam manibus teneretur repræsentabat.

(b) 3. Reg. 19. Dan. 3. Num. 20.

XXVII. Julianus mutat Labarum.

Quin eo quoque audacia prorupit, ut adversus magnum illud vexillum præceps ferretur, quod simul cum Cruce magnifice & insigni pompa exercitum ducit in sublime evectum, quod laborum solvendorum vim habet, ab eoque apud Latinos nomen trahit, principatumque, ut ita dicam, in reliqua omnia vexilla tenet, tam quæ Imperatorum imaginibus atque passis texturis in variis tinctionibus litterarumque picturis illustrantur, quæsique gestiunt, quam quæ horrendis draconum hiatibus super summas hastas elatis involantia, ac per tractatus contextis squamis distinctos ventilata jucundissimum simul & formidolosum spectaculum oculis præbent. Hæc de mutatione Labari Gregorius: in quam autem formam illud mutaverit, ita Sozomenus (c): *Signum quod Constantinus divino mandato (uti supra commemoratum est) in insigne Crucis commutaverat, ad veterem effigiem & figuram traducere decrevit: nam dedit operam, ut in publicis imaginibus juxta ipsum Juppiter depingeretur, velut e cælo apparens, coronam & purpuram, quæ sunt Imperii insignia, ipsi præbens: Mars item & Mercurius in eum intuentes; & tanquam obtutu oculorum testificantes, quod vir esset tum in dicendi arte, tum in re militari spectatus.* Hæc ipse.

(c) *Sozom. l. 5. c. 16.*

At licet ejusmodi signis cusa Juliani numismata minime reperire licuerit; reddemus tamen, quæ his simillima, magna adhibita diligentia, nacti sumus: nimirum Juliani vultum cum inscriptione Serapidis, cui a sinistris inhæret effigies Isidis, quibus imaginibus apud Ægyptios Sol atque Luna repræsentari solebant.

Nec

(a) Accepium a Philippo Viginis Lovaniensi.



(a)



XXVIII. Nec est quod vel minimum dubites, eumdem, quem Serapidis nomine vultum vides inscriptum, esse ipsissimum Julianum, si conferas cum reliquis ejusdem Juliani antiquis nummis, in quibus eumdem plane Juliani vultum invenies, quem hic titulo Serapidis habes inscriptum. Sed & ut hæc facilius assequaris, describemus hic pariter, quæ de Juliani imagine ab Ammiano invenimus litteris commendata, cum ait (b): *Figura talis utique membrorum, mediocris erat staturæ, capillis tamquam plexisset *, mollibus, hirsuta barba in acutam desinente, vultus venustate oculorum micantium flagrans, qui mentis ejus angustias indicabant, superciliis decoris, & naso rectissimo, ore paulo majore, labro inferiore diviso *, opima & incurva cervice, humeris vastis & latis, ab ipso capite usque ad unguium summitates lineamentorum recta compage; unde viribus valebat & cursu.* Hæc Ammianus, quibus videas respondere in numismatibus vultus expressos, quantum tamen licuit repræsentari ab illorum temporum crassæ minervæ sculptoribus atque fusoribus, quarum facultatum artes magna erant ex parte collapsæ.

(b) Amm. lib. 25.

* pexisset.

* demisso.

XXIX. Sed quod ad idem numisma spectat; quam ex adverso latere illi conjunctam ejusdem prorsus effigiei geminam intueris imaginem, duplicem Isidem repræsentare non dubites; duas namque fuisse Isides nonnulli tradiderunt (c), quorum sententiam his vides signis optime comprobari. At quod Ægyptii simulacra Isidis aspidum sertis coronata capita repræsentabant, eadem forma hic vides expressa signa, alasque in eis volucris, quod vultures Isidi dicatæ essent; novaculam porro gestare dextera, quod ejus sacerdotes cunctis abrasis corporis pilis, & virilibus præcisis, eidem ministrarent.

(c) Consule Lilium de Diis Gentium syntag. 12. in fin.

XXX. At non primus id Julianus facere aggressus est, ut Serapidi vultum suum conformem redderet, sicut Commodus Herculis, sed more majorum suorum atque potissimum Hadriani Imperatoris fecisse, antiquum numisma docet, quod formis expressum hic tibi reddendum curavimus. Eum accepimus a Lælio Pasqualino viro diserto; in quo effigiatum Serapidem similem Hadriano, coma excepta, quæ in Serapide mysticum quid significabat, probe intelligi potest.





Quod vero Sozomenus tradit, impium Julianum, sublato a Labaro Crucis signo, illud in pristinam redegisse figuram; quonam modo sub Juliano Labarum inveniatur expressum, quæ hic tibi e scripto libro Pyrrhi Ligorii, qui in Farnesiana bibliotheca Romæ custoditur, expressa numismata reddimus, satis poterunt indicare





Ita quidem ipse secundum pristinam Romanorum consuetudinem Labarum restituendum curavit; sed non id sibi satis, qui in odium Christi, loco ejus nominis & Crucis signi, quæ in Labaro a Constantino mutato intexta erant, sive suam imaginem, quæ in dextro Labaro hic, haud satis exacte reddita est, sive serpentis (ut in sinistro Labaro vides) expressit, atque loco Crucis hastas ancillibus exornavit, & inter utrumque Aquilam, præcipuum apud Romanos militare signum, voluit collocari.





Hæc de imaginibus Juliani & vultu ejus præseferente Serapidem deum, atque ejus militaribus signis satis. Addit ad hæc Sozomenus (a):

(a) Sozom. l.5. c.16.

XXXI. *Itu quidem, & alia quæcumque ad cultum Gentilitium spectabant, imaginibus admisceri imperavit, ad eum finem, ut non modo simulatione honoris Imperatori decreti, subjectos latenter venerari cogeret res una depictas; verum etiam ut veteribus institutis ad suam libidinem abutens, omni solertia & mentis acumine adhibito, voluntates subditorum clam in fraudem induceret. Nam sic cogitabat; si hoc illis persuaderet, se multo facilius quæ in animo habebat, de cætero effecturum esse; sin repugnare animadverteret, in illos, utpote novas res contra Romanorum instituta molientes, & cum in Rempublicam, tum in Imperium peccantes, absque ulla venia vindicaturum. Quare pauci profecto erant, qui dolum ejus intellexere: qui quidem, cum (ut moris erat) adorare roauerunt, pœnas dedere. Multitudo autem (quod fieri solet) præ ignoratione & mente simplici, legi veteri se omnino parere putavit, & ita inscitia decepta ad imagines colendas accessit.* Hæc Sozomenus.

Imaginis Imperatoris cultu secta idololatria.

XXXII. Intelligis ex his, puto, lector, sic Imperatoris imaginem renuisse venerari prudentiores fideles, quod cum illis deorum quoque Gentilium junctæ essent effigies; quibus si vexilla caruissent, ut erant signa illa, quæ (ut vidimus nuper es Gregorio) capressas puras habere solebant Imperatorum imagines, minime cunctati fuissent debito ac consueto prosequi cultu. Si igitur pie sancteque absque ulla idololatriæ suspicionis labe Christiani milites & alii venerari soliti erant Imperatoris imagines; quis nefas esse putarit, Christi, Deiparæ, atque Sanctorum imagines pari saltem cultu prosequi, nisi qui Reges Christo ipsi Sanctisque prætulerit? Cæterum veneratio illa Imaginum Imperatorum non adeo erat penes Christianos effusa, ut divino eas honore prosequerentur: quamobrem cum illis thus (ut peragi consuevit, cum milites donativum acciperent) offerendum esset, resiliebant omnino; quod & sub Juliano iidem, qui præstantiores essent, summa constantia præstitere, prout Sozomenus (b) ibidem ejusmodi rei gestæ narratione declarat:

(b) Sozom. l.5. c.16.

XXXIII. *Verum Imperator nihil ne tu hoc quidem*

dem conatu perfecit. Ac tametsi hæc ejus astutia perspicue deprehensa est; tamen nihil de contentione animi ac studio remisit, sed omnem (ut dicitur) movit lapidem, ut subjectos ad parem secum religionis modum sequendum deduceret. Atque quamquam quod tum moliebatur, ab eo quod supra diximus, penitus non discrepavit; tamen & magis omnibus apparuit, & majore cum violentia susceptum est, & causa fuit nonnullis, qui in aula militabant, majoris constantiæ & fortitudinis. Ubi enim tempus advenit, ut Imperator milites remuneraret (quod quidem Kalendis apud Romanos & diebus festis natalibus tum Imperatorum, tum primarum urbium Imperii fieri solet) cum secum consideraret, quam simplex natura, quamque insulsum esset militum genus, & quam facile propter consuetam avaritiam, quæ in eo inesse solet, pecunia vinci posset: & singulis, qui ad munus accipiendum accedebant, datum esset in mandatis ab his qui Imperatori astabant, ut incensum offerrent (in proximo enim erat & thus positum & ignis) proinde quasi olim hoc fuisset apud Romanos decretum; ibi tum alii absque metu præstantiam animi & magnitudinem declararunt, neque incensum offerre voluerunt, & donum ab Imperatore accipere prorsus renuerunt.

Thurificatione probati milites Christiani.

XXXIV. *Alii simulatione legis & antiquitatis confisi, se deliquisse neutiquam in animum induxerunt: alii autem vel lucro, quod proponebatur, velut inescati, vel metu & perturbatione propter supplicium, quod eminebat, perculsi, licet intelligerent se jam ritum Gentilium exequi, minime tamen isto scelere sese obstringere detrectarunt. Eorum autem, qui præ ignoratione in hoc peccatum incidebant, nonnulli dicuntur, cum amice inter se epularentur, sibi mutuo (uti in potando fieri solet) propinantes, Christum super poculis nominasse; quemdam autem e convivis interpellasse eos, ac dixisse, permirum esse illos voluisse nomen Christi invocare, quem paulo ante denegaverant, eo scilicet tempore, quo dono ab Imperatore accepto, thus in ignem imposuissent. Quod simul ut audivere; intellexereque quod facinus commisissent: illico inde propere egressi, palam per plateas cursitare, clamare, lacrymas fundere, Deum ipsum & omnes homines testari, se Christianos esse, & in ea fide permanere; atque ignoratione illius quod factum erat (si verum omnino dicendum esset) solam manum, animo prorsus repugnante, Gentilitatis labe pollutam fuisse. Verum ubi ad Imperatorem veniunt, projecto ad pedes ejus quod dederat auro, valde constantibus & generosis animis postulant; ut suum ac proprium munus reciperent, hoc est, ut necem subirent: nam rem plane esse, cujus ipsos numquam pœniteret, si pro scelere, quod inconsiderate admisissent, toto corpore, idque propter Christum, pœnas persolverent. Imperator vero, licet ea re graviter commotus, noluit tamen eos interficere, quod inde illis honos tribueretur martyrii; sed e militum numero exemptos, aula sua exturbavit.*

Propinatio in nomine Christi.

Milites, qui thus obtulissent, resipiscunt.

Hacusque Sozomenus; at Gregorius Nazianzenus (*a*) rem paulo diversius recensere videtur, dum ait:

(*a*) *Greg. Nazianz. orat. 1. in Julian.*

XXXV. *Ferunt, quosdam eorum, qui ad hoc nefas errore atque ignorantia prolapsi fuerant; postquam eo admisso, domum se recepissent, sodales convictoresque suos mensæ participes habuisse; deinde convivio ad consuetam frigidæ potationem progresso, non secus ac si nihil gravius ipsis accidisset, ad aquæ poculum sublatis oculis, Christum cum Crucis signo appellasse.* Et cætera supra relata, quæ brevitatis causa hic omittimus.

Hanc ipsam historiam describens Theodoretus (*b*), hæc præterea addit, quæ in Sozomeno desiderantur: *Cum ejusmodi querela & clamore contendunt ad Regiam: contra tyranni fallacias vociferantur; postulant in ignem conjici, uti igne inquinati, igne denuo expientur. Hæc & alia his similia locuti, scelerati tyranni animum ad insaniam adegerunt. Itaque primum capita cervicibus abscindi jubet. Quos ad supplicium subeundum extra urbem adductos permagna populi multitudo secuta est; quæ quidem & magnitudinem animorum, & loquendi in tuenda pietate libertatem, quæ in illis elucebat, suspensa atque admirata est. Ubi autem ventum est ad locum, in quo malefici puniri solent; qui erat inter eos natu maximus orat carnificem, ut primum minimum natu securi percutiat, ne ille aliorum cædem intuens, præ timiditate succumbat.* Romanorum vero legibus (*c*) (quod alias dictum est) sicut in quæstionibus inchoandum a minimo, sic in supplicio inferendo, a majori incipiendum esse, cautum est. Verum quid post hæc contigerit, subdit Theodoretus: *At simul ut iste humi posuerat genua, & carnifex ensem vagina eduxerat, nuncius quidam accurrit, illis veniam indicaturus: qui tam longo intervallo a loco abesset, clamore vetuit cædem fieri. Tum ille natu minimus moleste ferens se cæde liberatum: Romanus, inquit (sic enim vocabatur) nequaquam dignus erat, qui Martyr Christi appellaretur. Atqui malitiosus ille tyrannus tametsi cædem athletis illis inferri idcirco prohibuit, quod invidia inflammatus illos voluit martyrii gloria privare, tamen non sivit eos suas ipsorum incolere civitates, sed ad extremas Imperii Romani oras relegavit.* Hæc Theodoretus.

(*b*) *Theod. l. 3. c. 16.*

(*c*) *l. unius ff. de pœnis.*

De militibus itidem Christianis sub Juliano militantibus agens S. Augustinus hæc ait: XXXVI.

(a) Aug. de Civit. Dei l. 18. c. 53. tom. 8. ait (a): *Julianus extitit infidelis Imperator; nonne extitit apostata, iniquus, idololatra? Milites Christiani serviebant Imperatori infideli. Ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum, qui in cælo erat. Quando volebat, ut idola colerent, ut thurificarent; præponebant illi Deum. Quando autem dicebat: Producite aciem, ite contra illam gentem; statim obtemperabant. Distinguebant Dominum æternum a domino temporali; & tamen subditi erant propter Dominum æternum etiam domino temporali.* Hæc ipse de

Prætoriani a Juliano probantur. militibus Christianis in castris militantibus; quorum qui dicebantur Prætoriani, quibus salus ipsa Imperatoris potissimum concredita erat, hos omnes voluit Julianus deorum esse cultores; id quidem sic

(b) Socrat. l. 3. c. 11. testatur Socrates (b): *Porro ab Imperatore Juliano mandatum est, ut qui nollent Christianam religionem deserere, in Palatio militum Prætorianorum munere minime fungerentur, itemque ut omnes simulacris sacrificare properarent, Christiani in provinciis nullos magistratus gererent: Nam lex illorum, inquit, vetat gladio utendum contra eos, qui scelere digna morte admiserint; & propterea non sunt ad regendum idonei. Nonnullos autem assentatione & muneribus ad immolandum allexit. Extemplo igitur tum qui erant vere Christiani, tum qui speciem Christianorum præseferebant, tamquam in theatro locati, se palam omnibus patefecerunt. Nam qui recta voluntate Christianam fidem profitebantur, propenso animo balteum pro fidei defensione deponere, omniaque cruciamentorum genera subire maluerunt, quam Christum Salvatorem denegare; in quorum numero fuere Jovianus, Valentinianus, & Valens, qui postea sunt Imperii gubernaculis potiti. Alii, qui animo parum sincero Christianam amplexabantur religionem, quique divitias & honores veræ beatitudini anteferebant, abjecta cunctatione, ad immolandum se dederunt.* Subdit postea de Ecebolio (de quo nos superius) qui Christo nuncium remittens, Ethnicorum superstitioni adhæsit.

XXXVII. At qualis fuerit Valentiniani gloriosa confessio, a Theodoreto (c) in hæc ver-

(c) Theod. l. 3. c. 5. ba describitur: *Valentinianus, qui post obtinuit Imperium, id temporis militum hastatorum in Palatio merentium Tribunus*

(d) Sozom. l. 6. c. 6. (nempe, ut ait Sozomenus (d), Jovinianorum, & Herculianorum, his nominibus dictæ cohortes, quæ Imperatorem stipare consueverunt) *singulare studium,*

Valentiniani, Valentis, & Joviani confessio. *quo erga pietatis defensionem flagrabat, manifeste declaravit. Nam cum amens ille & stupidus tyrannus Julianus in fanum Fortunæ choreas ducens ingrederetur, & Æditui utrinque ad januas consisterent, uti introeuntes aqua lustrali (ut ipsi opinabantur) expiarent: Tribunus Valentinianus Imperatorem præcedens qui hujus rei gratia utrumque Imperium consecutus est, ubi videt guttam aquæ suæ lævæ aspersam, pugnis cædit Æditunm, seque inde non expiatum, sed turpi labe pollutum ait:* So-

(e) Sozom. lib. 6. c. 6. zomenus (e) hanc ipsam recensens historiam, hæc addit. *Dicunt præterea, Valentinianum, Imperatore Juliano inspectante, tantum vestis suæ cum ipsa gutta excidisse, abjecisseque, quantum gutta madefecerat:* Pergit Theodoretus: *Quod factum execrabilis tyrannus conspicatus, eum ad castellum in solitudine situm relegavit, ibique vitam degere jussit. At Valentinianus, anno & paucis mensibus interjectis, Imperium tamquam mercedem suæ confessionis obtinet. Nam Deus justus judex pietatis studiosos non in illa vita beata solum honore, & gloria afficit; verum etiam spem de præclaris illis præclarorum laborum remunerationibus, quæ in cælo expectantur, conceptam, etiam donis in hac vita suppeditatis, plane confirmat.* Hactenus Theodoretus de Valentiniani confessione.

XXXVIII. Hæc autem Constantinopoli gesta esse videntur, ubi in ipsa Regia Imperator aram Fortunæ statuerat, ut Socrates (f)

(f) Socrat. l. 3. c. 9. tradit, qui de Valentiniani confessione

(g) Socrat. l. 4. c. 1. pluribus agit (g), necnon de Valente ejus germano, qui Imperatori adhærebat domesticus Comes, meminit & Joviniani; quos omnes licet fidei Christianæ professionis amore baltea deposuisse tradat; nequaquam tamen militiæ gradu privatos esse affirmat, cum de iisdem ait: *Valentinianum atque Valentem minime Imperator Julianus, quoniam eos tales esse homines intelligeret, quales Reipubl. plurimum possent commodare, de militaris honoris gradu dejecit; quemadmodum neque Jovianum, qui illi successit in Imperio.* Hæc Socrates; cui potius assentimur, de Joviano præsertim, quem constat una cum ipso Juliano in expeditione adver-

sus

PAGIUS III. *Valentinianus a Juliano relegatur.* Ad num. XXXVII. Philostorgius lib. 7. cap. 7. de Valentiniani constantia frustra a Juliano tentata, ait; *Julianus Apostata Valentinianum Numeri cujusdam militaris rectorem: erat enim Comes eorum qui Cornuti dicuntur, cum, omnibus frustra tentatis, a pietate nunquam dimovere potuisset; dignitate privatum Thebas Ægyptias relegavit.* Sozomenus tamen lib. 6. cap. 6. dicit Valentinianum in perpetuum exilium missum Melitenem Armeniæ. Præterea Socrates lib. 4. cap. I. inquit, etsi Valentinianus cum fratre Valente cingulum militare deponere maluisset, quam Fidem Christianam ejurare, attamen Julianum neutrum dignitate privasse, eo quod utrumque utilem Reipublicæ intelligeret. Qua in re Socrates dissentit a Philostorgio, Theodoreto & Sozomeno.

fus Persas militasse: quod vero spectat ad Valentinianum atque Valentem, secus, utpote quos Sozomenus etiam tradat (*a*) (a) Sozom. l.6. c.6. causasse ea de causa Meletini Armeniæ civitatis; solutos autem ab exilio ab ipso Joviano Imperatore, atque ipso extincto assumpsisse Imperium, Nicæam antea revocatos. Hallucinatus tamen in eo videtur esse Sozomenus, cum ait hæc contigisse in Gallia: nam ibi dum fuit Julianus, semper Christianum præsetulisse, superius satis perspicue demonstratum est: verum hæc omnia Constantinopoli ad ædem Fortunæ facta esse, reliqui æque consentiunt.

XXXIX. Quid autem in Julianum Fortunæ sacrificantem dixerit Episcopus Chalcedonensis, idem auctor docet his verbis (*b*): (b) Sozom. l.5. c.4. *Ferunt, Marin Chalcedonis Episcopum eidem Juliano Constantinopoli Fortunæ sacrificanti accessisse; palam, ut impium, contumeliis affecisse; ἄθεον, idest, aversum a Deo,* Maris Episcopus quid in Julianum. *& desertorem fidei appellasse: Julianum autem ei solum cæcitatem probri loco objecisse: venerat enim, utpote senex, & suffusione oculorum laborans, ulterius manu ductus. Sed ubi irridere etiam, & in Christum, ut solet, blasphemiam loqui cœpit, dicereque Julianus: Non te Galilæus tuus sanabit; Marin respondisse: At ego gratiam Deo meo habeo, quod cæcus sum, ne te, qui a pietate excideris oculis aspiciam. Imperatorem vero, nullo dato responso, eum præterisse: putasse enim eo pacto religionem Gentium multo magis roboraturum, si se populo Christiano, præter omnium expectationem, patientem & mansuetum ostenderet.* Hæc Sozomenus. At egregium senis facinus obscuratur Ariana ipsius professione: etenim licet ipse recantarit cum Arianis cæteris in Niceno Concilio palinodiam; tamen una cum iisdem postea factus est (ut suis locis tertio Annalium tomo sæpius diximus) illius hæresis defensor acerrimus, inhærens Arianorum (c) Sozom. l.4. c.23. parti illi deterrimæ, cujus princeps erat Acacius; id quidem etiam ex eodem So- (d) Socrat. l.1. c.35. zomeno (*c*) atque Socrate (*d*) constat.

XL. Quod vero spectat ad patientiam ac mansuetudinem Juliani, quam ait Sozomenus ad illecebram impietatis plurimum affectasse; in eandem sententiam Ammianus (*e*) plura adducit, quæ suo loco re- (e) Ammian. lib.22. laturi sumus. Verum adulatum eum esse Principi potius, quam (quod decebat sincerum historicum) puræ consuluisse veritati, satis perspicuum reddit quod de hoc scribit Gregorius Nazianzenus (*f*), qui (f) Greg. Naz. orat. 3. contr. Julian. hominem Athenis probe cognitum habuit; & quæ a fratre suo Cæsario aliisque accepit, summa fide conscripsit; apponam hic ejus verba: *Quemadmodum*, inquit, *Ætnæum ignem narrant Ætnæ radicibus abscondi, inferne exundantem, violenterque retentum atque compressum, sive hoc aliud quidpiam est, sive anhelitus excruciati gigantis* (utitur enim ea de gigante fabula Gregorius, quod comparationi, quam texit de Juliano, probe conveniat) *de more quidem horrendum quemdam sonum ex ima parte edere, fumumque propinqui mali indicem vertice suo evomere; quod si forte exuberantior fuerit, nec jam vi ulla retineri queat, tum vero finibus suis æstu vehementi extrusum, sursumque tendentem, ac supra foramina sua sese effundentem, nonnullas quoque subjacentis terræ partes incredibili illo & horribili fluxu pervastare: Eodem quoque modo illam, Julianum scilicet, reperire licet; aliquantisper quidem sibi ipsi imperantem, ac sophisticæ edicti impostura res nostras gravibus incommodis afficientem; cæterum si quando ira impotentia exuberantior esset;* Juliani præceps furor. *tum ne animi quidem perversitatem premere, tectamque habere posse, verum adversus pium divinumque ordinem nostrum nuda & aperta persecutione grassari. Ut enim edicta adversus ædes sacras tum publice proposita, tum privatim expleta, & donariorum ac pecuniarum deprædationem non magis ab impietate, quam ab avaritia manantem, & supellectilis sacræ direptionem profanis manibus indigne contumeliosque tractatæ prætercam; ut etiam sileam & præsules & subditos, qui pro his rebus extrahebantur, gravissimeque torquebantur; ut prætercam columnas cruoris plenas, horum manibus atque complexu, dum virgis conciderentur, per orbem cinctus; ut etiam sagittarios per regiones & urbes discurrentes, atque ipso etiam Edictorum auctore acriores & immaniores (quo nos videlicet pro Persis, & Scythis, aliisque barbaris, subjugaret) ut hæc omnia prætermittam: Eccui ignota est Alexandrinorum crudelitas, qui præter multa alia, quæ adversus nos designarunt, licentia temporis immodice usi, plebs etiam alioqui turbulenta & furiosa, hoc quoque impietatibus suis adjecisse feruntur, ut sacrosanctum templum nostrum duplici cruore implerent, victimarum, & hominum; idque Imperatoris cujusdam Philosophi ductu atque auspicio perpetrasse (Pythiodorus is erat) ab his tantum facinoribus nominis famam consecuti? Eccui seditiosa Heliopolitarum coitio incognita est? Eccui Gazæorum immanis audacia? qui apud eum in admiratione & honore erant, siquidem ipsius magnificentiam luculenter experti sunt: Eccui Arethusiorum furor, prius quidem obscurorum, cæterum ab eo tempore admodum etiam clarorum atque insignium occultus latet? &c.* At hæc singula ab ipso Gregorio adeo breviter tacta potius, quam recensita, ut fusius prout gesta sunt enarrentur, jure exigitur; agemus de singulis inferius, secundum ordinem temporum. Verum quid rursum

sum

stim post multa superaddat de Juliani præcipiti iracundia atque insano furore, ad fugillandam affectatam interdum ab eo philosophicam patientiam, hic in medium adducamus.

XLI. (a) Gregor. Naz. orat. 2. in Jul.

Gregorius igitur hæc de eo per ironiam (*a*): *Illud vero an non in philosophi hujus doctrina laudabile, quod adeo ab ira alienus, animique perturbationibus superior erat, Principumque eorum similis, qui constantiæ tranquillitatisque laude aliquando floruerunt, nec etiam si quid molestiæ ipsis accidisset, vultum tamen quicquam immutarunt, atque ullum commoti animi signum dederunt? ut quod Judicis munere fungens, aulam clamoribus ac pedum strepitibus impleret, non aliter ac si ipse injuria & damno affectus esset, ac non aliis potius hæc patientibus succurreret, ne oratione quidem complecti velimus. Hoc autem eccui ex omnibus ignotum est, quod multos etiam e rusticioribus, qui ad eum accedebant, ut eorum quæ homines ab Imperatore petere, precibusque postulare ac contendere soleat, aliquid consequerentur, ita mulctabat palam pugno feriens, calcibusque petens, ut præclare secum actum putarent qui atrocius aliquid non pertulissent?* Hæc Gregorius ad fugillationem ostentatæ, & prædicatæ ab Ethnicis patientiæ Juliani, quod soleat omne fucatum nequaquam diutius perdurare, & affectatum atque ad fallendum compositum minime fieri diuturnum. Præter hæc enim quæ obiter a Gregorio Nazianzeno de Juliani furore & immanitate dicta sunt; Nectarius (*b*) quoque Episcopus Constantinopolitanus, ea oratione quam habuit in exordio Quadragesimalis jejunii, detestatus tyranni sævitiam recenset illata ejus voluntate in Christianos cruciamenta, & crudelissimas neces, nempe ventris & viscerum sectiones, virginum publicas verberationes, oculorum effossiones, dentium ejectiones, linguarum & manuum præcisiones, tibiarum confractiones, excogitatas & adhibitas craticulas, lebetes, subulas, sartagines, & alia genera cruciamentorum recenti usu iterum innovata; ita tamen (quod sæpius diximus) hujusmodi in Christianos supplicia adhiberentur, ut alia quavis potius, quam pietatis causa, ab eodem & ejus Præsidibus ingeri fingerentur.

Qualis Julianus in audiendo & judicando.

(b) Nectar. orat. apud Lipom. tom. 5.

XLII. Porro qui adeo immaniter in Christianos, aliis prætensis causis, clanculum sæviebat; artes præterea varias excogitavit, quibus posset in iis quæ foris essent, populum, invitum licet, absque publicis quæstionibus, idololatriæ reddere obsequentem. Nam cum primum (ut dictum est) in erogatione publici donativi, thuris oblatione fidem totius exercitus exploraflet; nova quadam excogitata nequitia, universæ Constantinopolitanæ urbis populum aggreditur pertentare: quidnam hoc fuerit, idem qui supra Nectarius (*c*) egregie litteris commendavit; licet ejus orationem ab aliquo ex Græcorum recentioribus depravatam esse, facile existimarim, quod Episcopus Constantinopolitanus, Patriarcha dictus habeatur, eidemque per visum apparuisse dicatur Theodorus martyr, commonuisseque eum de insidiis Juliani: quam quidem apparitionem cuipiam alii potius, quam Episcopo factam esse putamus, quod Eudoxius tunc præesset Ecclesiæ Constantinopolitanæ, hæreticorum omnium scelestissimus. Res autem sic se habuit. Auspicantibus Christianis consueto animi ardore solemne jejunium Quadragesimæ, aversantibusque magis ac magis Juliani impietatem, contrariisque studiis exhibere se in omnibus Christianos elaborantibus; exacerbatus ipse nonnihil propensioribus ipsorum officiis, dolosum hujuscemodi consilium iniit, conscio & administro urbis Præfecto Themistio.

(c) Extat apud Lip. tom. 5. ex Metaphr. die 17. Febr.

Julianus dolo agit cum Constantinopolitanis.

XLIII. Cuncta cibaria, quæ venum publice in foris exponi solerent, sacrificiis diis immolatis infecit ac polluit, ut sic illi omnes cibis cogerentur vesci immolatitiis, nisi fame confici penitus vellent. Cum oraculo Theodori martyris, quonam modo consulendum esset fidelibus fame periclitantibus, fuit divinitus demonstratum, nempe ut tunc loco panis, cocto omnes frumento uterentur in cibum. Tunc enituit Christianorum, qui ditiores essent, charitas erga egenos: qui, ne pauperibus pateret occasio idolothytis illis publice expositis necessitate vescendi, coctum frumentum sunt omnibus largiter impertiti: quod illi tanquam a martyre Theodoro collatum religiose sumpsere; idque per totam hebdomadam illam. Quando Julianus desperans penitus perficere posse, quæ tot diebus frustra tentasset; cibos puros absque aliqua labe contactos in foris, ut antea, apponi jussit, jam Christianorum continentia victus, atque constantia. Placuit vero fidelibus, ut tam gloriose de Apostatæ impietate parta victoria perpetuis monumentis consignata dimanaret ad posteros, nimirum ut in honorem martyris Theodori, anniversaria die, cives Constantinopolitani coctum frumentum erogarent in pauperes. Quod autem hæc ipsa describens incertus auctor addiderit, eadem Antiochiæ facta esse, certo certius errasse constat: nam cum ista de loco Nectarii testimonio fulciantur; ea item potissima ratione mendacii auctor redarguitur, quod cum hæc Quadragesimæ tempore contigisse ipse æque consentiat, Constantinopoli potius quam Antiochiæ id actum constat. Nam cum Zosimus (*d*) auctor sit, Julianum decem integros menses Constantinopoli com-

(d) Zosim. l. 3.

(a) Amm. lib. 22. commoratum esse, certumque pariter habeatur ex Ammiano (a) (quod dictum est anno superiori) tertio id. Decembris ipsum ingressum esse Constantinopolim: affirmare necesse est, ibidem eum egisse usque ad tertium Idus Octobris; quod & confirmant data Constantinopoli nonnulla ejusdem Imperatoris rescripta. Addit Suidas (b), a Juliano terra obrutum Sanctissimum Crucis signum, quod Constantinus felicitatis urbis illius significandæ causa, in capite ejusdem urbis simulacri exculpserat: sic namque impius, ne scilicet Christi virtuti tribueretur gloria amplissimæ civitatis.

(b) Suid. verbo μίλιος.

XLIV. Cæterum quod Constantinopoli natus esset, erga concives suos universos voluit videri munificus, adeo ut a privilegiis illis concessis excludi noluerit Christianos; quod & rescriptum ab eo ad cives datum plane significat; est vero ejus titulus: *Julianus Byzantiis:* sic enim, quod maluit in odium Constantini civitatem illam veteri nomine quam Constantinopolim nominari. Rescriptum autem sic se habet (c).

(c) Julian. epist. 11. ad Byzan.

Senatores omnes vobis reddimus, & Patroclos, sive in Galilæorum religionem se dederint, sive aliud quidvis egerint, ut curiam effugiant; extra eos, qui in urbe primaria publico munere præfuerunt. Hæc ipse.

Commoratus Julianus Constantinopoli ad decem (ut dictum est) menses, Antiochiam profecturus, transgressus fretum (inquit Ammianus d) Chalcedonem ex adverso littore positam venit. Ubi nactus Legatos a Rege Persarum missos, quid in eos contra jus gentium Julianus egerit, Nicephorus (e) paucis his narrat: *Afflixit quoque Oratores Persas, qui ad eum Chalcedonem venerant, Manuel, Sabel, & Ismael, propterea quod Christianam colerent religionem; neque in eis Legatorum jus, contra receptum omnium gentium morem, violare est veritus.* Hæc ipse.

(d) Amm. lib. 22.

Quid Julianus Chalcedone.

(e) Niceph. l. 10. c. 32.

Porro hos ignominia ab eo affectos, atque neci traditos esse, eorum martyrii Acta (f) significant; sed quod ab Alemundaro Rege missos perperam habent, cum constet hoc tempore Persis præfuisse Saporem, plane a veritate dissentiunt. Dum vero capitali supplicio eos affecisse Julianus dicitur, ea causa affertur, quod invitati ad sacrificium, magnis animis renuerunt; in eos enim tanquam impios, & contemptores Persarum numinum nempe Solis, Lunæ, & Ignis, quasi vindex legum Persarum, jussit animadverti. Horum autem memoria in publicos indices relata, decimaseptima Junii, qualibet anni periodo, tam apud Græcos, quam Latinos in Ecclesia celebratur. ☞ Sed quod dictum est usque ad tertium Idus Octobris Julianum mansisse Constantinopoli: dicendum est, non ultimæ inde migrationis tempore hos Chalcedone esse passos, sed ante, cum contigit Julianum illuc tam propinquum locum animi causa esse profectum, ut omnes consueverunt Imperatores, & alii Constantinopoli commorantes. Cæterum quod ad tempus spectat migrationis Juliani Constantinopoli, ex Ammiano Zosimus mendacii redarguitur, dum ait decem illic menses mansisse, ac proinde non ante tertium Idus Octobr. Julianum Constantinopoli recessisse, quem jam ante illud tempus, Antiochiam pervenisse idem Ammianus ostendit, dum postquam illic Julianus aliquandiu commoratus esset, Daphniticum templum illud famosissimum conflagrasse testatur vigesimasecunda mensis Octobris. Cæterum eumdem Julianum recedentem Constantinopoli, venturum Antiochiam, in ipso itinere pluribus in locis aliquantisper substitisse dum ostendit, æque demonstrat longe impossibile, quod ex Zosimo infertur, ut non recesserit Constantinopoli ante tertium Idus Octobris, dum vult illic mensibus decem mansisse. ☜

(f) Metaphr. die 17. Jun.

Julianus quando Constantinopoli discesserit.

XLV. *Post hæc vero Julianus cum Chalcedone ve-*

PAGIUS IV. *Julianus Antiochiam venit.*

Ad num. XLIV. *Julianus*, cum octo ferme mensibus Constantinopoli egisset, eamque maximis incrementis fulsisset, quod Ammianus lib. 22. & Zosimus pag. 723. scribunt, Antiochiam tendens per Chalcedonem, Libyssam & Nicomediam transiit, teste Ammiano ibidem. Et sic in Bithynia egit, de qua Juliani in Bithynia mora, & Libanius epistola ad Sopatrum 22. libri primi, & Julianus ipse epist. 40. & Lex 8. Codicis Theod. *De erogatione militaris annonæ*, Kal. Aug. data, fidem faciunt. *Julianus* Nicomedia digressus, per Nicæam, Ancyram, Pessinunta Phrygiæ, Pylas, Tarsum Ciliciæ, Antiochiam tandem venit, ut docet Marcellinus lib. 22. his Coss. & Libanius in Orat. funebri in Juliani obitum pag. 254. & 255. Ingressus autem Julianus Antiochiam mense Julio extremo, ut indicant variæ Leges ab eo datæ; quod & ex Ammiano colligere est, qui ait Julianum Antiochiam ingressum *per Adonia & Adonicos luctus*, ut Macrobius docet lib. I. Saturnalium cap. 21. Quod sane in extremum Julium mensem incidit: quo dies jam imminuti recte apparent, post diem VI. Kal. Augustarum, quo brevissima nox, ut est in veteri Kalendario Astronomico, seu Solstitium vulgare, quod incidit in XVI. Kal. Aug. Quare Hieronymi, vel Librarii ejus error est in cap. 8. Ezechielis, qui mensi Junio id adscribit. Hæc Gothofredus in Chronologia Codicis Theod. qui Leges a Juliano Antiochiæ constituto datas postea explicat. Per Nicæam in Galatiam venit Julianus, & Cæsaream Cappadociæ divertit. Fallitur autem Sozomenus lib. 5. cap. 4. quando ait, eam urbem, Mazacam antea dictam, Cæsaris nomine a Claudio Imp. donatam esse, eoque a Juliano privatam. Nam *Mazaca Cæsarea* a Tiberio Aug. appellata, ut docet Eusebius in Chronico.

Ad num. XLV. & seqq. *S. Amphilochius* in Vita Basilii M. ait, hunc Sanctum cum sociis Juliano Imperatori obviam processisse, cum Cæsa-

ream

(a) Amm. lib. 22.

Adventus Juliani Nicomediam.

* regia.

recessisset (loquit Ammianus *a*) *Nicomediam venit, urbem antehac inclytam, ita magnis retro Principum amplificatam impensis, ut ædium multitudine privatarum & publicarum recte noscentibus regio* * *quædam urbis æstimaretur æterna; cujus mœnia cum vidisset in favillas miserabiles concidisse, angorem animi tacitis fletibus indicans, pigriori gradu pergebat ad Regiam; hoc maxime ærumnis ejus illacrymans, quod ordo squallens occurrit populi nimium quantum ante hac florentissimus. Et agnoscebat quosdam ibidem ab Eusebio educatos Episcopo, quem genere longius contingebat*; nempe materno. At divinæ plane vindictæ (quod tertio diximus tomo) de impietate ibi coalita hæresis Arianæ, exemplum extitit Nicomedia, in qua & nunc Zeno martyrio coronatur. Prosequitur Ammianus Juliani iter per Nicæam in Galatiam. Sed antequam res ibi ab illo gestas recenseamus; quid de his temporibus ab eo actum sit Cæsareæ in Cappadocia, narrare aggrediamur; id enim his verbis posteris tradidit Sozomenus (*b*):

(b) Sozom. l. 5. c. 4.

XLVI. *Sub idem tempus Imperator iste Cæsaream, ad montem Argeum sitam, urbem amplam, locupletem, regionis Cappadociæ primariam ex numero civitatum delevit, & Cæsareæ privavit nomine; quod quidem nomen, regnante Claudio, cum Mazaca jam ante appellata fuisset, obtinuerat. Nam contra cives ejus civitatis dudum gravissimum odium conceperat, tum quod omnes fidem Christianam profiterentur, tum quod olim fana Jovis urbis patroni, & patrii Apollinis diruissent; quin etiam universæ civitati graviter succensuit, iratusque est, quod templum Fortunæ, quod solum eo regnante supererat, a Christianis eversum esset; atque Gentiles, qui in ea urbe pauci numero erant, valde incusavit, quod non illud facinus ulti fuissent; & si forte calamitatis aliquid ideo subeundum esset, quod non libentibus animis pro Fortuna subiissent. Omnes præterea opes, omnemque pecuniam Ecclesiarum tum in Cæsarea, tum in confinibus ejus positarum, diligenter vestigare, atque in medium afferri atque statim trecentas libras auri ærario publico solvi; & clericos omnes in numerum militum, qui Præfecto illius regionis parebant, adscribi jussit; quæ res & plurimum sumptus requirit, & in exercitibus Romanis magno probro ducitur. Itemque multitudinem Christianorum una cum uxoribus & liberis censeri, & non aliter atque in pagis fieri solet, tributa pensitare mandavit. Atque cum jurejurando minatus est, neque ab ira se, neque ab affligenda civitate temperaturum, neque permissurum Galilæis (sic enim per contumeliam Christianos appellare solebat) capita sua cervicibus retinere, nisi delubra idolorum quam primum de integro extruerent. Cujus minæ fortasse reipsa impletæ fuissent, nisi celerius ipse e vita migrasset.* Hæc Sozomenus.

Quid Julianus in Cæsarienses.

XLVII. Laudatur a Gregorio Nazianzeno Cæsariensium animi magnitudo, quod eo tempore, quo Gentilium res florerent, & templa ubique aperirentur & instaurarentur collapsa; ipsi tunc impetu facto, quod reliquum fuerat Fortunæ delubrum funditus demoliti; etenim Julianum irridens, hæc ait (*c*): *Nam quæ in Cæsarienses nostros admisit, hos, inquam, animi magnitudine, flagrantique erga pietatem studio præstantes, ita ab eo jactatos, contumeliosque vexatos, fortasse ne objicere quidem æquum fuerit. Etenim justa indignatione succensus ob Fortunam melioris fortunæ tempore infortunatam, calumniateque oppressam, ad hanc ultionem progressus esse videbatur: quandoquidem injustitiæ dominanti nonnihil concedendum est. At vero quis est nescius, cum promiscua plebs furenter in Christianos impetum fecisset, multaque cæde perpetrata, plura etiam comminaretur; gentis Præfectum, quoniam media via inter temporis tyrannidem & leges incedens (ut enim tempori serviendum putabat, ita etiam leges quoque mediocriter verebatur) multis Christianorum abductis, de nonnullis etiam Gentilibus supplicium sumpsisset, orta post occasione, ad Imperatorem ductum esse, ac præfectura ignominiose abdicatum, hujus rei judicium subiisse; cumque se legibus, juxta quas judicandi sibi provincia commissa fuerat, tueretur; nihil proprius factum esse, quam ut ad mortem raperetur: ad extremum autem Imperatoris clementia exilio duntaxat mulctatum esse? Porro quam præclara & humana sententia! Quid enim*

(c) Greg. Naz. orat. 1. in Jul.

PAGIUS

S. Basilius Ecclesiam Cæsareensem regit.

ream venit, ut videre est cap. 8. & 9. ejusdem Vitæ, quæ spuria, supposititiaque creditur Baronio, Bellarmino, aliisque Viris eruditis, quod plura continere videatur, quæ veritati Historicæ repugnant. Et quidem in locis citatis agitur de Basilio, quasi tunc fuisset Ecclesiæ Cæsariensis Episcopus: imo eodem capite nono Libanius Juliani Quæstor dicitur *gentibus Pontificis*, nempe Basilii, *advolutus*. Sed, ut recte Combefisius in Notis ad eam Vitam, non mirum ita vocari ab Amphilochio *Basilium*, cum sub Juliani adventum ad urbem Cæsaream jam Præsulis partes ageret, ejusdemque urbis & plebis Legationem pastor obiret, Episcopo vel absente, vel certe latitante. Dictus est itaque Basilius *Pontifex* ab Amphilochio, quod officio, munere & jurisdictione, ut vocant, Pontifex esset. Quod confirmari potest ex Nicephoro lib. 10. cap. 25. qui de ejusdem Juliani per Cappadociam transitu loquens ait: τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ ἐκκλησιῶν τηνικαῦτα τὴν ἐπιτροπὴν ἔχοντος, quæ verba Interpres sic vertit: *Basilius qui eo tempore Cappadociæ Ecclesiæ Episcopus curavit*.

VI. Hæc versio Baronium in errorem induxit, ut vi-

enim grave (inquit justus judex, minimeque Christianos persequens) si decem Galilæos manus una Gratania sustulit? Hæc vero an non perspicua crudelitas? an non persecutionis edictum, & quidem iis quæ publice proponuntur, multo expressius & formidolosius? Quid enim interest, periculum Christianis edicas atque promulges, an præteferas te Christianorum persecutoribus delectari; magnique criminis loco ducas, moderatione quadam uti? Velle enim Imperatoris, lex est non scripta, imperii & potentiæ patrocinio subnixa, & quidem scriptis legibus, quæ potentia non fulciuntur, longe firmior atque valentior. Hæc Gregorius, pluribus redarguens eos, qui a persecutoris nomine vindicare Julianum niterentur, eo quod persecutionis adversus Christianos minime promulgasset edicta; ostendens exemplis pluribus & rationibus, tum ex his quæ tunc per suos ageret, tum quæ meditaretur perficere, si per vitam licuisset, eam omnium acerbissimam dicendam fore persecutionem. Cæterum quod spectat ad leges ab ipso Juliano sancitas, quibus Christiana religio maxima esset detrimenta passura, aliasque si datum fuisset, proxime sanciendas, paulo post dicturi sumus. Prosequamur modo institutam semel de rebus Cæsariensium orationem.

XLVIII. Quid Julianus in Nazianzenos.

Qui incensi Fortunæ templi a Cæsariensibus Christianis exæstuabat ira Julianus, in Ecclesias illas Christianorum, quæ erant in Cappadocia, furorem convertit, sagittariis militibus in eas immissis; quibus invadentibus eam, quæ nobilissime Nazianzi nuper erecta erat; illius Episcopus, Gregorius nominatus, Gregorii cognomento Theologi pater, magna animi constantia infracto, robore, quamtumlibet summa senectute confectus, fortiter restitit. Hæc autem quomodo se habuerint, ab ipso ejus filio Gregorio (a), qui præsens fuit, accipiamus; luculenta enim oratione est omnia prosecutus, nonnullaque prælocutus de impia ejusmodi Juliani persecutione sic ait: *Hunc porro*, nempe Imperatorem Apostatam, *qui magis aut contempserit, aut oppresserit, ecquis tandem reperietur? At contemptionis quidem eum multa alia signa proferri queunt, tum argumento etiam esse possunt sagittarii illi, eorumque Præfectus, quos in Ecclesias nostras immiserat, ut eas vel voluntate sibi adjungeret, vel armis subigeret. Nam cum plerisque aliis oppugnatis, huc quoque cum eadem animi ferocia venisset, ac pro imperio & potestate templum sibi dedi jussisset; tantum abfuit, ut quidpiam eorum quæ cupiebat, perficeret, ut nisi patri meo vel suopte consilio, vel cujusdam admonitu protinus cessisset, calcibus etiam cæsus discessurus fuisset. Ita in illum templi sacerdos furore & zelo æstuabat.*

(a) Gregor. Naz. orat. in funere patris.

XLIX. *Pestem autem, & exitium qua tandem ratione quispiam illi magis conflasse videri queat, quam & publice conjunctis totius populi votis & orationibus impium fundens ac profligans, ac ne temporis quidem turbinem reformidans, & privatim adversus eum nocturnam aciem opponens, hoc est humili cubitatione seniles, & roscidas carnes conficiens, & lacrymarum fonte pavimentum proluens, in annum etiam ferme integrum; idque eo solum, cui res occultæ perspectæ sunt, arbitro faciens; ac propter pietatem ab ostentatione, sicut jam diximus, alienam, sedulo adnitens, ut nos ea res lateret; atque omnino latuisset, nisi ipse aliquando ex improviso cubiculum ingressus, humilisque decubitus signo conspicatus, atque ex quodam ipsius famulo, quidnam hoc esset, percontatus, noctis arcanum intellexissem.* Pergit deinceps Gregorius agere de electione Episcopi Cæsariensis tunc factu, cum Julianus Cæsareæ esset; remque gestam in hunc modum aggreditur enarrare.

L. Electio Eusebii violenta.

Alterum ejusdem temporis, ejusdemque fortitudinis narrationem accipite. Cæsareæ cives de Archiepiscopi creatione inter se contendebant: nam alter clanculum se abduxerat, alter requirebatur (qui se subduxerat, Basilius fuit; qui requirebatur, Eusebius) *acrisque seditio erat, compressuque atque sublatu nequaquam facilis. Præter id enim, quod in hac re præsertim ob fidei fervorem natura sua ad tumultus excitandos proclivis est ea civitas; cathedræ insuper illius splendor & gloria contentionis acrioris causam afferebat. Atque hoc statu res erat: ac nonnulli Episcopi aderant, Archiepiscopum electuri. Sed cum in plures sententias popularis multitudo distraheretur, aliique*

PAGIUS

Antequam Episcopus esset.

videre est anno CCCLXIX. num. XLIII. Existimavit enim docuisse Nicephorum, imperante Juliano, Basilium jam Cæsareæ Episcopum fuisse, & tamen aliud non dicit Nicephorus, quam quod in ejus Vita Amphilochius tradit, Basilium sc. tunc illius Ecclesiæ curam suscepisse. Quare Nicephori verba Græca sic vertenda: Basilius, *qui eo tempore Cappadociæ Ecclesiarum curam gerebat*. Præterea Auctor Chronici Alex. sub sequentis anni Coss. Juliani Imp. morte narrata inquit: *Eadem porro nocte per nocturnam speciem sanctissimus Pontifex Basilius Cæsareæ Episcopus vidit cœlos apertos, & Christum Salvatorem in solio pro tribunali sedentem, magnoque clamore vocantem: Mercuri, abi, occide Julianum Imp. illum hostem Christianorum*, &c. Quare Basilius per hæc tempora *Episcopus* dictus fuit, quod Ecclesiæ Cæsariensis, absente Pastore, curam gereret. Quoad *Libanium*, de quo Amphilochius, non est hic Libanius Sophista, sed alter ejusdem nominis qui Christianus erat. Unde perperam Viri docti ob alterutrum caput hoc Opus Amphilochio abjudicarunt.

alium proponerent, quemadmodum in hujusmodi negotiis fieri consuevit, prout quisque vel cujuspiam benevolentia, vel Dei pietate movebatur; tandem plebs tota, uno consensu, primarii ordinis virum unum, eximia illum quidem vitæ probitate præditum, nondum tamen divino Baptismo consignatum, invitum & repugnantem corripientes, simulque militaribus copiis, quæ tum in urbem venerant, opem afferentibus, in sublimi sede collocarunt, Episcopisque obtulerunt, ab iisque petere institerunt, ut eum salutari aqua tingerent, atque Archiepiscopum nominarent: suasioni interim vim admiscentes, non id quidem admodum graviter & moleste, admodum tamen pie atque ardenter; nec enim cujusquam virtus, aut pietas, ablata occasione, clarius emicuit. Sed quid tum factum est, quoque progressus est tumultus? Coacti sunt, rore purifico hominem perfuderunt, Antistitem pronunciarunt, in throno collocarunt, manibus tamen potius, quam voluntate, sinceroque animi affectu, sicut postea declaratum est.

LI. *Ut enim volentes lubentesque discesserunt, ac quæ vellent, libere decernere potuerunt; consilium inter se ineunt, haud scio an spirituale, sed ineunt tamen: atque omnia quæ gesta fuerant, abrogare statuunt; eamque institutionem, ut minus legitime factam, pro irrita habere: vim ei, cui non minor vis illata fuerat, objicientes, ac sermones quosdam petulanter magis quam sapienter eo tempore jactatos, urgentes. At magnus Episcopus noster, æquusque rerum æstimator, nec cum iis, qui hujusmodi consilium inibant, abductus est; nec eorum sententiam comprobavit, sed constans atque invictus permansit, haud minus, quam si nullam omnino vim perpessus fuisset. Nam cum utrisque vis allata fuisset; vel vicissim accusandos eos esse dicebat, si ipsum accusarent; vel culpa solvendos, si ipsum culpa solverent, vel quod justius erat, ne absolvendos quidem, tametsi ipse crimine solveretur. Si enim ipsis venia deberetur; utique & illi: sin illi ullo modo parcendum esset; multo minus iis delicti veniam esse sperandam. Longe enim ipsis honestius tum futurum fuisse, periculum subire, atque omni ratione obsistere, quam insidias postea moliri, eo præsertim tempore, quo veteres inimicitiæ potius essent deponendæ, quam novæ excogitandæ; sic enim se res habet. Aderat quippe Imperator adversus Christianos fremens, atque hanc electionem irato infestoque animo ferens; gravesque in eum, qui Archiepiscopus institutus fuerat, minæ jactabantur; atque in novacula acie sitæ res civitatis erant, ab eo ne die in rerum natura esse desineret, ne servaretur, atque clementiæ humanitatisque nonnihil impetraret. Ad cum*

Gregorii Episcopi sententia de electione Eusebii.

enim dolorem, quem ob Fortunam secundioris fortunæ tempore solutam, eversamque, capiebat, nova hæc atque insolens Præsulis electio accedebat, quam publici juris convulsionem atque eversionem interpretabatur.

LII. *Quin ipse quoque provinciæ Præfectus rationes conquirebat, quibus temporis atrocitati obsequi, & eum malo aliquo posset multare, ne erga eum quidem alioqui amice & benevole affectus, sed quia adversas in Repub. partes tuebatur, inimice atque infense. Quocirca eos, a quibus electus fuerat, velut accusatores illius futuros, per litteras accersebat, non jam leniter & remisse, sed minis etiam quibusdam additis, tamquam hoc Imperator flagitaret. Cum igitur pater de ea re epistolam accepisset, sine ullo metu ac cunctatione ulla, responsum hujusmodi dedit, ex quo animadvertere licet quæ in eo libertas animi fuerit, quove spiritu acta. Nos, inquit, optime Præfecte, rerum omnium, quæ geruntur, censorem unum ac Regem habemus, qui nunc armis propugnatur. Is & præsentem electionem expendet, quam nos rite ac legitime, atque ex ipsius voluntate fecimus. Vobis autem tametsi vim afferre, si ita tulerit animus, in proclivi sit; id tamen numquam extorquebitis, quin ea quæ facta sunt, ut recte justeque facta patrocinio nostro defendamus: Nisi hanc vobis legem promulgare libeat, quibus ne limis quidem oculis res vestras aspicere fas est. Hanc Epistolam Præfectus ipse admiratus est, tametsi ad breve aliquod tempus stomachatus, mirifice suspexit, quemadmodum ex multis intellectum est, qui res illius perspectissimas habebant. Atque hoc & Imperatoris repressit impetum, & civitatem periculo, atque adeo nos dedecore atque infamia liberavit; hoc civitatis exiguæ, cathedræque summissioris Episcopus præstitit.* Hæc Gregorius Nazianzenus de rebus Cæsareæ gestis, cum ibi Julianus adesset.

Gregorius senior obstitit Præfecto.

LIII. Cæterum has omnes contumelias, quibus a Cæsariensibus affectus est Julianus, tum supplicio aliorum, tum nece nobilissimi civis Eupsychii nomen reddentis antiquioris martyris Eupsychii, qui sub Hadriano ibidem fuerat passus, ulcisci voluit, de quo Sozomenus (a): *Fertur item, Basilium presbyterum Ecclesiæ Ancyræ, & Eupsychium ex patriciis Cæsareæ Cappadociæ oriundum, qui nuper duxerat uxorem, & etiamnum velut sponsus novus erat, eodem tempore per martyrium e vita migrasse. Eupsychius quidem, quantum conjectura assequi possum, propter fanum Fortunæ, quo id temporis diruto, Cæsareæ cives (ut supra demonstravimus) ad unum omnes in Imperatoris odium incurrerant. Qui autem ad illud demoliendum manus ipsi admovebant, pœnas dederunt, partim mulctati morte, partim exilio condemnati.*

Eupsychii Martyrium.

(a) Sozom. l. 5. c. 10.

Hæc

Hæc Sozomenus; eadem quoque Nicephorus (a), & alii. Quod vero, cum non unus Eupsychius, sed alii complures ea de causa subierint mortis supplicium, ipse tamen solus tam a Græcis (b), quam a Latinis publicis tabulis reperiatur inter martyres recensitus: aliqua alia fortasse accessit ad Eupsychii martyrium causa, quæ desiderari videretur in reliquis; nisi & illorum, & complurium aliorum martyrum memoria excidit. Cæterum, quod ad Eupsychium pertinet, quem Ethnici inclamaverint incendiarium; justissimam intercessisse causam martyrii, diximus in nostris ad Romanum Martyrologium Notis. ☞ Quod autem tam ejus Martyris, quam aliorum, de quibus agetur inferius, natales dies consignati in tabulis Græcorum, vel Latinorum consentire minime reperiantur temporibus illis, quibus Julianus iisdem in locis mansisse legitur; plane dicendum est (quod & in Notis est sæpius demonstratum) non semper in Menologiis, seu Martyrologiis poni diem, quo Sancti Martyres passi sunt; sed interdum eum notari, quo inventa, vel translata sunt eorumdem veneranda corpora, vel in eorum memoriam basilica dedicata, adeout ex notata die in Ecclesiasticis monumentis haud semper possit certa temporis eorum martyrii ratio definiri. ☜ Profecturo post hæc in Syriam Juliano Celsus provinciæ Præfectus occurrit, eumque est Tarsum usque comitatus; de eo enim hæc Ammianus (c): *Itineribus itaque emensis cum Julianus ad Pylas venisset (qui locus Cappadocas disterminat, & Cilicias *) osculo susceptum Rectorem provinciæ, nomine Celsum, jam inde a studiis cognitum Atticis, adscitumque in consessum vehiculi, Tarsum secum induxit.* Hæc ipse: hunc autem Celsum ab eodem Juliano in exilium pulsum fuisse, Sozomenus tradit: quæ vero a Juliano gesta sunt, postquam e Cappadocia recedens, Syriam versus direxit iter, inferius enarrabimus.

(a) Niceph. l. 10. c. 10.

(b) Menolog. & Roman. Martyrol. die 9. Apr.

(c) Ammian. lib. 22.

* Cilicias.

LIV. Nunc autem in rebus Cæsariensibus versetur oratio, & pertæsa jam prolixioris Juliani rerum in Christianos gestarum narrationis; tamquam otium captatura, ad res Basilii Cæsariensis, & amantissimi ejus sodalis Gregorii Nazianzeni hoc anno transactas haud invita opportune se conferat, ad ea quæ reliqua sunt de Juliano postea reversura. Accidit in hisce turbis Cæsareæ occasione violentæ creationis Eusebii Episcopi excitatis, ut licet iidem Episcopi persuasi a Gregorio seniore (ut dictum est) ratam eam electionem habuerint; monachi tamen illi, quibus præerat S. Basilius, ea occasione se se ab Eusebii communicatione divellerent, atque ea & aliis de causis idem novus Episcopus parum æquo in ipsum Basilium animo esset. Quibus obortis simultatibus, paci consulturus idem Basilius in Ponticas solitudines secessit: præsentia enim conflabat adversariorum invidiam. At audiamus hæc ab ipso ejus collega Gregorio, qui a reditu Athenis in patriam hunc in modum auspicatur orationem (d): *Domum*, inquit, *reversi, cum mundo ac scenæ nonnihil inservissemus, hactenus scilicet, ut plerorumque hominum desiderio utcumque satisfaceremus (nam ipsi quidem ab ambitione & theatrali quadam ingenii ostentatione procul abhorrebamus) ad nos ipsos quam primum redimus, atque ex imberbibus inter viros profitari cœpimus, viriliter jam ad philosophiam progredientes; non jam corpore (haud enim permittebat livor) sed desiderio & amore conjuncti.* Quod autem hic Gregorius dicat, post suum ipsorum reditum ex imberbibus profiteri cœpisse inter viros, metaphorice potius (ut moris ejus est sæpius loqui) sunt hæc accipienda: nam grandioris eos fuisse ætatis, ex iis quæ superius dicta sunt, facile potest intelligi.

Basilii & Gregorii vitæ institutum.

(d) Greg. Nazianz. orat. in laudem Basilii.

Sed pergit de Basilio dicere: *Illa a Cæsariensi civitate, ut alter quispiam conditor & conservator retinetur; ac deinde quoniam me non perfruebatur, necessarias quasdam peregrinationes, minimeque a propositæ sibi philosophiæ scopo alienas inivit.* Putat interpres, in Seleuciam ad S. Theclæ ejusmodi Basilii peregrinationem contigisse, quo pietatis ergo frequens erat accessus; sed mea quidem sententia fallitur: nam cum non *peregrinationem*, sed *peregrinationes* Gregorius dicat, manifeste significasse visus est peregrinationes illas, quas ad visendos monachos Ægypti, Palæstinæ, Syriæ, & Mesopotamiæ, instituit; cum eorum inflammatus exemplo, reversus in patriam, idem vivendi genus consectatus est, ut declarat ipsemet scribens ad Eustachium, quæ hic paulo post reddituri sumus. Prosequitur deinde de se ipso Gregorius: *At me & parentum pietas & senilis ætatis curatio, & incursantes calamitates ab illius consortio abstractum tenuerunt, haud recte quidem ac juste fortasse; sed tenuerunt tamen. Atque haud scio, an mihi hinc quoque omnis vitæ difficultas, asperitasque fluxerit, quodque incommodum ac salebrosum ad philosophiam iter habuerim, nec cupiditate mea animique proposito satis dignum. Sed rerum quidem nostrarum status, quo Dei voluntas tulerit, feratur.* Hæc de se Gregorius, quod haud licuerit tam cito (ut exoptaverat) in solitudine, quam diutius fuerat meditatus, vitam monasticam exercere. De Basilio autem subdit: LV.

Basilii peregrinationes.

LVI. *Hunc vero multiplex Dei erga genus humanum beneficentia & providentia in multis ante muneribus exploratum, ac* quo-

Basilius initiatus presbyteratu.

quotidie clariorem illustrioremque compertum, in sacrum presbyterorum ordinem adscribit, luculentamque Ecclesiæ facem memorabilemque proponit, ut per unicam Cæsariensem civitatem universo terrarum orbi præluceret. In quo etiam hanc rationem tenuit, ut minime repente eum ad hujusmodi gradum subveheret, nec eodem temporis momento salutaris aqua tingeret, ac sapientia instrueret, quemadmodum plerisque eorum accidit, qui nunc ad præfecturas inflammati cupiditate rapiuntur, verum ordine ac spiritualis progressionis lege hoc cum honore afficeret. Et inferius in pravum illum morem pluribus invectus, quo non virtute meritisque in sacerdotium prosilitur, quo digniori deferendum esset, addit: *Nunc autem*, inquit, *periculum est, ne ordo in toto Christianismo sanctissimus, in toto Christianismo maxime sit ridiculus. Non enim virtute magis, quam malitia & fraude sacerdotii dignitas paratur; nec meliores ac digniores, sed potentiores thronis insident.* Et paulo post: *Cumque nec medici, nec pictoris nomen quisquam obtineat, nisi prius morborum naturas expenderit, aut multos colores miscuerit, variasque formas penicillo expresserit: Antistes contra facile invenitur non elaboratus, sed recens quantum ad dignitatem, simul satus ac provectus, quemadmodum gigantes poetæ finxerunt. Uno die sanctos fingimus, eosque sapientes & eruditos esse jubemus, qui nihil didicerunt, nec ad sacerdotium quicquam antea contulerant, præterquam velle: ac is quidem inferiori sede quiescit, humilisque stat, qui sublimem promeretur, &c.* Alludens nimirum ad Eusebium, de quo nuper, & ad Nectarium qui item ex cathecumeno ad Episcopatum sedis Constantinopolitanæ postea evectus est. Deplorata hæc a Patribus deliniunt aliqua ex parte bonorum dolorem, cum his similia, vel forte deteriora aliquando peragi vident in Ecclesia Dei, dum facies Christianorum (sic illos dixerim, qui honoribus inhiant atque divitiis ex sanguine Christi captandis) absque ulla probitatis, & scientiæ facultate in sublimes Ecclesiæ thronos provehi contemplantur, & miscent cum sanctis crebro ex intimo cordis dolore hausta suspiria. At non (mox subdit Gregorius) eadem Magni egregiique Basilii ratio fuit; quin potius ut aliarum omnium virtutum, sic etiam moderationis in his rebus tenendæ aliis exemplo se præbuit. Nam cum prius sacrosanctos libros populo lectitasset, qui & eorum expianator erat, factus est presbyter ab Hermogene Episcopo Cæsariensi, qui præcessit Eusebium, de cujus ordinatione hoc anno habita egimus, de quo & hæc habet Gregorius:

LVII. *Cum Basilio simultatem quandam is, qui proximus ante eum Ecclesiæ præerat, exercebat; quibus autem de causis, aut quo modo, silentio præterire satius est: cæterum exercebat vir in reliquo quidem non ingenerosus atque eximia pietate præditus, ut persecutio tum temporis exorta, & acris adversus eum suscepta contemptio perspicue declaravit; sed tamen in Basilio humani aliquid passus. Neque enim viles tantum & plebejos, sed etiam præstantissimos quosque viros Momus attingit; ut solius Dei sit, omni peccatu atque animi perturbatione vacare. Ergo adversus eum concitatur Ecclesiæ pars selectior, & sapientior; si modo sapientiores ii habendi sunt, quam reliquum mortalium vulgus, qui se ipsos a mundi consortio segregarunt, ac vitam suam Deo consecrarunt: Nazaræos nostrates dico, atque in hujusmodi res præsertim maxima animi intentione incumbentes: qui turpe & indignum esse arbitrati, principis sui contumeliam, repulsæque injuriam dissimulanter ferre, periculosum facinus aggrediuntur.* Intelligit more suo Gregorius per Nazaræos, monachos; quorum cum dicit principem fuisse Basilium, plane significat jam ante hoc tempus, cum adhuc Cæsariensis Ecclesiæ presbyter esset, arripuisse vitæ monasticæ institutum, quod postea (ut dicemus) perfecit in Ponticis solitudinibus. Eusebii cum Basilio simultates.

Quid autem iidem monachi in Eusebium infensi moliti sint, mox subdit: *A magno & seditionis experte Ecclesiæ corpore deficere, seque abrumpere constituunt; non exiguam quoque multitudinis ejus partem amputantes, tam eorum qui plebejo ordine censebantur, quam eorum qui magistratus gerebant. Id autem ob tres causas, easque firmissimas, persacile erat. Primum enim Basilius tanta apud omnes veneratione erat, quanta haud scio an quisquam nostræ ætatis philosophorum; eamque vim habebat, ut cohorti suæ, si voluisset, animos ac fiduciam afferre posset. Deinde qui negotium illi facessebat propter tumultum in ipsius electione coortum, civitati suspectus erat, ut non magis rite ac legitime, quam tyrannice præfecturam consecutus. Postremo aderant Episcopi quidam ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant.* Intelligit Gregorius de Eusebio Vercellensi Episcopo, & Lucifero Calaritano; qui cum tunc essent in Oriente exules, Juliani indulgentia in Constantii odium liberati, Apostolica functione eos qui in Arianam hæresim lapsi essent, ad Ecclesiam Catholicam revocare, provincias circumeuntes satagebant. Quid autem in tanta rerum perturbatione præstiterit Basilius, idem Gregorius institutam prosequens orationem docet his verbis: LVIII. Quæ monachi in Eusebium.

Quid igitur præclarus ille & Pacifici discipulus? Nec enim his qui contumeliam LIX.

ipsi

ipsi inserebant, aut qui ipsius partibus studebant, obluctari poterat: nec illius erat dimicare, aut Ecclesiæ corpus lacerare, alioqui etiam bello vexatæ, atque ab hæreticis, penes quos tum summa rerum erat, in periculum adductæ: simul etiam consultoribus nobis, sincerisque monitoribus ea in re usus, nobiscum hinc profugus in Pontum secedit, pietatisque gymnasia, quæ in illis locis erant, moderatur, atque cum Helia & Joanne summis Philosophis solitudinem amplectitur. Hactenus Gregorius de transmigratione sua atque Basilii in Ponticas solitudines, de quorum vitæ instituto agemus anno sequenti. Cum igitur ex his liquido constet; nonnisi post creationem Eusebii Episcopi Cæsariensis Basilium & Gregorium petiisse Ponticas solitudines; erroris arguitur Gregorius presbyter in vita Gregorii Nazianzeni, dum ait, id Constantii Augusti temporibus contigisse. Interea vero cum Eusebius Basilio infensus Gregorium demulcere studeret; haud his acquiescens Gregorius, quæ esset ea in re animi sui sententia, hisce datis ad eum litteris (a) libera fronte significavit:

Basilius & Gregorius proficiscuntur in Eremum.

(a) Greg. epist. 20.

LX. Gregorii Epistola ad Eusebium.

Quoniam mihi cum eo viro sermo est, qui nec mentiri amet, & in altero mendacium omnium acutissime deprehendat, quantumvis callidis multiplicibusque labyrinthis obvolvatur. Atque insuper ne mihi quidem fucus & simulatio placet (dicam enim, etsi molestius sit) tum a natura ita comparato; tum a Scriptura instituto atque informato. Idcirco quæ animo occurrunt, scribo. Ac tu meam dicendi libertatem in bonam partem accipias, velim: aut certe parum æquus in me eris, libertatem mihi adimens, cogensque conceptum mærorem velut morbum quemdam malignum & supputridum in me ipso me continere. Ornari quidem me abs te, lætor (siquidem homo sum, ut prius dixi, quispiam) atque & ad Concilium & ad conventus spirituales vocari. Verum contumeliam charissimo fratri Basilio a tua pietate illatum esse, atque etiamnum inferri, moleste fero, utpote quem & vita & studiorum, excellentissimæque philosophiæ socium & jam elegi, & nunc habeo, nec quicquam ob judicium de eo meum succenseo; sic enim parem loqui præstat, ne alioqui ipsius virtutes prædicans, me ipsum laudare videar. Tu vero, dum eo contempto, me honore prosequeris; perinde mihi facere videris, ac si quis unius viri caput altera manu demulceat, altera malum feriat; aut etiam convulsis domus fundamentis, parietes depingat, atque externas partes exornet. Proinde si quid mihi obsequendum putabis, hoc facies; ut autem obsequaris, abs te peto atque contendo: æquum est enim. Si illum, ut par est, colueris, ipse quoque ab eo vicissim observaberis; nos autem sequemur, quemadmodum umbræ corpora, utpote parvi, & ad pacem proclives. Non enim ita misero statu res nostræ sunt, ut cætera quidem philosophari, partisque excellentiori adjungi velimus; cæterum dilectionem, quæ totius doctrinæ nostræ caput est, contemnamus, ac pro nihilo ducamus: idque erga virum sacerdotio insignem, tantaque virtute præditum, quem & vita, & doctrina, & ætate, omnium quos novimus, præstantissimum esse censemus; neque enim mæror, quo affecti sumus, veritati tenebras offundet.

Gregorius redarguit Eusebium.

Hactenus Gregorius ad Eusebium; & quidem Christiani philosophi libertate hæc sunt digna; quæ tamen in deteriorem partem ab illo accepta esse, posteriores ejusdem Gregorii datæ litteræ significant (b).

(b) Greg. Nazianz. epist. 169. edit. novæ Parisien.

LXI. Quod vero ad Basilium spectat, haud invitus oblatam arripuit occasionem secedendi in solitudinem, quam diutius exoptasset: de suo enim mentis proposito, & quo modo veluti quibusdam passibus atque viæ gressibus, ad summum hoc Christianæ vitæ culmen pervenerit, ipse in Epistola ad Eustachium scripta declarat his verbis (c), totius vitæ suæ usque ad illud tempus veluti epitomen texens: *Ego*, inquit, *postquam multum temporis vanitati impendissem, & omnem prope juventutem meam studio attrivissem, quo tenebar, cum apprehendendis infatuatæ a Deo sapientiæ disciplinis immorabar; tandem aliquando, ubi velut ex gravi somno expergefactus, ad Evangelicæ veritatis admirabile lumen respexi, agnovique inutilitatem sapientiæ principum hujus sæculi, qui abolentur; deplorata plurimum miserabili vita mea, ductorem mihi dari optabam, qui ad pietatis me dogmata introduceret; & cum primis hoc mihi curæ, ut morum correctionem aliquam instituerem, quos per diutinam consuetudinem cum improbis contractam perverteram. Lecto itaque Evangelio, animadversoque illic, quod plurimum occasionis & momenti afferat ad perfectionis studium, si quis bona sua vendat, deque illis egenis fratribus communicet, & prorsus nulla teneatur hujus vitæ cura, nec patiatur mentem suam aliqua rerum præsentium affectione turbari: optabam dari aliquem ex fratribus, cui istud vitæ genus arrideret, quo cum una profundum vitæ hujus pelagus superare liceret. Inveni sane multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Ægyptum; deinde & alios in Palæstina, & in Cælesyria, & Mesopotamia, quorum admiratus sum tum in servanda dieta temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam; ad quorum obstupui precandi vigorem & constantiam; cum observarem, quo pacto nec somno victi, nec aliqua alia naturæ necessitate deflexi, subli-*

(c) Basil. ep. 79.

Basilii vitæ monasticæ ineundæ ratio.

stimem semper & invictum animi sensum in fame & siti, in frigore & nuditate servarent, nec corporis rationem habentes ipsi, nec ab aliis aliquid illi curæ impendi sustinentes: sed quasi in aliena carne degerent, ipso opere ostendentes, quid sit in rebus vitæ peregrinum esse, & conversationem in cælo habere. Cum illa admirarer, vitamque virorum illorum ob id beatam judicarem, quod ipso opere se mortificationem Jesu circumferre declararent; cupiebam & ipse quantum mihi possibile esset, illos æmulari.

LXII. *Hujus itaque gratia ubi videbam quosdam in patria mea illorum institutionem sectari cœpisse; commoditatem aliquam reperisse me ratus, invisibilium animi affectuum in his quæ videri possunt, experimentum cœpi. Quoniam igitur quæ in unoquoque nostrum occulta sunt, dignosci nequeunt, satis indicii ad declarandam animi humilitatem esse putavi, si humili veste induerer, sufficereque mihi ad faciendam ejus rei fidem, crassam ac rude pallium, & zonam, & e rudi corio calciamenta, &c.* Porro tunc credimus Basilium illustrasse Ægypti solitudinem, cum postquam Athenis reversus est in patriam, conventurus Eustachium Christianum philosophum, Alexandriam venit, ut ipse in Epistola ad eum scripta testatur (a).

(a) Basil. epist. 165.

LXIII. Basilii fugæ ratio. Qui igitur cum quæreretur ad Episcopatum Cæsariensem, improvisa fuga sibi consuluit, & creato Eusebio Episcopo sibi parum æquo, una cum Gregorio Nazianzeno petiit Ponti silvas, a suis Cæsariensibus magnis studiis, re comperta, litteris revocatur; cum ipse Apologeticam ad illos dedit de sua discessione Epistolam, in qua hæc in primis ad eos (b): *Sæpenumero admiratus sum, quidnam animos vestros erga nos affecerit, & unde fit quod tantopere a nostra mediocritate tam modica & exili, nullaque in re amabili, superamini, ut scriptis nos per amicitiæ & patriæ commemorationem adhortemini, & ut profugos filios assolent parentes, paternis ad vos visceribus revocare conemini. Ego quidem nos profugos esse factos, fateor, neque negaverim: causam autem fugæ jam ipsi nostis, si quidem cupitis. Ea vero potissima est, quod tum cum essem apud vos ex inopinato perculsus, quemadmodum si quispiam repentinis terræ motibus consterneretur, animi considerationes haud exhibui, sed procul aufugi, multumque temporis mansi separatus a vobis. Postea vero subiit animum meum desiderium quoddam divinorum dogmatum, & quæ circa illa versatur philosophiæ. Quo enim aliquo pacto possem; qua, inquam, aliquo pacto possem, ego una nobiscum inhabitantem domare malitiam? O si mihi detur Laban quisquam, qui me liberet ab Esau, ducatque ad cælestis vitæ philosophiam,*

(b) Basil. epist. 241.

&c. Hæc Basilius de fugæ suæ & secessionis in eremum ratione; cum alioqui jamdiu ante, Cæsareæ cum esset, ut diximus, vitam monasticam excoluisset; quod & ex iis patet, quæ ad eum scripsit Libanius sophista, qui (ut dictum est) summa pollebat apud Julianum æstimatione; cujus pariter litteris significatur, præstantem virtutibus etiam in adolescentia semper viguisse Basilium, secundum ea quæ de ipso testatus est quoque Gregorius Nazianzenus. Ut intelligas, quæ ab ipso ad Eustachium scripta modo retulimus, magna animi summissione esse locutum; ut qui putaverit, omnem superioris vitæ suæ institutionem, comparatam sublimiori illi Angelorum vitæ haud in impari eremo vivendi generi, fuisse penitus solutissimam. — Libanius laudat Basilium.

LXIV. Sed reddamus hic verba Libanii (c) ad Basilium hæc postea alia scribentis: *Ego namque, quem tu putas oblitum, jam olim te, cum adhuc adolescens esses, dilexi, propterea quod te viderem temperantia ita præditum, ut eam senibus quoque decertares; idque in ea civitate quæ voluptatibus scatet: deinde & disciplinarum jam magnam esse partem consecutum. Quoniam vero operæ pretium esse putas, ut & Athenas videres, idque & Celso persuaseras, gratulabar Celso quod amicitiæ tuæ esset conjunctus.* Hunc illum puto intelligendum esse Celsum, cujus nuper ex Ammiano meminimus, qui Athenis Juliano probe notus, ab eodem insignitus fuerat amplissima præfectura provinciæ Cappadociæ. Sed prosequitur Libanius: *Postquam vero reversus esses & in patria constitutus; ad me ipsum: Quid nunc, ajebam, molitur nobis Basilius, & ad quod vitæ genus sese contulit? An in forensibus actionibus versatur, veteres illos rhetores æmulatus? vel divitum liberos in rhetorica instituit? Cum vero venissent quidam nunciantes multo te potiorem viam ingressum esse, hocque spectare magis quomodo Deo reddaris amicus, quam quomodo divitias colligas; & te felicem esse dicebam, & Cappadocas: te quidem, quod malueris talis esse; illos vero, qui talem potuerint exhibere civem.* Hæc Libanius licet Ethnicus, laudator tamen arrepti vitæ propositi a Basilio; quem quanti fecerit atque coluerit, dicturi sumus inferius. Jam puto, ex his quoque intelligas, quanto deteriores sint Ethnicis hæretici nostri temporis vitæ monasticæ detrahentes.

(c) Extat apud Basil. epist. 143.

Epistola Libanii ad Basilium.

LXV. Quod vero ad ejus sodalem & in eremo collegam Gregorium spectat; ipse quoque, qui hoc diutius meditatus erat, sed tamen parentibus cum assideret senibus (ut ipse testatur) fuerat detentus & impeditus; mox liber, illis relictis, Basilium est consectatus: nam inde ei peropportuna manavit occasio, quod germanus — Gregorius Nazianzenus sequitur Basilium.

ejus

ejus Cæsarius, relicta præfectura, qua fuerat a Juliano donatus, recedens ab aula (ut supra explicavimus) nobiliori purpura, nempe confessione decorus, in patriam remeaverat; in quem Gregorius mox rei familiaris parentumque curam rejecit. Sed & nec passus est teneri se Gregorius vinculo spirituali, quo pater eum devinxerat, nempe sacro ordine presbyterii, cujus ipse meminit illis versibus (a):

(a) Greg. Nazianz. in carmine de vita sua.

Nam me pater, quamvir nosset plane meam
Sententiam (qua causa motus, nescio:
Paterni amoris forsan benevolentia,
Vehemens potestati junctus est amor)
Ut vinculis me spiritualibus constringeret,
Bonique me participem faceret, maxima
Vi permovens solio secundo collocat, &c.

narrat deinde suum accessum post hæc in solitudinem. Contigisse plane videtur ejusmodi initiatio Gregorii eodem tempore cum ordinatione Basilii; nam ad eum tunc scribens hæc ait (b): *Ac tu quoque captus es, quemadmodum nos quoque qui hæc scribimus: quandoquidem in presbyterorum ordinem inviti adscripti sumus; nec enim a nobis expetebatur: cum uterque alteri, si alii quisquam, locupletes esse testes possumus, quam nobis cordi esset pedestris philosophia, humique depressa. Verum hoc non fieri fortasse quidem præstitisset (quonam alio verbo utar, incertus sum, quoadusque Spiritus sancti consilium dispositionemque perspectam habuero) quoniam autem factum est, ferendum mihi videtur, ac præsertim propter hanc tempestatem multas nobis hæreticorum linguas invehentem; nec eorum, qui nobis fidem habuerunt, spes fallenda, nec superior vita nostra dedecoranda.* Hæc Gregorius.

(b) Greg. Naz. epist. 11.

Causa suscepti Presbyteratus.

LXVI. At licet hisce spiritualibus compedibus teneri videretur adstrictus; haud tamen valuit retardari, quin Basilium sequeretur (c); quod ipsemet his versibus indicat:

(c) Gregor. Naz. in carmine de vita sua.

Gregorii de Basilio desiderium.

Verum hanc moleste adeo tuli tyrannidem
(Neque enim eam appellare alio nomine,
Sanctus quidem velim mihi ignoscat Spiritus)
Ut mox amicis derelictis omnibus,
Parentibus, cognatis, atque patria,
Instar bovis flagella forte perciti,
In Pontum abirem, quæsiturus remedium
Doloris ex amici consuetudine
Plane viri divini, qui iftic cum Deo.
Sub nube agebat, ut alter Moyses:
Hic erat Basilius, vivens cum Angelis modo.

Hæc Gregorius; quibus etiam significatur, præcessisse Basilium, ipsum vero Gregorium postea subsecutum, detentum nimirum matris Nonnæ periculosa ægritudine, ex qua tandem (ut ipse pluribus tradit (d)) miraculo plane convaluit. Cum vero a Basilio, ut adventum suum maturaret in Pontum, solicitaretur, sic ad illum rescripsit (e):

(d) Gregor. orat. in funere patris

(e) Greg. epist. 4.

LXVII. Epistola Gregorii ad Basilium.

Ut expleatur quod jubes, partim in nobis situm est, partim autem, & quidem potissimum, ut opinor, in tua pietate; in nobis quidem cupiditas, animique promptitudo: nam nec alias unquam congressum tuum, societatemque fugimus, sed semper consectati sumus, & nunc eam ardentius expetimus; in tua autem sanctitate, ut res nostræ melius constituantur. Assidemus enim dominæ matri, gravi jam pridem morbo laboranti. Quod nisi eum ancipiti vitæ statu deserturi simus; tua præsentia, mihi crede, diutius non carebimus. Tantum precibus tuis partim illius valetudini, partim itineri nostro succurre. Hæc ad Basilium Gregorius. Exigebat id ille importunius, & quidem ex pactis conventis olim, cum ambo simul essent Athenis. At ex his omnibus, aliisque eorumdem Epistolis in primis redarguitur erroris Ruffinus (f), cum ait per Gregorium Basilium e cathedra publice profitentem abstractum atque perductum in solitudinem; cum exploratissimum habeatur, primo Basilium, inde Gregorium sæpe ab eo vocatum, Ponticam solitudinem petiisse.

(f) Ruffin. l. 2. c. 9.

LXVIII. Primo secessio Gregorii.

Cæterum ut migrationis utriusque certior ratio habeatur; quantum ex epistolis inter se ultro citroque datis colligere licet, illud in primis reperimus, Gregorium primo secessisse in rus paternum, nomine Arianzum, locum sui natalitii, qui quidem locus, ut auctor est Nicetas (g) ejusdem Gregorii interpres, situs erat in ea regione provinciæ Cappadociæ, nomine Tiberina. Quo tempore Basilius ob tumultus occasione Eusebii Episcopi Cæsariensis obortos, Cæsarea recedens, Neocæsaream in Ponto civitatem quasi ad portum confugit, inde in proximam commigraturus eremum. Erat namque civitas paternum solum, ubi a cunabulis assueverat: testatur id ipse ea epistola, quam ad cives Neocæsareæ scripsit, ubi inter alia (h): *Ego cum propter loci hujus consuetudinem, qua illic a puero assuevi (hic enim a nutrice mea educatus sum) tum propterea quod postea quoque sæpenumero hoc in loco versatus sum; quem, cum urbanos tumultus fugerem, & propter solitudinis silentium ad philosophiæ studium commodum illum esse scirem, complures continuos annos incolui; & propter jam inhabitantium securitatem, brevem aliquam in negotiis, quibus distinebamur, respirationem adeptus, cum gaudio solitudinem hanc accessi, non ut aliis, hinc quicquam negotii facesserem, sed ut desiderio meo morem gererem.* Hucusque Basilius.

(g) Greg. Nazianz. orat. in plag. grand.

(h) Basil. epist. 64.

LXIX. Gregorius igitur cum ageret in Tiberina, Basilium solicitabat, ut ad se ve-

Quid Gregor. ad Basilium ludens.

nicet, ac quam condixerat vitam Christianæ philosophiæ conciliatricem ibi una simul agerent. Basilius contra joco agens, laudatam a Gregorio Tiberinam salsis jocis est insectatus; lutosam namque esse, & velut in barathro constitutam, scriptis ad eum litteris infamabat: idque eo plane consilio, ut e patrio solo Gregorium divellere posset, atque ad Ponti deserta loca pelliceret. Desiderantur illæ quidem eo argumento a Basilio scriptæ litteræ; verum ex iis quas ad ipsum Gregorius reddidit, quales fuerint, facile assequi possumus; quæ cum perbreves sint, eas hic in gratiam lectoris reddere, dignum duximus; sunt autem hujusmodi (*a*):

(a) Greg. epist. 6. vocentioris eduionis.

Non fero mihi Tiberinam objici, atque hujus loci glaciem & hiemes (o vir luti admodum expers, summisque pedibus incedens, & tabulas calcans, ac pennate & pendulo, similque cum Abaridis sagitta delate) ut cum Cappadociam patriam habeas, Cappadociam fugias. An vero injuriam vobis facimus, quod cum ipsi palleatis, atque angustum quiddam spiretis, Solemque ad certum modum accipiatis: nos contra pingues & nitidi simus, & saturamur, nec ullius loci angustiis circumscribimur? At vero hæc vestra sunt. Deliciis enim indulgetis, & opibus polletis, & in foro versamini. Hoc minime probo. Quocirca vel lutum nobis exprobrare desine (nec enim tu urbem condidisti, nec nos hiemem) vel nos tibi pro luto caupones offeremus, & quicquid turpe & improbum urbes ferunt. Hactenus ad Basilium Gregorius.

Basilius ab eremo Pontica vocat Gregorium.

LXX. Cum vero e Neocæsariensi in Ponto civitate, in ipsam Ponti montium solitudinem se *Basilius* contulisset; ut Gregorium adhuc in Tiberina regione commorantem inde divelleret, & ad se alliceret, illam tunc ad eum dedit epistolam (*b*), qua locum ipsum ad commorandum delectum cum describit, ac velut in tabula pingit, pluribus laudibus celebrat, adeoque ad institutum accommodatum, ut nihil sit, quod possit Tiberina cum illo aliqua saltem ex parte conferri; unde & illud habet in fine: *An non igitur animadvertis, quo periculi ego stultus venerim, cum hujusmodi sedem cum Tiberina, hoc est orbis barathro, commutare studerem?* Hæc idcirco Basilius, quod illi jam pene Gregorius suasisset, una secum in Tiberina vitam ducere solitariam. Sed Basilius ei, ut Tiberinam relinqueret, persuadet, & in eremum Ponticam commigraret. Gregorius vero hisce jocis aspersam cum Basilii epistolam accepisset, refertas jocis itidem ad eum litteras reddidit (*c*), quibus veluti Pausonii conversa tabula, eundem a Basilio descriptum Ponticæ eremi locum delectum, horridum, asperum, sterilem, ac ferarum potius

(b) Apud Greg. ep. 5.

(c) Greg. ep. 7.

quam hominum, vel damnatis præscriptam sedem ad habitandum, esse demonstrat. Extant quidem ambæ ipsorum eædem tum scriptæ litteræ, quas licet sæpe perlectas rursum legens magnam ex eis capio animi voluptatem. Ceterum de loco a se ad monasticæ vitæ institutum delecto, haud falsa videri potest jactasse Basilius: ubinam autem in Ponti regione locus ille sit situs, cum diu pervestigarim, reperi tandem fuisse ad ripam Iris fluminis haud ignobilis: nam ipse Basilius ad Eustathium scribens, hæc habet (*d*): *Sæpenumero nos, ubi ad fluvium Iridem degebamus, invisisti, cum mecum esset Deo dilectissimus frater Gregorius, & ad eundem mecum vitæ scopum contenderet.* Locus autem ille, ubi consedit Basilius, Matara nomine dicebatur, de quo ipsemet (*e*) meminit ad eundem Gregorium scribens.

Locus Eremi S. Basilii.

(d) Basil. epist. 79.

(e) Apud Basil. ep. 110.

LXXI. Porro quales esse solerent regiones, quas Iris amnis interluit, satis erit, uno teste (*f*) Strabone, hic referre; qui cum fluminis ortum in Pontica regione, & ad mar Euxinum exitum accurate describit, hæc de ipsis, quas allabitur, regionibus: *Hac de causa*, inquit, *planicies hæc semper roscida est, & herbis viret, sufficitque alendis boum & equorum armentis, sementem plurimam excipit elymi atque milii, atque adeo numquam frugibus destituitur: nam aquarum copia quavis siccitate est valentior. Itaque fames numquam ad istos homines pertingit, cum montana etiam tantam abundantiam præbeant sponte sua nascentium & silvestrium fructuum vitis, pyri, mali, & eorum quæ sunt de genere nucum; ita ut toto anni tempore largiter decerpere fructus possint, qui in silvas eunt: cum alii etiamnum de arboribus pendeant; alii in foliorum, quæ defluxerunt, strue copiosa & densa, jacentia inveniantur, omnis etiam generis venationes in frequentissimo sunt usu ob fertilitatem soli.* Hactenus Strabo; ex quibus apparet, potiora fuisse jura Basilii, quam Gregorii. Ceterum erant hæc omnia amantium cavilli, dulcedine magna compositi, jocique festivi perjucundo lepore conditi: cum nihil penes Gregorium antiquius esset, quam ipsum Basilium convenire, atque una cum illo (quod in optatis diu fuit) reliquum vitæ tempus insolubili nexu transigere, & disciplinam monasticam profiteri, nec amplius aliquo casu ab illo divelli. Quod & incunctanter præstitit, ut diximus, ipsum evestigio consecutus. Nam ut in oratione in laudem Basilii scripta testatur, adeo modico temporis intervallo post ipsum Basilium eamdem Ponti eremum petiit, ut una cum ipso eo se profectum esse testetur, cum ait: *Consultoribus nobis, sincerisque monitoribus ea in re usus, nobiscum hinc profugus in Pontum secedit, pietatisque gymnasia, quæ*

(f) Strab. l. 12.

in

in illis locis erant, moderatur. Hæc ipse; ex quibus illud intelligas, etiam ante Basilii illuc adventum, apud Ponti solitudines jam quædam esse cœpisse habitacula monachorum; quod & Basilius ipse testatur ea epistola, quam scripsit ad Eustathium (*a*). Sed de his postea dicturi sumus.

(a) *Basil. epist. 79.*

LXXII. Rursum vero, quod etiam ad tempus spectat horum profectionis in Pontum; & illos quidem errare certum est, qui dixerunt, eam contigisse vivente adhuc Constantio Imperatore: nam cum nonnisi post Eusebii electionem id factum sit, liquido constat non ante Julianum Imperatorem extitisse, cujus tempore certum est, Eusebium ad Episcopalem Præfecturam fuisse evectum. Quæ autem attinent ad ipsorum vitæ institutum, inferius explicabimus. Nunc ad res gestas Juliani in diversas Ecclesias debacchantis redeamus, denuo opportuniori tempore Gregorium & Basilium invisuri.

Juliani persecutio in Galatia.

Quid interim in vicinia Cappadociæ provincia Galatiæ actum sit adversus Basilium Ancyræ presbyterum operæpretium est enarrare; refert sic Sozomenus (*b*): *Basilius*, inquit, *religionis Christianæ perstudiosus, quamdiu regnavit Constantius, tamdiu Arianis dumtaxat impugnandis operam navavit; & eam ob causam sententia & decreto Eudoxianorum, conventus agere prohibitus est. Sed ubi Julianus solus administrabat Imperium, varia circuivit loca, quo sedulo hortaretur Christianos, ut suæ religioni mordicus adhærescerent, & ne Gentilium victimis se, & libamentis pollnerent, proque nihilo ducerent honores ab Imperatore sibi delatos: eos enim ad solum tempus durare, & ad extremum mercede sempiterni exitii remuneratum iri. Dum ista sedulo molitur, non in suspicionem solum a Gentilibus, sed etiam in odium vocatur. Stansque in loco publico, & videns eos hostias immolantes, graviter ingemiscit: orat Deum, ut nullus Christianus illo errore capiatur. Ob quam causam illico comprehensus traditur Præsidi provinciæ: atque in singulis certaminibus multa perpessus tormenta, constanti animo ac virili martyrium sustinuit. Atque tametsi ista quidem hoc modo præter Imperatoris Juliani sententiam acciderunt (haud enim patiebatur gloria martyrii adeo celebris decorari Fideles) tamen constat, alios non paucos, eosque generosos viros, eo regnante, atque adeo volente, martyrio occubuisse. De quibus omnibus, licet variis temporibus martyrium subierint, uno tamen loco, quo planior fieret historia, pariter disseruimus*. Hucusque Sozomenus.

(b) *Sozom. l. 5. c. 10.*

Basilii Ancyrani Martyrium.

LXXIII. Porro Basilii presbyteri Ancyrani, tam Græcis, penes quos passus est, quam Latinis, anniversaria diei natalis, undecimo Kalendas Aprilis, publicis scripta tabulis in Ecclesia memoria perseverat. Et ne quempiam, vel levis suspicio tangat de ejus gentili, Basilio item dicto, ejusdem Ancyræ civitatis Episcopo, quem Arianæ blasphemiæ fuisse acerrimum defensorem, tertio Annalium tomo sæpius demonstratum est; meminisse debes, lector, ejusmodi scrupulum nos dimovisse in Notationibus ad Romanum Martyrologium, ubi Sozomeni (*c*) auctoritate demonstravimus, post obitum Juliani, tempore Joviani Imperatoris ipsum Basilium Episcopum fuisse superstitem, atque recantasse palinodiam una cum aliis, oblato Joviano Imperatori libello, quo professus est se Nicænæ fidei assertorem: ex quo perspicuum redditur, hunc Basilium presbyterum longe alium esse ab illo Ariano Episcopo Ancyrano. Passi quoque eodem Juliani tempore Ancyræ Melasippus, Antonius, & Carina leguntur: quorum dies natalis septimo Idus Novembris, tum Græcis, quam Latinis est nota (*d*).

Duo Basilii Ancyrani.

(c) *Sozom. l. 6. c. 4.*

(d) *Menol. Leg. & Martyrol. Rom. ea die.*

LXXIV. Nobile etiam in eadem Galatiæ provincia certamen exegit Philoromus presbyter, de quo hæc Palladius (*e*): *Hic eo tempore, quo Julianus infelix tenebat Imperium, sæcularibus renunciavit rebus; magnaque iidem interrogatus ab eo cum auctoritate respondit. Quem tunc ille, calvitie eidem prius facta jussit a pueris verberari. Qui supplicium plagarum patientissime ferens, maximas ei gratias egit, sicut postea nobis & ipse referebat*. Ita de ejus confessione Palladius, plura autem addit de vita monastica ab eo suscepta, mira ciborum abstinentia, suorumque animi motuum moderatione; quem adhuc, cum ea ipse scriberet, fuisse superstitem annos natum octoginta, tradit, cum jam obiisset religionis causa longam satis peregrinationem; de qua sic ait: *Pedestre iter omne conficiens, Romam usque pervenit, atque in Ecclesia S. Petri Paulique orationibus factis, rursum ad Alexandriam pedestris remeavit, ubi iterum preces fudit in basilica martyris Marci. Hierosolymæ vero secundo fuit pro honore sanctorum locorum; propriisque semper sumptibus & pedibus martyres sanctos in omnibus sufficienter honoravit; qui & ad nostram ædificationem sæpe dicebat; non se meminisse, quod umquam sensibus suis a Deo fuerit separatus*. Hæc Palladius.

Philoromi certamen.

(e) *Pallad. in Lausiac. c. 31.*

LXXV. At Julianus, qui absque ullo Catholicorum aut hæreticorum delectu Christianum nomen ubique insectaretur in omnibus; omnes cujusvis sectæ Christianos in se provocavit; atque adeo, ut hæretici quoque ei obniti magnis animis sæpe studuerint. Nam præter Marin Chalcedonensem Episcopum, de quo dictum est (ne digrediamur a Galatia, de cujus rebus tum gestis agimus) præclara admodum extitit Busiris hæretici Encratitæ confes-

(a) Sozom. l. 5. c. 10. fio; de quo hæc Sozomenus (a): *Ajunt præterea Busirim Ancyræ, quæ est urbs Galatiæ, nobile ac strenuum pro fidei con-*
Busiris confessio. *fessione certamen confecisse; quem tum quidem hæresis Encratitæ vocatum fautorem, Præses Provinciæ illum, quod juveniliter in ritus Gentilium insultaverat, comprehendit, cædereque verberibus constituit; atque in publicum locum ad equuleum deducens, sublimem suspendi jubet. Tunc Busiris manibus ad caput sublatis, sua nudavit latera, & ad Præsidem dixit: non esse opus, ut lictores in ipsa tum in equuleum tollendo, tum inde rursus deponendo, laborem frustra susciperent; se enim absque eorum opera, quo ille vellet modo, latera sua præbere tortoribus, paratum esse. Quam ejus pollicitationem licet Præses admiraretur, tamen in experiendo multo magis obstupuit. Nam cum latera ejus unguibus tantisper lacerarentur, dum visum esset Præsidi; manibus ad cælum sublatis, patienter admodum toleravit. Ac plagas libenti animo excipiens, in vincula postea conjectus est. Non diu autem post, cum nunciatum esset, Julianum interfectum esse, inde dimissus est, & ad Imperium usque Theodosii vitam propagavit, condemnataque sua priore hæresi, se ad Ecclesiam Catholicam recepit.* Hæc Sozomenus.

LXXVI. Venerat Julianus in Galatiam hoc anno circa mensem Septembrem, indeque Pesinuntem Phrygiæ civitatem, memoria Matris deum apud Ethnicos celebrem:
(b) Amm. lib. 22. *Ubi* (inquit Ammianus b) *venerato numine, ostiisque litata, & votis, Ancyram rediit. Eumque exinde progredientem ulterius multitudo inquietabat, pars violen-*
Adolescens christianus contemptor Idoli. *ter abrepta sibi reddi poscentium, alii querentes consortiis se curiarum addictos injuste, &c.* Fuisse has querelas Christianorum constat ex iis quæ dicentur inferius, cum de promulgatis ab eo in Christianos legibus agemus. Quid autem in famosum idolum per Julianum restitutum, contumeliose quidem, sed pie egerit Christianus adolescens; quæve tum ipse, tum alter passi fuerint, & specimen invictæ constantiæ ediderint, Gregorius Nazianzenus narrat his verbis (c): *Nec his qui-*
(c) Greg. Naz. orat. 2. in Jul. *dem juvenibus sumus abjectiores, qui te imperante floruerant. Ex quibus alter cum ob deorum tuorum Matrem contumeliose vexatam, aramque dirutam, in judicium quasi capitis reus abductus fuisset, ut victor ingressus est, purpuramque tuam & sermones tuos ut inanes & futiles effuso risu prosecutus, cum majore libertate & fiducia egressus est, non secus ac si a cœna & luculento convivio rediisset. Alter cum ungulis toto corpore altissime impactis laceratus esset, vulneribusque oppressus ac pene confectus; ab eo tamen tantum abfuit, ut tormentis frangeretur, aut præ-*

sentium dolorum quicquam grave & acerbum existimaret, ut posteaquam partem aliquam corporis a vulneribus intactam illæsamque perspexisset, carnifices etiam ipsos accusaret ut contumeliosos, nec totum corpus decorantes, sed aliquod non concisum profanumque relinquentes; simul etiam tibiam ostenderet, velut solam ungularum expertem; eosque ut ne huic quidem parcerent, hortaretur. Hucusque Gregorius. Existimavit interpres, posteriorem hunc fuisse Theodorum, de quo, cum agemus de rebus Antiochenis, dicturi sumus. Sed quod plures sub Juliano invictæ animi constantiæ specimen ediderint, nec in Theodoro quicquam hujusmodi legatur; ut hæc illi potius quam reliquis adscribantur, nulla quidem specialis ratio suppetit.

Quod rursum spectat ad Pesinuntis Matris deorum sacra: cum primum illa restituit Julianus, creavit in eis sacerdotem LXXVII.
De Calixene sacerdote. Calixenem, ante Cereris sacerdotio insignitam, summe laudatam inter Ethnicas mulieres; ad quam extat hac de re ejusdem Juliani (d) Epistola, in cujus fine (d) Julian. epist. 21.
post alias laudes hæc habet: *Tu*, inquit, *noli parvas has laudes ducere, pro quibus & dii omnes tibi meritas gratias relaturi sunt, & nos pro parte nostra te duplici sacerdotio ornamus, atque ad illud, quod antea habebas cum Cereris sanctissimæ, tum magnæ Matris Phrygiæ deæ in sacra Pessinunte sacerdotium adjungimus:* Hæc ad eam Julianus.

Sed quid eodem ferme tempore in Phrygia itidem gestum sit, sic refert Socrates (e): *Erat quidam Meri urbis Phrygiæ pro-* (e) Socrat. l. 3. c. 13.
vinciæ Præfectus, nomine Amachius *: * Almachius.
qui delubrum in ea civitate extinctum aperiri, sordesque in eo jam longo tempore coacervatas expurgari mandavit, simulacraque in eo cultu & observantia prosecutus est. Quod illius factum Christia- Martyres Phryges.
norum animis acerbum incussit dolorem. Idcirco Macedonius, Theodulus, Tatianus, zelo pietatis Christianæ inflammati, istam ægritudinem ferre non poterant; sed flagranti erga virtutem studio præditi, noctu in delubrum irruunt, simulacra confringunt. Quo quidem facinore cum Præses graviter animo esset commotus, & propterea complures in civitate, qui criminis omnino erant expertes, neci dare contenderet; auctores facinoris ultro se illi obtulere, proque veritate ipsi mortem multo maluerunt oppetere, quam ferre, ut alii ipsorum causa vitam amitterent. Quibus comprehensis, Præses mandatum dat, ut pro facinore ab ipsis admisso, se simulacris immolando, purgarent: minaturque se illos, si istud facere recusarent, acerbo mulctaturum supplicio. Illi, utpote excelso & magno animo præditi, neglectis ejus minis, ad omnem cruciatum sufferendum se paratos ostenderunt; maluerruntque

mul-

multo magis vitam deserere, quam se sacrificiorum labe ipsos polluere. Præses igitur, ubi aliis omnibus tormentorum generibus eos exercuerat, ad extremum craticulis imponit, ignemque subdi jubet; quo quidem cruciatu oppressi, e vita migravere. Et quo rebus tam fortiter pro veritate abs se gestis insigne quasi fastigium imponerent; hæc sunt verba ad Præsidem elocuti: Si cupiditate educeris, Amachie *, carnes assas degustandi, verte nos in altera latera, ne in ipso gustu tibi semiassi videamur. Hunc isti vitæ habuere exitum.* Hactenus Socrates; eadem plane Sozomenus (*a*) & alii. Quorum memoria annua natali die perpetuo consecrata, pridie Idus Septembris, qualibet anni periodo Græcis & Latinis (*b*) publice in Ecclesia agenda recursit.

* Almachie.

(a) Sozom. l.5. c.10. Suidas, & alii.

(b) Menol. & Martyrol. Rom. ea die.

LXXVIII. Antequam autem Juliani profectionem Antiochiam persequamur (ne quid retro relinquamus intactum) de reliquis rebus tum in Propontide, tum in Thracia gestis prosequamur orationem. Cyzicus in Propontide civitas commixta erat Christianis atque Gentilibus: *Hi* (inquit Sozomenus *c*) *de rebus suis & de perficiendis deorum delubris Legatos ad Imperatorem mittunt; quorum curam ac studium in rebus sacris positum laudat ille quidem, & sua ipsi[illegible]stulata concedit omnia. Eleusium ant[illegible]illius urbis Episcopum* (quem inter Semiarianos profitentem diximus) *in carcerem concludit, utpote qui illorum fana vastasset, delubra affecisset contumelia, parasset ædes ad viduas alendas, monasteria sacris virginibus extruxisset, & Gentiles ad ritus patrios contemnendos induxisset. Interdixit præterea Julianus Christianis peregrinis, qui cum eo erant, urbis Cyzici introitu; causamque attulit, quod esset verisimile, eos religionis ergo seditionem concitaturos: quippe cum Christiani, qui in civitate habitabant, quique idem de Deo sentiebant, subsidio essent illis futuri; quorum nonnulli lanificio publico operam dabant, alii cudendæ monetæ artem exercebant. Qui cum essent quamplurimi, in duas numerosas classes divisi erant, & ex veterum Imperatorum mandato una cum liberis & uxoribus domicilia sua Cyzici collocabant, atque certum tributum quotannis ærario publico pensitabant, alii chlamydes militares, novam recentemque monetam alii.*

(c) Sozom. l.5. c.14.

Quid in Cyzicenos Julianus.

LXXIX. *Quamquam autem omnino secum statuerat Julianus religionem Gentilium stabilire; tamen inscitiæ putavit esse, populum, qui victimas immolare nollet, vel cogere vi, vel supplicio afficere. Tanta enim erat eorum multitudo, ut magistratus cujusque civitatis ægre illorum numerum subducere, & in tabulas referre potuerint. Porro eos neque in unum convenire, neque pro arbitrio preces facere vetuit. Certo enim noverat, res, in quibus conficiendis libera voluntate opus est, per vim numquam posse recte geri. At vero clericos & Ecclesiarum Antistites urbibus exigere maturavit: quorum ab Ecclesiis absentia (dicam equidem quod verum est) moliebatur populi conventus dirimere; ita ut neque convenirent in unum, neque doctores haberent, neque sancta perciperent mysteria; denique ut temporis diuturnitate in suæ ipsorum religionis oblivionem venirent. Illudque simul considerabat, quod clerici populum ad dissidium inter se inducere poterant. Itaque cum in hunc modum perfecisset, ut neque seditio facta esset, neque ulla fieri expectaretur; Eleusium, & eos qui cum ipso erant, Cyzico exire jussit.* Hæc Sozomenus.

Conatus Juliani in Christianos.

In Thraciæ autem civitate Hadrianopoli passi sunt Philippus Episcopus, Severus presbyter, Eusebius, atque Hermes, qui post carceres & flagella incendio cremati sunt: quo gloriæ titulo natalis dies ipsorum penes Latinos ac Græcos in publicas Ecclesiæ tabulas relatus est, undecimo Kalend. Novembris (*d*). His jungimus Æmilianum, de quo Theodoretus (*e*): *Præterea Dorostoli, quæ est insignis urbs Thraciæ, Æmilianus, invictus Christi athleta, a Capitolino totius Thraciæ Præfecto in rogum conjectus est.* Meminit ejusdem Æmiliani S. Hieronymus in Chronico, aitque: *Æmilianus ob ararum subversionem Dorostoli a Vicario incenditur.* Sed paulo fusius Græci in Menologio his verbis: *Hic fuit servus cujusdam Græci, temporibus Juliani Apostatæ, & Capitolini Præsidis: Cum vero Christum coleret, & idola insectaretur, nactus opportunum tempus, arrepto malleo, ingressus in templum, idolorum simulacra omnia contrivit, & sacrificia dispersit; adiensque Præsidem, seipsum denunciavit; quocirca verberatus, & in fornacem injectus, spiritum Deo commendavit.* Hactenus ibi. Ad hunc plane allusisse videtur S. Ambrosius (*f*), cum scribens ad Theodosium ait: *Quot se offerre habent tali optioni, cum meminerint, tempore Juliani, illum qui aram dejecit, & turbavit sacrificium, damnatum a judice fecisse martyrium?* Hæc ipse. Quod enim impudentia Juliani in restituendo deorum cultu, erigendis simulacris, instaurandisque sacris, ubique fervesceret; Spiritus Domini ad tam grandia peragenda, procacitatemque Apostatæ retundendam, complures Jerobaales (*g*) effecit, & ad aras destruendas armavit.

LXXX. Martyres Thraces.

(d) Rom. Martyrol. & Menolog. ea die.

(e) Theod. l.3. c.6.

(f) Ambr. epist.29.

(g) Jud.6.

At

LXXXI. At jam ad res Antiochenas transeamus, quæ hoc pariter anno gestæ esse noscuntur. Julianus igitur cum mensibus decem Constantinopoli (ut testatur Zozimus *a*) commoratus esset, jam cogitans bellum Persicum, hiemare statuens Antiochiæ cum exercitu, illuc iter tendens, recedit Constantinopoli: *Quam* (inquit Ammianus *b*) *reliquit incrementis maximis fultam: natus enim illic, diligebat eam, ut genitalem patriam, & colebat: Potestatem enim* (ait Zosimus *c*) *urbi fecit habendi Senatus, ut in urbe Roma. Simul portum ei maximum struxit, qui naves ab Austro periclitantes ab injuriis defenderet, una cum porticu, quæ Sigma litteram potius, quam directam formam refert, & ad portum deducit. Itidem ædificata in regia porticu bibliotheca, & in ea repositis libris, quotquot habebat; ad gerendum Persicum bellum se se parabat. Ubi decem totos menses Byzantii commoratus esset, Hormisdam & Victorem Duces constituit, atque cohortium Præfectis & exercitibus traditis, Antiochiam profectus est. Quanta quidem cum tranquillitate ac religione totum hoc iter confecerint milites, non est necesse dicere.* Redigit ipsum iter Ammianus (*d*); Zosimus (*e*) autem hæc addit: *Antiochiam ingressum perbenigne populus excepit; sed quod item natura spectandorum ludorum cupidus esset, magisque voluptatibus quam seriis negotiis deditus; non abs re prudentiam & modestiam Imperatoris in rebus omnibus ægre ferebat, qui & de theatris se subduceret & raro ludos, nec toto die spectaret. Itaque porteatosis quibusdam vocibus jactatis, eum pungebant. Imperator semet ulcisci voluit non facto, pœna eis ulla irrogata, sed oratione quadam urbanissima tam in ipsos, quam urbem composita; quæ tantam in se cum irrisione continet acerbitatem, ut ubique terrarum deridendis Antiochenorum probris suffecerit.* Hæc Zosimus.

(a) Zosim. l. 3. — (b) Amm. l. 22. — (c) Zosim. l. 3. — Julianus venit Antiochiam. — (d) Amm. l. 22. — (e) Zosim. l. 3.

LXXXII. Hanc quidem orationem idem Julianus (ut auctor est Gregorius Nazianzenus *f*) *Misopogonem*, & *Antiochicam* appellavit; in hoc ultimo titulo Dionem imitatus, qui ex locis, ubi dictæ essent, nomen apposuit orationibus: quod factitarunt & alii: *Quæ* (inquit ipse Gregorius) *quid apud Christianos abjectius & contemptius? cui tum quidem purpura magnitudinem afferebat, & palpones illi, qui tua omnia laudibus in cælum ferebant. Nunc autem barba corrupta est & raptata, simulque cum iis, a quibus elaborata est, irrisa.* Intelligit, puto, Libanium rhetorem Antiochenum, cujus scripta Julianus ut dictum est, adeo admirari consuevit; cum tamen & ipse Libanius eodem argumento duas scripserit orationes, de quibus hæc Socrates (*g*): *Ex qua re Libanius sophista (hoc enim quoque nomine rhetores dicebantur) ansam ad scribendum arripiens, tum orationem illam, quæ πρεσβευτικὸς inscribitur, id est, qua Imperatorem pro Antiochenis exoravit; tum eam, quæ, Oratio ad Antiochenos de ira Imperatoris adversus illos, dicitur, composuit. Fertur, sophistam illum has quidem confecisse orationes, in vulgus tamen minime protulisse: Imperatorem autem non re ipsa in eos, qui contumeliis ipsum affecerant, vindicando, sed dicteria solum retorquendo, iram suam posuisse: Nam oratione illa, quæ,* Antiochica, *sive* Misopogon, *id est, Odium barbæ, inscribitur, ab ipso composita, civitati Antiochenæ contumeliæ notas inussisse ad perpetuitatem.* Hæc Socrates. At secus accidit; nam summam inde Antiocheni laudem su[illegible]nsecuti. Sed quod eadem oratione Ju[illegible]nus nihil aliud conatus sit, quam philosophum ostentare; idcirco hæc mox Gregorius affirmat his verbis: *In qua*, inquit, *oratione tu quidem nomine valde intumescis, ac velut admirandum quiddam profere, quod in corporis cultu frugalitatem colueris, nec ullam umquam ex ingluvie cruditatem contraxeris; quod autem Christianos adeo acerbe insectatus sis, tantamque gentem, tamque sacram oppresseris, atque confeceris, consulto præteris.* Hæc Gregorius de Misopogone.

(f) Greg. Naz. orat. 4. in Jul. — Misopogon Juliani. — (g) Socrat. l. 3. c. 5.

LXXXIII. Cur autem id fuerit ab eo nomen inditum orationi, & quibus ipse ad ejusmodi conficiendam scriptionem impulsus fuerit, dicendum est. Cum enim Antiochena civitas Christianis referta esset, atque in Julianum ob impietatem infensissima; ut primum illum cum exercitu venientem excepit: quod aliter contemptum divinum numen vindicare cives non

Dicteria in Julianum.

PAGIUS VII. A num. LXXXI. ad LXXXV. Ammianus lib. 22. cap. 14. sub Consulatu *Mamertini & Nevitta* hoc anno gesto perperam scribit, *Julianum* hoc anno *Misopogonem* composuisse. Is enim liber, ut recte Valesius in Notis ad Ammianum, anno sequenti publicatus est. Etenim & Kalendarum Januariarum meminit Julianus, quibus ipse Consul processit, & Juliani avunculi sui mortem commemorat, qui anno CCCLXIII. interiisse dicitur ab Ammiano. Postremo in pag. 86. Antiochenses inducit conquerentes, quod gravitatem ac tristitiam ipsius jam mense toleraverent. Ingressus autem erat Antiochiam sub exitum mensis Julii. Igitur anno sequenti id Opus *Julianus* edolavit. Quare Petavius in Notis ad Juliani Misopogonem, ubi hoc anno hunc librum scriptum dicit, ab Ammiano deceptus est.

Julianus Misopogonem componit.

VIII. Socrates lib. 3. cap. 17. non dicit, *Julianum* taurum in Numismate insculpsisse, qui mundum cornibus expugnaret, ut perperam Interpretes Socratis locum intellexere. Hoc solum dicit Socrates, inquit Valesius in Notis ad Sozomenum lib. 5. cap. 19. Antiochenos Julianum deridentes dixisse: *Nummi tui taurum habent, &*

Dicteria Antiochenorum in Julianum.

Or.

non possent; deridere eum scommatibus, dicterilsque proscindere aggressi sunt: atque in primis ab ipsius vultus specie, nempe a philosophica promissa barba aucupati sunt ludibrii argumentum: ut eam ob causam illum nominarent hircum, utpote præseferentem barbam hircinam, ex qua funis intorquendus esset; his addentes pleraque alia, quibus ejus impietas falsis derideretur dictis ac jocis. De quibus omnibus Ammianus (*a*): *Post quæ*, inquit, *multa facete in se dicta comperiens, coactus dissimulare pro tempore, ira suffiabatur interias. Ridebatur enim, ut Cecrops, homo brevis, humeros ostentans angustos, & barbam præseferens hircinam, grandiaque incedens, tamquam oti frater & Ephialtis, quorum proceritatem Homerus in immensum tollit: itidemque victimarius pro Sacricola dicebatur, ad crebritatem hostiarum alludentibus multis: & culpabatur hic * opportune, cum ostentationis gratia vehens licenter pro sacerdotibus sacra, stipatusque mulierculis lætabatur; & quamvis his, paribusque de causis indignaretur; tacens tamen, motumque in animi retinens potestate, solemnia celebrabat.* Sic ipse; atque hæc de barba & alia quædam, jam cum junior esset & in Galliis militaret, ab aulicis Constantii objectari illi solita erant; unde idem auctor superius (*b*): *In Palatio adulandi professores jam docti, recte consulta prosperèque completa vertebant in deridiculum, talia sine modo strepentes insulse: In odium venit cum victoriis suis capella, non homo; ut hirsutum Julianum carpentes, appellantesque loquacem talpam & purpuratam simiam, & litterionem Græcum, & his congruentia plurima atque vernacula.*

(*a*) Amm. lib. 22.

* hinc.

(*b*) Amm. lib. 17.

LXXXIV. Addit præterea Gregorius Nazianzenus (*c*): *Quid*, inquit, *probiberet, quominus nos quoque Romanorum atque adeo Orbis universi (quemadmodum ipse dæmonum fraude circumventus existimabat) Imperatorem, eodem ludo alescentes, Idolianum vocemus, & Pisæum, & Adonæum, & Tauricremum, ut jam nonnulli quoque nostrum lepidi & festivi homines appellarunt (quandoquidem mira est hujus rei facilitas) aliisque omnibus nominibus, quæ vel inflectenda & commutanda, vel creanda, ac vere ipsi objicienda nobis bifaria porrigis?* Hæc ipse. Porro dictum esse Julianum Pisæum a Jove Pisæo, qui colebatur in Elidis; & Adonæum ob Adonidis festa, quæ ipse cum mulierculis Antiochiæ celebrabat; omnes facile intelligere existimamus. Tauricremum vero appellatum esse ob tauros plurimos ab eo immolari solitos, nemo non intelligit: Imperatorem enim (inquit Socrates (*d*)) utpote superstitione admodum obligatum, tauros ad simulacrorum aras creberrime exsacrificasse constat; & ob eam causam jussisse, ut ara & taurus in ipsius numismate inciderentur. Quin etiam aliud ejusdem numisma taurum continuisse, ibidem Socrates tradit, qui mundum cornibus expugnaret. Sed hujusmodi numismata videre minime licuit: quod vero reperimus tauro signatum, hic tibi formis reddendum curavimus.

(*c*) Greg. Naz. orat. 1. in Jul.

Nomina Juliano imposita.

(*d*) Socrat. l. 3. c. 15.

At

(*e*) Accemptum numisma ab Angelo Breventano Papiensi.

(*e*)





PAGIUS *Orbis eversus est*. Gloriabatur nempe Julianus, quod templa ac sacrificia reparasset, quodque centenos interdum tauros Jovi immolaret, ut scribit Ammianus. Quare, cum in ejus Nummis taurus esset insculptus, hinc jocandi ansam arripientes Antiocheni dicebant, *non tauros a Juliano, sed Orbem mactatum esse*, seu, ut loquitur Sozomenus, *Orbem eversum esse, perinde ac tauros supinos*: Resupinari enim, seu ἀνατετράφθαι, quo verbo utitur Sozomenus, proprium est victimarum, quæ cum immolarentur Diis cœlestibus, resupinari consueverant. Porro in Nummis Juliani postquam Augustus nuncupatus est, *taurum* insculptum fuisse, ostendunt ejus Numismata apud Mediobarbum. In uno exhibentur taurus cum aquila, in aliis taurus cum duabus stellis, & in altero taurus cum duabus stellis, ante quem aderat ciconia pede sinistro elato. Ex quibus Nummis plures Antiochiæ percussi, ut in illis legitur.

Inane studium Juliani.

At hæc omnia & alia his similia, publicæ voluisse oratione refellere, & contra vulgi blaterationes diserta, ut sibi videbatur, oratione differere, nec philosophi quidem, nec Imperatoris fuit officii: quorum alterius id fuisset muneris contemnere, deridere; alterius vero dissimulare, & alia occasione populum ad seria quæque alia cogitanda necessitate compellere. At quid hic luculenta illa præstit oratione? nihil prorsus, nisi (quod Ammianus ait *a*) ut eos ad hæc crebrius inculcanda & alia his addenda provocarit: cum ea sit natura vulgi, ut in altercando minime patiatur verborum jaculis superari; effecit & illud egregie, ut quæ jactata in auras inanes, si non aliter, temporis saltem spatio oblivione delenda forent; ex ea ab ipso conscripta oratione remanserint monumentis perpetuis consignata.

(a) *Amm. lib. 22.*

LXXXV. Quibus enim verbis se putavit abluere, illis seipsum deformius infecisse, quis dubitat? at cum peregregie in eodem Misopogone de barba ait ironice (*b*): *Me vero si maxime laudare vellem, non possem; at vituperare infinitis modis potero; & primum a persona ordiar. Huic enim, quod, ut arbitror, natura non multum pulchritudinis ac venustatis dedisset, ipse morositate quadam & acerbitate animi longam istam barbam addidi, quasi pœnas ab ea exigens, nulla quidem alia de causa, nisi quod natura elegantior non fuisset. Ideo discurrentes in ea pediculos perfero, tamquam feras aliquas in silva; neque largo edendi & bibendi mihi potestas est: cavendum enim esse arbitror, ne imprudens pilos una cum pane devorem. Nam de accipiendis dandisque osculis nihil laboro: tametsi ad cætera & illud incommodi habere videtur barba, quod non sinit pura puris eoque suavioribus (ut opinor) labris labra adjungere: quod olim etiam quidam usurpavit, qui Pani & Calliope propter iis in Daphnem fecit poemata. At vos etiam funes ex ea necti oportere dicitis. Equidem id vobis perlibenti animo concedam, modo pilos possitis extrahere, neque eorum asperitas vestras molles & delicatas manus offendat.* Sic ipse, qui & pluribus invehitur post hæc in glabros ac tonsos. Et inferius: *Cum ad urbem liberam venirem, quæ capillorum squallorem ferre non potest; veni ad eam cum longissima barba & intonsus, quasi copia tonsorum deesset; judicasses profecto te Smicrinem videre, aut Thrasyleonta, &c.*

(b) *Julianus in Misopog.*

Quid de sua barba Julianus.

LXXXVI. At illud magis terigit Julianum, cum iidem Antiocheni subobscuris quibusdam dictis ipsum execrari, Christi vero nomen & memoriam celebrare, & Constantium in Juliani impietatis ultionem expetere declararent: unde idem inferius (*c*): *Deinde ex barba mea funes necte oportere? postremo me, X, Chi, bellum indixisse, &, K, Cappa, desideratis (per X, Christum, per K, Constantium intelligentes) Utinam dii custodes hujus urbis id vobis duplex largiantur (nempe X, & K,) quoniam civitates finitimas, quæ & diis mecum serviunt, & sanctæ sunt, calumnia vexastis; quasi quæ in me composita sunt, ab illis profecta essent; quem, scio, magis amant, quam suos liberos; qui deorum templa quamprimum restituerunt; sepulcra vero atheorum omnia, signo a me nuper dato, everterunt, ita elati & erecti animis, ut scelera eorum, qui deos violarunt, acrius etiam quam mea ferebat voluntas, vindicarint. Quod vero ad vos attinet, plerique vestrum erectas olim aras everterunt, quos mea lenitas vix adhuc potuit ad sanitatem & quietem adducere.* Ac rursum superius eandem ingerit ænigmaticam in se Antiochenorum querelam his verbis (*d*): *At enim*, inquit, X, Chi, & K, Cappa *nihil civitati nocuerunt. Hoc sapientiæ vestræ ænigma quale sit, difficile est intelligere. Nos tamen quosdam vestrum interpretes nacti, didicimus his litteris nominum quorundam initia significari, altera littera Christum, altera Constantium declarari. Sinite igitur me libere quod sentio dicere. Una in re tantum injuriam vobis fecit Constantius, quod me, cum Cæsarem fecisset, non vita privavit. Nam quod ad reliqua attinet, utinam vobis solis ex omnibus Romanis dent dii multos Constantios, vel potius amicorum ejus rapinas experiri:* & paulo post de Christo: *At*, inquit, *Christum amatis, & quasi numen tutelare colitis pro Jove, & Daphnæo, & Calliope, quæ vestram captionem explicavit. An vero Emeseni Christum amabant, qui Galilæorum sepulcra succenderunt? &c.* Sed de Emesenis inferius.

Querelæ Juliani in Antiochenos.

(c) *Julianus in Misopog.*

(d) *Julianus, ibid.*

LXXXVII. Fuit & illa expostulatio Juliani, quod Christiani Antiocheni ad sepulcra martyrum preces ad Deum frequentarent, rogantes eripi a tyrannide Juliani: meminit horum ipse in eadem oratione, cum ex illorum persona sic ait (*e*): *Odiosam istam severitatem septimum jam mensem perpessi, vota quidem & preces, quo tantis malis eriperemur, ad vetulas dimisimus, quæ circa sepulcra mortuorum assidue versantur.* Subinfert clamores in se Christianorum, cum ipse templa adiret, & alios secum duceret. Cæterum & illud accessit, quo Julianus magnopere commotum se fuisse, eadem oratione testatur; quod scilicet Antiochenorum culpa Apollo Daphniticum templum deseruisset, & mutus prorsus redditus esset; testatur id ipse, cum eadem oratione hæc ait: *At mihi quidem videtur Deus multo ante conflagrationem templo excessisse: etenim primo statim introitu statua ipsa*

Studia Antiochenorum in Julianum.

(e) *Julianus in Misopog.*

id mihi indicavit ; atque hujus rei testem appello magnum Solem adversus eos, qui nolunt credere. Id vero ipsorum civium culpa accidisse, mox subdit : *Enimvero*, inquit, *alia mihi deinceps erga vos offensio commemoranda est ; deinde me (quod adhuc feci) conviciis onerabo, deque ea meipsum criminabor & vituperabo. Decimo fere mense, ut vos numeratis (is opinor, Loos a vobis nominatur) patrium festum est hujus Dei*, nempe Apollinis Daphnæi, *& magno studio ad Daphnem concurritur. Ego igitur ab Jove Casio illuc advolavi, existimans me ibi maxime vestras opes & magnificentiam spectaturum ; atque jam tacitus apud me magnificam aliquam pompam fingebam, & quasi somnians victimas, libationes, choreas in deum, thura, pueros in templa, tum animis dignissime deo compositos, tum veste candida eleganti que illustres intuebar. Ingressus autem in templum, neque thura, neque placentam, neque victimam ullam reperi ; itaque continuo miratus sum, vosque extra templum esse, suspicabar ; sed honoris causa signum a me, tamquam Pontifice, expectare. Percontatus autem de sacerdote, quid esset civitas in solemnibus illis feriis deo sacrificatura : Ego inquit ille, domo anserem istum deo affero ; civitas enim nihil hoc tempore apparavit.* Hæc ibi.

LXXXVIII. Verum antequam ulterius progrediatur oratio, hic admonendum lectorem putamus, præpostero ordine rem ab Ammiano narrari, ex verbis Juliani convinci ; dum ille primo accessum Imperatoris in Daphnem, templique exustionem contigisse, narrat (a), postea vero profectionem ad Casium Jovem (est mons Casius in Arabia,(1) putaturque idem cum Sina) cum tamen ea oratione Julianus ipse testetur, e Jove Casio revertentem ad Daphnis sacra illa se contulisse. Cum vero apud Jovem Casium esset, illuc ad eum profectos ait Ammianus rhetores Ægypti, atque de inveniendo Api spem Juliano injecisse. Sed ad Julianum redeamus, qui cum Daphnitica sacra adeo frigida invenisset : *Hic*, inquit (b), *ego (o me pacis & gratiæ inimicum) cum Senatu gravibus verbis expostulavi ; quæ non sit fortasse incommodum hoc tempore referre.*

(a) Amm. lib. 22.

(b) Julianus in Misopog.

LXXXIX. Juliani oratio ad Senatum Antiochenum. *Grave profecto (inquam ego) videtur, tantam civitatem sic deos contemnere, ut ne in extremis quidem Ponti finibus vicus ullus faceret ; & cum agrum infinitum possideat, instantibus patrii dei solemnibus feriis, dissipata a diis impietatis nebula, avem pro se minime attulisse : cum deceret eam in primis boves tribatim immolare. Quod si hoc difficile erat ; at certe universa civitas debuit & potuit deo taurum afferre. Unusquisque vestrum privatim in conviviis & feriis Maiumæ pecuniam effundit, pro vobis autem ipsis & communi salute, neque privatim, neque publice sacrificatis ; solus sacerdos, qui ex multitudine vestrarum victimarum debuit auctus parte aliqua domum redire, sacrificavit. At dii sacerdotibus tantum honestam ac virtuti consentaneam vitam pro omni cultu imperarunt, itemque ut sacra munera, ut decet, obirent : vestrum autem erat, ut opinor, publice privatimque sacrificare. Nunc vero unusquisque vestrum mandat uxori, ut omnia Galilæis largiatur : quæ ubi pauperes facultatibus vestris aluerunt, egregium impietatis miraculum egentibus, quorum plena sunt omnia, ostentant. Vos autem primum cum Dei cultum honoremque contemnatis, nihil offendere arbitramini. Nemo autem aufert res ad sacra necessarias : quod, credo, non fit ei unde alatur. Cum quispiam vestrum dat natalitia, magnificum apparat convivium, & amicos lautissimis mensis accipit ; & tamen in feriis deorum solemnibus nemo oleum in dei lampada, nemo libamentum, non thus, non victimam attulit. Ego vero, quemadmodum hæc a bonis viris istic accipiantur, nescio ; illud credo, diis ea minime placere.* Hucusque de his ad Senatum Antiochenum oratio Juliani. Sed quid accidit ?

XC. Eugenius & Macarius Juliano restiterunt. Restiterunt tunc & Juliano inter alios Christianos duo presbyteri Antiocheni, spectatæ virtutis homines, eum coram arguentes : fuerunt hi Eugenius & Macarius, quorum res gestæ & initum adversus Julianum certamen expressa habentur in Actis Artemii martyris, qui hoc quoque tempore Antiochiæ martyrium consummavit ; licet Ethnicus auctor Ammianus (c) eum obscurare nitatur (ut Gentiles assolent) criminum objectorum calumniis, nam ait : *Tunc & Artemius ex Duce Ægypti, Alexandrinis urgentibus, atrocium criminum mole supplicio capitali multatus est.* Hæc Ammianus. Passus quidem ille, cum a Juliano accersitus Antiochiam venisset, ut martyrii ejus (d) Acta testantur. At quænam fuerint Artemio objecta scelera, quorum causa Julianus in eum animadverti jussit, Theodoretus paucis his explicat (e) : *Idem porro tyrannus Artemium militum in Ægypto mercatium Ducem, propterea quod illum magistratum Constantii temporibus nactus plurima simulacra confregerat, non solum exuit bonis, verum etiam obtruncavit : hæc sunt mansuetissimi illius & ira temperatissimi*, nempe Juliani (*ab impiis his nominibus appellatur*) *egregia facinora.* Hæc Theodoretus. Hisce igitur criminibus, quod adversus simulacra deorum Artemius bellum acre gessisset, tamquam impius defertur ad Julianum.

(c) Amm. lib. 22.

(d) Apud Metaph. die 20. Octob.

(e) Theod. lib. 3. c. 17.

NOTÆ (1) Montem Casium, de quo Julianus non fuisse in Arabia, sed in Syria superiori prope Seleuciam, docet Norisius dissert. 11. pag. 102.

XCI. Artemii certamen pro fide.

Erat Artemius unus ex militibus iis qui sub Constantino Magno in bello adversus Maxentium tyrannum gesto meruerant, præsensque tunc fuit, oculisque spectavit una cum aliis qui aderant in exercitu Crucis signum, quod tunc in expeditione posito eidem apparuit Constantino: id enim ipse coram Juliano magna animi alacritate professus est, cum illi suam ipsius exprobraret atque objectaret impietatem. Defuncto autem Constantino, Constantius emeritæ militiæ virum, ætate senem, nobilissimis præfecturis honestavit, misitque novissime in Ægyptum cum amplissimo magistratu, quem sciret Imperio Romano fidum, & adversus idola Gentium summo ardore animi æstuantem. Hunc ergo cum exercitu agentem in Ægypto, sub prætextu expeditionis belli Persici Julianus, datis ad eum litteris, Antiochiam ad se venire jussit, Sed opportune accidit, ut cum Antiochiam pervenisset, repererit Imperatorem de duobus illis presbyteris Antiochenis Eugenio atque Macario quæstionem habere. Hæc ipse spectans Artemius, magna animi libertate Julianum impietatis arguit, multaque in eum de falsitate deorum cultus, & Christianæ religionis veritate testatus voce libera inculcavit, eoque adegit ipsum Imperatorem verborum & consilii inopem, ut post alios exhibitos cruciatus eum capite truncari jusserit, non quidem ut Christianum, sed, quod diximus ex Ammiano, tamquam immanium scelerum convictum reum; quod accidit, ut ejus Acta significant, vigesima mensis Octobris; quæ dies tam apud Græcos, quam Latinos (a), natalis ejus annua celebritate notatur. Quæ autem post auditam Artemii necem, secuta est Alexandriæ cædes Georgii Episcopi Ariani, dicemus inferius, cum de rebus Alexandrinis agemus. Cæterum Eugenium & Macarium, quod magnis animis adversus Julianum pro Christiana religione stetissent; ipse, ne eos palam occidendo illustraret corona martyrii, in Oasim Ægypti solitudinem omnium famosissimam relegari mandavit; secreto tamen ministris jubens, ut cum eos illuc perduxissent, gladii animadversione necarent; quod & præstiterunt hoc eodem anno vigesima mensis Decembris, qua eorum anniversaria memoria tabulis Ecclesiasticis commendata, annis singulis, tum Græcis, tum Latinis (b) ex majorum instituto recurrit; in Arabia autem eorumdem cultus celebrior extitit.

Artemii Eugenii, & Macarii Martyrium.

(a) Menolog. & Martyrol. Rom. ea die.

(b) Menolog. & Martyrol. Rom. ea die.

XCII. Conflagratio Templi Apollinis.

Cum vero quæstio de Artemio haberetur, deportarenturque confessores presbyteri in solitudinem Oasenam, exustum esse Apollinis templum in Daphne, eadem acta significant. Cæterum quod Ammianus ait, conflagrasse templum Apollinis undecimo Kal. Novembris, biduo post Artemii martyrium accidisse oportuit: nam ejus Acta habent, passum illum esse decimotertio kalendas Novembris; adeout vel in Ammiano, vel in illis Artemii Actis errorem inesse oporteat, in quibus non ante incendium templi, sed biduo post Artemius martyrio coronatus habetur. Porro ante incendium obmutuisse idolum, ipsemet Julianus in Misopogone testatur; qui tamen causam dissimulandam, immo penitus contegendam esse putavit, aliam afferens, nempe iratum Apollinem in Antiochenos contemptores deorum; de his enim agens hæc habet: *Talia me tum dixisse commemini; meamque orationem Deus testimonio suo confirmavit. Quod utinam numquam fecisset, neque præsidium tam multis annis servatum deseruisset, ac potius in illa tempestate ac procella mentes potentiorum avertisset, manusque cohibuisset.* Hæc tunc ipse ea oratione. Cæterum quod satis perspectum haberet, ex propinquitate reliquiarum S. Babylæ martyris Episcopi olim Antiocheni, idolum obmutuisse, jussisse ipsum inde eas transferri, eadem superius indicat oratione, cum ait: *Postquam vero Daphnes mortuum remisimus, quidam e vobis parum verecundiores erga deos, iis qui demortui reliquiis irati fuerant, templum Daphnæi dei attribuerunt; alii vero sive imprudentia, sive non, templum inflammarunt, horrendumque extiterit spectaculum, populo autem vestro per-* ju-

Causa irarum Juliani.

PAGIUS IX.

B. Babylæ Martyris translatio.

Baron. n. CII. & seqq.

Ad num. XCI. & seqq. Ammianus lib. 22. cap. 13. de rebus hoc anno gestis loquens, ait: *Die XI. Kalend. Novembrium amplissimum Daphnæi Apollinis fanum subita vi flammarum exustum est.* Tum lib. 23. cap. I. subsequentis anni Coss. Juliani olim Orientis Præfecti, & Felicis Præfecti ærarii olim Christianorum, *sed in gratiam Imperatoris Apostatarum* factorum mortem recitat. Præterea Theodoretus lib. 3. cap. 10. de eo incendio & Translatione Reliquiarum S. Babylæ loquitur, ac postea cap. 13. de infelici morte *Juliani* & *Felicis* sermonem habet. Quare Daphnæi templi incendium hoc anno contigit, anno vero sequenti S. Babylæ Martyris Translatio peracta, ut Valesius in Notis ad lib. 5. Sozomeni cap. 8. observavit, ubi D. Chrysostomi in Orat. 2. contra Gentiles de S. Babyla memoriæ lapsum corrigit. Is enim de Juliani Comitis morte ita loquitur, quasi ea ante Translationem Reliquiarum S. Babylæ contigisset, cum tamen anno post illam Translationem acciderit, Juliano sc. IV. & Salustio Coss. ut constat ex Ammiano, initio lib. 23. & ex Theodoreto in lib. 3. Hist. Ecclesiast. Nam Ammianus mortem Felicis ac Juliani refert statim post Consulatum Juliani & Salustii, idest, anno CCCLXIII. Theodoretus vero illorum obitum refert post Reliquiarum S. Babylæ Translationem.

X. Emendandi itaque Annales Baronii qui Chryso-

jucundum, Senatui usque in hanc diem neglectum præbuerunt. At mihi quidem videtur deus multo ante conflagrationem templo excessisse. Etenim primo statim introitu statua ipsa id mihi indicavit; utque hujus rei testem appello magnum Solem adversus eos, qui nolent credere. Hæc Julianus de translatione facta ejus jussu reliquiarum S. Babylæ martyris, deque templi Daphnæi conflagratione. Quæ quidem tunc tamquam scientibus, ut qui eam spectassent, summatim ab eo enarrata, latiori nunc indigent oratione.

XCIII. Audiamus hæc in primis ab Ammiano scriptore pariter Ethnico erga gentilem suum propensiori; indeque narrationem auspicemur, qua ipse demonstrat, Julianum, ut contempti dei sui jacturam compensaret, innumeram hostiarum multitudinem immolasse, ait enim (a): *Hostiarum tamen sanguine plurimo aras crebritate nimia perfundebat, tauros aliquoties immolando centenos, & innumeros varii pecoris greges, avesque candidas terra quæsitas & mari; adeo ut in dies pene singulos milites carnis distentiore sagina victitantes incultius, potusque aviditate corrupti, humeris impositi transeuntium, per plateas ex publicis ædibus, ubi vindicandis potius, quam edendis conviviis indulgebant, ad sua diversoria portarentur; petulantes ante omnes & Celtæ, quorum ea tempestate confidentia creverat ultra modum. Augebantur autem cærimoniarum ritus immodice cum impensarum amplitudine antehac insolita, & gravi. Et quisque (cum impræpedite liceret) scientiam vaticinandi professus, juxta imperitus & docilis sine fine vel præstitutis ordinibus oraculorum permittebatur scitari responsa, & extispicia nonnumquam futura pandentia; oscinumque & auguriorum & omnium fides, si reperiri usquam posset, affectata varietate, quærebatur.* Hæc Ammianus.

(a) Amm. lib. 22.

Juliani immensa superstitio.

XCIV. Quam autem creber in templis & sacris esse soleret Julianus, ipsemet in Misopogone docet his verbis: *Sacrificavit semel Cæsar in templo Jovis, deinde in Fortunæ, deinceps ter ivit ad Cereris: neque enim quoties ad Daphnes templum ierit, memoria teneo, proditum quidem illud custodum negligentia, deletum autem improrum hominum audacia. Veniunt Syrorum Kalendæ? Cæsar rursum ad Jovis Philii. Venit publicum festum? Cæsar continuo ad templum Fortunæ; intermisso vero die nefasto, rursus in ædem Jovis Philii more majorum vota suscipit. Et quis ferat Cæsarem tum sæpe ad templa ventitantem, cum liceat semel atque iterum diis molestiam exhibere?* Hæc & alia Julianus ex persona Antiochenorum in se ipsum insultantium, seque deridentium. Subdit præterea Ammianus: *Hæcque dum ita procedunt more pueris, multarum curiosior Julianus, novam consilii viam ingressus est, venas fatidicas Castalii recludere cogitans fontis; quem obstruxisse Cæsar dicitur Hadrianus mole saxorum ingenti; veritus ne ut ipse, præcinentibus aquis, capessendam Remp. comperit, etiam alii similia docerentur. Ac statim circumhumata corpora statuit exinde transferri, eo ritu, quo Athenienses insulam purgaverant Delon. Eodem tempore die undecimo Kalendarum Novembrium, amplissimum Daphnæi Apollinis fanum, quod Epiphanes Antiochus Rex ille condidit iracundus & sævus, & simulacrum in eo Jovis Olympiei imitamenti æquiparans magnitudinem, subita vi flammarum exustum est. Quo tam atroci casu repente consumpto, id ad usque Imperatorem ira provexit, ut quæstiones agitari juberet solito acriores, & majorem Ecclesiam Antiochiæ claudi: suspicabatur enim id Christianos egisse stimulatos invidia, quod idem templum inviti videbant ambitioso circumdari peristylio.*

Templi Daphnei conflagratio.

XCV. *Ferebatur autem, licet rumore levissimo, hac ex causa conflagrasse delubrum, quod Asclepiades philosophus, cujus in Actis Magnentiæ meminimus, cum visendi gratia Juliani ad id suburbanum venisset, deæ Cælestis argenteum breve figmentum quocumque ibat secum solitus efferre, ante pedes statuit simulacri sublimes, accensisque cereis excussisset: unde medietate noctis emensa, cum nec adesse quisquam potuit, nec juvare, volitantes scintillæ adhæsere materiis vetustissimis; ignesque aridis*

Alia causa conflagrationis templi.

PAGIUS

fostomum secutus, id præsenti anno retulit. Neque enim hac in re standum Chrysostomo, cum SS. Patres in Orationibus res historicas sine certa probatione aliquando narrent. Præterea Theophanes, narrato Daphnensi incendio, ait, iratum Imperatorem misisse *Julianum* & *Felicem*, qui magnæ Ecclesiæ bona publicarent: quod etiam scribit Cedrenus. Addit Theophanes, utrumque paulo post interiisse. Certe D. Chrysostomus, qui annos tantum octo natus erat, eam historiam ab aliis didicerat, & in circumstantiis falli proclive est. Gothofredus in Dissert. in lib. 7. Philostorgii cap. 10. observat, Philostorgium infelicem trium apostatarum, *Felicis* nempe, *Juliani* & *Helpidii* mortem narrare, post ea, quæ circa S. Babylam acta sunt, & post Templi Daphnensis incendium. Quod valide confirmat Gothofredus de Juliano ex Codice Theod. Nam cum incendium illud XI. Kal. Novembris acciderit, duæ occurrunt Constitutiones ad hunc Julianum post illud tempus datæ, puta L. 54. *De Decurionibus*, & L. 5. *De contrah. empt.* quarum prior emissa Kalend. Novemb. altera VIII. Idus Decemb. Erat enim Julianus Comes Orientis.

Ad annum sequentem pertinet.

XI. S. *Artemii* martyrium anno præsenti contigit, ut patet ex Ammiano lib. 22. cap. II. ubi illud recitat sub hujus anni Coss. atque, Alexandrinos, *Artemii comperto interitu*, Georgium Sedis Alexandrinæ invasorem interfecisse.

S. Artemius occiditur.

Qua-

dis nutrimentis evecti, omne quicquid contingi potuit, licet difcretum celfitudine, concremarunt, Hucufque Ammianus poft Julianum. Ex quibus licet rem geftam narratam habeamus, quam Orienti & Occidenti notam diffimulare minime potuiffent; tamen inftar furum, qui cum furto deprehenfi, ubi nullus fit amplius negandi locus, rem effe alienam non inficias eunt, fed aliquo excogitato titulo fibi rem vendicant, val alia fe excufatione a facinore reddunt immunes; haud fecus iidem quoque auctores, ad defenfionem idoli virtute martyris fuperati, incenfi Apollinis, templique divinitus e cælo igne demiffo combufti, vera caufa obvoluta filentio, alias ad excufationem afferre maluerunt.

XCVI. At cum multi fint veteres hiftorici, qui eodem fæculo res geftas Juliani fcripfere, unus nobis pro cunctis in teftimonium adducendus eft fanctus Joannes Chryfoftomus, qui fide certa cæteros antecellens, utpote patria Antiochenus, tunc fub Libanio fophifta difcipulus, cuncta præfens infpexit, atque luculenta oratione in Gentiles confcripta, publica fide, teftibus compluribus eorum quæ fcripfit adhuc viventibus, confignavit; quos & provocat ad redarguendum quod minus certum exploratumque illis videri poffet; ut nefas fit vel leviter fufpicari, latum quidem unguem ipfum a recto veritatis tramite deflexiffe: cujus finceræ fidei, tamquam facræ anchoræ, ut reliqui omnes fcriptores illorum temporum tuto ac firmiter inhærefcant, neceffe eft. Habuit eam orationem Chryfoftomus poft annos viginti (ut ipfe teftatur) ex quo facta fuere: quæ enim adolefcens fpectavit, jam vir Ecclefiaftica tractans, adverfus Gentiles edidit; confirmat autem ea quæ dicit, hujufmodi adjecta conteftatione (a): *Ex iis*, inquit, *qui ea viderunt, fuperfunt adhuc & fenes, & juvenes; quos omnes obfecro & obteftor, fi quid a me hiftoriæ adjectum fuerit, in medium prodant, meque redarguant, &c.* Ita Chryfoftomus, ex cujus verbis plane dignofcitur, omni fide dignu effe quæ ab ipfo referuntur.

(a) Chryf. orat. contra Gent. tom. 5.

Caufa obmutefcentis idoli.

At quod primum fpectat ad loquacis idoli filentium; quænam caufa præcefferit, liberius eam ipfe dæmon latens in ftatua profeffus eft, quam Julianus vel Ammianus rem filentio obvolverunt; licet quod verbis Julianus erubuit profiteri, facto egregie demonftrarit: dum ut idolo muto loquendi tribueret facultatem, offa Babylæ martyris proxime pofita, quafi ipfa obftruxiffent os dei fui, inde afportari præcepit. Sed iftæc primo narrantem Joannem Chryfoftomum audiamus; qui agens de tranflatione Babylæ corporis per Gallum Cæfarem, de qua nos tertio tomo Annalium egimus, hæc habet (b):

(b) Chryf. ead. orat. contra Gent. tom. 5.

Verum antequam ad exactionis modum veniam, quonam modo fcilicet a delubro illo expulfus fit dæmon, illud vos advertare poftulo; Babylam non ftatim, ubi advenit, dæmonem ejeciffe, fed manentem eum otiofum, inertem agendifque rebus ineptum reddidiffe. Illi enim os ita obftruxit ut vel lapidibus ipfis magis mutus redderetur. Et quidem manentem ibi dæmonem fuperaviffe, non minus fuit, quam fi eumdem de loco exegiffet; cum qui loci illius accolis omnibus fucum prius faceret, ne extincti quidem Babylæ cineres contueri fuftineret. Ea eft enim fanctorum poteftas, ut illorum fuperftitum dæmones ne umbras quidem aut veftes, vita autem functorum & loculos quoque reformident. Itaque fi quis iis, quæ ab Apoftolis facta fuiffe prædicantur, fidem non habet, is tandem memoria hujus miracula intuitus, ab impudentia fua defiftat: nam qui de omnibus olim Gentilibus victoriam reportabat, a martyre tamquam ab hero increpitus fuppreffa voce, latrare defiit. Hæc ipfe.

De Babylæ reliquiis.

At hic opportune conjungimus quod Gregorius Nazianzenus (c) in eumdem Julianum acri illa invectiva vehementer exaggerat, cum agens de ingenti vi fanctorum martyrum ita loquitur: *Non victimas pro Chrifto cæfas reveritus es? nec magnos pugiles extimuifti, Joannem illum, Petrum, Paulum, Jacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Theclam, ac eos qui & poft illos & ante illos capitis fui periculo* XCVII.

(c) Greg. Naz. orat. 3. in Jul.

Magna virtus reliquiarum Sanctorum.

lo

PAGIUS Quare male in Chronico Alex. martyrium illud in annum fequentem dilatum eft. Colitur *S. Artemius* die XX. Octobris, quo die ejus Acta apud Surium extant. In iis *Artemius* paffus dicitur die XX. Octobris: quod tamen incredibile, cum nonnifi, eo occifo, Alexandrini in *Georgium* infurrexerint, & hoc interfecto, S. Athanafius Alexandriam venerit, unde ante primum diem menfis Decembris currentis anni, Juliano jubente, exire coactus eft, ut Baronius obfervat. Cum itaque ea quæ Athanafius Alexandriæ egit, nonnifi intra aliquot menfes peragi potuerint, liquet martyrium Artemii ante diem XX. Octobris, quemadmodum & Athanafii in urbem Alexandrinam adventum, contigiffe.

XII. Neque quis dicat, Ammianum laudatum fuffragari Actis S. Artemii. Nam cap. II. Artemii & Georgii mortem recitat, & mox cap. 13. ait: *Eodem tempore die XI. Kal. Novemb. ampliffimum Daphnes Apollinis fanum exuftum eft*. Quibus verbis indicare videtur, Artemium die XX. Octobris interemtum, & Templum Daphnes die XXII. ejufdem menfis incenfum. At hæc difficultas evanefcet, fi confideremus, Ammianum, ubi adventum Juliani ad urbem Antiochenfem narravit, *Artemii* mortem recitare, affereréque, Alexandrinos hujus mor-

S. Athanafius menfe circiter Augufto Alexandriam intrviit,

tis

lo veritatem protexerunt? qui cum igne & ferro & belluis & tyrannis & prusentibus malis & denunciatis alacri animo velut in alienis corporibus, immo quasi corporum expertes dimicarunt: cur? ne pietatem, rectamque doctrinam etiam verbo tenus proderent, quibus præclari honores & festa constituta; a quibus dæmones propelluntur, & morbi curantur: quorum sunt apparitiones & prædictiones; quorum vel sola corpora idem possunt, quod animæ sanctæ, sive manibus contrectentur, sive honorentur: quorum vel solæ sanguinis guttæ, atque exigua passionis signa idem possunt quod corpora: hæc non colis, sed contemnis & aspernaris, &c. Hucusque verba Nazianzeni: revertamur ad Chrysostomum, qui de idolo dicere ita pergit:

XCVIII. *At primum quidem videbatur mutus esse dæmon scilicet ille qui (colebatur ut deus) quod sacrificiorum & aliorum id genus cultuum particeps minime fieret. Dæmonum enim mores ii sunt, ut dum mortales nidore, fumo, sanguine eos invitant & allectant, tamquam canes cruore avidi & belluones, bibendi absorbendique ejus causa præsto adsint: rursus vero dum nemo est, qui ea offerat, quasi fame quadam pereant.* Et post nonnulla eodem argumento præscripta, hæc addit: *Primum igitur videbatur hic dæmon hac, quam diximus, ratione obmutescere: postea autem convictus fuit violenta necessitate præpeditus id facere: motus enim, quo quasi indito in os fræno cogebatur, impedimento fuit illi, quo minus solita contra homines impostura abuteretur. Unde hoc liquet? Sed ne tumultuemini: id enim demonstrabo, atque ita commonstrabo, ut ne illis quidem, quibus maximæ curæ semper fuit impudenter omnia asseverare, in posterum ea impudentia abuti liceat, quoties sermo inciderit vel de veterum illorum dæmonum, vel de istius dæmonis infirmitate. Neque enim mihi conjecturis opus est? neque id attinet planum facere probabilibus quibusdam rationibus; sed ipsum dæmonis hac de re testimonium adhibebimus. Ipse enim vobis lethalem plagam inflixit* (Gentiles enim alloquitur) *vestramque omnem fiduciam in libertatem concidit. At vos ne illi succenseatis: neque enim prudens, sed a majori quadam potestate coactus tyrannidem ipse suam delevit.* Quomodo autem id acciderit eodem imperante Juliano, & plurimis hostiis falsum illum deum vocalem facere ipse conatus sit, sic enarrat (a):

Cur siluis oraculum Daphnes.

(a) Chrys. lib. contra Gent. l. 5.

XCIX. *Daphnem itaque hic idem Imperator, gravitatem ore præseferens conscendit, multisque cum donariis & sacrificiis, manante etiam sanguinis torrente, quem mactatarum pecudum cædes effecerat. Tum a dæmone magna instantia oraculum poposcit, postulans sibi ille iis de rebus responsum ut daret, quas animo agitabat. Ibi strenuus ille scilicet, qui pelagi motum, & qui arenæ numerum novit, qui mutum capit & surdum, qui intelligit idem, ut de seipso profitetur, belle admodum cavit, ne in eum sermonem deveniret, ut aperte testaretur, per S. Babylam & vicinorum virtutem obstructum sibi esse os, ac propterea loqui nequaquam posse; nimirum veritus, ne cultoribus suis ridiculus fieret. Cæterum cum idem adumbrare vellet virium suarum a Babyla devictarum conditionem, cum taciturnitatis titulum aperuit; per quem ridiculus magis reddebatur, quam si prorsus tacuisset: tacens enim imbecillitatem tantummodo suam detexisset; nunc vero & imbecillitatem & turpitudinem & impudentiam declaravit, studens ea adumbrare, quæ adumbrari minime queunt. Quis enim color hic esse potest? Daphnes, inquit, locus cadaveribus scatet; id quod oraculum arcet. Et quanto præstabat, pessime dæmon, martyris virtutem non dissimulare, quam titulum tam impudentem prætexere? Et hæc quidem dæmon.*

Excusat silentium Dæmon.

Imperator autem mente alienata cum esset, perinde ut in scena ludens, fabulamque agens, e vestigio ad beatum Babylam fertur. Quamquam, o nequam ac nequissime, nisi vobis ipsis mutuo verba daretis, inque aliorum exitium colluderetis! quam tandem ob causam tu quidem suppressis manibus, atque in genere de cadaveribus loqueris? tu vero quasi certi alicujus cadaveris nomen exaudisses, aliis intactis, Babylæ unius cadaver movendum tibi sumis? oportebat enim juxta dæmonis sententiam, conditoria ea omnia, quæ in Daphne essent, effodere, & terriculum a deorum aspectu quam longissime abducere. At non de omnibus, inquis, mortuis dæmon verba fecit. Cur igitur id non aperte professus est? nempe tibi impostura fabulam agenti ænigma istud reliquit. Equidem cadavera (inquit) tibi dico, ut ne palam fiat, me victum esse: nam & alioqui reformido Babylam nominatim designare: at tu intelligito quod a me dictum est, atque unum pro omnibus martyrem amoveto: ille enim est, per quem muti efficimur. Tantu certe dementiu dæmon cultores suos a se damnatos esse voluit, ut tam apertam imposturam capere nequirent.

C. Babylam potentiorem se Dæmon fatetur.

Nam

PAGIUS tis nuntio accepto, *Georgium* interfecisse. Artemius autem, ut ejus Acta testantur, Antiochiæ, quæ non parum ab urbe Alexandrina distat, martyrium pertulit. Unde nonnisi post multos dies hujus mortis nuntium ad Alexandrinos perferri potuit; ideoque existimandum, mense circiter Augusto Artemium & Georgium occisos, & Athanasium Alexandriam ingressum.

Nam ut mente alienata atque insana omnes essent, tamen nec sic quidem ignorare debebant, quod victum sese dæmon fateretur; tam ea res manifesta, tam aperta futura erat. Nam si hominum cadavera inquinatum quiddam (quod tu esse vis) & execrabile sunt; multo magis brutorum cadavera; & tanto certe magis, quanto brutorum genus humano genere contemptibilius est: multorum enim canum, simiarum, asinorum ossa proxime templum defossa sunt, quæ potius movenda fuerant; nisi forte censes homines simiis viliores. Ubi nunc sunt, qui Solem pulchrum (quem dicunt Apollinem esse, cujus illic templum erat in Daphne) Dei opificium, & ad nostrum ministerium creatum, contumelia afficiunt, & dæmoni astrum attribuunt, & hunc illum esse affirmant? Sol enim in tanta etiam cadaverum in terra jacentium copia per universum orbem diffunditur, nec ullo loco neque radios neque radiorum efficaciam propter ipsas locorum inquinationes contrahit. Hæc & alia Chrisostomus, ad insinuandam dæmonis illius ex reliquiis Babylæ confractam potentiam; ac de Juliano rursum sic infra:

CI. Reliquiæ Babylæ asportari jubentur. *Hæc igitur ubi audivit fabulæ ipsius auctor Imperator, jubet statim capsulam deturbari, quo omnibus dæmonem victum esse innotesceret. Etenim si dixisset ille: Per S. Babylam loqui impedior; sed hunc tamen ne loco suo moveatis, neve illius capsulam ulterius conturbetis; nimirum ea res dæmonis modo cultoribus innotuisset: illos enim puduisset factum id ad alios deferre. Nunc vero quasi ipsius infirmitatem traducere adlaboraret Imperator, sic nihil non fieri coegit, quo ne volenti quidem factum adumbrare licebat: neque enim jam simulatio salva atque integra esse potest, propterea quod non alias mortuus, sed solus Babylas illinc translatus est. Nec solum qui urbem & suburbium & agros item incolebant, sed qui remotissime etiam habitabant, in rem præsentem cum venirent, capsulamque non amplius illic esse viderent, quæsita causa statim edocebantur, dæmonem ab Imperatore rogatum vaticinari, respondisse id se præstare non posse, nisi beato Babyla a se procul amoto.* Hæc & alia ipse.

CII. Translatio reliquiarum Babylæ. (a) Chrys. eadem orat. contr. Gent. l. 5. Sed & de translatione facta in civitatem cum pompa, sic eidem inferius (a): *Trahebatur enim capsula per totam viam; revertebatur autem martyr, athletæ alicujus exemplo coronam alteram in suam urbem referens, in qua & priorem coronam reportarat. Quamobrem si quis est forte, qui mortuorum resurrectionem neget, cum videat martyris nostri facta illustriora post obitum esse, in posterum erubescat; qui martyr strenui alicujus bellatoris more trophæis trophæa conjunxit, magnis majora, & mirabilibus mirabiliora. Tum enim, cum scilicet accepit coronam martyrii, certamen illi cum Imperatore solo fuerat; nunc cum Imperatore pariter & dæmone. Tunc Imperatorem a sacro templi ambitu exegerat; nunc ex omnibus Daphnes locis pestilentissimum humani generis hostem expulit; non manum admovens, quemadmodum & prius fecerat; sed virtute invisibili invisibilem virtutem debellans.* Hactenus de his Chrysostomus, aliaque plura adjungit.

De hac eadem translatione agens Sozomenus hæc ait (b): *Itaque Christiani in unum congregati, loculum circiter quadraginta stadia in urbem trahunt; ubi jam martyr in loco, qui ab eo nomen accepit, repositus jacet. Ferunt eo tempore, viros & mulieres, juvenes & virgines, senes & pueros, mutua ipsorum cohortatione incitatos, per totum iter psalmos cantasse. Qui quamvis simularent, se, quo labores itineris levarent, cecinisse; tamen canebant re vera ardenti studio, & propensa erga pietatem voluntate incensi, propterea quod Imperator aliter omnino atque ipsi de Deo sentiebat. Psalmos autem ordiebantur hi qui eos canere accurate norant: multitudo autem simul voces fudit cum concentu, huncque versum addidit (c): Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Ob hanc causam Imperator, perinde quasi contumelia affectus fuisset, ira exardescere cœpit, & propterea constituit supplicia Christianis irrogare. Verum Salustius ejus Præfectus, licet Professione Gentilis, illud quidem consilium non probavit: sed tamen cum resistere non posset, mandatum Imperatoris re ipsa exequitur; & postridie multos comprehendit Christianos, & in vincula conjicit. Ac primum omnium adolescentem quemdam, cui nomen erat Theodorus, in medium productum, ad equuleum applicat. Ille diu ungulis testis suffossus, neque tormentis succubuit, neque Præfecto supplicem se præbuit: sed ita se gessit, ut nihil videretur sentire doloris: quin etiam velut spectator cruciamentorum sibi inflictorum, toleranter & placide plagas excepit, psalmumque cecinit rursus eumdem, quem pridie cecinerat, nempe: Confundantur, qui adorant sculptilia, &c. atque ita ostendit, quam non curarit ea, pro quibus in judicium adductus fuisset. Præfectus autem constantiam adolescentis admiratus, cum venisset ad Imperatorem, res ab eo gestas illi exposuit; dixitque nisi celerius ab instituto desisteret, fore ut & ipsi omnibus haberetur ludibrio, & Christiani plus inde laudis & gloriæ colligerent: quod consilium cum magis approbaretur; qui erant comprehensi, vinculis liberantur. Dicitur porro, Theodorum, cum a quibusdam rogatus esset, num dolorem sensisset tormentorum? respondisse*

CIII.
(b) Sozom. l. 5. c. 18. 19.
(c) Psalm. 96.
Theodori certamen.

se, se non omnino sensu doloris caruisse, verum adolescentem sibi adstitisse, qui doloris morsus sedasset, tenuissimo linteo abstersisse sudores: aqua frigidissima corpus perfudisse, qua & ardores restinxit, & ærumnas sublevavit. Videtur quidem certe mihi hoc non solius esse hominis quantumvis generosi, ut corporis afflictionem adeo contemnat, nisi qui forte robore & vi divina adjutus fuerit. Hæc Sozomenus. Porro Ruffinus eamdem scribens historiam testatur (a) se Antiochiæ eumdem Theodorum vidisse, & quæ dicta sunt, audire ab eo ipsum rogasse. Eadem habet Socrates (b), & alii. Ejusdem quoque ante eos visus est meminisse S. Gregorius Nazianzenus (c), & S. Augustinus (d).

(a) Ruffin. l. 2. c. 36. (b) Socrat. l. 3. c. 16. (c) Greg. Nazianz. orat. 4. in Jul. (d) August. de Civit. Dei l. 18. c. 52.

CIV. Cur Julianus cum honore, patitur transferri reliquias.

Quod vero Julianus infensus in Babylæ ossa, non ea disjici, longeque dissipari, comburi, aliterve consumi, & in nihilum redigi jusserit, sed cum honore in civitatem a Christianis reduci permiserit; facta quæ præcesserunt terribilia adversus ipsius avunculum, Julianum item nomine, necnon in Felicem Præfectum ærarii, eum exterruerunt, admonueruntque cum Christianis mitius agendum. Quomodo hæc autem se habuerint, Chrysostomus (e) recenset, qui sic rem ab eadem objectione exorditur: *Cur*, inquit, *capsulam in mare demergi neque dæmon jussit, neque posterior hic Imperator voluit? cur non attrivit & exussit? cur non in vastam aliquam solitudinem deserti eam amandavit? Nam si ea piaculum & scelus fuisset, si eum abominans ac potius reformidans illinc dimovisset; non intra urbem piaculum deducere, quin potius in montes quospiam vel saltus transferre oportuit. Sed scilicet perditio huic Imperatori, æque atque Apollini, Babylæ virtus, & quam cum Deo haberet fiducia cognita erat: ob id formidabat, si hoc fecisset, ne fulmen divinum, neve aliquem alium morbum in se ipse provocaret: multa enim habebat Christi virtutis tum in iis qui ante se imperaverant, tum in iis qui una secum Imperium administraverant, spectata argumenta. Nam ex superioribus Imperatoribus ii qui similia attentaverunt, multis, iisque intolerabilibus calamitatibus acceptis, fœda & miserabili morte interierunt; ita ut cujusdam, dum adhuc viveret, sponte ex oculis pupillæ exilierint: Maximinus hic fuit: alius autem furore*, nempe Diocletianus; *alius alio id genus calamitate vexatus, mortem cum vita commutavit*.

(e) Chrysost. contr. Gent.

CV. Prodigia in contemptores Christianæ Religionis.

Cæterum ex iis qui tum cum ipso erant, avunculus (Julianus pariter nomine) *cum licentiosius insaniam suam contra nos prodidisset, ausus impuris manibus sacra vasa contingere; hoc etiam scelere non contentus, sed contumelia ulterius progressus* (*vasis enim iis inversis, & super pavimentum collocatis, atque extensis, ita super ea desedit*) *evestigio illegitimæ hujusce sessionis pœnas luit. Illius enim verenda corrupta vermiculos generarunt; ita ut morbum divinitus illatum constaret: ad quem curandum medici aves pingues, easque peregrinas interficiebant: quibus ad putrefacta membra admotis, vermiculos evocabant: illi vero loco cum non moverentur, putridis partibus mordicus inhærebant, atque illum ita demum multis diebus absumptum perdiderunt. Alius porro regis ærarii Præfectus* (Felix nomine) *nunquam aulæ regiæ limen transcenderet, de repente medius crepuit, & ipse id genus impietatis cujusdam pœnas luens. Hæc sane & his plura: neque enim omnia enumerare, temporis hujus est*. Sed quæ? alibi idem auctor attingit (f); his enim enarratis, quæ Juliano avunculo, & Felici ærarii Præfecto contigerunt, mox subdit: *Tunc etiam*, inquit, *regionis nostræ fontes, qui prius flumina ipsa cursu suo inundante vincebant, subito in se resiliendo fugerunt: nunquam hoc ante perpessi, nisi postquam loca illa sacrificiis & victimis Julianus inquinavit. Quid vero memorem famem toto prorsus orbe terrarum cum impio Rege dominatam? &c.* Eadem ipsa idem habet Chrysostomus homilia quarta in Matthæi Evangelium.

(f) Chrys. in laudibus Pauli, hom. 4. t. 3.

Fuit autem hic Julianus Præfectus Orientis, frater matris Juliani, antea Christianus, sed in gratiam nepotis Imperatoris Apostatæ & ipse est factus Apostata, prout Artemii Acta testantur. At quæ hic obiter Joannes Chrysostomus de eodem Juliano avunculo, atque Felice Præfecto ærarii, cursimque perstringit, paulo latiore indigent oratione; ut quæ ipse prætermisit, a nobis hic intexantur; ac primum quæ a Sozomeno (g) his verbis scripta leguntur: *Memoriæ proditum est, cum id temporis serio moliretur Julianus avunculus Imperatoris, pretiosissima monumenta Ecclesiæ Antiochenæ in Syria positæ, quæ quidem plurima erant numero, in Imperatoris æraria transferre, & Ecclesias quoque occludere: omnes illius clericos fugæ se mandasse, solumque Theodoritum presbyterum minime ab urbe secessisse: quem, quoniam thesaurum istum* (*utpote ejus custos*) *indicare poterat, Julianus primum apprehendit, deinde verberibus graviter cædit; postremo cum, quæstione de illo omni tormenti genere habita, forti animo & virili respondisset, seque in confessione fidei præclarum virum ostendisset, securi feriri mandavit*. Hæc de nece Theodoriti Sozomenus. Porro hunc cum tam Græci, quam Latini inter martyres recensuerint; fateri necesse est, eum fuisse Catholicæ communionis presbyterum; aliusque cum Ecclesia illa Catholicis usui esset, eum illo munere functum esse; vel (quod de mul-

CVI.

(g) Sozom. l. 5. c. 7.

Theodoriti certamen.

multis accidit) in ipso martyrio detestatum esse hæresim Arianam. Constat enim Dominicum illud Aureum, ita nominatam Ecclesiam Antiochenam, fuisse sub ditione Arianorum. Porro Beda hæc amplius habet de Theodorito in Martyrologio (a): *Post equulei pœnam & multos ac durissimos cruciatus, etiam lampades circa ejus latera appositæ sunt; sed his divina virtute restinctis, cum milites, qui eas tenebant, Angelorum aspectu territi ruissent in faciem, & credentes in Christum, impium ministerium recusarent; jussit Julianus pelago immergi; quibus beatus Theodoritus* * *ait: Præcedite fratres: ego verò superans inimicum, sequar Dominum: sicque occisione gladii martyrium consummavit.* Hæc ipse ex ejus Actis; ad quorum finem hæc scripta erant: *Nos, qui Antiochiæ in Palatio eramus, & cum eo,* nempe Juliano, *in perfidia fuimus; licet peccatores, servi Dei, hæc quæ gesta sunt circa Dei famulum Theodoritum X. Kalend. Novembris, vera conscripsimus.* ☞ Sed error in dierum numero reperitur: nam ex Joanne Chrysostomo, atque Sozomeno convincitur ante ejusdem templi incendium Theodoriti Martyrium contigisse ☜.

(a) Die 23. Octobr.

* Theodorus.

CVII. Quæ autem post direpta atque ignominia affecta sacra vasa, secuta sunt, a Theodoreto sic enarrantur (b): *Tyrannus item sacra vasa in ærarium regium inferri, & portas Ecclesiæ, quam Constantinus ædificaverat, obserari mandat, quo nullus aditus illis, qui in ea conventus agere solerent, omnino pateret. Hanc Ecclesiam id temporis occupabant Ariani. In sacrosanctum autem templum, ad vasa sacra auferenda, simul ingrediuntur Julianus Præfectus Orientis, Felix regii thesauri Quæstor, & Elpidius privatæ pecuniæ & facultatum Imperatoris Procurator, quem Romani Comitem rerum privatarum appellare consueverunt. Felicem vero & Elpidium, cum essent Christiani, quo impio Imperatori gratificarentur, a vera religione ac pietate descivisse ferunt. Julianus autem cum esset in templo, adversus sacram mensam minxisse dicitur, atque Euzojo eum prohibere conanti, colaphum infregisse, dixisseque, res Christianorum divina cura & providentia prorsus destitutas esse. Felix sacrorum vasorum magnificentiam conspicatus (Constantinus enim & Constantius splendide & ample ea conficienda curaverant) Ecce, inquit, quam sumptuosis vasis filio Mariæ ministratur.* Sed quanam pœna Julianus ob numinis contemptum mulctatus divinitus fuerit, idem narrat, atque addit quod a sancto Joanne Chrysostomo prætermittitur; dum ait:

(b) Theod. l.3. c.11. 12.

Juliani Comitis, Felicis, & Elpidii sacrilegium.

CVIII. *Sed isti tyranni pro his impiis & insanis facinoribus non diu post pœnas persolverunt. Nam Julianus avunculus confestim in gravem morbum delapsus, visceribus putredine exesis, interiit; atque stercus non amplius per partes illas corporis, per quas naturaliter egeri solet, emisit; sed sceleratum ejus os, instrumentum blasphemiæ, partis illius ad stercus ejiciendum natæ locum obtinuit. Ferunt ejus uxorem, mulierem ob fidei constantiam egregie nobilitatam, hæc ad maritum dixisse: Debes merito, mi vir, Christum Salvatorem laude prædicare, quod tibi hac castigatione suam potentiam ostenderit. Nam quem oppugnasses, plane te præteriisset, nisi consueta sua lenitate usus hæc plagas tibi divinitus inflixisset. Miser igitur partim conjugis oratione, partim cruciatu sibi imposito, morbi causam perspiciens, orat Imperatorem, ut Ecclesiam iis, quibus erat ablata, redderet. Sed neque hoc ei persuasit; & ipse extemplo migravit e vita.* Hucusque de vindicta divinitus in Julianum immissa Theodoretus. De Felice autem hæc adjungit:

In Julianum supplicium divinitus illatum.

CIX. *Felix vero derepente flagello etiam cælitus impacto oppressus, sanguinem dies noctesque ex ore fudit. Quippe sanguis ex omnibus undique corporis (ut ita dicam) vasis, quibus continebatur, ad eam partem confluxit. Itaque universo ejus sanguine in hunc modum exhausto, statim extinctus est, & æternæ morti traditus.* De eodem rursus Felice, quem Comitem sacrarum largitionum Ammianus appellat, repentina morte ex sanguinis profluvio, necnon de Juliano Comite Orientis & ipso morte absumpto, hæc habet Ammianus (c): *Felice,* inquit, *largitionum Comite profluvio sanguinis repente extincto, eumque Comite Juliano secuto, vulgus publicos contuens titulos, Felicem, Julianum, Augustumque pronunciabat.* At hæc non repugnant iis quæ dicta sunt ex Chrysostomo de Felicis interitu, quod crepuerit medius; immo maxime consentientia sunt: nam quod diruptis visceribus, ore vomens sanguinem, continuo expiravit, visus est medius crepuisse: corrigendus tamen videtur tum ex Ammiano, tum ex Joanne Chrysostomo Theodoretus, dum ait, dies noctesque sanguinem evomuisse; cum repentino exitu, Dei vindicta esse sublatum constet. Porro ad hunc ipsum Felicem Comitem sacrarum largitionum extat ejusdem Juliani adversus (ut puto) Christianos (d) hoc anno iisdemque Consulibus hujusmodi datum rescriptum.

Felix a Deo punitus.

(c) Amm. lib.23.

(d) l.5. de bonis proscrip. C. Theod.

Imp. Julianus A. ad Felicem Com. S.L. Quidam scelerate proscriptorum facultates occultant. Hos præcipimus, si locupletes sint, proscriptione puniri: si per egestatem abjecti sunt in fæcem vilitatemque plebejam, damnatione capitali debita luere detrimenta. PP. Rom. VII. Id. Mart.

Ma-

Mamertino & Nevitta Coss. Peculiare namque erat Juliano (ut superius vidimus) bona Christianorum auferre: ad quod faciendum si quando aliqua non posset causa legitima fingi, illam ex Evangelio captabat, quod in ipsis Fidelibus abdicatio rerum temporalium commendetur.

CX. De Elpidio desertore.

Elpidium quoque Comitem rerum privatarum ex Christiano factum desertorem infelicissime diem extremum clausisse, Nicephorus auctor est: *Ac tertius*, inquit (a), *Elpidius, qui blasphemus quoque in Christum fuerat, tardius ille quidem quam alii, pœnas luit; sed tamen inter eos qui tyrannidem affectarunt, deprehensus, bonis omnibus exutus, gravesque ærumnas alias in carcere perpessus, turpiter vitam finiit, execrandus & detestandus ab omnibus judicatus.* Hæc Nicephorus.

(a) Niceph. l. 10. c. 29.

Quid in Heronem actum & alios Apostatas.

Quid præterea aliis tunc acciderit, qui fidem Christianam deseruissent, ita recenset: *Sed & Heronem illum Thebis Ægyptiis ortum, qui Episcopus creatus, casu quodam ad Græcam superstitionem defecerat, subita putrida invasit ægritudo, quæ totum illius corpus depasta, abominationem eum omnibus reddidit. Quapropter rebus omnibus desperatis, in viam est projectus, nullam prorsus a quopiam miserationem consecutus. Christiani namque, perinde atque piaculum, omnibus modis eum aversati sunt: Græci autem hactenus tantum eum, quod se errori & fraudi eorum subjecisset, agnoverunt. Et Heron quidem acerbissime & miserrime ita e vita excessit.*

Theotecni supplicium.

Alius autem, Theotecnus scilicet quidam, & ipse a nostra in Græcam religionem prolapsus, carne ejus omni putrida carie consumpta, vermium materia factus est; & oculis illorum morsibus amissis, moriens per insaniam, quæ eum corripuit, sua sibi dentibus conscissa & devorata lingua, e gravibus tormentis ad longe deteriores majoresque cruciatus migravit. Sed & alii insuper talia quoque ausi, condigna sceleribus suis tulere supplicia. Ejuscemodi multa eo tempore divinum numen exhibuit miracula, commeritas justasque ab eis, qui impudenter & aperte veram pietatem oppugnarunt pœnas exigens. Hactenus Nicephorus. Porro ad hæc allusisse Chrysostomus visus est, dum enarraris quæ accidissent Juliano & Felici Præfectis, mox illa subdit verba (b): *Hæc sane, & his item plura (neque enim omnia enumerare, temporis hujus est) animo lustrans impius Imperator, verebatur temeritatem suam ulterius promovere.*

(b) Chrys. advers. Gent. tom. 5.

CXI. Cæterum quod spectat ad tempus suppliciorum Juliani Comitis Orientis, & Felicis Comitis sacrarum largitionum, divinitus irrogatorum; cum ex sententia Joannis Chrysostomi ea spectantis Antiochiæ, constet ante translationem Babylæ sacrorum ossium, & templi Daphnitici conflagrationem, contigisse; perperam ab Ammiano & aliis ordine præpostero recensentur: his enim admonitum Julianum, atque exterrefactum suorum Præfectorum suppliciis, testatur ipse Chrysostomus, pepercisse reliquiis Babylæ, ne eas in cineres redigeret, in ventum spargeret, vel in mare demergeret, aut in desertum & inaccessum locum penitus ablegaret; sed siverit e Daphne Antiochiam cum honore deduci, atque loco honestissimo collocari, & intra templum, ut ait, recondi, intra quod prius erant, antequam Daphnem translatæ fuissent. Quid vero mox acciderit, ut capsula Babylæ Antiochiam delata est, licet superius attigerimus; tamen ex Chrysostomo est fusius enarrandum, qui rem gestam recenset his verbis (c):

(c) Chrys. ubi sup.

Templum cum Apolline conflagrat.

At malignus dæmon statim edoctus est, frustra sibi fraudis suæ artificia conficta, seque non jam certamen habere cum mortuo, sed cum eo qui viveret, qui efficax esset, quique non se modo, sed omnes quoque dæmones fortitudine superaret. Is enim, nempe Babylas, Deum deprecatus ignem in templum ut cælitus demitteret, totum illius tectum exussit, ipsoque idolo ad extremos usque pedes deleto, eodemque in cinerem ac pulverem reducto, ab omnibus parietibus, qui ipsi integri adhuc stant, abstinuit. At si quis nunc illo accesserit, numquam utique dixerit; factum id ignis opus esse. Neque enim incendium id non ex composito factum, neque ex materia inanimi natum, sed tamquam manu quadam ignem circumagente, atque indicante, a quibus abstinere, quæ porro absumere oporteret: tanta certe concinnitate, tanto artificio ipsum templum detectum est, nec simile quidem iis quæ casu ac temeritate incendio conflagrasse videmus; verum iis, quæ parietum ambitum integrum cum habent, tecto tamen carent: cætera enim omnia, & columnæ, item omnes, tam eæ quæ templi culmen, quam quæ vestibulum sustinebant, adhuc extant, præter unam, quæ ad posteriorem templi partem stabat; & hæc tamen non temere perfracta est, sed ea de causa, quam postea dicturi sumus. Hæc ipse; quæ evenisse tradit, simulac Babylæ ossa Antiochiam perlata sunt. Qualem autem de incenso templo Julianus adhibuerit quæstionem adversus Æadituum, idem auctor ita prosequitur:

CXII. Sacerdos ob incendium Templi torquetur.

Hoc incendium ubi accidit, statim dæmonis sacerdos in carcerem rapitur (hunc illum puto, qui solus gratus deo suo ex omnibus Antiochenis, dictus est ex oratione Juliani, anserem immolasse) *sic conjectus in vincula, incendii auctorem indicare coactus: qui ubi non habuit quem accusaret, intortis cubitis, multis flagris vapulavit, in sublime raptus, ac latera un-*

undique cæsus: quamquam nec sic quidem ex eo quicquam didicerit. Reique hujus eventus similis erat illi, qui in Christi resurrectione accidit: tum enim dispositi fuere milites, qui corpus Jesu custodirent, neque possent ejus discipuli furto illud auferre: cæterum is fuit rei ipsius eventus, ut nulla vel impudens species iis relicta fuerit, qui resurrectionis ejus fidem elevare ac calumniari vellent. Atque hic distrahebatur miser sacerdos, quo testificaretur factum id non divina ira, sed humano maleficio accidisse. Is autem contortus ac fude laceratus; cum neminem haberet quem proderet, ignem de cælo delapsum testatus est; ut malevolis atque impudentibus nullus jam calumniæ locus relictus fuerit. Sed quod nos paulo ante dicere volentes in alium locum rejecimus, id ipsi hic tempestive dicemus.

CXIII. *Quidnam vero id esse potest? Certe martyr noster Babylas eo usque Imperatorem terruit, ut furori ille suo supersederet. Neque enim ipsum quidem sacerdotem, eumque quem tanto honore prosequebatur, tot malis, tecti exusti causa affecit, & immanius quam fera crudelis dilaniavit; a cujus etiam vorandis carnibus fortasse non temperasset, nisi res ea detestanda, omnibusque abominabilis visa fuisset. Babylam autem per quem dæmon os suum obstruxerat, rursum in urbem ea de causa transtulit, ut major illi honor ab omnibus haberetur. Etenim idem Imperator si minus prius, hoc est quo tempore victum se esse dæmon fassus est; at certe post ipsum incendium omnia subvertisset ac perdidisset, capsulam exussisset, utrumque item monumentum, tum quod Daphne, tum quod in urbe erat; nisi metus in eo major, quam ira fuisset, ac nisi ejus mastitiæ timor imperasset. Solemne enim permultis esse videmus, cum eos ira ac dolor corripuerit, etiam si affectuum eorum auctores non nanciscantur, in obvios quosque ac suspectos iram effundere. Non procul autem ab hac suspicione Babylas erat: nam simul ut in urbem pervenit, statim ignis in templum invasit.* Hæc Chrysostomus.

Incendium Christianis adscriptum.

Cæterum Juliani furor simul cum malitia grassabatur: nam ne verum esse ab aliis crederetur, quod sacerdos vi tormentorum confessus esset, templum cælitus igne immisso conflagrasse, quasi a Christianis id facinoris perpetratum fuisset, eosdem in crimen adducens, ditissimam quæstionem in eos exercuit. Par est quidem credere, qui nec sibi carissimo sacerdoti pepercisset, sed sævissime cruciasset; in Christianos conversum, in eos acerbius desævisse; seque tunc philosophum esse oblitum, quem tantopere affectabat. At licet id fecerit; a nullo tamen, quod optabat, potuit tale mendacium extorquere, ac tantæ falsitatis adstipulatorem habere: cum nihilominus ipse in vulgus, facinus a Christianis esse patratum diffamarit, quod & apud Gentilium nonnullos fidem invenit. Cæterum Artemius martyr, de quo dicturi sumus, qui tum erat Antiochiæ, coram Juliano exprobravit (a), non ab hominibus fuisse templum incensum, sed igne cælitus misso. Quinetiam & de rusticis proxime habitantibus, atque testantibus fulmen e cælo se vidisse super templum delatum, Theodoretus affirmat (b).

(a) *Acta Artemii Martyr. die 20. Octob. Metaph. & Sur.*

(b) *Theod. l. 3. c. 10.*

CXIV. At qui virtutem exhorruit Babylæ martyris, in cujus reliquias nequicquam vel leviter peccare ausus est; in martyres longe positos vindictam de templi conflagratione & incensi Apollinis convertisse, sic Sozomenus tradit (c): *His rebus in Daphne propter Babylam martyrem a Deo confectis, Imperator (credo, cum certior factus esset, Ecclesias quasdam in honorem martyrum esse prope Apollinis Didymei fanum, quod est pro Mileto situm, ædificatas) scripsit ad Præsidem Cariæ, ut si tectum jam & mensam sacram haberent, eas incenderet: sin earum ædificia ex dimidia parte dumtaxat perfecta essent, fundamentis disturbatis, solo æquaret.* At non inultam suam reliquere injuriam martyres, quorum precibus paucos post menses, impius qui talia præcepisset, miserando exitu e vita sublatus est: sed de his pluribus suo loco.

(c) *Sozom. l. 5. c. 19.*

Julianus insanit in templa Martyrum.

CXV. Cur autem non ipsum integrum Daphnes templum comburi, sed partem ejus Deus intactam permanere permiserit: idem Chrysostomus inferius tradit (d) id accidisse; ut parietes qui remanserant, atque columnæ, tamquam vocalia monimenta, dæmonis impostuam, deorumque Gentium imbecillitatem, & veri Dei summam potentiam posteris inclamarent: nam & post multa de his philosophatus, hæc addit: *Ecce jam vicesimus ex eo annus agitur; nec tamen ædificii ab igne relicti pars ulla deleta est; sed quæ partes flammas evaserunt, ea solide ac firmiter stant, suntque etiam nunc sic validæ, ut vel ad centenos, ducentenosque & multo item plures annos durare possint. Id vero qui mirum videri debet, si ex columnis nulla prorsus ab altera avulsa ad solum deciderit? Columnarum enim earum, quæ ad posteriorem templi partem erant, una tantum tum pertacta, nec ea quidem corruit, sed a sua sede mota, ad murum dum caderet inclinata sic mansit: cujus quidem columnæ partes sunt duæ, quarum altera a basi ad sectionem oblique muro incubuit, altera a sectione eadem ad capitulum supina constitit, & ea ab inferiori parte suffulta. Quamquam autem & venti loco illi sæpe incubuere, & terræmotibus crebris terra fuit*

(d) *Chrys. contra Gent. tom. 5.*

Cur pars Daphnæi templi integra remansit.

fuit concussa, ignis tamen reliquiæ inconcussæ manserunt, quæ ipsa firmiter stant, propemodum clamitantes sese ad posterorum emendationem servatas esse. Et quidem quod templum ipsum totum non conflagravit, hanc dicere possumus causam esse.

CXVI. Sæpe signis admonitus Julianus.

Quod autem Imperator fulmine percussus non fuerit, aliam, si quæsieris, causam reperies ex eodem bonitatis & benignitatis Dei fonte manantem. Propterea enim Deus ignem ab Imperatoris capite amovit, eumdemque in templi tectum jaculatus est, ut alieno ille malo edoctus pœnam sibi reservatam effugeret, pœnitentia compunctus, & errore liberatus. Illi enim neque hoc solum, neque primum virtutis suæ signum Christus dedit, sed & alia item multa hoc ipso non inferiora. Nam avunculus ejus, & Quæstor ærarius, sic, ut dixi, uterque vitam finientes, præterea & fames in urbem statim una cum ipso invadens, & aquarum penuria numquam antea visa, quum ab eo sacrificia in ipsis fontibus facta fuissent, & multa præterea alia, tum ea quæ in ipsius castris, tum quæ in urbibus evenerunt, hujusmodi certe fuere, ut vel saxeum animam flectere possent, non ob id quidem quod permulta essent, neque ob id quod omnia pariter ederentur, ac deinceps & post ipsa statim scelera perpetrata, ut quondam Ægyptiorum Regis tempore; sed quod quæ edebantur miracula per sese talia erant, ut ad eorum, qui ea cernerent, emendationem aliud alio non egeret, verum unum illorum quodque hoc ipsum per se præstare posset, &c.

CXVII. Libanii luctus de incenso Apollinis templo.

At acerbissimum casum, incomparabile damnum, jacturam famosissimi templi, dispendium oraculi celeberrimi, omnes æque luxere immenso luctu Gentiles, ac potissimum ipse restitutor deorum Julianus Apostata, qui tantopere laboravit, ut Castalios latices expurgaret, & mutum deum suum vocalem redderet. Quamobrem Antiochenus sophista, ob consolationem mærentium Ethnicorum, threnos, lugubremque næniam edidit: cujus aliquot a S. Joanne Chrysostomo recitata fragmenta, hic in unum compacta reddam animi causa, ut ex tam præclari auctoris luctu lector compararet sibi risum. Sed licet Chrysostomus, quisnam iste fuerit, minime nomine referet; tamen ex patria, professione, titulo orationis ipsius, loco, & tempore, non alium quidem fuisse, quam Libanium, certum est: eum enim patria extitisse civem Antiochenum, Eunapius tradit, quem & claruisse hoc tempore, dictum est, & Antiochiæ apud Julianum egisse, nullus dubitat: orationem vero de Daphne ipsum magna diligentia elucubrasse, auctor est ipse Julianus in epistola anno sequenti in procinctu belli Persici in itinere ad ipsum scripta: in ea enim hæc leguntur (a): *Sed de Daphne scripta est a te oratio, qualem nemo alius eorum qui nunc vivunt hominum, quamvis maxime contenderet, possit perficere: veterum autem non multos perfecturos fuisse existimo. Quid igitur ego de ea nunc scribam, cum tua tam luculenta extet oratio?* Hæc Julianus (b). At qualem illam judicarit Chrysostomus, videamus; ut pariter una cum ipso & hominem, & superstitionem Ethnicorum derideamus: ait enim: *Ipsa hic ego lamenti & næniæ ejus, quam civitatis sophista in dæmonem conscripsit, verba apponam; sic enim habet næniæ initium.*

(a) Jul. ep. 28.

(b) Chrys. contra Gent. to. 5.

CXVIII. Næniæ Libanii Sophistæ.

Viri, quorum oculis æque ac meis caligo offusa est, in posterum neque pulchram neque amplam civitatem hanc vocemus. Deinde cum nonnulla attigisset, disseruissetque de Daphnes fabula (neque omnem illius orationem huic nostræ inserere tempus patitur, ne longiores, quam par est, simus) Persarum, inquit, Rex, olim civitate hac capta, templo pepercit: verba porro ipsa sunt hæc: Ille quidem ducto contra nos exercitu, præstare putavit, si templum integrum esse sineret; ac certe statuæ decor barbaricæ iræ prævaluit: Nunc autem, o Sol, o Terra, quisnam & unde hostis hic? qui citra omne auxilium equitum, citra omne præsidium & gravis & levis armaturæ militum tenui scintilla omnia absumpsit? Sed rursus de Persarum Rege idem sophista: *Persarum Regem, ejus qui nunc nobiscum bellum gerit ex majoribus unum, urbem proditione captam cum accessisset, & Daphnem concederet idem facturus, dæmon sic immutavit, ut face, quam manu teneret, abjecta, Apollinem adoraret; adeo ejus animum delinivit.* Sed his derisis, hæc ubi supra de Libanii oratione Chrysostomus: *Postea ubi declaravit Babylam dæmone superiorem fuisse, tum cum Gentilium res victimis ac sacrificiis maxime florerent: Et nostrum inquit, templum, ingens illud diluvium non disturbavit; in fundo autem, atque adeo cum nubes ipsa præteriisset, dejectum est, nimirum nubem & diluvium appellans Imperatoris ejus*, nempe Constantii in idola infensissimi, *qui præcesserat, tempus.* Rursum oratione paululum provectus id ipsum amarulentius deplorat his verbis: *Ad hæc cum aræ tuæ sanguinem sitirent, sedulus Daphnes custos, vel contemptus cum esset, permansisti, o Apollo, aliquoties etiam injuria lacessitus, atque externo spoliatus ornatu, patienter tamen tulisti; nunc vero multis ovibus, multis item bobus ad aram tuam mactatis, postquam sacrosanctum Imperatoris os pede excepisti, intuitus quæ prædicebas, visus liberatus esse mortuo quodam, quem tu judicaveras malum tibi vicinum esse, ac tibi obstrepere, de medio statim cultu solum vertisti. Undenam hoc tempore gloriabimur*

mur apud eos, qui memores sunt sacrorum, statuarumque tibi erectarum? Post multa adversus hæc deliramenta cum disseruisset lepide quidem Chrysostomus, ad nænias Libanii revocat lectorem, hæc subdens.

CXIX. *Quæ Chrysostomus in Libanium.*

Sed enim suspensa hic a vobis oratione nostra, interim rursus exaudiamus sophistæ hujus lamenta: misso enim Apolline ad Jovem his verbis questus suos convertit. Quale, o Jupiter laborantis animi laxamentum perdidimus? Quam Daphnes regio tumultibus vacua erat? quanto etiam templum ipsum magis vacuum, utpote in quo natura ex sese quasi portum in portu fecerat, ambobus quidem admodum tranquillis, altero tamen majorem tranquillitatem præstante. Quis non ibi morbum, quis non ibi timorem, quis non ibi luctum deposuisset? Quis propterea Fortunatas insulas sibi desiderasset? Ad hæc Libanii verba Chrysostomus multa locutus de contagio pravorum morum & scelerum, quo illuc accedentes inficerentur, post multa rursum ad sophistæ verba revocat orationem, cum ille vecors in commendationem sui Apollinis sic rursus exclamat: *O dexteram malignam, o iniquum ignem, quonam primum delapsus est; quodnam mali hujus exordium? Num a tecto exortus, ad reliqua deinceps serpsit? ad illius caput, ad faciem, ad phialam, ad cydarim, & talarem vestem? Vulcanus enim ignis arbiter non comminatus est igni huic detrimentum afferenti, cum beneficio devinctus Apollini deberet, ob judicium olim sibi ab illo factum? Sed neque Jupiter, qui imbrium habenas tenet, aquam in ignem dimisit, præsertim qui olim Lydorum Regi periclitanti pyram extinxerit, &c.* Illa vero de Vulcano ex turpi fabula & obscœnis actibus Veneris cum Marte mutuatum sophistam Chrysostomus ludibrio insectatur.

At post hæc rursus sophista de idoli forma: *Veri, trahitur mihi mens ad dei Apollinis speciem, ac mihi ob oculos cogitatio typum ipsum repræsentat, formæ lenitatem, colli mollitiem, idque in lapide; cingulum, quo aurea tunica circa pectus sic colligebatur, ut partim subsideret, partim subsurgeret. Breviter totius dei habitus, cujus iram vel ferventem non sedavisset, ut qui similis esset cantilenam occinenti? & hercule audivit hunc olim aliquis (ut ajunt) in meridie cithara ludentem; o aures beatas? Cæterum cantus erat terræ laudatio; cui quidem de aureo cyatho libare mihi videtur, quod puellam occuluerit dehiscens, ac sese deinde contrahens.* Hactenus descriptio imaginis Daphnitici Apollinis ex Libanio a Joanne Chrysostomo recitata: quam quidem eamdem esse reperi cum illa, quam in antiquo numismate expressam hic tibi reddendam curavimus: accepimus illud a Philippo Winghio nobili Lovaniensi, juvene erudito, ac rerum antiquarum studiosissimo, quarum causa, patrio solo relicto, Romæ versatur; miroque affectus est gaudio, dum eamdem, quam ære expressam tunicati Apollinis imaginem ostendebat in nummo, nos stylo Libanii egregie descriptam inspiciendam proposuimus in Chrysostomo. Quam vero cernis ad pedes Genii dimidiam desuper terram eminentem imaginem, Daphnem puellam esse scito, cum a terra dehiscitur, secundum ea quæ ex Libanio sunt recitata. (1). CXX.





CXXI. Quod vero ex lapide efformatum simulacrum illud fuisse, idem sophista tradere videatur; erroris arguendus est auctor in Actis Artemii martyris, dum illud ex ligno vitis compactum fuisse docet, ipsum haud fideliter in omnibus ita describens: *Imago autem Apollinis erat hoc modo constructa: Et ex vite erat corpus compositum admirabili quadam arte ita compactum, ut præseferret speciem unius adolescentis: auro autem illitus totus quo induebatur amictus, nudatis & non auratis cæteris corporis partibus, ostendebat quamdam, quæ dici non potest, pulchritudinem: stanti vero erat in manibus cithara, & eam videbatur pulsare; coma autem & lauri corona auro florebant permixto, ut magna effulgeret gratia spectatoribus; duoque magni hyacinthi implebant et figuram oculorum in memoriam Hyacinthi pueri Amy-*

NOTÆ (1) Imago inferius media sui tantum parte apparens expressa in nummo cum epigrafe: *Genio Antiochen.* quam Baronius ad *Daphnem* refert, est figura *Orontis* fluvii *Antiochiam alluentis*, ut ostendit Norisius in Epochis Syro-Maced. Dissert. IV. in fine pag. 396.

myclei. Et gemmarum pulchritudo & magnitudo imaginis maximum afferebat ornatum, adeo ut quamplurimis in eo decipi contingeret, ut qui propter apparentis formæ pulchritudinem inescarentur ad eum adorandum; quod quidem ipsi quoque Juliano evenerat: majorem certe ei cultum exhibebat, quam aliis omnibus imaginibus, ex singulis generibus ei sacrificans, & ab eo expectans responsa. Hæc ibi auctor: qui ut Christianus homo, haud eum inspexisse putatur; sed ab alio relata, sic ut se habent, haud in omnibus fidelia memoriæ commendavit. Sed jam cætera prosequamur.

CXXII. *Post hæc* (inquit Chevsostomus *a*) *pauca admodum ad incendium pertinentia questus: Clamabat viator, flamma erumpente; turbabatur per lucum Daphnes inquilina sacerdos dei: planctus autem pectorum, & ululatus ingens per locum arboribus densum percurrens, ad urbem usque vehemens atque horrificus pervasit. Imperatoris oculus vix somnum capere incipiens, amaro illo nuncio audita, e lecto surrexit. Ipse furore percitus, Mercurii talaria pervestigans, ad mali istius originem indagandam pergebat, æque intra se flagrans ac templum ipsum. Trabes ferebantur deorsum ignem ferentes, id omne, quod ignis comprehendisset, absumentes; ipsum scilicet statim Apollinem, tamquam a tecto non admodum distantem; mox & alia Musarum ornamenta, figuras ibi extantia, lapillorum fulgura, columnarum pulchritudinem. Vulgus autem circumstans lugebat, auxilium tamen ferre minime valens; id quod usu venire solet iis, qui de terra naufragium spectant, quorum unum hoc superest auxilium, casum ipsum lacrymis prosequi. Nymphæ certe e fontibus suis egressæ ingentem luctum excitarunt; ingentem item & Juppiter, haud procul considens; ejusmodi illum, verisimile est, labefactatis filii honoribus, concitusse: ingentem autem sexcentorum dæmonum in luco agentium turba; neque sane minorem e media urbe Calliope, ubi extabat templum ejus, præside Musarum Apolline ignis injuriam sentiente.*

(a) Chrys. contra Gent.

Deliramenta Libanii sophistæ.

CXXIII. Postea vero idem delirans Libanius sic sub finem ait: *Præsta te mihi talem Apollo, qualem te reddidit Chryses, dum Græcis imprecaretur, ira plenum, & nocti adsimilem: quandoquidem tibi ornamenta cum redderemus, & quicquid olim de templo tuo ablatum fuerat restitueremus; præceptum est quod colamus simulacrum, haud aliter, quam si sponsus aliquis, interim dum corollæ contexuntur, moriatur.* Hucusque næniæ. Subdit Chrysostomus: *Et sophistæ quidem nostri lamentatio hæc fuit, seu potius parvæ quædam lamentationis partes hæ. Mihi vero succurrit admirari, qui factum est; ut ob quæ illum præ pudore se avertere oportebat, ob ea ipse placere sibi patet; ut qui Apollinem eumdem intemperati atque obscœni juvenis ritu per meridiem cithara personantem inducat; dicatque illi cantilenæ argumentum amasiam esse: aures autem eus beatas vocet, quibus obscœnum id carmen exaudire contigerit.* Hæc ipse & alia refert plane ridicula. Tantum valuit adulatio, ut nobilis ingenii sui vires ad hæc laudanda, quæ obruenda potius erant silentio, Libanius sophista penitus exhauriret. Sed hæc omnia Christianæ religionis cessere triumpho, quæ de idolo famoso combusto, templo incenso, Orbisque totius Imperatoris studiis superatis, & dæmonis potentia Babylæ unius ossium virtute prostrata, dicta sunt.

Ad hæc ipsa credimus spectare oraculum, quod ex Oribasio, Juliani medico, de quo dictum est superius, recitatur in Actis Artemii martyris, his versibus (*b*):

(b) Apud Metaphr. die 20. Octobr. habet Sur. tom. 5.

Dicite vos Regi: Pulcherrima corruit aula.
Non tectum pulcher, non lauram vatibus aptam
Phœbus habet, fontisque extincta est lympha loquentis.

hæc ab oraculo Delphico.

CXXIV. Sed ad hæc insuper, quæ spectant ad Apollinis Daphnitici cultum, addimus corollarium de filio Sacerdotis ejus templi, invito parente, ad Christianam fidem perducto. Rei gestæ series diligentissime a Theodoreto describitur in hunc modum (*c*): *Per id temporis*, inquit, *adolescens quidam filius sacerdotis, in impia educatus religione, se in numerum piorum aggregavit. Nam mulier quædam illustris ob pietatem & diaconatus munere dignata, matri hujus adolescentis perfamiliaris, eum cum matre adventantem (adhuc quidem valde adolescens erat) forte salutans, magnopere est ad veram pietatem cohortata. Mortua vero matre, venit ad eam adolescens, & consuetam ab ea disciplinam perdiscit; atque firme defigens in animo ejus consilia, percontatur magistram, qua via possit superstitionem patris devitare, & veritatis, quam illa prædicabat, compotem fieri. Cui illa: Oportet, inquit, patrem deserere, & illi tuum & illius fabricatorem præponere, & alteram petere civitatem, in qua pates latitare, & impii tyranni manus effugere; pollicitabaturque se ei res prospecturam. Tam adolescens: At, inquit, deinceps veniam ad te, & tibi meam animam committam. Paucis interpositis diebus, Julianus Daphnem contendit, publicum epulum celebraturus; cumque eo una proficiscitur sacerdos adolescentis pater, qui Imperatorem comitari consueverat.*

(c) Theod. lib. 3. c. 13.

Filii Sacerdotis conversio ad Christum.

Ada

CXXV. *Adolescens erat cum patre, & fratre una: isti namque in cibo Imperatoris aqua lustrali expiando, Æedituorum munere fungebantur. Septem dies festum Daphnes agi solet. Primo die adolescens, ubi toro astans Imperatoris, opsonia aqua lustrali expiaverat, consuetoque scelere polluerat, curriculo currit Antiochiam; & ad eximiam illam mulierem vecta profectus; Ego, inquit, venio ad te, uti a me promissum est: tu ergo saluti tam corporis, quam animæ consulito, promissumque præstato. Quamobrem illa consurgens extemplo, adolescentem deducit ad Meletium (hic erat partis Catholicorum Christianorum, qui Antiochiæ erant, Episcopus) qui eum in superiori parte ædium, in quibus habitabat, commorari jussit. Pater autem quærere adolescentem, perlustrareque undique Daphnem, atque ad urbem contendens, circuire plateas & angiportus, circumferre in omnes partes oculos non cessat; quod quidem fecit magno illius inveniendi desiderio incensus. Ubi ventum est ad eum locum, in quo erant ædes Meletii, oculis sublatis videt eum ex tabulato despicientem; ad quem accurrens, inde abstraxit, abduxitque. Atque ei domum reducto, primo permulta inflixit verbera; deinde verucula candentia manibus, pedibus, & dorso impegit; postremo conclusit in cubiculo, ostio foris obserato: ipseque Daphnem revertitur. Ista ille ipse, cum ætate jam admodum exacta erat, mihi narravit; addiditque etiam, se numine afflatum, & divina repletum gratia, omnia patris simulacra confregisse, eorumque irrisisse imbecillitatem.*

Postea vero complexum animo facinus, quod consciverat, cœpit patris adventum pertimescere, orassetque Christum Dominum, ut ipse ferret auxilium, seras perrumperet, & ostia patefaceret: Nam tua causa, inquit, hæc & perpessus sum, & admisi. Quæ cum dixisset; excidisse seras & ostia aperta esse. Inde igitur recurrisse ad magistram; quæ eum veste induit muliebri; & postquam in camera collocasset, iterum ad Meletium deduxit: Meletium vero Cyrillo, qui tum Hierosolymorum fuit Episcopus, ipsum commisisse; & ita noctu ivisse Palæstinam. Post mortem autem Juliani iste adolescens patrem ad veram traduxit religionem. Etenim cum istud, tum alia nonnulla ipse nobis narravit. Quare isti hoc modo ad Dei cognitionem adducti, veram salutem consecuti sunt.

CXXVI. *Julianus (a) vero liberius, immo vero impudentius adversus verum Dei cultum arma ferre; & quanquam personam induebat modestiæ, tamen retia parare, & tendere plagas cœpit, quæ homines errore deceptos in impietatis perniciem inducerent. Nam primum fontes, tum quæ in urbe erant, tum quæ Daphne, sceleratis victimis contaminare, quo singuli qui aquam gustarent, tetra nequitiæ labe inficerentur. Deinde quæ in foro exponebantur eadem sceleris macula inquinare: nam panes, carnes, fructus, olera, & alia omnia esculenta, aqua lustrali aspergebantur. Quæ cum viderent Christiani, etsi non poterant non gemere, lamentari, & scelera illa impense detestari; tamen eisdem vescebantur, legi Apostoli (b) obsecuti, ita jubentis: Quicquid in macello venditur, comedite; nihil interrogantes, propter conscientiam.* Hæc Theodoretus. Porro fontes istos, sic sorde sacrificiorum pollutos divino miraculo exsiccatos esse, superius assertione Chrysostomi dictum est; quod & alii confirmant historici. Cæterum quod ad cibos pertinet; etsi vidimus Constantinopolitanos Christianos his laudabiliter abstinuisse esculentis Gentilitia superstitione pollutis; haud tamen damnandos esse Antiochenos, Theodoretus Apostoli auctoritate confirmat, juxta illud ejusdem Apostoli (c): *Ut quid judicatur ab aliena conscientia? si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago?* Et illud (d): *Qui non manducat, manducantem non spernat.* Et rursum: *Qui manducat, domino manducat & gratias agit Deo.*

(a) Theod. lib. 4. c. 14.

Cibaria omnia labe Idololatriæ fœdata.

(b) 1. Cor. 10.

(c) 1. Cor. 10.

(d) Rom. 14.

Tunc quoque accidit, ut Eusignius miles emeritus, annum agens ætatis centesimum decimum, cum in Julianum exprobraret Magni Constantini fidem, sub quo militaverat; atque præterea patriæ pietatis desertorem nuncuparet, virilique animo redargueret; ut majestatis reus ab eodem Apostata gladio amputari capite sit jussus; cujus triumphus præclaro notatus (e) est titulo in tabulis Ecclesiasticis tam Græcis, quam Latinis, memoria anniversaria repetendus.

Eusignii Martyrium.

(e) Menolog. & Martyr. Rom. die 5. August.

CXXVII. Quo etiam tempore martyrium subiisse duos illos Christianos milites Juventinum atque Maximum, idem post hæc Theodoretus affirmat. Nos autem rem gestam, a S. Joanne Chrysostomo, qui tunc temporis aderat Antiochiæ, petamus, quam his verbis describit (f): *Accidit, ut milites quoddam convivium haberent* (hoc puto epulum illud publicum a Juliano paratum, cujus superius mentio facta est) *in quo & martyres, quos hodie colimus, erant. Cæterum, ut conviviorum mos est, cum varii sermones hinc inde dicerentur, aliique alia tractarent; martyres nostri mala sui sæculi inter se deplorabant, longe potiora fuisse superiora tempora asserentes; dicebantque, & inter se, & ad sodales: Quem juvaret ultra vivere, vel spirare, vel Solem intueri, sacris legibus ita conculcatis, pietate ita violata, creaturarum omnium Domino ita contempto? Omnia nidore plena sunt & fumo, omnia sacrificiis immundis referta. Proh! neque*

(f) Chrysost. orat. in SS. Martyres Juvent. & Max. to. 3.

Certamen Juventini & Maximi Martyrum.

pu-

purum aerem spirare possumus. Dicta hæc ne perfunctorie transeas; & considera, quando ea locuti sunt, & quanta pietate. Nam si in militari symposio, ubi regnant ebrietas & intemperantia, ubi certatur de prodigalitate, ubi agon est stuporis & insipientiæ, sic ingemiscebant & lugebant; quales erant domi, cum soli inter se agerent? quales erant in precibus ac jejuniis, qui deliciarum tempore tam humilia te & tam Apostolica præseferebant pectora? Gaudebant alii, hi vero lugebant: impie agebant alii, hi vero zelo urebantur. Sane ipsi ob fratrum valetudinem, suam sanitatem non sentiebant. Sic docebant & lacrymabantur in malis, quæ tunc fiebant, quasi universo mundo tutores dati essent. Neque clandestinum fuit, talia eos dixisse. Nam ex sodalibus & convivis, adulator & irrisor quidam obsequium Regi facturus, omnia ut dicta erant, detulit. Rex, accepta occasione diu quæsita, causatus est ex verbis illis affectatam tyrannidem, ut ita martyrii corona privaret, & jussit, confiscatis facultatibus eorum omnibus, nudos eos in carcerem conjici. Illi autem gaudebant, & exultabant, dicentes: Quid nobis divitiis, pretiosaque veste opus? Si & indusium intimum, nempe caro, propter Christum exuendum est; non obluctabimur, sed sponte concedemus. Et ocyus dicto, scripti sunt libelli indices, confiscataque omnia. Porro ut homines in patriam migraturi, substantiam omnem in pecuniam commutatam præmittunt; ita & illis accidit. Quoniam erant in cælos transituri, inimicis ipsis negotium agentibus, & in hoc ministrantibus, opes suas ante se miserunt. Non enim illæ tantum opes, quas eleemosynæ nomine dispendimus, transferuntur in cælum; sed etiam quascumque nobis hostes fidei, piorumque persecutores rapiunt, alibi thesauri erunt: est enim hoc non minus, quam illud. De

(a) Hebr. 10. *hoc audi quid Apostolus (a) dicat: Etrapinam, inquit, facultatum vestrarum cum gaudio tulistis, scientes vos habere meliorem substantiam, & manentem in cælis.*

CXXVIII. *Ut autem ingressi sunt carcerem, confluxit ad eos omnis Civitas; tametsi multis terroribus, minis, & periculis interdictum erat, ne quis ad eos accederet, vel eis loqueretur, vel quovis modo communicaret. Atqui timor Dei efficiebat, ut non curarentur ea Principis mandata. Unde multi ob consuetudinem, quam cum martyribus habebant, facti sunt & ipsi martyres. Multi enim, contempta præsenti vita, frequenter eos visitando, sacras apud eos vigilias continuis psalmis perficiebant. Erant familiaritates illæ spiritualis eruditionis & consolationis plenæ. Et clausa quidem tunc est Ecclesia: carcer autem Ecclesia facta est. Neque hi solum qui eos visebant, sed & qui intus cum eis tenebantur, veram patientiam & virtutem a patientia & fide eorum discebant. Rex ut hæc audivit, valde stomachatus est; cupiens tamen eos supplantare, & ab alacritate sua destituere, avaros quosdam homines & impostores subornavit, qui si quando privatum colloquium sese offerret, eo accederent, non ut a Rege missi, sed quasi singulari compassione, & proprio consilio id agentes; & adhortarentur, ut a religione desistant, & ad impietatem transeant. Dicebant enim: Sic non solum imminens periculum effugietis, sed majori dignitate honestati, majorem quoque principatum adepturi estis, Regis ira feliciter placata. Nonne vidistis & alios vestri ordinis id ipsum fecisse? Quibus illi responderunt. Atqui nos hac potissimum ratione viriliter stabimus, & pro illarum ruina nosmetipsos in sacrificia offeremus: benignus & misericors nobis Dominus est: solet etiam uno accepto sacrificio, toti orbi conciliari. At sicut olim (b) tres pueri dixerunt: Non est in tempore hoc princeps & propheta & dux, neque sacrificium, neque incensum, neque holocaustum, neque locus primitiarum coram te, ut possimus invenire misericordiam; sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur, quasi in holocaustis arietum, & taurorum, & sicuti in millibus agnorum pinguium. Ita & illi videntes altaria subversa, clausas Ecclesias, sacerdotes fugatos, Fideles omnes in exilium actos; studebant, ut pro omnibus offerrentur Domino, relictisque militaribus signis, angelicis sese choris adjungerent. Quocirca & dicebant: Quid? etiam si nunc non morimur, moriendum tamen omnino est non multo posthac. Satius igitur fuerit mori pro Rege Angelorum, quam pro Rege tam impio: hic etsi moriatur pro Rege quis, nihil accipiet a Rege sua dignum fortitudine. Et quid posset defuncto præstare, vel si maxime vellet? atqui eis sæpenumero ne sepultura quidem contingit, & non raro a canibus devorantur. Quod si pro Rege Angelorum mortui fuerimus; certi sumus, nos accepturos corpus multo gloriosius: majori gloria conspicui erimus, longe nobis majora erunt laborum præmia. Proinde arripiamus arma spiritualia: non opus jaculis & sagittis; sufficit pro omnibus lingua: sunt enim & sanctorum ora pharetræ, e quibus diabolico capiti continui & crebri ictus inferuntur.*

Tentantur Martyres.

(b) Daniel. 3.

Nunciata sunt hæc atque similia Regi; qui nec destitit, sed illecebrarum escis iterum atque iterum illos tentavit. Ita autem mandavit, quod si cederent victi, sub omnium oculos producerentur; sin fortes perseverarent, uti perduellionis rei educerentur, & occiderentur: neque ulla Christianæ professionis, ob quam tenebantur, mentio fieret. At qui revelat profunda & abdita, CXXIX.

Falsus prætextus cædis Martyrum.

non

non permisit, ut machinationes illæ occultæ manerent, ignotæ insidiæ. Nam quemadmodum olim mulier Ægyptia (a) Josephum in lecto apprehendens, licet speraret factum suum clam fore omnibus hominibus; non fuit tamen occulta vel oculo illi soporis nescio, vel posteritati; quippe quod absque arbitro illa Josepho dixit, id toto ubique mundo canitur: Ita & ea, quæ per subornatos illos consiliarios dolosus Rex agebat, sperans occulta fore, nequaquam manserunt occulta. Didicerunt enim posteri omnes, & insidias dolosas, & triumphantium victorias. Denique cum multo tempore exacto, alacritatem eorum non solum non frangeret multitudo dierum, sed potius studium & ardorem excitaret, æmulatoresque multos faceret; jussit tandem media nocte in barathrum eos abduci. Ducebantur itaque in densas tenebras luminaria, & decollabantur. Ceterum capita detruncata tunc diabolo magis terribilia erant, quam cum adhuc vocem darent; sicut & caput Joannis non tantum terrebat cum loqueretur, quantum cum disco (b) mutum afferretur. Habet enim & sanctorum sanguis vocem suam, quæ non per aures auditur, sed occidentium conscientiam invadit & perstringit. Post beatam autem illam cædem, quidam etiam cum salutis periculo athletas illos optimos rapuerunt, etiam ipsi vivi martyres, ut eorum reliquias curarent decenter: nam quamvis non occidebantur, optabant tamen mori potius, quam ut corpora illa relinquerent inhumata; ita ad venationem eorum festinabant.

(a) Genes. 39.

Martyrium Juventini, & Maximi.

(b) Matt. 14. 4

CXXX. *Dicunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens occisa videre datum fuit, quod jacentibus simul illis in sepulcro, talis quædam ex eorum oculis & vultu gratia resplenduerit, qualem in Stephano Judæis responsuro fuisse Lucas dicit (c): neque ullus est, qui non pio quodam horrore illis adstiterit; adeo aspectus ille afficiebat omnes; quin & omnes clamabant in laudem eorum id quod a Davide dictum (d): In vita sua non sunt separati, & in morte non sunt divisi: pariter enim confessi sunt; pariter carcerem inhabitarunt; pariter in barathrum abducti sunt, pariter capite mulctati; & unus utriusque corpora tumulus tenet; & unum quoque tabernaculum in cælis eos excipiet, quando ad majorem perventuri sunt gloriam nempe immutandi.* Et paulo post, hæc de eorumdem martyrum reliquiarum cultu: *Idcirco sæpe eos invisamus, tumulos adornemus, magnaque fide tumulos eorum contingamus, ut inde benedictionem aliquam assequamur. Etenim sicut milites, vulnera in præliis sibi inflicta Regi monstrantes, fidenter loquuntur; ita & illi in manibus abscissa capita gestantes, & in medium afferentes, quæ voluerint, apud Regem cælorum impetrare possunt. Proinde magna fide, promptitudineque huc veniamus, quo & visis sanctorum monumentis, & consideratis eorum præmiis, inde varios thesauros undequaque colligamus &c.* Hæc Chrysostomus. Horum vero natalis dies tam in Oriente, quam in Occidente a Catholica Ecclesia annua celebritate recolitur vigesimaquinta Januarii: qui enim hujus anni ultimo tempore confessi sunt, in carcere detenti, ad illum diem delati, martyrium magna omnium Fidelium gloria consummarunt. Pari quoque certamine & persimili martyrio coronati sunt Romæ hoc anno Joannes, & Paulus, de quibus inferius pluribus agendum erit.

(c) Act. 6.

Martyres post mortem quales.

(d) 2. Reg. 1.

Cultus reliquiarum Martyrum.

Quod rursum pertinet ad res Antiochenas; haud profuit Juliano luculenta illa oratione de barba hircina dicteria refellisse, nec fortissimis militibus necem clanculo intulisse; quin Christiana libertate Fideles sicut Christi gloriam prædicarent, ita falsitatem deorum Gentilium probris insectarentur; usque adeo, ut feminæ quoque Christianæ id ipsum summa constantia, animoque invicto præstiterint. Inter quas enituit magna laude veneranda matrona, nomine Publia, cujus egregium certamen in hæc verba a Theodoreto (e) describitur: *Hoc loco præterea historiam de femina quadam præstantissima plane memorabilem narrabo: nam feminæ etiam divino pietatis amore ac studio armatæ, hujus tyranni rabiem prorsus contempserunt. Publia femina illis temporibus nobilissima, & propter virtutis suæ præstantiam plurimorum celebrata sermonibus, matrimonii jugo aliquandiu copulata, fructum Deo dignum sane admiratione obtulit. Nam Joannes, qui longo tempore presbyteris Antiochiæ præfuit, & sæpe ad primatum Apostolicum suffragiis delectus, semper illum honoris gradum recusavit, ex ejus ventre tamquam admirabili solo editus est. Hæc mulier chorum virginum perpetuam castimoniam professarum secum habens, Deum omnium opificem ac Salvatorem hymnis assidue celebrare solebat. At cum Imperator illac prætergrederetur, virgines inter se mutuo clariori voce canunt, rati illum consceleratum tyrannum contemnendum esse, & omnium irrisione ludendum. Canebant autem illos potissimum psalmos, quibus debilitas simulacrorum scite deridetur, & cum Davide (f) dicebant: Simulacra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. At postquam versus, qui illa sensus omnis expertia esse pronunciant, recitaverant, istum adjungebant: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* CXXXI.

(e) Theod. l. 3. c. 17.

Publiæ matronæ confessio.

(f) Ps. 113.

CXXXII. *His Julianus cum maxima animi ægritudine audisset, jussit, ut eo progrediente conticescerent. At Publia ejus leges parvi æstimans, majori cum alacritate chorum*

vir-

virginum in aaum coegit, & illo prætereunte, deaao cantare mandavit (a): Exurgat Deus, & dissipeatar inimiei ejus; &c. Itaque tyrannus graviter commotus, jubet magistram chori ad se adduei: quam eum anum propter ætatem iagravescentem cum primis veuerandam cerueret; tamen neqae eaaicie corporis ad misericordiam illius eapiendam, aeqae animi virtate ad boaorem ei tribueadam addueitur; sed satelliti cuidam dat maadatum, ut utramque malam verberet, & geuas erueatet maaibus. Illa hauc contameliam pro summo honore ducens, domam revertitar, & tyrannum, at solebat, spiritualibas eaatilenis perstriagit, noa aliter quam ipse psalmoram scrsptor & magister David, qai malignum spiritum, qaa Saul agitabatar, compressit. Etenim iste tyrannas, ubi sceleratos dæmones sibi familiares reddiderat, Corybantum more facere & contra verum Dei cultum rabiem exercere uoa destiist. Hactenus de confessione Publiæ Theodoretus.

(a) Psalm. 67.

Publia acriter verberatur.

CXXXIII. Cum autem hanc fuisse Joannis matrem idem auctor affirmet: ea apud Græcos sententia invaluit, ut hæc fuerit parens Joannis Chrysostomi: id quidem ipsi profitentur publicis monumentis, eum de Publia agunt in Menologio, die decima mensis Octobris. Quod quidem haud ita exploratum habetur, ut firmiter affirmari possit; cum multa sint, quæ repugnent; atque in primis quod ipse ait Theodoretus, Joannem illum Publiæ filium numquam adigi potuisse, ut sedem Episcopalem capesseret: cum tamen Joannem Chrysostomum fuisse constet Episcopum Constantinopolitanum. Sed & cum Theodoretus eam oomine Publiam dictam ferat; Chrysostomi quidem matrem Anthusam appellatam tradunt. Rursum vero, quod me magis ab ea sententia distrahit, illud est, quod idem Theodoretus tradit, Publiam hanc anum fuisse jam ingravescentis ætatis; cum tamen constet matrem Joannis Chrysostomi fuisse hoc Juliani tempore juniorem; ipsum vero Joannem ejus filium puerum; ita profecto invenitur, si ætas tum filii, tum matris reducatur ad calculum. Quem enim vixisse annis quinquaginta duobus & mensibus octo Joannem Chrysostomum tradunt Leo Imp. Zonaras, Georgius, & alii; obiisseque diem, Honorio septimum & Theodosio secundum Coss. anno Domini quadringentesimo septimo; natum eum esse oportuit anno Domini trecentesimo quinquagesimoquarto, Constantio septimum & Gallo tertium Coss. sicque hoc eodem anno ipsum Joannem fuisse annorum ætatis octo, quem liquet a matre genitum adolescentula, quæ anno suæ ætatis vigesimo orbata viro, magna cum laude in viduitate permansit. Id quidem testatur ipse Chrysostomus (b), dum scribens ad Viduam juniorem, hæc de Libanio, cum ipse ab eo adolescentior imbuebatur rhetoricis disciplinis: *Ego aliquaado eam essem junior, doctori meo (erat autem ille omnium bomiaam maxime superstitiosus) animadverti matrem meam præ multis magaam excitasse admirationem. Nam eum eos, qai sibi assidebaat, more suo interrogasset, cujas ego essem; ac respoasum esset, me vidaa mulieris esse filium; de me qaæsivit ætatem matris, & viduitatis tempus. Cum primam vero aadivit quadraginta annos natam esse, vigesimum vero jam anaam agi, ex qao patrem meum amiserit; obstupait valde, atque ad eos, qui aderaat, conversus elara voce exclamavit: En quales mulieres apud Christianos sant! Tanta noa moda apud nos, sed etiam apud Gentiles viduitatis laus est & admiratio.* Hæc ipse. Ex his igitur satis liquet, ea quæ de Publia a Theodoreto scripta sunt, minime aptari posse matri Joannis Chrysostomi; nisi dixerimus eum in ætate ejusdem errasse, eamdemque duplici nomine Publiam Anthusam dictam esse. Hæc de matre Chrysostomi, cujus patrem tradunt dictum fuisse Secundum nomine. Porro non ab anu fœmina tantum Julianus illusus est, sed & delusus insigniter a mimo, Porphyrio nomine; qui ut Christianam religionem risui exponeret, baptismo per jocum initiatus, serio exinde Christum confessus, summa constantia perstans in sententia bilem Principis movit; adeo ut oblitus se esse philosophum, in eum continuo animadverti jusserit: qui ex mimo martyr effectus, inter martyres relatus, anniversario honore colitur decimoseptimo Kalendas Octobris.

Publia cujus Joannis mater.

Ætas Chrysostomi.

(b) Chrys. ad Vid. junior. ep. 1. tom. 5.

Matris Joannis Chrysostomi spectata virtus, & ætas.

CXXXIV. Sed & senex centum & decem annorum, Eusignius nomine, viridi animi robore fregit Juliani procaciam, exprobrans illi desertam, in qua educatus fuerat, pietatem; Constantinum Magnum contra mirifice ex religione commendans: at sic fidenter insultantem sibi hominem minime passus est Julianus, sed abductum delirantem (ut ajebat) senem, ut eum curaret delirio, capite plecti jussit, quasi majestatis reum; utpote qui licet imbellis viribus, lingua tamen potens juventutem in Imperatorem solicitaret: recensitus ergo & ipse inter martyres, anniversaria commemoratione Ecclesiæ lætus redditur Nonis Junii, quibus reliquiarum ipsius translatio facta videtur.

His omnibus exagitatus Julianus Apostata, gravibus Antiochenos affecit incommodis, atque in eo potissimum, quod exercitum ad bellum Persicum comparatum, ibidem, in hibernis continuit, ad quem alendum adegit Cives Antiocheoos vili vendere annonam, quam ipsi caro ob penuriam pretio emissent; adeo ut ea ex

Julianus vexat Antiochenos.

re complures a mercatura destiterint, eamque ob causam magis magisque caritas rerum omnium creverit. Hæc quidem Socrates (a) tradit, additque, eumdem ira percitum inde recedentem Tarsum concessisse, sed illinc, paratis quæ opus erant, citius abiisse. Quid autem actum sit, cum Tarsi Julianus esset, Zonaras (b) declarat his verbis: *Persis bellum illaturum Julianum Tarsi illustri urbe Ciliciæ convenit Artemius sacerdos Æsculapii, cujus templum Argis erat, celebri & ipsa ejusdem provinciæ urbe, columnas ab eo petens, quas Christianorum primarius sacerdos ex ea æde abstulisset, atque suam ædem sacram illis inædificasset, eodem restitui. Id desertor fidei ille statim sumptibus Episcopi fieri jubet. Pagani cum magnis sumptibus & laboribus unam columnam demoliti essent, & usque ad limen januæ Ecclesiæ cum machinis pertraxissent, ac longo tempore ulterius promovere non possent, ea relicta, discesserunt: quam Episcopus post Juliani interitum facillime levatam, in pristinum locum reposuit.* Hæc Zonaras.

(a) Socrat. lib. 3. c. 15.

(b) Zonar. Annal. t. 3.

Quid Tarsi Julianus.

CXXXV. Sed quia hic modico tempore Julianum commoratum esse constat: nam unde digressus fuerat, Antiochiam reversus est; nos quoque ad res ab eo Antiochiæ gestas redeamus; ubi licet quæ palam egit, magno fuerint Civibus detrimento; quæ tamen clanculum facta est ibi ab eo hominum cædes, magnopere Civitatem afflixit; sed nonnisi eo mortuo, jacturam, quam passa est, Civitas sensit; hæc quidem Gregorius Nazianzenus bis paucis perstringit (c): *Quis mihi Herodoti & Thucydidis otium linguamque suppeditabit, ut istius improbitatem ætati futuræ transmittam, atque hujus temporis historiam quasi in columna sculptam posteris relinquam? Tacebo Orontem* (fluvius hic est, qui præterfluit Antiochiam) *& nocturnos mortuos, quos hic tum Imperator occultabat, & cadaverum acervis compressis, atque obscure contrucidatis; hoc enim loco Poetæ verbis uti commodius est. Prætermittam etiam concavas, semotissimasque & abditissimas aulæ partes, quæque etiam in lacubus & puteis & fossis, malis thesauris, mysteriisque scatebant, non modo dissectorum puerorum & virginum ad animarum evocationem & divinationem, sacrificiaque minime legitima, sed eorum etiam, qui pro pietatis rectæque doctrinæ defensione periclitabantur.* Hæc Gregorius; eademque Joannes Chrysostomus, dum ait (d): *Jam vero quis enumeraverit necromantias? quis puerorum cædes? Nam victimæ illæ, a quibus homines ante Christi adventum non abstinebant, post ejus apparitionem repressæ, de integro renovabantur; non jam quidem in propatulo: nam tametsi Imperator esset, ac licentiose omnia ageret, tamen tanta erat earum rerum impietas, ut ea Imperatoriæ etiam licentiæ magnitudinem superaret: victimæ enim illæ de integro renovabantur.* Hæc ipse; eadem quoque & Socrates (e).

Antiocheni dire vexati a Juliano.

(c) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

(d) Joann. Chrys. orat. contra Gent.

(e) Socrat. lib. 3. c. 12.

CXXXVI. Cæterum licet tam dira & execranda, Antiochiæ cum esset, Imperator Apostata perpetraret; nihilominus quibusdam iisdem Antiochenis concessis, voluit videri erga illos animo esse propensiore. Testatur quidem Zosimus, post has cum Antiochenis altercationes Julianum cum iisdem conciliatum esse, atque in signum initæ cum illis gratiæ, eisdem complura indulsisse, multosque Cives Decurionatus dignitate donasse, data insuper facultate eamdem dignitatem in posteros propagandi. At hæc ipsa idem Julianus in Misopogone iisdem Antiochenis visus est tamquam ingratis exprobrasse, cum ait (f): *Quænam igitur causa vestræ in nos offensionis atque invidiæ? Ego enim scio, nihil a me in vos commissum esse durius aut gravius, neque privatim in singulos, neque publice in universos ullo genere maledicti; imo & laude affeci, quantum visum est convenire: ac de Christo quidem concessi tantum, quantum erat æquum ei qui pro viribus cupit de multis bene mereri.* At quid visus est sibi Julianus Christianis indulsisse de Christo? nihil profecto, nisi quod non cogeret (ut alii fecerant persecutores) eos palam ad Christum negandum; cum tamen dolo vim compensare soleret. Sed & subdit de remissis eisdem aliqua ex parte tributis: *Fieri,* inquit, *non potest, ut & iis, qui vectigalia pendunt, omnia condonentur, & qui accipere consueverunt, dentur omnia. Cum igitur videar publicas largitiones, quas regius sumptus facere consuevit, nihil imminuisse, tributa autem vobis non pauca remisisse: nonne res admirabilis, atque ænigmati similis videatur? Sed quæ fuerint nostra in omnes Cives merita, nihil attinet hoc tempore referre:* & inferius. *Multum vobis auri & argenti, multa vectigalia peculiari beneficio præter alias Civitates remisi: præterea Senatorum numerum ad ducentos auxi, neque ulli rei peperci: id enim unum spectabam, ut Civitatem vestram majorem ac potentiorem redderem.* Hæc & alia in eos Julianus, necnon de collato eis frumento tempore famis. At in his blanditiis hostis infensissimus Christianis se habuit tamquam scorpio, dum sic brachiis complecti ac demulcere videtur, ut tamen cauda pungat, & lethale venenum inferat; quod quidem in pluribus, cum oblata occasio fuit, exitus declaravit.

Julianus se erga Antiochenos benignum exhibet.

(f) Jul. in Misopog.

CXXXVII. *Per id tempus cum Julianus ageret Antiochiæ* (inquit Socrates g) *Persarum Legati ad Imperatorem adventarant, postulatum, ut bellum palam indiceret, dena-*

(g) Socrat. lib. 3. c. 16.

Legati Persarum ad Julianum.

nunciaretque. Ille eos remisit, hæc solum locutus: Me ipsum brevi videbitis: & propterea Legatos hac de re ad vos mittere, non est opus. At de rebus Antiochiæ hoc anno gestis jam satis. Age modo ad ejusdem Juliani persecutionem in utriusque Syriæ Ecclesias orationem convertamus, indeque ad res Alexandrinas recensendas stylum admoveamus. Atque primum quid in Cives Constantiæ Civitatis in littore Palæstino sitæ prope Gazam admiserit, ex Sozomeno recitandum est; ait enim (a):

(a) Sozom. lib. 5. c. 3.

Porro Civibus Constantiæ, quæ est urbs Palæstinæ, non dissimilia objectabat crimina (nempe quod cultum Deorum deseruissent, & Christum colerent) *eorumque Civitatem Civibus Gazæ tribuit. Istam namque urbem Constantiam, sicut ex superiore sermone didicimus, cum esset navale Gazæ Civitatis, & Majuma vocaretur, Constantinus simul ut intellexit eam religioni Christianæ in primis esse deditam, Civitatis honore decoravit, filiique Constantii appellavit nomine* (Eusebius autem ab ipsius Constantini Imperatoris sorore fuisse denominatam tradit b) *atque dedit mandatum, ut sui juris esset, suisque legibus ipsa se gubernaret; arbitratus fore iniquum esse, ut ditioni Gazæ urbis superstitioni Gentilium supra modum addictæ pareret. Verum ut primum Julianus ad Imperium regendum accessit, Cives Gazæ Constantiæ Civibus litem intendebant. Atque Julianus constitutus Judex, Constantiam, quæ Gaza abest circiter viginti stadia, Gazæ adjudicavit. Quæ ex eo tempore suo priore nomine orbata, pars urbis Gazæ maritima nuncupatur. Magistratus autem civiles, belli duces, respublica utrisque communis est, soloque Ecclesiæ statu & gubernatione duæ videntur hoc tempore civitates distinctæ. Nam utraque seorsum suum habet Episcopum, suum clerum, celebres quoque dies festos martyrum, memorias Episcoporum, qui in ipsis Ecclesiam rexerint; distinctos denique agrorum undique jacentium fines, quibus etiam altaria ad utrumque Episcopatum spectantia distinguuntur. Itaque quidam Episcopus Gazæ, qui hac nostra vixit ætate, Episcopo mortuo, qui ante Ecclesiam Majumatensem administraverat, laboravit, ut uterque clerus sibi subjiceretur: Non enim fas est, inquit, ut uni urbi duo præficiantur Episcopi. At cum Majumatenses huic refragarentur; Concilium gentis illius in unum locum coactum, causam cognovit, alterumque creavit Episcopum: Nam iniquum omnino existimavit, ut qui ob pietatem privilegia civitatis recepissent, si tametsi judicio Gentilis Imperatoris statum sacerdotii mutatum haberent, ordine Ecclesiastico & honoribus sibi olim tributis penitus spoliarentur.* Hæc de Constantia civitate Sozomenus.

(b) Euseb. Vit. Const. lib. 4. c. 38

Constantia adjudicata Gazensibus.

CXXXVIII. Quid autem Gazenses in Christianos, qui apud se essent, admiserint, idem auctor post multa sic narrat (c): *Sed quoniam huc nostra provecta oratio est, & de Georgii atque Theodoriti nece disseruimus: tempus jam videtur postulare, ut de Eusebio, Nestabo, & Zenone fratribus mentionem faciamus; quos populus Gazæ eodem tempore odio prosecutus, domi occultatos comprehendit, ac primum conjicit in carcerem, flagrisque cædit; deinde omnes ad theatrum convenire, & contra eos graviter propterea vociferari cœperunt, quod sacra ipsorum profanassent, iisdemque ad religionem Gentilium delendam, afficiendamque contumelia superioribus temporibus abusi fuissent. Qui partim clamando, partim se invicem incitando, ira succensi, in eorum necem avide feruntur. Atque ipsi se mutuo instigantes (quod a populo in seditione fieri solet) ad carcerem concursare; eosque inde deductos, modo pronos, modo supinos trahere, interdum ad terram allidere, jam cædere alii saxis, lignis alii, alii aliis rebus fortuito oblatis, sicque crudelissime interfecerunt. Accepi etiam, mulieres e textrinis egressas radiis illos confodisse; quin etiam coquis in foro, pars lebetes aqua fervente ebullientes e focis arripere, inque illos effundere, pars verubus transfigere. Ut vero eos discerpserant, & capita eorum confregerant, ut cerebrum in terram effluerct; extra urbem deducunt ad locum, in quo animalia expertia rationis mortua projici solent. Atque accenso rogo, eorum corpora comburunt: reliqua autem ossa, quæ ignis neutiquam absumpserat, ossibus camelorum & asinorum, quæ ibi projecta erant, admiscent; adeo ut perdifficile esset ea inter tot ossa reperire. Attamen non diu sic latuerunt. Siquidem mulier quædam Christiana, quæ non ex urbe Gaza orta fuerat, sed ibi suum domicilium collocaverat, jussu divino ea noctu ex aliis ossibus selegit, atque in ollam injecta Zenoni eorum consobrino servanda dedit: nam ita Deus ei mandaverat in somnis, & virum etiam mulieri indicarat, quo in loco ætatem degeret, & antequam ad eum veniret ostendebat: quando quidem ei ignotus erat, & propter persecutionem, quæ recens concitata fuerat, in occulto latitabat; nam parum aberat, quin ipse quoque a Gazæ Civibus comprehensus trucidatus fuisset; qui, dum populus in consobrinis ejus necandis occupatus teneretur, nactus tempus idoneum, profugit Anthedonem urbem maritimam, quæ Gaza aberat circiter viginti stadia, quæque id temporis similiter superstitioni Gentili dedita erat, & cultu ac veneratione statuarum cæcata.*

(c) Sozom. l. 5. c. 8.

Martyres Gazenses.

Reliquiæ Martyrum divinitus inventæ.

CXXXIX. *Ubi vero per Judices ibi Christianus cognoscitur, graviter virgis ab Anthedonis tergo cæsus, ejicitur urbe; & ad Na-*

vale Gazæ profectus, ibi absconditus delituit. Quo in oppido mulier in illum forte incidens, reliquias dedit; qui eas ad tempus domi servavit. At ubi Episcopatum illius Ecclesiæ ad tempus forte cœpit (quod quidem accidit regnante Theodosio) extra urbem extruxit Ecclesiam, & altare in ea erexit, martyrumque reliquias ibi reposuit prope reliquias Nestoris confessoris, qui cum istis Zenonis consobrinis, dum viverent, una versatus fuerat, atque simul cum illis a populo comprehensus, vinculorum factus erat & plagarum socius. Quem cum inter trahendum, qui eum trahebant, pulchrum habere corpus viderent, ejus misertisunt, & ante portas urbis adhuc spirantem quidem, expectantem tamen brevi moriturum projecerunt. Quem quidam inde sublatum ad Zenonem deportabant; apud quem dum ulceribus ejus & plagis adhibitæ sunt curationes, e vita migravit. Cives autem Gazæ, dum facinoris a se admissi considerant magnitudinem, supra modum extimescere incipiunt, ne Imperator ipsos inultos minime relinquat. Jam enim fama emanaverat, quod ægre admodum ferebat, & decimum quemque e populo necare constituerat. Sed hoc perspicue falsum erat, & rumor solum (ut credibile est) popularis, qui multorum animos conscientia maleficiorum exterritos occupaverat. Nam Imperator hoc facinus a civibus Gazæ perpetratum (quemadmodum pro scelere, quod contra Alexandrinos a Gentilibus in Georgium commissum esset, fecerat) ne litteris quidem coarguit; sed solum eum, qui illius gentis tum Præfectus erat, magistratu abdicavit, habuitque pro suspecto; & in judicium adductus, humanitatis officium esse duxit, eum morte neutiquam condemnare. Eum tamen vehementer incusabat, quod quosdam ex civibus Gazæ, qui seditionis & cædis auctores dicebantur, in vinculis tenuerat, eo consilio, ut secundum leges pœnas persolverent. Nam quid causa erat, inquit, ut ad supplicium adducerentur hi, qui paucos Galilæos pro injuriis, quas ipsis sæpe ac deis intulerant, probe ulti fuissent? Hactenus de his Sozomenus.

Nestoris martyrium.

CXL. Peculiare namque hoc erat Juliano dictitare, atque ad Præfectos rescribere, quotiescumque accideret Christianos a Gentilibus vi publica & grassatione necari. Nam quæ hic habet Sozomenus de Gazensibus, eadem refert Gregorius Nazianzenus de Cæsariensibus (de quibus superius egimus) cum Julianus cædem Christianorum per Gentiles factam derideret; de quo illud ipsius Gregorii (a) hic referendum: *Quam præclara, inquit, & humana sententia! Quid enim grave, inquit justus Judex minime Christianos persequens, si decem Galilæos manus una Græcanica sustulit? Hæc vero an non perspicua crudelitas? an non persecutionis edictum?* &c. Hæc Gregorius, jure existimans, hujusmodi licentiam & impunitatem occidendi Christianos, concessam a Juliano, æquipollere cuivis acerbissimo persecutionis edicto. Quidnam enim prætermisissent Gentiles in Christianos patrare sceleris, quod certo scirent non tantum a Principe inultum relinqui, sed & laudari?

Julianus quomodo dire persequitur Christianos.

(a) Greg. Nazianz. orat. 2. in Jul.

Quomodo insuper Gazenses quæsierint ad necem S. Hilarionem in suo ipsorum agro degentem, idem Sozomenus (b) narrat, sic scribens: *Per idem tempus Hilarion etiam monachus a populo Gazæ quæsitus, profugit in Siciliam. Ibi ligna in desertis montibus colligens, & humeris portans, quadam in urbe ea vendidit, eoque pacto quantum sat erat ad quotidianum victum sibi comparavit. Verum tandem a viro quodam dæmone agitato, quo ipsum liberaverat, quisnam & qualis esset, indicatus, concessit in Dalmatiam. Qua in regione quoque cum maxima miracula divina virtute edidisset, adeo ut mare ejus precibus recessu prohibitum aridam undique inundatione obruisset; inde denuo secessit. Nam ei haud volupe erat, apud eos qui ipsum laudarent, commorari. Itaque locu subinde commutando, obscurus esse, & celebrem famam de se pervagatam crebris migrationibus delere laboravit. Postremo Cyprum prætervectus, Paphum appulit; atque rogatu illius, qui tum Cypri erat Episcopus, ibi commorari contentus est: inque loco, qui Charbyris dicitur, monasticum vitæ genus excoluit. Quod autem martyrio iste non occubuerit, fuga in causa fuit. Atqua fugiebat, propterea quod sanctum Evangelii præceptum est, ut persequentes nos non expectamus. Quod si qui comprehensi fuerint, ut animo excelso fiat & robusto, vimque & violentiam a persecutoribus illatam strenue evincant.* Hactenus Sozomenus. CXLI.

(b) Sozom. l. 5. c. 9.

S. Hilarion fugit persecutionem Gazensium.

Quæ licet vera omnia sint; diverso tamen tempore contigisse fugam Hilarionis a profectione ejusdem in Siciliam, S. Hieronymus, qui ejus res gestas, exactissime est prosecutus, facile monstrat, dum hoc Juliani tempore eum petiisse Oasenam Ægypti solitudinem, atque demum ipso defuncto reversum, profectumque esse in Siciliam tradit; qui de fuga Hilarionis hæc habet (c): *Urbs autem Gaza, postquam profecto de Palæstina Hilarione Julianus in Imperium successerat, destructo monasterio ejus, precibus ad Imperatorem datis, & Hilarionis & Hesychii mortem impetraverat, amboque ut quærerentur, toto Orbe scriptum erat. Egressus ergo de Brutio, per inviam solitudinem intravit Oasam; ibique anno plus minus exacto, quia illuc quoque sua fama pervenerat, quasi jam in Oriente latere non posset, ubi multi illum & opinione & vultu noverant,* CXLII.

(c) Hieron. in Vita. S. Hilarion. to. 1.

Fuga Hilarionis in Oasim.

rant, ad solas navigare insulas cogitabat, ut quem terra vulgaverat, saltem maria celarent. Eodem ferme tempore Hadrianus discipulus ejus de Palæstina supervenit, dicens Julianum occisum, &c. Hæc Hieronymus de fuga Hilarionis a Gazensibus eum ad necem quærentibus. Quod autem tanto studio iidem ejus necem expetiissent, ea potissimum causa intercessit, nimirum quod idem S. Hilarion apud eos agens, insignia cum miracula edidisset, uno ex illis in theatro facto perspicuo, ab omnibus fuerat acclamatum, Marnam Gazentium deum esse superatum a Christo: quodnam vero hoc fuerit, prætermissis cæteris, hic ex eodem Hieronymo recitemus, qui rem gestam ita describit:

CXLIII. *Italicus ejusdem oppidi municeps Christianus, adversus Gazensem Duumvirum Marnæ idolo deditum, Circenses equos nutriebat; hoc siquidem in Romanæ urbibus jam inde servatur a Romulo, ut propter felicem Sabinarum raptum, Conso, quasi consiliorum deo quadrigæ septeno currant circuitu; & equos partis adversæ fregisse, victoria sit. Hic itaque æmulo suo habente maleficum, qui dæmoniacis quibusdam imprecationibus, hujus impediret equos, & illius incitaret ad cursum; venit ad beatum Hilarionem, & non tam adversarium lædi, quam se defendi, obsecravit. Ineptum visum est venerando seni in hujusmodi nugis orationem perdere. Cumque subrideret, & diceret: Cur enim non magis equorum pretium pro salute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respondit, functionem esse publicam; & hoc non tam se velle, quam cogi; nec posse hominem Christianum uti magicis artibus, sed a servo Christi potius auxilium petere, maxime contra Gazenses & adversarios Dei, & non tam sibi; quam Ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus ergo a fratribus, qui aderant, scyphum fictilem, quo bibere consueverat, aqua jussit impleri, eique tradi: Quem cum accepisset Italicus, & stabulum & equos & aurigas suos, rhedam, carcerumque repagula aspersit. Mira vulgi expectatio: nam & adversarius hoc ipsum irridens diffamaverat; & fautores Italici sibi certam victoriam pollicentes exultabant. Igitur, dato signo, hi advolant: isti præpediuntur. Sub horum curru rota fervent: illi prætervolantium terga vix cernunt. Clamor fit vulgi nimius, ita ut Ethnici quoque ipsi concreparent: MARNAS VICTUS A CHRISTO EST. Porro furentes adversarii Hilarionem maleficum Christianorum ad supplicium poscere. Indubitata ergo victoria & illis & multis retro Circensibus, plurimis fidei occasio fuit.* Hucusque de his Sanctus Hieronymus; quibus Gazenses magna ira perciti, tanto studio Hilarionem, cum

In Circensibus acclamatur Victoria Christi.

licuit per Julianum, ut eum necarent, pervestigarunt.

CXLIV. Cæterum adeo furens fuit Gazensium in Christianos persecutio, ut non tantum Hilarion cogeretur captare fugam, sed & alii omnes qui degebant in eorumdem Gazensium ditione, fuga pariter atque latebris sibi consulere sint coacti: nam de majoribus suis hæc Sozomenus (a) posteris commendavit: *Hujus fugæ cum aliis compluribus meorum majorum, tum avus meus particeps fuit: propterea quod cum patre Gentili natus esset, & ipse cum universa familia, & hi qui erant genere Alaphionis orti, primi in Bethelia pago, ditioni Gazensium subjecto, multis hominibus frequentato, & delubra habente, tum ob vetustatem, tum ob structuram magno ab habitatoribus in honore habita, & maxime omnium illud quod Pantheon vocabatur, supra clivum quemdam hominum manu factum, velut supra arcem positum, & toto pago undique eminens; &, quantum conjectura assequor, locus inde nomen traxit, & ex Syriaca lingua in Græcam translatum, Domicilium deorum, propter illud delubrum, Pantheon appellatum est. Ferunt autem illis, qui ex eorum familia sati sunt, Hilarionem monachum, religionis Christianæ recipiendæ causam & auctorem extitisse. Nam cum Alaphion iste dæmonio agitaretur; & quidam tum Gentiles, tum Judæi incantationibus ad dæmonem ejiciendum, & aliis quibusdam superstitiosis ineptiis crebro multumque usi, nihil proficerent; Hilarionem, invocato nomine Christi, dæmonium expulisse, & hominem ad fidem Christi adduxisse. Meus autem avus in sacris litteris interpretandis magnam laudem est adeptus. Vir erat ingeniosus, & talis, qualis non in obscuro latere debeat: humaniore etiam litteratura non mediocriter institutus, ita ut arithmeticæ expers non esset. Quamobrem Christianis qui Ascalonem, Gazam, & loca finitima incolebant, perquam carus erat, propterea quod ambiguas sacrarum litterarum sententias & ad religionem apte & aperte facile ad omnium intelligentiam dissolvere poterat. Virtus autem eorum, qui ex altero genere orti sunt, vix a quoquam oratione explicari potest: nam primi hoc in loco & Ecclesias & monasteria fundarunt, eaque tum vitæ integritate, tum benignitate in peregrinos & egentibus excipiendis ipsi exornarunt.*

(a) Sozom. l. 5. c. 14.

Alaphionis conversio ex fuga.

CXLV. Sed quo tandem progressa sit eorumdem Gazensium & Ascalonitarum in Christianos sævitia, Theodoretus narrat, cum ait (b): *Quæ autem maleficia, hi qui falso simulacrorum cultu tenebantur obstricti, id temporis admiserint, quamquam permulta sint, & opus separatum postulant: ego tamen ex multis pauca sumam mihi ad commemorandum. Ascalone & Gazæ,*

(b) Theod. l. 3. c. 6.

Sævitia Gentilium in Christianos.

quæ

quæ sunt urbes Palæstinæ, primum virorum sacerdotis dignitate exornatorum, & mulierum perpetuam virginitatem professarum ventres discindunt; deinde farciunt ordeo; ad extremum eos porcis devorandos objiciunt. Sebaste in Palæstina item, quæ est urbs ditioni gentis, de qua supra dixi, subjecta, Joannis Baptistæ tumulum aperiunt; ossa tradunt igni absumenda, & eorum cineres passim dispergunt. Hæc Theodoretus. At ex his plane ipsi videant, atque judicent Novatores hæretici, isthæc sæpius perpetrantes, num sub Christi, an sub Juliani Apostatæ recensendi sint disciplina. Hæc quidem jubente ipso Juliano patrata esse, idem ipse in Misopogone haud obscure testari videtur, dum ait de Ethnicis ipsis Syris: *Deorum templa restituerant, sepulcra vero atheorum omnia* (sic nominat sacra conditoria martyrum) *signo a me nuper dato, everterunt; ita elati & erecti animis, ut scelera eorum, qui deos violarunt, acrius etiam quam mea ferebat voluntas, vindicarint.* Hæc Julianus; ad ea plane alludens, quæ facta sunt in Palæstina. At non Joannis Baptistæ tantum ossa, sed etiam Elisei prophetæ eadem fuisse affecta contumelia, Nicephorus (*a*) & alii tradunt.

(*a*) Niceph. l. 10. c. 13. Metaph. die 20. Octob. in Actis Artemii mart.

CXLVI. Ruffinus (*b*) de his agens, quomodo ex tali jactura lucrum fecere monachi Hierosolymitani, quos divina providentia tum direxit illuc, rem gestam narrat his verbis: *Juliani temporibus, velut relaxatis frenis efferbuit in omnem sævitiam feritas Paganorum. Ex quo accidit, ut apud Sebastem Palæstinæ urbem, sepulcrum Joannis Baptistæ, mente rabida & funestis manibus invaderent, ossa dispergerent, atque ea rursus collecta, igne cremarent: sanctos cineres pulveri immixtos, per agros & rura dispergerent. Sed Dei providentia factum est, quosdam de Hierosolymis ex monasterio Philippi hominis Dei, orationis illuc causa per idem tempus venisse. Qui cum tantum nefas, humanis quidem manibus, sed ferina mente fieri viderent; mori gratius habentes, quam hujuscemodi piaculo funestari; inter eos, qui ossa ad exurendum legebant, mixti, diligentias, in quantum res patiebatur, ac religiosius congregantes, furtim se vel stupentibus, vel insanientibus subtraxere, & ad religiosum patrem Philippum venerandas reliquias pertulere. Ille supra se ducens, tantum thesaurum propriis servare vigiliis; ad Pontificem maximum tunc Athanasium hostiæ immaculatæ reliquias per Julianum diaconum suum, post etiam Palæstinæ urbis Episcopum, mittit. Quas ille susceptas, paucis arbitris, sub cavato sacrarii pariete inclusas prophetico spiritu profuturas generationi posteræ conservavit. Quibus nunc, dejectis & prostratis idololatriæ vestigiis, in ædibus quondam profanis aurea tecta consurgerent &c.* Illatas enim tradit in novum illud super Serapidem erectum augustissimum templum ejusdem Sancti reliquias. Ut plane & in hoc demonstrata fuerit veritas verborum Christi dicentis (*c*): *Nolite timere eos qui occidunt corpus, post hæc autem non habent amplius quid faciant.*

(*b*) Ruffin. l. 2. c. 28.

Reliquiæ S. Joannis Baptistæ collectæ.

(*c*) Luc. 12.

CXLVII. Nihil plane est, quantumlibet impietas vesana grassetur in reliquias sanctorum martyrum, quod imminuat gloriam, qua eorumdem animæ potiuntur in cœlo; sed nec ob eam causam obscurare possit honorem, quo perfruuntur in terris, ut plane de Joannis reliquiis cernimus esse factum: nam & qui erat Sebaste ejus tumulus, idem majori auctus gloria in posterum perseveravit; & licet inde ejus reliquiæ ablatæ fuerint, tamen in earum memoriam, disjectis deorum templis, præclaræ fuerunt erectæ basilicæ. Cæterum sive ex collectis ac repositis ibi cineribus, sive ex carne ipsa, quæ temporis diuturnitate ossa deseruerat, & in sepulcris remanserat, mortuo Juliano, ipsa eorumdem cum Joannis, tum Elisei monumenta, eadem qua prius, immo majori celebritate & veneratione, ob miracula ibidem edi solita celeberrima claruerunt; ut merito acciderit quod ex Gregorio Nazianzeno (*d*) dictum est superius: *Sanctorum vel solæ sanguinis guttæ, atque exigua passionis signa idem possunt, quod corpora.* Accedit his locuples testis S. Hieronymus, qui in epitaphio Paulæ (*e*) hæc habet ad Eustochium de ipsius matre in Palæstinam ad loca sancta peregrinante.

Reliquiæ sanctorum magno in honore habitæ.

(*d*) Gregor. Naz. orat. 1. in Jul.

(*e*) Hieron. ep. 27. to. 1.

CXLVIII. *Vidit*, inquit, *Sebasten, idest, Samariam, quæ in honorem Augusti ab Herode, Græco sermone, Augusta est nominata; ibi siti sunt Eliseus & Abdias prophetæ, & quo major inter natos mulierum non fuit, Joannes Baptista. Ubi multis intremuit consternata miraculis: namque cernebat variis dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulcra sanctorum ululare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum, alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensisque pede feminis vestes defluere in faciem, &c.* Hæc Hieronymus: qui & in Abdiam ait: (*f*): *Sepulcrum ejus usque hodie cum Mausoleo Elisei prophetæ, & Baptistæ Joannis, Sebaste venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur.* Et in Michæam (*g*), de Samaria: *Erat quippe in montibus sita, ubi nunc Sebaste est, in qua & S. Joannis Baptistæ ossa sunt condita.* Hæc S. Hieronymus, cum tamen illa alio translata fuisse, alii tradant.

Miracula ad sepulcra Prophetarum edi solita.

(*f*) Hieron. in Abdiam c. 1. tom. 5.

(*g*) Hieron. in Mich. c. 1. to. 5.

CXLIX. Sed prosequamur quæ in aliis Palæstinæ civitatibus a Gentilibus adversus Christianos patrata sunt execranda facinora.

Theo-

Quid Heliopolitani in Christianos. (a) Theod. lib. 3. c. 6.

Theodoretus enim hæc subdit (*a*): *Scelus autem ab illis in Phœnicia patratum, quis est quæso, qui sine lacbrymis possit commemorare? Nam Heliopoli, quæ est urbs Libano finitima, execrabiles isti Gentiles recordati facinoris Cyrilli diaconi, qui regnante Constantino, divino quodam zelo accensus, multa simulacra, quæ in ea urbe colebantur, confregerat; non modo eum interfecerunt, verum etiam, dissecto ventre, jecur ejus degustare non sunt veriti. Verum hoc Deum omnia contemplantem celare non poterant, sed debitas sui maleficii pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labe inquinati sunt, primum amiserunt dentes, qui pariter omnes ad unum excidebant; deinde linguas perdiderunt, quæ putrediae labefactatæ ex ore effluebant; postremo oculis orbati sunt; quorum calamitatibus veræ pietatis vis clare prædicata est. Emesæ item urbis vicinæ Baccho Mulieroso Ecclesiam nuper a Christianis ædificatam dedicaverunt; statuamque plane ridiculam, sexum utrumque, virilem scilicet & muliebrem, repræsentantem in ea collocarant.* Hæc pauca de Emesenis Theodoretus.

CL. Quid etiam Arethusii in Christianos. (b) Sozom. l. 5. c. 9.

At res cum ab Heliopolitanis, tum etiam ab Arethusiis eodem tempore gestas Sozomenus (*b*) fusius describit; narrans eadem ab iis factitata, quæ ex Theodoreto ab Ascalonitis & Gazensibus adversus virgines perpetrata fuisse diximus. Porro rem gestam refert his verbis: *Qui Heliopolim ad Libanum sitam, & Arethusam Syriæ incolunt, hos,* nempe Gazenses & Alexandrinos, *crudelitate longe superasse videntur. Nam isti virgines sacrae (incredibile quidem dicta, nisi quidam qui eorum eodem tempore vixerunt, idem ipsum narrassent) quæ a populo conspici minime solent, in loco publico veste nudatas, tum ad commune omnium qui eas intueri volebant, spectaculum, tum ad ipsarum contumeliam consistere cogebant; atque ut primum eo quo libitum erat modo in eas insultarant, ad extremum illarum capillum tondebant. Quin etiam eas dissecabant bifariam, & ad illarum intestina devoranda porcos provocabant, viscerum extremitate consueto illis alimento operta; quo porci non tam facile ea internoscerent; sed consuetum alimentum necessario appetentes, carnes etiam humanas discerperent. Ad hanc quidem contra sacras virgines crudelitatem, uti conjicio, Heliopolitani adacti sunt ex eo, quod vetitum ipsis fuerat, ne virgines suas, sicut patrius mos ante tulerat, homini fortuito occurrenti prius stuprandas traderent, quam cum viris, quibus desponsatæ erant, congrederentur. Nam Constantinus fano Veneris Heliopoli diruto, primus apud eos Ecclesiam ædificaverat, legeque prohibuerat, ne consueta stupra admitterent.* Hæc Sozomenus de Heliopolitanis; eadem habet Gregorius Nazianzenus (*c*); qui & addit, non porcis tantum carnes virginum exposuisse, sed etiam ipsos easdem depastos esse, & earum se hepatibus crudis ingurgitasse. (c) Greg. Naz. orat. 1. in Julian.

CLI. (d) Sozom. l. 5. c. 9.

Porro etiam Arethusii (subdit Sozomenus *d*) *Marcum suum Episcopum jam admodum senem, canicie & vita pie acta venerandum, miserabiliter occiderunt. Quippe contra eum jampridem odium conceperant; tum quod Gentiles ejus impulsu multo alacrius, quam suasu Imperatoris Constantii, se ad fidem Christi transtulerant; tum quod delubrum apud eos longe augustissimum, magnificentissimeque extructum, ab illo deturbatum fuerat. Ubi vero Imperium Juliano delatum est, videns populum in se concitatum, simulque Imperatoris edicto, vel ut pecuniæ summam, quæ satis æstimaretur ad delubrum de integro extruendum, persolveret, vel ipse idem denuo ædificaret, condemnatum; animoque complexus neutrum a se posse fieri, atque præsertim posterius, quod ne Christiano quidem fas erat, nedum Episcopo; primo tempore fuga suæ vitæ consuluit. Verum ut intellexit, multos propter se in discrimen venire, tum distractionem membrorum, tum judicia, tum tormenta cum his conjuncta subeundi; rediit Arethusam, & sua sponte se populo tradidit, ut quod libitum erat, in ipsum ederent. Illi vero ob id ipsum factum, quod ut hominem vere pio & sapiente dignum laudare debuerant, ab eo se contemni arbitrati, omnes gregatim in eum irruere per plateas, trudere, vellere, singuli denique membra promiscue ferire cœperunt.* Marci Episcopi Arethusii certamen.

CLII.

In hoc facinus non viri solum, sed mulieres etiam, & alii omnes, cujuscumque essent ætatis, studio alacri, & ira quoque incensi, acriter incumbebant; adeo ut etiam aures ejus tenuibus quibusdam funiculis avellerent. Pueri præterea, qui scholas frequentabant factum hoc pro ludo habuerunt: quin etiam eum in sublime elatum instar globi inter se volvere ultro citroque, tum ab se projicere, tum denuo excipere stylis, quibus eum acerbe & crudeliter pupugerunt. Ubi vero corpus vulneribus ubique deformatum erat, & ipse nihilominus adhuc spiritum ducebat; illum melle & liquamine ungunt; imponunt in sportulam, quæ tota juncis contexta erat; in sublime denique suspendunt; quo quidem tempore cum vespæ & apes ad eum advolarent; carnemque ejus exederent, ferunt eum Arethusiis dixisse, se in sublimi positum esse, videreque eos infra humi repentes; quare ea quæ tum sibi, tum eis post ventura essent, præsignificasse dicunt. Traditur etiam præterea, eum qui tum illius loci Præfectus erat, virum scilicet superstitioni Gentilium in primis deditum, moribus tamen alioqui adeo præstabilem,

ut

ut etiam adhuc celebris fama de eo percrebesceret, Marci constantiam & patientiam admiratum, libere Imperatorem tum admonuisse, tum incusasse; propterea quod ipsis ab uno sene, qui tot & tam gravibus tormentis adeo magno & forti animo se opposuerat, devictis, turpis merito nota inureretur dedecoris; & tum ipsi omnibus ridiculi; tum illi, contra quos ejusmodi facinora ediderant, illustres & gloriosi viderentur. Itaque beatus iste Marcus tam generosa mente Arethusiorum furori & multiplicibus tormentis ab illis sibi inflictis restitit, ut etiam sit ab ipsis Gentilibus magnam laudem consecutus. Hucusque Sozomenus. Describit eadem pluribus Gregorius Nazianzenus (a); addiditque Arethusios, quo se victores gloriari possent, extorquere conatos a sene etsi non integrum templi diruti pretium, perpaucam saltem pecuniæ summulam, quam persolvere facile potuisset; at nomquam voti compotes factos esse, propterea quod non pro pecunia, sed pro pietate certamen susceptum illud esset; sed ne passum quidem esse, eam ab aliis persolvi, qui miserati senis discerptionem, erogare parati erant.

(a) Gregor. Naz. orat. 3. in Jul.

CLIII. Juliani taxatur ingratitudo, & crudelitas.

Rursum vero idem Gregorius ad sugillandam Juliani Imperatoris cum crudelitate ingratitudinem, hæc addit: *An vero hæc lenitatis & clementiæ argumenta, an contra furoris & crudelitatis signa sint, nobis exponant qui philosophum Imperatorem suspiciunt & admirantur: ipse quidem neminem fore existimo, cui justa sit & vera defutura responsio. Necdum illud adjeci; hunc Marcum, Arethusii Episcopum scilicet, ex iis unum fuisse, qui impurum illum & nefarium,* Julianum videlicet, *tum cum genus ipsius totum periclitaretur, servarant, furtimque subduxerant; quo etiam solo nomine merito fortasse hæc perpetiebatur, ac plura perpeti merebatur, quod tantum malum universo terrarum orbi imprudens servasset.* Hæc Gregorios. Sed & illud magis inficit nomen Marci (nam istud homaoitatis officium erga puerolum exhibitum, laude dignum videri poterat) quod ex his quæ sæpe ac pluribus de eo dicta sunt tertio Annalium tomo, probatur manifeste ipsum stetisse a partibus Arianis, etiam post palinodiam recantatam in Nicæno Concilio: nam & in Arianorum conventu Sirmiensi reperitur esse subscriptus impiæ professioni tunc editæ, quam Theodoretus (b) & alii recitant. Epiphanius (c) autem Marcum Arethusium inter eos allegit hæreticos, qui Semiariani dicebantur; de quibus satis superque superius actum est. Cæterum quod omnes historici, cum ejus egregiam in patiendo constantiam narrant, hominem pietate insignem prædicent; sed & (quod pluris æstimari debet) ipse Gregorius Nazianzenus eum appellet virum eximium, ac sacrosanctum senem; par est credere, illum post tantam dogmatum conflictationem sese ad castra Fidelium Orthodoxorum, ab hæreticis deficientem transtulisse.

(b) Theod. l. 2. c. 24. & 25. Sozom. l. 4. cap. 5.
(c) Epiph. hæres. 75.

CLIV. Patrophili ossa dispersa.

Tunc temporis quoque Scythopoli in Palæstina, eadem ex causa, qui ibi erant Gentiles, in ossa Patrophili ibi dio perfuncti munere Episcopatus, & qui haud pridem ex hac vita decesserat, debacchati sunt: effodientes enim illa e sepulcro dissiparunt, caput vero in sublime elatum omni contumeliæ genere affecerunt. Hæc quidem de eo Nicephorus (d): *At digne sane Patrophilus ista commeruit pati, licet pro pietate, in pœnam tamen impietatis, qui ad ultimum usque spiritum nefariæ hæresis Arianæ patronus permansit; cujus crudelitas adversus Eusebium Episcopum Vercellensem apud ipsum exulem in primis innotuit. Bostreni quoque Christiani a Juliano ad persecutionem adversus Episcopum suum excitati sunt. Est Bostra civitas Phœnices ad mare posita, cui tunc Titus præerat Episcopus, quem in primis ipse Julianus exturbare conatus est.* Nam (inquit Sozomenus) (e) *civibus Bostræ per præconem publicum mandavit, ut Titum tum illius Ecclesiæ Episcopum sua civitate pellerent. Ac postquam minatus fuerat, tum eum, tum clericos ejus in crimen vocaturum, si a populo ulla conflaretur seditio; Titus libellum ad eum misit, estque testatus, quod quamvis Christiani Gentilibus adversarii essent, tamen quiete & tranquille se gererent, & suis hortationibus inducti nihil omnino seditiosum concitarent. Quibus ex verbis cum Titum plebi invisum & odiosum reddere pararet, scripsit Julianus ad cives Bostræ litteras, eumque ut populi accusatorem apud illos insimulavit: nimirum quod dixerat, populum non sua sponte, sed suis hortationibus se a seditione temperasse. Itaque populum incitavit, ut illum velut sibi infensum e civitate exturbaret.* Hæc Sozomenus. Sed reddamus hic ipsam Juliani epistolam tunc ea de causa ad Bostrenos datam (f).

(d) Niceph. l. 10. c. 13.

Quid Bostreni in Titum Episcopum.

(e) Sozom. l. 5. c. 14.

(f) Julian. ad Bostr. epist. ad fin. edit. Græc.

CLV. Juliani epistola ad Bostrenos in Titum Episcopum.

Julianus Bostrenis. Opinabar quidem Galilæorum Præsules majorem mihi gratiam habituros, quam meo prædecessori. Contigit enim sub illo plerosque exulasse & vinculis detentos fuisse; plerosque etiam eorum, qui hæretici dicuntur, interfectos fuisse, ut Samosatis, Cyzici, & in Paphlagonia, Bithynia, Galatia, & aliis plerisque provinciis: vici passim depopulati, & eversi fuerunt. Nobis vero Imperatoribus, e contra: qui enim exulabant, redierunt: & iis, quorum bona fisco fuerant applicata, omnia reddita sunt. Hi autem ad tantam insaniam & rabiem deve-

venerunt, ut parum absit, quin tyrannidem exerceant, & quæ ad invicem quondam factitabant, adversus nos pios nunc faciant; nos irritantes, omnem movent lapidem, & populos concitare audent, ac seditiones moliri, adversus deos impie se gerentes, nostrisque mandatis, quamvis ota humanis, non obtemperantes. Neminem enim ipsorum invitum ad idolorum aras trahi permittimus: immo palam ipsis significavimus, quod si quis sua sponte nobiscum sacrificiorum & libaminum particeps esse voluerit, eum prius expiationes diis offerre oporteat, deosque rogare tutelares; ita procul absumus, ut aliquem impiorum velimus vel cogitemus nostrorum piorum sacrificiorum participem esse, antequam animam quidem precibus ad deos, corpus vero expiationibus purget.

CLVI. *Populi itaque ab his, qui clerici dicuntur, decepti, proculdubio ablata sibi illa priori licentia, seditiones concitant. Qui enim tantam antea exercebant tyrannidem, non solum non sunt contenti, quod eorum quæ male egerunt non solvunt pœnas, sed priorem desiderant principatum & Imperium, & cum non illis liceat jus dicere, testamenta condere, & alienas sibi adscribere hæreditates; omniaque sibi ut antea tribuere: omnem turpitudinis lapidem moveni, & (ut fertur) ignem igni addunt, & prioribus malis majora adhibere audent, in dissidia populos adducentes. Visum itaque mihi fuit, omnibus populis indicare, & hoc mandato manifestum facere, ne cum clericis contendant, neque ab illis persuadeantur, ut lapides collant, & Principibus non obediant; sed ut conveniant quocumque voluerint, & orationes quae velint per se ipos orent. Si vero eos persuaserint, ut sua causa contendant; amplius ne conveniant, sed & sævas pœnas dabunt.*

Dolus Juliani, ut populum adversus suum Episcopum concitaret.

Hæc autem præcipue Bostrenorum civitati significare volui, propter accusationes, quas Episcopus Titus & clerici adversus vestrum populum exhibuerant.... hortantes populum, ne seditiones excitarentur, dum in confessionem cum impetu moventur. Verba vero, quæ Episcopus scribere ausus est, huic mandato inserere præcepi, quæ sunt hujusmodi: Quamquam Christianis Ethnici sint adversarii; cum tamen nostris monitis adducti, flagitiose vivere abstineant, &c. rursum: *Cum tamen memoria teneant nostra monita, nemini licere flagitiose vivere, &c. Habetis vestri Episcopi verba. Videte, quomodo vestram recte ordinatam vitam, non ex vestra proficisci sententia, asserat; cum inviti, & (ut ipse dicit) per ejus monita a malis abstineatis. Vos autem e contra non inviti eum, ut vestrum accusatorem, ab urbe pellite; & ut populus invicem conveniat, curate: & nullus opponatur, neque injuriam faciat; neque hi qui a vera religione erraverunt, eis qui recte ac jure Deum colunt, insultent, juxta eas quæ a sæculo traditæ sunt traditiones; neque deorum cultores contaminemini in domibus eorum, qui ignorantia potius, quam ex consilio decepti sunt: ratione enim adduci & instrui homines decet, non plagis vel injuriis, neque corporis supplicio. Vos itaque iterum atque iterum moneo, qui veram pietatem estis amplexi, ut nullam inferatis populo Galilæorum injuriam, neque illis insidiemini, qui in maximis rebus male agunt. Maximum bonum est pietas, sicut e contra maximum malum est impietas. Contigit autem hoc edict iis, qui mortuos & cadavera transmutant, ut hanc solvant impietatis pœnam. Quapropter compatimur iis, qui alicujus peccati sunt rei: iis vero qui liberi & absoluti sunt, in diis gratulamur. Datum Kalendis Augusti * Antiochiæ.* Hactenus epistola Juliani. Cæterum convincitur mendum irrepsisse in mensem datæ epistolæ Antiochiæ; cum nonnisi mense Octobri illuc Julianum se contulisse, Ammianus (a) affirmet; nisi potius ex data hujus epistolæ idem auctor sit arguendus erroris. Accepimus hanc epistolam translatam a Federico Metio Græcas litteras Romæ publice profitente; quæ desideratur inter Latine redditas epistolas Juliani, sicut & illa data ad Alexandrinos pro Athanasio rogantes, quam suo loco inferius descripturi sumus.

(a) Amm. lib. 22.

CLVII. Juliani artes adhibitæ in Christianos.

Porro quod ad hanc ad Bostrenos conscriptam epistolam spectat; ejus sane argumenti & artificii est, ut vix quidem satis timari quisquam queat, quot una epistola Julianus contexuerit dolos atque fallacias: qua cum specimen edere videatur optimi Principis, & de omnibus benemerentis, clam tamen infigit aculeos: cum non alio tendat totius epistolæ argumentum, quam ut populum in clericos concitet, ab ipsorumque divellat Episcopo. Sed & cum quos constat fuisse Catholicos, & dira sub Constantio passos, plerisque in locis hæreticos nominet; quodammodo Arianorum in eos persecutionem instaurasse videri potuit. Tali quidem nomine Julianum appellare consuevisse Catholicos, quæ ex ejus verbis in epistola ad Alexandrinos dicentur inferius, manifestissime declarabunt. Dumque etiam collata a se in Episcopos beneficia ostentat; & se a Christianorum persecutione longe abhorrere significat; nomen persecutoris ea arte vitare voluit. Sed & cum Episcoporum incuset temeritatem, quasi in tyrannidem erumpentem: infensos eos reddere populis laboravit, ut eo pacto, soluto inter pastores & greges vinculo charitatis, sic divulsos ab invicem, eos invadendi facilior pateret accessus:

veram in eo potissimum insistere visus est, ne cum clericis populus coiret, quod veluti edicto sancito prohibuit. Id genus plane & aliæ esse noscuntur ejusdem Juliani epistolæ de Christianis eodem argumento conscriptæ, nempe ut extrinsecus summam præseferant optimi Principis humanitatem, intrinsecus autem laqueos & gladios contineant involutos.

CLVIII. At jam memorabile illud in Syriæ provincia Phœnicia gestum recolamus, quo tum summa Juliani adversus Christum temeritas & audacia declarata, tum divina in vindicando potentia est facta perspicua; quod a Sozomeno his verbis describitur (a): *Illud porro*, inquit, *dicetur a me, quod etiam regnante Juliano accidit; quod quidem ut Christi potentiam plane indicat, ita iram divinam adversus Imperatorem accensam evidenter ostendit. Cum certior factus esset Cæsareæ Philippi (est ea quidem urbs Phœniciæ, quam Paneadem vocant) præclaram esse Christi statuam, quam mulier, quæ sanguinis profluvio laborabat, cum esset morbo liberata, ibi collocaverat; eam deturbavit, suamque in eo loco posuit. Quo facto, ignis violentus de cælo delapsus statuam illam circiter pectus persecuit, caputque una cum collo in terram dejecit, atque in faciem humi ea in parte defixit, quæ fuerat a pectore divulsa. Ex quo quidem tempore ad hodiernum diem atra atque fulminis ictu ambusta manet. Id temporis igitur Gentiles statuam Christi tanta cum violentia trahebant, ut eam confringerent. At Christiani postea ejus fragmenta cum collegissent, in Ecclesia posuerunt, ubi etiam adhuc servantur. Ex basi, supra quam hæc statua locata erat, herba quædam (uti narrat Eusebius) quæ morbis cujusque generis mederi solet, enascebatur: quæ quidem cujus generis esset, nemo nostrorum medicorum, qui vel scientia valebant medendi vel experientia, omnino novit.* Hæc Sozomenus: eademque habent Artemii Acta (b), Nicephorus, atque alii. Sed quanto justius, dicet aliquis, in ipsum Julianum fulmen illud cælitus fuisset intortum! At recordetur, quod scriptum (c) est: *Universa propter semetipsum operatus est Dominus; impium quoque ad diem malum.* Hanc autem voluit in Christi statuam Julianus exercuisse vindictam de compluribus deorum simulacris a Christianis tempore Constantini atque Constantii toto Orbe confractis: Sed malum conversum est in caput ipsius, ulciscente quamprimum numine: nam tantum prodigium fulminis, quod ejus statuam mediam scidit atque prostravit, ex Aruspicum, quos colebat atque observabat, sententia, Romani Imperii cladem, atque ejusdem Juliani portendit interitum.

(a) Sozom. l. 5. c. 20.

Comminuitur a Juliano Christi statua.

(b) Apud Metaph. die 20. Octobr. cap. 30. Niceph. lib. 10.

(c) Proverb. 16.

CLIX. His de rebus gestis in Syria, Palæstina, atque Phœnicia enarratis; jam ad res Ægypti decurrat oratio, quæ hactenus complexa est complurium provinciarum persecutionem sub Juliano grassantem: quod enim quæ simul acta essent, non valuerit simul eadem narratione complecti, discretione provinciarum ipsam dicendi seriem partita est, ordinemque distinxit; nimirum cum narravit quid Constantinopoli cum primum Julianus venit in Thraciam, quidve in Bithynia, Cappadocia, Galatia, Phrygia, quid etiam in Syria, ac potissimum Antiochiæ, ubi diutius commoratus est, & in Palæstina, atque adjacente Phœnicia actum sit: qua ratione reliquum esse videatur, ut res in Ægypto gestas ordine prosequatur. Vexatam quidem fuisse Ægyptum persecutione Juliani, Apollonii sanctissimi monachi Acta fidem inter alia faciant; in quibus cum multa de eo præclare gesta narrentur, quæ hoc potissimum tempore Julianum ipsum pati contigerit, his verbis descripta ab Evagrio (d) referuntur: *Hic cum audisset, Juliani, ut supra diximus, temporibus, fratrem quemdam ad militiam comprehensum detineri in carcere (cogebat impius clericos & monachos militare) in carcere venit ad eum consolandi gratia, ut moneret eum in necessitate tenere constantiam, atque imminentia contemnere ac deridere pericula. Tempus enim, ait, certaminis adest, in quo Fidelium mentes tentationibus probandæ sint & noscendæ. Cumque his & aliis verbis adhortaretur animum adolescentis; supervenit Centurio, & indignatus cur introire ausus esset, claves intrinsecus carceri imposuit; ipsum quoque, & omnes, qui cum eo venerant, pariter conclusit; quo scilicet etiam ipsi similiter ad militiæ detinerentur officium; constituens quoque custodes quamplurimos, abscessit. Medio autem noctis astare visus est Angelus ingenti luce resplendens, & obstupefactis perterritisque custodibus, carceris claustra patefecit. Tunc vero ipsi custodes advoluti ad pedes sanctorum, rogabant eos discedere, dicentes, melius sibi esse mori pro his, quam divinæ virtuti obsistere, quæ eorum curam gerebat. Mane vero etiam ipse Centurio cum principalibus viris festinus ad carcerem venit, rogans ut discederent omnes, qui teneri videbantur. Dicebat enim, domum suam terræmotu magno concidisse, & electos quosque famulorum suorum peremisse. Sancti vero his auditis, hymnum Deo laudesque cecinerunt; & regressi ad eremum erant in unum positi, secundum Apostolorum exemplum, habentes cor unum & animam unam.* Hæc ibi.

Persecutio Juliani in Ægypto.

(d) Evagr. in Vit. Patrum in Apollonio. c. 7.

Apollonius monachus & socii ab Angelo liberantur.

CLX. Rursam vero quid tunc temporis acciderit, cum daretur Gentilibus soluta licentia Orgia celebrandi, & alia a Christianis Principibus vetita, libere factitan-

Gentiles Ægyptii Orgia celebrantes quid passi.

di, post nonnulla sic ibidem describitur: *Erant aliquando in circuitu S. Apollonii positi decem circiter Gentilium vici, apud quos dæmoniaca superstitio summo studio colebatur. Templum erat ibi amplissimum, atque in eo simulacrum; quod moris erat circumferri a sacerdotibus bacchantium ritu, cum reliqua multitudine circumeuntibus, & quasi pro aquis impetrandis profana mysteria peragentibus. Contigit autem sub eo tempore, quo hujusmodi ab eis Orgia gerebantur, iter facere beatum Apollonium per ipsa loca cum aliquantis fratribus. Et cum vidisset infelicium turbas quasi Dæmone quodam agi, debaccharique per campos, miseratusque errorem eorum; fixis genibus invocabat Dominum & Salvatorem nostrum; & omnes eos qui cæremoniis Dæmoniacis agebantur, cum simulacro suo stare fecit immobiles, nec progredi omnino usquam posse. Atque ita per totam diem rapidissimis adusti æstibus permanserunt, ignorantes, unde eis hærere uno in loco immobiliter contigisset.*

CLXI. *Tunc sacerdotes eorum dicebant, quemdam Christianum in regionibus vicinæ eremi commorantem, Apollonium nomine, præstitisse hæc sua opera; qui nisi esset exoratus, eis periculum permansurum. Ut autem ad rei tantæ miraculum convenerant undique qui audierant, & percunctantes, qua tante causa extiterat monstri, ignorare se penitus fatebantur; suspicionem tamen dari sibi dicunt supradicti viri; quem & exorari pro se deposcunt. Tunc quidam ex ipsis, vere eos opinari ait: nam & vidisse eum illo itinere prætereuntem confirmat. Attamen adhibere, quæ putabant prodesse auxilia, non morantur. Adducunt boves, quorum virtute videretur posse moveri simulacrum. Sed cum nec sic quidem aliquid profecissent; omni auxilio frustrati, legatos ad hominem Dei mittunt; pollicentes, si eos resolvat ab his vinculis, pariter quoque erroris vincula dissolvi. Hæc ubi nunciata sunt ei, sine mora descendit ad eos; & oratione sola ad Deum fusa, omnes resolvit. At illi sine dilatione unanimiter omnes confugiunt ad eum, Salvatori Deo nostro credentes, & gratias referentes. Simulacrum vero, quod erat ligneum, continuo igni tradunt: ipsi autem secuti sunt hominem Dei, atque edocti ab eo fidem Christi, Ecclesiæ Dei sociati sunt; plurimi vero ex eis cum ipso manserunt, & etiam nunc in monasteriis degunt. Facti tamen hujus mirabilis fama ubique diffusa est; & multi per hoc ad fidem Domini convertebantur, ita ut in regionibus illis nullus jam pene Gentilis remaneret.* Hactenus de his Evagrius.

Satis quidem constitit, & pluribus sane exemplis, quod cum ab impio Apostata radicitus Christi fides convelli penitus tentaretur, tunc fortior Dei virtus per adeo ingentia miracula & signa manifesta reddita est; eoque in loco potissimum, ubi sedes viguisset impietatis; ut plane satis aperte significaretur, frustra conari hominem demoliri, quod manu Dei intelligeretur erectum, ejusque semper auxilio majori fulciri, cum vehementiori impietatis impetu quassatur. Sed jam ad res Alexandriæ gestas admoveamus stylum, non quidem ad res martyrum recensendas, sed ad supplicium divina sententia irrogatum in Georgium Episcopum Arianum. At quod in primis ad tempus attinet, cum constet ex Ammiano (a), non antea sublatum de medio esse Georgium, quam cum Artemius Dux Ægypti, a Juliano accersitus, ab eodem supplicio capitis damnatus est; necesse quidem esse videtur asserere, Georgii necem hoc potius anno, quam superiori contigisse. De quo quidem acturi, in primis quid Ammianus Ethnicus auctor scriptis prodidit, hic reddemus; cujus hæc sunt verba (b):

(a) Amm. lib. 22.

(b) Amm. lib. 22.

CLXII. Alexandrini quid in Georgium Episcopum Arianum.

*Cum autem a morte Artemii tempus intercessisset exiguum; Alexandrini, Artemii interitu, quem verebantur, ne cum potestate reversus (id enim minatus est) multos læderet ut offensus; iram in Georgium verterunt Episcopum, vipereis (ut ita dixerim) morsibus ab eo sæpius appetiti; qui in Fullio natus (ut ferebatur) apud Epiphaniam Ciliciæ oppidum, auctusque in damna complurium, contra utilitatem suam, reique communis, Episcopus Alexandriæ est ordinatus in Civitate, quæ suopte motu, & ubi causæ non suppetunt, seditionibus crebris agitatur, & turbulentis, ut oraculorum quoque loquitur fides. His efferatis hominum mentibus Georgius quoque ipse grave accesserat incentivum; apud patulas aures Constantii multos exinde causans, ut ejus recalcitrantes imperio, professionisque suæ oblitus, quæ nihil nisi justum suadet ac lene, ad delatorum ausa feralia desciscebat. Et inter cætera dicebatur id quoque maligne docuisse Constantium, quod in urbe prædicta ædificia cuncta solo cohærentia a conditore Alexandro magnitudine impensarum publicarum extructa emolumentis ærarii proficere dicunt * ex jure. Ad hæc mala id quoque addiderat (unde paulo post ejectus est in exitium præcept) reversus ex Comitatu Principis, cum transiret per speciosum Genii templum multitudine stipatus ex more flexis ad ædem ipsam luminibus: Quamdiu, inquit, sepulcrum hoc stabit? Quo audito, velut fulmine sunt perculsi; metuentesque, ne illud quod tentaret, everteret; quicquid poterant in ejus perniciem clandestini concitabant.* Hæc ipse de causa necis illatæ Georgio.

* debent.

CLXIII. At non hæc una tantum, sed plures aliæ extiterunt causæ, quibus Georgius Ethnicos Alexandrinos (ut taceamus de Ca-

Catholicis Christianis) in se concitavit; quas adducit Julianus in epistola ad ipsos scripta, quam paulo post hic describemus; sed & alias recenset Epiphanius, hic pariter inserendas. Reddamus autem modo eam, quam Socrates (*a*) refert his verbis: *Locus*, inquit, *erat in ea Civitate jam ab antiquis temporibus desertus & neglectus, multaque sordium colluvione redundans; in quo ritibus & cæremoniis in honorem Mithræ celebratis, homines pro victimis sacrificare Gentilibus mos erat. Illum, utpote jam antea nulli usui inservientem, Ecclesiæ Alexandrinæ addixit Constantius. Georgius autem habens in animo Ecclesiam ibi ædificare, locum purgari jubet. Quo purgato, adytum repertum est ingentis altitudinis, in quo Gentilium mysteria recondebantur; ubi erant multæ hominum calvariæ cum adolescentum, tum senum; quos fama est, olim cum Gentiles divinationibus, quæ per exta intestinaque fiebant, utebantur, magicasque obirent victimas, quo hominibus aciem animorum perstringerent, mactatos fuisse. Quibus rebus in adytis Mithræ repertis, ab Christianis laboratum est, ut Gentilium mysteria palam haberentur ludibria. Nudas igitur mortuorum calvarias quammox in apertum proferunt, quo populo exhiberent ad intuendum. Quæ cum Gentiles, qui Alexandriæ habitabant, conspicarentur, facinorisque admissi contumeliam iniquo animo ferrent; gravi iracundiæ æstu exardescere, & armis quæ fortuito illis obveniebant, in manus arreptis, impetum in Christianos facere cœperunt, & complures ex illis nulla non mortis genere afficere: nam hos gladiis, illos fustibus, alios lapidibus usque ad mortem cædere, alios funibus strangulare, quosdam cruci suffigere; hocque necis genus ad probrum Crucis illis inferre; plurimos sauciare. Tandem, sicut in ejusmodi tumultu evenire solet, ne ab amicissimis quidem manus abstinere; sed amicus amicum verberare, frater fratrem, parentes liberos; denique alter alteri ad cædem vim afferre. Proinde Christiani a Mithrejo adyto perpurganda destitere.* Hæc Socrates; addens eosdem in Georgium ipsum esse grassatos; sed quando id contigerit, Ammianus prosequitur, dicens:

(a) Socrat. lib. 3. c. 2.

Refossa Gentilium Ægyptiorum arcana sacra.

CLXIV. Georgius Episcopus Arianus dire necatus.

Ecce autem perlato lethali nuncio indicante extinctum Artemium; plebs omnis gaudet insperato, vocibus horrendis infrendens Georgium petit, raptumque diversis mulctandi generibus proterens, & conculcans, divaricatis pedibus; cumque eo Dracontius Monetæ Præfectus, & Diodorus quidam veluti Comes, injectis per crura funibus, simul exanimati sunt; ille, quod aram in Moneta, quam regebat, recens locatam evertit; alter, quod dum ædificandæ præesset Ecclesiæ, cirros puerorum licentius detondebat, id quoque ad deorum cultum existimans pertinere. Quod de attonsione puerorum Ammianus subobscure ingerit, tonsuram illam, qua prima clericatus initiatio peragi solet, significare voluisse videtur; licet Gentilis scriptor, Gentilitio more locutus, ad deorum cultum illud dicat pertinere putasse. Nam quomodo, quæso, ad cultum deorum id potuit artinere; cum teste Herodoto (*b*), in Ægypto sacerdotes, non capillos tantum, sed pilos totius corporis tertio quoque die deraderent? Numquid hostis deorum (quod Julianus exprobrat) in gratiam deorum potuit puerorum totondisse capillos? vel si fecisset, reprehendendus ob id a Gentilibus esset? Sed subdit Ammianus: *Quo non contenta multitudo immanis, dilaniata cadavera peremptorum, camelis imposita invexit ad lacus; iisdemque subito igne crematis, cineres projecit in mare; id metuens, ne collectis supremis, ædes illis extruerentur cum reliquis, qui deviare a religione compulsi pertulere cruciabiles pœnas, adusque gloriosam mortem intemerata fide progressi, & nunc Martyres appellantur. Poteratque miserandi homines ad crudele supplicium ducti Christianorum adjumento defendi, nisi Georgii odio omnes indiscrete flagrassent.* Hucusque Ammianus de exitu Georgii & sociorum, sub hujus anni Consulibus.

(b) Herodot. in Euterpe.

Eoque modo Dei vindicta, licet sero respexit tandem in scelestissimum omnium hominum, & tot tantarumque cladium adversus Catholicos pluries immissarum auctorem. Qui enim Præfectorum (ut dictum est) amplissimo comitatu adeo gloriosa pompa Episcopus olim ingressus est Alexandriam; modo discerptus & extinctus, instar sarcinæ funibus cum Præfecto & Comite complicatus, super camelum per mediam urbem sublimis conspicuus omnibus est sublatus ad lacus: dignum plane ac sibi congruens fastigium accepit impietas, nempe cameli tergum; quod quidem animal alias hero proficuum, gestatione Georgii adeo contaminatum putatum est, & redditum execrandum, ut ipsum cum Georgio ac sociis (ut habet Socrates *c*) iidem simol combusserint. Hæc eadem de nece Georgii Gregorius Nazianzenus (*d*), Epiphanius (*e*), Sozomenus (*f*), & alii ferme omnes.

(c) Socrat. lib. 3. c. 2.
(d) Greg. Naz. orat. in laudem Athanasii.
(e) Epiph. hær. 76.
(f) Sozom. lib. 5. c. 7.

CLXV. Georgius minime dicendus martyr.

Cæterum quod non defuerint Ariani Georgii sectatores, qui eum sic a Gentilibus cæsum ut martyrem coluerint; S. Epiphanius de ejusdem miserando exitu agens, eum minime dignum esse nomine martyris tradit, illaque tantum nititur ratione, quam Petrus Apostolus docuit, excludendum nimirum esse e martyrum classe, qui licet Christianus sit, ob scelus tamen admissum dignas pœnas persolvit;

cum

(a) 1. Pet. 4.
(b) Epiph. hæresi 76.

cum ait (*a*): *Nemo vestrum patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor; si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.* Epiphanius (*b*) itaque enarrata crudeli cæde Georgii, subdit: *Dixerit autem fortasse aliquis de eo, qui sic mortuus est: Igitur martyr factus est, qui a Græcis*, nempe Ethnicis, *hæc passus est. Et si quidem pro veritate fuisset ipsi hoc certamen, & hæc accidissent ei a Græcis propter invidiam, & ob confessionem in Christum; re vera inter martyres, eosque non parvos locatus esset. Non erat autem causa propter confessionem in Christum, sed propter multam violentiam, quam in suo appellato Episcopatu in Civitatem, & populum exercuerat; aliquando hæreditates hominibus a parentibus relictas diripiens. Et ut ne calumniemur virum: multa enim sunt quæ ab illo Alexandrinis sunt facta: Quomodo nitrum omne excepit? Quomodo paludes papyri & calami, & stagna salis gubernare, & ad se ipsum afferre excogitavit? Nam omnis turpitudo vitæ, quæstus gratia permultas artes, usque ad vilissimas res ab ipso non negligebatur. Etenim & lecticas excogitavit corporibus eorum, qui efferuntur, ad numerum centum facere; & sine his quæ ab eo ordinatæ fuerant, non efferebatur corpus mortuum, maxime peregrinorum; non propter hospitalitatem, sed (ut dixi) quæstus gratia. Si quis enim sepeliisset per se ipsum corpus, periculum subibat; sic autem a singulis qui efferebantur, lucri aliquid ipsi accedebat. At omitto de his dicere, quæ vir ille in deliciis & crudelitate & aliis accipiebat. Propter hæc igitur omnia Alexandrini in eum ira perciti, & maxime Græci, hac ipsum morte mulctarunt.* Hæc Epiphanius; qui cum subdat, id ab Alexandrinis perpetratum statim audita morte Constantii; hoc potius anno accidisse, enarratæ ab Ammiano res gestæ per Consules persuadent. Cæterum etsi non ejusmodi causa, qui criminosissimus erat, sed propter Christi confessum nomen Georgius necatus esset; haud tamen dignus martyris titulo videri poterat, qui extra Catholicam communicationem fidemque ob hæresim, & invasionem alienæ sedis, foris ab hæreticorum partibus staret; cum (quod pluribus dictum est secundo Annalium tomo) extra Catholicam Ecclesiam atque fidem non sit reperiri martyrium.

CLXVI. Juliani solita simulatio.

Julianus autem ad omnem simulationem & improbitatem probe compositus, audita dira morte Georgii & sociorum, licet (quod de cunctis Christianis Episcopis contigisse optasset) summo gestiret gaudio; tamen qui extrinsecus agebat tamquam in scena philosophum, se facinus ægro accepisse animo simulavit, & scelus ulcisci velle monstravit; sed ab amicis placari, passus libenter est. Unde Ammianus de eo (*c*): *Hoc comperto, Imperator ad vindicandum facinus erectus, jamque expetiturus pœnas a noxiis ultimas mitigatus est, lenientibus proximis; missoque edicto acri oratione scelus detestabatur admissum, minatus extrema, si deinde tentatum fuerit aliquid, quod justitia vetet & leges.* Hæc Ammianus. Porro ipsas Juliani tunc ea de re scriptas litteras ad Alexandrinos recenset Socrates his verbis (*d*):

(c) Amm. lib. 22.
(d) Socr. lib. 3. c. 3.

Juliani litteræ ad Alexandrinos.

Imper. Cæsar Julianus Max. Aug. Populo Alexandrino S. Quod si ita sit, ut nulla reverentia vel erga Alexandrum vestræ urbis conditorem, vel (quod majus est) erga Deum illum magnum sanctissimum Serapidem in vestris animis resideat; tamen miror vos nullam rationem habuisse communis naturæ, humanitatis, decoris, addo etiam nostræ personæ, cui cum alii omnes dii, tum magnus ille Serapis in primis orbis terrarum Imperium largiri dignatus est; ad quam quidem vestrarum partium fuisset, injuriarum, quibus improbi vos affecissent, cognitionem ac judicium reservasse. At iracundia fortassis, & fervor mentis, rationis cæcavit oculos; qui quidem cum animum de statu suo dimoverit, crudelia facinora edere solet. Et quamvis perturbationis impetus, qui subito perperam adhibitus erat, paululum repressus fuerit; postea tamen in legum contemptum irrupit. Vos igitur cum in numero populi habeamini, nullus pudor reprimere poterat, quo minus ea tentaretis, de quibus justum odium contra illos animis concepissetis.

CLXVII.

Verum dicite mihi per Serapidem, quænam fuerunt illæ injuriæ, quæ vos contra Georgium ad iracundiam provocarunt? Dixeritis fortasse, quod Constantium beatissimum Imperatorem adversus vos concitaverat; quod exercitum ad sacram vestram urbem deducendum curaverat; quod Præfectus Ægypti sanctissimum Dei delubrum occupaverat; quod imagines, ornamenta, & ornatum ad sacra spectantem inde abripuerat; quodque cum vos istud facinus ægre ferretis, deumque vestrum propugnare, immo Dei ornamenta custodire non sine causa niteremini; idem Præfectus injuste, inique, impieque armatos in vos immiserat; qui sane Georgium magis quam Constantium veritus, eo pacto se ipsum conservare volebat: nam jam olim non tyrannico, sed modesto admodum & facili animo erga vos se gesserat. Quibus de causis in Georgium deorum inimicum iracundiæ incendio inflammati vestram sacram civitatem scelere contaminastis; id adeo, cum liceret illum ad judicium adduxisse: nam ea ratione facinus neque ad cædem, neque ad iniquitatem prorupisset, sed fuisset

fit summa transactum æquitate, quæ vos plane insontes servasset; quæ eum, qui scelera intoleranda nequiter conscivisset, mulctasset supplicio; quæ denique repressisset alios omnes, qui non solum deos contemnunt, verum etiam ejusmodi Civitates & populos tum florentes in nullo numero ducunt, sed crudelitatem adversus illos usurpatam quasi accessionem suæ potestatis adjungunt.

CLXVIII. *Conferte igitur hanc meam epistolam cum illa, quam ad vos jamdudum misi; & quantum inter eas intersit, diligenter considerate: in illa enim priore plurimum laudis vobis tribui; in hac autem per deos immortales, cum vos laudare (uti debeo) aggredior, scelus admissum mihi est plane impedimento. Audet ne populus instar canum, hominem discerpere? An non eum pudet tam indigni facinoris? Est ne hoc, manus adeo puras & integras servare, ut eas nulla cruoris labe pollutas ad eos supplices tendatis? At Georgius ista pati commeruerat. Ipse etiam fortasse dicerem, eum istis longo graviora acerbioraque subire debuisse. At etiam propter vos, dixeritis; & illud vobis assentior. Sed si dicatur, quod a vobis pœnas luere debuisset, hoc nullo modo possum concedere. Sunt enim vobis leges, quæ sancte coli, & ab omnibus tum privatim tum publice amari debent. Verumenimvero quamquam usu venit, ut nonnulli sigillatim delinquant; tamen communem Reipublicæ statum rite temperare, legibus morem gerere, & ea quæ ab initio præclare sancita fuerint minime violare, consentaneum est. Illud putatote o Alexandrini, prospere & feliciter cecidisse, quod me regnante tale facinus a vobis admissum sit; quippe qui tum ob reverentiam erga deum, tum ob pietatem erga avum meum & gentilem, qui Ægypto vestræque Civitati præfuit, vos fraterna quadam benevolentia complecti non desino. Nam Princeps, qui se contemni non vult, & magistratus etiam severus accuratusque non debet hujusmodi facinus a populo admissum negligere, ne tamquam morbum gravem difficiliori acerbioreque medicina curare opus fuerit. Verum ego ob eas causas, quas modo citavi, curationem facillimam, mitissimamque nempe admonitionem verbaque leniora vobis servandis adhibeo; quibus certe equidem scio, si modo sitis (uti audio) ex vetere Græcorum stirpe oriundi, & adhuc eximia illa atque egregia nobilitatis nota in vestris mentibus (in vestris, inquam, qui estis Alexandrini Cives mei) atque omnibus vitæ officiis impressa appareat, perfacile estis obtemperaturi.* Hactenus Julianus ad Alexandrinos.

Ex quibus illud in primis observatione dignum, Julianum adeo addictum fuisse Ægyptiorum idololatriæ, ut cum tot coleret deos patrios, uni tamen Serapidi (ut ait) ipsum Imperium acceptum ferret. Hinc quoque accidisse potuit, ut ipse vel una cum vultu Serapidis in numismatibus voluerit effigiari, vel solus, nomine ejusdem Serapidis inscripto, tamquam ille ipse esset, ut superius expressis formis demonstratum est, quas iterum spectandas hic tibi subjicimus. CLXIX.









Extant ejusdem Juliani duæ aliæ epistolæ datæ post extinctum Georgium ad magistratus Ægypti de libris ejusdem Georgii magna diligentia perquirendis: (a) Jul. ep. 9. quarum prior ad Ecdicium Præfectum Ægypti his verbis conscripta habetur (a):

CLXX. Juliani epistolæ de libris Georgii perquirendis.

Quidam equis, alii avibus, nonnulli feris delectantur: ego vero inde usque a pueritia librorum cupiditate arsi. Quare absurdum est, has opes iis relinquere, quorum avaritia nequit auro expleri, præsertim cum facile videar eas illis posse detrahere. Quocirca mihi privatim beneficium dabis, ut Georgii scripta omnia reperienda cures. Multa enim apud illum philosophica, multa rhetorica, multa de Galilæorum doctrina, quæ velim penitus extincta esse; sed ne cum his illa quoque pereant, omnia diligenter exquiri volo. Dux autem tibi esto ad inquirendum librarius ipsius Georgii; qui si fideliter in eam curam incubuerit, præmium sibi libertatem esse sciat; sin autem malitiose & astute rem gesserit, quæstionem de se habitum iri. Mihi enim, cum in Cappadocia essem, quædam describenda dedit, quæ ad eum postea remisi. Hæc ad Ecdicium. Ad Porphyrium autem Catholicum (erat hujus nominis magistratus cujus superius tomo tertio alias facta est mentio) in hæc scripsit verba (b): (b) Julian. epist. 36.

Georgii magna sane & copiosa bibliotheca fuit, & philosophorum, & historicorum omni genere referta; sed de Galilæorum maxime doctrina permulti & varii commentarii extabant. Quare totam eam bibliothecam perquire, & Antiochiam mitte. Scito autem, te quoque gravissimas pœnas esse daturum, nisi omnem diligentiam in inquirendo adhibueris. Et quos suspicio erit quacumque ratione libros aliquos intervertisse, tum argumentis omnibus, tum jurejurando multiplici, tum multo magis servorum quæstione, nisi queas convincere, saltem vi cogas eos in medium proferre. Hactenus ad Porphyrium: quam etiam epistolam Suidas descriptam habet.

Post sublatum dira morte Georgium, Magnus Athanasius emersus e latebris, & e sepulcro, in quo sicut mortuus vivens diu permanserat, veluti e mortuis resurgens, perspicuus cunctis Alexandriam venit, ubi magna susceptus est gloria. Sed quod ad tempus spectat, æquius videretur ejus reditus collocandus anno superiori, quo Juliani edicto Episcopi ab exilio relaxati, omnes ad propria remearunt: quia tamen constans est assertio Nazianzeni affirmantis (c), nonnisi post extinctum Georgium, Athanasium Alexandriam rediisse; hic ea de re agere peropportunum vide-

CLXXI. Athanasii reditus Alexandriam.

(c) Greg. Naz. orat. in laudem Athan.

PAGIUS. XIII. *Lucius Arianorum Episcopus.*

A num. CLXXI. ad CLXXX. *Georgio* Sedis Alexandrinæ invasori Ariani quidem *Lucium* subrogarunt, ut scribunt Socrates lib. 3. cap. 4. & Sozomenus lib. 5. cap. 7. sed ea subrogatio anno tantum trecentesimo septuagesimo tertio, post Athanasii nempe obitum, facta, ut suo loco videbitur, & constat ex ipsomet Sozomeno lib. 6. cap. 5. ubi de rebus Joviano imperante gestis loquens, *Lucium* Presbyterum appellat.

Baron. n. CLXXV.

XIV. *Latebræ S. Athanasii.*

Athanasius Alexandriam circa mensem Augustum adventavit, ut ex iis, quæ de S. Artemii martyrio loquens dixi, intelligere possumus; ideoque verum est quod Sozomenus lib. 5. cap. 6. scribit, Athanasium per septem annos delituisse: quod etiam Palladius in Lausiaca cap. 135. testatur. Illi tamen anni septem minimque incompleti numerandi sunt, ab anno CCCLVI. ad currentem. Qui loquendi modus, ut sæpe alibi, decepit Valesium, qui in Notis ad Sozomenum ait, si rem ad exactos calculos revocare voluerimus, reperiemus nos, Athanasium sex tantum annos, eosque non integros delituisse. Nam Antiquos, annos incompletos plerumque pro integris numerare, mille exemplis liquet. Præterea est hic octavus persecutionis Athanasianæ annus, quæ, ut supra ostendi, cœpta est ante finem Maji anni trecentesimi quinquagesimi quinti, a Concilio nempe Mediolanensi. Quare *Athanasii* persecutio secessum ejus anno uno antecedit.

Baron. n. CLXXI.

XV. *Athanasius ab Alexandrinis summa lætitia exceptus.*

Baronius in Annalibus & Hermantius in Vita S. Athanasii lib. 10. cap. 4. ad reditum hujus Sancti in urbem Alexandrinam post Constantii mortem, referunt, quæ scribit Gregorius Nazianzenus in encomio S. Athanasii Tomo 1. hujus Operum, pag. 18. & 19. ubi effusam Alexandrinorum in istius adventu lætitiam describit.

Papebrocius tamen Tom. I. Sanctorum mensis Maji, in Vita S. Athanasii cap. 28. Gregorium Nazianzenum de Athanasii in urbem Alexandrinam adventu, qui anno CCCXLIX. contigit, & de Gregorio, priori Sedis Alexandrinæ invasore interpretandum contendit, imo & exceptionem illam Athanasii cum magna rerum ac temporum confusione Nazianzenum narrare: *Primum*, inquit Papebrocius, *cum post Georgii mortem, regnante jam sc. Juliano, facta scribit, quæ necessario debent acta intelligi post mortem Gregorii. Deinde cum secundam Philagrii Præfecturam, quam ille iniit eo ipso tempore, quo infelicem suum Episcopatum, non dico Georgius, sed Gregorius, ea quam describit exceptione, fecit posteriorem. Tertio, denique eum suum Gentilem Philagrium eum esse putat, cujus ad iterandam administrationem ingressus tanta occurrentis, exultantisque populi frequentia fuerit honoratus. Nempe encomium illud scripsit, dixitque Nazianzenus Constantinopoli, procul ab Alexandria, prout sibi vel suggerebat senilis memoria, (erat enim octogenario tunc major) vel ipsius Athanasii Scripta quædam, fortassis non satis integra contractaque, decimo duntaxat post Sancti mortem anno.* Tum encomii Athanasii a Nazianzeno compositi parte narrata subdit Papebrocius: *Hactenus Nazianzenus nominum Gregorii & Georgii affinitate verosimiliter abductus a recta temporum ratione; uno nec satis constanter eos inter se distinguens; ut cum par fuerit utriusque in suo ingressu immanitas, nihil pene in Gregorium dicat, dira autem omnia in Georgium: post cujus crudelissimam cædem a furente Ethnicorum plebe patratam, rursus quidem Athanasius Alexandriæ comparuit, vel ex suis ibidem latebris prodiens, vel peregre reversus in urbem. Nullatenus tamen credi debet, quod sub no-*

Baron. n. CLXXI. & seqq.

detur. De cujus reditu hæc in primis Sanctus Hieronymus (a): *Dominus excitatur, imperat tempestati, bestia moritur*, nempe Constantius; *tranquillitas redit; manifestius dicam: Omnes Episcopi, qui de propriis sedibus fuerant exterminati, per indulgentiam novi Principis ad Ecclesias redeunt. Tum triumphatorem suum Athanasium Ægyptus excepit, &c.* Hæc Hieronymus. Sed quali triumpho ab Alexandrinis Catholicis Christianis idem fuerit honoratus, præstat hæc audire a Gregorio Nazianzeno (b), qui in primis ejus reditus tempus describens, nonnisi post extinctum Georgium ipsum Alexandriam rediisse testatur, cum ait: *Licentiam itaque rursus doctrina veritatis accepit, atque ii qui vexati & oppressi fuerant, solutam libertatem, zelo nempe iracundiam acuente. Quod etiam ipsum Alexandrinis accidit, qui ut in eos a quibus contumeliis affecti sunt, acerbissimi esse solent, importunam hominis audaciam indignissimis animis ferentes, tum novo mortis genere perversitatem, tum nova contumelia mortem rotundam atque infamandam duxerant. Notus est vobis camelus ille, atque insueta sarcina, & nova magnitudo, primaque illa, ac nisi me opinio fallit, sola circumductio, quæ etiamnum contumeliosis hominibus minaciter denunciatur.*

(a) Hieron. advers. Lucif. l. 2.

(b) Greg. Naz. orat. in laudem Athan.

CLXXII. *Postea quam autem illa injustitiæ tempestas, illa pietatis labes & corruptela, ille mali spiritus præcursor hujusmodi supplicio mulctatus est, meo quidem judicio haud laudando (nec enim quid eum pati, sed quid nos facere decebat, spectandum fuit) sed mulctatus est tamen, totiusque populi impetum atque iracundiam subiit: Tum vero athleta ille nobilis ex præclara peregrinatione (sic enim ipsius fugam pro Trinitate & cum Trinitate conceptam appello) in urbem redit, atque ita lætos & alacres omnes offendit, immo etiam universum prope Ægyptum undiquaque in unum concurrentem, atque ab omnibus editis locis; ut alii sola Athanasii voce, alii forma & aspectu ad satietatem fruerentur*

PAGIUS *novo Juliani dominatu, & rebus Orthodoxorum usque adeo dubiis, tam solennis exceptio potuerit adornari. Quare fidenter hæc omnia refero ad hoc tempus*, (ad annum nempe CCCXLIX.) *cum respectu ad primam ab exilio Gallicano reversionem, quæ Constantii junioris mortem præcessit, & splendidissima fuisse etiam debuit. Quidquid enim nunc factum est, quia summa duorum Imperatorum Constantii & Constantis voluntate nitebatur, sicuti extra periculum erat; sic potuit & debuit fuisse splendidissimum post tales ac tantas de calumnia & impietate victoriæ, publicis Synodorum judiciis & ipsorum Imperatorum suffragiis relatas.*

XVI. *Ad Præfectum quod attinet, cujus prior Magistratus adeo fuit populo gratiosus, ut ad secundum postulari meruerit; nego eum fuisse Philagrium, hominem, uti supra vidimus, a Religione Christiana apostatam, & in vexandis Orthodoxis crudelissimum: de quo merito Athanasius queritur in epist. ad Solitarios Tom. I. pag. 844. quod eum Constantius*, præter mentem patris *Constantini, sub quo priora patrarat flagitia, ob eadem forsitan exaulceratus*, pro secunda vice Præfectum misit, *deteriora etiam patraturum. Præterea non conveniunt tempora, quemadmodum exordiens insinuavi, & exceptio Philagrii Magistratum secundo ineuntis, quantocumque Gentilium & Arianorum studio fuisset celebrata, ut summum comparari potuisset cum ea, quæ Athanasio obtigit ante decennium. Ignorasse debuit hominem Nazianzenus, qui eum, quod Gentilis suus & Cappadox esset, tam honorifice hic nominavit. Quod autem factum, dictumque narrat, contigisse potuit, aliquo ex missis Præfectis ingrediente, puta Sancto Artemio, a cujus, duplici titulo sibi exosi, cæde, quia & Christianus erat, & Gentilibus valde fuerat adversatus, auspicatus & Julianus persecutionem eorum, qui præcipuos sub Constantio Magistratus gesserant.* Ita Vir doctissimus.

In Encomio Athanasii a Nazianzeno composito aliqua difficilia.

XVII. Verumenimvero Nazianzenus, qui in ea laudatione, quam post Athanasii mortem habuit, ne verbum quidem de Gregorio habet, quemque nec nominat, pluribus in Georgium invehitur.

Extat ea Gregorii Oratio Tom. 2. Operum Athanasii in Appendice, ubi pag. II. de ejus facinoribus loqui incipit, tandemque pag. 27. & 28. de Athanasii secessu sexennali, de Constantii Imp. morte & Georgii interitu, qui ad currentem annum pertinet, sermonem instituit. Hinc transit ad Athanasii reditum, a quo ad Juliani persecutionem orationem convertit; qua narrata, de Athanasii ab exilio revocatione per Jovianum Imperatorem facta verba habet, & sic ex toto encomii contextu recte eam Baronium hoc anno recitasse, luce meridiana clarius patet. Sed, ut conjecturarum a Papebrocio in medium adductarum vanitas manifeste pateat, ejusdem encomii pars aliquibus notulis illustrata, hic necessario recitanda.

Nazianzenus de Athanasio post Constantii mortem reduce loquitur.

XVIII. *Tantum nobis in Athanasio, illo inquam, Ecclesiæ columine præsidii erat, quandiu nobiscum versabatur? Tantam rursus nobis ejusdem absentia calamitatem importavit, postquam improborum hominum conatibus cessit? Quemadmodum enim qui firmam quandam arcem expugnare in animum induxerunt, si eam accessu aliogui captuque difficilem esse perspexerint, ad arcem se conferunt, atque arcis Præfecto pecuniæ aut fraude ad suas partes pertracto, ita jam nullo negotio & labore arcem quoque ipsam, in ditionem redigunt: aut si mavis, quemadmodum qui Sampsoni insidias struxerant, crinem, in quo vires positas habebat, abstulerunt; ita demum Judicem in potestatem acceperunt, posteaque ipsi arbitratu suo insultarunt, pristinæque ipsius potentiæ parem ex adverso potestatem adepti sunt: sic quoque alienigenæ nostri, summoto atque e medio sublato nostro robore, ac detonsa Ecclesiæ gloria, ita jam in impietatis dogmatibus & actionibus incredibili quadam cum voluptate versabantur.* (hæc de secessu sexennali Athanasii) *Hic autem cum morte communem adversariis Pastoris conservator & patronus* (Constantius nempe Imperator anno præcedenti demortuus) *malum haud malo Imperio finem imponens, atque inutili, ut ferunt, pœnitentia in extremo vitæ spiritu affectus, cum nimirum ob alterius seculi tribunal, æquus rerum sacrarum unusquisque judex est. Tria*

Secessus sexennalis Athanasii, & interitus Constantii ac Georgii.

enim

(a) Act. 5. rentur: alii (quod de Apostolis prædicatur a) ex umbra saltem ipsa, novaque corporis figura, sanctitate imbuerentur; ut cum multis jam sæpe numero ex omni hominum memoria honores habiti sint, multis etiam obviam proditum sit, idque non Præfectis tantum publicis & Episcopis, sed necessariorum quoque suorum amplissimis quibusque & clarissimis: nullius tamen occursionis major frequentia & splendor memoretur; unum duntaxat Athanasium, eumque honorem, quo ad priorem urbis ingressum ornatus fuerat, cum ex eadem fuga & ob easdem causas iterum Alexandriam repeteret, cum ea comparari posse. Quia & de honore illo hujusmodi quispiam sermo circumfertur: dicam enim (supervacaneus licet videri possit) ac velut condimentum, adventitiumque florem orationi adjungam.

CLXXIII. Frequens occursus populi Athanasio.

Post illius adventum vehebatur in urbem quidam, alteram jam præfecturam gerens (noster hic erat, quippe Cappadox, vir clarus & illustris: nec dubium est, quin Philagrium illum a me nominari sentiatis) Erat porro civium erga illum amoris flamma, ut nec ulla alia similis, nec erga alium; honor autem (ut rem totam paucis verbis ob oculos ponam) amoris magnitudini responderat; cui etiam urbis administratio, tum civium deprecatione, tum Imperatoris calculo & sententia, rursus demandata fuerat. Tum igitur e vulgo quispiam, cui infinita multitudo videbatur ac velut pelagus quoddam nequaquam oculis circumscriptum, ad amicum quemdam & familiarem (ut in hujusmodi rebus accidere solet) ita locutus esse fertur: Dic mihi, vir optime, tantam ne umquam populi multitudinem vidisti, tamque concordibus animis ad unum hominem ornandum effusam? Minime, inquit juvenis; ac ne Constantium quidem ipsum pari honorificentia exceptum fuisse opinor; tanquam videlicet per Imperatoris nomen summus honoris vertex significaretur. Tum ille perquam suaviter arridens: Quid ais, inquit, quasi magnum aliquid & admirandum dicens? immo Magnum quoque Athanasium pari honore introductum fuisse, vix adduci possum, ut credam. Simulque jusjurandum quoddam ad id quod dixerat confirmandum adjunxit. Eo autem hic sermo spectabat, quemadmodum etiam vobis perspicuum esse arbitror, ut Imperatori quoque ipsi Athanasium anteferret. Tanta erat viri hujus apud omnes veneratio: tanto stupore ingressus ejus memoria hominum mentes etiamnum defixas tenet. Nam secundum genera, ætates, artesque divisi erant: solet enim maxima civitas illa ad hunc modum instrui, cum publico honore afficiendum aliquem suscipit.

Quonam vero modo spectaculi hujus magnitudinem oratione referre queam? Fluvius unus omnes erant: Nilum etiam poeta quispiam diceret, illum vere auri fluum & spicis uberem ab urbe ad Chæreum retracto cursu fluentem diei unius itinere, atque amplius. Liceat mihi per vos, quæso, paululum adhuc in hac narratione lascivire: illic enim animus versatur, nec sermone ab ea solemnitate revocare facile possum. Pullus ipsum vehebat (ac peto a vobis, ne me ineptiæ accusetis) non secus fere ac Jesum (b) meum pullus ille, sive Gentilis populus, quem ignorantiæ vinculis solutum peropportune conscendit, sive quid aliud nobis hoc sermone designetur. Ceterum hoc unum inter utramque pompam interfuit, quod Christum rami susceperunt; & varia indumenta, multiplicique florum genere constrata ante ipsum projecta & subjecta sunt: excelso autem & magnifico Athanasio nihil tale factum est; in eoque uno impares honoris partes habuit. Jam hic quoque adventus Christi expressam imaginem videre licet,

CLXXIV. Athanasii triumphalis ingressus.

(b) Matt. 21. Joann. 12.

quod

PAGIUS enim hæc esse aiunt, ob quæ tanquam Imperio suo indigna pœnitentia ductus fuerit. Primum, quod propinquis suis necem intulisset: alterum quod Julianum Apostatam Imperatorem nominasset; postremum, quod novæ Fidei dogmatibus studuisset: simulque cum his vocibus e vita discessisset. Itaque veritatis doctrina potestatem ac licentiam rursum accipit, atque ii qui vexati atque oppressi fuerant, solutam libertatem, zelo nempe iracundiam acuunt. Quod etiam ipsum Alexandriæ accidit, qui ut ii est, a quibus contumeliam acceperunt, acerbissimi esse solent, importunam hominis (nempe Georgii) audaciam indignissime animis ferentes, tum novo mortis genere improbitatem, tum novo dedecore mortem notandam atque infamandam duxerunt.

XIX. Athanasius summa lætitia ab Alexandrinis exceptus.

Notus est vobis camelus ille, (sc. Georgius, qui ab Alexandrinis peremtus, camelo impositus est, & ad latus vectus, ut scribit Ammianus lib. 22. cap. 11. Quare miror, Papebrocium hæc verba de Gregorio intelligere potuisse) atque insueta sarcina, & novo magnitudo, primaque illa, ut, nisi me opinio fallit, sola circumductio, quæ etiamnum contumeliosis hominibus minaciter denuntiatur. Postea quam autem ille injustitiæ turbo, illa pietatis labes & corruptela, ille pravi spiritus præcursor, hujusmodi supplicio mulctatus est, meo quidem judicio, haud recte, (nec enim quod eum pati, sed quid nos facere decebat, spectandum fuit) sed mulctatus est tamen, utriusque populi impetum atque iracundiam subiit: tum vero nobilis ille Athleta (sc. Athanasius) ex præclara peregrinatione, (sic enim ipsius fugam pro Trinitate & cum Trinitate susceptam appello) in urbem redit, (præsenti nempe anno) atque ita lætos & alacres cives offendit, imo universam prope Ægyptum undequaque in unum concurrentem, atque ab extremis omnibus locis, ut alii solo Athanasii voce, alii forma & aspectu saturarentur, alii (quod de Apostolis prædicatur) ex umbra saltem ipsa, novoque corporis simulacro sanctitatem contraherent; ut cum multis jam sæpenumero ex omni hominum memoria honores habiti

quod erant etiam, qui ante ipsum clamarent, pompamque agerent; nisi quod non pueriles dumtaxat turba fauste illum acclamationibus excipiebat, verum etiam omnis lingua, concors, & adversatrix, hominum sese mutuo superare contendentium. Nam quid publicos plausus commemorem, & unguentorum profusiones, & totam urbem lumine coruscantem, publica item & privata convivia, cæteraque quibus argumenta lætitiæ Civitates edunt, quæ tum illi abunde, & supra quam par erat conferebantur? Sic vir eximius & cum tali pompa & celebritate Civitatem suam ingreditur. Hæc & alia Gregorius.

CLXXV. Miraculum de triumpho Athanasii. Et sane quidem ex hoc ipso vetus illud de Aman & Mardochæo repræsentatum in Georgio & Athanasio spectaculum vides: cum alter e summo fastigio honoris & dignitatis ad infame turpissimumque supplicium reperiatur addictus: alter vero e faucibus mortis ereptus, ad regium triumphum conspiciatur evectus, appareatque quam facile sit in conspectu Domini subito honestare (a) pauperem: patefactumque est, quo honore affectus sit, quem summus omnium Rex statuerit honorare; & pro miraculo plane habendum, digito Dei in Ægypto innovante iteram signa, ut in Civitate Gentilibus & Arianis confetta, omnibus his adversariis Athanasii; & sub Pharaone, nempe Juliano tyranno, ejusque Ægypti Præfectis odio habentibus Pastores ovium, Athanasius ipse adeo præclarum, ac ne ipsis quidem Imperatoribus aliquando impertitum triumphum egerit; cum præsertim constet ex Socrate (b) atque Sozomeno (c), Arianos Alexandrinos nequaquam ob necem Georgii sui Episcopi demisisse animos, sed mox in locum ejus Lucium suffecisse: & de Gentilibus liqueat, eos Imperatoris gratia elatos in Christianos eorumque Episcopos insolentius debacchatos. Porro Gregorii Nazianzeni temporis sui res scribentis auctoritate Sozomenus redarguitur, qui ignoravit hæc a Gregorio scripta, dum ait (d), Athanasium, mox nunciata morte Constantii, noctu in Alexandrina Ecclesia comparuisse.

(a) Eccl. 11.
(b) Socrat. lib. 3. c. 4.
(c) Sozom. lib. 5. c. 7.
(d) Sozom. lib. 5. c. 6.

CLXXVI. Athanasius igitur Alexandriam ingressus, Ecclesiam adiens, primum omnium cunctis eam Arianæ hæreseos expurgat inquinamentis, ac sordibus diluit; non tamen utitur flagello; *sed* (quod ait Gregorius Nazianzenus) *veritatis argumentis ad persuadendum maxime comparatis; tum inter eos qui dissiderent, pacem conciliat, oppressosque tyrannide liberat: & quo nihil antiquius habuit, prolapsam*, inquit (e), *fidei doctrinam erigit, ac libere rursus Trinitas prædicatur super* can-

(e) Gregor. Naz. orat. in laudem Athanasii.

PAGIUS *biti sint, multis etiam obviam proditum sit, idque non Præfectis tantum publicis & Episcopis, sed familiarum quoque amplissimis quibusque & clarissimis, nullius tamen occursionis major frequentia & splendor fuisse memoretur: unum duntaxat Athanasium, eumque honorem, quo ad priorem urbis ingressum ornatus fuerat*, (anno scilicet CCCXLIX. quando Constantio & Constante imperantibus Alexandriam rediit, non vero, ut perperam interpretatur Papebrocius, anno CCCXXXVIII. quo post Constantini M. obitum ex exilio revocatus est, ut sequentis de ejus fuga verba manifeste indicant; tunc enim non fugerat, sed in exilium missus fuerat) *cum ex eadem fuga & ob easdem causas inita, Alexandriam repeteret, cum eo comparari posse.*

XX. Exceptio Athanasii cum paucis comparanda. *Quin & de honore illo hujusmodi quispiam sermo circumfertur; dicam enim, supervacaneus licet videri possit; ac velut condimentum adventitiumque florem mationi adjungam. Post illius adventum* (ideoque post currentem Christi annum) *quidam in Urbem vehebatur, alteram jam Præfecturam gerens* (δευτεραρχῶν, ut in Græco legitur, ideoque locus recte in Latinum versus) *noster hic erat, quippe Cappadox, vir in primis clarus: nec mihi dubium est, quin Philagrium illum a me nominari sentietis.* (diversus est hic Philagrius ab eo ejusdem nominis, qui Ægyptum administravit anno CCCXXXV. & anno CCCXLI. ejusque fuit, ut videtur, filius, bis etiam, ut pater, eadem Præfectura Ægypti decoratus, ut anno CCCXLI. num. XXVIII. explicavimus. Quare recte conjiciebat Papebrocius citatus, hunc Philagrium diversum esse ab eo, qui præfatis annis CCCXXXV. & CCCXLI. eandem Præfecturam gessit. Hæsit & ad hunc locum Hermantius in Vita S. Athanasii lib. 10. cap. 2. ubi hunc Philagrium Nazianzeno parum cognitum arbitratur; cum tamen Nazianzenus de gentili suo, viroque notissimo se loqui ostendat) *Ea porro civium erga illum amoris flamma, ut nec ulla alia par; nec ergo alium: honor autem, ut rem totam paucis verbis ob oculos ponam, amoris magnitudini respondens: cui etiam urbis administratio, tum civium deprecatione, tum Imperatoris calculo & sententia rursus mandata fuerat.* (post mortem nempe Constantii, quo imperante priorem Præfecturam adeptus erat; cum posterior gesta sit post præsentem Christi annum & post adventum Athanasii in urbem Alexandrinam) *Tum igitur e vulgo quispiam, cui infinita multitudo videbatur, ac velut pelagus quoddam oculis haudquaquam circumscriptum, ad amicum quemdam & familiarem, ut in hujusmodi rebus accidere solet, ita locutus esse fertur: Dic mihi, Vir optime, tantam ne unquam populi multitudinem vidisti, tamque concordibus animis ad unum hominem ornandum effusam? Minime, inquit juvenis. At ne Constantium quidem ipsum pari honorificentia exceptum fuisse opinor* (ex his verbis liquet, Constantium aliquando in Ægyptum venisse, quod aliunde nobis non innotescit. Hermantius laudatus observat, textum Græcum non exprimere, an juvenis ille de exceptione, quæ facta fuisset Constantio, aut de ea, quæ in ejus honorem fieri potuisset, si Alexandriam venisset, sermonem habeat. Ipsemet ea verba in secundo sensu accipit; & hoc modo vertit: *Minime, inquit juvenis, & quando Constantius ipsemet veniret, illum pari honorificentia non excipiendum esse opinor*. Sed interpretatio illa rejicienda; nam cum hic sermo sit de exceptione Philagrii iterum Præfecti, quæ post Constantii mortem contigit, vulgaris Nannii interpretatio certa est. Profecto si Constantius num-

candelabrum posita, splendidoque unius divinitatis lumine animas omnes collustrans. Leges etiam rursus orbi terrarum præscribit, atque omnium mentes ad se convertit, aliis epistolas mittens, alios accersens, nonnullos etiam ultro accedentes eendiens,

Athanasius concilium convocat. *&c.* Hæc scribens Gregorius, plane allusisse videtur ad Concilium tunc temporis Alexandriæ congregatum, cum ejus jussu ad Ecclesiæ statum collapsum restituendum, aliarum Ægypti Ecclesiarum Episcopi, qui sub Constantio in exilium (ut vidimus) acti sunt, iidem ad proprias restituti sedes, statim necessitati Ecclesiæ Catholicæ consulturi, sese ad antesignanum & propugnatorem fidei Athanasium Alexandriam contulerunt, quorum nonnullorum nomina conscripta habentur in Synodali epistola ejusdem Alexandrini Concilii ab iisdem tunc celebrati. Contulit etiam sese tunc Alexandriam ad Athanasium S. Eusebius Episcopus Vercellensis, qui in Palæstina primum, deinde in variis locis Arianorum opera exulavit: tunc vero in Ægypto exulem ipsum morari contigit; in superiores namque Thebas ultimo exilio amandatos fuisse Eusebium, & Luciferum Calaritanum Episcopos, auctor est Socrates (a); indeque solutos, libertatem consecutos esse. Porro non invisendi tantummodo Athanasii, omnes illos Episcopos accidit Alexandriam proficisci, sed & (quod dictum est) Synodi habendæ causa; qua rebus Catholicæ Ecclesiæ tot annis dira persecutione exagitatæ, communi inito consilio, consulere possent.

(a) Socrat. lib. 3. c. 4.

CLXXVII. ☞ Porro horum omnium primum auctorem, & architectum fuisse Liberium Romanum Pontificem, paulo inferius hoc eodem anno aperietur. Ipse enim primus Ariminense naufragium reparare sollicitus, indulgentiæ vexillum erexit, ne qui decepti & Arianorum fraudibus circumventi fuerant, & timore perterriti minis cesserant Imperatoris, Nicææ confessionem visi fuerant deseruisse, in magnum Ecclesiæ detrimentum, extra Ecclesiam diutius vagarentur, fierentque interea lupis præda, si quæ inviti fecissent, volentes jam obstinate defenderent. His inquam bene consulturus Liberius Pontifex, primum omnium iis qui in Italia lapsi erant, Episcopis erroris pœnitentibus, subveniendum putavit, & in Orientem respiciens, bene usus occasione illos ipsos, qui erant illic fidei causa exules Occidentales Episcopi magni nominis, Eusebium Vercellensem Episcopum, & Luciferum Calaritanum Episcopum in Sardinia legatos Apostolicæ Sedis creat, quorum alteri, nempe Lucifero, Ecclesiæ Antiochenæ, ab Arianis diu possessæ curam delegat. Dicturi de his singulis, primum omnium hic ejusdem Liberii litteras recitemus, quas eodem argumento dedit ad Italiæ Episcopos: nacti sumus eas ex Petri Pithœi antiquitatum promptuario, easdemque nuper a viro sincerissimæ fidei Nicolao Fabro editas accipe, ut se habent jam nimia vetustate corrosas (b).

(b) Hilar. fragment. lib. 1. pag. 37. 38.

Liberius Episcopis Catholicis in Italia consistentibus, in Domino æternam S.

CLXXVIII. Litteræ Liberii Papæ ad Italiæ Episc. *Imperitiæ culpam obliterat resipiscens. Hoc autem & de scripturis sanctis advertere est. Pietatem ad omnia utilem esse legimus, cui cedit corporalis exercitatio, quamvis & ipsa utilitatis retineat fructus; quam sectandam nobis etiam ratio temporis præsentis exposcit. Non enim si aliqui forte qui hoc studii gerunt, rationе provisam destruere impendentur saviori censura hoc æstimaverint, & non a re, quod jam ex Apostolica auctoritate munitum est * de pietate cum dictum est, non esse parcendum his qui apud Arianum ignorantes egerunt, quibus nescire inlicetum fuit captum errori incidere *, idcirco veritas repedanda est. Sed mihi cui convenit, omnia moderate perpendere, maxime cum & Ægyptii omnes, & Achivi accusati sententiam receperunt, multis parcendum quidem his, de quibus supra tra-*

PAGIUS numquam Alexandriam adventasset, juvenis ille post hujus mortem non de Constantio defuncto, sed de Imperatore tunc regnante locutus fuisset.) *tanquam videlicet per Imperatoris nomen summus honoris vertex significaretur. Tum ille perquam suaviter arridens: Quid ais, inquit, quasi magnum aliquid & admirandum dicens. Imo magnum quoque illum Athanasium pari honore introductum fuisse, vix adduci possum ut credam; simulque quoddam jusjurandum ad id, quod dixerat, confirmandum adjunxit. Eo autem hic sermo spectabat, quemadmodum etiam vobis perspicuum esse arbitror, ut Imperatori quoque ipsi Athanasium anteferret. Tanta erat apud omnes hujus viri veneratio &c.*

XXI. Paulo post pag. 21. de persecutione a Juliano adversus Athanasium nuper Alexandriam reversum excitata loquitur: *Sed sc. fieri non poterat, ut invidia hæc ferret, atque Ecclesiam, pristina gloria sua veterique sanitati restitutam videre sustineret, dissectis nimirum partibus celerrima cicatrice, velut in corpore, obductis. Ac proinde Imperatorem* (sc. Julianum) *adversus eum.* (Athanasium) *excitat, in eodem, quo ipse* (nempe Constantius) *defectionis crimine versantem atque improbitate parem, tempore solo posteriorem, qui primus Christianorum Imperatorum adversus Christum furore percitus, atque impietatis basiliscum, quem multo ante parturiebat, oblata occasione subito profundens, simul atque Imperator declaratus est, statim & erga Imperatorem* (nempe Constantium) *qui ipsius fidei Imperium commiserat, improbe, & erga Deum, cui salutem debebat, improbius se gerit &c. Non multum temporis intercesserat, cum impium illum & sacrilegum ad Persas vis numinis*

Athanasium a Juliano in exilium missum Jovianus honorat.

ctavimus; auctores vero esse damnandos, qui obliqua & maligna subtilitate & caligine offenderunt innocentium sensus, per quæ velamen obducerent veritati, tenebras lucem, & lucem tenebras venditantes.

CLXXIX. * *Igitur si quis ignorationis captum * resipiscens sermonis nostræ advocationis brevissima, illud virus in se pestiferam Arriani dogmatis subdolum ac tenebrosum fuerat expertus, reparatus exhauriat, condemnet, vehementiusque in auctores ejus insæviat, quos in se violentos expertus est, totumque se fidei Apostolicæ & Catholicæ usque ad Nicænæ Synodi conventum de integro mancipet. Per quam professionem, etiam si quibusdam leve & remissum videtur, temperet id quod per astutiam rectitatis amiserat. Verum si aliquis tam stolidæ mentis (quod haud credo) fuerit inventus, qui non solum nolit converti, antidotam recipiens sanitatis,* * *venenum virusque noxius se se * vindicare crediderat, & ratione vincetur, & auctori perfidiæ perdite deputatur, Ecclesiæ Catholicæ spiritali vigore plectetur.* Hactenus Liberii ad Italiæ Episcopos litteræ, qui dicto obaudiens Salvatoris, cum Petro dixit: *Tu aliquando conversus confirma fratres tuos;* non tam præsentes in Italia existentes, sed etiam in Oriente longe positos colligere studuit, curans de his una cum Athanasio haberi Synodum Alexandriæ; quod feliciter per Eusebium Vercellensem Episcopum Apostolicæ Sedis legatum, & Athanasium præstitum est. ☞ Quid vero ab eis gestum sit, paulo inferius dicturi sumus.

CLXXX. Lucifer proficiscitur Antiochiam. Inter hæc autem Lucifer Episcopus Calaritanus, & ipse exul fidei causa (ut tomo tertio fusius dictum est) qui acerbissimis in Constantium scriptionibus eum in se præ cæteris concitaverat; simul ac exilio solutus est, suppetias laturus Catholicis Antiochiæ commorantibus, jam ab exilii Eustathii tempore ab Arianis longa persecutione concussis, illuc festinus accessit; missis interim Alexandriam ad futuram Synodum duobus suis diaconis, Herennio & Agapeto. Quid porro ipse Antiochiæ egerit, Ruffinus (*a*) docet, (a) Ruffin. l.1. c.27. rem ab exordio auspicatus, in hunc modum: *Lucifer autem cum exoraretur ab Eusebio (quia uterque in partibus vicinis Ægypto fuerat relegatus) ut ad videndum Athanasium Alexandriam pergeret, communique tractatu cum his qui superfuerant sacerdotibus de statu Ecclesiæ decernerent; præsentiam sui abnegans, Legatum pro se diaconum suum mittit.* Immo duos Legatos diaconos, quos recensuimus, qui Alexandrini Concilii Synodali epistolæ reperiuntur esse subscripti: *Atque ipse Lucifer* (subdit Ruffinus) *intento animo Antiochiam pergit; ibique dissidentibus adhuc partibus, sed in unum tamen revocari posse sperantibus, si sibi talis eligeretur Episcopus, erga quem non una plebs, sed utraque gauderet; praeproperus Catholicum quidem & sanctum virum ac per omnia dignum sacerdotio Paulinum Episc. collocavit; sed tamen in quem acquiescere plebs utraque non posset.* Hæc Ruffinus de electione Paulini, Ordinatio Paulini Episcopi Antiochiæ. a quo statim ad Synodum Alexandrinam duo Legati diaconi missi sunt, Maximus, & Calimerus, qui subscripti habentur Synodalibus ejusdem Concilii litteris, quas recitat Athanasius. Cæterum ante electionem Paulini, non inter Catholicos tantum & Arianos dissidium agitabatur, sed etiam inter ipsosmet Catholicos: quandoquidem qui dicebantur Eustathiani, quique perpetuo fidem Catholicam defendissent, nequaquam Meletio & ejus sectatoribus (ut ait Socrates *b*) communicare voluerunt; (b) Socrat. l.3. c.6. tum quod Meletius ab Arianis fuisset electus; tum etiam quod qui eum sectarentur, ab Arianis baptizati essent.

CLXXXI. Tres Episcopi Antiochiæ. Ejusmodi tunc erat status Ecclesiæ Antiochenæ, ut jam tres essent Episcopi in una civitate; nempe Euzoius, qui Arianis præerat; Meletius, qui Orthodoxis, quocum haud omnes communicarent Catholici, quod aliquando Arianis consensisset, licet ab iisdem recedens egregium pro fide Catholica specimen edidisset (ut ter-

PAGIUS *nis alteri ablegat, illique causam discerpat: & quem magnificum & honoris cupiditate flagrantem transmiserat, eundem mortuum reducit,* &c. *Surgit autem alter Imperator* (nempe Jovianus) *facie minime impudens, quemadmodum is, de quo ante verba fecimus,* &c. *Qui, ut pulcherrimum Imperii sui fundamentum jaceret, rectamque Legum sanctionem, unde conveniebat, auspicaretur, tum omnes alios Episcopos, tum eum ante omnes qui omnibus virtute præstabat, ac citra dubitationem ullam pietatis causa oppugnatus fuerat, ab exilio revocat.* Certum itaque, exploratumque, Gregorium Nazianzenum in ea Oratione neque res, neque tempora confundere, nec memoria lapsum, nec Scriptis parum integris usum, nec de Gregorio ullo modo locutum, ac denique *Philagrium* illum duplici Ægypti Præfectura cohonestatum, cujus Nazianzenus meminit, diversum esse ab altero *Philagrio*, qui iterato etiam illo honore ante Constantii mortem exornatus fuerit. Quod ait Papebrocius, nullatenus credi debere sub Juliano tam solennem exceptionem potuisse adornari, his Hieronymi lib. adversus Luciferianos verbis penitus evertitur: *Omnes Episcopi per indulgentiam novi Principis ad Ecclesias redeunt. Tum TRIUMPHATOREM suum Athanasium Ægyptus excepit.* Denique non mirum, si Nazianzenus honorifice loquatus de Philagrio, viro parum Christianis æquo, cum ibi nec de Fide, nec de re ad mores spectante sermo sit.

A num. CLXXX. ad CCXXIV. *Meletius* communi Catholicorum & Arianorum consensu Antiochenus Episcopus anno CCCLX. creatus est. XXII.

tertio tomo (superius diximus) Paulinus vero tertius haberetur, e Lucifero sic (ut vidimus) institutus, quod nulle umquam vel tenui suspicione poilutæ fidei Catholicæ laborasset, sed esm magna leude inter tot tautaque discrimina propugnasset. At subdit post hæc Ruffinus (e) de Eusebii Alexendriam profectione his verbis.

(a) Ruffin. l.1. c.28.

CLXXXII. *Pergèt interea Eusibius Alexandriam, ibique confessorum Concilio congregeto; pauci numero, sed fide integritate & meritis multi, quo pecto post hæreticorum procellas & perfidiæ turbines, tranquillitas revocaretur Ecclesiæ, omni cura & deliberetione discutiunt. Aliis videbetur fidei calore ferventibus nullum debere ultre in sacerdotium recipi, qui se utcumque hæreticæ communionis contagione meculasset. Sed qui, imitantes Apostolum, quærebant non quod sibi utile esset, sed quod pluribus; vel qui imitarentur Christum, qui cum esset omnium vite, pro salute cunctorum humilians se descendit in mortem, quo scilicet inveniretur & in mortuis vite; dicebant, melius esse humiliari paululum propter ejectos, & inclinari propter elisos, ut eos rursum erigerent; nec sibi solis puritatis merito cælorum regna defenderent; sed esse gloriosius, si cum pluribus illuc mererentur intrare. Et ideo rectam sibi videri, ut tantæ perfidiæ auctoribus amputatis, reliquis sacerdotibus daretur optio, si forte velint abjurato errore perfidiæ, ad fidem Patrum, statutaque converti; nec negere aditum redeuntibus, quin potius de eorum conversione gaudere, quia & ille Evangelicus junior filius, paternæ depopulator substantiæ, sed in semetipsum reversus, non solum suscipi meruit, sed & dignus paternis complexibus deputatur, & annulum fidei recipit, & stola circumdatur; per quam quid aliud, quam sacerdotii declarantur insignia? nec probabilis extitit apud patrem senior filius, quod invidit recepto; nec tantum meriti habuit non delinquendo, quantum notæ contraxit non indulgendo germano.* Hæc de primo Synodi decreto Ruffinus.

Concilium Alexandrinum habetur.

CLXXXIII. Megni momenti quæstio inter Patres egitate fuit; num scilicet lepsi in hæresim Episcopi, vel quomodolibet hæreticorum communicatione fœdati, sic ed Ecclesiam Catholicam recipiendi essent, ut in Episcopatu, quem gessèrent, agere sinerentur. Severior in his illa olim præcesserat Petrum disciplina, ut lapsi tempore persecutionum Episcopi sic reciperentur, ut laica tantum communione impertirentur: id enim sæpius Cyprienus (ut vidimus) suis inculcat epistolis. Cæterum Patres, iidemque magni nominis viri, qui priori Concilio Antiocheno interfuerunt, in quo damnete est hæresis Pauli Samosateni Antiochenæ civitatis Episcopi, eumdem Paulum, licet nefandissimæ hæresis hæresiarcham sic receperunt pœnitentem, ut etiam in eadem sede Episcopum permanere concesserint. Sed & liquet, Melchiadem Romanum Pontificem eadem sententie allicere conatum esse schismaticos Donetistas ed Catholicam unitatem: quæ omnia suo loco superius pluribus dicta id aperte decierent. Verum & sacrosenctum Nicænum Concilium (*b*) Ita cum Novatisnis Episcopis transegisse constat, ut qui inter eos essent Episcopi, ad Ecclesiam redeuntes, in eadem quoque dignitate & munere permanerent, nisi in ea civitate aliam contingeret fuisse Catholicum ordinatum Episcopum: tunc enim ille, ne duo Episcopi essent unius Ecclesiæ (quod haberetur pro monstro, duo inesse corpori uni capita) jubetur e Synodo Corepiscopus in eedem Ecclesia ordinari, vel saltem presbyter perseverare. His, puto, exemplis magna meturitate consilii in hoc conventum fuit e Patribus, ut Episcopi in hæresim lapsi, cum ad Catholicam reverterentur Ecclesiam, in eodem honoris gradu, quo insigniti fuissent, reciperentur. Suberat & magna ratio, quod multiplex illorum numerus esset, qui in Occidente interfuerent Concilio Ariminensi, nescientesque damnasse visi erant abdicatione nominis consubstantialis Nicænum Concilium; de quibus inferius pluribus dicturi sumus. Porro ita his indulsere Patres, ut tamen vigorem Ecclesiasticæ disciplinæ nequaquam inflecti sint passi in illis qui fuissent hæresum inventores.

Quæstio de Episcopis lapsis

(b) Conc. Nic. can. 8.

CLXXXIV. Hujus quidem canonis S. Hieronymus (*c*) meminisse videtur, cum post longam de his disputationem babitam, hæc demum verbe subdit: *Ut decere cœperamus, post reditum confessorum in Alexandrina postea Synodo constitutum est, ut exceptis auctoribus hæreseos, quos error excusare non poterat, pœnitentes Ecclesiæ sociarentur; non quod Episcopi possint esse qui hæretici fue-*

(c) Hier. advers. Lucif. t. 2.

Canon de recipiendis lapsis Episcopis.

PAGIUS

est. Sed Ariani, præterquam quod fuerant opinati, videntes, eum profiteri Catholicam de Trinitate Fidem, in exilium ejecere. Interim Catholici in partes divisi erant, quibusdam eorum *Meletii* ordinationes ideo reprehendentibus, quod ab Arianis renuntiatus esset; ceteris eidem inhærentibus, quod Fidei causa illum relegatum constaret, & ordinationi ejus assensum a Catholicis præstitum nemo ignoraret.

Paulinus creatur Episcopus Antiochensis.

Itaque cum redituri essent in Occidentem, *Lucifer Calaritanus* Episcopus & *Eusebius Vercellensis* Episcopus, qui uterque in Ægyptum relegatus fuerat, Eusebius Luciferum exoravit, *ut ad videndum Athanasium Alexandriam pergeret, communique tractatu cum his qui superfuerant Sacerdotibus, de statu Ecclesiæ decernerent, sed præsentiam suam denegans Lucifer, Legatum pro se Diaconum suum mittit, atque ipse*

fuerant, sed quod constaret, eos qui reciperentur, hæreticos non fuisse. Assensus est huic sententiæ Occidens, & per tam necessarium Concilium e Satanæ faucibus ereptus est mundus. Hæc Hieronymus; cujus verborum ille sensus videtur esse germanus, ut S. Synodus nequaquam absque delectu generatim statuerit, ut omnes Episcopi lapsi in hæresim, absque ulla discretione, cum honoribus, quibus fungebantur, in Ecclesiam reciperentur: sed ii tantum qui vel ignorantes visi essent, vel vi adhibita, Arianis consensisse. Id enim ita se habere, declarat S. Athanasius in epistola ad Ruffinianum, quam suo loco inferius recitabimus. Hæc quidem ipse Hieronymus ad defensionem restitutionis eorum, qui in Synodo Ariminensi lapsi esse videri poterant, quod tacuissent nomen consubstantialitatis, retentis aliis vocibus, quæ satis videri poterant ad insinuandam Christi divinitatem, & eo modo Arianis consenserant: qui tamen (ut idem ait S. Hieronymus, & nos pluribus suo loco diximus) nequaquam vere dici possent hæretici, sed quod illa cum Arianis communicatione & consensione fœdati essent, ab aliis jure rejiciendi viderentur; quos S. Synodus Alexandrina, cum hic humaniter agens, in Ecclesiam recipiendos esse, & ante adepto dignitatis honore potiri debere, concessit. Quid præterea in eodem patrum conventu statutum fuerit, videamus.

CLXXXV. Agens Socrates (*a*) de ejusmodi Alexandrino Concilio, adversus Eunomium, Macedonium, & alios Semiarianos negantes divinitatem Spiritus sancti, nec non tunc recens emergentem hæresim, quæ postea dicta est Apollinaris, perfectam Christi incarnationem diminuentem, nempe animam ab homine detrahentem; nova Patres tradit sanxisse decreta: nam ait: *Spiritus sancti divinitatem stabilire, eamque in Trinitate consubstantiali comprehendere; & Filium hominem factum, non tamen solum carnem, sed etiam animam sumpsisse, affirmare sicut antiquis viris Ecclesiasticis visum fuit, &c.* Consensionem ea de re sanctorum Patrum, qui præcesserunt, fuisse, pluribus citatis testibus docet; & post hæc de controversia in Synodo agit de substantia & subsistentia; undeque emerserit, ita declarat:

(*a*) Socr. lib. 3. c. 4. 5.

C. LXXXVI. De Hypostasibus & Personis quæstio.

Porro autem Episcopi, qui in Concilio Alexandrino aderant, hanc de οὐσίᾳ, & ὑποστάσει substantia & subsistentia, seu persona, controversiam excusserunt. Nam Osius Episcopus Cordubæ civitatis Hispaniæ, cujus antea fecimus mentionem, ab Imperatore ad tumultum ab Ario concitatum sedandum missus, dum Sabellii Afri dogma explodere cogitavit, de οὐσίᾳ, idest essentia, & ὑποστάσει, idest substantia, seu persona, disceptavit; unde materia alteri contentioni suppeditata est. Verum id temporis in Concilio Nicæno de controversia illa ne verbum quidem factum est. At postquam cœpere de ea nonnulli digladiari, ob eam causam in hoc Concilio de οὐσίᾳ, idest, essentia, & ὑποστάσει, idest substantia seu persona, ista deciderunt. Hæc Socrates. At quomodo occasione Nicænæ fidei ejusmodi jam olim oborta sit controversia, S. Basilius (*b*) docet, cum sic ait:

(*b*) Basil. epist. 78.

C. LXXXVII. Hypostasis pro substantia

Nonnulli ex illis, qui impietatem Sabellii Libyci sectantur, hypostasim, & usiam idem esse arbitrati, illinc argumenta ad tuendam blasphemiam suam trahunt, quod in ea fide (nempe Nicæna, quam paulo post recitat) *ita scriptum est: Si quis vero ex alia essentia, vel hypostasi, idest, subsistentia, Filium Dei esse dixerit, hunc anathemate rejicit Catholica, & Apostolica Ecclesia. Non enim idem esse dixerunt Patres illi essentiam, & hypostasim, hoc est, substantiam: si enim voces istæ unam eamdemque significationem haberent, quid alterutram ponere opus fuisset? Sed liquet, ideo positum, quod alii quidem Filium esse ex Patris essentia negabant: alii vero & ipsi non esse ex Patris essentia Filium dicebant: adjiciebant autem, ex alia quoque esse subsistentia quadam. Atque ita utramque opinionem, tamquam alienam a sensu Ecclesiastico, a sanctis Pa-*

PAGIUS *ipse intento animo Antiochiam pergit*, inquit, Rufinus lib. 10. cap. 27. Ex epistola tamen Synodica, quam Synodi Alexandrinæ nomine ad Episcopos Catholicos, qui erant in urbe Antiochia, Athanasius scripsit, discimus, Luciferum duos Diaconos suos Herennium & Agapetum misisse ad Synodum Alexandrinam, qui huic Synodo interfuere, & Synodicæ epistolæ Athanasii subscripsere. Rem sic se habuisse autumat Valesius in Notis ad Socratem lib. 3. cap. 5. a quo Baronius parum discrepat. Post profectionem Eusebii ad Synodum Alexandrinam Lucifer una cum Episcopis Cymatio & Anatolio Paulinum Antiochiæ statim creavit Episcopum. Qui mox ordinatus Legatos suos *Maximum & Calemeram* ad Alexandrinam Synodum direxit. *Apollinaris* quoque Laodicenus Episcopus, qui Sectam propriam & Episcopum factionis suæ habebat Antiochiæ, Legatos eodem misit. Episcopi igitur Ægyptii, qui Alexandriæ congregati erant, cum Eusebium & Asterium, & Legatos Luciferi a Lucifero, Cymatio & Anatolio missos audiissent, Legatos etiam a Paulino & Apollinare sibi missos, singuli ad Sedes suas recesserunt, mandaruntque Athanasio & aliquot aliis Episcopis, qui Alexandriæ remanserant, ut epistolam ad Episcopos Antiochiæ coactos scriberent, de recipiendis in communionem Hæreticis & Schismaticis. Horum mandato obsecutus Athanasius scripsit epistolam ad Episcopos Antiochiæ congregatos, Luciferum sc. Eusebium, & Asterium, (hi enim jam ab Alexandrina Synodo redierant) Cymatium & Anatolium. Ita rem explicat Valesius. Re-

Patribus rejectam esse. Alioqui ubi mentem suam simpliciter declararunt, ex Patris essentia Filium esse dixerunt; nec adjecerunt, & ex illius hypostasi. Itaque illud quidem ad reprobandum malum sensum positum est; hoc vero declarationem habet salutaris dogmatis. Hæc Basilius. At non mireris, sanctissimos Patres in definienda Filii Dei una cum Patre substantia, usos esse pro *substantia*, verbo illo, hypostasis: nam cum tam *usia*, quam *hypostasis*, significarent ambæ hæ voces, *substantiam*, tamen penes Græcos usitatius usurpari solitam *hypostasim*, quam *usiam* pro *substantia*, majores tradunt. Unde Marius Victorinus in libello de homousio recipiendo, sic ait: *Græci οὐσίαν, vel ὑπόστασιν dicunt, nos uno nomine Latine* substantiam *dicimus; & οὐσίαν Græci pauci & raro, ὑπόστασιν omnes: Scriptura divina Græce ὑπόστασιν sæpe dixit, & Latine* substantiam. Hæc ipse.

CLXXXVIII. Controversia inter Catholicos. Cæterum quod ad *hypostasis* vocem spectat: inter Catholicos, non autem hæreticos (quod testatur S. Hieronymus (*a*) scribens ad Damasum) de ejus proprietate, cum in re idem sentirent, non levis oborta est controversia: cum tamen sic contendentes inter se contrariæ partes, altera alteram hæresis insimularet; impingens hæc illi Arianismum, huic vero illa Sabellianismum; cum alioqui revera *ambæ* Catholicæ essent, idemque sentirent. Quas quidem adeo deformes altercationes S. Synodus, auctore Athanasio, conata est consopire atque penitus tollere; de quo sic Gregorius Nazianzenus (*b*): *Quod vero in ipso Athanasio mihi maxime mirari subit, quodque non citra damnum silentio præteriri potest, hac præsertim tempestate, qua multæ contentiones, dissidiaque gignuntur, hoc superioribus adjiciam: nam his quoque, qui nunc vivunt, documento esse queat hæc actio, si ipsum nobis imitandum proponamus.* Et paulo post: *Cum essentia una, & tres hypostases a nobis pie dicerentur, quod alterum divinitatis naturam, alteram personarum trium proprietates declararet; ac simili quidem modo apud Romanos intelligeretur; cæterum ob linguæ illius angustiam, verborumque inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non possent; eumque ob causam in illius locum,* Personarum *induxissent nomen, ne tres substantias admittere viderentur.* Et inferius:

(*a*) Hieron. ep. 57.

(*b*) Greg. Naz. orat. in laud. Athanas.

CLXXXIX. Athanasius conciliat inter se Catholicos. *Quid postea? Cum parva quædam, ut in contentione fieri solet, molestiæ causa semper accederet, eo tandem res adducta est, ut periculum esset, ne orbis terrarum fines una cum syllabis a se invicem distraherentur & abrumperentur. Quæ cum beatus ille vir, & vere homo Dei, magnusque animarum œconomus, oculis auribusque perciperet; tam stultam & absurdum Orthodoxæ fidei sectionem dissimulandum ac negligendam sibi non putavit; verum medicinam morbo quamprimum infert. Quonam autem modo id facit? Utraque parte leniter & humaniter accersita, verborumque sententia diligenter & accurate perpensa, postquam concordes comperit, atque quo ad doctrinam quicquam inter se dissiderent, ita negotium transegit, ut nominum usum ipsis concedens, rebus eos constringeret.* Hæc Gregorius, plane alludens ad hanc de qua agimus Synodum, ubi diremptæ discordiæ, & de nominum proprietate fuit inter partes digne justeque transactum, prout ex epistola Synodali tunc scripta demonstratur, quam fumus inferius reddituri.

CXC. Quid per Hypostasim Græci & Latini. At licet inventæ sunt *ambæ* partes in unam eamdemque convenire sententiam, relictumque tum Latinorum, tum etiam Græcorum arbitrio, suo quosque idiomate uti, nec curandum esse de syllabis (ut dictum est) dummodo nulla esset in re ipsa discrepantia; tamen nequaquam videtur placuisse posteris Latinis vox, hypostasis, usurpari loco personæ, quæ videretur significare substantiam. Unde S. Augustinus hæc ait (*c*): *Essentiam dico, οὐσία Græce dicitur, quam usitatius substantiam vocamus. Dicunt quidem & illi hypostasim; sed nescio quid volunt interesse inter usiam, & hypostasim; ita ut plerique nostri, qui hæc Græco tractant elo-*

(*c*) Aug. de Trin. lib. 5. c. 8. 9. 10. 3.

PAGIUS XXIII. *Sed in Concilio Alexandrino vel post illud.* Rectius tamen Hermantius in Vita S. Athanasii lib. 10. cap. 9. Rufino lib. I. cap. 30. adhæret, scribitque, *Paulinum* non nisi durante Concilio Alexandrino, aut eo celebrato, Antiochiæ Episcopum a Lucifero creatum esse. Nam, cum epistola Synodica Concilii Alexandrini, seu Athanasii, Ecclesiæ Antiochensis negotia præcipue concerneret, Paulino, si Episcopus erat, ante alios inscribi debebat; quod tamen factum non est. Præterea nunquam de illo in particulari in ea epistola mentio; sed de iis qui communionem Paulini sequebantur. Ibidem *frater* non vocatur; quod tamen nomen eidem denegari non potuisset, si Episcopus agnitus esset. Insuper aliquo modo ei præscribitur, ut cum Meletianis communicet. Quare *Paulinus*, dum Concilium celebraretur, videtur electus: perperamque scribit Baronius, ejus ordinationem Concilium approbasse, quod eidem Concilio ejus Legati interfuerint, illique Paulinus ipsemet subscripserit. Ex Paulini enim subscriptione nihil inferri potest, cum textus doceat, ipsum Synodicæ subscripsisse; quando Alexandriam perlata est. Athanasius Episcopotum, qui Concilio Alexandrino interfuerant, mandato obsecutus, scripsit epistolam ad Episcopos Antiochiæ collectos, Luciferum sc. Eusebium & Asterium, qui jam ab Alexandrina Synodo redierant, Cymatium & Anatolium. Hanc epistolam Baronius Synodicam esse Synodi Alexandrinæ existimavit. Apparet tamen ex ipsius epistolæ lectione, non a Syno-

eloquio, dicere consueverunt, μίαν οὐσίαν, τρεῖς ὑποστάσεις, quod est Latine, unam essentiam, tres substantias. Sed quia nostra loquendi consuetudo jam obtinuit, ut hoc intelligatur, cum dicimus essentiam, quod intelligitur, cum dicimus substantiam; non audemus dicere unam essentiam, tres substantias; sed unam essentiam, vel substantiam, tres autem personas: quemadmodum multi Latini ista tractantes & digni auctoritate dixerunt, cum modum alium aptiorem non invenirent, quo enunciarent verbis, quod sine verbis intelligebant. Hæc Augustinus; qui tamen nequaquam eam ob causam illos damnandos putat (*a*), quod scilicet differentiam constituerent inter essentiam & substantiam, quam discriminationem Latini penitus ignorarent.

(*a*) *Aug. de Trin. lib. 7. c. 4.*

CXCI. Quænam autem hæc esset differentia a Græcis allata inter substantiam & essentiam, S. Basilius (*b*) ad Terentium scribens, rem exacte declarat paucis his quibus ait: *Quam habet rationem id quod commune est ad id quod proprium, hanc habet essentia ad hypostasim, hoc est, substantiam, sive subsistentiam.* Sed pluribus de his agit in epistola seu potius commentario (sic enim ipse appellat) eo argumento conscripto ad ipsius fratrem Gregorium Nyssenum, ubi pluribus docet, sicut species ab individuo, & commune a proprio, differre substantiam a subsistentia; adeo ut hac sententia iidem pie dicerent, tres personas in Trinitate, esse proprias substantias, vel subsistentias.

(*b*) *Basil. ad Terent. in addit.* Differentia inter essentiam & subsistentiam.

CXCII. Sed & apud Theodoretum (*c*) rogat Eranistes: *Est ne, inquit, aliqua differentia inter substantiam & hypostasim?* Orthodox. *Si externa quidem spectetur sapientia, nulla est. Nam & substantia, seu essentia, idem significat; & id quod subsistit, est hypostasis. Sed si Patrum doctrina attendatur; quam habet differentiam commune & proprium, vel genus & species ac individuum, eamdem habet substantia & hypostasis.* Hæc Theodoretus, qui eadem pluribus explicat, ad quem rejicimus lectorem uberiora quærentem. At licet hæc ita a Græcis recte proprieque dici viderentur; horrebant tamen Latinorum aures (ut vidimus) cum tres in divinis audirent dici substantias. Vel si & ipsi dicerent; tunc ad evitandum Arianismum, non tres personas, tres esse substantias; sed (ut idem Basilius ubi supra testatur) tunc more Græcorum dicerent & voce Græca, usiam unam, & hypostases tres, sive subsistentias; nec e contrario ponerent unam substantiam, absque trium addito nomine personarum, ne eadem cum Sabellio sentire viderentur, quod Græci acciperent (ut dictum est) vocem hypostasis, nempe subsistentia, pro substantia. Cæterum quantumlibet hæc recte definita essent in Synodo Alexandrina, de qua agimus; rursus tamen eadem controversia temporibus S. Hieronymi refricata est, qui hujus quoque Concilii decreti meminit, cum ait (*d*): *Nunc igitur (proh dolor) post Nicænam fidem, post Alexandrinum juncto pariter Occidente decretum, trium hypostaseon ab Arianorum præsule & Campensibus novellum a me homine Romano nomen exigitur, &c.* At de his suo loco dicendum.

(*c*) *Theod. in Immutat. dial. 3. 1. 2.*

(*d*) *Hier. epist. 57. to. 2.*

Actum præterea est in eadem Synodo Alexandrina, ut professio illa fidei ab Arianis titulo Concilii Sardicensis promulgata, esse spuria, publica testificatione demonstraretur; atque pariter declararetur, in eodem Sardicensi Concilio nihil fuisse additum ad Nicænam confessionem. De quibus omnibus scripta est epistola Synodalis, quæ apud Athanasium reperitur esse descripta his verbis (*e*) ad Antiochenos; cum jam, ut dictum est, Paulini ordinatio facta esset: CXCIII.

Carissimis & optatissimis sacrorum comministris Eusebio, Lucifero, Asterio, Cymatio, & Anatolio, Athanasius, cæterique Episcopi, qui Alexandriæ ex Italia, Arabia, Ægypto, & Libya hic adsunt, Eusebius, Asterius, Gajus, Agathus, Ammonius, Agathodæmon, Dracontius, Adelphius, Hermeon, Marcius, Andreas, Paphnutius, Marcus, Zoilus, Mynias, Georgius, Lucius, Macarius, reliqui deinceps in Christo salutem plurimam. Quod autem ad hujusmodi inscriptionem spectat; sicut & in ipsius contextu epistolæ, necnon in subscriptione, menda illa irrepsisse noscuntur, cum modo ad Eusebium & Asterium & alios Episcopos eadem epistola scripta dicatur, modo autem ab ipsis potius una cum Athanasio data ad alios Antistites appareat; hæc non aliter restituenda putamus, quam ut ex sententia an-

(*e*) *Apud Athan. ad Antioch.* Synodalis Epist. Concilii Alexandrini.

PAGIUS nodo, sed ab Athanasio eam scriptam esse; nec ad omnes Episcopos, sed ad Antiochenos peculiariter datam. Quod quidem colligere est, tum ex inscriptione ipsa, tum ex textu totius epistolæ. De solius enim Antiochensis Ecclesiæ rebus illic agitur, ut præter cætera docet hic locus: *Omnes igitur, qui pacem nobiscum servare volunt, imprimis autem eos qui in veteri urbe Collectas agunt, & eos, qui ab Arianis veniunt, ad vos allicite*, ut Athanasii locum ab Interprete non intellectum Valesius recte vertit. Intelligit Athanasius eos, qui Meletio Antiochensi Episcopo adhærebant. Hi enim ab Eustathianis segregati, in *Palea*, id est, in veteri urbe Collectas agebant, ut testatur Theodoretus in lib. 2. cap. 31. & in lib. 3. cap. 4. De iisdem loquitur Athanasius in dicta epistola, ubi eos distinguit ab asseclis Paulini, id est, ab Eustathianis. Ex horum enim numero erat, *Paulinus*. Illi ergo qui in *Palea* Conventus agebant, alii esse non possant, quam fautores Meletii, quos præcipue commendat Athanasius. Cæ-

antiquorum fere omnium historicorum affirmemus, Eusebium Episcopum Vercellensem huic Synodo præsentem fuisse; eamdemque epistolam, sicut ab Athanasio atque aliis collegio, ita etiam ab eodem Eusebio fuisse conscriptam. Reddemus nos eam, uti apud Athanasium legitur, in hæc verba:

CXCIV. *Persuasum habemus, vos, cum sitis ministri Dei, ac Domini dispensatores, idoneos aptosque esse ad Ecclesiæ negotia temperanda. Cæterum quia ad nos allatum est, plurimos superiori tempore per contentionem disgregatos a vobis, pacem jam optare; plurimos item a vecordi Arianorum secta deficientes, vobiscum communionem affectare; necessarium visum est, ea quæ a nobis, vestrisque dilectis scripta essent Eusebio & Asterio, vestræ bonitati insinuare, qui & ipsi estis dilecti, & vere nobis desideratissimi sacrorum comministri: nimirum lætos quidem nos esse de hac fama; sed tamen magnopere cupere, ut eos qui adhuc in schismate hærent segregati a vobis, quique cum Arianis coitus faciunt, resilire curetis ab istiusmodi insania, ut omnes omnibus in locis prædicent unum Dominum, unam fidem. Quid enim est tam pulchrum, prout Psalmographus (a) inquit, aut quod ita delectabile, quam habitare fratres in unum? Nam ita quoque fieri arbitror, ut Deus nobiscum habitet, cujus hæc verba sunt (b): Habitabo in eis, & versabor inter eos, & illic habitabo, quoniam elegi eam; ita quoque quodammodo fit, ubi una fides & religio prædicatur.*

(a) Psal. 132.
(b) Ezech. 43.

CXCV. *Vellemus equidem nos Ægyptii una cum dilectis fratribus nostris Eusebio & Asterio multis de causis istuc venire, & in primis ejus rei gratia, ut vestros affectus complecteremur, frueremurque in communione istiusmodi pace & concordia. Verum quia, ut in alia epistola indicavimus, & ex comministris nostris intelligere potestis, detinemur magnopere Ecclesiasticis necessitatibus; idque non sine dolore nostro; ideo voluimus comministros nostros in rebus sacris Asterium & Eusebium in vicem nostri istuc pergere, ac vos invisere. Gratias igitur aga eorum pietati; quod cum ipsis liceret properare ad suas diœceses, istam tamen profectionem ad vos omnibus rebus suis antepoasuerunt, idque in usum urgentis Ecclesiastici negotii. Cum igitur istud inter nos decretum esset, memetipsum non parum consolatus sum, quasi illis istbic præsentibus, ego quoque una istbic præsens interessem.*

CXCVI. *Omnes igitur, qui vobiscum pacifice agere volunt, in primis autem illos, qui in veteris Ecclesiæ communione fuerunt, deinde qui ab Arianis redierunt, allicite ad vos, eosque ut patres assumite, & ut magistri & tutores recipite, coaptantes vos interim dilecto nostro Paulino, ejusque sociis; nihilque amplius ab illis exigatis, quam ut execrentur Arianorum hæresim, confiteanturque sanctorum Patrum in Nicæna fidem. Execrentur item eos, qui dicunt Spiritum-sanctum esse creaturam, & divisum ex substantia Christi. Id enim vere est resilire a scelerata factione Arianorum, si non dividas sanctam Trinitatem, nec dicas aliquid ejus esse creatum. Nam qui simulanter sese jactitant de confessione Nicænæ fidei, atque interim audent blasphemias dicere contra Spiritum sanctum, nihil aliud præstant, quam quod Arianam hæresim verbis inficientes, animo sensuque retineant. Anathemate quoque inuratur Sabellii & Pauli Samosateni impietas, Valentini item & Basilidis insania, & Manichæorum stoliditas: quod si fit, omnis apud omnes suspicia delebitur, & sola Catholicæ Ecclesiæ fides pura apparebit.*

De recipiendis redeuntibus ad Ecclesiam.

CXCVII. *Quod autem hanc fidem tenemus nos, & qui perpetuo nobiscum communionem usurparunt; nec vos, vel alium quemquam latere arbitrabamur. Cæterum quia cum volentibus volupe est conjungi, & quidem libenter cum omnibus, ita vero in primis iis qui in veteri ecclesia conventus agebant; & quia potissimum Dominum glorificamus, cum de omnibus, tum præcipue de hoc eximio proposito; visum est nobis, vos cohortari, ut sub istis conditionibus ineatur concordia; ita ut nihil ulterius, quam dictum est, vel illi, qui ex veteri Ecclesia sunt, a vobis flagitent; vel illi, qui cum Paulino sunt, aliud, præterquam quod inter Nicæni Concilii decreta reperitur, adjiciant; & tabellas, quas nonnulli jactant, quasi ex Sardicensi Synodo de fide conscriptas, ne legi quidem semel aut pro-*

Rejicitur fidei confessio nomine Sard. Conc. edita.

PAGIUS XXIV. Cæterum, ut ibidem Valesius notat, non soli Eusebius & Lucifer de reparando Ecclesiarum statu & de stabilienda Fidei regula consilium inierunt; sed alii præterea Episcopi, qui Juliani Imp. edicto tunc ab exilio revocati sunt, sc. Asterius & reliqui, ut observat Theodoretus lib. 3. cap. 4. Hi zelo Fidei Catholicæ incensi Hæreticos & Schismaticos ad veritatis tramitem reducere & ad pristinam concordiam revocare instituerunt. Quare, quod Baronius ait, *Eusebium* ac *Luciferum* Legatos Sedis Apostolicæ creatos esse a Liberio ad reparandum Ecclesiæ statum, verum esse non potest. Idem enim de Hilario ac reliquis dicendum esset. Adde quod Ruffinus hoc diserte refellit cap. 29. Scribit enim, Legationem hanc Eusebio & Asterio ab Alexandrina Synodo injunctam esse: *Cum igitur*, inquit Ruffinus, *hujuscemodi sententiam ex Evangelica auctoritate probatam, ordo ille Sacerdotalis & Apostolicus approbasset, ex Concilii decreto, Asterio, cæterisque, qui cum ipso erant, Orientis injungitur procuratio, Occidentis vero Eusebio decernitur.*

Episcopi de statu Ecclesiæ reparanda soliciti.
Baron. n. CCXII.

proferri finatis. Nihil enim tale Concilium definivit. Quamvis enim certi homines nonnulla, quasi quæ deessent, Niceno Concilio adscribere vellent, idque acriter contenderent; sancta tamen Synodus, quæ Sardicæ convenit, indigne id tulit, decretoque sancivit, ne quid ulterius de fide scriberetur; & sese contentos esse Nicena fide, declaraverunt, ut cui nihil deesset, & in qua integra & solida fides contineretur: neque edendam esse aliam professionem fidei; ne illa, quæ Nicææ scripta est, suos numeros non habere videretur: neve illis, quibus libido est semper nova statuere, occasio hujusmodi suppeditaretur, ut iterum atque iterum de fide definiant. Quapropter si quis hæc aut aliud quippiam cavillabitur, compescite illum, & ad studium pacis inducite; nihil enim est quod in his agnoscere possumus, nisi solam contentionem.

CXCVIII. Quid per nomen Personæ Catholici intelligerent.

Illis enim, qui nonnullos incusabant, ut trium hypostaseon affirmatores, eum hujusmodi voces in Scriptura non reperirentur, ac proinde suspecti videri possent; auctores fuimus, ne amplius in Nicænam confessionem inquirerent. Sed tamen de istis ob pervicaciam rixandi quæstio est habita; interrogatique sunt, num pro Arianorum sententia alienas, peregrinasque, ac diversa a se invicem substantiæ personas esse velint, & unamquamque hypostasim per se ac seorsim divisam esse pro ratione cæterarum creaturarum, eorumque qui ex hominibus nascuntur, existiment? An sic intelligant diversas res, quale est aurum, argentum, æs? An, ut alii hæretici, sub istis vocibus tria principia, & tres maximos deos constituant? Cæterum illi affirmabant, se ita nec dixisse, nec sensisse. Percunctantibus autem nobis, qua ratione ista dicerent, aut cur omnino istiusmodi vocabulis uterentur? Responsum dederunt, sese in Trinitatem credere, non quæ nomine tenus Trinitas, sed quæ vere Trinitas esset, & subsisteret; & Patrem, ut qui vere esset & subsisteret; & Filium, ut existentem & subsistentem; & Spiritum sanctum, ut subsistentem & existentem agnoscere: Non tamen se dixisse tres deos, aut tria principia; immo ne toleraturos quidem, si quis tale quidpiam aut dicat, aut sentiat: Sed se scire, esse sanctam Trinitatem, ut tamen una sit Deitas, & unum principium; & Filium se agnoscere esse coessentialem suo Patri, ut dixerunt Patres: & Spiritum sanctum non creaturam, neque alienum, sed proprium & indisgregatum ab essentia Patris & Filii.

CXCIX. Quid per Hypostasim pie sentirent.

Approbata igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, vicissim quoque & eos examinavimus, qui ab istis in culpam devocabantur, quasi dicerent, esse unam hypostasim: sciscitantes ab illis, num pro Sabelliano dogmate ea mente loquerentur, ut sublatos vellent in Trinitate Filium, & Spiritum sanctum, quasi Filius essentia careat, aut Spiritus sanctus non subsistaret? Qui & ipsi quoque affirmarunt, neque ita se dicere, neque se ita sensisse unquam, sed ὑπόστασιν vos intellegere idem esse cum οὐσίαν: unam autem ideo sese hypostasim intelligere, partim quia Filius ex essentia Patris sit, partim quia in tribus sit identitas naturæ: unam enim sese Deitatem, & unam naturam credere; neque alium Patris, aliam Filii, aliam Spiritus sancti esse naturam. Quinimmo & illi, qui eo crimine postulati erant, quod tres hypostases inducerent, cum istis in eamdem sententiam convenerunt; vicissimque illi, qui unam hypostasim asseverarent, istorum interpretationi acquieverunt; & & ambæ factiones pariter Arium execratæ sunt, ut Christi hostem: Sabelliumque & Paulum Samosatensem, ut impios; Valentinum item & Basilidem, ut alienos a veritate: Manichæum quoque, ut malorum machinatorem. Omnes denique Dei gratia post hujusmodi verborum interpretationem optimam & exactissimam, quæ Nicææ Patres instituissent, fidei esse approbarunt, ejusdemque fidei verba sufficere, ac ante omnia in usum esse deducenda, constituerunt.

CC. De Verbi Incarnatione recta fides.

Quinimmo de negotio dispensationeque carnis nostri Salvatoris, cum super ea quoque re nonnulli cum aliis contentionem moverent; & hos & illos examinationi subjecimus; & quod isti profitebantur, hoc & illi quoque suffragio assensuque prosecuti sunt; nempe non ea ratione qua ad Prophetas factum est verbum Domini, factum esse Verbum & advenisse in Christum sub finem sæculorum; sed ipsum Verbum carnem esse factum: & cum esset in forma Dei, formam servi assumpsisse; & ex Maria (quantum ad carnem attinet) hominem esse genitum, hominum gratia; eoque modo solide & integre humanum genus liberatum a peccatis in ipso, & vivificatum a morte, introduci in regnum cælorum. Et hoc quoque itidem confitebantur, quod non corpus inanimatum, aut cogitationis aut mentis expers Salvator habuerit. Nec enim possibile erat, ut Domino propter nos homine facto, corpus ejus sine mente existeret: non enim corpori duntaxat, sed & animæ quoque nostræ per ipsum Verbum salus est conciliata. Idemque cum vere esset Filius Dei, filius hominis factus est; & cum esset unigenitus Dei Filius, factus est primogenitus in multis fratribus (a). Quapropter non alius erat ante Abraham, alius post Abraham, neque alius dum Lazarum excitaret, neque alius cum interrogaret de eo ubi situs esset; sed idem ille ipse erat; corporaliter quidem ut homo exquirens; divinitus vero ut Dei Filius oculos aperiens

(a) Rom. 8.

ejus

ejus, qui a nativitate cæcus fuerat; & carne quidem patiens (ut Petrus (a) dixit) divinitus tamen monumenta aperiens, & mortuos excitans. Ex quibus, omnia quæ in Evangelio sunt, intelligentes, affirmaverunt se idem sentire de incarnatione & humana natura a Dei Verbo assumpta.

(a) 1. Pet. 4.

CCI. Ad pacem exhortatio. *Cum igitur istiusmodi illorum fuerit confessio; adhortamur vos, ne eos qui ita confitentur, talemque interpretationem suæ confessioni accommodant, temere damnare, aut rejicere velitis; sed potius admissa illorum excusatione, recipiendos putetis. Eos e contra, qui talem confessionem non edunt, neque tali interpretatione in istis verbis utuntur, arcere vos vellemus, & aversari ut suspectæ mentis homines. Cæterum cum istos tolerandos non censebitis, consuletis illis qui recte interpretantur, & recte sentiunt, ne ulterior ulla inter vos adhibeatur disquisitio, neve verborum pugnis studeatis ad nullam prorsus utilitatem; sed sensus cogitationesque pietatis exhibete. Nam qui ita affecti non sunt, sed tantummodo super istiusmodi voculis contentiose rixantur, & aliud quidpiam, præterquam quod Nicææ scriptum est, requirunt: hi profecto nihil aliud agunt, quam quod proximis suis turbidam subversionem propinant, ut inimici, & discordiarum schismatumque æmulatores. Sed vos, o boni & fideles servi & dispensatores Domini, eos qui scandala & peregrina inferunt, compescite & arcete, & præ omnibus anteponite istiusmodi pacem, quæ sana fides est. Forsitan Dominus miserens nostri coaptabit quæ sunt biulca & divisa, atque unum ovile reformabit, quo unum habeamus ducem Dominum nostrum Jesum Christum.*

CCII. *Hæc quidem nos, tum quia nefas est quicquam ultra Nicænum Concilium requirere, aut contentiosas sententias recipere, tum vel ob pacem salvam, & ne qui recte sentiunt, pro rejectis habeantur, ad istum modum censuimus; & eorum confessionem qualis fuerit, nos qui relicti sumus Alexandriæ, paucis indicavimus: idque in commune una cum reliquis comministris sacrorum Asterio & Eusebio: nam reliqui ex nostris quisque ad suas provincias abierunt. Vos rursus in commune, ubi soletis conventus agere, ista jubebitis pervulgari, eoque omnes evocate. Æquum est enim, ut in eo loco primum epistola recitetur, ibidemque omnes qui pacem amant, inter se concilientur; ac deinde ubi conciliati fuerint, ubicumque populis videbitur, præsente quoque vestra humanitate, Synaxis celebretur, & Dominus publice ab omnibus glorificetur. Salutant vos fratres illi, qui mecum hic agunt. Bene valete, & nostri memoriam in Domino facite.* Hactenus epistola Synodalis ad Antiochenos primum, inde ad alias Orientis Ecclesias perferenda: cui inhæret subscriptio aliquot Episcoporum, atque in primis ipsius Athanasii, his verbis:

Ego Athanasius, cæterique Episcopi in hoc conventu præsentes, epistolæ subscripsimus; idemque ab aliis factum est, qui huc Legati venerant; inter quos a Lucifero Sardiniæ insulæ Episcopo, diaconi duo Herennius, & Agapetus, a Paulino vero Maximus & Calemerus, qui & ipsi diaconi sunt. Aderant & aliquot monachi Episcopi Apollinaris in hoc ipsum missi. Episcoporum nomina ad quos epistola scripta est, sunt hi: Eusebius Vercellarum Civitatis Galliæ, Lucifer Sardiniæ insulæ, Asterius Petræ Arabiæ, Cymatius Palati Cœlesyriæ, Anatolius, Euboiæ. Cæterum qui epistolam scripserunt, sunt isti: Papa Athanasius, & qui cum illo Alexandriæ fuerunt: ipse quoque Eusebius inter eos est, Asterius item; reliqui, Gaius ex Parathonio proximo Libyæ Phragonis, & partis alterius Elearchiæ Ægypti, Ammonius, Pacnemuneus, & ex reliqua Elearchia Ægypti, Agathodæmon Schediæ & Menelaiti Episcopus, Dracontius parvæ Hermopolis, Adelphius Nuphæos, quæ est in Lychnorum, Hermion Taneos, Marchus Zygrorum proxime ad Libyam, Theodorus Athrybeos, Andreas Arsenioitæ, Paphnutius Saos, Marcus Pylorum, Zoilus Andromona Antiphron. His etiam Eusebius Latine subscripsit, quorum hæc interpretatio, ex Græco iterum Latine reddita. *Ego Eusebius Episcopus, secundum exactam vestram utriusque partis confessionem, qua in eamdem sententiam invicem convenistis, quantum attinet ad hypostases, fateor me quoque idem statuere: neque in id solum calculum meum addo, sed etiam in incarnationem Salvatoris nostri consentio, eum videlicet, cum Filius Dei esset, hominem esse factum, & excepto peccato, omnia quæ veteris erant nostræ humanitatis assumpsisse; idque prout habet epistolæ argumentum, meis suffragiis confirmo. Deinde quia fama apud exteros increbuit de tabella Sardicensi Concilii; ne ea ultra Nicænam fidem decreta esse putetur, meo suffragio denuncio, quo nihil luxamenti aut noxæ Nicænæ fidei inde oboriatur; neque eam ea de causa proferendam censeo. Valere vos omnes in Christo exopto. Ego Asterius superioribus scriptis adstipulor, & vos in Christo bene valere precor.*

CCIII. Subscriptio Episcoporum.

Eusebii confessio & subscriptio.

Postea quoque & ipsi subscripserunt absentes, scilicet: Ego Paulinus (Episcopus Antiochiæ hic erat) *ita sentio, quemadmodum accepi a Patribus Filium esse, & subsistere perfectum; subsistereque Spiritum sanctum, eumque perfectum esse. Quapropter approbo superiorem interpre-*

CCIV. Paulini confessio & subscriptio.

tationem de tribus hypostasibus, & una hypostasi sive essentia; & eos qui ita censent, veros habeo; cum pium sit sentire & confiteri, Trinitatem in una Deitate consistere. Et de incarnatione Verbi Patris propter nos facta, ita decerno, quemadmodum scriptum est secundum Joannem, Verbum carnem esse factum: non autem secundum impiissimos homines, mutationem sui Verbum passum esse; sed nostri gratia hominem esse factum, & ex Maria Virgine Spiritu sancto genitum; & nequaquam inanimatum, aut absque sensu, aut sine mente corpus Salvatorem nostrum habuisse: quippe cum impossibile sit, Dominum propter nos hominem factum corpus habere sina mente. Idemque anathemate prosequor eos, qui confessionem fidei Nicaena vilipendunt, & qui negant Filium ex substantia Patris, & coessentialem Patri existere. Execror item eos, qui dicunt, Spiritum sanctum propter Filium, creaturam esse factum. Praterea Sabellii, Photini, omnemque haresim anathematizo, incedens secundum Nicaenam fidem, & secundum omnia superius scripta. Valere vos opto ego Carterius. Hactenus subscriptiones.

CCV. Quod autem in damnatione hæresis Apollinaris, nulla de eodem Apollinari ea sententia condemnato mentio habeatur; alterum de duobus contigisse oportuit; vel eam hæresim vulgatam nondum fuisse nomine Apollinaris, sed incerto auctore prodiisse; vel ipsum Apollinarem jam ante Synodum visum esse eamdem abdicasse sententiam per monachos, qui Synodo interfuisse dicuntur. Nullam plane factam esse in hac Synodo Apollinaris mentionem, ex eo quoque potest intelligi, quod S. Basilius, etiam Valentis Imp. tempore, jure se putasse dicat, cum Apollinare communicare potuisse, quem nescisset errasse; ut suo loco inferius dicturi sumus.

CCVI. Liberius Papa auctor creditur Synodi & Legationum. At quod de rebus haud parvi momenti actum videretur in Synodo, de his omnibus, ut par erat, S. Athanasius reddidit certiorem Liberium Romanum Pontificem; quarum quidem litterarum illud tantum fragmentum superest, quod spectat ad incarnationis mysterium, & perfectam Filii Deitatem: cætera autem quæ in Synodo gesta sunt, desiderantur. Cujus quidem scripti cum ille sit titulus: *Athanasii rescriptum ad Liberium Episcopum Romanum*; plane declaratur ipsum Liberium Alexandrinæ cogendæ Synodi fuisse auctorem, deque ea re ad Athanasium dedisse litteras, atque ejus auctoritate illuc convenisse Eusebium Episcopum Vercellensem, & Luciferum Calaritanum Legatos; cujus pariter jussu tanta iidem sibi sumpserint; nempe ut Lucifer, cæteris explosis, crearet Paulinum Episcopum Antiochenum (non enim id negotium erat unius Civitatis Sardiniæ insulæ Episcopi, sed Præsulis summa potestate fungentis) utque Eusebius functus sit legatione ad restituendas collapsas totius Orientis Ecclesias: nequaquam enim hæc ipsos jura accepisse a Concilio illo Alexandrino, quis dicere jure poterit: nam quid juris iisdem Occidentis Episcopis in res Ecclesiæ Antiochenæ, & in Syriam, Asiam, & Cappadociam, aliasque regiones, ad quas Eusebius tantæ restitutor cladis Legatus profectus est? Extat & ipsius Liberii Papæ epistolæ ad Athanasium fragmentum; quo idem Pontifex Rom. præmissa fidei suæ Catholicæ confessione, eamdem ab ipso Athanasio exigit. Id enim a Liberio exposci videbatur ob suspectam redditam olim fidem ipsius ex inita (ut dictum est) cum Arianis communione. Quam & ipse exigit ab Athanasio post tot annorum latebras: ab eo namque tempore usque ad Constantii mortem nulla potuit inter eos esse ex litterarum consuetudine communicatio, nisi sub Juliano, cum ipse Liberius ad eumdem Athanasium eam scripsit epistolam, cujus ejusmodi tantum apud eum fragmentum reperitur, quod sic se habet (a):

(a) Apud Athan. extat.

CCVII. Fragmentum fidei Liberii Papæ. *Est igitur nostra confessio, optatissime Athanasi: Verbum Dei Filium, secundum naturam ex Deo eodemque Patre sine genitum esse, non creatum, semper in imperio collegam Deo & Patri, & indesinenter regnum obtinere in infinita sæcula, Amen. Spiritum quoque sanctum vere ex Deo naturaliter Deum, indivisibilem a Deo secundum divinas Scripturas; ut sit vere Pater, vere Filius, & vere Spiritus sanctus; neque transferri debere unumquodque nomen a suo significato, cui assignatum est, quo vera sit Trinitas sub una Deitate, sub una potestate, & una substantia. Non enim dispertitur Filius aut Spiritus sanctus a Patris substantia, quæ implet cælum & terram. Est igitur, ut dixi, Trinitas una substantia, non divisa, sed per essentiam una, Deitate una, potentia una, & regno una, una quoque gloria, una item imagine, una denique spiritu: spiritus enim non dividitur. Anathema igitur dices Sabellii & Arii dogmata, & supra annotatas hæreses ad æternam pœnam secundum Salvatoris vocem. Huic igitur confessioni, frater Athanasi, quæ vera fides in Catholica & Apostolica Ecclesia censetur, si mecum sentis coram judice Deo, & Christo, quæso subscribas; quo certiores reddamur, num ejusdem nobiscum suffragii sis, eademque statuas de vera fide; ut & ego securior efficiar, tuaque mandata indesinenter obeam. Id tibi quoque cognitum velim, carissime; filios veritatis confiteri impa-*

ti-

tibilem esse Deitatem; & de adventu Verbi & Dei in carne ita sentire: Verbum scilicet genitum ex Patre Deo; hominem perfectum absque peccato assumpsisse ex Maria Virgine secundum Evangelia in Christo Jesu. Amen. Hactenus quod extat fragmentum ex epistola Liberii ad Athanasium. Porro multa in ea desiderari, nemo non affirmaverit: nam nulla in his mentio fit de personis & hypostasibus in Trinitate, quarum occasione inter Latinos & Græcos concitatas esse controversias, dictum est. Sed & alia plura deesse videntur, quæ spectabant ad Synodum celebrandam, & restituendum statum Ecclesiæ Orientalis.

CCVIII. Ejus autem, quam diximus, redditæ epistolæ Athanasii ad Liberium, carentis salutatione atque exordio, ejusmodi tantum superest fragmentum, quo summa Catholicæ fidei habetur expressa in hæc verba:

Fragmentum epistolæ Athanasii ad Liberium. *Unus Deus immortalis, invisibilis, impalpabilis, eo quod Deus sit spiritus, idemque loco incomprehensibilis; neque uspiam est regio ubi non existat. Hujus verbum immortalis Sapientia est, incorruptibilis, invisibilis, idemque Filius primogenitus, operum socius, principio carens, impalpabilis, cui nullum ætatis aut initium aut finis; per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Hic est qui finxit hominem: hic est qui rationem fabricandæ Arcæ ostendit: hic est qui pollicitationes Abrahæ fecit: hic est qui descendit, ut populum salvaret; qui Moysi legem dedit: hic est Deus Abrahæ, Isaac, & Jacob, qui in Prophetis locutus est: hic est qui composuit novum & vetus Testamentum. Qui in ultimis diebus carnem ex virgine mortalem assumpsit, cum ipse interim immortalis esset, eamdemque imbecillem ipse minime imbecillis, obnoxiam morti ipse nulli obnoxius, visibilem ipse invisibilis. Illa, inquam, caro suspensa est in Cruce, non ipse; in illa omnes humanas passiones ut homo sustinuit, non ipse. Ipse est enim Dei virtus, hoc est Deus, qui infernum expugnavit, & imperium diaboli demolitus est; qui Deus in descendendo, Deus in ascendendo, corpus suum a morte excitatum Patri repræsentavit, ac vindicavit a morte, sub cujus imperio tenebatur. In Filio Patrem intelligimus, cum unus cum eo sit Deitate, potentia, essentia, gloria, Dei appellatione. Et in Patre Filium quoque cognoscimus. Hic est, qui ubi assumpserat carnem, Jesus vocatus est, quatenus homo fuit: hoc est assumpsit hominem in seipso, in quo omnis plenitudo Divinitatis habitat corporaliter. Hunc existimamus non segregatum a Patre aut sancto Spiritu; neque tamen ita, ut dicamus Patrem descendisse, & in homine fuisse. Ita unus Deus Pater omnipotens a nobis creditur. Ideoque fides nostra est in unum Deum Patrem omnipotentem, & ejus Filium Dominum nostrum, & in Spiritum sanctum; eosque in unitate una, Potentia una, substantia una, essentia una, gloria una, dominatione una, regno uno, imagine Trinitatis una, consubstantiales esse credimus *: Per quem facta sunt omnia. Itaquoque in carnis resurrectionem credimus; hoc est, corpus nostrum (secundum sacras scripturas) ex corruptibili mortalique in incorruptibilitatem & immortalitatem a Deo mutandum esse. Amen.* Hactenus quod extat epistolæ Athanasii ad Liberium Papam fragmentum. Scripsisse quidem Athanasium, atque collegas Episcopos, qui interfuerunt Concilio Alexandrino, ad eumdem Liberium de cunctis rebus gestis in Synodo, idem ipse Athanasius disertis plane verbis testatur ea epistola, quam postea scripsit ad Ruffinianum; qua pariter declarat, quæcumque in eadem Synodo acta sunt, fuisse confirmata ab ipsa Romana Ecclesia: qua item epistola decretum de recipiendis lapsis in hæresim, plenius explicatur; & ne de fide ejus dubites, scias eam fuisse perlectam atque recognitam probatamque in Niceno Concilio secundo: ex quo quidem loco (quod desideretur hactenus inter ejusdem Athanasii opera) hic eam describendam putavimus: sic enim se habet ejus (a) editio in œcumenica tunc Synodo facta:

Confirmata Synodus a Romano Pontifici.

(a) Conc. Nic. Act. 1.

Monachi dixerunt: Si jusserit sancta Synodus, afferatur ad Ruffinianum beati Patris nostri Athanasii epistola, & legatur. Sancta Synodus dixit: Satisfiat petitioni religiosorum monachorum. Stephanus præfatus monachus ferens in manibus librum, legere cœpit: Sancti Athanasii ad Ruffinianum. Domino dilecto & desideratissimo comministro Ruffiniano Athanasius in Domino salutem; & post alia: Quandoquidem studiose & Ecclesiastice (hoc enim tuæ pietati iterum convenit) de his, qui necessario redacti sunt, nec per improbam fidem sunt corrupti, inquisivisti, eaque de re ad Synodos & alios scribere voluisti, ut animi sententiam de his explicarent; velim, mi domine desideratissime, sic habeas. In primis cum a vi cessatum esset, Synodusque præsentium & eorum qui longinquas regiones incolebant Episcoporum haberetur, nec modo comministris qui per Græciam passim habitant, verum etiam in Galliis & Hispania. Intelligit per hos Athanasius Eusebium Vercellensem, & Luciferi Calaritani Episcopi Legatos; sed subdit: CCIX.

Epistola Athanasii ad Ruffinianum.

Communi decreto placuit, ut hic, & ubique gentium quicumque lapsi fuissent proprio arbitrio, & antesignani fuissent impietatis; si resipiscerent, ignoscendum quidem illis, verum non restituendos in CCX.

cleri

cleri numerum. Qui vero non auctores, sed necessitate, & violentia compulsi fuissent; visum est illis quidem ignoscendum, & in cleri locum restituendos; maxime cum probabilem defensionem & excusationem dederint. Atque hoc quoque œconomice & rationabiliter factum videtur. Nam ipsi quidem animo statuerant, non velle ad impietatem delabi. Verum quoniam impiissimi quidem eorum causa statum Ecclesiæ ad seditionem trahebant; duxerunt longe satius esse, vi compulsos se concurrere, & onus gestare, quam populum perdere. Hæc cum afferrent, visi sunt nobis non absurda respondisse; quando & in occasionem facti exemplo Aaron fratris Moseos se defenderent, qui in eremo populi transgressionibus acquievit, defensionem habens, ne populus in Ægyptum reversus, idolorum cultui iterum se manciparet. Videbat enim, si in eremi vastitate substitisset, futurum, ut paulatim ab impietate regrederetur: in Ægypto autem nullam esse ad pietatem regressus viam. Hac de causa clero per ea tempora ignotum est. Qui vero in errorem seducti erant, & violentia huc compulsi, data quoque iis communio est. Quemadmodum hæc & Romam scripta sunt, Romanorumque Ecclesiam omnia comprobasse constat. Hæc quoque tuæ pietati confidenter scribo, & significo, quo tua pietas, ea quæ decreta sunt hoc modo, amplectatur. Hucusque lectum ex ea Synodo, in qua hæc ad declarationem ejusdem decreti subjecta leguntur:

CCXI. — Decretum de recipiendis lapsis elucidatum.

Sabas & qui cum eo aderant monachi dixerunt: Non hæc solummodo Sancti Athanasii vox est, verum etiam Synodorum, propterea quod inquit idem Pater, ipsos quoque Romanos totamque Græciam idem comprobavisse. Definit autem eos, qui ex hæresi ad pristinam mentem redeunt, suscipiendos ad pœnitentiam: verum sacerdotii dignitatem minime illis restituendam. Tharasius beatissimus Patriarcha dixit: Non de quovis hæretico ad mentem redeunte recipiendo beatus Pater hæc statuit, sed de eorum principibus, & antesignanis, quique in sua hæresi veluti deliciantur & se oblectant, verbisque artificiosis veritatem ipsam fucare student, haud aliter ac Orthodoxi cum libertate solent; ipsi autem sententiam Scripturæ perverse explicant. Verum iterum recitetur eadem epistola ad Ruffinianum. Epistola ejusdem Patris. Lecto autem loco, in quo beatus Pater lapsis veniam dat impietatis; sed qui præcipui hæreticorum fuerunt, negat restituendos in ordinem sacerdotalem: Qui vero antesignani non fuissent, sed vi & necessitate ad impietatem coacti; ignoscendum quidem illis, & in cleri locum restituendos, quod justam excusationem afferrent. Venerabiles monachi dixerunt: En quemadmodum in principio diximus, sic est: siquidem beatus Pater eos, qui ex hæresi revertuntur, in sacerdotii dignitatem non recipit. Tharasius sanctissimus Patriarcha dixit: Videmini mihi mentem Patris non intelligere: quandoquidem eos qui non fuerunt auctores hæreseos, vi autem compulsi sunt, recipit ad pristinam dignitatem; solummodo vero præcipuos, atque adeo parentes, sive auctores hæresum a dignitate sacerdotali recipienda excludit: recte profecto justeque id pronuncians, &c. Hæc ex Synodo secunda Nicæna ad perfectam elucidationem hujuscemodi decreti excripsisse voluimus, necnon ad assequendum germanum sensum verborum Sancti Hieronymi, quæ superius citata sunt.

CCXII.

Quod autem in eadem Synodo auctoritate (ut dictum est) Romani Pontificis decretæ sunt legationes ad restituendas collapsas a fide Catholica Ecclesias, earumque ministros; erroris in primis arguendus est Ruffinus (a), dum ait procurationem Orientis injunctam fuisse Asterio, Eusebio vero Occidentis. Nam constat, eumdem Eusebium ejus rei causa suscepisse in Orientem peregrinationem, Antiochiamque (ut dicemus) profectum esse, indeque etiam in Cappadociam pervenisse: quod quidem sententia illa S. Gregorii Nazianzeni superius recitata redditur manifestum, cum ipse agens de turbis illis, Juliani tempore in Cappadocia electionis Eusebii Episcopi Cæsariensis occasione excitatis, hæc addit (b): *Postremo*, inquit, *aderant Episcopi quidam ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant.* Quæ quidem nonnisi de Eusebio Episcopo Vercellensi & aliis qui cum eo erant, possunt intelligi: nam Asterius (ut sæpe diximus) in Arabia erat Episcopus. Affirmat id ipsum Socrates, dum ait (c): *Eusebius partes Orientis peragrans, infirmos fide, instar præstantis medici, ad integram valetudinem restituit, doctrina Ecclesiastica instruxit, erudivitque.* Addit autem post hæc omnia Socrates: *Eodem tempore Athanasius orationem apologeticam, quam in suæ ipsius fugæ defensionem jampridem confecerat, coram illis qui aderant, perlegit.* Ea quidem ratione, quod livore tabescentes Ariani adhuc carperent ipsum velut ignavum, quod non posuisset ex Domini sententia animam pro ovibus, sed perinde ac mercenarius, evestigio solum vertisset. Recitat idem Socrates (d) ex ea nonnulla: sed nos lectorem rejicimus in ipsum integrum, qui adhuc extat, commentarium. At de Alexandrina Synodo hactenus.

Legatio Eusebii in Orientem.

(a) Ruffin. l. 1. c. 29.

(b) Greg. Naz. orat. in laudem Basilii.

(c) Socrat. lib. 3. c. 7.

(d) Idem cap. 6.

CCXIII.

Quæ porro Synodum mox subsecuta sint, Socrates ita recenset (e): *Eusebius vero Vercellarum Episcopus, statim post Concilium Alexandria decedens, Antiochiam contendit. Ac cum Paulinum a Lu-*

(e) Socrat. lib. 3. c. 7.

ci-

Discordiæ inter Luciferum & Eusebium.

visera Episcopum designatum, populumque in duas factiones partitum offenderet (nam Meletii fautores separatim conventus fecere) vehementer propterea animo conturbatus fuit, quod electioni Paulini minime ab omnibus esset assensum. Nam intra suam ipsius cogitationem factum illud damnavit ille quidem; sed præ reverentia erga Luciferum rem tacitam habuit; & ut primum promiserat, se Episcoporum Concilio convocato, illis rebus recte prospecturum, inde recessit: postea vero quamquam admodum laborabat, ut partes dissentientes ad concordiam adduceret; tamen nullo modo illud poterat efficere. Nam Meletius ab exilio reversus, ubi eos qui cum illo consentiebant, conventus seorsum agere reperiebat, se illis ipse præfecit. Quin omnibus fere Ecclesiis, quæ ibi erant, Euzojus Arianæ sectæ patronus præfuit: Paulinus autem unam tantum obtinuit Ecclesiam parvarum, quæ erant intra urbem; ex qua quidem ipsum Euzojus, propter reverentiam, quam versus illum habuit, non ejecerat. Meletius autem extra portas Civitatis conventus celebravit.

CCXIV. Lucifer segregat se a communione Eusebii & Ecclesiæ.

Id temporis ad hunc modum Antiochia discedit Eusebius. Lucifer vero ubi acceperat suam electionem ab Eusebio improbari, contumeliæ loco duxit, iniquoque admodum animo passus est. Proinde recusavit cum Eusebio communicare; studioque contentionis inductus, Concilii decreta rejecit. Ista quidem tristibus & afflictis Ecclesiæ temporibus obvenientia multos ad deficiendum ab Ecclesia impulere: unde nova secta, quæ Luciferiana dicebatur, nata est. Cæterum Lucifer suam iracundiam propterea saturare non poterat, quia suis ipsius responsis, quibus per diaconum missos pollicitus fuerat se decretis Concilii contentum fore, omnino tenebatur adstrictus. Quapropter fidei & sententiæ Ecclesiæ assentiens, in Sardiniam ad propriam sedem se recepit. Quorum autem animi non minus quam illius erant exulcerati, hi adhuc etiam ab Ecclesia segregati manent. Hucusque de schismate Luciferi Socrates. Porro Antiochenam Ecclesiam schismate divisam octogintaquinque annos ita perdurasse, nimirum usque ad Alexandrum Episcopum, Theodoretus affirmat (*a*). Quod quidem non sic intelligendum est, ut ab hoc tempore, quo creatus est Paulinus, & schisma conflatum inter Catholicos, usque ad Alexandrum annorum octogintaquinque curricula intercesserint: nam creatio Alexandri contigit (ut suo loco patebit) anno Domini quadringentesimo octavo: sed oportuit Theodoretum intellexisse ab eo tempore, quo ejecto Eustathio, & subrogato in locum ejus Euphronio Episcopo Ariano, scissa est in duas partes Ecclesia Antiochena; de cujus divisionis origine suo loco superius actum est. ☞ Sed nec sic liberatur Theodoretus quin arguatur erroris: nam ab eo tempore non anni octogintaquinque, ut ait, intercedunt usque ad Alexandri electionem, sed tantum sexagintaocto; adeout dicendum sit errorem in Theodoretum irrepsisse. ☜ Eadem quoque Sozomenus (*b*) de Luciferi & Eusebii dissensione.

(a) Theod. lib. 3. c. 5.

(b) Sozom. lib. 5. cap. 13.

CCXV. Causa dissidii unde manavit.

Cæterum afferta causa schismatis, & dissensionis illius primæ inter Eusebium & Luciferum, quæ a Socrate, Sozomeno, & aliis eos secutis affertur, nullatenus probari potest; siquidem nullo pacto potuit accidisse, ut Paulini electionem Eusebius improbarit, quam tum ipse, tum etiam Athanasius, ac denique universa Synodus Alexandrina antea recepissent, dum Legatos ab eo ad Synodum missos suscepere, & ejusdem Paulini chirographo ipsam subscribi Synodum voluerunt. Non potuit igitur damnasse Eusebius, quod ante probasset, & Athanasius cum aliis in Synodo confirmasset. Qua quidem ratione & Ruffinus videtur hallucinatus, qui id ipsum affirmat (*c*), cum ait: *Interim Lucifer injuriam dolens, quod Episcopum a se ordinatum apud Antiochiam non recepisset Eusebius, nec ipse recipere cogitat Alexandrini decreta Concilii; sed constringebatur Legati sui vinculo, qui in Concilio ipsius auctoritate subscripserat. Abjicere namque eum non poterat, qui auctoritatem ejus tenebat; si vero recepisset, omne suum frustrandum videbat inceptum. Diu ergo de hoc multumque deliberans, cum ex utraque parte concluderetur, elegit, ut Legato suo excepto, erga cæteras sententiam disparem, sed sibi placitam custodiret.* Hæc ipsa, quæ ex nuper dictis facile refelluntur. Certe quidem nisi Paulini electio ab Alexandrino Concilio probata fuisset, nequaquam eam postea Romanus Pontifex ratam habuisset. Quis enim existimare potest, gestas res a Lucifero schismatico firmas potuisse consistere, nisi eas Synodus, & Romanus Pontifex recepissent? Cæterum Luciferi cum Eusebio simultas & altercatio non aliunde sumpsisse exordium videri potest, nisi quod ipse austerioris spiritus cum esset, indigno animo ferret ex Synodi decreto januam patere Episcopis omnibus lapsis, qui perinde ac si nihil deliquissent, in suas sedes cum eodem Episcopatus honore redirent; ideoque in eumdem Eusebium, quem advenientem Antiochiam, iturum in Cappadociam, primum est nactus, veluti in ejus decreti auctorem invectus est, eoque magis in eum exacerbatus, quod ea suscepto munere legationis id ipsum passim præstaret, ut Episcopos, qui cum Arianis communicassent, ad suas ipsorum Ecclesias, imperti-

(c) Ruffin. lib. 1. cap. 30.

pertita illis communicatione Catholica revocaret.

CCXVI. Sed dicet aliquis: Quo modo, prætermisso Meletio, Synodus probavit ordinationem Paulini? Nam si qui aliquando fuissent hæretici, & ad Ecclesiam reversi essent, recipiendos quoque ad Episcopatum eadem Synodus statuit; utique Meletio debebatur Ecclesia Antiochena ex ipsius decreto Synodi; atque eam ob causam Paulinus rejiciendus videbatur, tamquam sedis alteri debitæ occupator. Ad hæc dicimus, vitiosam ab initio fuisse Meletii sedem, utpote quod tunc ipse Arianos ab Arianis eam fuerit consecutus; sicque ab illo tempore cathedræ vacasse videri poterat, ad quam suffragio populi Meletio minime recepto, jure ordinatus Paulinus fuisse censendus erat.

CCXVII. *Meletii causa qualis.* Non ergo cur Meletius non receptus esset, Eusebius conquestus est, cujus nullam fuisse ordinationem sciebat, utpote quod ab Acacianis & Eudoxianis creatus fuisset Episcopus Antiochiæ: verum si quæ dissensio ea de causa inter Eusebium & Luciferum oborta est; credimus Eusebium cum Lucifero familiariter conquestum esse, quod præpropera nimis Paulinum ordinasset, non tamen quod eam electionem improbaret, quam ipsemet una cum aliis in Synodo recepisset; sed quod Paulini ordinationis causa tantum abesset, ut Ecclesia Antiochena (quod in optatis erat) Catholicæ communionis fœdere jungeretur, ut major ob eam causam altercatio fieret post reversum Meletium, qui jam vivente Constantio ab Acacianis & fidei Catholicæ tuendæ causa exilium passus, & minas ejusdem Constantii expertus esset: qui enim ei adversabantur, ea ratione sedem illi negabant, quod ipse Meletius olim connivisset cum Acacianis & Eudoxianis Arianorum deterrimis, a quibus, & a Sebaste Armeniæ translatus fuisset in sedem (ut habet Socrates (a)) Berœensem, & inde in Antiochenam; cui etsi ex Synodi decreto indulgendum esset, ut pristinam sedem reciperet; non in aliam, quam in Sebastensem seu Berœensem restituendus fuisset: nam cum & illi exulanti suffectus Euzojus Antiochiæ fuisset; quid agendum, si ipse Euzojus reverti ad Ecclesiam Catholicam voluisset? Vertebantur hæc jurgia inter utriusque partis fautores; cum, inquit Sozomenus (b), *Meletius ab exilio Antiochiam rediit, & seorsum cum suis extra urbem conventus agere aggressus est.* Cæterum ob spectatam sub Constantio adversus eum & Arianos omnes Meletii confessionem, Orientalium studia erga ipsum videbantur esse propensiora, Occidentalium vero, ipsiusque in primis Romanæ Ecclesiæ Episcopi erga Paulinum; ut quæ sæpe dicentur inferius, declarabunt: quod enim spectatissima hujus fides toto illo ab expulsione Eustathii tempore extitisset, quodque ab ejus (ut dictum est) sedis Legato ordinatus esset, atque ab Athanasio & aliis in Alexandrina Synodo receptus fuisset, jure recipiendus ab omnibus videbatur.

(a) Socrat. lib. 2. c. 34.

(b) Sozom. lib. 5. c. 12.

CCXVIII. *Tempus reditus Meletii Antiochiam.* Quod vero ad tempus reditus Meletii Antiochiam spectat; Sozomenus (c) illud in primis affirmat, eo tempore, quo Lucifer Antiochiam petiit, & Paulinum Episcopum ordinavit, Meletium nondum ab exilio fuisse reversum Antiochiam. Rursumque (d) inferius de ejusdem reditu agens, tum eum rediisse tradit, cum jam absoluta Synodo Alexandrina, Eusebius conciliandæ in eo populo discordiæ causa, Antiochiam pertexisset. Cæterum Joannes Chrysostomus, cui potius assentiendum putamus, quippe qui Meletii temporibus vixit, & Civis Antiochenus fuit atque ejusdem Ecclesiæ presbyter; in ea oratione (e), quam habuit in die natali ejusdem Meletii, anno quinto (ut ait) post obitum ejus; cum testetur, post reditum ab exilio non licuisse ipsi amplius triginta diebus agere Antiochiæ, sed impellentibus Valentem Imperatorem hæreticis, iterum solum vertere coactum esse; cui nec ante obitum Valentis reverti posse concessum fuisse, a quo teste Sozomeno (f), expulsus est; neque postea, defuncto Valente, amplius pulsus fuerit; affirmare necesse est, jam ante Valentis Imperium, eum Antiochiam rediisse, a quo inde pulsus est, cum imperare cœpisset; sicque sub Joviano Imperatore reversum, sub quo anno sequenti liquet Synodum Antiochiæ celebrasse, ut suo loco dicetur.

(c) Sozom. lib. 5. c. 12.

(d) Idem l. 5. c. 12.

(e) Extat apud Lip. tom. 5. & Sur. tom. 1. die 12. Feb.

(f) Sozom. lib. 6. c. 7.

CCXIX. *Luciferi reditus in Occidentem.* Sed jam Luciferum Antiochiam recedentem, & in Italiam redeuntem assectemur. Ex his autem, quæ de eo scribit Marcellinus presbyter & ipse schismaticus, secta Luciferianus, plane intelligitur, eum venisse Romam, execretumque esse communionem eorum, qui aliquando conjuncti fuissent Arianis; ut, cum Neapoli fuit, facto declaravit, vitans communionem Maximi, qui in Zosimi locum fuerat suffectus. Sed & reliquisse tradit suæ sententiæ in Oriente paucos quosdam asseclas, & inter alios Heraclidam Episcopum Oxirinchi in Ægypto, in Palæstina Hermionem virginem magni nominis, quæ eum Eleutheropoli sub Constantio exulantem foverat; additque eamdem Hermionem, ejus rei causa, quod revertentes ad Ecclesiam Arianos aversaretur, multa ab Eleutheropolitano Episcopo, Turbone nomine, passam esse. Sed & de eo Severus ait (g): *Cæterum Lucifer tum Antiochiæ agens longe diversæ sententiæ fuit: nam non*

(g) Sever. lib. 2.

non tantum eos, qui Arimini fuerant condemnavit; sed etiam se ab eorum communione separarat, qui eos sub satisfactione & pœnitentia recepissent.

CCXX. At de exitu Luciferi hæc Ruffinus (a): *Regressus ad Sardiniæ partes, sive quia cita morte præventus, tempus sententiæ mutandæ non habuit (etenim temere cœpta spatio corrigi solent) sive hoc animo immobiliter sedérat, parum firmaverim. Ex ipso interim Luciferianorum schisma, quod licet per paucos adhuc volvitur, sumpsit exordium.* Hæc Ruffinus. Addit quoque Theodoretus (b), eum post reditum novam quamdam excogitasse doctrinam, quam secuti sint qui ab eo nomen sunt consecuti. At nihil ad doctrinam Catholicam addidisse Luciferum, testatur Sanctus Ambrosius, cum hæc de eo haber (c): *Lucifer enim se a nostra tunc temporis communione diviserat; & quamquam pro fide exulasset, & fidei suæ reliquisset hæredes; non putavit tamen* (Satyrus frater scilicet) *fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiam non tenerent, cujus patiebantur velut quosdam artus dividi, & membra lacerari. Etenim cum propter Ecclesiam Christus passus sit, & Christi corpus Ecclesia sit; non videtur ab his exhiberi Christo fides, a quibus evacuatur ejus passio, corpusque distrahitur.* Hæc Ambrosius.

(a) Ruffin. lib. 1. c. 30.

Luciferi miserandus exitus.

(b) Theod. lib. 3. c. 5.

(c) Ambr. orat. in funere fratris.

CCXXI. Sed & S. Hieronymus multum abest, ut Lucifero falsam doctrinam impingat; quin potius eum aliqua ex parte excusare nititur, cum ita ait (d): *Ventum est ad asperrimum locum, in quo adversus voluntatem, & propositum meum cogor de beato Lucifero, secus quicquam, quam & illius meritum & mea humanitas poscit, existimare. Sed quid faciam? Veritas os reserat, & invitam linguam confessum ad loquendum pectus impellit. In tali articulo Ecclesiæ, in tanta rabie luporum, segregatis paucis ovibus, reliquum gregem deseruit: bonus quidem ipse pastor, sed multam prædam bestiis relinquens. Prætereo illa, quæ quidam ex maledicis quasi satis firma defendunt: hoc illum amore gloriæ & nominis in posteros transmittendi fecisse, necnon & pro simultate, quam adversus Eusebium propter Antiochenam dissensionem susceperat; nihil istorum de tali viro credo. Unum est, quod etiam in præsenti constanter loquar; verbis eum a vobis dissentire, non rebus; si quidem eos recipiat, qui ab Arianis baptisma consecuti sunt.* Hæc Hieronymus.

(d) Hier. advers. Luciferian. to. 2.

Lucifer & Luciferiani procul ab hæresi.

CCXXII. Equidem tam de Lucifero, quam de Luciferianis ab eo ita dictis, illud affertur etiam a S. Augustino, quod baptismum minime iterarint; nam de Agone Christiano sic habet (e): *Nec eos audiamus, qui quamvis neminem rebaptizent, præcidere se tamen ab unitate, & Luciferiani magis dici, quam Catholici maluerunt. In eo enim quod intelligunt baptismum Christi non esse repetendum, recte faciunt: sentiunt enim sacramentum sancti lavacri nusquam esse, nisi ex Catholica Ecclesia; sed eam formam secum habere sarmenta præcisa, quam in ipsa vite, antequam præciderentur, acceperunt.* At paulo post: *Quod cum Luciferiani intelligunt, & non rebaptizant, non improbamus, sed quod etiam ipsi præcidi a radice voluerunt, quis non detestandum esse cognoscat? & ideo maxime, quia hoc eis displicuit in Ecclesia Catholica, quod vere Catholicæ sanctitatis est. Nusquam enim tam vigere debent viscera misericordiæ, quam in Catholica Ecclesia, ut tamquam vera mater nec peccantibus filiis superbe insultet, nec correctis difficile ignoscat. Non enim sine causa inter omnes Apostolos hujus Ecclesiæ Catholicæ personam sustinet Petrus: huic enim Ecclesiæ claves regni (f) cælorum datæ sunt, cum Petro datæ sunt; & cum ei dicitur, ad omnes dicitur: Amas (g) me? pasce oves meas. Debet ergo Ecclesia Catholica correctis & pietate firmatis filiis libenter ignoscere: cum ipsi Petro personam ejus gestanti, & cum in mare titubasset, & cum Dominum carnaliter a passione revocasset, & cum aurem servi gladio præcidisset, & cum ipsum Dominum ter negasset, & cum in simulationem postea superstitiosam lapsus esset, videamus veniam esse concessam, eumque correctum atque firmatum usque ad Dominicæ passionis gloriam pervenisse. Itaque post persecutionem, quæ per Arianos hæreticos facta est; postea quam pax, quam quidem Catholica in Domino tenet, etiam a principibus sæculi reddita est: Episcopi, qui perfidiæ Arianorum in illa persecutione consenserant, multi correcti redire in Catholicam delegerunt, damnantes sive quod crediderant, sive quod credidisse simulaverant. Hos Ecclesia Catholica materno recipit sinu, tamquam Petrum post fletum negationis per galli cantum admonitum, aut tamquam eumdem post pravam simulationem Pauli voce correctum. Hanc illi matris charitatem superbe accipientes, & impie reprehendentes; quia (h) Petro post galli cantum surgente non gratulati sunt, cum Lucifero, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.* Hucusque Augustinus. Ex quibus plane constat, Luciferum & priores illos ab eo dictos Luciferianos schismatis tantum labe esse pollutos, non nova doctrina novam hæresim excogitasse, vel veterem sectatos esse: unde & accidisse putamus, ut neque ab Epiphanio horum temporum scriptore, neque a Philastrio huic proximo, qui catalogum contexuerunt

(e) Aug. de Agon. Chris. c. 30. tom. 3.

(f) Matth. 16.

(g) Joann. 17. Matth. 14. 16. 20. Galat. 2.

Schismatici cur facti Luciferiani.

(h) Matth. 26.

runt hæreticorum, Luciferiani inter hæreticos numerati sint, prout S. Augustinus (a) ad Quodvultdeum scribens animadvertit. Verum de iisdem alicubi se legisse testatur, dixisse, animam ex traduce generari, eamque ex carne, & carnis esse substantiam: quod tamen verum ne esset, haud satis sibi fuisse compertum tradit.

(a) Aug. de hæres. c. 81.

CCXXIII. Cæterum adeo pertinaci animo sententiæ de non recipiendis cum dignitate lapsis Episcopis insistebant, ut (quod testatur de his S. Hieronymus b) inter eos Helladius quidam in Ecclesiam eo contumeliæ, & blasphemiæ prolapsus sit, ut cum videret tot Episcopos lapsos in hæresim, vel communionem hæreticorum, restitutos, diceret mundum esse diaboli, & Ecclesiam in lupanar esse conversam; in quem idem S. Hieronymus, scribens adversus Luciferianos, spiculum orationis intorquet.

(b) Hier. advers. Lucif.

CCXXIV. De Hilario diacono. Sed cunctis procacior habitus est Hilarius Ecclesiæ Romanæ diaconus, qui non tantum cum Lucifero schismate se ob eam causam ab Ecclesia Catholica segregavit, sed & addidit etiam hæresim, cum diceret nullatenus baptismum hæreticorum recipiendum esse; ad quam astruendam sententiam commentarios scripsit. Hunc fuisse junctum Lucifero collegam in legatione ad Constantium Imp. a Liberio Romano Pontifice, superius dictum est: ipse enim tunc & verbera expertus & vincula, & carceres, eadem tandem sententia qua Lucifer, ab eodem Imperatore damnatus atque proscriptus, in exilium missus est: sed infelix gloria nobilis confessionis elatus, spernens eos qui ceciderant, non solum una cum Lucifero schismate se ab Ecclesia separavit, sed plus quam ille præsumens, hæresim ad schisma superaddidit; quem & S. Hieronymus (c) ob rebaptizationem, Deucalionem Orbis appellat: qui quidem nec ex schismaticis ipsis aliquem habere potuit sectatorem, adeo ut cum homine interierit pariter & secta.

(c) Hier. advers. Lucif.

CCXXV. Lucifer vero, qui hoc Juliani Imperatoris tempore (ut idem quoque tradit S. Hieronymus d) in Sardiniam rediit, sub Valentiniano, qui post sequentem annum Imperator creatus est, ex hac vita decessit, absque pace Ecclesiæ, in schismate perseverans; quod Catholicis magnum intulit luctum, & timorem incussit. Luxerunt fideles & pii acerbissimum tanti viri casum, cum viderent hominem honestissimis magna gloria pro Ecclesia Catholica perfunctum legationibus, tot confessionibus insigniter nobilitatum, quot apices in Constantium scripserat pro Athanasio & fide Catholica; totque martyria propemodum exantlatum, quot annis exul in diversa loca fuerat deportatus: hominem coryphæum & antesignanum Catholicorum in tam diuturno & difficillimo prælio Arianorum, positum instar Hieremiæ in columnam ferream & murum æreum pro domo Dei, Ecclesia Christi; hunc ipsum, inquam (proh dolor!) post tot victorias & erecta de perfidia debellata trophæa, sub ipso triumpho tam infeliciter a dissensionum auctore diabolo superatum, & separatum ab Ecclesia esse, ac plane prostratum. Quem tunc optimis quibusque timorem casus incussit? ut illud Zachariæ merito usurparent (e): *Ulula abies, quia cecidit cedrus.* Quanta vero ejus esset æstimatio & laus in Ecclesia Dei, vel ab uno Hieronymo disce; qui licet post ejus obitum, & pro defensione Catholicæ veritatis de ipso agens, reveritus tamen ante actæ vitæ merita viri, & percelebre nomen, vim vix sibi satis inferre valuit, ut in eum exerat stylum, sed quem veritas acuit, reverentia mox obtudit, ut pro maledictione benedictionem inferat, cum beatum appellet, atque ut licuit, tandem excuset. Utinam ipse Lucifer, qui

(d) Hieron. de Script. Eccl. in Lucif.

Luctus de casu Luciferi.

(e) Zach. 11.

PAGIUS

XXV. Hilarius R. Ecclesiæ Diaconus resipiscit.

Ad num. CCXXIV. *Hilarius* Romanæ Ecclesiæ Diaconus, qui Luciferianorum Schismati adhæsit, Auctor fuit Commentariorum in Epistolas S. Pauli, jam olim D. Ambrosio adscriptorum. Ita enim Augustinus loquitur: *Sic S. Hilarius intellexit quod scriptum est: in quo omnes peccaverunt. Ait enim: in quo, id est, in Adam omnes peccaverunt. Deinde addit; manifestum in Adam omnes peccasse, quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus est, & omnes quos genuit, nati sunt sub peccato. Hæc scribens Hilarius,* &c. Quæ totidem verbis leguntur in Commentariis cap. 5. epist. ad Romanos. Scripsit vero Hilarius iste, quem S. Augustinus laudat, sedente Damaso, ut ipsa disertis verbis testatur in cap. 3. epist. I. ad Timot. *Cum*, inquit, *totus mundus Dei sit, Ecclesia tamen domus ejus dicitur, cujus hodie rector est Damasus*, qui anno CCCLXXXIV. supremum diem obiit. Præstitorum Commentariorum Auctorem Pelagianis erroribus refertum esse, Jansenius Yprensis lib. 7. de hæresi Pelagiana cap. 4. & Possevinus in Apparatu perperam asserunt. Nam, licet aliqua in iis sint durius dicta, eadem tamen a Patribus Græcis, qui ante hæresim Pelagianam scripsere, præsertimque a S. Joanne Chrysostomo iisdam pene verbis ad eosdam locos Apostoli fuerunt prolata, quia nondum litigantibus Hæreticis, securius loquebantur, ut ait S. Augustinus. Quare tam in Hilario, quam in aliorum Antiquorum Commentariis benigna interpretatione loca molliri debent.

XXVI. Auctor est Quæstionum veteris & novi Testamenti.

Hilarius Diaconus Auctor est etiam Operis *Quæstionum Veteris & Novi Testamenti*, quod inter Opera D. Augustini circumfertur. Unum enim esse Commentariorum in Epistolas S. Pauli, & harum Quæstionum Auctorem, tempus & sententiarum communitas indicant. Scribit Auctor, se elucubrare illud Opus trecentis circiter annis post excidium Hierosolymorum a Vespasiano, ideoque anno trecentesimo septuagesimo, quo Damasus Ecclesiam Romanam admi-

(a) 3. Reg. 19.

qui zelo æstuabat Heliæ, & Heliæ dictum audisset (a): Non in spiritu vehementi Dominus, non in commotione Dominus, nec in igne Dominus, sed in sibilo auræ tenuis; nempe in mansuetudine, benignitate, & misericordia vere inerat Dominus. Sed de Lucifero hactenus: de Luciferianis vero sæpe suis locis inferius.

CCXXVI. Eusebii Vercellensis reditus in Italiam.

At reliquum est, ut qui Luciferi usque ad ejus obitum prosecuti sumus historiam, Eusebii quoque Episcopi Vercellensis, ipsius olim collegæ, postea autem adversarii vestigia consectemur. Quid autem suscepta ad Orientales legatione pro reconciliatione lapsorum apud eos egerit; nihil præter ea, quam quæ ex Gregorio Nazianzeno atque aliis superius dicta sunt, reperimus memoriæ commendatum; bene autem gessisse negotium, omnium sententia est. Sed quando in Occidentem reversus sit, num in hujus anni fine, an sequenti anno; haud compertum habetur. Quanta vero vir sanctissimus, confessionibus adeo clarus, & legatione nuper obita celebris, fuerit ab Italis alacritate susceptus, quamque lapsis proficuus fuerit ejus reditus, S. Hieronymus narrat. Sed de illo non omittendum, affirmare S. Basilium, quod redeuntem in Italiam Eusebium comitatus fuit Evagrius senior, parens scilicet Evagrii junioris; qui postea fuit Episcopus Antiochiæ; nam ait (b): *Senior Evagrius filius Pampiani Antiochensis, qui quondam migravit versus Occasum cum S. Eusebio, rediit nunc Roma, &c.* S. Hieronymus igitur agens simul de reditu SS. Hilarii atque Eusebii, licet illius ante Constantii mortem contigerit, hujus vero postea, hæc ait (c): *Tunc Hilarium de prælio revertentem Galliarum Ecclesia complexa est. Tunc ad reditum Eusebii lugubres vestes Italia mutavit. Concurrebant Episcopi, qui Ariminensibus dolis irretiti, sine conscientia hæretici ferebantur; contestantes corpus Domini, & quicquid in Ecclesia sanctum est, se nihil malè in sua fide suspicatos. Putavimus, ajebant, sensum congruere cum verbis; nec in Ecclesia Dei, ubi simplicitas, ubi pura confessio est, aliud in corde clausum esse, aliud in labiis proferri timuimus. Decepit nos bona de malis existimatio: non sumus arbitrati sacerdotes Christi adversum Christum pugnare. Multaque alia, quæ brevitatis studio prætereo, flentes asserebant, parati & subscriptionem pristinam, & omnes Arianorum blasphemias condemnare.*

(b) Basil. epist. 8.

(c) Hier. advers. Lucif. tom. 2.

CCXXVII.

Hoc loco interrogo istos nimium religiosos, quid de confessoribus agendum putaverint? Depositis, inquiunt, veteribus Episcopis, novos ordinassent. Tentatum est. Sed quotusquisque bene sibi conscius patitur se deponi? præsertim cum omnes populi, sacerdotes suos diligentes, pene ad lapides & ad interemptionem deponentium eos convolaverint? Mansissent, ajunt, intra suam communionem. Hoc est dicere: Irrationabili crudelitate Orbem totum diabolo condonassent. Cur damnassent eos, qui Ariani non erant? Cur Ecclesiam scinderent in concordia fidei permanentem? Cur denique credentes bene, obstinatione sua facerent Arianos? Nam cum in Synodo Nicæna, quæ propter Arianam perfidiam congregata est, Episcopos Arianos susceptos sciamus, & Episcopus jam in mundo nullus sit, nisi quos Synodus illa ordinavit; quomodo potuerunt adversus eam facere, propter quam exilium sustinuerunt? Hæc S. Hieronymus pro defensione Hilarii atque Eusebii de receptis ab eis lapsis Episcopis, adversus Luciferianos rem bene gestam adeo improbantes.

CCXXVIII. Hilarii Episcopi res gestæ post reditum.

(d) Sever. hist. lib. 2.

Quid autem de Hilario separatim tradat Severus (d), hic describemus. Hilarius namque primus ad restitutionem lapsorum, qui prior rediit in Occidentem, viam aperuit; dum coactis Conciliis, in iisdemque convenientibus Episcopis Gallicanis; ibi qui olim lapsi perseverarent in errore impietatis, depositi sede sunt; qui vero pœnitentes veram fidem confessi sunt, receperunt pristinam sedem: hæc enim his verbis Severus: *Verum ubi permeasse est orbem pene ter-*

PAGIUS

ministrabat. Præterea refellit argumenta *Photini*, quem adhuc tanquam viventem alloquitur, & disputat adversus Apollinarem, cujus hæresis a Damaso damnata. Hilarium porro resipuisse, colligitur ex eo, quod honorifice de Damaso loquatur, eique communione jungatur. Secundo, quod contra *Rebaptizantes* Schismaticos luculentam dicat sententiam in cap. I. Epist. I. ad Corinth. ad illa verba: *Gratias ago Deo, quod neminem vestrum baptizavi, &c. Per hoc*, inquit Hilarius, *arguens & baptizantes & baptizatos, qui ad injuriam Salvatoris baptizantis ejus gratiam hominibus deputabant, illos dissimulantibus gratia causa. Sic enim erant, sicut nunc Novatiani & Donatiani, qui baptismum sibi vindicant, a nostris baptizatos reprobantes, & baptizati ab his glorientur in persona eorum. Denique Christi nomine abdicato, Novatianos & Donatianos vocari se glorientur.* Respuit itaque, ut jam dixi, Hilarius a Rebaptizantium Hæresi & Luciferiano Schismate. Auctor tertiæ partis Quæstionum ait, se scribere anno mundi sexto millesimo, quem Garnerius in Appendice posteriori ad primam partem Operum Marii Mercatoris Dissert. I. cap. 9. existimat concurrere cum anno Christi CCCCLIX. secundum Græcos, ideoque transpositis numerorum notis errorem irrepsisse, & pro VI. millesimo legendum IV. millesimo, seu millenario. Verum *Hilarius* illarum Quæstionum Auctor, qui hoc tempore vivit, loquitur numero rotundo, utiturque Æra se-

varum malo perfidiæ infectum, dubius animi & magna curarum mole æstuans, cum plerisque videretur non ineundam cum his communionem, qui Ariminensem Synodum recepissent; optimum factu arbitratus, revocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam: frequentibus intra Gallias Conciliis, atque omnibus fere Episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformant. Resistebant sanis consiliis Saturninus Arelatensium Episcopus, vir sane pessimus, & ingenio malo pravoque; verum etiam præter hæresis infamiam multis atque infandis criminibus convictus, Ecclesia ejectus est. Ita partium vires, amisso duce, infractæ; Paternus etiam a Petrocoris æque vecors, nec detrectans perfidiam profiteri, sacerdotio pulsus, cæteris venia data. Illud apud omnes constitit, unius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas.* Hec Severus; quæ quidem haud potuerunt perfici, vivente Constantio Arianorum patrono; sed post ejus obitum, nudatis illis patrocinio Imperatoris, in hunc ipsum annum sunt protensa ac pariter absoluta. Quod autem unus Hilarius, confessoribus cæteris Episcopis vita functis, tanta præstiterit, mox idem Severus subdit de iisdem sanctis Episcopis, Paulino Treverensi, & Rodanio Tolosano (de quibus satis superius tomo tertio actum est) clarissimis ob defensionem Catholicæ fidei confessoribus, eosque in Phrygia tradit non sine corona martyrii exules diem extremum clausisse.

(*) Petrogoricis.

CCXXIX. ☞ Quod igitur tum Fortunati testificatione (ut superius dictum est) tum Severi, ut modo audisti, opera sancti Hilarii plura sunt in Galliis Concilia congregata, quibus Orientalium error adversus Nicænam fidei professionem in diversis Synodis comprobatus penitus damnaretur una cum suis auctoribus, qui proscripserunt nomen consubstantialitatis in Filio Dei: Quid in uno ex iis Conciliis in Gallia congregatis factum sit, ut, & quæ in reliquis pariter acta sunt possimus intelligere, reddimus hic eam, quæ nunc extat Synodalem epistolam missam ex Parisiensi tunc celebrato Concilio ad Orientales, cum illi litteris suis conarentur Gallicanos Episcopos reddere in omnibus suæ ipsorum perfidiæ professores: habetur in Pithœi Ecclesiasticarum antiquitatum officina; edita vero nuper diligentia doctissimi viri Nicolài Fabri; ejus autem sic se habet inscriptio (a).

(a) Hilar. fragm. l. 2. pag. 2. & 3.

CCXXX. *Incipit fides Catholica exposita apud Parisiam civitatem ab Episcopis Gallicanis ad Orientales Episcopos:* Pro Parisia autem, restituendam in mendoso Codice *Parisiam*, probe admonuit idem Faber. Epistola Synodalis Episc. Galliæ ad Orientales.

Dilectissimis, & beatissimis consacerdotibus Episcopis Orientalibus omnibus, per diversas provincias in Christo manentibus, Gallicani Episcopi salutem.

Omni quidem vitæ nostræ, fideique sensu gratias Deo patri, per Dominum nostrum Jesum Christum confitemur, quod nos in lumine scientiæ confessionis suæ, doctrinis & propheticis & Apostolicis collocavit, ne sæcularis imperitiæ tenebris detenti judicio sæculi teneremur: Cum sola spes sit plenissima ad salutem; Deum Patrem omnipotentem per unigenitum ejus Dominum Jesum Christum in sancto Spiritu confiteri. Sed plane non minor quotidie gratulationis nostræ causa cumulatur, quod liberans nos ab errore mundi, nunc etiam inexpiabili hæreticorum admisceri non patitur societati.

CCXXXI. *Ex litteris enim vestris, quas dilecto fratri & consacerdoti nostro Hilario direxistis, fraudem diaboli, & conspirantia adversus Ecclesiam Domini hæreticorum ingenia cognovimus, ut divisi in partibus Orientis, atque Occidentis, diversis invicem opinionibus falleremur. Nam plu-*

PAGIUS septuaginta Interpretum, quæ Christum anno mundi quinquies millesimo centesimo nonagesimo nono natum supponit: quo pacto certum est, *Hilarium* anno mundi sexto millesimo, seu sexto millenario Opus illud elucubrasse.

XXVII. *Synodus Parisiensis.* Ad num. CCXXIX. Hieronymus in Chronico Epocham *Concilii Parisiensis* nos edocet, quando scribit: *Gallia per Hilarium Ariminensis perfidiæ dolos damnat*, in Concilio nempe Parisiensi; quod hactenus nemini observatum. Sed in eo Chronico annus juxta varias editiones varie consignatus. Non dubito tamen, quin Hieronymus anno trecentesimo sexagesimo Synodum illam celebratam docuerit. Sub eodem enim numero, quo de hoc Concilio loquitur, plura refert, quæ eo anno contigere, sc. hæc: *Hilarius, cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit.* Tum: *Macedonius Constantinopoli pellitur.* Dein: *Omnes pene toto Orbe Ecclesiæ sub nomine pacis & Regis Arianorum consortio polluuntur.* Ad hæc: *Constantinopoli Ecclesiarum maxima dedicatur.* Postea: *Meletius Sebastia Armeniorum Episcopus Antiochiam transfertur.* Denique: *Gallia per Hilarium Ariminensis perfidiæ dolos damnat.* Quare sicut quæ mox retulimus, anno trecentesimo sexagesimo peracta; sic & Concilium Parisiense illis verbis indicatum.

XXVIII. *Ante Constantii mortem habitum.* Certe ante Constantii mortem illud habitum, non tantum certum facit Hieronymus laudatus, qui post hæc verba de ea loquitur; sed etiam Synodica Concilii Parisiensis: ex ea enim discimus, Episcopos, cum Concilium Parisiense habitum est, adhuc in exilio fuisse, a quo nonnisi post Constantii obitum revocatos constat. Hæc Synodicæ verba: *Blasphemias quoque omnes, quas literis vestris subjecistis, damnamus, maximeque eorum Sacerdotes Apostatas respuentes, qui in locum fratrum indignissime exulantium, quorumdam aut ignoratione, aut impietate sunt substituti.* Ad hæc in Lege II. Codicis Theod. *De Episcopis*, anno CCCLX. num. XV. & seqq. a no-

plures numero, qui aut Arimini, aut Nicaeae adfuerunt, sub auctoritate vestri nominis ad Usia silentium sunt coacti; quod verbum a vobis quondam contra Ariomanitarum haeresim inventum, nobis semper sancte, fideliterque susceptum est. Nam Homousii sermonem ad veram & legitimam ex Deo Patre unigeniti Dei nativitatem sumus amplexi, detestantes secundum Sabellii blasphemias ipsam unionem, neque aliquam partem Patris esse Filium intelligentes, sed ex toto atque perfecto innascibili Deo, totum atque perfectum unigenitum Deum natum, unius a nobis idcirco, vel Usia, vel substantia cum Deo Patre confessum, ne creatura potius, aut adoptio, aut appellatio videretur. Et quia ex ipso esset, ut ex Patre Filius, ut ex Deo Deus, ut ex virtute virtus, ut ex Spiritu Spiritus, ut lumen ex lumine, similitudinem quoque ejus ad Deum Patrem non inviti audientes, quippe cum imago invisibilis Dei sit, sed eam solam similitudinem dignam ad Patrem intelligentes, quae veri Dei sit ad Deum verum, ita ut non unio divinitatis, sed unitas intelligatur; quia unio sit singularis, unitas vero secundum nativitatis veritatem plenitudo nascentis sit, maxime cum Dominus ipse Jesus Christus ad discipulos suos sit professus, dicens: Ego & Pater unum sumus, quo non solum charitatem quae ad Patrem est, sed & divinitatem quae Dei ex Deo est, significat, secundum illud: Qui me vidit, videt & Patrem; &: Si mihi non vultis credere, vel operibus meis credite, quia Pater in me est, & ego in Patre.

CCXXXII. *Hanc igitur fidem semper tenentes, & tenebimus, detestantes quoque eos qui dicunt: Non erat antequam nasceretur; non quod unigenitum Deum innascibilem praedicemus, sed quod impium sit, maxime Deo temporum, tempus aliquod anteferre, cum ipsum illud, antequam nasceretur, non fuerit, sit temporis. Sed & obedientem quoque Patri Filium etiam usque ad mortem Crucis, secundum infirmitatem assumpti hominis, non negamus; cum ipse de ascensu suo ad caelos locutus sit: Si diligeretis me, gauderetis, quia vado ad Patrem, quia Pater major me est; per cujus carnis susceptionem nos sibi fratres connuncupare dignatus est, cum in forma Dei manens, formam servi esse voluit.*

Itaque, carissimi, cum ex litteris vestris in Usia silentio fraudem se passum CC. XXXIII.
*simplicitas nostra cognoscat, etiam pietatem eorum qui Arimino Constantinopolim reverterunt, * conventos sicut epistola nostra contenta testatur, neque eos ad tantam rem blasphemiarum damnationem potuisse compellere; fidelis Dominici nominis praedicator frater noster Hilarius nunciaverit. Nos quoque ab his omnibus, quae per ignorantiam perperam gesta sunt, referimus. Auxentium & Ursacium ac Valentem, Gajum, Megasium, & Justinum excommunicatos habemus secundum litteras vestras, & certe ut diximus, juxta fratris nostri Hilarii professionem, qui se pacem cum his, qui horum sectarentur errores, habiturum negavit, blasphemiasque omnes, quas litteris vestris subjecistis, damnamus, maximeque eorum sacerdotes apostatas respuentes, qui in loca fratrum indignissime exulantium quorumdam, aut ignoratione, aut impietate sunt substituti; pollicentes hoc coram Deo, atque etiam confitentes, ut quisquis his quae statuimus, intra Gallias putaverit renitendum, a communione ac sede sit sacerdotii abjiciendus. Neque enim ut alias, aut occasionem praedicandi non damnando permittens, aut contra Deum & Christi unigeniti Dei majestatem aliter, quam nos de Homousii significatione sentimus, obtinens, dignus erit sanctitate sacerdotii nominis judicandus; a quo etiam Saturninum, qui statutis salubribus impiissime contradixit, secundum fratrum nostrorum generale jam litteras excommunicatum ab omnibus Gallicanis Episcopis, charitas vestra co-*

PAGIUS a nobis explicata, liquet, jam eo anno haeresim Arianam in Galliis profligatam fuisse; cum Hispanis, Italis & Afris ad Constantium Constantinopoli agentem Episcopos Arianos legantibus, Galli eorum exemplum secuti non sint, Juliani Caesaris rebellione, quae eo anno in Galliis contigit, viam, ut conjicere licet, sancto Hilario aperiente, ut Concilium Parisiense aliaque celebraret, & Ariminensis Synodi dolos omnibus notos faceret.

XXIX. Praeterea *Semiariani*, qui in Concilio Constantinopolitano anno CCCLX congregato ita se gesserant, ut Orthodoxi haberi possent, sicut testatur S. Hilarius lib. de Synodis, illius anni initio in exilium missi, quoquoversum scripsere literas adversus *Eudoxium*, aliosque ejusdem factionis Episcopos, ut Episcopi Orthodoxi ab eorum communione tanquam ab animarum peste abhorrerent, quemadmodum liquet ex epistolis 72. 73. & 82. Basilii Magni. Imo Philostorgius lib. 5. cap. 1. de Episcopis in Concilio Constantinopolitano relegatis loquens, ait: *Qui cum in exilium ducerentur, subscriptiones suas, quibus Ariminensis Concilii Fidem confirmaverant, revocarunt: atque hi quidem consubstantialem, illi vero similis substantiae Filium iterum praedicarunt.* In Synodica vero Concilii Parisiensis legitur: *Ex litteris vestris, quas dilecto fratri & Consacerdoti nostro Hilario direxistis, fraudem Diaboli, & conspirantia adversus Ecclesiam Domini Haereticorum ingenia cognovimus, ut divisi in partibus Orientis atque Occidentis, diversis invicem opinionibus falleremur. Nam plures numero, qui aut Arimini, aut Nicaeae adfuerunt sub auctoritate vestri nominis, ad Usia silentium sunt coacti.* Quare Orientales tunc ad Hilarium scripsisse videntur, & eorum epistolae Synodus Parisiensis respondere: Synodica enim Parisiensis *ad Orientales Episcopos* inscripta.

Qua occasione ab Orientalibus ad Occidentales scriptum.

Neque apparet, alio tempore, quam anno CCCLX. Orientales illos ad Occidentales scribe- XXX.

cognoscat; quem & vetera dissimulata, jam diu licet, crimina, & cætera edita epistolis suis, novæ temeritatis irreligiositas indignum Episcopi nomine esse fecerunt.

Explicit fides Catholica exposita apud Parisiam civitatem, ab Episcopis Gallicanis, ad Orientales Episcopos. Hactenus ibi. Ex his plane commendantur sincera fides atque constantia Ecclesiæ Gallicanæ, cum in tanto numero Episcoporum unus dumtaxat sit repertus Saturninus, qui inhæserit Arianis, reliquis omnibus sequentibus sanctum Hilarium, ex cujus litteris omnes tamquam leunculi post leonem adversus lupos ingruentes insilierint. Gloria hæc est sancti Hilarii, qui scriptis suis eosdem Gallinrum Episcopos in Arianos commoverit, & jugiter adversus eos in officio continuerit.

CC. XXXIV. At quid Ruffinus commentus sit Hilario contigisse, cum uni ex his Synodis post Ariminense Concilium interfuit, sanctus Hieronymus ejus figmentum explodens narrat his verbis (a): *Non ei sufficit Græcos & antiquos calumniari, de quibus pro vetustate temporum, & longinquitate regionum, habet licentiam quicquid voluerit mentiendi: venit ad Latinos, & primum ponit Hilarium confessorem, quod post Ariminensem Synodum liber illius falsatus ab hæreticis sit; & ob hanc causam, cum in Concilio Episcoporum ei quæstio moveretur, proferri librum de domo sua jusserit, qui nesciente se, in scriniis suis hæreticus tenebatur: cumque prolatus fuisset, & ab omnibus hæreticus judicatus, auctor libri excommunicatus de Concilii conventione discesserit.* Hæc Hieronymus ex Ruffino de Hilario. *Sed tanta* (subdit idem Hieronymus) *Ruffinus auctoritatis se putat, ut cum hoc familiaribus suis narrat somnium, nemo ei contra confessorem ista simulanti audeat contradicere. Responde, quæso: Synodus, in qua excommunicatus est, in qua urbe fuit? Dic Episcoporum vocabula; profer sententias subscribentium, vel diversitatem, vel consonantiam. Doce, qui eo anno Consules fuerint; qui Imperator hanc Synodum jusserit congregari; Galliæ ne tantum Episcopi fuerint, an & Italiæ & Hispaniæ; vel certe quam ob causam Synodus congregata sit. Nihil horum nominas; sed virum eloquentissimum, & contra Arianos Latini sermonis tubam, ut Origenem defendas, excommunicatum a Synodo criminaris. Sed confessoris calumnia utcumque toleranda est; transit ad inclytum martyrem Cyprianum, &c.*

(a) Hier. apolog. advers. Ruffin. lib. 2. tom. 2.

Ruffini commentum rejicitur.

At præter hæc quæ obiter S. Hieronymus attigit ad refellendam de Hilario imposturam; dixerim nimis insulsam atque frigidam videri hanc de excommunicato a Catholicis Hilario anilem recitatam a Ruffino fabellam ab omni prorsus verisimili ratione procul abhorrentem. Nam esto falsatus fuerit ejusdem Hilarii commentarius, & ita hæretice scriptus coram Patribus editus; potuit ne Hilarius tacuisse, in proditorem non reclamasse, proditionem non arguisse, ex aliisque ab ipso editis commentariis fraudem hæreticorum, suam vero innocentiam non demonstrasse? sed & quid ipse crederet, licet scripta deessent, nonne vel exilia ipsius pro Catholica fide pluribus annorum spatiis tolerata clamarent? vel si his omnibus caruisset, an non liberum esset, vel tunc saltem quid de fide sentiret coram Patribus aperire? verum potius quasi facti reus, criminis conscius, nulla defensione præposita, vel excusatione opposita e Synodo excommunicatus mutus abscesserit? Sed facessant prorsus deliramenta Ruffini, a S. Hieronymo jure meritoque derisa; quibus persimilis fabula, quam recentior auctor recitat de Hilarii in Synodo pariter controversia cum Leone quodam imaginarie excogitato Romano Pontifice, qui instar Arii crepuerit medius, & sic obierit. CC. XXXV.

Sed & provocandus Ruffinus est ad ea, quæ idem ipse de Hilario, cum liberior esset affectibus, & rem serio ageret, scriptis testata reliquit, necnon de Eusebio, cum ambo ab exilio in Occidentem reversi sunt, atque primum de Eusebio his verbis (b): *Eusebius vero circumiens Orientem atque Italiam, medici pariter & sacerdotis fungebatur officio; singulas quasque Ecclesias, abjurata infidelitate, ad sa-* CC. XXXVI.

Eusebii & Hilarii res gestæ post reditum.

(b) Ruffin. l. 1. c. 30. 31.

PAGIUS

Quo anno.

bere potuisse. Quam conjecturam firmat quod in ea Synodica de Legatis Concilii Ariminensis dicitur: *Itaque, charissimi, cum ex literis vestris in Usia silentio fraudem se passam simplicitas nostra cognoscat, eorum pietatem* (legendum, *impietatem*) *qui Arimino Constantinopolim everterunt, conventos, sicut epistola nostra* (legendum *vestra*) *contenta testatur, neque eos ad tantam rem* (legendum, *tantarum*) *blasphemiarum damnationem potuisse compellere, fidelis Dominici nominis prædicator frater noster Hilarius nuntiaverit.* Ita hunc locum, qui sine dubio corruptus, emendat Hermantius in Vita S. Athanasii lib. 10. cap. 12. ubi licet Concilium Parisiense hoc anno cum Baronio indictum arbitretur, suspicatur tamen, illud jam ab anno CCCLX. haberi potuisse, innixus ultima ratione, quam mox ex illo retulimus. Denique in Chronico Hieronymi ab Auberto Miræo publicato, in quo solæ Olympiades notantur, hæc verba, *Gallia per Hilarium Ariminensis perfidia dolos damnat*, copulantur cum anno quarto Olympiadis CCLXXXIV. qui Kalendis Octobris anni Christi trecentesimi quinquagesimi noni inchoatur. In eo enim Chronico Olympiades cum anno populari Syrorum, & maxime Cæsariensium auspicantur, idque anno ante Olympiades communes. Quare Concilium Parisiense anno CCCLX. ante mensem Octobrem celebratum.

simitatem recta fidei revocabat. Maxime quod Hilarium, quem dudum cum ceteris Episcopis in exilium trusum esse memoravimus, regressum jam, & in Italia positum, hac eadem erga instaurandas Ecclesias, fidemque Patrum reparandam, reperit molientem. Nisi quod Hilarius vir natura lenis & placidus, simulque eruditus, & ad persuadendum commodissimus, rem diligentius & aptius procurabat. Qui etiam libros de fide nobiliter scriptos edidit, quibus & haereticorum versutias, & nostrorum deceptiones, & male credulam simplicitatem ita diligenter exposuit, ut & praesentes, & longe positos, quibus ipse disserere viva voce non poterat, perfectissima instructione corrigeret. Ita duo isti viri, velut magnifica quaedam mundi lumina, Illyricum, Italiam, Galliasque suo splendore radiarunt, ut omnes etiam de abditis angulis & abstrusis haereticorum tenebrae fugarentur. Hactenus ipse; at de Hilarii laboribus contra Auxentium Mediolanensem Ecclesiam occupantem exantlatis, suo loco inferius plusibus, itemque de rebus Eusebii.

CC. XXXVII. Sed & de Hilario illam praetermittimus calumniam refutare, quam calumniantium inscitia (a) ipsa redarguit; qui rerum gestarum prorsus ignari, nominum occasione errore labuntur, dum putantes eundem esse Hilarium Episcopum Pictaviensem cum Hilario illo diacono, cujus est mentio apud S. Hieronymum in commentario adversus Luciferianos, impingunt sanctissimo viro pergraves Hilarii illius errores, nempe cum schismate anabaptismum; in meridiana luce adeo turpiter caligantes, cum eum idem Hieronymus disertis verbis apertisque notis saepe diaconum nominet, & ex rebus gestis accurate describat; ut ex his, lector, intelligas furentium haereticorum rabiem, quovis praetextu sanctos viros carpere quaeritantium.

(a) *Taxat Auctor imperitos Centuriatores.*

Calumnia Centuriatorum.

CCXXX. VIII. Caeterum sicut summa industrie vidimus collaborasse sanctos Episcopos confessores, ut quem disperserat Constantii persecutio, Catholicum gregem in sincerae fidei ovile cogerent; ita & qui contradicentes Acacianis & Eudoxianis Semiariani dicebantur haeretici, persecutione non levi a Constantio exagitati, quod iisdem quibus ille patrocinabatus haereticis minime consensissent; ejus morte excusso jugo, quo detinebantur oppressi, & ipsi edicto Juliani ad proprias, ex quibus exularunt, Ecclesias restituti, adversus eosdem Eudoxianos & Acacianos magnopere incitati, conventus agebant. Quinam autem illi fuerint, quidve moliti sint, Sozomenus docet (b), dum post Hilarii atque Eusebii reditum ita ait: *Dum haec geruntur, Macedonii sectatores, quorum e numero fuit Eleusius, Eustathius, & Sophronius, jam tum palam Macedoniani appellari coepti, & velut in separatum coetum segregati, atque morte Constantii impunitatem nacti, convocant in unum Seleucia suae opinionis fautores, & Concilia quaedam habent, in quibus & abdicant Acacianos, & fidem Arimini stabilitam rejiciunt, formulaeque fidei Antiochiae editae, & post a Concilio Seleuciae congregato confirmatae suffragantur. Ac cum criminis loco illis esset objectum, quod cum Acacianis dissiderent, quippe cum antea cum iisdem tanquam ejusdem communionis communicassent; per Sophronium Paphlagonem respondebant; quod, quoniam Episcopi Occidentis Filium Patri consubstantialem asseruerant, Aetius autem cum substantia Patri dissimilem docuerat; & illi separatas Patris & Filii substantias vocabulo consubstantialis, in unam confuse colligaverant; hic autem proprietatem naturae Filii a Patris natura admodum disjunxerat; idcirco ipsi pie fecissent, quod Filium Patri substantia similem dixerant; & mediam hanc viam, quoniam utrique illi ad contraria extrema defluxissent, sibi delegerant ad insistendum. Atque hi quidem illis, a quibus erant accusati, hoc modo se purgare conabantur.* At improbe quidem, perinde ac medium posset inveniri inter asserentes Christum vere Deum, & non Deum. Nam cum nonnisi unus sit Deus, unaque Divina substantia; si affirmandum erat, Christum Deum vere esse; plane Patri consubstantialem dicere necesse fuisset. Eadem quae Sozomenus, ex Sabino Socrates (c). At haec hactenus, reliqua autem de ipsis inferius suo tempore.

(b) *Sozom. l. 5. c. 13.*

Macedoniani quid machinati sint.

(c) *Socrat. l. 3. c. 8.*

CC. XXXIX. Rursum vero qui erant Alexandriae Ariani, indigno ferentes animo, Athanasium sedem Alexandrinam, ex qua saepe ejectus fuerat, recepisse, ejusque reditu redditam Ecclesiam Catholicam florentissimam; foedus ineunt cum Gentilibus, quos & in eumdem Athanasium concitant, ea arrepta occasione, quod ille nobilissimas quasdam matronas Gentilium superstitioni addictas, ad Christianam fidem conversas, magno dedecore Imperii Juliani, & Christianae religionis summa gloria baptizasset; simulque in Athanasium communicato consilio, ad Julianum adversus eum literas dant; quinetiam addit Ruffinus (d), hostes Athanasii veluti tetros serpentes cavernis egressos una secum duxisse magos, aruspices, & augures, qui omnes simul contestarentur, nihil prosperum successurum, nisi Athanasius expelleretur: quibus ille acceptis, de expellendo ab ea urbe Athanasio, cum ad Alexandrinos, tum ad Ecdicium Aegypti Praefectum rescriptum dedit.

Ariani movent Gentiles in Athanasium.

(d) *Ruffin. l. 1. c. 33.*

CCXL. Hoc igitur anno ante Kalendas Decembris, S. Athanasius, cum Arianorum, tum

etiam

Athanasius Alexandria recedit. (a) Sozom. l. 3. c. 14.

etiam Gentilium invidia, a Juliano exagitatus, Alexandria cogitur proficisci. Cur autem in eum adeo commotus fuerit Julianus, Sozomenus (*a*) hujusmodi causas affert, dum ait: *Imperator eum accepisset, ipsum conventus in Ecclesia Alexandrina agere, libere populum docere, & multos Gentiles ejus suasu ad Christi fidem traductos; dat mandatum, ut exeat Alexandria; quod si ibi maneret, gravissima ei supplicia irrogata fore. Causam autem ad eum incusandum simulaverat, quod cum ab Imperatoribus, qui ipsum antegressi fuerant, esset exilio condemnatus, potestate a nullo accepta, ipse suopte nutu sedem Episcopalem denuo occupasset. Nam se non fecisse potestatem his, quos Constantius in exilium miserat, ad Ecclesias suas regendas, sed in patriam solum revertendi, dicebat.* Hæc Sozomenus, & quidem ex litteris ejusdem Juliani ad Alexandrinos scriptis, quæ sic se habent (*b*).

(b) Julian. ep. 27.

CCXLI. Litteræ Juliani contra Athanasium.

Æquum erat, eum qui regiis & Imperatoriis edictis compluribus ejectus fuerat, unum saltem edictum regium expectare, ac tum denique domum suam redire; non autem singulari audacia atque amentia fretum, legibus tamquam omnino extinctis ac perditis illudere. Etenim nunc quoque nos Galilæis a Constantio ejectis, non reditum ad suas Ecclesias, sed in patriam cuique suam concessimus. Audio, Athanasium hominem audacissimum, solita audacia elatum, Episcopatus sedem (ut ipsi appellant) iterum usurpare, id vero non mediocriter Alexandrino populo displicere. Quare eum jubemus urbe excedere eo ipso die, quo humanitatis nostræ litteras acceperit. Quod si in urbe manserit, longe ei majores gravioresque pœnas denunciamus. Hæc Julianus ad Alexandrinos. Ad Ecdicium autem Præfectum Ægypti eodem argumento sic scripsit, ubi veram causam, cur in eum infensus esset, patefacit (*c*):

(c) Julian. epist. 6.

CCXLII. Juliani epistola ad Ecdicium.

Julianus Ecdicio Præfecto Ægyptiorum. Etsi nihil de ceteris scribis, attamen de illo deorum hoste Athanasio scribere certe debuisti; præsertim cum præclara nostra decreta multo ante audivisses. Testor magnum Serapin, nisi ante Kalendas Decembris inimicus deorum Athanasius ex ea urbe, vel potius ex universa Ægypto discesserit, centum auri pondo cohortem, quæ tibi paret, multatum iri. Scis autem, quam sim lentus ad condemnandum, & quanto lentior, postquam condemnavi, ad ignoscendum. Per mihi molestum est, ejus opera deos omnes contemni. Equidem ex tuis factis nullum libentius videro, immo audiero, quam Athanasium illum scelestum ex omnibus Ægypti locis pulsum esse, qui ausus est in meo regno fœminas Græcorum illustres ad baptismum impellere. Hactenus ad Ecdicium Julianus.

CCXLIII. Recedit Athanasius Alexandria. (d) Sozom. l. 3. c. 14.

His omnibus Imperatoriis rescriptis coactus est Magnus Athanasius solum vertere: de cujus Alexandria discessu hæc habet Sozomenus (*d*): *Cum vero*, inquit, *propter hoc Imperatoris edictum esset fugam facturus, videretque multitudinem Christianorum circa se lacrymas profundentem: Bono animo, inquit, estote: nebula enim est, & brevi evanescet. Quæ cum dixisset, ad iter se parat; & Ecclesia amicis, quibus cum arctiore amoris vinculo colligatus erat, commendata, ex urbe egreditur.* Hæc Sozomenus de Athanasii ab urbe discessione. Addit vero Theodoretus (*e*), litteris Juliani secretioribus non Alexandria solum expelli jussum esse Athanasium, verum etiam occidi; nam inquit: *Ubi intellexit Athanasius, quosdam ad se conquirendum missos, se clam inde subduxit, & reperto ad ripam fluminis navigio, recta in Thebaidem trajecit. Qui autem jussus erat ut eum occideret, factus de ejus fuga certior, quantum potest, persequitur. At cum quidam ex familiaribus Athanasii antevertisset, diceretque hominem eum propere persequi; nonnulli qui comitabantur Athanasium, orabant, ut de via in solitudinem deflecteret. At ipse dat mandatum gubernatori, ut navigium versus Alexandriam dirigat. Sic igitur illis ei, qui persequebatur, obviam factis; venit homo ille, qui mandatum de interficiendo Athanasium acceperat, sciscitaturque quantum inde abesset Athanasius: Cui Athanasius respondet, eum non longe abesse; sicque dimittit: ipse autem redit Alexandriam; atque reliquo tempore, quo vixit Julianus, ibi delituit.* Hæc Theodoretus; ante ipsum eadem habent Ruffinus (*f*) & Socrates (*g*). Quod autem civitas Alexandrina referta esset Christianis Catholicis, ex quibus & Senatus amplissimus magna ex parte æque constaret, factum est, ut iidem indigno ferentes animo Athanasium ab urbe Alexandrina coactum esse discedere, pro ejus reditu ad eumdem Julianum litteras supplices darent; quibus ille acceptis, infenso tum in eos, tum in Athanasium animo, ita rescripsit:

(e) Theod. l. 3. c. 8.

(f) Ruffin. l. 1. c. 34.

(g) Socrat. l. 3. c. 12.

CCXLIV. Epistola Juliani ad Alexandrinos.

Julianus Alexandrinis. Si quis eorum, qui vestram incolunt urbem, contemptis vestris juribus, a vobis deficeret; quas deceret pravæ vitæ suæ pœnas vos ipsi ab eo utique acciperetis. At si quis novam religionem & novam introduceret doctrinam; congruum esset, ut nostram etiam operam in eum imploraretis; nec segniter ista vos haberetis, ut in Athanasium fecistis. Vos vero contra. Nam cum hujus urbis fundator fuerit Alexander, & ejus custos Rex Serapis, una cum Regina totius Ægypti Iside; non solum eos qui bene valent, hoc est qui nobiscum rite sentiunt, non imitamini; sed potius ea urbis pars, quæ ægrotat, idest non bene sentit de diis, co-

cognomen dedit civitati, scilicet ut Christiani dicamini. Me vero, per deos, pudet, si quis Alexandrinorum se Galilæum esse profitetur: Hebræi siquidem horum patres Ægyptiis olim servierunt; vos vero nunc contra, viri Alexandrini, Ægyptiorum domini (vester enim fundator Ægyptiis imperavit) iis qui vestræ patriæ æternæ dogmata contempserunt, voluntariam quoque pro veteribus legibus vestris servitutem servire sustinetis: neque in memoriam revocatis veterem illam felicitatem, cum iidem essent vobis dii, qui & toti Ægypto, quot fruebamini bonis. At qui novam hanc religionem introduxerunt, cujusnam boni causa fuerunt, dicite mihi quæso vos?

CCXLV. *Fundator vobis fuit Alexander Macedo, vir pius; neque per Jovem, secundum hos fuit, neque quales sunt Hebræi, quamquam illi his longe erant meliores; & illis quidem Ptolomæus Lagi fuit auctor. Alexander vero, si cum Romanis bellum gessisset.... Quid igitur post fundatorem Alexandrum? Ptolomæi cum urbem vestram, ut suam filiam, educassent; non verbis quidem Jesu auxerunt, neque doctrina inimicissimorum Galilæorum hoc regimen illi summo cum artificio instituerunt, quo nunc feliciter gubernatur. Tertio postquam nos Romani hujus urbis potiti sumus imperio, ejectis Ptolomæis, qui eam, non ut decebat, gubernabant; & ad vos Augustus accessit, vestrosque allocutus est cives, & dixit: Alexandrini, condono urbi vestræ omnia, magni Dei Serapidis veneratione commotus, necnon ipsius populi & urbis magnitudinis: Tertia præterea causa est mea erga vos benevolentiæ amicus noster Arius. Erat autem Arius civis quidem vester, Cæsaris Augusti familiaris (a), & philosophus. Quæ itaque privatim a cœlestibus diis erga vestram urbem extitere (ut breviter dicam) talia sunt: omitto autem brevitatis studio alia multa. Quæ vero communiter in dies una cum aliis hominibus non paucis quidem, vel cum uno genere, vel una urbe, sed cum universo simul Orbe ab illis diis sunt vobis concessa, quomodo vos illa nescitis? Soli ne vos splendorem a Sole proficiscentem sensu non percipitis? Soli ne æstatem ignoratis, & hiemem ab ipso fieri, & ab ipso singula produci, & vivificari? Non agnoscitis Lunam, quæ ex ipso & ab ipso est omnium procreatrix, quot bonorum urbi sunt, causa? Et horum deorum neminem colere audetis; sed potius Jesum, quem neque vos neque parentes vestri crediderunt, Deum Verbum necessario esse opinamini? Quæ vero a sæculo universum genus humanum & videt & audit; & qui dum colitur, nos felices reddit, magnum inquam Solem, vivam imaginem intelligibilis Patris, & animatam, & intelligentem, & benefactorem parvipenditis?* CCXLVI.

Julianus studiosus Arii.

(a) Hæc ex Plutarcho in Antonio & Dione histor. Rom. lib. 51.

Si mihi obedieritis admonenti, vosque ad veritatem revocaveritis, dum eum auscultaveritis, Julianum scilicet, *qui illa* *Christianorum*, videlicet religionem, *viginti jam secutus fuit annos; nunc vero, deorum ope, duodecimus agitur annus, hanc gradiatur viam; si igitur obedire placitum fuerit, magis lætabimini. Sin autem in insania & institutis pravorum virorum persistere velitis; invicem saltem convenite, nec Athanasium optate: sunt enim alii multi ejus discipuli, qui vestras prurientes aures, & quæ verborum indigent impiorum, consolari poterunt. Utinam enim in Athanasio solo impiæ ejus scholæ concluderetur impietas, & in illo terminaretur: nunc vero complures ex vobis non ignobiles sunt, ut nihil eo sit opus: quemcumque enim ex plebe sumpseritis; quod ad Scripturarum doctrinam attinet, non est inferior Athanasio illo, quem exoptatis. Qui si diligentiam ac discursum videntes Athanasii (audio enim astutum & pravum hominem esse) ut domum illi redire liceat, petitis; scitote hac de causa ab urbe pulsum: inutilis est enim Reipub. & nobis, ut vir qui populo præsit, ubique se ingerat; sed minus dicendus vir sed homuncio humilis. Qualis iste Magnus, de cujus vita discrimen esse videtur, & perturbati ordinis initium præbet? Quapropter ne quid tale fit inter vos, ab urbe discedere præcepimus olim; nunc vero ab universa Ægypto expellere, integrum sit vestris civibus Alexandrinis de hoc sententiam dicere.* Hactenus Julianus ad Catholicos Alexandrinos, in quos conversus est furor Gentilium, Arianorum pariter, & Judæorum; nam subdit Socrates (b):

Juliani in Athanasium odium.

(b) Socrat. l. 5. c. 12.

CCXLVII. *Ejusmodi tempestates post crebras Christianorum persecutiones, post ærumnas a Gentilibus illis inflictas, sit in caput Alexandrini Episcopi redundarunt. Porro provinciarum Præsides rati ex Imperatoris religione sibi tempus opportunum oblatum, quo quæstum facerent, ultra quam Imperatoris edicta postulabant, Christianos vexare; majorem pecuniæ summam, quam oportebat, exigere; interdum eorum corporibus supplicia infligere cœperunt. Quæ cum intellexisset Imperator, neglexit, & Christianis, qui de istis injuriis expostulaturi ad eum venissent, ita (ex more videlicet) respondit: Vestrum est; cum estis animo afflictati, æquo animo tolerare, quippe istud a Deo vestro præceptum accepistis.* Sed hoc commune cum aliis. Cæterum tunc accidisse putandum, quod S. Ambrosius (c) scribit ad Theodosium Imperatorem: nimirum sub Juliano Judæos una cum Gentilibus incendisse basilicam Alexandrinam.

Persecutio in Ecclesiam Alexandrinam.

(c) Ambr. epist. 29.

CCXLVIII. At ex his omnibus majora fuerunt A-

thanasio trophæa victoriæ comparata, ut post alios Imperatores Julianum quoque adversarium experiretur, eumque Christi virtute prosterneret. Ad hæc omnia quidem alludit Gregorius Nazianzenus, dum ait: *Sic igitur* (a) *Athanasium egregium virum triplici certamine vincere oportebat, ut pleno atque perfecto laudis præconio celebraretur*. Nempe cum primo sub Constantino Magno, deinde sub filio ejus Constantio, demum sub Juliano certasset: quibus præliis non solum postremos ipsos duos Principes impios superasset, sed & sub illis militantes Ethnicos idolorum cultores, Judæos & Arianos. Non multum vero temporis intercessit (idem addit Gregorius) Deus ultus est ignominiam Athanasii, tradens hostibus impium persecutorem. Sed de his suo loco.

(a) *Greg. Naz. orat. de S. Athanasio.*

CCXLIX. Jam vero enarratis rebus gestis a Juliano Imperatore in Oriente; a nobis ratio temporis exigit, ut quod in Occidente, atque potissimum Romæ per ejus Præfectos, ipso pariter connivente, actum sit, recenseamus. Quod enim ibi magis Christiana religio & numero & firmitate aucta videretur ac stabilita; rursumque Gentilicia superstitio magna ex parte collapsa esset, atque prostrata; haud mediocri studio & contentione illam deprimere, hanc vero excitare Julianus conatus est: pertigerat magnopere ipsius animum post alias innumerabiles plane clades a Constantino atque Constantio diis Romanorum illatas, quod nobilem apud eos in Capitolio sitam Victoriæ aram Constans Augustus (ut suo loco dictum est) jussit auferri; sed sub Magnentio tyranno restitutam, Constantius iterum inde abstulit; quod & testatur Symmachus pro eadem ara Victoriæ certans, scribens ad Valentinianum. Qui item in Senatu Gentiles erant, & in populo patriis diis addicti, sub Constantino olim ea de causa tumultuati; iidemque sub ejus successoribus vix in officio contenti, & Imperatoria potestate cohibiti; jam defunctis Christianis Augustis, sub Juliano diis addicto, compressam diu cervicem erigere, & in Christianam religionem caput extollere, vindictam de contemptis atque ignominia affectis diis expetere, in Fideles insurgere, conceptum retentumque diu in stomacho odium evomere cœpisse, furoremque vi cohibitum impetu relaxasse, quis dubitat? Ex his enim, quæ in aliis civitatibus facta recensuimus; quid Romæ, ubi majora jacta essent, & jam coaluissent semina contentionum atque rixarum, gestum sit, poterit quisque perfacile intelligere, cum præsertim de Præfectorum ex Gentilibus ascitorum animis in Christianos exacerbatis nemo jure possit dubitare; quos liquet pariter Julianum clanculum in eorumdem necem armasse. Quod enim idem Augustus nollet a Christianis palam persecutor haberi, invideretque illis itidem coronam martyrii: quodque etiam illi adeo crevissent numero, ut periculosam dubiamque aleam jacere videri posset, si exerto publice gladio in eos publice desæviret; more suo dolo in eos agere, alias diversasque prætexendo causas, easdemque remotas excogitando, ipsos per suos aggressus est persequi magistratus.

Juliani persecutio conversa in Romanam Ecclesiam.

At quoniam non omnium, quæ adversus Christianos hoc tempore per Juliani novos Præfectos sunt actitata, memoria est: ex paucis quæ extant utcumque tradita posteris, reliqua oblivione sepulta contemplari licebit. Res quidem lento gradu agi cœpta est, cum in eorum bona primum fiscus insurgeret, qui in aula Christianorum Imperatorum militassent, causa illa communi obtenta (ne more prædonum in patrimonia locupletum grassari viderentur) quod ex templorum divitiis expilatis olim fortunas auxissent. Quod si adeo hæc causa deesset, ut nec locus videretur esse fictioni atque calumniæ; illa in promptu aderat, quam etiam (ut vidimus) in rescriptis inserere minime erubescat: nimirum Christianos ex Evangelii præscripto nequaquam affluere debere divitiis, sed eas petentibus impendere & superaddere; immo & perfectionis adipiscendæ gratia omnia penitus erogare debere: quod quibus manet regnum in cœlo, libenti animo patiantur dispendium terrenæ substantiæ. Hisce plane coloribus rapax fiscus injecit avidas manus in Gallicani viri Consularis, olim generi Constantini, opulentissimum patrimonium. Sed quid accidit memoria dignum? Ipse Christus, in cujus pauperes Gallicani divitiæ erogabantur, tutatus est reditus egenorum pavendis plane prodigiis: nam quicumque accedebat, ut prediis vel domibus fiscales affigeret titulos, vel exigeret pensiones; arripiebatur a dæmone, vel percussus lepra, e vestigio recedebat. Sed nequam illi spiritus expetentes de Gallicano vindictam, ab obsessis corporibus se minime egredi posse jactabant, nisi idem ipse diis sacra ageret Gallicanus. Qui ea de re conventus, cum facere renuisset, Juliani rescripto ex Italiæ finibus abire jussus, se contulit Alexandriam: ubi a Rauciano Comite truncatus capite, martyrium feliciter consecutus est. Quo eodem tempore Romæ Hilarius Gallicani pernecessarius, necnon Donatus Episcopus Aretinus, spectatæ vir sanctitudinis, obtruncatione capitis martyrium consummarunt. Hæc autem tum ipsorum Acta, tum etiam tabulæ Ecclesiasticæ, quibus singulorum natales dies (b) conscripti habentur, an-

CCL.

Gallicani martyrium.

(b) *die 25. Junii, 10. Julii 7. Augusti.*

anniversariæ memoriæ celebratione restantur.

CCLI. Pauli & Joannis certamen. Sed post hæc Joannem, & Paulum in aula Constantini Magni inter primos olim educatos, & honoribus auctos, negantes se velle deinceps inter Juliani familiares adnumerari, Terentianus Prætorianorum Præfectus domi conventos, & ad Jovis cultum invitatos, renuentes, abscissis eorum capitibus, secreto sepeliendos curavit; rumorem illum de ipsis in vulgus dissipans, eos exilii sententia condemnatos solum vertisse. Sed dæmones martyrum gloria atque virtute magnopere cruciati, scelus perpetratum aperuerunt, dum ex obsessis corporibus inclamarent, Paulum, & Joannem gladio Terentiani esse necatos: quorum unus, idemque ejusdem Terentiani filius arreptitius ad sepulcrum martyrum, quod ipsi dæmones inviti manifestarant, adductus, continuo liberatus est. Quo tam mirifico signo ipso Terentianus admonitus, missum fecit prorsus patriorum deorum cultum; Christoque credens, initiari voluit sacro baptismo; ipsumque certamen martyrum, cujus auctor extiterat, scriptorum monumentis perpetuæ memoriæ commendavit: quæ tamen haud ea esse prorsus contendimus, quæ præ manibus hodie habentur, sed ex illis nonnulla accepta, additaque alia, quæ veritati haud videntur posse congruere; ut dum res gesta ita ponitur Romæ, cum ibi Julianus Imperator adesset; quem constat his persecutionis temporibus, quibus solus regnavit, numquam recessisse ab Oriente. Clara est horum martyrum memoria, publicis consignata monumentis, divi natalis dedicatione solemni (*a*); qua anniversaria recurrente die, nempe sexto Kalen. Julii, Julianus occisus in Perside dedit meritas de effuso sanguine martyrum pœnas.

(*a*) *die 26. Junii.*

CCLII. Pigmenii martyrium. Hoc tempore Pigmenius Romanæ Ecclesiæ presbyter tituli Pastoris, nihil sub impio Imperatore remittens vigoris animi in detestandis Gentium diis, ac sub Christianis Imperatoribus fecerat, violenta Gentilium manu præcipitatus in Tyberim, quam diu optaverat, martyrii coronam consecutus est nono Kalendas Aprilis, qua die ejus memoria in Ecclesiasticis indicibus adscripta integra permanet; Acta vero martyrii illius nonnihil apparent esse corrupta.

CCLIII. Romani clerici & alii martyres. Ex clero item Romano gladio martyrium consummasse Priscum presbyterum, & Priscillianum inferioris ordinis clericum indicant pariter tabulæ Ecclesiasticæ pridie Nonas Januarii; qua etiam die sub eodem Juliano subiisse pro fide Christiana certamen Benedictam religiosam fœminam, in iisdem notatum habetur, necnon natalis Dafrosæ clarissimæ fœminæ uxoris Flaviani Exprafecti, quæ post damnationem viri exilium passa, religionis causa occidi jubetur; quorum filia Bibiana virgo tamdiu plumbatis cæsa est, quousque spiritum afflaret; cujus corpus insepultum cum biduo jacuisset, tandem apud matrem atque sororem Demetriam a Joanne presbytero tumulatum est quarto Nonas Decembris juxta Palatium Licinianum. Ipsa vero Demetria eadem ex causa undecimo Kalendas Julii nobile certamen exegerat, & ex victoria coronam martyrii fuerat consecuta. Pater vero, quem diximus, Flavianum (cum alii Fabianum dicunt, nonnulli Faustum) post præfecturam laudabiliter functam, proscriptione, & inscriptione instar servilis personæ damnatus ad Aquas Taurinas, apud Centumcellas exilio deportatus, ibi spiritum Deo reddens inter martyres meruit adnumerari. Extant horum martyrii Acta, sed depravata nonnihil; ut tutius sit pauca ex eorum titulis adscriptis in antiquis Ecclesiasticis tabulis certa sumere, quam ex incertis plura deducere. Tu consule de his omnibus nostras ad Martyrologium Notas. Nobilitata tunc quoque fuit Romana Ecclesia corona Joannis presbyteri nono Kalendas Junii, quo die natalis ejus anniversaris celebritate recurrit; hic enim ante simulacrum Solis via Salaria vereri decollatus est, corpusque ejus sepultum a Concordio presbytero ad Concilia martyrum.

Sed præstitit Deus in his martyrum Romæ exhibitis certaminibus, ut per Magistratum illum, vicariam præfecturam gerentem, per quem sic sævierat in Christianos, Gordianum videlicet, Juliani impietas argueretur, retundereturque temeritas, dum quem ad necem Fidelium ille delegerat, Christi nominis egregium confessorem ac martyrem factum Ecclesia lucrata est. Hæc autem quomodo se habuerint, ex antiquis monumentis Actorum ejus, atque tabulis Ecclesiasticis, rem paucis complexam in medium adducamus. Accidit namque, ut Januarius presbyter coram Gordiano Vicario religionis causa sisteretur, sub titulo tamen maleficii: Qui, afflante eum divino spiritu, sic cum eo locutus est, ut eumdem apud se custoditum postea Gordianus noctu una cum Marina conjuge conveniret; ac pœnitens dolensque de fuso Christiano sanguine, spe veniæ consequendæ, baptismum æterni supplicii evitandi causa petierit: Qui & ab eodem piis monitis CCLIV. Gordiani certamen.

PAGIUS XXXI. Ad num. CCLI. *Joannes & Paulus fratres* passi sunt quidem Juliano imperante; cum Beda, aliique Martyrologi hujus martyrii meminerint. Verum hujus Passionis acta a Surio die XXVI. Junii recitata spuria esse, jam anno CCCXXX. num. IX. ostendi. *Martyrium Joannis & Pauli*

confirmatus, una cum conjuge & ex familia quinquaginta tribus, baptizatus est, conflato Jovis simulacro quasi fidei obside tradito Januario. Re tandem per Clementianam Tribunum comperta, nanciataque Jaliano; totoque negotio, quod tanquam portentum habitum est, magicis incantationibus adscripto, in Gordianum ira Imperatoris exarsit; quem in primis magistratu deposuit, suffecitque in locum ejus Clementianum, cujus & judicio illum subjecit, qui habita de viro sævissima quæstione, sacrificare renuentem plumbatis cæsam, gladio subjecit capite amputandum ante templum Tellaris. Expositam vero canibus corpas, sed divina virtute custoditum illæsum, quinta die a Fidelibus sublatum, via Latina ad Cryptas defertar, conditurque juxta Epimachum martyrem: unde & accidit, ut una, eademque die ab Ecclesia utriusque natalis agatur. Uxor autem Gordiani Marina damnata est præ ignominia ad Aquas Salvias, seu potias (at haber alia lectio antiquorum codicum) ad Aquas Salinas, ad servitium rusticorum. Januarias vero presbyter inscriptione notatus est. Quodnam autem hujusmodi supplicium esset, in Notis diximas. Hæc omnia ex ipsorum Actis, atque tabulis Ecclesiasticis.

CCLV. Porro illud in Actis displicet (ut de aliis dictum est) quod quæ tempore Juliani & per ejasdem Imperatoris magistratus gesta sunt, & fortasse etiam ejusdem Juliani rescriptis, eadem coram ipso facta esse dicantur, atque Romæ; cum ex Ammiano, & aliis satis liqueat, eumdem toto Imperii sui tempore versatum esse in Oriente. Cæterum (ut vidimus) qui ab ipso Romæ rebus publicis magistratus præfecti erant, ex ipsius sententia negotium facessere Christianis, ut licuerat, non destiterunt, eo potissimum ad supplicia inferenda usi titulo, quod magi Fideles essent, in quos ut magiæ reos constitutos juberent animadverti; prout etiam Ammianus de Aproniano Urbis præfecto testatur: de ipso dicemus anno sequenti, quo eam præfecturam eum esse consecutum, idem auctor affirmat. Passus est item Romæ Leopardus domesticus Juliani pridie Kalendas Octobris; qua die publico titulo ejas memoria in tabulis Ecclesiasticis notata habetur.

Cæterum quod in Oriente frequenter ac Romæ adversus Christianos actum novimus; id etiam in aliis provinciis Orbis Occidentalis Romano subjectis Imperio factitatum, non ambigimus: cam nihil antiquius esset apud Apostatam Principem, quam prostratum erigere deorum cultum, & excrescentem nimium (ut sibi videbatur) Christianam religionem comprimere. Hæc quidem absque nece piorum, rerumque ipsorum gravi jactura confici, haud facile concessum erat; sed quod (ut frequenter inculcatum est) absque titulo Christianitatis, sed aliis confictis criminibus ejasmodi de illis judicia exercerentur; inde, puto, obscuræ remanserunt res gestæ plurimorum martyrum. In Galliis namque, ubi præfecturam gessit (ut dicemus) Sallustius Juliano omnium carissimus, ob idque Christianorum acerbissimus hostis, passos reperimus quatuor germanos, Eliphium Tallensem virum, ejus fratrem Eucharium Episcopum, & sorores Libariam, atque Susannam, ut eorumdem martyrum Acta (a) significant: At perperam, mea sententia, dicuntur consummasse martyriom, dam Julianus adhuc cum exercitu in Galliis moraretur; nam eo tempore ipsum se Christianum ficte saltem exhibuisse, & de rebus Christianorum bene meritum esse, superius dictum est. CCLVI.

Martyres passi in Galliis.

(a) Conscripsit Rubert. Abb. Tuit. Recitat Sur. Tom. 5. die 16. Octob.

Sed quodnam pagnans pro fidei confessione specimen Christianæ constantiæ ediderit in castris tunc militans sub Tribunò Victricius, qui postea creatus fuit Episcopus Rhotomagensis; nobilem scriptam historiam a nobilissimo atque sanctissimo viro hic opportune recenseamas; certamen quidem ejas sub Jaliano Apostata contigisse prodant Ecclesiastica monumenta, Martyrologium inquam Romanum die natali ipsias; sed cum nec alius post Julianam fuerit Ethnicus Imperator, in cujus castris Christianus miles absque dispendio pietatis militare valeret, certamen Victricii ad istud ipsum tempus referendum esse, necessitas exigit argumenti. Paulinus igitur post multa egregia de viro hoc enarrata, hæc subdit (b) de ejus agone, sic ipsum alloquens: CCLVII.

(b) Paulin. epist. 26.

Cum

PAGIUS XXXII.

Duo Salustii male hactenus confusi.

A num. CCLVI. ad CCLXI. Salustium Præfectum Prætorio Galliarum dire eas exagitasse, deducit Baronius ex Hieronymo de Scriptoribus Ecclesiast. in Hilario, ubi ait, S. Hilarium Pictaviensem Episcopum adversus eundem Commentarium scripsisse; quod verum esse non potest, nisi contra vulgarem sententiam duo Salustii distinguantur; quod Gothofredo in Prosographia Cod. Theod. verbo *Salustius*, & verbo *Secundus*, ac Hermantio in notis ad Vitam Gallicam S. Athanasii a se compositam lib. 10. cap. 55. nostrà ætate observatum, quodque hic certis argumentis magis stabiliendum, ne unus pro alio sumatur, aut quæ tanquam indubitata haberi debent, in dubium revocentur. Uterque itaque *Salustius* Præfectus Prætorio fuit, alter in Galliis, alter in Oriente. Qui in Galliis, anno sequenti Juliani in quarto ejus Consulatu Collega fuit: qui vero Præfecturam Orientis administravit, *Salustius secundus* appellatus est, secus quam putavit Gothofredus citatus, qui Salustii Secundi nomine Consulem intelligendum vult. Imo Salustius Secundus alius non est, quam *Saturninus Secundus*, quem tamen tam-

Go-

CCLVIII. * Cum primo Christi amore succensus, ordinante ipso Domino quamdam operis sui campum, per insignem consilio militare diem progressus in campum ae, toto illo, quem jam mente respueras, munimine bellicorum præcinctus ornatu, cunctisque mirantibus accuratissimos in te habitus ac terribiles apparatus, repente obstupefacto conversus exercitu ante pedes sacrilegi Tribuni militiæ sacramenta permutans, arma sanguinis abjecisti, ut arma pacis indueres, contemnens armari ferro, qua armabaris Christo. Et illico antiqui serpentis invidia concitato in furias Tribuno, districtus in verbera & vastis fustibus fractus; nec tamen victus es, quia Crucis ligno muniebaris; geminataque mox corpori pœna, acuto testarum fragmine, laniata immanibus plagis membra, substratus * es, tunc mollius fulciente Christo, cujus tibi gremium lectulus erat, & dextera pulvinar: Unde ad majorem hostem, necdum vulneribus obductis, incenso potius eorum dolore, quam fracta virtute, reparatus, fortior prosiluisti; oblatusque Comiti, de potentiore inimico gloriosius triumphasti, nec ausis ultra diaboli satellitibus superata ingerere tormenta, capitalemque sententiam meditantibus, ut vel fine carnalis tuæ vitæ vinci desinerent: Dominus noster fortis, & potens & invictus in prælio, conspicuis mirabilibus pectora quamlibet obdurata confudit. Nam carnifex, qui in itinere, quo percussorem tuum sacra victima sequebaris, cervicem tuam insultans minaciter attingendi temeritate violaverat, quasi ictus sui locum præcurrente gladium manu palpans, excussis illico oculis cæcitate percussus est.

CCLIX. O Christi ineffabilis bonitas, quantum in suos ostendit affectum! Injuriam confessoris sui non tulit impunitam, qui suis crucifixoribus rogavit (a) ignosci: contumeliam martyris statim ultus est, qui passionem suam noluit vindicare. Sed ea ipsa tua pietas est. Idcirco enim unus cæcatus est, ut plures illuminarentur; & ipse forsitan, qui oculos carnis amiserat, lumina mentis acciperet. Statim deinceps majore documento qui ferulis custodiæ ministerium triste curabant, quas ipsi arctius innodatas & ad ossa depressas, vel exiguo, rogantibus vobis, beneficio relaxare noluerant catenas: conversa in conspectu ipsorum prece vestra ad Deum Christum, sponte de manibus absolutis fluere viderunt; nec ausi renectere, quod Deus solverat. Ad Comitem pavidi cucurrerunt, veritatem Dei pro confessoribus confitentes; quod auditum religiose & creditum Comes Principi suo cum testimonio militum retulit. Et ut ipsius quoque repentina ad clementiam de furore conversio inter mirabilia Dei numeraretur; factus est in te prædicator Christi, in quo esse devoverat persecutor.

(a) Luc. 23.

CCLX. Puto & ipsum, tamquam Saulem aliquando Spiritu sancto Dominus impleverit; quia & te sicut David suum diligebat: ut sicut ille Rex quondam, dum ad Prophetas persequendos proficiscitur, affectus est; ita & Comes ille respersus gratia Domini, quæ de fidei tuæ abundantia redundabat, qui ad puniendum confessorem venerat, & ipse confessor abscederet: credidit enim; & quos sæviens prædamnarat ut reos, laudans emisit ut sanctos; & testimonium perhibuit veritati, qui testes fidei punire cupiebat. Hæc Paulinus. At de Gallicanis martyribus hactenus: hi enim tantum sub Juliano passi reperiuntur in Galliis, & si qui alii nobis incomperti: cum tandem dire exagitatas esse eas provincias sub præfectura Sallustii, illud etiam admoneat, quod adversus eumdem, sive Dioscorum vicem ejus gerentem, scripsisse commentarium S. Hilarium Episcopum Pictaviensem, S. Hieronymus (b) au-

(b) Hier. de script. Eccl. in Hilario.

PAGIUS Gothofredus loco citato, quam Valesius in Notis ad lib. 6. Sozomeni cap. 3. in duos etiam dividunt, quod apud Gruterum pag. 463. num. 8. & apud Smetium in Inscript. antiquis Inscriptio effertur, in qua *Saturninius Secundus* Salustius non nominatur. Eam Inscriptionem Romæ effossam hic repræsento.

SATURNINIO. SECUNDO. V. C.
PRÆSIDI. PROVINCIÆ. AQUITANICAE.
MAGISTRO. MEMORIÆ. COMITI. ORDI
NIS. PRIMI. INTRA. CON
SISTORIUM. ET. QUÆSTORI. PRÆF.
PRÆTORIO. ITERUM. OB. EGREGIA
EJUS. IN. REMPUBLICAM. MERITA
D. D. N. N. VALENTINIANUS. ET
VALENS. VICTORES. AC TRIUMPHA
TORES. SEMPER. AUGUSTI
STATUAM. SUB. AURO. CONSTI
TUI. LOCARIQUE. JUSSERUNT.

XXXIII. Saturninium Secundum diversum non esse a Salustio Secundo, duplex Præfectura Prætoriana Orientis ante Valentiniani & Valentis mortem ab eo gesta certum reddit. Salustius enim anno Christi CCCLXVII. secundam Præfecturam deposuit, *Auxoniumque* successorem accepit. Zosimus quippe lib. 4. pag. 741. de initio belli Gothici anno CCCLXVII. suscepti loquens de Valente scribit: *Exercitum propter Istri ripam porrigens, & ipse Marcianopoli degens*, &c. Præfe-

Saturninius Secundus dictus etiam Secundus Salustius.

auctor est; cujus cum idem meminit in epistola ad Magnum, sic ait: *Brevique libello, quid in litteris posset, ostendit.* De Sallustio autem sequenti anno, quo gessit ordinarium Consulatum, agendum est. Utinam extaret liber ille, cujus jactura non res gestæ tantum adversus Ecclesiam Gallicanam, sed & aliæ complures ad alias Occidentis Ecclesiae pertinentes, perpetua oblivione sepultæ remanserunt obscuræ.

CCLXI. *Donatistarum legatio ad Julianum.* Sed quinam fuerit sub Juliano status Ecclesiæ Africanæ, jam oratio prosequatur. Donatistæ enim, qui gravissime hactenus pertulissent Christianos Imperatores faventes Catholicis, Constantinum Magnum, Constantem atque Constantium filios; quorum rescriptis, qui cæteris ad schisma duces esse videbantur, exilio condemnati fuerant; novo adveniente Imperatore a fide apostata, quem & scirent detestari prædecessorum Christianorum Principum acta, atque relegatos a Constantio exilio solvisse; legationem ad ipsum mittunt, ab exilio irrogato liberari petentes, ablatasque sibi basilicas reddi: Fuerunt nomina Legatorum, ut ex S. Augustino (*a*) didicimus, Rogatianus, Pontius, & Cassianus: *Antiquiores*, inquit, *sunt Ecclesia preces ad Dominum pro unitate Christi, quam Rogatiani, Pontii, & Cassiani ad Julianum pro parte Donati.*

(*a*) *Aug. contra lit. Petil. l.2. c.79.*

CCLXII. Magno plane malo Catholicæ Africanæ Ecclesiæ accidit Imperium Juliani: nam consopitum ac pene extinctum schisma tot annis, tantoque studio in hoc insudantibus, qui antecesserant, Christianis Imperatoribus; mox aspirante illis gratia Juliani, denuo excitatum majoribus flammarum globis erupit. Testatur id quidem in primis Optatus, cum ait (*b*): *Hoc eodem tempore duces & principes vestros merita relegaverant sua; in Ecclesia nulla fuerant schismata, nec Paganis licebat exercere sacra sacrilega: pax Deo placita apud omnes Christianos populos habitabat: diabolus mœrebat in templis, vos in regionibus alienis. Deinde alter (ut omnibus notum est) secutus Imperator, vobiscum vota sinistra concipiens, ex famulo Dei factus est minister inimici, apostatam se edictis suis testatus est: Quem precibus rogastis, ut reverti possetis. Quas preces si vos negatis misisse nos legimus.*

(*b*) *Optat. lib.2.*

CCLXIII. Erant ejusmodi Donatistarum preces adulationis plenæ; de quibus Augustinus ad Donatistas (*c*): *Hæc*, inquit, *erat ejus prædicanda justitia, quam supplicantes Rogatianus & Pontius laudaverunt, dicentes homini apostatæ, quod apud eum sola justitia locum haberet.* Et adversus litteras Petiliani (*d*) sic: *Imperatori Paganus & apostatæ dixistis, quod apud eum sola justitia locum haberet; quibus precibus & rescripto, sicut ibi scriptum est (sicut allegationis gesta testantur) pars Donati universaliter usa est.* Quanti autem ponderis hæc essent verba, alibi scribens ad Vincentium, ita declarat (*e*): *Juliano Imperatori dixerunt, quod apud eum justitia sola locum haberet, quem certe apostatam noverant, & idololatriis deditum sic videbant, ut aut justitiam esse idololatriam faterentur, aut se scelerate mentitos negare non possent, ut apud eum dicerent solum locum habere justitiam, apud quem magnum locum cernerent habere idololatriam. Sed fuerit error in verbo; de facto quid dicis? &c.*

(*c*) *Aug. ad Donat. epist.166.*

(*d*) *Aug. cont. litt. Petil. lib. 2. c.97.*

(*e*) *August. epist. 48.*

Quam vero facile his annuerit Julianus, sic subdit Optatus: *Nec difficultatem præbuit quem rogastis. Ire præcepit pro voto suo, quos intellexerat ad disturbandam pacem cum furore esse venturos. Erubescite, si ullus est pudor: Eadem voce vobis libertas est reddita, qua voce idolorum patefieri jussa sunt templa. Eisdem pene momentis vester furor in Africam revertitur, quibus diabolus de suis carceribus relaxatur. Et non erubescitis, qui uno tempore cum inimico communia gaudia possidetis?* CCLXIV. *Julianus favet Donatistis.* Quid autem Julianus tunc rescripserit pro Donatistis, ex ejus fragmento, quod superest, & recitat S. Augustinus, licet accipere; nam ait (*f*): *Eas enim*, nempe Basilicas, *jubente inimico Christi accepistis, in quibus jussa Christi contemnere tis, dum validum & verum vobis videtur quod Julianus constituit, dicens: Hoc quoque supplicantibus Rogatiano, Pontio, Cassiano, & cæteris Episcopis, sed & clericis, accedit ad cumulum ut abolitis quæ adversus eos sine rescripto perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta revocentur.* Hactenus recitata ab eo pauca verba rescripti; & inferius adversus ipsos post multa in eos invectus, hæc addit: *Cur in basilicis possidendis Juliani rescriptum tenetis, & in Ecclesiæ pace amplectenda Christi Evangelium non tenetis? Clamamus & nos: Quæ perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta revocentur; antiquius est Evangelium Christi, quam rescriptum Juliani, &c.*

(*f*) *Aug. cont. litt. Petil. lib. 2. c. 97.*

Juliani rescriptum pro Donatistis.

CCLXV. Porro ejusmodi Donatistarum a Juliano impetratum rescriptum, in ipsorum igno-

PAGIUS *sellum quidem Prætorii declarabat Ausonium, Sallustio propter senectutem hoc munere liberato, qui jam secundo Magistratum hunc gesserat.* Quod si *Saturninius Secundus* diversus esset a *Salustio Secundo*, utriusque ejus Præfecturæ aliqua vestigia in Legibus Cod. Theod. per hæc tempora datis superessent. Decepit Viros doctos cognominis *Salustii* omissio in relata Inscriptione. Verum observare debuerant, quod anno CXXXVII. num. VIII. & seqq. ostendimus, Romanos nempe ab Historicis & in usu vulgari loquendi quibusdam quandoque cognominibus appellatos, quæ eis numquam in Inscriptionibus, Actisque publicis attribuuntur. Quare

Honorius Imper. publice exponit edictum Juliani.

(a) l. 37. de haret. Cod. Theod.

ignominiam Honorius Imperator postea publicis locis affigendum curavit, hujusmodi ad Hadrianum Præfectum Prætorio dato edicto (a): *Rescriptum, quod Donatistæ a Juliano tunc Principe impetrasse dicuntur, proposito programmate, celeberrimis in locis volumus anteferri, & gesta, quibus est ejusmodi allegatio inserta, subnecti: Quo omnibus innotescat & Catholicæ confidentiæ stabilita constantia, & Donatistarum desperatio fucata perfidia. Datum quinto Kalend. Martius, Ravenna, Stilichone & Aureliano Coss.* Ex his quidem pensare licet quale fuerit ejusmodi pro Donatistis datum a Juliano rescriptum, quod post tot annos ipse Imperator Honorius publico voluit exponi ludibrio, quo illorum temeritas atque procacitas omnibus ostentui esset. Quid autem indulgendo Donatistis, relaxandoque eos ab exilio obtenderit Julianus, S. Joannes Chrysostomus alia occasione docet his verbis (b): *Vafer ille & callidus, quos intelligebat ob peccatum aliquod Christianorum conventuum Principibus pœnas dedisse, & a præfectura, quam gerebant, amotos, omnes liberos esse jussit: hoc modo pessimis quibusque licentiam largiens, Ecclesiæ leges subvertens, denique omnes inter se committens: fore enim sperabat, ut postea minori negotio debellarentur, si prius bello inter se conflictati fuissent. Quia etiam quemdam (huic Stephano nomen erat) tum ob doctrinæ perversitatem, tum ob vitæ improbitatem, ab Ecclesiastico principatu amotum, jubet de integro magisterii sedem occupare.* Hæc Chrysostomus.

(b) Chrysost. cont. Gentil.

Consilium Juliani.

CCLXVI. Ex sententia plane illi res accidit, ut ejus rescripto relaxati ab exilio Donatistarum Episcopi, factiosissimi duces schismatis, maximo ferrentur impetu in Catholicos, grassatorum instar atque prædonum. Quæ autem perduelles Christianæ concordiæ, Apostatæ Imperatoris innixi præsidio, egerint, & qualia quamque funesta ac deplorata patraverint, Optatus satis accurate (c) recenset, cum ait: *Venistis rabidi; venistis irati, membra lamantes Ecclesiæ; subtiles in seductionibus, in cædibus immanes, filios pacis ad bella provocantes. De sedibus suis multos fecistis extorres: cum conducta manu venientes, basilicas invasistis; multi ex numero vestro per loca plurima, quæ sub nominibus dicere longum est, cruentas operati sunt cædes, & tam atroces, ut de talibus factis ab illius temporis Judicibus relatio mitteretur. Sed intervenit & accurrit judicium Dei, ut ille, qui vos jamdudum redire jusserat, Imperator profanus, & sacrilegus moreretur; qui persecutionem, vobis provocantibus, jam miserat, aut mittere disponebat. Operata est apud loca supradicta in Catholicos trucidatio. Memoramini per loca singula, quæ fuerint vestri discursus. Nonne de numero vestro fuerunt Felix Diabensis, Januarius Flamen Pistensis, & cæteri, qui tota celeritate cucurrerunt ad castellum Lemelleuse? ubi cum contra importunitatem suam viderent basilicam clausam, præsentes jusserunt comites suos, ut ascenderent culmina, nudarent tecta, jactarent tegulas. Imperia eorum sine mora completa sunt; & cum altare defenderent diaconi Catholici, tegulis plurimi cruentati sunt. Primus filius Januarii, & Donatus filius Ninai, urgentibus & præsentibus Coepiscopis vestris supra memoratis; ut sine dubio de vobis dictum sit: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. De qua re Primosus Episcopus Catholicus loci supra memorati in Concilio vestro apud Thævestinam Civitatem questus est, & querelas ejus dissimulanter audistis. Ecce a vobis factum est quod dixistis, Ecclesiam non esse, quæ cruentis morsibus pascitur; & aliud sunt milites missi, aliud Episcopi ordinati:* & paulo post:

(c) Optat. lib. 2.

Donatistarum furor adversus Catholicos.

Similiter & apud Carpos non sibi videatur inexpiabiles sordes? In Mauritaniæ Civitatibus, vobis intrantibus, quassatio populi facta est: mortui sunt in ateris matrum, qui fuerant nascituri: & rursus: *Quid commemorem Thipasam Cæsariensis Mauritaniæ Civitatem? ad quam de Numidia Urbanus Formensis, & Felix Idicrensis, duæ faculæ incensæ livoribus cucurrerunt; qui & eorum in pace positorum animos perturbantes, nonnullorum officialium & favore & favore juvante, & Athenio Præside præsente cum signis, Catholica frequentia exturbata & cruentata, de* CCLXVII.

PAGIUS re *Secundus* a Zosimo variis in locis, ab Eunapio in vita Maximi, Rufino lib. 10. Socrate lib. 3. cap. 19. Sozomeno lib. 5. cap. 20. aliisque *Salustius* vocatur: ab Ammiano modo simpliciter *Salustius* dicitur, uti lib. 23. cap. 5. ubi ait de Juliano Augusto: *Literas tristes Salustii Galliarum Præfecti suscepit*, anno nempe CCCLXIII. dum in Persidem pergeret; statimque ait eodem tempore visum cadaver cujusdam apparitoris, *quem Præfectus Salustius præsens ob re supplicio capitali damnarat*. (Qui ultimus Salustius diversus est a priori, qui Gallias, dum Secundus Orientem, regebat. Quo etiam ex loco utriusque Salustii distinctio manifeste patet.) Modo ab eodem Ammiano Secundus Salustius nuncupatur, uti lib. 25. cap. 3. ubi de rebus anno præcedenti gestis loquitur: *Brevi deinde Secundo Salustio promoto Præfecto Prætorio summam quæstionum agitandarum ut fido commisit*. Modo denique simpliciter & absolute *Secundus* vocatur, ut in Inscriptione omnium Legum Cod. Theod. quæ eidem inscribuntur, & a Philostorgio lib. 8. num. 8. ubi ait, *Secundum Præfectum Prætorio operam suam contulisse, ut Valentinianus Senior Imperator eligeretur*. Quæ narrans Zosimus lib. 4. pag. 734. ait: *Omnium suffragia in unum Salustium Præfectum Prætorii concurrebant: ille senectutem præsen-*

de sedibus suis expulsa est: lacerati sunt viri, tracta sunt matronæ, infantes necati, abacti sunt partus. Ecce Ecclesia vestra, Episcopis ducibus, cruentis morsibus pasta est: & post pauca: *Et quod*, inquit, *vobis leve videtur, facinus immane commissum est.* Quid in SS. Eucharistiam Donatistæ. *Ut omnia sacrosancta supra memorati vestri Episcopi violarent, jusserunt Eucharistiam canibus fundi, non sine signo divini judicii: nam iidem canes accensi rabie, ipsos dominos suos quasi latrones, sancti corporis reos, dente vindice, tamquam ignotos & inimicos laniaverunt. Ampullam quoque Chrismatis per fenestram, ut frangerent, jactaverunt; & cum casum adjuvaret abjectio, non defuit manus Angelica, quæ ampullam spiritali subvectione deduceret; projecta casum sentire non potuit, Deo muniente, illæsa inter saxa consedit.* En probe vides, lector, inter quos recensendi sint, qui nostro hoc infelicissimo sæculo, vel his paria, vel certe magis horrenda, in sacrosancta Ecclesiæ Catholicæ sacramenta, eodem quo Donatistæ, satanico agitati spiritu perpetrarunt. Sed & puto intelligis, eos rabidiores canibus, & silicibus duriores redditos esse, qui divinorum sacramentorum veritatem adeo cæcutientes impugnant, hisce eam certis atque adeo manifestis miraculis contestantibus. Sed nec desunt istis scelera illa, quæ de iisdem Donatistis Optatus mox subdit his verbis:

CCLXVIII. Vim intulerunt sacris virginibus Donatistæ. *Inde revertentes Urbanus Formensis, & Felix Idicrensis, invenerunt Matres, quas de castimonialibus fecerunt mulieres. Ecce quales, frater Parmeniane, Episcopos celas; & cum pro tuis erubescere debueras, Catholicos innocentes accusas. Interea supra memoratus Felix, inter sua crimina & facinora nefanda, ab eo compressam puellam, cui mitram ipse imposuerat, a qua paulo ante Pater vocabatur, nefario incestare minime dubitavit; & quasi de peccato sanctior fieret, inde velociter properavit. Sic Donatum annorum septuaginta Episcopum, hominem innocentem, spoliare ausus est Episcopali nomine, & officio & honore. Venit schismaticus ad Catholicum, ad innocentem reus, ad Dei sacerdotem sacrilegus, incestus ad castum, ad Episcopum jam non Episcopus; sed de placito & de conjuratione vestra securus, vestris legibus, & decretis armatus: manus, quæ paulo ante peccata gravaverant, capiti innocentis injecit; & de illa lingua ausus est ferre sententiam, quæ jam nec ad pœnitentiam agendam vel idonea videbatur.* Post hæc autem ab eodem Optato pluribus, ut par erat, exaggerata; quid tandem per expulsionem Catholicorum Episcoporum molirentur, subdit, sic dicens (*a*):

(a) Optat. l. 2.

CCLXIX. Impius Donatistarum conatus. *Nunc quoniam erubescenda gaudia vestra probavimus, & furor vester tot locis ostensus est; restat de profunda impietate vestra aliquid dicere. Nam omnia, quæ a vobis aut facta sunt, aut dicta, quis poterit explicare? Sic cuncta malignitate quadam ordinasse vos constat, ut in una specie operis, species alias impleretis; ut dum presbyter, aut Episcopus dejicitur, sic populus caperetur. Quomodo posset turba hominum stare, quæ rectorem suum elisum esse conspiceret? Non aliter, quam quocumque casu pastore occiso, lupi grassantur. Exorcizastis & lavistis sine causa parietes, ut hoc nequitiæ genere subrueretis simplicissimorum hominum mentes. Talibus consiliis vestris nonnullorum animi jugulati sunt; & sub nube simplicitatis, obcæcato lumine, ut miseros sterneretis, sagittas de pharetra pectoris vestri seductionibus præmisistis; ut de vobis Spiritus Sanctus per David Prophetam in Psalmo decimo prædixerit: Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas in pharetra, ad sagittandum in obscuro rectos corde. Quid a vobis minus factum est? Vestris consiliis sagittati sunt innocentes, exarmati Fideles, honore nominis sui spoliati sunt sacerdotes. O impietas inaudita! quem jugulaveris, inter pœnitentiam & tormenta servare! In comparatione operis vestri, latronum levior videtur immanitas. Vos vivum facitis homicidium; latro jugulans, dat de morte compendium. Paupertate sensus sui circumventi sunt, quos decipere potuistis:* Per-

PAGIUS *tendente, filium summa rerum præfici postulabant.* Ex quo & habemus, *Salustium* istum *Secundum* vocatum fuisse.

XXXIV. *Duplex Præfectura Secundi Salustii.* Sed, ut de utroque Salustio seorsim agam, *Secundus Salustius* anno præterito Præfectus Prætorio Orientis a Juliano Augusto post Constantii Augusti mortem renuntiatus fuit, ut mox diximus ex Ammiano lib. 22. cap. 3. Eum ea in dignitate *Helpidio* successisse, docet Libanius epist. ad Julianum 638. & 655. Sed utraque adhuc inedita. Fuit *Helpidius* Christianus, cujus uxor *Aristaneta* extitit, mulier ob pietatem eximiam celebris, quæ Sanctos Antonium & Hilarionem magnopere coluit, ut docet Hieronymus in Hilarionis Vita. *Secundus* Gentilis erat, ut testantur Socrates, Sozomenus & Rufinus locis laudatis; vir tamen perillustris, ut fidem facit statua aurea ei a Valentiniano & Valente Imperatoribus Christianis posita, exercitusque suffragium, ut Imperator fieret. Julianum Aug. in expeditione Persica comitatus est. Eam Præfecturam continuavit usque ad electionem Valentiniani, qua peracta, cum milites administrationes, aliusque magistratus a Juliano datos auferrent, eorum *in numero Præfectus etiam Prætorii Salustius erat*, inquit Zosimus lib. 4. pag. 735. In *Secundi* locum *Nebridium* subrogatum fuisse affirmat ibidem Zosimus pag. 737. ubi ait: *Cumque Cæsarium, quem Imperatores Præfectum Urbis constituerant, itemque Nebridium, quem post Sallustium Præfectum Prætorii fecerant, apprehendisset:*

Perfecti enim fuerant illi, opere scilicet Dei, qui in ejus nomine fuerant ordinati: at vos contra opus Dei hostiliter militatis, divinum opus malitiæ vectibus destruentes. Apparet ergo de vobis dictum esse in decimo Psalmo: Quoniam quæ tu perfecisti, ipsi destruxerunt. Fecit vos superbos impietas vestra; sed accusat vos prospiciens de cælo justitia; & iniqua vos gerentes error hominum laudat; at de vobis in nono Psalmo dixerit Spiritus sanctus: Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua egerit benedicitur. Quid iniquius, quam exorcizare Spiritum sanctum, altaria frangere, Eucharistiam animalibus projicere? Et ut in errorem vos vester populus mittat; laudando felices appellant, & bene nominant, & per vos jurant, & personas vestras jam pro Deo habere noscantur. Ac rursus de eorum sacrilegiis:

CCLXX. *Indubitanter*, inquit (*a*), *& liquido demonstratum est, in divinis sacramentis quid nefarie feceritis. Jam illa ostendenda sunt, quæ crudeliter ac stulte vos fecisse, negare minime poteritis. Quid enim est tam sacrilegum, quam altaria Dei, in quibus vos aliquando obtulistis, frangere, radere, removere? in quibus vota populi, & membra Christi portata sunt: quo Deus omnipotens invocatus sit: quo postulatus descendit Spiritus sanctus; unde a multis pignus salutis æternæ, & tutela fidei, & spes resurrectionis accepta est? Altaria, inquam, in quibus fraternitatis munera non jussit Salvator poni, nisi quæ essent de pace condita: Depone, inquit, munus tuum ante altare, & prius concorda cum fratre tuo, ut possit pro te sacerdos offerre. Quid est enim altare, nisi sedes & corporis & sanguinis Christi? Hæc omnia furor vester aut rasit, aut fregit, aut removit. Hoc igitur inexpiabile nefas, si de aliqua ratione descendit, uno modo fieri debuit. Sed, ut ultimo; alio loco copia lignorum frangi jussit; alio, ut altaria raderentur, lignorum inopia imperavit; ut removerentur, ex parte verecundia jussit; ubique tamen nefas est dum tanta rei manus sacrilegas & impias intulistis. Quid perditorum conductam referam multitudinem, & vinum in mercedem sceleris datum? quod ut immundo ore sacrilegis haustibus biberetur, calida de fragmentis altarium facta est. Si livoris judicio nos vobis sordidi videbamur; quid vobis fecerat Deus, qui illuc * invocari consueverat? Quid vos offenderat Christus, cujus illic per certa momenta corpus & sanguis habitabat? Quid vos offendistis etiam vos ipsi, ut illa altarea frangeretis, in quibus ante nos per longa temporum spatia sancte (ut arbitramini) obtulistis? Dum impie persequimini manus nostras illic, ubi corpus Christi habitabat, fregistis & vestras.*

(a) Optat. l.6.

Donatistarum immania sacrilegia.

* illic.

Et post alia plura id genus inculcata, sic de fractione sacrorum calicum (*b*):

(b) Optat. l.6.

CCLXXI. *Hoc tamen immane facinus geminatum est dum fregistis etiam calices, Christi sanguinis portatores; quorum species revocastis in massas, mercem nefariis nundinis procurantes; ad quam nec emptores eligere voluistis, sacrilegi dum inconsiderate vendidistis. Passi estis etiam comburi manus vestras, quibus ante nos eosdem calices tractabatis; eam rem tamen passim vendi jussistis. Emere forsitan in usus suos sordidæ mulieres: emerunt Pagani, facturi vasa, in quibus incenderent idolis suis. O scelus nefarium! o facinus inauditum! auferre Deo, quod idolis præstes; subducere Christo, quod proficiat sacrilegiis?*

Confracti calices a Donatistis.

Rursum vero, quid in sacratas a Catholicis Deo virgines admiserint, dum & signum dedicationis impositum illis abstulerint, & aliud denuo ipsis imposuerint, idem declarat his verbis (*c*):

(c) Idem. l.6.

CCLXXII. *Jam illud quam stultum, quam vanum, quod ad voluntatem & quasi ad dignitatem vestram revocare voluistis, ut virgines Dei agerent pœnitentiam? at jamdudum professæ signa voluntatis capitibus, postea vobis jubentibus immutarent? ut mitrellas alias projicerent, alias acciperent?* Erant mitrellæ in Africana Ecclesia ornamenti capitis genus, quod sacran-

Sacratæ virgines ad secundam professionem coguntur.

PAGIUS *fet: hos quæcumque sibi viderentur, ad subditos scribere coegit*, Procopius nempe, cum anno CCCLXV. mense Septembri Constantinopoli tyrannidem arripuit. Ammianus lib. 26. c. 7. Zosimo suffragatur, cum de eadem defectione loquens ait: *Confestim Nebridius in locum Salustii Præfectus Prætorio factione Petronii recens promotus, & Cæsarius Constantinopolitana urbis Præfectus, in vincula conjinguntur*, a Procopio scilicet.

XXXV. Nebridium porro anno CCCLXIV. paulo antequam Imperatores inter se partiti fuissent Imperium, *Secundo Salustio* substitutum fuisse, modus loquendi Zosimi indicat, duplexque *Secundi* Præfectura Orientalis; alioquin hic non duplicem Præfecturam, sed triplicem administrasset. Quo pacto, Leges aliquæ Cod. Theod. anno CCCLXIV. & anno CCCLXV. ante mensem Septembrem *Secundo Præfecto Prætorio* directæ, anno CCCLXVI. vel initio CCCLXVII. (quo tempore secundam Præfecturam Secundus gessit) emissæ, deceptusque Gothofredus in Chronologia Cod. Theod. qui *Secundum* anno CCCLXIV. & CCCLXV. Præfectum Prætorio Orientis fuisse credidit. Ille tamen ex variis Constitutionibus ad *Volusianum P. U.* idest, Præfectum Urbis anno CCCLXIV. & CCCLXV. datis, quo non Volusianus, sed Symmachus Præfectus Urbis erat, quasque ideo ad annum CCCLXXIII. Gothofredus retrahendas esse recte vidit, intelligere poterat, Leges illas ad Secundum Pf. P. missas, extra ordinem in Codice Theodosiano pariter recitari: quæ transpositio eo in Codice non infrequens.

In Oriente gesto fuit.

XXXVI. Sed quidquid hac de re sit, recte scribit Libanius in epistola ultima, *Secundum* a Juliano Præ-

erandis virginibus ab Episcopis soleret imponi, sicut Romæ & aliis in locis simplex sacrum velum. Quod enim virgines sic Deo dicatæ, sponsæ Christi ex more dicerentur; eo insigni illarum capita tegere, quo a nubendis discriminarentur virginibus, consueverunt Antistites: erat enim capitis tegumentum ex lana, purpura tamen plectum potius, quam tinctum; fortasse Christi nomen, vel Crucis signum in eo purpureo colore erat expressum; per quod omnibus indicaretur, virginem illud gestantem jam professam esse perpetuam virginitatem, & Christi desponsatione Deo dicatam. Nam idem Optatus (a) inferius, dum ait, virginitatem servare, esse voluntatis, non necessitatis, hæc de mitrella: *Nec ulla sunt præcepta conjuncta, vel de qua lana mitrella fieret, aut de qua purpura pingeretur: non enim panno potest virginitas adjuvari: non enim inde compescuntur æstus animi, quos interdum ætas accendit*: & paulo post:

(a) Optat. lib. 6.

CCLXXIII. Cur mitrella virginibus imponeretur.

Res inventa est ad signum capitis, non ad remedium castitatis. Denique tales panni & deturbari, & rodi, & perire potest; & tamen virginitas si illæsa sit, sine mitrella tuta esse potest. Spirituale nubendi hoc genus est; in nuptias sponsi jam venerant voluntate & professione sua; & ut sæcularibus nuptiis se renunciasse monstrarent, spirituali sponso solverant crinem, jam cœlestes celebraverant nuptias. Quid est quod eas iterum crines solvere coegistis? Quid, inquam, quod ab ipsis per vos exacta est professio secunda? Quis est alter spiritalis sponsus, cui iterum nuberent? Quando mortuus est cui nupserant, ut iterum nubant? Nudastis denuo capita jam velata; de quibus professionis detraxistis indicia, quæ contra raptores aut petitores viderentur inventa. In mitrella indicium est voluntatis, non castitatis auxilium; ut rem jam Deo devotam, ne qui sponsabat, perseveret petere; aut ne raptor audeat violare; signum est ergo, non sacramentum. Invenistis igitur hujusmodi virgines, quæ jam spiritualiter nupserant; quasi secundas coegistis ad nuptias; ut crines iterum solverent, imperastis. Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt; ex quibus si alteni maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis festivitas; non in altum tollitur; non populi frequentia procuratur: nempe quod nubentibus viduis festiva gaudia nuptiarum minime ab Ecclesia concedi solerent.

CC. LXXIV. Virgines sacræ redditæ profanæ.

Quonam autem profano ritu sacratas a Catholicis sacerdotibus Deo virgines, illi, ut suæ eas facerent communicationis, purgare solerent, idem Optatus subdit his verbis: *Jam consecratas Deo aspersistis immundis cineribus; crines jussistis vitam falsa aqua perfundi. Et utinam vel id quod tulistis, velociter revocare velletis, Interposuistis moras, ut retracta in pristino habitu aliquæ diutius remanerent, retractes signis, quibus se jamdudum contra petitores & raptores munierant. Quæ cum viderent, præscriptionem sibi jamdudum oppositam a vobis esse sublatam, de sponsis raptores effecti sunt; nec visus est sibi unusquisque peccasse, dum talem rapit, qualem viderat, quando ut uxorem acciperet, postulabat. In hoc genere tanta damna fecistis Deo, quanta lucra Diabolo procurastis. Conflastis impie calices, crudeliter fregistis, & inconsulte rasistis altaria. Puellas miseras non sine opprobrio, ut secundas mitrellas acciperent, coegistis*. Ac de his hactenus Optatus.

CCLXXV. Quid mitrella.

Quidnam vero significaretur per mitrellas, seu mitellas, quæ ut virginitatis signa, sacratis Deo virginibus imponi solerent, est accuratius investigandum. Haud enim quis putet fuisse mitrellas capitis ornamentum pretiosum ac splendidum, instar illius Judith (b), de quo divina scriptura ait: *Colligavit cincinnos suos mitra*: sed potius simplex tegumentum, de quo Ulpianus (c) ad Sabinum, cum agit de stola, palliis, tunicis, capitiis, zonis, ac mitris: *Quæ*, inquit, *magis tegendi capitis, quam ornandi causa sunt comparata*. De eodem capitis tegumento Apulejus (d): *Mitella*, inquit, *textile contecto capite*. Erat autem, & aliud genus mitræ, seu mitellæ, quod a Paulo Jureconsulto (e) inter ornamenta recensetur muliebria; de ejusmodi mitellis meminit S. Hieronymus (f) ad Marcellam, cum agit de S. Blesilla: *Tunc*, inquit, *crines ancillulæ disponebant, & mitellis crispantibus vertex arctabatur innoxius; nunc neglectum caput scit sibi tantum sufficere, quod velatur*: hæc ipse. Cæterum ad primum genus mitellæ, non ad secundum

(b) Judith. 16.

(c) l. 23. ff. de aur. & arg. legato.

(d) Apul. de asin. l. 7.

(e) l. 26. ff. eod.

(f) Hier. epist. 23.

PAGIUS

Secunda Præfectura Secundi Salustii.

Præfecturam Prætorianam primum nactum, in eaque a Valente Imperatore firmatum, & quidem, ut conjectura est, post Nebridii mortem, & non ante eam. Is paulo postquam in carcerem a Procopio conjectus fuit, fato functus est, ut Valesius in Notis ad Ammianum lib. 26. cap. 7. colligit ex Themistio in Oratione nona juxta veterem ordinem, ubi Themistius inquit: *E summis vero Magistratibus alter qui erat vero mortuus, non credebatur: qui vivebat, mortuus putabatur*. Hi enim summi Magistratus alii esse non possunt quam *Nebridius* Præfectus Prætorio, & *Cæsarius* Urbi Præfectus. Quorum Nebridius cum brevi post abiisset e vita, adhuc vivere fingebatur, ut literis ejus nomine inscriptis Procopius populum ad se pelliceret. Nebridio demortuo, vel saltem in carcere detento, Valens *Salustium* seu *Secundum* iterum Præfectum Prætorio declaravit. Tradit enim Eunapius in Maximo, Procopio tyrannidem Constantinopoli exercente *Salustium* res Imperii curasse. Præfecturam itaque hac secunda vice usque

dum referendæ sunt mitellæ, quibus erant solitæ in Ecclesia Africana sacræ velari virgines; licet purpura illæ pictæ essent; cum tamen ejusmodi veli genus nigri coloris in Romana Ecclesia ad velandas Deo devotas virgines esse usui consueverit. De quarum velo hæc S. Ambrosios adversus Symmachum: *Non vittæ capiti decus, sed ignobile velamen usui nobile castitatis.* sed de sacrarum velamine virginum diximus tomo primo Annalium.

CC. LXXVI. Addiderunt ad hæc & alia scelera, Donatistæ, nempe, ut adhibita potentia magistratuum, sacros codices & pallas & vela, ab iis qui Catholicæ partis erant, violenter auferrent: unde ejusdem Optati hæc etiam addita est justa querela: *Et illud*, inquit, *prætermittere nequeo, quod nec Deo est placitum, nec a vestris cultoribus excusari, nec ab aliquo homine defendi potest. Per judicia sæcularia, & leges publicas, divinæ legis instrumenta, executione officiorum, a plurimis eripienda esse dixistis; volentes soli habere, quod pax in communione possederat. Non vereor Christianus dicere, quod vobis postulantibus, Gentilis executio non potuit ignorare. Velamina & instrumenta dominica extorsistis, quæ jamdudum fuerant in communione possessa. Extorsistis cum codicibus pallas: judicio superbiæ vestræ, utraque arbitrati estis esse polluta. Ni fallor, hæc purificare properastis; lavistis procul dubio pallas. Indicate quid de codicibus feceritis; in omnibus judicium providentiæ vestræ debet esse æquale: Aut utrumque lava; aut utrumque dimitte; quod si aliter facis, corrupisti diligentiam tuam; pallam lavas, codicem non lavas. Si una parte bonum, in altera malum est; non potes negare offendere in una, si in altera promiseris. Et si gaudes, quod in una videaris religiosus; debes & plangere, quia teneris in altera parte sacrilegus. Jam illud quale est, quod in multis locis etiam parietes lavare voluistis, & inclusa spatia, salsa aqua & spargi* * *præcepistis? &c.* Magna plane arte schismatici, quo rudem populum execratione, & odio imbuerent in Catholicos, quantum eos detestari deberent, his signis insinuare solebant, validioribus quavis alia comparata ad persuadendum oratione; quod ipsum alii quoque factitare schismatici consueverunt, ac novissime Græci dicuntur eadem miserrime operari.

Ablati codices, pallæ & vela a Donatistis.

* aspergi

CC. LXXVII. Quid rursum Donatistæ in Catholicos egerint, Imperatoris sibi arrogantes auctoritatem, idem Optatus (a) docet, hæc addens: *Quid referam etiam illam impietatem de vestra conjuratione venientem? quia ad hoc basilicas invadere voluistis, ut vobis solis cœmeteria vendicetis, non permittentes sepeliri corpora catholica: ut terreatis vivos, male tractatis & mortuos, negantes funeribus locum. Si inter viventes fuerat certamen; odia vestra, vel mors aliena compescat. Jam tacet, cum quo paulo ante litigabas. Quid insultas funeri? Quid impetis sepulturam? Quid cum mortuis litigas? Perdidisti malitiæ fructum. Etsi corpora non vis in unum quiescere, animas tamen in uno apud Deum positas non poteris separare, &c.* Hæc & alia plura Optatus. His igitur Donatistæ Juliani Imperatoris fulti præsidiis, qui pene videbantur extincti, adeo invaluerunt adversus Catholicos; ut omnes qui successerunt Catholici Imperatores, licet adversus eos plurimum laboraverint, ut ipsos ad communionem Catholicam restituerent, vel alio aliquo modo tollerent & abolerent, numquam tamen id efficere valuerint. Quæ autem post Juliani tempora ab eisdem gesta sint, suis locis dicturi sumus; modo reliquas a Juliano sancitas leges recenseamus.

(a) Optat. lib. 6.

Cœmeteria sibi vendicant Donatistæ.

CCLXX. VIII. Quod igitur de rescripto adversus Orthodoxos pro Donatistis a Juliano dato pluribus actum est; jam de aliis ab eodem promulgatis adversus Christianos edictis, sancitisque legibus, & scriptis epistolis, hic ultimo loco anni hujus paulo fusior (quod id exigat rerum copia) oratio instituenda est. Atque in primis illud advertendum, non consuevisse ipsum Julianum tantum ignominiæ causa (ut sæpe vidimus) nominare Christianos, Galilæos; sed ut eodem nomine ab omnibus iidem dicerentur, scripto edicto sanxisse. Sic enim de ipso Gregorius Nazianzenus (b): *Atque illud sane perquam puerile, stultæque levitatis, ac ne ullo quidem alio homine vel mediocri animi gravitate prædito, nedum Imperatore dignum; quod simul cum nominis commutatione, animorum quoque nostrorum commutationem secuturam esse arbitratus, aut certe nobis id pudori fore, quasi turpissimi cujusdam criminis accusatis, novandum nobis cognomentum*

(b) Greg. Naz. orat. 1. in Julianum.

Lex Juliani, ut Christiani Galilæi dicerentur.

PAGIUS que ad annum CCCLXVII. quo post inchoatum bellum Gothicum Valens ei *Auxonium* suffecit, continuavit, ut jam ex Zosimo docuimus, quem etiam successorem ei Eunapius citatus attribuit. In Codice Theodosiano aliquæ Constitutiones reperiuntur annis CCCLXV. & CCCLXVI. datæ, & ad Secundum Pf. P. inscriptæ, & post eum annum nulla amplius ejus mentio. Sed earum Legum subscriptiones vel in urbe qua datæ sunt, vel in Consulibus, vel in aliis temporis characteribus mendosæ.

XXXVII. Venio ad *Salustium* alterum, cui pars maxima eorum quæ ad *Secundum Salustium* pertinent, huc usque per errorem attributa. Hunc Constantius cum Marcello in Gallias ablegavit, quando eisdem Julianum Cæsarem præfecit: *Illis ipsis, non Cæsari, tota istic administratione credita*, ut prodit Zosimus lib. 4. pag. 703. qui postea pag. 707. dicit, Constantium Salustium accersisse. Hinc in Operibus Juliani Imp. habetur *Juliani Imp. ob discessum Salustii consolatoria Oratio VIII.* in qua quantum eum dilige-

Præfectura Gallica Salustii.

ret

censuit, Galilaeos pro Christianis nominans, atque ita vocari, publica lege decernens. Ex quo perspicue ostendit, Christi appellationem honorificentissimam esse, maximique ad gloriam ponderis; quoniam eam nobis extorquere cogitavit. Nisi forsasse alia ratione fecit, quod hujusce nominis vim & potestatem instar dæmonum reformidaret, ac proinde ad aliud nomen minus notum & vulgare transferre. Hæc Nazianzenus. Meminit & hujus quoque latæ legis Chrisostomus (a), dicens: *Adeo Christianum nomen tunc ut extingueretur, quoad ejus fieri poterat, elaborabat: Galilæos pro Christianis nos in edictis suis tum ipse appellans; tum Principes, ut id facititarent adhortans.* Adeo enim infenso animo Christianam religionem insectatos est, ut ne ipsum quidem nomen voluerit superesse. Sed derisu ejus impietas est, frustratusque conatus omnis.

(a) Chrif. contra Gentil.

CC. LXXIX. Rursum vero ignominiæ causa, cultum Crucis Christianis objectare, ob idque eos deridere consuevit; nec id quidem verbis tantum, sed scriptis; ut cum illis sic exprobraret: (b) *O miseri homines, cum serventur arma, quæ magnus demisit Jupiter*, nempe ancilla, *hoc est pater Martis, pignore dato, non verbo, sed re, quod Civitatem nostram perpetuo protecturus sit, cessatis adorare & colere? & interim Crucis lignum adoratis, imagines illius in fronte & ante domos pingentes. Igitur digne quis vestros prudentiores odio habebit, vel misericordia dignabitur imprudentiores, qui vos sequentes, in eam perveniunt calamitatem, ut etiam relictis æternis diis, ad mortuum Judæum transeant.* Hæc ipse in Christianos. An non eu his intelligis, lector, una cum Apostata Juliano & ipsos a fide Catholica refugas fœdus iniisse recentiores hæreticos, deridentes Catholicos Crucis Christi lignum venerantes, & signum vel manu deducentes, aut coloribus effigiantes? Atque in eo etiam hos cum illo contraxisse vides affinitatem, execrantes sanctorum cultum, & venerationem sacrarum reliquiarum: num hæc etiam exprobrabat ita Julianus (c): *Addentes ad antiquum illum mortuum multos recens mortuos, quis pro dignitate abominaretur? Omnia monumenta implestis; quamquam vobiscum numquam dictum sit advolvi sepulcris, & ea amplecti debere. In hanc autem venistis malitiam, ut super hac re neque Jesu Nazareni verba audienda esse putetis. Audite igitur, quæ ille de monumentis dicit (d): Scribæ & Pharisæi & hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, &c.* Eo quam insulse e Christi Evangelio adversus Christianos colentes sepulcra sanctorum enthymema deducit! At pluribus eum verbis S. Cyrillus redarguit; quem re ipsa Babylæ martyris ossa, ut vidimus, confutarunt. Sed ad alias leges ipsius redeumus.

(b) Apud Cyrill. Alex. l.6. in Jul.

Crucis cultum atque Sanctorum Julianus Christianis exprobrat.

(c) Apud Cirill. in Jul. lib. 10.

(d) Matth. 23.

CC. LXXX. Concessa a Constantino Magno atque Constantio privilegia Decurionibus Christianis, quibus a curiæ munere essent immunes, dato hujus anni Coss. ad Sallustium Præfectum Prætorio rescripto (e), penitus abstulit. Quin etiam impertita ab iisdem Christianis Imperatoribus, clericis & miserabilibus personis dona, & immunitates, atque diversi generis privilegia cassa reddidit; nam de his agens Sozomenus sic ait (f): *At clericis omnem immunitatem, honorem, & frumenti congiaria ipsis a Constantio* donata ademit, legesque eorum causa conditas abrogavit, & eos denuo curiis addixit. Porro a virginibus & viduis, quæ in clero erant propter egestatem descriptæ, ea exigi mandavit, quæ ante ab ærario publico acceperant. Nam cum Constantinus res Ecclesiæ rite disposuisset, ex vectigalibus cujusque civitatis ea quæ erant satis ad res comparandas necessarias, clero cujusque Ecclesiæ erogavit; illudque lege stabilivit: Quæ lex eo ex tempore, quo moriebatur Julianus, hactenus diligenter observata fuit. Hanc exactionem multo crudelissimam fuisse & acerbissimam prædicant; atque tabulæ a Patribus confectæ ad eam finem, ut res quas ex lege Constantini acceperant, ita demonstratæ restituerentur, de his quæ erant a Juliano exacta, plane testificari possunt. Verum Imperator odium adversus religionem Christianam conceptum non his rebus exaturavit, sed flamma iræ contra fidem nulli perditi conatus genus prætermisit, quo Ecclesiam Dei everteret, &c.* Hæc Sozomenus.

(e) l.50. de Decurion. & l.4. de lustrali coll. Cod. Theod.

(f) Sozom. lib.5. c.5. * al. Constantino.

CC. LXXXI. At non satis illi fuit quæ a Christianis Imperatoribus donata essent auferre; sed & quæ a Gentilibus aliquando ex certa causa collata fuissent, abripuit: nam ter mille modios tritici perpetua largitione collatos a Marco Aurelio Imperatore erogan-

PAGIUS ret, ostendit. Successit Salustius in Gallica Præfectura *Nebridio*, de quo Ammianus lib. 20. cap. 9. in gestis anni CCCLX. ait: *In locum Florentii Præfectum Prætorio Nebridium, tum Quæstorem ejusdem Cæsaris promoverat*, scilicet Constantius. Sed cum juramentum Juliano præstare nollet, *ad larem suum recessit in Thusciam*, inquit Ammianus lib. 21. cap. 5. dum de rebus eodem anno gestis sermonem habet. Tum cap. 8. loquens de rebus anni CCCLXI. *Discedens inter hæc Julianus a Rauracis Salustium Præfectum promotum remisit in Gallias, Germaniano jusso vicem tueri Nebridii.* Erat autem Nebridius (ut hunc locum obiter explicem) Juliani Quæstor, cum Constantius eum Præfectum Prætorio Galliarum designavit, ut mox ex Ammiano diximus; cujus Quæsturam Constantius in dispositione Juliani Cæsaris reliquerat, quia is factus a militibus Augustus ad Constantium scripserat Præfectos Prætorio se ab illo accepturum; re-siduos

gandos in pauperes Ecclesiæ Hieropolitanæ, petitione Abercii (*a*) ejus civitatis Episcopi, in hanc usque diem etiam a cæteris persecutoribus persolutos, prorsus abstulit. Verum utcumque toleranda hæc fuissent; nisi postquam spoliavit Fideles bonis omnibus munificentia Christianorum Imperatorum olim acceptis, illud etiam adversus eos promulgasset edictum, quo ad expeditionem belli Persici ingens pecuniæ vis a Christianis exigeretur; immunes tantummodo a dura tributi exactione sanciens futuros esse, qui Christiana religione relicta, sese ad Deorum cultum transferrent; nam Socrates (*b*): *Cum exploratum*, inquit, *haberet, quot mala secum bellum apportare soleat, quam ingenti pecunia vi ad illud administrandum opus esset, & absque ea non posse recte geri; pecuniam a Christianis veteratorie extorquere cogitavit. Nam illis, qui sacrificare renuebant, mulctam imposuit pecuniarium; ipsaque exactio in vere Christianos severa & exquisita fuit. Nam quisque pro facultatum proportione tributu pensitavit; & Imperator ex injusta injuste exacta pecunia collectione brevi admodum locupletatus est. Ista quidem utebatur lege non solum in locis, quæ ipse peragravit, sed in illis etiam, ad quæ minime accesserat.* Hæc ipse: ut plane intelligas, ejusmodi tributi indictionem contigisse post scriptam orationem illam, Misopogonem dictam, in Antiochenos, qua declarat nulla eos vexasse hactenus tributi exactione.

(*a*) Metaphr. in Act. S. Abercii Episc. Hieropolit. die 22. Octobr.

Julianus tributa Christianis indicit.

(*b*) Socr. l. 3. c. 13.

CC. LXXXII. Adversus sane Ecclesias, ad expilanda earum bona, promulgata fuisse ab eodem Juliano edicta, præter illa quæ superius narrata sunt, Gregorius Nazianzenus (*c*) testatur his verbis: *Edicta adversus ædes sacras tum publice proposita, tum privatim expleta, & donariorum ac pecuniarum deprædationem non magis ab impietate, quam ab avaritia manantem, & supellectilis sacræ direptionem profanis manibus indigne & contumeliose tractata prætercam; ut etiam & Præsules, & subditos, qui pro his rebus abstrahebantur, gravissimeque torquebantur, &c.* At de his superius alias. Rursum vero de aliis, quæ impius meditatus est in Christianos, inferius subdit his verbis (*d*): *Constituebat, inquit, Christianos omni libertate & fiducia spoliare, eosque ab omnibus rebus arcere, Conciliis, foro, publicis cœtibus, ipsisque adeo tribunalibus: Neque enim fas esse quemquam his uti, qui aris antepositis thura non adoleverit, tantamque tanta rei mercedem pependerit. O leges, & legislatores, & Principes; quæ quemadmodum cæli pulchritudo, & Solis lumen, & aeris perfusio commune & perenni beneficentia omnibus patent; sic legum quoque usum & perceptionem liberis omnibus hominibus ex æquo proposuistis! quam tamen ille Christianis extorquere in animo habebat; ut nec per vim oppressis injurias suas judicio persequi liceret, nec pecuniaria detrimento affectis, aut quoquo modo præter jus fasque læsis quicquam opis leges afferrent, sed pellerentur, & trucidarentur, respirationesque etiam ipsa pene interdicerentur. Quæ ut iis qui patiebantur, majorem cupiditatem, animique contentionem, fiduciamque apud Deum & libertatem addebant, ita iis qui faciebant, injustitia majori atque ignominia erant.*

(*c*) Greg. Naz. orat. 3. in Jul.

(*d*) Greg. Naz. orat. 3. in Jul.

CCLXXXIII. Quo autem ad hæc decernenda prætextu justitiæ uteretur Julianus, idem Gregorius mox addit, hæc dicens: *Porro quam scita & acuta ratio carnificis illius & patroni, legum violatoris & legislatoris, aut (ut aptioribus verbis utar) inimici & ultoris! Quemadmodum ait Scriptura: Legem enim nostram præscribere (e), ne injuriam acceptam ulciscamur: Ne litem intendamus: Ne quicquam omnino possideamus, propriumque existimemus: verum alibi vivamus; ac præsentia, ut vana & inania, contemnamus, & pro nihilo putemus: Hoc etiam vetare, ne malum pro malo regeramus: Aut si quis nobis colaphum (f) in genam unam impegerit, ne altori parcamus, verum eam quoque percutienti offeramus; ac præter pallium, tunicam etiam exuamus. Adjiciet fortasse eam quoque hoc ferre, ut pro iis a quibus injuriam accepimus, preces fundamus, ac persequea-*

Injustissimas Julianus leges in Christianos ex lege ipsorum usurpat.

(*e*) Matth. 5. Rom. 12. 1. Cor. 6. Matth. 10. Marc. 6. Luc. 9. 10. (*f*) Luc. 6.

PAGIUS

siduos vero ordinarios Judices, militiæque moderatores suo arbitrio concedi consentaneum esse. Quas Juliani literas refert Ammianus lib. 20. cap. 8. post quas Constantius *Nebridium* Præfectum Prætorio creavit, præcepitque Juliano, *intra Cæsaris se potestatem continere*, ut cap. 9. habet Ammianus. In Codice Theodosiano nullæ Leges ad Salustium anno CCCLXI. directæ leguntur, sed anno CCCLXII. complures inscriptæ, modo *Salustio Pf.* modo *Secundo Pf.* argumento evidenti hos Præfectos diversos fuisse, & Saturninium Secundum in Actis publicis Salustium appellatum non fuisse. Salustius Galliarum eam dignitatem gessit anno CCCLXIII. quo Consul processit. Ammianus enim initio libri 23. ait: *Julianus jam ter Consul, ascito in Collegium Trabea Salustio Præfecto per Gallias, quater ipse amplissimum inierat magistratum.* Quis ei in Præfectura Gallica successerit, incertum.

XXXVIII. Ex his liquet, duos eodem tempore floruisse *Salustios*, alterum Præfectum Galliarum, alterum Præfectum Orientis: cujus diversitatis primus ex Antiquis meminit Suidas in voce Σαλούστιος; & quibus characteribus alter ab altero dignosci possit, quando ejus mentio, vel in Annalibus Ecclesiasticis, vel in Historicis profanis occurrit. Anno CCCLXXXVI. loquitur Baronius de *Salustio Præfecto Urbi* sub Valentiniano Juniori, cui is literas dedit de construenda Basilica S. Pauli Apostoli via Ostiensi: sed Salustius iste a duobus præcedentibus diversus, ac Christianus.

Duo Salustii eodem tempore floruere.

Baron. anno 386. n. XXIX.

quentibus optima quaque exoptemus. Quid ni autem hæc apprime cognosceret, qui divina oracula quondam pro lectore recitaverat, atque inter magni sacrariè ministros adscriptus fuerat, martyresque templis & delubris ornaverat? Cujus hoc primum demiror, quo modo in his libris accurate versatus, illud non legerit, aut consulto præterierit: Malos male perdet, &c. Refellit deinde pluribus ipse Gregorius Juliani ex legibus Christianorum in Christianos insultandi licentiam; docetque eos ad omnem mansuetudinem ex divina lege sic esse compositos animo, ut omnia ferant atque contemnant potius, quam virtutis dispendium patiantur: cæterum sic affectos minime prohiberi uti virtute, & exhibito ex virtute remedio, nempe justitia. Rursumque demonstrat, alia ex divina lege præscripta, nempe præcepta necessario omnibus adimplenda; alia vero aliis suaderi, & verticem perfectissimæ vitæ attingere cupientibus inculcari. Hæc plane ipse Gregorius, pluribus Julianum exagitans. Sed & Sozomenus (a) de iisdem sic habet: *Jus Reipublicæ Christianis denegavit; & neque in communes hominum congressus, neque in forum venire, neque judicium exercere, neque gerere magistratum, neque ullum dignitatis gradum obtinere permisit.* Hæc ipse.

(a) Sozom. l. 5. c. 17.

CC. LXXXIV. Leges adversus sacrilegos editæ, in Christianos conversæ. At licet Julianus nullum (ut dictum est) manifestum patensque promulgasset edictum, quo (ut ab aliis Imperatoribus factum erat) in Christianos persecutio indiceretur; tamen in eos sancita olim adversus sacrilegos templorum expilatores jura torquebat; unde S. Joannes Chrysostomus (b): *Si quis*, inquit, *superioribus annis, cum adhuc pii Reges rerum potirentur, vel altaria demolitus fuisset, vel templa suffodisset, vel oblationes diripuisset, vel aliud tale quid egisset; rapiebatur ad tribunal, & occidebatur etiam insons & dumtaxat delatus.* Hæc Chrysostomus. Tulisse insuper eam legem Julianum, ut Galilæi a militia pellerentur, auctores sunt Theodoretus (c) & Ruffinus (d), dum ajunt, ab eo statutum esse, militiæ cingulum nonnisi immolantibus dari, neque quemquam administrare posse provincias, nisi cultores deorum. Sed de his quoque superius actum est.

(b) Chrys. orat. de Juvent. & Max. mart.

(c) Theod. l. 3. c. 7.

(d) Ruffin. lib. 1. c. 32.

CC. LXXXV. Verum & lex illa ab eodem Juliano Imperatore promulgata, ut injustissima, ab ipsis etiam scriptoribus Ethnicis improbatur; de qua sic Ammianus (e): *Post multa enim etiam jura quædam correxit in melius, ambagibus circumcisis, indicantia liquide quid juberent fieri, vel vetarent. Illud autem erat inclemens obruendum perenni silentio, quod arcebat docere magistros rhetoricos & grammaticos ritus Christiani cultores.* Et inferius (f), eadem ferme verba repetens, ait: *Erat inclemens, quod docere vetuit magistros rhetoricos & grammaticos Christianos, ni transirent a numinum cultu.* Hoc est, ne per eos cultores deorum ab eorum cultu desciscerent, docendo quippe illi humaniores litteras, pariter elucidabant, quæcumque de diis Gentium scripta erant, fuisse omnino figmenta; ita quidem de Juliani sententia animi Ammianus. At astutus Apostata id sane erubuit palam priori edicto manifesto sanciendo fateri; sed aliis fucatis coloribus id ipsum præstans, mense Junii ejusmodi edidit sanctionem (g):

(e) Amm. lib. 22.

(f) Amm. lib. 25.

Julianus Christianos docere prohibet.

(g) l. 5. de professor. C. Theod.

CC. LXXXVI. *Magistros studiorum, doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde facundia. Sed quia singulis civitatibus adesse ipse non possum: Jubeo, quisque docere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed judicio Ordinis probatus decretum Curialium mereatur, optimorum conspirante consensu. Hoc enim decretum ad me tractandum referetur, ut altiore quodam honore nostro judicio studiis civitatum accedant. Dat. XV. Kal. Julii, Accepta quarto Kal. Augusti, Spoleto *: Mamertino & Nevitta Coss.* Cum igitur ejusmodi decretum ad se deferendum, quo a se probaretur, edixerit; quis non intelligit, suo voluisse arbitrio esse evacuatum, quos vellet scientiarum præfici scholis? Hac primum, inquam, more suo, arte putavit, se Christianos omnes a docendo posse repellere. Sed haud diu post nempe hoc ipso anno (ut ex Ammiano res gestas cujuslibet anni Consulum limitibus conscribente constat) manifestum edictum protulit, vulgavitque sanctionem, qua hoc ipsum manifestius prohiberet; eamque quantumlibet judicio quoque suorum turpissimam legem, tamen sic compositis quibusdam de industria pigmentis delinitam, tamquam philosophica imposita larva decoram in medium protulit, his scilicet fucatam sermonibus (h):

(h) Extat inter epistolas ejusdem Jul. epist. 42.

CCLXXXVII. *Doctrinam rectam esse arbitramur, non verborum linguæve magnificum & exquisitum sonum, sed mentis bene constitutæ sanam*

PAGIUS XXXIX. Julianus Christianos docere vetuit. Ad num. CCLXXXV. & seq. Baronius putavit, *Julianum* prohibuisse quidem Christianos docere, sed a discendo eosdem ab eo rejectos non fuisse, ideoque & errasse Rufinum lib. 10. cap. 32. Socratem, Sozomenum, & Theodoretum, imo & Augustinum lib. 18. de Civit. Dei cap. 52. qui scripsere, edicto Juliani *non* tantum a docendo, *sed* etiam a discendo Gentilium literas Christianos vetitos fuisse. Præcipuum Baronii fundamentum, epistola Juliani 42. ubi Christiani prohibentur docere. Verum quid vetat, inquit Hermantius in Vita S. Basilii M. lib. 2. cap. 16. *Julianum* alio postea edicto, quod ad nos non pervenerit, prohibuisse quod epistola illa 42. non prohibuit? Certe quod Nazianzenus Orat. 3. & Theodoretus lib. 3. cap. 4. re-

Sanctio Juliani adversus doctores Christianos.

nam affectionem, & veras certasque de bonis & malis, honestis & turpibus sententias. Quare quisquis aliud sentit, aliud suos discipulos docet; is tantum videtur a scientia, quantum a probitate abesse. Ac si de parva re sit linguæ animique dissensio; in hoc ipso etiam est improbus, tametsi modum non excedat sceleris magnitudo. Sin vero in maximis rebus aliud sentit, contraque ac sentit docet; nonne hæc cauponum, non dico bonorum, sed nequissimorum vita est? quippe cum id maxime doceant, quod maxime malum existimant, fallentes atque inescantes eos laudibus, quibus cum sua, ut arbitror, mala commutare volunt. Quamobrem omnes, qui quidvis docere profitentur, bonis moribus esse debent, neque opiniones novas & a sensu populari abhorrentes afferre; sed in primis tales esse debent, qui adolescentes in veterum scriptis instituant, sive sint rhetores, sive grammatici, & præcipue sophistæ, qui non solum verborum, sed etiam morum magistros se esse volunt, & ad se philosophiam de administrandis rebus publicis pertinere contendunt; hoc verum sit, nec ne, in præsentia omitto.

CCLXXXVIII. Quo dilemmate usus Julianus.

Laudo eos, qui doctrinam tam præstantem expetant; plus certe laudaturus, si non mentirentur, neque se ipsi refellerent, dum aliud sentiunt, aliud discipulis tradunt. Quid? Homerus, Hesiodus, Demosthenes, Herodotus, Thucydides, Isocrates, Lysias deos habent doctrinæ suæ duces & auctores. Nonne eorum alii Mercurio, alii Musis sacros se esse arbitrantur? Quare absurdum est, qui horum libros exponunt, deos vituperare, quos illi coluerunt. Neque tamen quia id absurdum puto; idcirco eos discipulorum causa sententiam mutare jubeo: Verum do optionem, ut ne doceant quæ non bona esse censent: sin docere malunt; doceant re ipsa primum, & persuadeant discipulis, neque Homerum, neque Hesiodum, neque quemquam eorum, quos interpretati sunt, quosque impietatis, amentiæ & erroris erga deos condemnarunt, talem esse. Nam alioqui cum ex eorum scriptis alantur, mercedemque capiant; avarissimos plane & sordidissimos se fatentur, si paucis drachmis id facere sustineant. Atque hactenus quidem multa erant, quæ eos templorum aditu prohiberent; & timor undique impendens excusabat, quo minus de Diis verissimæ sententiæ explicarentur: Nunc autem cum deorum munere atque concessione, libertate potiamur; absurdum mihi videtur, ea homines docere, quæ non bona esse arbitrentur. Quod si in iis quæ docent, & quorum quasi interpretes sedent, sapientiam esse ullam arbitrantur; studeant primum illorum erga deos pietatem imitari. Sin in deos sanctissimos putant ab illis auctoribus peccatum esse; eant in Galilæorum ecclesias, ibique Matthæum & Lucam interpretentur, quibus vos obtemperantes, a sacris abstinere jubetis.

Cupio ego & aures & linguam vestram (sicut vos loquremini) renasci in his CCLXXXIX.
rebus, quarum utinam & ego sim semper particeps, & omnes qui me diligunt. Doctoribus quidem & præceptoribus communis hæc lex statuatur: adolescentes enim, qui ire volent, minime probibeantur. Iniquum siquidem fuerit, pueros adhuc ignaros quo se vertant, ab optima via rejicere, ac metu coactos ad patria instituta deducere. Quamquam autem verum erat, istos tamquam impotentes & insanos etiam invitos ac repugnantes curare; attamen liceat omnibus per nos isto morbo detineri; docere enim amentes, non punire opus est.

Consilium Juliani in his decernendis.

Hactenus Juliani Imperatoris edictum; quo etsi Christianos omnes a docendo revocat, non tamen adolescentes prohibet a discendo: hæcque omnia eo consilio, quod Christiani docentes, ex Gentilibus auctoribus deorum inanem prorsus esse cultum, argumentis pluribus demonstrabant; adeo ut eos sic interpretari nihil aliud esset, quam adolescentes vera religione imbuere, & a Gentilicia superstitione penitus dimovere: quos sic semel imbutos perfacile erat ad Christianam fidem amplexandam adducere. Quibus si iidem illi carerent magistris, & Gentiles auctores a Gentilibus doctoribus magno deorum præconio explicatos acciperent; fieret, ut eorum cultui addicerentur, retinerentque firmiter quod pueri didicissent.

Sed miramur, Ruffinum & alios dixis- CCXC.
se, non tam a docendo, quam a discendo, Juliani edicto rejectos fuisse homines Christianos: id enim ipse Ruffinus verbis illis significare videtur, quibus ait (a): *Studia auctorum Gentilium Christianos adire probibent, ludos litterarum illis solis qui deos deasque venerarentur, pa-*

te-

(a) Ruffin. l. 1. c. 32.

PAGIUS

ferunt tanquam desumtum ex edicto, quod Christianis studia literarum interdicebat, in ea Juliani epistola non legitur. Quare cum Rufinus & Augustinus de re a se visa loquantur, tuto illis hac in re fides adhiberi potest.

XL. *Vetuit etiam discere.*

Nec urget quod ex Ambrosio epist. 30. ad Valentinianum Imp. scribente refert Baronius: *Petunt etiam, ut illis privilegia deferas, qui loquendi & docendi nostris communem usum Juliani Lege proxima denegarunt*, Quibus verbis, inquit Baronius, significat Ambrosius, Ethnicos edicto Juliani fultos Christianis denegasse jus acquisitum loquendi & docendi. At, ut recte Hermantius, vox illa *loquendi* studium eloquentiæ artemque sermonis, quam præcipue Christianis Julianus invidebat, designare potest. Affert & Hieronymum in Chronico Baronius, ubi dicitur: *Proheresius Sophista Atheniensis, Lege data ne Christiani liberalium artium Doctores essent, cum sibi specialiter Julianus concederet, ut Christianos do-*

ceret

(a) Socrat. l.3. c.10.

tere decernit: Sed & Socrates (a): *Lege sancivit, ne Christiani litteris humanioribus instituerentur: Nam cum sint,* inquit, *lingua ad dicendum exercitata, facile dialecticorum, qui sunt apud Gentiles, argutiis occurrere poterunt.* Theodoretus etiam (b): *Vetuit*, inquit, *ne Galilæi poeticam, rhetoricam, aut philosophiam discerent: Nam nostris ipsorum*, inquit, *pennis (ut est in proverbio) percellimur: siquidem nostrorum scriptorum præsidiis muniti, contra nos bellum suscipiunt.* Sozomenus in eamdem sententiam affirmat, id ob invidiam in Apollinarem & alios celebres Christianos viros, qui eo tempore florebant poeticis facultatibus, atque apprime Gentilium callebant litteras, fuisse a Juliano statutum; de his enim sic habet (c): *Porro vetuit, ne Christianorum liberi poetas & alios scriptores Gentiles perdiscerent, neque horum doctores adirent. Nam non mediocriter ejus animum offendebant non solum Apollinaris Syrus vir omni doctrinæ genere & orationis formis instructus, verum Basilius & Gregorius Cappadoces, qui omnibus illius ætatis rhetoribus laudem præripiebant, atque alii eodem tempore quamplurimi diserti viri, quorum alii sunt Nicæni Concilii decreta, alii hæresim Arianam amplexati. Hinc igitur solum quoniam magnam ad persuadendum facultatem posse parari censebat, vetuit ne Christiani Gentilium disciplinis instruerentur.*

(b) Theod. l.3. c.8.

(c) Sozom. l.5. c.17.

Julianus a discendo Græcorum litteras vetuisse Christianos falso creditur.

CCXCI. *Quo quidem tempore Apollinaris, quem dixi, quo sua multiplici doctrina & bonitate ingenii opportune multis prodesset, ad exemplar poematis Homeri, veterem Hebræorum historiam usque ad regnum Saulis carmine heroico conscripsit, & totum opus in vigintiquatuor libros distribuit, singulisque singularum litterarum Græcarum nomen imposuit, numero earumdem & ordine omnino servato. Comœdias quoque composuit, fabulis Menandri similes, itemque tragœdias Euripidis, & lyricos Pindari versus imitatione adumbravit. Ad summam argumentis e sanctis litteris depromptis, de illis ad similitudinem earum disciplinarum, quæ ἐγκύκλιαι appellantur, scripsit; brevique temporis spatio opera edidit, quæ numero, dicendi vi, ipso orationis habitu, sermonis proprietate, forma denique & dispositione, scripta Gentilium, qui in his rebus in primis excellebant, exæquarunt; adeo ut nisi antiquitatem admirarentur homines, & quibus assueti fuerint, ea cura haberent; lucubrationes Apollinaris non minoris quam veterum auctorum æstimarent, easque itidem docerent; ejusque ingenium eo magis suspicerent, quod veterum singuli in uno genere separatim elaborarunt: ipse autem ad omne genus scripti animum applicans, vim & virtutem cujusque, cum usus postularet, accurate expressit. Non obscurus est ille quidem liber, quem adversus Imperatorem Julianum, sive adversus philosophos Gentiles pro veritate inscripsit, in quo sine ullis sacrarum litterarum testimoniis plane ostendit, eos in illo quod de Deo sentiendum est, per errorem vehementer lapsos esse. Quæ irridens Imperator, Episcopis ejus temporis facile præstantissimis scripsit hæc: Legi, intellexi, improbavi. Ad quæ rescripsere Episcopi: Legisti quidem, sed non intellexisti: nam si intellexisses, non improbasses: Sunt qui hanc epistolam Basilio Ecclesiæ Cappadociæ Antistiti attribuunt; neque id sane immerito. Sed sive ejus sit, sive alterius qui eam scripserit, quisquis fuerit, jure tum propter magnitudinem animi, tum propter eruditionem debet laudari plurimum.* Hactenus Sozomenus.

Apollinaris carmen heroicum.

In actis autem Artemii martyris (d) (de quo plura superius) expressum habetur, alia ex causa Julianum ejusmodi promulgasse edictum, quo arcebat Christianos a Gentilium disciplinis; nimirum cum experiretur Antiochiæ vim magnam Eugenii presbyteri in dicendo ac confutando falsam deorum religionem, ira percitum sic jurasse: *Per Solem mihi clarissimum, non amplius feram Græcis disciplinis institui maxime impium genus Christianorum.* Hæc ibi. S. Augustinus (e) etiam in eo cum iisdem consentit, ut edicto Juliani, non tantum a docendo, sed a discendo quoque Gentilium litteras Christiani vetiti fuerint, cum ait: *An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales litteras docere ac discere vetuit?* Sed & alios reperies eodem errore lapsos; cum tamen ex ipso recitato nuper Juliani edicto perspicue sit demonstratum, a docendo tantummodo Gentilium litteras Christianos doctores fuisse rejectos; a discendo nequaquam: sic intellexit illud S. Hieronymus in Chronico, cui cognitum fuisse putamus: sic etiam S. Ambrosius scribens ad Valentinianum Im-

CCXCII.

(d) In Act. Artemii mart. apud Metaph. die 19. Octob.

Causa, cur Julianus vetuit Christianos docere & discere res Gentilium.

(e) Aug. de Civit. Dei l.18. c.52.

PAGIUS *ceret, Scholam sponte deseruit.* Sed respondet Hermantius, satis fuisse Hieronymo de prohibitione docendi loqui, cum solum *Proæresii* occasione de Juliani edicto in Chronico ageret; quod factum videmus ab Augustino de Victorino sermonem habente lib. 8. Confess. cap. 8. Quod si ex Hieronymi omissione concludendum sit, ex ejus sententia Julianum studium Christianis non prohibuisse, idem dicendum erit de Augustino, quem tamen constat lib. 18. de Civitate cap. 25. diserte exprimere quod lib. 8. Confess. cap. 2. silentio pressit. Gregorium Nazianzenum, idem, quod Rufinus & Augustinus scripsere, afferentem, erroris arguere Baronius non audet. Sed, cum Nazianzenus magis oratorie quam historice loquatur, in veram ejus men-

(a) Ambr. epist. 30.

Imperatorem (a), cum ait: *Petunt etiam; ut illis privilegia deferas qui loquendi & docendi nostris communem usum Juliani lege proxima denegarunt, &c.*

CC. XCIII. Quid in Julianum Gregor. Naz. ob vetitas Christianis Græcas litteras.

(b) Greg. Naz. orat. 3. in Jul.

Gregorius Nazianzenus de ejusmodi edicto adeo iniquo agens, gravissima eumdem legislatorem exagitat invectiva; atque in ipso propemodum orationis exordio (b), inde dicendi sibi comparans argumentum, hæc ait: *Sed isti*, nempe Juliano, *quoque hæc pœna pulchre conveniet, ut sermone crucietur pro eo scelere, quod in sermones admisit: qui cum omnium ratione præditorum communes sint; iis tamen, tamquam proprie ad se pertinerent, Christianis per invidiam interdixit: stultissime sane de sermonibus cogitans homo unicum, ut sibi videbatur, facundissimus; primum quia subdole & veteratorie nomen ad opinionem traduxit; quasi sermo Græcus non linguæ, sed religionis sit; atque ob eam causam, velut alieni boni surreptores, sermonibus nos arcere instituit; perinde vero ac si nos quoque artibus illis, quæ apud Græcos inventæ sunt, uti prohibuisset, easque propter ejusdem nominis appellationem suas esse duxisset ac vendicasset. Tum quia nobis obscurum esse putavit, id se nequaquam eo consilio facere, ut insigni quodam & primario bono nos spoliaret, quippe qui hos sermones admodum etiam aspernemur: verum quia impietatis confutationes extimescebat, velut in dictionis elegantia, verborumque lenocinio robur habentes, ac non in veritatis cognitione & argumentis; a quibus minus compesci ac reprimi possumus, quam inhiberi ne Deum confiteamur, cum linguam habeamus: quandoquidem ut alia, ita sermonem etiam pro sacrificio offerimus, quemadmodum & corpora, quando res ita natæ fuerint, ut his quoque pro veritatis defensione concertare necesse sit. Quare qui hoc edictum promulgavit, Attice quidem ac concinne loqui nos prohibuit.*

CCXCIV. Quomodo Julianus Attice loqui prohibuit.

Quod autem hic ait Gregorius, vetitos esse Christianos Attice loqui, non sic quidem rude accipias, ut Orientalibus præsertim, penes quos nonnisi Græcus sermo vigebat, ne Græce loquerentur, lege cavisse Julianum existimes: nam cum de his nec verbum quidem in recitato ipsius contineatur edicto, id quoque impossibile penitus videbatur; sed per sermonem Græcum, Atticamque locutionem, illud accepit, quod Græcorum scientias docere Christiani fuissent inhibiti, unde & inferius: *Atque hæc sapiens noster imperator & legislator, qui ut ne tyrannidis suæ quicquam expers esset, verum amentiæ vecordiæque edictum proponeret, in Imperii sui primordio ante res omnes alias, sermones, liberalesque disciplinas tyrannide oppressit.* At quod rursum ait, isthæc ab eo esse statuta Imperii ipsius primordio; ita accipias, ut primo ejus regni anno illud ab eo edictum fuerit promulgatum; qui quidem anno superiore a mense Novembris (ut diximus) inchoatus, in præsentem usque ad eumdem mensem diemque protenditur, unde & secundus cœptus est numerari. Sed quod addit, ante omnia id ab eo fuisse sancitum; hyperbolice ab eo dictum esse, ipsiusmet testificatione, atque aliorum omnium, ut modo patebit, persacile potest intelligi; cum plurima ab illo ante editam eam legem fuisse statuta, æque omnes affirment.

CCXCV. (c) Greg. Naz. orat. in Julianum. Invectiva Gregorii in Julianum deridentem fidem christianorum.

Rursus vero eadem oratione idem Gregorius (c) hæc ipsa refricans, sic in eum invehitur acerbissime: *Unde igitur hoc tibi in mentem venit, homo omnium levissime, & maxime inexplebilis, ut sermones & doctrinæ humanioris studia Christianis auferres? Hoc enim ex eorum numero erat, quæ non in minis posita, sed etiam decreta & promulgata erant. Unde, & qua ex causa? Quis Mercurius Logius (ut ipse dixeris) hoc tibi in mentem induxit? qui Corybantes perversi, & invidi dæmones? Quod si ita placet, hujus quoque rei causam in medium afferemus. Te enim oportebat, cum multa & nefaria flagitia tentasses, huc tandem impelli, atque in te ipsum perspicue incurrere ac devolvi; ut qua re tibi maxime gloriandum existimabas, in eadem imprudens maxime ineptires, stoliditatisque & vecordiæ notam subires. Quæro enim ex te, quid tibi hoc dogmate velis, quaque te ratio moveat, ut litterarum & eloquentiæ studiis nullo exemplo nobis interdicas? Quod si justam aliquam causam proferre visus fueris; dolebimus quidem: cæterum non conqueremur. Quemadmodum enim cum oratione vincere, sic etiam recte vinci ac cedere didicimus.* Hæc ipse eum compellans.

CCXCVI. Julianus quid in christianos jactare soleret.

At quid hisce in rebus soleret Julianus in Christianos deridendo jactare, subdit his verbis: *Nostri sunt sermones*, inquit, *& nostrum Græcari, quippe qui deos quoque colamus; vestra est autem infantia & barbaries: nec quicquam aliud, quam*, Crede, *sapientia vestra est.* At hæc Gregorius insigniter refellit, quæ a Pythagoricis quoque ridenda fuisse demonstrat,

PAGIUS

mentam penetrare non ita facile. Cum tamen Gregorius Presbyter in ejus Vita, & Billius Abbas in Commentario eumdem juxta nostram sententiam interpretati fuerint, non dubito, quin & ipse idem quod Rufinus & Augustinus in literas miserit. Sed plura hac de re Hermantius laudatus.

strat, quorum erat illa præcipua de præceptore sententia: *Ipse dixit*, nihil prætetea quærendum. Cæterum altioris esse præstantiæ Christianorum, *Crede*, egregie probat, utpote non homini, sed Deo, & sic hominibus afflatis divino spiritu fidem habentium; siquidem illi ipsi, totum istud quod credendum proposuerunt, virtutibus declararunt, & signis atque miraculis veritatem plene testari sunt. Sed & pluribus docet, non fuisse a Græcis inventas scientias, verum eas a barbaris, nempe Ægyptiis didicisse, qui consuetudine Judæorum facti sunt eruditi. Versati quoque sunt pluribus in eo argumento antiqui Christiani Theologi, Justinus martyr, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Origenes agens contra Celsum, Tertullianus, Arnobius, Lactantius, & qui post hæc eadem est prosecutus S. Augustinus de Civitate Dei, atque alii plures, qui adversus Gentes texuerunt apologias, quorum superius mentio facta est; Græcosque puerorum ioco habitos tradunt (quod Soloni exprobratum fuit) facta cum Hebræis & Ægyptiis, quos barbaros illi dicebant, collatione.

CC. XCVII. Sic igitur a Juliano promulgato edicto, quo a docendo Christiani doctores arcerentur, nisi diis sese vellent addicere; scholas deseruere, qui publice hactenus professi in Civitatibus essent. De Musonio quidem testatur Eunapius, cum ait (a): *Idem Juliano imperante exclusus a docendi munere, quod Christianus haberetur, cernens Hierophantam tamquam Delphicum tripodem omnibus futura præscire optantibus esse expositum, mira quadam & nova arte cognitionem ejusce rei fraudulenter intercepit*. Hæc ipse. Sed & S. Hieronymus de Proæresio magni nominis philosopho (de quo superius) testatur ipsum occasione ejusdem edicti Athenis publice docere cessasse: nam sic de eo in Chronico: *Proæresius sophista Atheniensis, lege data, ne Christiani liberalium artium doctores essent; cum sibi specialiter Julianus concederet, ut Christianos doceret, scholam sponte deseruit*. Hæc cum dicat ipse; eumdem Proæresium fuisse Christianum, significare videtur: nam quorsum illum scholas ea ex lege deseruisse oportuit, si Ethnicus erat? vel ad quid specialem docendi licentiam eidem a Juliano oportuit impattiri, nisi Christianus fuisset? tamen quicquam tale de illo nec Eunapius res ejus fusius prosecutus, nec alii, quos viderim, scriptorum memoria prodidere. Rursum vero de Mario Victorino nobilissimo oratote, jam Christiano homine, Romæ rhetoricam publice summa cum laude profitente, S. Augustinus tradit, deserere cathedram potius delegisse, quam a Christiana fide deficere, quam prompro animo susceplisset; de ipso enim hæc habet (b): *Sed ubi mihi homo tuus Simplicianus de Victorino ista narravit; exarsi ad imitandum; ad hoc enim & ille narraverat. Postea quam vero & illud addidit, quod Imperatoris Juliani temporibus lege data prohibiti sunt Christiani docere litteraturam & oratoriam; quam legem ille amplexus, loquacem scholam deserere maluit, quam verbum tuum, quo linguas infantium facis disertas (c); non mihi fortior, quam felicior visus est, quia invenit occasionem vacandi tibi*. Hæc Augustinus Christum alloquens de Victorino haud pridem ad fidem converso.

(a) Eunap. Sard. in Vita Philosoph.

Musonius, Proæresius & Marius Victorinus scholas deserunt.

(b) Aug. Confess. lib. 8. cap. 5.

(c) Sap. 10.

CC. XCVIII. Sed quonam modo sublimem ille cervicem humili Christi jugo subjecerit, præstat eodem auctore S. Augustino audire narrante; tantique viri ex deorum cultu, cui addictissimus fuerat, hic recensere conversionis historiam, quam accipiens ipse a S. Simpliciano, magnum inde consecutus est ad Christianam fidem capessendam emolumentum: res quidem dignissima quæ intexatur Annalibus: haud enim diu ante Juliani Imperatoris tempus id contigisse videtur; quod idem S. Augustinus recenset his verbis (d): *Deinde*, inquit, *ut me Simplicianus exhortaretur ad humilitatem Christi, sapientibus absconditam, & revelatam parvulis; Victorinum ipsum recordatus est, quem, Romæ cum esset, familiarissime noverat; deque illo mihi narravit quod non silebo. Habet enim magnam laudem gratiæ tuæ confitendam tibi, quemadmodum ille doctissimus senex, & omnium liberalium doctrinarum peritissimus, quique philosophorum tam multa legerat & dijudicaverat & dilucidaverat, doctor tot nobilium Senatorum, qui etiam ob insigne præclari magisterii, quod Cives hujus mundi eximium putant, statuam in Romano foro meruerat, & acceperat, usque ad illam ætatem venerator idolorum, sacrorumque sacrilegorum particeps, quibus tunc tota fere Romana nobilitas inflata spirabat, populusque etiam omni-*

(d) August. Confess. lib. 8. cap. 2.

PAGIUS XLI. Ad num. CCXCVII. Baronius, ut ostendat, Julianum vetuisse Musonium docere, affert hinc Eunapii locum in Vita Philosophorum: *Idem, Juliano imperante, exclusus a docendi munere, quod Christianus haberetur, cernens Hierophantam tamquam Delphicum tripodem omnibus futura præscire optantibus esse expositum, mira quadam & nova arte cognitionem hujusce rei fraudulenter intercepit*. Verum ille Eunapii locus, non de Musonio, sed de *Proæresio* intelligendus, ut jam Viris doctis observatum; etsi eo loco paulo ante de Musonio jam egerit Eunapius. Quare non tantum ex Hieronymi loco numero præcedenti recitato colligitur, *Proæresium* Christianum fuisse, verum & ex isto Eunapii.

Musonius prohibitus non est docere.

Conversio Marii Victorini.

omnigenum deum monstra, & Anubem latratorem, quæ aliquando contra Neptunum, & Venerem, contraque Minervam tela tonuerat, & a se victis jam Roma supplicabat, quæ iste senex Victorinus tot annos ore terricrepo defensitaverat, non erubuerit esse puer Christi tui, & infans fontis tui, subjecto collo ad humilitatis jugum, & edomita fronte ad Crucis opprobrium. O Domine (a) Domine, qui inclinasti cælos & descendisti, tetigisti montes, & fumigaverunt, quibus modis te insinuasti illi pectori! Legebat (sicut ait Simplicianus) sanctam Scripturam, omnesque Christianas litteras investigabat studiosissime & perscrutabatur. Et dicebat Simpliciano, non palam, sed secretius, & familiarius: Noveris me jam esse Christianum. Et respondebat ille: Non credam, nec deputabo te inter Christianos, nisi in Ecclesia Christi te videro. Ille autem irridebat eum dicens: Ergo ne parietes faciunt Christianos? Et hoc sæpe dicebat, jam se esse Christianum. Et Simplicianus illud sæpe respondebat; & sæpe ab illo parietum irrisio repetebatur. Amicos enim suos verebatur offendere superbos dæmonicolas, quorum ex culmine Babylonicæ dignitatis, quasi ex cedris Libani (b), quas nondum contriverat Dominus, graviter ruituras in se inimicitias arbitrabatur.

(a) Psal. 143.

(b) Psal. 28.

CC. XCIX. *Sed posteaquam legendo, & inhiando hausit firmitatem, timuitque negari a Christo coram Angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri (c); reusque sibi magni criminis apparuit, erubescendo de sacramentis humilitatis verbi Dei, & non erubescendo de sacris sacrilegis superborum dæmoniorum, quæ imitator superbus acceperat; depuduit vanitati, & erubuit veritati; subitoque, & inopinatus ait Simpliciano (ut ipse narrabat:) Eamus in Ecclesiam, Christianus volo fieri. At ille non capiens præ lætitia, perrexit cum eo. Ubi autem imbutus est primis instructionum sacramentis; non multo post etiam nomen dedit, ut per baptismum regeneraretur, mirante Roma, gaudente Ecclesia. Superbi (d) videbant & irascebantur, dentibus suis stridebant & tabescebant: Servo autem suo Dominus Deus erat spes ejus, & non respiciebat in vanitates (e) & insanias mendaces. Denique ut ventum est ad horam profitendæ fidei, quæ verbis certis conceptis retentisque memoriter de loco eminentiore in conspectu populi fidelis Romæ reddi solet ab eis, qui accessuri sunt ad gratiam tuam, oblatum esse dicebat Victorino a presbyteris, ut secretius redderet; sicut nonnullis qui verecundia trepidaturi videbantur, offerri mos erat. Illum autem maluisse salutem suam in conspectu sanctæ multitudinis profiteri. Non enim erat salus quam docebat in rhetorica, & tamen eam publice professus erat. Quanto minus ergo vereri debuit mansuetum gregem tuum, pronuncians verbum tuum, qui non verebatur in verbis suis turbas insanorum? Itaque ubi ascendit, ut redderet; omnes sibimet invicem, quisque ut eum noverat, instrepuerunt nomen ejus strepitu congratulationis: quis autem ibi non eum noverat? Et sonuit presso sonitu per ora cunctorum collætantium:* Victorinus, Victorinus. *Cito sonuerunt exultatione, quia videbant eum; & cito siluerunt intentione, ut audirent eum. Pronunciavit ille fidem veracem præclara fiducia; & volebant eum omnes rapere intra in cor suum; & rapiebant amando & gaudendo; hæ rapientium manus erant.* Hactenus de Victorini conversione Augustinus; cujus exemplo, ut ipse de se fatetur, exarsit ardore fidei consequendæ.

(c) Matth. 10.

(d) Psal. 111.

(e) Psal. 39.

Victorini nobilis fidei confessio.

CCC. Sic igitur Victorinus, tanta animi magnitudine, refragante licet magna Senatus populique Romani parte, Christianam religionem semel ampleaus, eam vehementioribus in dies studiis coluit & illustravit; atque adeo ut maluerit (ut dictum est) se abdicando, a docentium cathedris cum professoribus Christianis, Juliani edicto promulgato, e sublimique loco descendere, & inter humiles profiteri, quam ad Imperatoris & Præfectorum gratiam sibi conciliandam, inter Gentiles adnumerari. Post hæc autem quamdiu ipse vixerit, incertum est: cum vero decrepitæ jam senectutis hoc tempore esset, haud multum temporis posthæc potuit esse superstes: nam in extrema cum senectute factum esse Christianum, Sanctus Hieronymus tradit, cum ejus lucubrationes recenset his verbis (f): *Victorinus natione Afer Romæ sub Constantino Principe rhetoricam docuit; & in extrema senectute Christi se tradens de fidei scripsit adversus Arianos, libros more dialectico valde obscuros, qui ab eruditis modo intelliguntur, & commentarios in Apostolum.* Hæc Hieronymus, qui & de ejus commentariis in Epistolas Pauli cum meminit, haud adeo feliciter id eum assecutum tradit; quippe qui litteris philosophicis atque aliis humanioribus assuetus, in eisdemque semper ad senectutem usque detentus, res Christianæ religionis provecta nimis ætate attigit; de quo hæc idem auctor (g):

(f) Hieron. de Script. Eccles. in Victorino.

Victorini lucubrationes.

(g) Hieron. in præm. comment. in epist. Pauli ad Gal.

CCCI. *Non quia ignorem, Cajum Marium Victorinum, qui Romæ pueros rhetoricam docuit, edidisse commentarios in Apostolum; sed quod occupatus ille eruditione secularium litterarum, scripturas omnino sanctas ignoraverit; & nemo possit quamvis eloquens, de eo bene disputare, quod nesciat.* Hæc ipse; qui in Chronico de eodem testatur, tanta floruisse claritudine, ut ex Senatusconsulto (quod dictum est) donari meruerit statua, in foro Trajani

honoris causa collocata. Meminit ejusdem idem S. Hieronymas, cum sugillat Jovinianum hæresiarcham dicentem, virginem idem esse, quod nuptam: *Si id ipsum*, inquit, *virgo putatur & nupta; cur piaculum vocis hujus Romæ Victorinus audire non potuit? Virgo a viro, non vir a virgine generatur*. Scripsisse autem ipsum libros illos qaatuor de Trinitate, vivente Constantio, certum ex iisdem deducitur argamentum, dum agens de Nicæno Concilio ait (*a*): *Probatum illud ab Imperatore Imperatoris nostri patre*. Quin idem superius cum item agit de eodem Nicæno Concilio, celebratum ait (*b*) ante qaadragesimam annum; quem annorum numerum si quis velit ad exactum referre calculum; dicendum esset, ipsam nonnisi post duos sequentes annos, nempe Domini anno sexagesimo qainto post trecentesimum eos scripsisse, quo expletur numerus ille quadragenarius a dicto Nicæno Concilio. Quamobrem sic ipse expressisse numerum illum intelligi posse videtar, non at ea obiter tractans certum voluerit annorum numerum consignasse, sed qaod post tertium annorum denarium quartus jam volveretur. Extant ejus viri hymni tres, & de Homousio recipiendo lucobratiuncula, necnon exametrum carmen de Machabæis, eadem omnia samma cum eruditione pietatem redolentia. Nec præterimus (quando de ejus scriptis est sermo) testari S. Augustinum, eumdem Victorinam complures Platonicorum libros Latinitate donasse, quos se legisse tradit (*c*). Sed revertamur ad Julianum, unde occasione promulgati adversus Christianos litteraram professores edicti, ad Victorinum digressi sumus.

(*a*) *Victorin. de Trinit. lib. 2.*

(*b*) *Idem de Trinit. lib. 1.*

(*c*) *August. Confess. lib. 8. cap. 2.*

CCCII. Julianus imitari conatus res Christianorum.

Mira qaidem impii hominis procacia fuit, quæ imperii conjuncta viribus nihil intentatam voluit reliquisse; qui enim temerario ausa a scientiarum professione Christianos ejecit; idem impudenter, qui optima ratione a majoribus institati, & posteris traditi essent ritus Christianæ religionis & mores, in Ethnicismum transferre conatus est; nec erubuit imitari re ipsa, qaos probris, & ignominia affectos, ut infames, exagitabat. Quænam aatem faerint, in quibus Christianos voluit sequi, Gregorius Nazianzenus in primis docet his verbis (*d*): *Cum doctrinam nostram dogmatibus quidem & supernis testimoniis magnam esse perspiceret, eamdemque veterem & novam, veterem vaticiniis ac sublucentibus Divinitatis notionibus, novam posteriori Dei adventu ac præsentia, iisque miraculis, quæ tum ex ea, tum circa eam designata sunt; cæterum majorem atque insigniorem ob eas Ecclesiæ figuras, quas traditione acceptas in hanc usque diem servavimus. Ut ne hoc quidem ipsius malitiæ expers maneret, quid comminiscitur? quid facit? Rapsacem illum Assyrium imitatur* (*e*): qui ad reducendum in servitutem Hebræos, Hebræo voluit uti sermone, non Syro paucis illorum noto: *Idem igitur*, inqait, *hic quoque cogitans, scholas in omnibus Civitatibus extruere parabat, & sacraria, sedesque partim altiores, partim depressiores: profanorum etiam dogmatum lectiones & explicationes instituere, tam quæ mores componerent, quam quæ in rerum abstrusiorum tractatione versarentur: tum precationum alternatim canendarum formam, & rationis, qua in eos qui peccarent, pro delicti modo animadverteretur, atque omnia quæ nostræ plane disciplinæ sunt. Constituebat etiam diversoria ædificare, ac domos excipiendis hospitibus dicatas, necnon monasteria, & virginum cœnobia; simulque humanitatem erga pauperes, beneficentiamque adjungere, cum cæteram, tum eam quæ in epistolaribus tesseris consistit, quibus eos, qui inopia premuntur, ex gente ad gentem transmittimus; quæ videlicet in nostris rebus, vel in primis suspexerat. Atque hæc quidem in animo habebat novus iste dogmatum auctor, & sophista*.

(*d*) *Greg. Naz. orat. 3. in Julianum.*

(*e*) *3. Reg. 18. Isaia 36.*

CCCIII. Res Christianorum superant humanum captum.

Perficere tamen Julianus ea omnia haad valait, licet summo studio pertentarit; ut ejus litteræ ad Arsacem Pontificem scriptæ testantur, quas paulo post ex Sozomeno describemus. Cur autem diu animo revoluta, magnoque consilio agitata minime ad optatum perduxerit exitum; non tam quidem accidit, quia citius ex hac vita abreptas est, & ob eam causam illa sicut alia quæ in Christianos excogitaverat, prosequi minime valuit; sed potius id evenisse, qaod cærimoniæ, ritas, mores, traditionesque Christianæ religionis, ejusmodi sint, quæ Deum auctorem habeant, & sine Dei ope haud valeant consummari, idem Gregorius pluribas differit: *Quippe qui*, inquit, *hujusmodi ritus, præscriptiones, & cærimoniæ Christianis bellissime congruunt, talesque sint, ut nullus eorum qui vestigiis nostris insistere cupiunt, eas æmulari possit: quandoquidem non tam humanis ingeniis atque inventionibus, quam vi divina, temporisque firmitate vigorem obtinuerunt*. Quamobrem idem existimatum est, Jalianum res nostras imitari, ac simiam hominem agere, quippe quæ careat ratione, optima hominis parte; sic plane visus est nostra reddendo, ac tamquam in scœna repræsentando, interiori illa carens sapientia, qua res nostræ divinitus, non autem humana industria institutæ sabsistant. Hæc & alia Gregorius de his pluribus agens.

CCCIV. Unde autem ejusmodi cupido animum incesserit Juliani, ut qaos odisset, imitari instituerit Christianos, Sozomenas sic ape-

(a) Sozom. lib. 5. c. 20. aperit (*a*): *Imperator cum jampridem studeret, ut religio Gentilis per universum Imperium pervaderet; iniquo animo tulit, cum videret eam religioni Christianæ laude & hominum approbatione inferiorem esse. Nam etsi delubra patefacta fuere, & sacrificia atque dies festi patrii Gentilium in singulis urbibus sibi ex sententia procedere videbantur; tamen discruciabatur animo, cum secum cogitaret, si ejus conatus viderentur, fore ut ista omnia brevi commutarentur. Maxime autem omnium eum angebat, quod audiret, uxores etiam, liberos, & servos multorum sacerdotum fidem Christi profiteri. At vero cum existimaret religionem Christianam maximam ex vita & moribus eorum, qui eam sequebantur commendationem consecutam; instituit animo, delubra Gentilium tum apparatu, tum ordine Christianæ religionis adornare.* Hæc Sozomenus, quæ ante descripta, modo ex Gregorio Nazianzeno retulimus:
(b) Greg. Naz. orat. 3. in Julianum. idemque ipse inferius sic ait de ejusdem in his componendis inani studio Juliani (*b*):

CCCV. Frustra Julianus imitari tentat res Christianorum. *Sit igitur theatrum paratum (nam quo alio nomine templum suum vocari jubeant, nescio) præcones clament, & populus confluat, sublimioribus locis sedeant, vel qui ætate & canicie eximiaque functionis dignitate præcellunt, vel qui generis splendore & gloria conspicui sunt, ac sapientia humi texta, plusque voluptatis habent, quam veræ pietatis (hoc enim propter eos faciemus) quid deinde agent? Ipsi suos Antistites describant: purpura eos ornabit, & vitta & floridæ atque egregia coronæ; quandoquidem plerisque in rebus gravitatem splendoremque ab eis affectari sensi, idque studiose curari, ut supra privatos emineant; tamquam videlicet id quod commune & plebejum est, facile in contemptum veniat; quod autem elatum est, fastusque plenum atque assecutu difficile, fidem & auctoritatem habeat. An hi quoque ad nos usque se dejicient, sublimitatemque non tam in gestu ac rerum specie, quam in moribus sibi convenire, nostri instar existimabunt? Nos enim quid externe appareat ac depingatur, parum nostra referre arbitramur; verum circa internum hominem enixius laboramus; spectatoremque ad ea quæ animo & intellectu percipiuntur, retrahere conamur, ex eoque vulgus magis erudimus.* Hæc Gregorius, plane significans licuisse Juliano exteriorem Christianorum in templo cultum atque splendorem imitari: mores vero, quibus interiora exterioribus egregie respondebant, nequaquam assequi valuisse; atque perinde ac sine anima corpus, non hominis, sed cadaveris dignum est nomine; ita repræsentata ab illo nostra, visa fuisse cadaver exanime.

CCCVI. Quanto autem studio in his Julianus invigilarit, epistola ab ipso scripta ad Arsacium in Galatia Gentilicie superstitionis Pontificem locuples testis est; quam Sozomenus cum Græce conscriptam recitet (c) Sozom. l. 5. c. 15. (*c*), eadem sic Latine edita exstat:

Juliani epistola ad Arsacium Pontificem Galatiæ. *Quod quidem nondum religio Gentilium ex nostra procedat sententia, impedimento sunt hi, qui eam profitentur. Quæ autem a diis nobis donata sunt, ea splendida sunt, magna sunt, excellentiora sunt, quam quæ omnino vel optari, vel sperari poterant. Nam in tam exiguo temporis spatio (sit quidem Nemesis nostris verbis propitia) tantam ac talem rerum mutationem paulo ante ne optare quidem quisquam audebat. Sed quid est causæ, cur in hisce, perinde ac si nihil amplius opus esset, conquiescamus, ac non potius convertamus oculos ad ea, quibus impia Christianorum religio creverit, id est ad benignitatem in peregrinos, ad curam ab illis in mortuis sepeliendis positam, & ad sanctimoniam vitæ, quam simulant? quorum singula a nobis vere exequenda esse censeo.* Exhortatio Juliani ad bonos mores. *Neque satis est istud solum institutum sancte observari; sed velim omnes nostros sacerdotes omnino, qui Galatiam incolunt, vel minis impellas, vel ratione persuadeas, ut sint honesti; vel sacerdotali ministerio abdices, si non una cum uxoribus, liberis, & famulis, diis colendis sedulo animo attendant; & ne patiantur, servos aut filios, aut conjuges Galilæorum impie in deos se gerere, & impietatem pietati præponere. Deinde sacerdotem quemque hortare, ne accedat ad spectacula, neve in taberna bibat, neu artem aliquam aut opificium turpe infameve exerceat. Et qui tibi in his rebus morem gerant, eis honorem tribuito; qui autem resistunt, expellito. Porro xenodochia multa in singulis civitatibus extruito, ut peregrini nostra benignitate fruantur, neque solum hi qui nostram colunt religionem, sed & alii quoque, si pecuniarum indigeant. At ratio, qua res tibi ad hoc institutum necessariæ abunde suppetant, a me interim excogitata est. Nam triginta millia modiorum tritici in tota Galatia, & sexaginta millia sextariorum vini in singulos annos dari jussit. Quorum quintam partem in pauperes, qui sacerdotibus inserviunt, insumendam esse mando; quod reliquum est, peregrinis & mendicantibus sublevandis distribuendum. Nam turpe profecto est, cum nemo ex Judæis mendicet, & impii Galilæi non suos modo, sed nostros quoque alant; ut nostri auxilio, quod a nobis ferri ipsis debeat, destituti videantur.*

Quare doceto Gentiles in hujusmodi ministeria pecunias conferre, & pagos Gentilium ex fructibus diis offerre primitias; Refusæ Eleemosinæ Christianorum. *& ejusmodi beneficentiæ officiis assuefacito; planumque illis facito, hoc nostrum*

olim

olim maaus fuisse. Nam Homerus *Eumaum sic loquentem facit:*

Hospes si nostris succederet advena tectis
Vilior; acciperem placide. Suat divee e-
gen(sque
A Jove. Parva mea est (fateor) sed gra-
ta facultas.

ne hæc Christianis accepta ferret Julianus, ex Homero sibi vendicat. Sed subdit:

CCCVII. *Neque igitur permittamus, alios nostrorum imitatione bonorum nobis laudem præripere, at ipsi propter socordiam turpitudine & infamia afficiamur; immo potiue ne pietatem erga deos penitus prodere videamur. Quod si te ista sedulo obire accepero, maxima sane lætitia gestiam. Præsides domi raro invisas; sed scribas ad eos litterae sæpissime. Ingredientibus illee in urbem, nemo sacerdos obviam prodeat, nisi quanda ad templa deorum accedunt, solam iatra vestibula. Eos intrantes nullus miles præcedat: sequatur autem qui vult. Nam simul ut ingredietar limen delubri, privati personam induit; siquidem ipse, ut nosti, bis qui intus sunt, praes, propterea quod diviaa lex istad postulat. Et qui tibi parent, sunt re vera pii; qui autem præ arrogantia resistant, ostentatores sunt, & inanis gloriæ appetentes. Pessinunti opem ferre paratus sum, dummodo Matrem Deorum sibi propitiam reddant. At si eam contemnaat, non modo culpæ affines eruat, verum etiam (quod dictu acerbius est) in gravissimam apud nos offensionem iacurrent:*

Nam scelus iafandum est, dextram præ-
stare benignam
Illis qui superis indicunt bella beatis.

Persuade igitur illis, at si a me curam de se suscipe cupiant, omnes una se deorum Matri supplices præbeant. Hacteaus Juliani epistola ad Arsacem, sed considera ex his demum, accurate lector, quam deteriores Juliano Apostata exhibeant se ipsos recentiores apostatæ, antiquorum Ecclesiæ morum contemptores; dum & despiciant atque subsannant, quæ invidi hostis oculis sunt visa pulcherrima, atque omni acceptatione dignissima.

Ad postremum post alias receasitas ineptias insulsi legislatoris, vani philosophi, & impii Imperatoris a Gentilibus scriptoribus etiam condemnati, addamus his vanitatem illam, quam etiam lege sancire non puduit, cum statuit, ut liberum esset uxoribus maritos dimittere. CCCVIII. Est de his mentio apud S. Augustinum, ubi auctor ait (a): *Ante Juliani edictum, mulieres viros suos dimittere nequibant, accepta autem potestate, cœperunt facere, quod prius facere non poterant; cœperunt enim viros suos libenter dimittere.* Et inferius: *Hec enim in Urbe Roma & finibus ejus (quæ sacratissima appellatur) licet mulieribus viros suos dimittere, cum cautum sit lege divina, at ne viri quidem hac potestate uterentur, excepta fornicationis causa. Ecce hac in re meliores sunt Barbari, &c.* Hæc auctor; & si non Augustinus, certe Juliani æqualis, ut qui ibi numeret annos trecentos & circiter (ut ait) a tempore cladis Hierosolymitanæ in illum diem. Audisti portentum, quo una illa lege infanus homo, ea indulgens mulierum levitati, universos homines sub Romano Imperio constitutos illis subjecit.

(a) Apud Aug. in quæst. ex utroque mixt. quæst. 115. & 144.

CCCIX. Hoc insuper anno (ut tandem finem eidem imponamus) mense Decembris, quæ supererant Nicomediæ e priori terræmotus clade, eodem reciprocante impulsu terræ prostrata sunt; quo & Nicæam haud mediocriter fuisse concussam, Ammianus (b) affirmat; tristiaque hæc ait auspicia præcessisse Persicam, in quam incumbebat Julianus, expeditionem. Vix credi potest, quot cladibus hoc anno fuerit Oriens afflictatus, cum Julianus instaret conciliare sibi numina hecatombis. Nicomediam vero ab eo valde amatam Themistius tradit in sua oratione.

(b) Ammi lib. 22.

Se-

JESU CHRISTI ANNUS 363.	LIBERII PAP. ANNUS 12.	JULIANI IMP. ANNUS 2.

3. SEquens Domini annus trecentesimus sexagesimustertius, quo Juliani annus secundus cœptus mense Novembris anni superioris, pariter perseverans, ipsius morte interceptus haud valuit consummari, Consulatu ejusdem quarto, atque Sallustii, Fastis adscribitur: *Videbatur novum* (inquit Ammianus *a*) *adjunctum esse in Consulatu Augusto privatum hominem, quod post Diocletianum & Aristobulum nullus meminerat gestum.* Cæterum quantæ æstimationis Sallustius iste apud eum esset, non tantum collata illi Galliarum præfectura declarat, sed & ipsiusmet Juliani testificatione in epistola ad Oribasium satis perspectum habetur, cum ait: (*b*): *Utinam dii Sallustium virum probum nobis concedant: Ac si propterea successor nobis dabitur, nihil erit, ut spero, molestum.* Hæc ipse: Porro creatus est Consul ipse Sallustius hoc anno, cum ageret Præfectum in Galliis, unde & scripsit ad Julianum proficiscentem in Persas, eumque per litteras obtestatus est, ne expeditionem illam maturaret, nondum pace numinum exorata, quod & Ammianus testatur (*c*):

(a) Amm. lib. 23.

Consul Sallustius quantæ æstimationis.

(b) Jul. epist. ad Oribasium.

(c) Amm. lib. 23.

II. *Qui autem hoc anno Sallustium creavit Consulem Julianus* (idem inquit auctor) (*d*) *Apronianum Romæ decrevit esse Præfectum, Octavianum Proconsulem Africæ, Venusto Vicario commisit Hispanias, & Ruffinum Aradium Comitem Orientis in locum avunculi sui Juliani recens defuncti provexit. Quibus, ut convenerat, ordinatis, terrebatur omine quodam, ut docuit exitus, præsentissimo. Felice enim largitionum Comite profluvio sanguinis repente extincto, eumque Comite Juliano secuto; vulgus publicos contuens titulos, Felicem Julianum Augustumque pronunciabat. Præcesserat illud sævum. Namque Kalendis ipsis Januariis, ascendente eo gradile Genii templi, e sacerdotum consortio quidam ca-*

(d) Idem ibidem.

Omina de futuro interitu.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5856.

SÆC. IV. ☉ 8. E. ☽ 3. P. 10. April. Indict. 6.

Olymp. 285. an. 3. secundum Baronium. JESU CHRISTI 363.

Olymp. 285. LIBERII PAPÆ 12.

Anno Urbis 1116. JOVIANI IMP. I.

A.C. 363.

I. [1] AD num. I. Coss. *Julianus Aug. IV. & Sallustius.* De Sallustio actum anno superiori num. XXXI. & seqq. Juliani Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam: eum enim Imperii Cæsarei *Decennalia* exhibuisse monstrant varia ejus Numismata a Mediobarbo recitata, in quorum postica legitur: VOTIS X. MULT. XX. Quæ formula in Decennalibus in Nummis per hæc tempora de more sculpta. Hæc autem solennia anno uno anticipata sunt; cum Quinquennalia anno CCCLX. dederit. Julianus antequam in Persas moveret, hæc Decennalia Vota emisisse videtur, ut Deos suos magis sibi propitios faceret. Horum Decennalium præbet indicium, quod scribit Ammianus initio libri 23. Et

Coss. & Decennalia Juliani.

NOTÆ [1] COss. *Julianus Aug. IV. & Sallustius.* Relandus habet: *Secundus Sallustius:* Lapis Grute-rianus, pag. MXXIII. ubi *Julianus* IMP. VII. COS. IIII. Fabrettus, pag. 123. n. 281.

DEP. IIII. KAL. JUN. DORMIT...
D. N. CL. JULIANI. AUG. IIII.
ET. FL. SALLUSTII. CON.

Ex hac inscriptione prænomen Sallustii *Flavius* erit: Fabrettus item pag. 237. & 740.

DEP. X. KAL. SEPT.
JULIANO. AUG. IIII. ET. SALLUSTIO.

Fragmentum item veteris lapidis Romæ in pavimento Ecclesiæ SS. Silvestri & Martini tit. Equitis.

DEP. III. NON. FEBR.
..... AUG. IIII. ET FL. SALLUSTIO. CONSS.

Supplendum esse ante Augusti titulum, *Juliani* nomen quisque videt.

De his Ammianus, lib. XXIII. in princip. *Julianus vero jam ter consule, ascito in collegio trabea Sallustio præfecto per Gallias, quater ipse inierat amplissimum Magistratum.* Ausonius in Professoribus Burdegalensibus, de Latino Alcimo Alethio Rhetore:

Sallustio plus conferent libri tui, Quam Consulatus addidit. De eo item Theodoretus lib. III. Cap. X3. Decennalia hoc anno a *Juliano* celebrata fuisse, putat Pagius; sed ejus conjecturas refellit Bandorius in nummis Juliani, tom. II. pag. 429. Fasti Idatii: *Juliano IV. & Salustio:* Prosperi Chronicon: *Juliano III. & Salustio.* Laterculus Paschalis in fine Gennadii: JULIANO IIII. ET. SALLUSTIO.

cæteris diuturnior, nullo pulsante, repente concidit, animamque insperato casu efflavit; quod instantes (incertum per imperitiam, an adulandi cupiditate) memorabant Consulum seniori portendi, nimirum Sallustio; & ut apparuit, non ætati, sed potestati majori interitum propinquare monstrabatur. His territamentis exagitatus Julianus præsentem auspicatus est annum, cruciatus mirum in modum iis quibus intentus erat auspiciis.

Super his (idem subdit Ammianus) *alia quoque minora signa subinde, quod acciderat, ostendebant. Inter ipsa enim exordia procinctus Parthici disponendi, nunciatum est, Constantinopolim terræ pulsu vibratam; quod horum periti minus lætum esse pronunciabant aliena pervadere molienti Rectori. Ideoque intempestivo conatu desistere suadebant; ita demum hæc & similia contemni oportere firmantes, cum irruentibus armis externis, lex una sit & perpetua, salutem omni ratione defendere, nihil renitente vi moris.*

III. *Sed quid his funestum est additum? iisdem diebus*, inquit, *nunciatum est ei per litteras, Romæ super hoc bello libros Sibyllæ consultos (ut jusserat) Imperatorem eo anno discedere a limitibus suis, aperto prohibuisse responso.* Sed ex quibus foliis Juliano malum prænunciatum est; Apollinis ipsius, ex quo omnis divinatio hauriri solita, clades atque ruina, & oraculorum Sibyllinorum futura, nisi mox fuisset occursum, conflagratio minime prænosci valuit & anteverti. *Nam*, ut idem Ammianus affirmat, *quatuordecimo Kalend. Apriles, noctu Palatini Apollinis templum præfecturam regente Aproniano, in urbe conflagravit æterna; ubi ni multiplex juvisset auxilium, etiam Cumana carmina consumpserat magnitudo flammarum.* Porro asservari potuerunt ipsa oracula Sibyllina usque ad Honorii Augusti Imperium quando (ut suo loco dicturi sumus) auctore Stilicone igni tradita sunt.

Conflagratio Apollinis Palatini.

IV. Sed quæ ab Aproniano Urbis præfecto his temporibus ibidem gesta sint, idem Ammianus sic narrat (a): *Dum hæc in Oriente volubiles fatorum explicant sortes; Apronianus regens urbem æternam, Judex integer & severus, inter curarum præcipua, quibus hæc præfectura sæpe sollicitatur, id primum opera curabat enixa, ut veneficos, qui tunc crescebant*, captos, postque agitatas quæstiones, nocuisse quibusdam, apertissime confutatos, indicatis consciis, morte mulctaret; atque ita paucorum discrimine, reliquos, si qui laterent, formidine parium exturbaret. Hæc egisse ideo efficacius, fertur, quod Juliani promotus arbitrio, agentis etiam tum per Syrias, in itinere unum amiserat oculum; suspicatusque artibus se nefariis appetitum, justo quidem, sed inusitato dolore, hæc & alia magna quæritabat industria; unde quibusdam atrox visus est, in amphitheatrali curriculo undatim coeunte aliquoties plebe, causas dispiciens criminum maximorum. Deinde post hujusmodi vindicata complura, Hilarium aurigam convictum atque confessum, vix dum pubescentem filium suum venefico tradidisse docendum secretiora quædam legibus interdicta, ut nullo conscio adminiculis juvaretur internis, capitali animadversione damnavit. Qui, laxius retinente carnifice, subito lapsus, confugit ad ritus Christiani sacrarium; extractusque inde illico, abscissa cervice consumptus est. Verum hæc similiaque tum etiam ut coercenda mox cavebantur; & nulli, vel admodum pauci in his versati flagitiis vigori publico insultarunt; sed tempore secuto longæva impunitas nutrivit immania, usque eo grassante licentia, ut imitatus Hilarium quidam Senator, servumque suum modo non per syngrapham arcanis piacularibus imbuendum commisisse doctori malarum artium confutatus, supplicium redimeret opima mercede, ut crebrior fama vulgarat, &c.* Hæc Ammianus de Aproniano in magos sæviente; quo titulo Præfectos agere in Christianos consuevisse ob invidiam decori nominis martyrii, satis superius dictum est; ut dubium minime sit, ea inquisitione magorum, accusantibus eo nomine Christianos ex more Gentilibus, ex eis quamplurimos causam dicere jussos esse, atque diversis pœnis affectos.

(a) Amm. lib. 26.

Aproniani Præfecti res gestæ Romæ.

* rarescebant.

V. Hujus quoque anni primordiis immensum Juliani conatum de restituendo Hierosolymorum templo a Tito diruto, idem Ammianus describit his verbis (b): *Licet*

(b) Amm. lib. 23.

PAGIUS *Et videbatur novum, adjunctum esse Augusto privatum, quod post Diocletianum & Aristobulum nullus meminerat gestum.* Novitates enim plerumque annis hujusmodi festivitatibus addictis introductæ. Ammianus tamen memoria labitur, vel potius locus corruptus est: *Maximianus* enim *Herculius* Augustus secundum Consulatum Januario Collega gessit anno CCLXXXVIII. qui Consulatus quartus est a Consulatu Diocletiani & Aristobuli. Hujus festivitatis occasione persecutio adversus Christianos aucta fuit.

II. Ad num. V. & seqq. Philostorgius lib. 7. num. 14. pluribus agit de Hierosolymitani Templi sub Juliano restitutione, quæ magna ex parte Nicephorus exscripsit. *Julianus*, inquit Philostorgius, *cum urbem Hierosolyma instaurari jussisset, eo consilio, ut Domini nostri de illa prædictiones irritas esse convinceret, prorsus contrarium iis quæ moliebatur, effecit*, &c. Hæc etiam reædificatio Decennalium Juliani signum. Annia enim hujusmodi festis destinatis Templa, urbes, aliaque publica monumenta de more constructa, non est cur ulterius moneamus.

Reædificatio Templi Hierosolymitani.

Julianus restituendum curat templum Hierosolymitanum.

cet accidentium varietatem solicita mente præcipiens, multiplicatos expeditionis apparatus flagranti studio perurgeret; diligentiæ tamen ubique diffidens, Imperiique sui memoriam magnitudine operum gestiens propagare; ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa & internecina certamina obsidente Vespasiano, postea Tito, ægre est oppugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis; negotiumque maturandum Alipio dederat Antiochensi, qui olim Britannias curaverat pro Præfectis. Hæc quidem de causa iterum excitandi templi cum Ammianus recenseat, haud veritatis scopum collimasse penitus visus est. Nec sane studium erga Judæos ad hoc ipsum Apostatam impulit, quorum doctrinam, patriamque religionem, æque ac Christianorum cultum editis (ut dicemus) commentariis exagitavit: Verum illa causa potissima intercessit; ut sic adversus Christianam religionem veluti munitionem ædificans, ac Judæos superexaltans, eam penitus sterneret.

VI. Julianus in Christianos immittit Judæos.

Quanti enim esset momenti, tales in Christianos hostes immittere; quæ illi sponte egerant, relaxatis tantum ab ipso Juliano licentiæ habenis, satis perspicuum specimen nuper dederant, cum acrius quam Gentiles ipsi sævissent in Christianos; quorum quidem immanium scelerum exciderint licet Acta; quæ tamen S. Ambrosius paucis perstringit verbis ad Theodosium scribens (a), haud obscure significant, cum ait: *At certe, si jure gentium agerem, dicerem quantas Ecclesiæ basilicas Judæi tempore Imperii Juliani incenderint: duas Damasci, quarum una vix reparata est, sed Ecclesiæ non Synagogæ impendiis; altera basilica informibus horret ruinis. Incensæ sunt basilicæ Gazis, Ascalone, Berythi, & illis fere locis omnibus; & vindictam nemo quæsivit. Incensa est basilica & Alexandriæ a Gentilibus, & a Judæis, quæ sola præstabat cæteris.* Hæc Ambrosius. Porro Berythi Ecclesiam incensam fuisse a Magno Comite, Petrus Alexandrinus tradit (b).

(a) Ambros. epist. 28.

(b) Apud Theod. lib. 4. cap. 20.

VII. S. Joannes Chrysostomus hæc eadem tempora revocat in mentem, dum de Judæis agens sic ait (c): *Nemo vestrum ignorat, memoria nostra, quando Julianus, qui omnes homines impietate superavit, contra Christianos sæviret, quo modo plerique ex Judæis Gentibus adhærebant, & cultum idolorum præferebant. Quare si aliquo modo modestius nunc degere videntur, formidine Principum id simulant; quæ si nulla esset, crudeliora quam antea umquam facere auderent, cum omni pravitate atque malitia priscos nimium antecedant: maleficas artes atque magicas, petulantiam, audaciam, cæteraque vitia supra modum colentes; & quamvis tanto freno coerceantur, sæpenumero tamen in Principes conspirarunt, & in extremas inde calamitates inciderunt.* Hæc Chrysostomus qui & in destructione templorum prodigia quædam magna accidisse testatur (d), licet ea (quod obiter illa tractaret) quænam fuerint, minime recensuerit. Hac igitur una ex causa Julianus erga Judæos, quos ut diis Gentium adversarios oderat, visus est, aut videri voluit esse propensior. Ad quos officii plenam ejusmodi tunc dedit epistolam (e), quam Græce scriptam, Latine redditam hic describemus: meminit namque hujus epistolæ Sozomenus, (f) dum ait: *Scripsit ad populum Judaicum, ut pro se suoque regno preces funderent:* Epistola autem sic se habet:

(c) Chrysost. hom. 44. in Matth.

(d) Chrysost. in Act. hom. 4.

(e) Extat inter epist. Jul. ep. 25.

(f) Sozom. lib. 5. c. 22.

VIII. Litteræ Juliani ad Judæos.

*Julianus Judæorum Reipublicæ. Superiora tempora non tam vobis ob servitutem molesta fuere, quam quod tabulis injussu Principis emissis obnoxii essetis, immensumque aurum in ærarium inferretis. Quarum ego magna ex parte meis vidi oculis, tum multo magis ex ipsis tabellis, quæ contra vos asservabantur, perspexi: quin & paratum jam iterum contra vos vectigal prohibui, & impietatem haud detestabilem compressi, tabulasque incendi, quæ in meis scriniis ad vos opprimendos custodiebantur; ut nemini liceat deinceps tantæ impietatis rumorem in vos spargere. Neque sane harum injuriarum causa Constantio fratri, viro memorabili, potius tribuenda videatur, quam nonnullis omnino barbaris, & mente impiis, qui ejus mensa utebantur; quos ego manibus meis arreptos, atque in foveam conjectos perdidi, ut ne memoria quidem ulla de eorum interitu apud nos supersit. Ego vero cum longe majoribus beneficiis vos ornare vellem, fratrem Julium * Patriarcham omni observantia dignum hortatus sum, ut & tributum quod vobis imperatum dicebatur, prohibeat, & nemini in posterum liceat vectigalia ejusmodi a vobis exigere; quo summa vobis securitas, & otium sit in meo regno, & majori studio pro meo regno vota faciatis Deo optimo & opifici, qui mihi dignatus est suis purissimis manibus coronam imponere.*

* Illem.

IX. Fallax jactantia Juliani.

Solent namque qui solicitudine aliqua premuntur, mente constringi, neque tam confidenter manum ad Deum orandum tollere. At qui curæ penitus vacui sunt, tota mente gaudent, & pro regno supplices manus ad Deum maximum porrigunt, in qua situm est, ut regnum nostrum in optimo statu versetur, sicut optamus. Id vos in primis curare atque contendere debetis; quo & ipse, bello Persico ex animi sententia gesto, sanctam urbem Hierusalem, quam multos jam annos habitatam videre desideratis, meis laboribus refectam incolam, & una vobiscum in ea optimo Deo gratias agam. Hactenus epistola Juliani, in qua videas hominem tanquam novum Proteum novam induere for-

Julianus novus Proteus.

formam: Nam qui in omnibus fere literis suis non unum Deum, sed plures invocat, prædicat, & extollit; nunc quod sciat se cum Judæis rem agere, quorum in unius numinis cultu versetur religio, unius tantum Dei optimi maximi habuit mentionem, ut pene videatur Judæis factus esse Judæus. Sed ad constructionem templi revocemus orationem, atque ex Ammiano primum petamus auctoritatem; non quidem quod Ethnici auctoris fides nostrorum testificationi sit præferenda, illorum potissimum, qui his viventes temporibus spectata sanctitate erant: sed ut etiam ex hostibus testatis his redditis, nulla vel hostibus possit dubitatio exoriri. Subdit igitur nuper recitatis hæc Ammianus (a): *Cum itaque idem fortiter instaret Alypius, juvaretque Provinciæ Rector; metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris assultibus erumpentes, fecere locum, exustis aliquoties operantibus, inaccessum. Hocque modo, elemento destinatius repellente, cessavit inceptum.* Hæc de his summatim Ammianus.

(a) Amm. lib. 3.

De ædificatione templi conatus Juliani inanis.

X. Sed videamus, quæ his consentientia pluribus in locis scribit Joannes Chrysostomus: quod enim ipso puero hæc gesta sint, altioribus fixa radicibus ejus memoriæ tenacius inhæserunt, factusque vir pro concione eadem crebrius, licet nota omnibus, in detestationem Judæorum perfidiæ, Fidelium auribus inculcavit: nam inter alia adversus Judæos agens, hæc ait (b): *Cum Julianus, qui Imperatores omnes superavit impietate, vocaret Judæos ad sacrificandum idolis, & ad suam impietatem pertrahere conaretur; ac mox objicerent illi priscum culturæ ritum, dicentes: A nostris majoribus Deus hoc modo cultus est; etiam nolentes tum fatebantur hæc quæ nos nunc demonstravimus, quod fas non esset extra Civitatem immolare victimas: Sed totam, inquiebant, religionem violant, quicumque sacrificant in terra aliena. Proinde si vis nos videre sacrificantes, redde nobis Civitatem, restitue templum, exhibe nobis sancta sanctorum, colloca aram; & sacrificabimus nunc, quemadmodum olim. Nec puduit sceleratos, & effrontes hæc poscere a viro impio, Paganoque, & impuras manus vocare ad extructionem sanctorum; nec intelligebant se conari impossibilia; neque perpendebant, quod si homo illa demolitus esset, potuisset homo illis ea restituere: verum cum Deus esset, qui Civitatem illorum subverterat; fieri nequaquam posse, ut quæ Deus decreverat; umquam verteret humana potentia. Nam quæ Deus sanctus, inquit, statuit, quis dissipabit? ac manum illius excelsam quis avertet? Sicut enim quæcumque ille stabilierit, volueritque manere, nullus homo potest demoliri; ita quæcumque destruxerit, volueritque manere diruta, nemo poterit instaurare:* & paulo post:

(b) Joan. Chrys. advers. Judæos orat. 2.

XI. *Nihilominus ad omnia obcæcati, obsecrabant, ac supplicabant, ut cum ipsis susciperet & aggrederetur instaurationem templi. At is qui & pecunias impendit, & Præfectis dedit negotium; viros primates artifices undiquaque accersi jussit, nihil non fecit, nihil non tentavit; paulatim ac sensim hoc agens, speransque futurum, ut si posset istos ad sacrificandum inducere, facile illos revocaret ad cultus simulacrorum. Simul & illud fore sperabat insanus ille ac vecors, ut Christi sententiam frustraretur, quæ non patitur templum illud instaurari. Verum is qui comprehendit sapientes in ipsorum astutia, protinus ipsis factis declaravit illi, quod Dei decretum omnibus est potentius, quodque valida sunt opera sermonum Dei. Nam simulatque tentassent hunc impium conatum, cœpissentque nudare fundamenta, multamque terram exhausissent, restaretque ut jam structuram aggrederentur, protinus ignis exiliens e fundamentis exussit multos, & intempestivam pertinaciam interrupit.*

Ignis e terra egressus ædificantes perterret.

XII. *Hæc ubi rescivit Imperator, quamquam tanta vesania deditus erat illi negotio; veritus tamen, ne ultra progressus, in suum ipsius caput ignem accerseret, destitit, extinctus cum tota gente. Et nunc si redeas Hierosolymam, conspicies nuda fundamenta. Quod si causam quæras, haud aliam, quam hanc, audies. Hujus rei nos omnes testes sumus, Nostra enim ætate hæc, non ita pridem acciderunt. Jam considera victoriam insignem. Non hoc accidit sub piis Cæsaribus: ne quid dicere possint, quod Christiani supervenientes opus perfici vetuerunt; sed tum cum res nostræ afflictæ, cum omnes de vita periclitaremur, cum omnis libertas esset sublata, cum floreret Paganismus; cum Fideles alii quidem in ædibus suis latitabant, alii vero in solitudines demigrarant, foraque fugerant; tum demum hæc acciderunt; ne qua istis vel impudens reliqua fieret occasio tergiversandi. Etiamne adhuc dubitas, Judæe, cum perspicias, & ex Christi prædicationa, & ex prophetarum vaticiniis, & ex ipsarum rerum demonstratione, testimonium adversus te confirmatum? &c.* Hæc ibi Chrysostomus; eadem quoque habet in oratione adversus Gentiles; quippe prodigium illud adeo patens ingensque fuit, ut nisi obstinata pertinacia obstitisset, potentissimum censeretur non ad Judæos tantum, quorum causa præcipue ea divinitus agi videbantur, sed & Gentiles ad Christianam fidem pertrahendus. Porro ea oratione adversus Gentiles se hæc scripsisse testatur, non amplius quam anno vige-

simo

(a) Chryf. in Matth. hom.4. (b) Chryf. in Act. Apoft. hom. 41.

fimo ab his temporibus Juliani. Inculcat eadem ipſe in commentariis in Matthæum (a), necnon & homiliis in Acta Apoſtolorum (b).

XIII. At multa alia tunc contigere portenta, quæ hoc ipſo anno, quo acciderunt, S. Gregorius Nazianzenus luculenta illa proſecutus eſt oratione, quam, mox ut Julianus numine ulciſcente extinctus eſt, ſcripſit, eaque poſteris in hæc verba tradidit (c): *Cum autem per omnia alia praſſatus, atque omne genus tyrannidis in nos, & crudelitatis ut leve & abjectum aſpernatus eſſet (neque enim ulla umquam natura ad malorum inventionem excogitationemque illius natura uberior ingenioſiorque extitit) ad extremum Judæorum quoque nationem in nos immiſit, tum veteri eorum levitate, tum antiquo noſtri odio ipſorum pectoribus inuſto, ad id quod moliebatur, perficiendum, adjutoribus uſus: fatale nimirum ipſis ex eorum libris & arcanis eſſe affirmans, in patriam redire, ac templum inſtaurare, patriorumque rituum vigorem reintegrare, hoc benevolentiæ ſpecie conſilium celans. Poſtquam autem hæc in animum induxit, ipſiſque perſuaſit (facile enim in impoſturam facit, quod delectat) tum vero illi ad templi extructionem ſe comparare, atque in id opus, & manu multa, & animi alacritate, laboreque incumbere. Illud quidem narrant, qui eorum facta laudibus, & admiratione proſequuntur; uxores quoque ipſorum non modo matronalem omnem mundum, corporiſque ornatum prompto animo detraxiſſe, atque in operis ſtructuram, laborantiumque opem contuliſſe; verum eo quoque animo fuiſſe, ut terram ſinu efferentes, ac nec veſtibus præclaris & ſumptuoſis, nec teneris membris parcentes, pietatis officia ſeſe fungi exiſtimarent, omniaque hoc conatu inferiora ducerent.*

(c) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

XIV. Prodigia immenſa in ædificatione templi.

Ut vero a ſævo turbine ac repentino æſtuantis terræ tremore compulſi, ad propinquum quoddam templum perrexerunt, partim orationis cauſa, partim (ut in hujuſmodi rebus accidere ſolet) ea quod offerebatur, ad periculi propulſationem utentes, partim cum tumultu abrepti, atque incitato curſu ſeſe mutuo protrudentes; ſunt qui ne a templo quidem eos admiſſos fuiſſe commemorent, ſed cum ad apertas fores acceſſiſſent, repente eaſdem clauſas, peſſuloque obductas offendiſſe, potentia quadam obſcura & inviſibili, quæ ad impiorum terrorem, piorumque confirmationem, hujuſmodi prodigia deſignat. Hoc vero uno jam ore omnes referunt, ac pro certo habent, quod eos per vim obnixamque contentionem ingreſſum ſibi aperire conantes, ignis e templo occurrens inhibuit, eoſque partim exuſſit & abſumpſit (ut ſimile quiddam ipſis acciderit,

quod Sodomitis (d), aut etiam Nadab (e), & Abiud novo atque alieno more thura adolentibus ac periclitantibus) partim inſignioribus corporis partibus demutilatos, vivam columnam divinæ adverſus ſceleratos comminationis indignationiſque teſtem, reliquit. Atque hoc quidem in hunc modum ſe habuit; nec fidem deroget quiſquam, niſi qui eadem ratione aliis quoque Dei miraculis nullam fidem habendam putet.

(d) Geneſ. 19. (e) Num. 16.

XV. Crucis ſignum in Cœlo, & in veſtibus.

Quod autem hoc etiam mirabilius clariuſque fuit; lux in Cœlo ſtetit, Crucem in orbem deſcribens; ac nomen illud & figura, quæ in terra prius impiis contemptui fuerat, in Cœlo nunc omnibus æque oſtenditur, Deoque victoriæ de impiis relatæ trophæum efficitur trophæo omni ſublimius & præclarius. Ad hæc porro quid dicturi ſunt hujus ſæculi ſapientes, ſuaque magnifice prædicantes, quo profundas promiſſaſque barbas ferunt, & elegans illud pallium circumferunt? at poſt alia in eos dicta, hæc ſubdit: *At Cœli quidem, & Terræ hæc oſtenta fuerunt: cæterum homo hujuſmodi tempore nihil portendit, nec paſſionis Chriſti ſignis ſanctificatus eſt? Proferant nunc quoque veſtes ſuas, qui hujus miraculi ſpectatores, & diſcipuli extiterunt; illas, inquam, Crucis notis tunc conſignatas: ſimul enim atque quiſquam hæc commemorabat (ſive noſtræ doctrinæ eſſet, ſive a religione noſtra abhorreret) aut commemorantes audiebat; ſtatim hoc miraculum in ſe ipſo experiebatur, vel in proximo fieri perſpiciebat, ſtellatus nimirum ipſe, notiſque diſtinctus, vel illum talem in veſtimentis intuens, omnem textoris artificis elegantiam, ambitioſeque elaboratam picturum varietate ſuperantem. Quæ res ſpectantium animis tantum terroris injecit, ut omnes ferme quaſi ex ſigno uno atque una voce Chriſtianorum Deum invocarent, eumque multis laudibus precibuſque placare ſtuderent; multi etiam non in longius rem extrahentes, ſed eodem ipſo tempore, quo hæc acciderunt, ad ſacerdotes noſtros accurrentes, multumque obſecrantes, & obteſtantes in Eccleſiam admitterentur, ſublimioribuſque myſteriis imbuerentur, ſacro baptiſmate purificati, ac timoris beneficia adjuti, utilitatemque conſecuti. Ac de his quidem rebus hactenus.* Hucuſque Gregorius.

XVI. Ruffinus vero, qui & hoc ſæculo vixit, & Hieroſolymis diu verſatus eadem ab accolis noviſſe potuit, hæc (f) addit: *Porticus quoque publicæ, in quibus Judæorum multitudo, quæ operi videbatur inſiſtere, commanebat, ad ſolum deductæ,* nempe ex ingruenti terræmotu, *omnes Judæos, qui reperti ſunt, oppreſſere. Luce vero orta, cum ſe mala cre-*

(f) Ruffin. lib.1. c. 38. 39.

Porticus dirutæ ex terræmotu.

derent effugisse, ad requirendos eos qui oppressi fuerant, reliqua multitudo concurrit. Ædes erat quædam in inferioribus templi demersa, habens aditum inter duas porticus, quæ fuerant complanatæ, in qua ferramenta aliaque operi necessaria servabantur; e qua subito globus quidam ignis emicuit, & per medium plateæ percurrens, adustis & exanimatis qui aderant Judæis, ultro citroque ferebatur. Hoc iterum sæpiusque & frequentissime per totam illam diem repetens, pertinacis populi temeritatem flammis ultricibus coercebat. Cum interim pavore ingenti, & trepidatione, omnes qui aderant, deterriti, solum verum Deum Jesum Christum confiteri cogebantur inviti. Et ne hæc casu fieri crederentur; in sequenti nocte vestimentis omnium signaculum Crucis ita evidens apparuit, ut etiam qui diluere pro sui infidelitate voluisset, nullo genere valeret abolere. Sic deterriti Judæi, atque Gentiles, locum simul & inaniter cœpta reliquere. Hæc Ruffinus.

XVII. Quod autem spectat ad ferramenta, de illis Theodoretus sic ait (*a*): *Ferunt autem, Judæos ligones ex materia argentea, palas etiam & sportas confecisse:* quæ omnia quo modo conflagrarint, sic addit Socrates (*b*): *Itaque cum adessent plurimi, aliud prodigium contigit. Ignis namque cælitus demissus omnia opificum instrumenta absumpsit. Etenim licebat videre malleos, scalpra, serras, secures, ascias, denique omnia, quæ opifices habebant ad opus perficiendum idonea, flammæ incendio vastata; totum diem ignis ista depastus est. Judæi igitur gravissimo timore perculsi, etiam inviti Christum Deum confessi sunt, non tamen ejus voluntati gesserunt morem, sed opinione Judaismi mentibus antecepta omnino tenebantur astricti.* Hæc ipse; qui & subdit quæ dicta sunt de notatis signo Crucis invisibili Dei virtute vestimentis. At non tantum terræmotu & igne exturbatum divinitus fuisse opus, sed vehementi ventorum vi oborta, materiam præparatam esse disjectam, Theodoretus affirmat, dum addit: *Verum postquam infinitos calcis & gypsi modios in unum congesserant; ex improviso ventos vehementes cœpisse spirare, turbines ingruere, tempestates ac procellas oriri, quæ totam illam materiam penitus dissipaverunt.*

(a) Theod. lib. 3. c. 17.

(b) Socrat. lib. 3. c. 17.

Judæi tandem resipiscunt.

XVIII. Addunt his Ruffinus ac Socrates, dum hæc agere cum Julianus, tum Judæi aggrederentur, *Cyrillum Hierosolymorum Episcopum, qui ab exilio in patriam remeaverat, divinæ prædictionis illius firmitate confisum, quæ apud Danielem legitur (c): Usque ad consummationem & in finem perseverabit desolatio: sed & verborum Christi roboratum constantia, quibus dixerat (d), non mansurum in templo lapidem super lapidem; spe erectum rem tacitam spectasse, finemque magna fiducia præstolatum esse; quem qualis futurus esset, ex utrisque optime perspectis divinis oraculis intellexerat; dum tot prodigiis ingruentibus captum opus fuit penitus destitutum: sed & quod desiderari posse videbatur in Christi vaticinio, non relinquendum lapidem super lapidem, istud ipsum in fundamentis etiam spectavit impletum: muris jam, qui super terram fuerant, subversis a Tito; conspexit inquam impletam, cum admiranda quadam terræ concussione & excussione revulsa sunt, & foras emissa templi vetera fundamenta; ut sic nec in fundamentis relictus esset lapis super lapidem.* Hæc Ruffinus (*e*), & Socrates (*f*). Tradit quoque S. Hieronymus, aliquos esse interpretatos alium Danielis locum, quo dicitur (*g*): *Cumque corruerint, sublevabuntur auxilio parvulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter;* esse intelligendum de statu Judæorum sub Juliano, quo visi sunt Judæi sublevari auxilio parvulo, favente eis mirum in modum eodem Imperatore; cum scilicet (quod subditur) applicati sunt eis plurimi fraudulenter; cum nimirum Gentiles visi sunt, jubente Juliano, causam agere Judæorum; sed fraudulenter profecto; cum haud esset in Imperatoris animo exaltatio Judæorum, sed per eos procurata depressio Christianorum. Hæc quidem mirifice respondere videntur Prophetæ sententiæ; licet (ut idem S. Hieronymus ait) (*h*) diversi habeantur verborum illorum sensus & interpretationes.

(c) Daniel. 9.

(d) Matth. 24.

Sacra Oracula manere inconcussa.

(e) Ruffin. l. 1. c. 38. 39.

(f) Socrat. l. 3. c. 17.

(g) Daniel. 14.

(h) Hieron. in Daniel. l. 1. c. 11.

XIX. At licet perfidia Judæorum tot convicta prodigiis, minime (ut par erat) penitus cederet; complures tamen, quorum mens obstinationis pravitate haud omnino erat infecta, dedere manus, Christique gloriam confessi, ejusdem fidem sunt avide consectari; de quibus Sozomenus (*i*), rem egregie testatam relinquens eorum testificatione, qui tam horrendo spectaculo præsentes fuerunt: *Quo factum est*, inquit, *ut alii eorum Christum Deum esse existimarent, iniquoque animo tulerint, quod templum de integro ædificare constituerant; alii paulo post ad Ecclesiam se transferrent, initiarentur mysteriis, hymnis & precibus Christum pro suis improbe factis placarent. Istis rebus si quis fidem minime adhibendam putaret, sit persuasus saltem ab iis qui eas ab eorum spectatoribus acceperant, quique adhuc in hac vita manent; sit etiam persuasus cum a Judæis ipsis, tum a Gentilibus, qui opus inchoatum reliquerunt, immo vero ne inchoare quidem potuerunt.* Hactenus Sozomenus. At tandem ut his apponamus coronidem, quæ tradit (*k*) Oro-

Judæorum plures ad fidem conversi.

(i) Sozom. l. 5. cap. ult.

(k) Oros. l. 7. c. 30.

Orosium superioribus adnectamus, qui ait, Julianum ex congesta ad extruendum augustissimum templum materia (postquam impossibile visum est uti adversus Deum velle) præcepisse ædificari theatrum, in quo reversus e Perside, Episcopos, monachos, cæterosque ejus loci accolas Christianos traderet bestiis laniandos. Quod autem Nicephorus (a) his omnibus addit, sacrosanctum Dei Evangelium secundum Joannem repertum esse in specu deorsum, cum fundamentum templi jacerentur; quoniam recentioris auctoris rei tantæ assertio nulla fulcitur antiquorum fide, rejicimus totum id lectoris arbitrio, accipiendum putet, nec ne: habet locum in margine notarum, quem consulat, atque dijudicet: nos vero omittimus hic referre, ne certa veraque omnique fide testata, his juncta quæ haud adeo firma atque sincera videntur, in discrimen adduci possint. Ad postremum, ne quid de rebus sub Juliano Hierosolymis gestis relinquamus intactum; ibidem hoc tempore passus legitur in tabulis Ecclesiasticis Cyriacus Episcopus (cujus autem civitatis Præsul fuerit, ignoratur) qui ex more sancta invisens loca, urgente persecutione peremptus est; cujus natalem diem quarto Nonas Maji reddunt annis singulis redivivum Ecclesiasticæ tabulæ.

(a) Niceph. l.10. c.33.

XX. Sed reliquum jam est, ut quæ ad Persicam expeditionem, quam diu Julianus meditatus fuerat, pertinent, prosequamur. Verum prius meminisse oportet ejusdem rescripti (b), quod mense Februarii hoc anno ad populum dedit, de non violandis sepulcris, neque efferendis interdiu, quod Christiani facere solerent, cadaveribus defunctorum: ideo enim Christianos ab his cohibuisse voluit, quod illi (ut diximus) haud paterentur in suis ipsorum agris permanere amplius loca religiosa diis manibus consecrata, lapidesve majorum suorum eadem Gentilicia inscriptione notatos, sed revellerent illos, locaque ipsa refodiendo atque culturæ reddendo facerent fructuosa. Sic autem illud se habet:

(b) l.5. de sepulcr. violat. C. Theod.

Lex Juliani de sepulcris & funeribus.

XXI. *Pergit audacia ad busta diem functorum & aggeres consecratos; cum & lapidem hinc movere, terram solicitare, & cæspitem vellere proximum, sacrilegio majores semper habuerint. Sed ornamenta quidem tricliniis aut porticibus auferunt de sepulcris. Quibus primis consulentes, ne in piaculum incidant, contaminata religione bustorum, hoc fieri prohibemus, pœna manium vindice cohibentes. Secundum illud est, quod efferri cognovimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam, & per maximam insistentium densitatem; quod quidem oculos hominum infaustis incestat aspectibus. Qui enim dies est bene auspicatus a funere? aut quomodo ad deos & templa venietur? Ideoque quoniam & dolor in exequiis secretum amat; & diem functis nihil interest, utrum per noctes an dies efferantur; liberari convenit populi totius aspectus; ut dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur. Dat. prid. Id. Februari, Antiochiæ, Juliano quartum & Sallustio Coss.* Hæc quidem ipse. Quod autem spectat ad primum caput rescripti; lege sane, duodecim tabularum id ita cautum erat (c): *Deorum manium jura sancta sunto.* Sed de efferendo mortuo diei tempore, nequaquam vetitum legimus jure antiquo, neque prohiberi adire templa, qui mortuos esset intuitus; immo, quod ex Fabio Pictore Gellius tradit (d), mortuum quidem attingere vetitum esse Flamini Diali, funus autem prosequi nequaquam. Sed hæc idcirco Julianus, quod malum omen haberetur proficiscenti ad bellum, in cadaver incidere, ut de Constantio superius Ammianus tradit (e), aliique de aliis, cum alioqui ipse Julianus expeditionem parans, compluribus adversis ominibus fuerit perterrefactus, ut paulo post dicemus.

Prohibet Julianus, ne Christianorum exequiæ interdiu agantur.

(c) Cicer. de legib. l.2.

(d) Gell. l.10. c.15.

(e) Amm. lib.21.

XXII. Acturi igitur de expeditione Persica, ea primum hic describamus, quæ sic tradit Gregorius Nazianzenus (f): *Ut enim Christianorum res ex animi sui sententia se habere existimavit; atque ex his quæ jam confecerat, in eam spem adductus est nihil esse, quod modo vellet, superare & expugnare non posset; ac præterea prosperi cujusdam adversus Occiduos barbaros bellici successus occasionem rapiens, hoc unum consilium capit prudentissimum simul & humanissimum; duplicem enim inde exercitum movit, alterum mi-*

(f) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

Apparatus Juliani ad bellum Persicum.

PAGIUS III. *Julianus funera de die fieri vetuit.*

Ad num. XX. & seq. *Julianus*, antequam in Persas duceret, dedit Legem 5. Codicis Theod. *De Sepulcris violatis*, & quidem ad *populum* scil. Antiochenum, in quem male affectus erat, utpote qui potissima parte Christianus esset. Sane Julianus ipse in *Misopogone* fatetur, totum populum Antiochenum impietatis sectam (sic impius ille Christianam Religionem vocat) sectari, ejusque civitatis Christum fuisse veluti Numen tutelare ab ipsis civibus habitum, & vehementer cultum. In eo edicto *Julianus* nocturna funera introducere, & exequias mera die factas tollere voluit: potiorem rationem e veteri Jure Pontificio, qua & Majores nocturnam elationem induxere, desumit. Est autem hæc, quod videlicet funeris aspectu funestari, ac proinde ad sacra ineptos reddi, veteri illo Jure creditum esset: *Quod quidem*, inquit Julianus, *oculos hominum infaustis incestat aspectibus. Qui enim dies est bene auspicatus a funere? Aut quomodo ad Deos & Templa venietur?* Et mox: *Liberari convenit populi totius aspectus.* Quibus concinit Servius lib. 11. Æneid. ad verba illa, *ex more faces*. *Quia*, inquit, *in re-*

militum, alterum dæmonum, a quibus ducebatur, & in quibus major ipsi fiducia sita erat. Hæc Gregorius. At quod spectat ad exercitum militum; sexagintaquinque millia armatorum delectu habito esse numerata, Zosimus tradit (a). Sed quod ad exercitum dæmonum pertinet, illud plane Gregorius significasse videtur, quod a Theodoreto sic describitur (b): *Antequam arma sumeret, misit nuncios ad Delphos, ad Delum, ac Dodonem* (famosissima hæc idola erant) *ad alia denique oraculorum loca, sciscitatum vates, utrum ei bellum gerendum sit. Illi autem bellum suscipere jubent, pollicenturque victoriam. Unum vero ex oraculis, quo eorum mendacia perspicue coarguantur, hoc loco citabo, quod ita se habet:*

(a) Zosim. l. 3.

(b) Theod. l. 3. c. 12.

Oracula falsa Juliano respondent.

Ibimus in Therem, superi, victoria certa est.
Mars ego ductor ero, divum invictissimus armis.

Quemadmodum his, qui Apollinem deum disertum, & Musarum principem vocant, ridiculos istorum carminum numeros lepide ut irrideant licet; sic ego, comperto hujus diei mendacio, vicem Juliani in errorem inducti merito deplorare possum. Iste deus Tigrim, Therem fluvium nuncupavit, propterea quod est θηρίον, idest, bestia eo nomine appellata. Hic fluvius e montibus Armeniæ erumpens, labitur in Assyriam, & tandem in sinum Persicum influit. His igitur oraculis deceptus miser somniabat victoriam, & post Persicum bellum Galilæos adoriri cogitabat. His accedebant (quod ait Socrates c) promissiones Maximi philosophi, pollicentis victoriam non minorem, quam Alexander olim obtinuisset. Justo plane Dei judicio deceptus est Julianus ab eo, qui illum a Christiana religione in Ethnicismi impietatem abduxerat, ut qui ipsi fuerat tanti sceleris auctor, idem esset & ad supplicium, quod merebatur, impulsor.

(c) Socrat. l. 3. c. 18.

XXIII. Sed & falsis hisce vaticiniis eo amentiæ progressus est, ut putaret ex Pythagoræa animarum transmigratione, Alexandri Magni animam in se transmigrasse, seque in altero corpore eumdem Alexandrum existere. At vero quibus aliis in via deceptus oraculis fuerit, suo loco dicemus. Sic igitur Julianus (quod quæ cupit homo, ea magis vera esse putat) his oraculis plenissimam fidem præstans, contempsit alia, quæ ab his diversa aliunde efferebantur; nempe (ut dictum est) Roma ex inspectione librorum Sybillinorum, & ex Galliis missa epistola a Sallustio Galliarum Præfecto, hujus anni Consule ordinario. Ex quibus plane Julianus, si ipse sibi constans fuisset, falsitatem pariter suorum deorum intelligere potuisset: nam cum nonnisi una veritas esse possit, eaque ex Deo, quæ huic adversa pronunciarentur, ex pravo dæmone mendaciorum concinnatore manasse, asserere necesse fuit. Sic igitur lymphata mente, neque (quod quisque prudens superstitionis cultor considerare debuisset) insanus homo animadvertit, quibus ab ea expeditione avocaretur prodigiis, quæ Ammianus recenset. At quosnam secum ducendos delegit sibi, parans expeditionem, socios? Audi: Ex Asia Maximum, & Priscum e Græcia, accersitos magorum præstantissimos, quos alii sunt subsecuti, quorum societate plurimum confidebat; de quibus sic Eunapius Sardianus (d): *Ipse interim Julianus ad Persicum bellum copias comparabat; quem sequentibus Prisco, Maximoque, alii nonnulli comites expeditionis se adjunxerunt, numerum explentes, turba videlicet hominum, qui suas virtutes stulte prædicabant, & valde superbiebant ob dictum Imperatoris gloriantis se tales viros esse nactum.* Putabat infelix horum magiis divinum numen ad sua vota propitium reddendum fore, & quantumlibet renitens inflectendum.

Julianus alter credi voluit Alexander.

(d) Eunap. in Vit. Philosophi.

XXIV. Sed & inde etiam summam sibi fiduciam comparavit, nempe ex votis, quæ nemo umquam antea, ipse vero tunc diis nuncupavit; quotum erat illud primum, se Christianos homines diis immolaturum, cum de Persis victor rediisset; id quidem S. Hieronymus testatur in Chronico. Hoc namque est quod de eo S. Joannes Chrysostomus ait his verbis (e): *Contra Persas bellum suscepturus, tanto cum fastu cum discessisset, ac si omnem barbarorum gentem delecturus esset; identidem nobis comminabatur, cum diceret, omnes se post suum a Persis reditum funditus perditurum: Hoc enim bellum sibi esse Persico gra-*

Julianus quid voverit diis pro victoria consequenda.

(e) Chrys. adv. Gent.

PAGIUS *religiosa civitate cavebant, ne aut Magistratibus occurrerent, aut Sacerdotibus, quorum oculos nolebant alieno funere violari.* Neque dicas cum Baronio, referre Gellium lib. 10. cap. 15. etsi fas non esset Pontifici, vel Flamini Diali mortuum intueri, & ferialia tangere, funus tamen exequi, ne quidem Pontifici religioni fuisse. Neque enim hæc sunt contraria. Non fuit religioni Pontifici funus exequi de nocte, quo tempore Sacra non celebrantur: religioni fuisset de die, ut in indictivo funere. Vide exemplum in *Tiberio* apud Dionem lib. 55. in funere Cæsaris Augusti, quo tempore Sacrorum celebratio diurna fiebat. Itaque deceptus est Baronius, cum rationem hanc, qua Julianus utitur, a prisco Jure Pontificio alienam prodit. Incestari quippe oculos hominum & conspectu funeris diurno, & funeris prosecutione diurna, veteri Jure Pontificio jactatum est, ut fusior probat Gothofredus, ex quo hæc exscripta, in illius Legis Commentario.

gravius: atque adeo oportere, minore illo confecto, tunc demum ad id quod majus foret, descendere. Et hæc quidem nobis annunciabant qui illi a consiliis erant. At de ejusmodi quoque adeo scelerata, & impia voti nuncupatione hæc Sanctus Gregorius Nazianzenus (*a*): *Porro votiva victima quam magna, quamque eximia? O Christe, & Verbum, & passionis impassibilis totiusque Orbis mysterium! Universam Christianorum gentem dæmonibus sistere, si propositi compos existeret.* Hæc ipse. Jam vero (ut ex Orosio diximus) ad Christianorum cædem theatrum Hierosolymis ædificari jusserat, ut ibi esset ipsorum carnificina, unde religio ejusmodi videretur esse progressa. Ad hæc insuper Theodoretus (*b*): *Oraculorum commentis fidem adhibens minabatur se in Ecclesiis Christianorum lascivæ deæ simulacrum collocaturum.* Hæc scientes Christiani (ut ait Gregorius Nazianzenus (*c*) omnibus humanis auxiliis destituti, Deum, in quem tantum unica spes collocata erat, assiduis precibus interpellabant, vigiliis atque jejuniis, aliisque pietatis officiis urgebant importune, ut destinato neci omni populo Christiano, Christianæque religioni funditus eruendæ, quam citissime suppetias ferret; nec destiterunt, quousque Deus eos audivit: quo autem modo id factum sit, dicemus suo loco.

(a) Greg. Naz. orat. 3. in Jul.

(b) Theod. l. 3. c. 18.

(c) Greg. Naz. orat. 4. in Jul.

XXV. Sed & præter vota a Juliano privatim emissa, alia quoque publica accessere; quibus Gentiles cum deos pro Juliano sollicitarent, diis in primis Ægyptiis, qui ab eodem Imperatore impensius colerentur, vota publica nuncupasse, antiqua numismata superius excusa suisque imaginibus expressa declarant, notata publicorum inscriptione votorum. Quibus addimus formas antiqui numismatis, hic ut vides expressas, de nuncupatis Isidi nutrici votis, ne exercitui deforet annona.



(*d*)



(d) Extabat Romæ apud Horatium Tigrium de Mariis.

Quam intueris fœminam, infantem in sinu tenentem, Isidem esse scito, quæ ab antiquis appellata reperitur τιθήνη, idest, nutrix, itemque πανδεχής, hoc est, susceptrix; quod (ut ex Platone Plutarchus in Iside recitat) eadem dea totius humani generis videretur esse susceptrix & nutrix; quippe quod pro Iside terram ab Ægyptiis accipi, idem Plutarchus affirmet. Sed & ex diademate capitis, Isidem esse Ægyptiacarum rerum periti facis intelligent. Hæc idcirco ingerimus, quod sciamus quemdam rei antiquariæ visum sibi peritum, ex effigierum similitudine fabulam concinnasse jactasseque illam sanctissimæ Dei genitricis Mariæ esse imaginem, cui pro Juliani salute, cum in Occidente se fingeret Christianum, fuerint a Fidelibus vota publica nuncupata. Sed totum hoc sic compositum evanescet commentum, dum exhibemus hic tibi Hadriani Imp. numisma eamdem a tergo imaginem præseferens; cum nihil prorsus sit, quod vel leve saltem Christianitatis signum in eodem Imperatore efformatum possit intelligi: absit enim, ut Christianam religionem velimus mendaciorum pigmentis illustrari.



(*e*)



(e) Extat apud Lel. Pas. Rom. num. aur.

Sed ad Julianum redeamus: qui hisce tum publicis tum privatis votis propensius nuncupatis, eo fiduciæ elatus est & spe erectus, ut certam sibi a diis victoriam

affo-

affore firmiter eredens, hominum spreverit adjuvamen; siquidem auxiliates copias, quas sociorum Legati Antiochiam venientes pollicebantur, ipse sibi ex diis satis superque virium esse putans, contempsit, id quidem Ammianus testatur, cum ait (a):

(a) Amm. lib. 23.

XXVI. Temeritas Juliani in auspicando bello Persico.

Inter hæc tamen, cum scilicet Antiochiæ pararetur expeditio, *legationes gentium plurimarum, auxilia pollicentium, liberaliter susceptæ remittebantur; speciosa fiducia Principe respondente, nequaquam decere adventitiis adjumentis rem vindicari Romanam, cujus opibus fovere conveniret amicos & socios, si auxilium eos adegerit necessitas implorare. Solum Arsacem monuerat Armeniæ Regem, ut collectis copiis validis, jubenda opperiretur.* At de litteris ad Arsacem, paulo post. Hine jure Gregorius Nazianzenus in auspicando bello Persico Juliani sugillat temeritatem his verbis (b): *Adversus Persas expeditionem suscepit præcipiti temeritate potius, quam virium firmitate certitudineque subnixus; ac ne illud quidem perspiciens vir sapientissimus, præsumptionem & audaciam, licet nominum sono cohæreant, potentia tamen plurimum inter se distinctas esse. Etenim in his rebus quas audacter aggredi convenit, persidentem animum præstare, magnanimitatis est; quemadmodum contra, languere, ac periculum detrectare, servilis ignaviæ. At ubi plus periculi imminet; tum vero pedem conferre, seque in discrimen obtrudere, non autem retinere, temeritati ducendum est; quemadmodum e contrario, cedere cautioni, & prudentiæ. Nec eodem loco, & numero ponenda sunt, ea quæ adsunt, tueri & conservare; & eorum quæ non habeas aliquid adipisci. Illius enim præcipua & primaria ratio cordatis viris habenda est: hoc vero, si quidem tute & facile liceat, amplectendum; sin autem in contrarium cedat, contemnendum.*

(b) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

XXVII. *Qui vero ut aliquid spe atque animo conceptum assequatur, fortunarum suarum periculo dimicat; in magna stultitia versatur, mihique malo pugili non dissimilis esse videtur artem suam, priusquam gradum recte fixerit, præferenti; aut gubernatori, effracta nave sua, nec ad navigandum commode instructa navem hostilem deprimenti, aut certe deprimere conanti. Quorum ille nihil (ut mihi videtur) reputans, inconsulto ea quæ animo decreverat, aggreditur, rebus Romanis adhuc exulceratis, maleque præsertim ob excitatam persecutionem affectis, alienum regionem cogitans, ac Salmoneum quemdam nobis referens e corio obtonantem, Trajanosque illos & Hadrianos sibi proponens, quorum non minus cautio, quam animi magnitudo admirationi esse solebat. At ei nec Cari illius in mentem veniebat, nec Valeriani, qui impetus inconsulti pœnas dedere (ne, quemadmodum tragicus ait, fortunas exprobrem) in Persarum finibus, in medio felicitatis cursu oppressi atque extincti. Verum hæc ipsius animo insidebant, totusque in eam expeditionem ferebatur, omnem divinationis & præstigiarum, dicendorumque & tacendorum sacrificiorum imposturam invehens, ut tota brevi deleretur.* Hactenus Gregorius, egregie sane de ejus in suscipiendo bello Persico temeritate philosophatus.

XXVIII. Julianus quid in Arsacem Regem Armeniæ.

Quales autem fuerint Juliani litteræ illæ ad Arsacem Armeniæ Regem, Christianum quidem hominem, quibus eum monuisse Ammianus ait; licet ipsæ non extent; Sozomenus (c) tamen de illis agens, sic meminit: *Porro litteras ad Arsacem Regem Armeniæ & Romanorum socium scripsit, ut in hac expeditione subsidio sibi veniret; quibus quidem in litteris de se extra modum gloriose prædicare, se ut valde ad Imperium gerendum idoneum insolenter extollere, & ut amicum illis, quos ipse pro diis habuit, arroganter efferre: Constantium autem, cui successerat, velut ignavum & impium lacerare. Ipsi denique Arsaci verbis admodum contumeliosis minitari non veritus est. Et quoniam eum Christianum esse acceperat; quo suam in eum augeret contumeliam, etiam nefandas in Christum blasphemias loqui (istud enim unquam non audacter facere consueverat) cum superba quadam jactatione contendit. Cui etiam significavit, Deum, quem coleret, nequaquam eum defensurum, si imperata neglegeret.* Hæc Sozomenus de Juliani litteris ad Arsacem.

(c) Sozom. l. 6. c. 1.

XXIX. Julianus recedit Antiochia.

Quod vero ad tempus profectionis pertinet; qui temeritatis agebatur impetu, adhuc hyberno tempore, vere non expectato, Antiochia recessisse, Socrates (d) tradit, quod diceret hyemis frigoris impatientissimos Persas esse. Cæterum Ammianus (e) auctor est, ipsum Julianum tertio Nonas Martias (hæc enim est verior lectio) Antiochia digressum, Hierapolim solitis itineribus pervenisse. Et Zosimus (f): *Hyeme*, inquit, *exacta, collecto exercitu, eoque decenti ordine præmisso, egressus est Antiochia, cum ne perlitare quidem potuisset: id autem quo pacto acciderit, quamvis cognitum habeam, silentio præterire malo.* Hæc ipse. Sed quænam (rogo eum) vel unde ejusmodi causa silentii? Num quia cælitus exustum fuerat templum Daphnes, & Apollinis simulacrum combustum, ubi ipse hecatombas consueverat immolare? sed hoc siluit, ne causam conflagrationis pariter promere cogeretur. Quamobrem ipse plurimum (ut dictum est) infensus Antiochenis, durum illis & immanem reliquit Præsidem, qui eos regeret; de quo

(d) Socrat. l. 3. c. 18.

(e) Amm. lib. 23.

(f) Zosim. l. 3.

Am-

(a) Amm. lib. 23. Ammianus (*a*): *Ipse autem Antiochia egressus, Heliopolitem quemdam Alexandrum Syriaca jurisdictioni præfecit turbulentum & sævum: dicebatque non illum meruisse, sed Antiochensibus avaris & contumeliosis hujusmodi Judicem convenire. Cumque eum profectum deduceret multitudo promiscua, itum felicem reditumque gloriosum exoptans, oransque ut deinde placabilis esset & lenior (nondum ira, quam ex compellationibus & probris conceperat, emollita) loquebatur asperius, se eos asserens postea non visurum. Disposuisse enim ajebat, hyemandi gratia, per compendiariam viam, consummato procinctu, Tarsum Ciliciæ reversurum, scripsisseque ad Memorium Præsidem, ut in eadem urbe cuncta sibi congrua pararentur. Et hoc haud diu postea contigit. Corpus namque ejus illuc relatum exequiarum humili pompa in suburbano sepultum est, ut ipse mandaverat.*

XXX. Juliani iter. Profectus igitur Antiochia quinque dierum spatio (ut ait Zosimus *b*) Hierapolim pervenit; ubi triduo tantum commoratus est; unde postea Batnas versus, (b) Zosim. lib. 3. oppidulum quoddam Osdroenæ, progressus (c) Amm. lib. 23. est. Eadem Ammianus (*c*), qui addit: *Ibique illætabile * portentum offendit.* * inevitabile. *Cum enim calonum frequens multitudo ad suscipiendum consuete pabulum prope acervum palearum stetisset impendio celsum (hoc enim modo per regiones illas tales species construuntur) rapientibus multis, quassata congeries inclinata est, parique exitio quinquaginta obruit homines mole maxima ruinarum. Mæstus inde digressus, venit cursu propero Charras, &c.* Sed præstat ex ejus epistola ad Libanium sophistam tunc scripta, qua (d) Julian. epist. 28. brevi compendio iter suum relegit, res in itinere gestas hic describere; hæc enim (*d*) habet:

Juliani res gestæ. *Ad Litarbos veni, quod est oppidum in Chalcide:* Et post alia: *Litarbis deinde ad Berœam veni, & Jupiter clarissimo ostento læta omnia denunciavit. Commoratus autem ibi diem unum, arcem invisi; & Jovi, regio more, taurum candidum sacrificavi. Cum Senatu autem pauca de religione disserui. Et laudarunt quidem omnes orationem meam: pauci vero admodum assensere, atque isti ipsi erant, quos ante meam orationem sanos esse arbitrabar. Postea tamen quasi licentia arrepta, omnem pudorem excusserunt ac deposuerunt. Erubescunt enim homines vehementer, o dii immortales, in rebus honestis, ut in fortitudine animi ac pietate; in turpissimis exultant, ut in sacrilegio & corporis animique ignavia. Inde me Batnæ excipiunt; locus qualem nullum vidi unquam extra Daphnem.* Et post multa in descriptionem & laudem loci insumpta, addit: *Quid tum illic?*

Sacrificavi vesperi; & postridie summo mane; quod studiose singulis diebus facere consuevi: cumque læta ac præclara essent sacra, ad urbem contendimus: ibi nobis a Civibus itum est obviam, &c.

Sed de Berœensi mansione, quid ibi etiam ipsi contigerit, quod silentio obvolutum Julianus præteriit, Theodoretus recenset his verbis (*e*): *Etsi cum his* (e) Theod. l. 3. c. 18. *minis proficiscebatur, tamen Berœa ab uno viro devictus est. Is tametsi ob alias res illustris fuit, quippe qui in Berœnsi Republica gerenda principem locum obtinuit; tamen singularis pietatis amor, quo flagrabat, eum multo reddidit illustriorem. Nam cum ad impietatem id temporis regnantem delapsum filium cerneret; expulit domo & palam abdicavit. Qui ad Imperatorem in diversorio urbi vicino commorantem accedens, et tum quid ipse sentiret; tum quo pacto pater ipsum abdicasset, exponit. Tyrannus autem jubet adolescentem animo esse tranquillo, pollicitus se eum in gratiam cum patre reducturum. Itaque ubi venit Berœam, principes viros Civitatis vocat ad convivium, in quorum numero erat adolescentis pater; quem cum filio suæ accumbere mensæ imperat; atque circiter medium epulum sic patrem adolescentis alloquitur: Est iniquum plane, mea quidem sententia, alicuius animum, qui ad alteram religionem deflexit, vi cogere, & invitum ad contrariam traducere. Quapropter ne cogas filium etiam nolentem tuæ assentiri opinioni; quandoquidem neque ego tibi vim facio, licet perfacile te possim compellere, uti meæ sententiæ obsequaris.* XXXI. Berœensis adolescentis apostatæ pater quid in Julianum.

XXXII. *Tum pater adolescentis, fide in Deum animum exacuens: De istoccine, inquit, scelerato, Imperator, verba facis, qui & Deo odiosus est, & mendacium veritati anteponit? Rursum Julianus personam induens mansuetudinis: Heus tu, inquit, desine maledicere. Atque ore ad adolescentem converso: Mihi, inquit, tuæ res curæ erunt; quandoquidem patri ut istud agat, persuadere non queo. Ista quidem narratio* (subdit Theodoretus) *non est frustra a me instituta: quippe ex ea plane ostendere volui, non modo admirabilem divini hominis in loquendo libertatem; verum etiam quod erant quidem plurimi, qui tyranni illius potentiam penitus contemnerent. Etenim Antiochiæ iisdem vir quidam facile optimus, qui adolescentibus doctrina instituendis operam dabat, magnam familiaritatem, utpote multo litteratior quam vulgus præceptorum solet, conflavit cum eo, qui id temporis inter doctores primas tenebat; Libanium, dico, tam crebris sermonibus apud sophistas celebratum. Qui cum impius esset, expectaretque victoriam, & minas Juliani ante mentis oculos statueret; a ludi magistro,*

assore firmiter credens, hominum spreverit adjuvamen; siquidem auxiliares copias, quas sociorum Legati Antiochiam venientes pollicebantur, ipse sibi ex diis satis superque virium esse putans, contempsit, id quidem Ammianus testatur, cum ait (*a*):

(a) *Amm. lib. 23.*

XXVI. *Inter hæc tamen*, cum scilicet Antiochiæ pararetur expeditio, *legationes gentium plurimarum, auxilia pollicentium, liberaliter susceptæ remittebantur; speciosa fiducia Principe respondente, nequaquam decere advent
itiis adjumentis rem vindicari Romanam, cujus opibus fovere conveniret amicos & socios, si auxilium eos adegerit necessitas implorare. Solum Arsacem monuerat Armeniæ Regem, ut collectis copiis validis, jubenda opperiretur.* At de litteris ad Arsacem, paulo post. Hinc jure Gregorius Nazianzenus in auspicando bello Persico Juliani sugillat temeritatem his verbis (*b*): *Adversus Persas expeditionem suscepit præcipiti temeritate potius, quam virium firmitate certitudineque subnixus; ac ne illud quidem perspiciens vir sapientissimus, præsumptionem & audaciam, licet nominum sono cohæreant, potentia tamen plurimum inter se distinctas esse. Etenim in his rebus quas audacter aggredi convenit, persidentem animum præstare, magnanimitatis est; quemadmodum contra, languere, ac periculum detrectare, servilis ignaviæ. At ubi plus periculi imminet; tum vero pedem conferre, seque in discrimen obtrudere, non autem retinere, temeritati ducendum est; quemadmodum e contrario, cedere cautioni, & prudentiæ. Nec eodem loco, & numero ponenda sunt, ea quæ adsunt, tueri & conservare; & eorum quæ non habeas aliquid adipisci. Illius enim præcipua & primaria ratio cordatis viris habenda est: hoc vero, si quidem tute & facile liceat, amplectendum; sin autem in contrarium cedat, contemnendum.*

Temeritas Juliani in auspicando bello Persico.

(b) *Greg. Naz. orat. 2. in Jul.*

XXVII. *Qui vero ut aliquid spe atque animo conceptum assequatur, fortunarum suarum periculo dimicat; in magna stultitia versatur, nihique malo pugili non dissimilis esse videtur artem suam, priusquam gradum recte fixerit, præferenti; aut gubernatori, effracta nave sua, nec ad navigandum commode instructa navem hostilem deprimenti, aut certe deprimere conanti. Quorum ille nihil (ut mihi videtur) reputans, inconsulto ea quæ animo decreverat, aggreditur, rebus Romanis adhuc exulceratis, maleque præsertim ob excitatam persecutionem affectis, alienam regionem cogitans, ac Salmoneum quemdam nobis referens e corio obtonantem, Trajanosque illos & Hadrianos sibi proponens, quorum non minus cautio, quam animi magnitudo admirationi esse solebat. At ei nec Cari illius in mentem veniebat, nec Valeriani, qui impetus inconsulti pœnas dedere (ne, quemadmodum tragicus ait, fortunas exprobrem) in Persarum finibus, in medio felicitatis cursu oppressi atque extincti. Verum hæc ipsius animo insidebant, totusque in eam expeditionem ferebatur, omnem divinationis & præstigiarum, dicendorumque & tacendorum sacrificiorum imposturam invehens, ut tota brevi deleretur.* Hactenus Gregorius, egregie sane de ejus in suscipiendo bello Persico temeritate philosophatus.

XXVIII. Quales autem fuerint Juliani litteræ illæ ad Arsacem Armeniæ Regem, Christianum quidem hominem, quibus eum monuisse Ammianus ait; licet ipsæ non extent; Sozomenus (*c*) tamen de illis agens, sic meminit: *Porro litteras ad Arsacem Regem Armeniæ & Romanorum socium scripsit, ut in hac expeditione subsidio sibi veniret; quibus quidem in litteris de se extra modum gloriose prædicare, se ut valde ad Imperium gerendum idoneum insolenter extollere, & ut amicum illis, quos ipse pro diis habuit, arroganter efferre: Constantium autem, cui successerat, velut ignavum & impium lacerare. Ipsi denique Arsaci verbis admodum contumeliosis minitari non veritus est. Et quoniam eum Christianum esse acceperat; quo suam in eum augeret contumeliam, etiam nefandas in Christum blasphemias loqui (istud enim nusquam non audacter facere consueverat) cum superba quadam jactatione contendit. Cui etiam significavit, Deum, quem coleret, nequaquam eum defensurum, si imperata negligeret.* Hæc Sozomenus de Juliani litteris ad Arsacem.

(c) *Sozom. l. 6. c. 1.*

Julianus quid in Arsacem Regem Armeniæ.

XXIX. Quod vero ad tempus profectionis pertinet; qui temeritatis agebatur impetu, adhuc hyberno tempore, vere non expectato, Antiochia recessisse, Socrates (*d*) tradit, quod diceret hyemis frigoris impatientissimos Persas esse. Cæterum Ammianus (*e*) auctor est, ipsum Julianum tertio Nonas Martias (hæc enim est verior lectio) Antiochia digressum, Hierapolim solitis itineribus pervenisse. Et Zosimus (*f*): *Hyeme*, inquit, *exacta, collecto exercitu, eoque decenti ordine præmisso, egressus est Antiochia, cum ne perlitare quidem potuisset: id autem quo pacto acciderit, quamvis cognitum habeam, silentio præterire malo.* Hæc ipse. Sed quænam (rogo eum) vel unde ejusmodi causa silentii? Num quia cælitus exustum fuerat templum Daphnes, & Apollinis simulacrum combustum, ubi ipse hecatombas consueverat immolare? sed hoc siluit, ne causam conflagrationis pariter promere cogeretur. Quamobrem ipse plurimum (ut dictum est) infensus Antiochenis, durum illis & immanem reliquit Præsidem, qui eos regeret; de quo Am-

Julianus recedit Antiochia.

(d) *Socrat. l. 3. c. 18.*

(e) *Amm. lib. 23.*

(f) *Zosim. l. 3.*

(a) Amm. lib. 23.

Ammianus (a): *Ipse autem Antiochia egressus, Heliopolitem quemdam Alexandrum Syriacæ jurisdictioni præfecit turbulentum & sævum: dicebatque non illum meruisse, sed Antiochensibus avaris & contumeliosis hujusmodi Judicem convenire. Cumque eum profectum deduceret multitudo promiscua, itum felicem reditumque gloriosum exoptans, oransque ut deinde placabilis esset & lenior (nondum ira, quam ex compellationibus & probris conceperat, emollita) loquebatur asperius, se eos asserens postea non visurum. Disposuisse enim ajebat, hyemandi gratia, per compendiariam viam, consummato procinctu, Tarsum Ciliciæ reversurum, scripsisseque ad Memorium Præsidem, ut in eadem urbe cuncta sibi congrua pararentur. Et hoc haud diu postea contigit. Corpus namque ejus illuc relatum exequiarum humili pompa in suburbano sepultum est, ut ipse mandaverat.*

XXX. Juliani iter. (b) Zosim. lib. 3. (c) Amm. lib. 23. * inevitabile.

XXX. Profectus igitur Antiochia quinque dierum spatio (ut ait Zosimus b) Hierapolim pervenit; ubi triduo tantum commoratus est; unde postea Batnas versus, oppidulum quoddam Osdroenæ, progressus est. Eadem Ammianus (c), qui addit: *Ibique illatabile * portentum offendit. Cum enim calonum frequens multitudo ad suscipiendum consuete pabulum prope acervum palearum stetisset impendio celsum (hoc enim modo per regiones illas tales species construuntur) rapientibus multis, quassata congeries inclinata est, parique exitio quinquaginta obruit homines mole maxima ruinarum. Mæstus inde digressus, venit cursu propero Charras, &c.* Sed præstat ex ejus epistola ad Libanium sophistam tunc scripta, qua brevi compendio iter suum relegit, res in itinere gestas hic describere; hæc enim (d) habet:

(d) Julian. epist. 28.

Juliani res gestæ.

Ad Litarbos veni, quod est oppidum in Chalcide: Et post alia: *Litarbis deinde ad Berœam veni, & Jupiter clarissimo ostento læta omnia denunciavit. Commoratus autem ibi diem unum, arcem invisi; & Jovi, regio more, taurum candidum sacrificavi. Cum Senatu autem pauca de religione disserui. Et laudarunt quidem omnes orationem meam: pauci vero admodum assensere, atque isti ipsi erant, quos ante meam orationem sanos esse arbitrabar. Postea tamen quasi licentia arrepta, omnem pudorem excusserunt ac deposuerunt. Erubescunt enim homines vehementer, o dii immortales, in rebus honestis, ut in fortitudine animi ac pietate; in turpissimis exultant, ut in sacrilegio & corporis animique ignavia. Inde me Batnæ exceperunt; locus qualem nullam vidi unquam extra Daphnem.* Et post multa in descriptionem & laudem loci insumpta, addit: *Quid tum illic? Sacrificavi vesperi; & postridie summo mane; quod studiose singulis diebus facere consuevi: cumque læta ac preclara essent sacra, ad urbem contendimus: ibi nobis a Civibus itum est obviam, &c.*

XXXI. Sed de Berœensi mansione, quid ibi etiam ipsi contigerit, quod silentio obvolutum Julianus præteriit, Theodoretus recenset his verbis (e): *Etsi cum his minis proficiscebatur, tamen Berœæ ab uno viro devictus est. Is tametsi ob alias res illustris fuit, quippe qui in Berœensi Republica gerenda principem locum obtinuit; tamen singularis pietatis amor, quo flagrabat, eum multo reddidit illustriorem. Nam cum ad impietatem id temporis regnantem delapsum filium cerneret; expulit domo & palam abdicavit. Qui ad Imperatorem in diversorio urbi vicino commorantem accedens, et tum quid ipse sentiret, tum quo pacto pater ipsum abdicasset, exponit. Tyrannus autem jubet adolescentem animo esse tranquillo, pollicitus se eum in gratiam cum patre reducturum. Itaque ubi venit Berœam, principes viros Civitatis vocat ad convivium, in quorum numero erat adolescentis pater; quem cum filio suæ accumbere mensæ imperat; atque circiter medium epulum sic patrem adolescentis alloquitur: Est iniquum plane, mea quidem sententia, ulterius unum, qui ad alteram religionem deflexit, vi cogere, & invitum ad contrariam traducere. Quapropter ne cogas filium etiam nolentem tuæ assentiri opinioni; quandoquidem neque ego tibi vim facio, licet perfacile te possim compellere, uti meæ sententiæ obsequaris.*

(e) Theod. l. 3. c. 18.

Berœensis adolescentis apostatæ pater quid in Julianum.

XXXII. *Tum pater adolescentis, fide in Deum animum exacuens: De istoccine, inquit, scelerato, Imperator, verba facis, qui & Deo odiosus est, & mendacium veritati anteponit? Rursum Julianus personam induens mansuetudinis: Heus tu, inquit, desine maledicere. Atque ore ad adolescentem converso: Mihi, inquit, tuæ res curæ erunt; quandoquidem patri ut istud agat, persuadere non queo. Ista quidem narratio* (subdit Theodoretus) *non est frustra a me instituta: quippe ex ea planc ostendere volui, non modo admirabilem divini hominis in loquendo libertatem; verum etiam quod erant quidem plurimi, qui tyranni illius potentiam penitus contemnerent. Etenim Antiochiæ itidem vir quidam facile optimus, qui adolescentibus doctrina instituendis operam dabat, magnam familiaritatem, utpote multo litteratior quam vulgus præceptorum solet, conflavit cum eo, qui id temporis inter doctores primas tenebat; Libanium, dico, tam crebris sermonibus apud sophistas celebratum. Qui cum impius esset, expectaretque victoriam, & minas Juliani ante mentis oculos statueret; a ludi magistro,*

quo nostræ religioni quasi per jocum irrideret, sciscitatur: Quid rerum gerat fabri filius? Qui divina completus gratia prædixit quod erat paulo post eventurum: Nam hujus, inquit, universitatis opifex Deus, quem tu per risum fabri filium nominas, Juliano loculum fabricatur. Neque certo multi dies præterierunt, cum nuncius allatus est de scelerati illius morte; qui in loculo reconditus, & ad sepulcrum elatus, se frustra minas jactasse declaravit. Ex quo una re Dei gloria fuit magnopere illustrata. Hactenus Theodoretus; sed de nece Juliani suo loco pluribus. Verum quod dicit, hominem illum Christianum præfectum fuisse doctorem adolescentibus erudiendis; non sic intelligendum, ut tunc Antiochiæ publice profiteretur: nam Juliani edicto vetiti erant Christiani præceptores a litterarum gymnasiis: sed quod ille ante paucos menses his vacare (dum sibi liceret) solebat, qui ob egregiam eruditionem optime notus, immo & familiaris Libanio erat.

Quid vaticinetur Christianos de Juliano.

XXXIII. Demum ut ad epistolam ad ipsum Libanium scriptam redeamus, hæc idem Julianus ad finem habet: *Quam vero multis & litteris & libris mandarim, ea quæ mihi tamquam læta auspicia evenimt (circumferuntur autem nobiscum) quid opus est fastidiose ac moleste recensere?* Hæc ipse, fidens deorum patrocinio cuncta prospere obventura. Quonam autem pacto quæ ejus interitus præsagia erant, ipse stulte admodum in victoriæ omen convertere soleret, unum hic ab Ammiano (*a*) narratum adducam exemplum: *Quieta*, inquit, *nocte emensa, mane jumentum quo veheretur, ex usu poposcit: oblatusque ei equus, Babylonius nomine, ictu torminis consternatus, dum dolorum impatiens volvitur, aura lapillisque ornamenta distincta compressit. Quo ostento lætior clamavit, plaudentibus proximis, Babyloniam humi procidisse ornamentis omnibus spoliatam; & paulisper detentus, ut omen per hostias litando firmaret. Davanam venit, &c.* Ejusmodi autem multa erant, quæ Julianus in suam inflectens sententiam litteris commendabat, tamquam victoriæ certa præsagia. Adulabantur enim aruspices, & quæ illi grata esse persentirent, propinabant cupienti: de quibus S. Ambrosius (*b*) ad Valentinianum Imperatorem: *De Juliano*, inquit, *quid loquar, qui cum responsis aruspicum male credulus esset, ademit sibi subsidia revertendi?* Sed plane aruspicibus se deteriores exhibuerunt Juliano magi, qui philosophorum titulo eum comitabantur, Maximus, atque Priscus. Simile accidit illud de leone jaculis confosso militum: *Quo veluti victoriæ certo signo* (inquit Ammianus) *Julianus exultantius incedebat; quo tamen, ut ait, Regis obitus portendebatur: Erant enim*, inquit, *omnia oracula dubia & ambigua, quæ nonnisi casus aperuere postremi, juxta illud vulgatum; Ajo te Æacida Romanos vincere posse.* Addit his Ammianus, tum aruspices Etruscos, quos secum ductabat Julianus, eadem ex libris ostensa prodigiorum significatione, eum a cœptis reprimere conatos esse: *Sed calcabantur*, inquit, *philosophis refragantibus, quorum reverenda tunc erat auctoritas.* Horum præcipui fuerunt, quos diximus, Maximus, atque Priscus; quorum seductus consiliis, ad interitum pariter perductus est. In eadem insuper expeditione (quod summis ducibus gloriæ datum est) idem Julianus ipsas noctes pervigil in commentariis scribendis suis, instar Cæsaris insumebat; ut non litteras tantum diversas ad diversos daret, sed & libros componeret, eos præsertim, quos contra Christianam religionem elaboravit; de quibus hæc S. Hieronymus (*c*) ad Magnum:

(a) Amm. lib. 23.

Falsis auguriis Julianus deceptus.

(b) Ambr. epist. 31.

(c) Hieron. epist. 84.

XXXIV. *Julianus Augustus septem libros in expeditione Parthica adversum Christum evomuit; & juxta fabulas poetarum, suo se ense laceravit. Si contra hunc scribere tentavero, puto interdicas mihi, ne rabidum canem, philosophorum & Stoicorum doctrinis, idest, Herculis clavam repercutiam. Quamquam Nazarenum nostrum, & (ut ipse solebat dicere) Galilæum statim in prœlio senserit; & mercedem linguæ putidissimæ, conto in ilia perfossus acceperit.* Hæc Hieronymus. Porro de iisdem contra Christum scriptis libris hæc ipse Libanius (*d*): *Hyeme*, inquit, *cum noctes sunt paulo longiores, Imperator libros illos, qui hominem a Palæstina oriundum, Deum & Dei filium esse confirmant, diligenter evolvens, longa disputatione & firmis argumentis convincebat esse ridiculos: religionemque ab illis excultam, & magno in honore habitam, nugis redundare: & se in illis Tyrio illo sene sapientiorem ostendit. Igitur Tyrius ille sit animo placato; & dicendi facultate superatus, æquo ferat animo, quod sit in eum dictum a filio.* Hæc Libanius, præstantiora dicens scripta Juliani adversus Christianam religionem fuisse, quam quæ antea elucubrasset Tyrius ille senex, nempe Porphyrius.

Julianus contra Christum scribit.

(d) Apud Socr. lib. 3. c. 19.

XXXV. At de compositis ab eodem Juliano libris hæc etiam Cyrillus Alexandrinus (*e*): *Cum igitur potentissimus Julianus linguam fortitus esset disertam, acuit eam contra nostri omnium Dominum Salvatorem Christum, & tres scripsit libros adversus sancta Evangelia, & contra piam Christianorum religionem quibus multos commovit, & haud mediocriter offendit. Etenim leves facileque mobiles in ejus laqueos cito cadunt, finntque dæmonis dulces esca. Turbantur autem interim nonnihil*

(e) Cyrill. in præfat. lib. cont. Jul.

Juliani libri adversus Christianam religionem damnosi.

bil etiam ii, qui in fide profecerunt: credunt enim ipsum sanctas divinas litteras nosse; quandoquidem ex ipsis varia testimonia in suis libris accumulat, quamvis ignoret quæ dicat. Quoniam autem plurimi superstitiosi convenientes eos qui Christum sapiunt, susque deque prætexunt, nobis exprobrantes illius contra nos scripta, & dicunt tanta gravitate edita, ut carpi nusquam valeant; nullumque adhuc inventum esse ex nostris doctoribus, qui vel contradicere, vel subvertere dicta illius queat. Adhortantibus itaque multis (a) Ezech. 3. *atque fisus Christo dicenti (a): Et nunc vade & ego aperiam os tuum: accommodavi me, ut decutiam quidem Græcanicum supercilium adversus Dominum Christum sese extollens: adjuvem autem, quantum licet, deceptos; demonstrando deceptum esse, & ignorasse sacras scripturas eum, qui nostri omnium Salvatorem Christum incusat.* Hæc Cyrillus ad Theodosium Imperatorem. Quam vero egregie id præstiterit; ex ipsis qui extant commentariis, quibus & libri illi intexti sunt Juliani, cuilibet utrumque textum legenti satis perspicuum esse potest. Quod autem S. Hieronymus dicat septem a Juliano contra Christianam religionem libros fuisse conscriptos, Cyrillus autem tres; ex diversa partitione operis id accidisse putatur. Porro decem extant Cyrilli libri, quibus Juliani commentarios validissime oppugnavit.

XXXVI. Juliani scripta. Sed quod hæc novissima esse credatur lucubratio Juliani, quam tamen primam omnium mente conceperat; agedum reliqua ab eo scripta recenseamus. Eorum quæ extant; præter illa quæ superius recensuimus, est hymnus in Solem, ad Sallustium illum suum inscriptus, cui (ut ipse fatetur in fine) antea Saturnalia nuncuparat; in cujus scriptione trium tantum noctium spatium insumpsisse gloriatur. Sed illud magis mirandum, quod toto illo tractatu nihil contra Christianam ex more religionem oblatret, cum alioqui se Ethnicissimum in primis ostendat. Multa in eo de Sole mutuatus ex Platone in Timæo atque Cratilo, ex Aristotele Physicorum secundo & alibi, ex suo Jamblico, a quo & se omnia edoctum profitetur; accepitque nonnulla ex Hesiodo in Theogonia, atque ex omnium vetustissimo Homero tum in Iliade & Odyssea, tum etiam in hymnis. Solem vero laudaturus, a suis laudibus exorditur, significans se ab ineunte ætate Solis fuisse cultorem. Inde & vanus homo titulum & nomen æmulatus est Solis, dum suam effigiem titulo & signis Serapidis, qui idem est quod Sol apud Ægyptios, una cum Iside, quæ Luna ab iisdem creditur, in nummis effingi voluit; quorum exempla superius habes formis expressa.

Enumerans Suidas ejusdem Juliani lucubrationes, præter illas, quarum a nobis mentio facta est, recenset commentarium ad Canem, seu Cynicum Heraclitum, itemque de tribus figuris, & de Saturnalibus, epistolas itidem omnis generis multas, & alia. At de ejus scriptis hactenus: cœptum jam ab eo iter prosequamur in Persidem, in quo suum Edessenis negavit aspectum; ait enim Sozomenus (b): (b) Sozom. lib.6. c.1.

XXXVII. Quid Julianus Charris egerit. *Prætergressus Edessam propter odium fortasse incolarum (quippe Civitas illa jam usque ab Apostolorum temporibus universa Christianam religionem professa fuerat) ad Charras venit; quo in loco cum delubrum Jovis offendisset, hostias immolavit, & suo more precatus est.* Fuisse quidem Julianum infensissimum Edessenis, ejus litteræ ad Ecebolium superius recitatæ, quibus omnes Edessæ Ecclesias divitiis expoliari mandavit, satis significant. Cæterum Edessæ sub Juliano passum esse Dorotheum presbyterum Tyrium decrepitæ admodum senectutis hominem, in notis ad Romanum Martyrologium dixisse meminimus. Charris autem cum esset Julianus decimoquarto Kalendas Aprilis, territum fuisse insomniis, quod ea die Romæ (ut dictum est) conflagrasse templum Apollinis significaretur, Ammianus tradit (c). Quid præterea Charris idem scelestus fuerit operatus, Cedrenus sic tradit: *Ibi quamdam speluncam subiit; ibique execranda sacra operatus, fores seris occlusit ac consignavit, apposita custodia. Quibus foribus eo interfecto apertis, inventa est muliercula capillis suspensa, extentis manibus: cujus crudelis ille ventre dissecto, victoriam scilicet de Persis suam ex jecinore didicerat.* Hæc ipse. (c) Amm. lib.23.

XXXVIII. Cum autem Nisibin apud Tigrin pervenisset: *Ibi* (inquit Zosimus *d*) *octies mille gravis armaturæ milites ad loci munitionem reliquit; quorum duces essent Procopius, & Sebastianus.* De Procopio ait Ammianus, (*e*), fuisse Juliano propinquum; eumque cum Charris Julianus commoraretur, & Lunæ sacra ageret, admissum absque arbitrio ante aras, induisse purpureo paludamento, mandasseque arripere fidenter principatum, si se interiisse disceret apud Parthos. Sebastianum autem, quem ait ex Duce Ægypti pari præfectura cum Procopio honestasse, haud alium puto ab illo, qui (ut tertio tomo Annalium dictum est) favit Alexandriæ adversus Athanasium Arianis. Sed quod ad Juliani res Nisibi gestas pertinet: Cum locum illum Romanorum adversus Persas propugnaculum præ cæteris munire statuisset, omnemque operam atque studium ad id quam diligentissime præstandum impendisset; quamvis omnibus, quæ belli- (d) Zosim. lib.3. Julianus quid Nisibi. (e) Amm. lib.23.

eus usus exposceret, eumdem inexpugnabilem penitus reddidisset; debilem tamen esse existimavit, quod deorum videretur esse destitutus auxilio: nam accolæ Civitatis impii visi sunt ipsi, quod abdicatis diis, non modo Christum colerent, sed & memoriam celebrarent hominis mortui, nempe S. Jacobi ejus Civitatis Episcopi, cujus & reliquiis assisterent vigilando, & frequentando magnum honorem impenderent. Quamobrem eas extra Nisibim efferri præcepit, cum quibus pariter ipsam Civitatem omni prorsus præsidio nesciens spolievit; quippe quod quandiu venerandum sanctissimi viri corpus illic mansit, ab omni Persarum aggressione, tamquem firmissimo roborata munimento, perseveravit incolumis; eo vero amoto, necesse fuit hostibus dedi; quod quidem Gennadius testatur his verbis (a): *Moritur hic vir Constantii temporibus; juxta præceptum patris ejus Constantini intra muros urbis Nisibenæ sepelitur, ob custodiam videlicet Civitatis; quod secundum fidem Constantini evenit. Nam post multos annos ingressus Julianus urbem, & vel gloriæ sepulti invidens, vel fidei Constantini, cujus ob id domum persequebatur; jussit efferri de Civitate sancti corporis reliquias. Et post paucos menses (Juliano nimirum occiso, & toto in discrimen posito Romano Imperio) consulenda scilicet Reipublicæ causa, Jovianus Imperator, qui Juliano successerat, tradidit (secundum videlicet susceptas iniquas pacis conditiones) barbaris Civitatem, quæ usque hodie Persarum ditioni cum finibus suis subjecta servit.* Hæc Gennadius, eedemque alii post eum. Accidit autem, ut cum Julianus Nisibi esset, Dometius sanctissimus monachus Christianus, natione Persa, in ipsum magna constantia insurrexerit, exprobrans apostasiam, qua desertor pietatis factus, pro dæmonibus bellum gereret adversus sanctos; quod indigno ille perferens animo, mox ipsum cum duobus ejus discipulis lapidibus jussit occidi, victoriam putans auspicatam de Persis nece hominis Persæ; sed contrarium plane accidit, cum victus potius a Persis monachis, eorum sanguinem pro Persis pugnantem senserit adversarium; vincique cœperit, cum se vincere inferendo illis necem existimavit. Porro memoria horum martyrum viget in monumentis Ecclesiasticis (b).

S. Jacobus propugnaculum Nisibis.

(a) Genn. de Script. Eccl. c. 1. in Jacobo.

(b) Mart. Rom. 7. Aug.

XXXIX. Sed & contigit quidem, cum Julianus apud Perses cum exercitu ageret, dignum memoriæ facinus: nam cum ex more ad discendas res absentes dæmone nuncio uteretur; quam imbecilles ejus vires essent, ut ab homine uno Christiano idem detineri potuerit, fuit certo demonstratum experimento. Res enim sic se habuit (c): *Cum ascenderet Julianus in Persida, ab eo missus est dæmon, ut velocius vadens in Occidentem, inde responsum aliquod de rebus, quæ illis agerentur in locis, afferret. Cum autem pervenisset dæmon ad locum quemdam, ubi monachus nomine Publius habitabat; stetit ibidem per dies decem immobilis, & non poterat ultra progredi, quia monachus ille die noctuque oraret. Sicque re infecta dæmon reversus est ad Julianum, qui eum miserat. Qui ei dixit: Quare tardasti? Respondit ei dæmon, dicens: Et moram feci, & sine actione reversus sum: sustinui decem dies monachum nomine Publium, si forte cessaret ab oratione, ut transirem; & non cessavit, sicque prohibitus sum transire, & redii nihil agens. Tunc impius Julianus dixit: Cum regressus fuero, vindictam in eum exercebo; & intra paucos dies interemptus est divina providentia.* Hæc apud Vitas Patrum; eadem habeat Cedrenus (d), Glicas (e), & alii, ut de ea re a nemine reperiatur esse dubitatum.

Dæmon nuncius Juliani detinetur.

(c) Vit. SS. Patr. par. 2. cap. 19.

(d) Cedr. in Comp. in Julian.

(e) Glicas Ann. par. 4.

XL. De Publio autem monacho, qui hoc sæculo claruit in Zeugmatensibus solitariis locis, mentio est apud Nicephorum (f). Addit vero ad hæc Cedrenus ex iisdem Vitis SS. Patrum: *Hoc cum quidam procerum ejus inaudivisset de legatione dæmonis reddita irrita, admiratione ductus, post reditum omnia sua pauperibus distribuit, atque ad senem istum Publium profectus, præclarus monachus evasit, omnibus prædicans monachorum vim, qua adversus tenebrosos dæmones sunt prædite.* Equidem prædixit Apostolus (g): *Non esse nobis colluctationem adversus carnem, & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus:* quos posse detineri spirituali virtute, quæ scripta sunt a Daniele (h) non obscure nos admonent verbis illis: *Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & uno diebus, &c.* Porro virtute Christi adversus apostatas angelos magnam consecutos esse vim, & potestatem sanctissimos viros, quis dubitat? *Ecce enim* (dicebant (i) Christi discipuli) *etiam dæmonia subjiciuntur nobis:* & Fideles judicaturos esse angelos, Apostolus contestetur (k).

(f) Niceph. l. 12. c. 41.

De Publio monacho virtute insigni.

(g) Ephes. 6.

(h) Dan. 10.

(i) Luc. 10.

(k) 1. Cor. 10.

XLI. Inter hæc autem Julianus cum pervenisset Cercusium munitionem positam ad ripam Euphratis fluminis, per navalem pontem exercitum in hostium ditionem, adversam regionem transmisit; *ubi triste* (ut Ammianus ait) *omen occurrit, exanime cadaver apparitoris extincti manu carnificis, quem Præfectus Sallustius præsens damnaverat.* Sed hæc & alia

alia his similia, philosophi illi eum comitantes, qui certam victoriam polliciti erant Imperatori, vel negligenda dicebant, vel in contrarium sensum interpretabantur. Tunc etiam accidit e Cœlo prodigium, de cujus interpretatione aruspices & philosophi mutuo altercantes, ab invicem dissensere; sed in malum suum philosophis magis Julianus inhærens, illos ut bos ad victimam sequebatur. Rem gestam sic Ammianus describit (*a*): *Secuto itaque die, qui erat septimus Idus Aprilis, Sole vergente jam in occasum, & parva nubecula subito aere crassato, usus amittitur lucis; & post minacem tonitruum crebritatem, & fulgurum, Jovianus nomine miles Cælo tactus cum duobus equis concidit, quos potu saturatos a flumine reducebat. Eoque viso harum rerum interpretes accersiti, interrogatique etiam id vetare procinctum, fidentius affirmabant; fulmen consiliarium esse monstrantes (ita enim appellantur, quæ dissuadent aliquid fieri, vel suadent) ideoque hoc nimis cavendum, quod militem celsi nominis cum bellatoriis jumentis extinxit; & hoc modo contacta loca nec intueri, nec calcari debere, fulgurales pronuntiant libri. Contra philosophi, candorem ignis sacri repente conspecti nihil significare ajebant, sed esse acrioris spiritus cursum ex æthere aliqua via ad inferiora detrusum; aut si exinde prænoscitur aliquid, incrementa claritudinis Imperatori portendi gloriosa captandi; cum constet, flammas suapte natura, nullo operante, ad sublimia convolare.* Hæc facta sunt, cum, parato ponte, Julianus Euphratem una cum exercitu transmisisset.

(*a*) *Amm. lib.* 23.

Tristia omina Julianum exagitant.

XLII. Quæ autem prospere Juliano usque ad urbem Ctesiphontem evenerunt, Ammianus exactissime prosecutus est; quem legat, qui præter res ad Ecclesiasticam narrationem spectantes, aliquid amplius cupit. Nos vero ea tantum hic reddemus, quæ Gregorius Nazianzenus (*b*) summatim complexus est, cum ait: *Susceptæ quidem expeditionis principia illi admodum generosa, & a plerisque eorum qui ejus partibus studebant, miris clamoribus elata, hoc modo se habent. Nam cum totam eam Assyriæ partem, quam perluens Euphrates, ac Persidem præterlabens illic cum Tigride miscetur, captam pervastasset; nonnullaque castella, nemine prohibente, diruisset, sive quia Persas incursionis celeritate fefellisset, sive quia ab iis consulto ita duceretur, sensimque ad ulterius progrediendum alliceretur (utrumque enim dicitur) ita demum iter faciens, atque exercitu a latere proficiscente, navibusque frumentum & vasa per fluvium convehentibus, paucis interjectis diebus Ctesiphonti castra admovet; cujus urbis tanto desiderio tenebatur, ut vel ad eam propius accessisse, victoriæ partem existimaret.* Hæc de Juliani adventu Ctesiphontem usque Gregorius.

Juliani res prospere gestæ.

(*b*) *Greg. Naz. orat.* 4. *in Jul.*

Cum igitur victor Julianus illuc usque celeriter pervenisset, tum illud proditum est oraculum, sive adulantium magorum philosophorum arte confictum, sive deludentium dæmonum astu compositum, quod his verbis scriptum Suidas recitat (*c*): XLIII.

(*c*) *Suid. verbo Julianus Parabata.*

Oraculum mendax; & adulatorium.

Terrigenarum quondam genus delevit consilio pollens Juppiter
Inimicissimum beatis Olympias adeo tenentibus.
Romanorum Imperator Julianus Deo similis
Pugnans Persarum urbes & mœnia longa
Cominus pugnantium devastavit igne, validoque ferro,
Assiduque domuit & urbes & gentes multas:
Quin & Occidentalium virorum, Alemanice sola
Præliis crebris capto, vastavit arva.

extant eadem apud Nicephorum (*d*). Hæc tunc occinebantur; sed plane ante victoriam pæana cantatum. Nam triste paulo post omen cunctis mærorem incussit, ipsumque Julianum in numinis detestationem induxit; qualenam id fuerit; Ammianus his verbis significat (*e*):

(*d*) *Niceph. in fin. l.* 10.

(*e*) *Amm. lib.* 24.

XLIV. *Abunde ratus post hæc prosperitates adventare complures, hostias Marti parabat Ultori; & ex tauris pulcherrimis decem ad hoc perductis, nondum aris admoti voluntate sua novem procubuere tristissimi; decimus vero, qui defractis vinculis ægre reductus est, mactatus ominosa signa monstravit. Observatum est a sacrificantibus* (inquit Macrobius *f*) *ut si hostia, quæ ad aras duceretur, fuisset vehementius reluctata, ostendissetque se invitam altaribus admoveri, amoveretur, quia invito deo offerri eam putabant; quæ vero stetisset oblata, hanc volenti numini dari existimabant.* Et Suetonius (*g*), ut Julium Cæsarem ne religione quidem ulla a quoquam incœpto umquam absterritum, vel retardatum ostenderet, exempli causa subjicit, quod licet immolante ipso aufugisset hostia, profectionem tamen adversus Scipionem, & Jubam non distulit; additque tristis portenti loco habitum, si aut hostia ab ara profugisset, aut in aliam partem corporis quam oporteret cecidisset; sed superstitiosior Julio Julianus, & longe ille patientior isto, de quo Ammianus hæc subdit (*h*): *Quibus visis, exclamavit indignatus acriter Julianus; Jovemque testatus est, nulla Marti jam sacra facturum; nec resecravit, celeri morte præreptus.* Sed o vir inconstans, ubi illa olim tua de Marte præ-

Julianus immolat Marti.

(*f*) *Macrob. Saturnal. l.* 3 *c.* 5.

(*g*) *Suet. in C. Julio c.* 59.

(*h*) *Amm. lib.* 24.

prædicatio gloriosa, recensita superius? Jam ipse fateris, nihil posse deos, quos non curas indignantes iteratis victimis tibi propitios reddere. Sed desperatio (excuso te) has a te voces, invito licet, extorsit, cum esses fortasse memor quod ante necem Galbæ accidisse Suetonius (*a*) tradit, & de Vitellio Tacitus (*b*) & Lampridius de Alexandro affirmant, nimirum ante ipsorum interitum tauros fractis vinculis ab ara secessisse.

(a) Suet. in Galba c. 18.
(b) Tacit. lib. 19.

XLV. At quid postquam Ctesiphontem Julianus pervenerit, Gregorius Nazianzenus (*c*) de eo? *Hinc vero jam*, inquit, *velut arena pedibus subtracta, aut tempestate in navem illisa, res ipsi retro fluunt; Ctesiphon enim arx firma est, expugnatuque difficilis, muris cocto latere conditis, & alta fossa, palustrique ac limoso amne communita; eam porro arx quoque altera firmiorem reddit (Coeben appellant) pari tam natura, quam artis præsidio constructa, alteri arci ita conjuncta, ut unius tantum Civitatis speciem ambæ præbeant, intermedio amne inter se disjunctæ. Quas cum nec sine incursu atque impetu evertere, nec obsidione capere, & in potestatem redigere posset, nec vero ulterius cum exercitu, ac præsertim cum navalibus copiis pergere (periculum enim esse, ne e loco superiori telis utrinque peteretur, transituque probiberetur) hoc demum modo eas a tergo reliquit: Euphratis enim fluminis omnium maxime partem haud minimam perrumpit, & circumducit; ut ex fossa, cujus vetera etiam vestigia extare ajunt, navibus permeabilis esset; atque ita per eam ad Tigrin aliquanto ulterius confluens, navis salvas & incolumes tuetur, e fluvio ad fluvium tuta pervectas; ita castellorum horum periculum effugit:* id de fossa ex Euphrate in Tigridem ducta Gregorius: *Quam* (inquit Ammianus) *antehac Trajanus, posteaque Severus, egesto solo fodi in modum canalis amplissimi, studio curaverunt summo, ut aquis illuc ab Euphrate transfusis, naves ad Tigridem commigrarent: tutissimumque ad omnia visum est eadem loca purgari, quæ quondam similia Persæ timentes, mole saxorum obruere multorum; bacque valle purgata, avulsis cataractis undarum magnitudine, classis secura stadiis triginta depulsa, in alveum injecta est Tigridis.* Hæc Ammianus; qui admissas inter eos velitationes quasdam & levia prœlia recenset; quibus in prœliis quodnam Persarum consilium fuerit, Gregorius Nazianzenus ita declarat: *Ut autem progredienti Persica copiæ in conspectu venientes quotidieque increscentes, eam gerendi belli rationem tenere cœperunt, ut adversa quidem acie nequaquam sibi standum, nec, cum nullo periculo vincere liceret, nisi magna necessitate urgente, tentandam sibi belli aleam judicarent; cæterum e tumulis, & locorum angustiis, ubi occasio offerretur, hostes sagittis impeterent, atque opportunissimis viæ transitibus occupatis, eos facillime, ne porro progrederentur, inhiberent; tum vero in magna animi perplexitate & inopia Julianus versabatur; quoque se verteret non habens, perniciosum tamdem consultationis suæ exitum reperit.* At quodnam ejusmodi consilium fuerit, & ejus captandi proditoris persuasio quænam præcesserit, idem subdit his verbis:

(c) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

Ctesiphon firma munitio.

Euphrates in Tigrin fossa deductus.

XLVI. *Vir enim quidam inter Persas non ignobilis, Zopyri (d) illius erga Cyrum in Babylonis obsidione facinus imitatus, quasi ob gravissimas quasdam causas in gravissimam offensionem Persarum Regi venisset, eaque de causa in eum pessime animatus, contraque erga Romanos optime affectus esset; cum hoc commento, & simulatione fidem apud eos invenisset: Quid, inquit, Imperator? Quid tam ignavum atque imbecillum de re tanti momenti consilium initis? Quis hic navalis commeatus, onusque supervacaneum ignaviæ magistrum? Nihil enim ad expugnandum difficilius, nihilque pervicacius est, quam venter, sitanque in manibus habere spem salutis. Quocirca, si quid me audies, nauticum hunc apparatum valere jubebis, languoremque ex eo ad fortissimum hunc exercitum redundantem: tu autem via alia faciliori & tutiori, cujus tibi me ducem fore profiteor (nam Persicæ regionis tam peritus sum, quam quivis alius) in hostium terram impressionem facies; rebusque ex animi sententia confectis, ad reditum te accinges. Me autem tunc demum beneficio afficies, cum re ipsa atque experimento benevolentiæ erga te meæ consiliique mei documentum ceperis. Hac ratione cum Juliano, id quod proponebat, persuasisset (credula enim est levitas) præcipueque etiam Deo impium exagitante, omnibus simul incommodis premi cœpit exercitus. Naves igni conflagrabant; frumentum nullum erat; ac risus insuper accedebat (idem enim ferme erat, ac si manus sibi ipsi, necemque attulisset) spes omnes evanidæ; duxque itineris cum promissis suis abscessit. In orbem porro hostes instabant, bellum circumfluebat, progressio non facilis, victus ægre parabilis: languebat exercitus, animisque concidebat; itaque Imperatorem ira prosequebatur; nihil bonæ spei reliquum erat; hæc una, ut in præsenti rerum statu, salutis ratio patere videbatur, nimirum scelerato imperio ac militari præfectura defungi. At quæ hucusque gesta sunt, ita se habent.* Sed & Joannes Chrysostomus sugillat pariter cum impietate imprudentiam Juliani, cum ait (*e*): *Qui enim plu-*

(d) Justin. l. 2. Herodot. l. 3. Plutar. Apoph. Imp.

Persa proditor decipit Julianum.

(e) Chrys. orat. contr. Gent.

Romanus exercitus angustiis premitur. *plures militum miriadas secum duxerat, quam ullas unquam ante ipsum Imperator; quoque Persidem omnem per incursionem ac sine pulvere (quod ajunt) capturum se speraverat; huic sic infeliciter ac miserabiliter res successit, ut feminarum potius ac puerulorum, quam virorum exercitum, illum secum habuisse dicas. Primum enim imprudentia sua in tantam illos necessitatem adegit, ut equinis carnibus vescerentur, atque partim fame, partim siti absumpti perirent. Quasi enim in Persarum gratiam copias ageret, neque illos caperet, quin potius suos illis prodere studeret; sic eos in locorum difficultates quasdam conclusit, ac tantum non vinctos hosti tradidit. Enim vero calamitatum earum genus omne nullus possit, ne ex his quidem, qui illas viderunt, expertique sunt, recensere; ita omnem modum superarunt.* Hæc & alia Chrysostomus, cujus tempore hæc gesta sunt, & a multis qui interfuerunt facile audisse potuit.

XLVII. Qui igitur deorum promissionibus animatus eam susceperat magnæ molis provinciam, majori desperatione Julianus urgetur, cum adeo manifestis signis a diis suis sibi visus est esse penitus derelictus: nam in tot tantisque constitutus angustiis, ab eis responsa quærens, litatis victimis, haud valuit extorquere; ut merito in eum ac cæteros ejusdem superstitionis cultores illud ex Moysi cantico

(a) Deut. 32. (a) exprobrandum fuerit: *Ubi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam? Surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant:* nam de ipsis hæc

(b) Amm. lib. 24. Ammianus (b): *Et cum nihil humani proficerent sensus, diu fluctuantes & dubii, extructis aris, cæsisque hostiis, consulta numinum scisitabamur, utrum nos per Assyriam reverti censerent, an præter radices montium lenius gradientes, Chiliocomum prope Corduenam sitam ex improviso vastare; quorum neutrum, extis inspectis, conferre dicebatur; stetit tamen sententia, ut omni spe meliorum succisa, Corduenam arriperemus.* Hæc ipse; sed ad XVI. Kal. Julii arripientes iter ab advenantibus hostibus repressi sunt; postea vero fame enecti, conglobato agmine, dato ad decertandum solemniter signo, confertas hostium frontes nisu protruserunt acerrimo; majorque facta est hostium strages, Romanorum paucioribus cæsis, &

* Vetranione. cum eis * Veteranione, qui Triariorum legionem regebat; sed inter hæc trium dierum induciarum ad vulnera curanda spatia intercesserunt; cum jam fame haud toleranda afflictatus Romanus exercitus esset, ac profunda desperatione penitus mersus. At quid sequenti nocte Juliano

(c) Amm. lib. 25. per visum videre contigerit, Ammianus sic narrat (c):

*Ipse autem ad sollicitam suspensamque quietem paulisper protractus, cum somno (ut solebat) depulso, ad*æmulationem Cæsaris Julii quædam sub pellibus scribens, obscuræ noctis altitudine sententiis cujusdam philosophi teneretur; vidit squalidius, ut confessus est proximis, speciem illam Genii publici, quam cum ad Augustum surgeret culmen, conspexit in Galliis, velata cum cornucopia per aulæa tristius discedentem. Et quamquam ad momentum hæsit stupore defixus; omni tamen superior metu ventura decretis cœlestibus commendabat. Relictoque humi strato cubili, adulta jam excitus nocte, numinibus per sacra depulsoria supplicans, flagrantissimam facem cadenti similem visam aeris parte sulcata evanuisse existimavit; horroreque perfusus est, ne ita aperte minax Martis apparuerit sidus: erat autem nitor igneus iste, quem* διαΐσσοντα *nos appellamus, nec cadens unquam, nec terram contingens:* & paulo post: *Confestim itaque ante lucis primitias Etrusci aruspices accersiti, consultique quid astri species portenderet nova: Vitandum esse cautissime responderunt, ne quid tunc temptaretur: ex Tarquitianis libris in titulo,* De rebus divinis *id relatum esse demonstrantes, quod face in Cœlo visa, committi prælium, vel simile quicquam non oportebat. Quo etiam id inter multa alia spernente, orabant aruspices, saltem aliquot horis profectionem differri; & ne hoc quidem sunt adepti, Imperatore omni vaticinandi scientia reluctante; sed exorto jam die promota sunt castra.* Hactenus Ammianus. XLVIII. Rursus tristia omina.

Ad hæc infelix adactus est Julianus, ut XLIX. qui ex sententia aruspicum cuncta aggredi solitus esset, & de victoria securus Exprobratio in tantæ molis bellum auspicatus fuisset, jam Julianum. sibi cuncta prospera fore (ut ipse suis ad Libanium litteris testatus est) antea pollicentibus diis; modo cum & ab his se deceptum, & ab illis delusum, licet sero conspiceret, contemptor factus sit numinum, & refragator aruspicum; a quibus sic, eos consulens, responsa quærebat, quasi quod a diis promissum erat exigeret; sed tamen quæ illi dicerent contemnebat, quod promissionibus deorum esse adversa sentiret. Sicque miser his contrariis fluctibus agitatus, quod hostium vallatus cuneis, & fame acrius exercitum perurgente, nullum esse conspiceret humanis viribus e tot malis effugium; sed cœlestium tantum numinum esse, deploratis ac desperatis rebus succurrere; eadem iteratis sacrificiis exigebat. Rursum vero ipsa numina implorata, sacrisque placata, nec opem ferentia, sed deteriora minantia, veluti infida respuebat, ac devovebat ingrata; execrans deos, quorum cultum prostra-

tum

tum penitus tanto labore & industria frustra restituere conatus esset, ornasset templis, atque ditasset, tot sacerdotia erexisset, immolasset sacrificia, hecatombas multiplicasset, humano quoque eosdem eruore pavisset, quibus & de Christianorum cæde nuncupasset vota solemnia. Tot igitur tantisque facinoribus promeritos deos experiri jam sibi contrarios, patienter ferre nequibat. Martem, Pallademque a parte hostium stare, Victoriam illos sequi; Altricem Isidem, ipsamque Cererem pascentem omnes, a Romano exercitu longius recessisse; Ipsumque publicum Genium abscessisse, quam indigno ferebat animo! Et quam succensebat, cum nullum deorum, nisi Pallorem, & Pavorem, Timorem, Mortem, Pœnam, Necessitatem, Violentiam, Paupertatem, Invidiam, & alios his similes antitheos, quibus ut diis Gentes (a) erigebant templa, hisque conjunctas funestas Erynnas cum aliis adversariis & infaustis sibi numinibus in castris versari cognovit, quæ & procul abigere sacris depulsoriis frustra tentasset! Sed nullum infensius visum est superbo homini numen, quam quod appellant ipsi Ridiculum, a quo se instar Annibalis Urbem frustra tentantis, derideri conspiceret; eidemque inhærentes Momum exhorruit atque Selenum; quem omnes carpentem, ac ne optimis quidem parcentem Imperatoribus, ipsemet in Cæsaribus accurate descripserat; quem & sciret se apud Jovem habiturum pugnacem accusatorem, subsannatoremque egregium experturum. His igitur animo æstuans, velut œstro percitus, & diris exagitatus, contemptis aruspicibus sero sapientibus, in sui interitum, cladenque suorum præceps fertur in hostes.

(a) Consule de his Girol. de Diis Gent. Syntag. 1.

L. Sed antequam extremum Juliani exitum oratione prosequamur; illud monendum putamus, Ammianum & Zosimum Gentiles historicos, suæ ipsorum superstitionis Imperatorem, licet exitium Romano exercitui afferentem, ob eamque causam detestatione dignissimum, nihilominus omni laudum genere exornasse; eumdemque ut strenuum ducem, insignemque philosophum celebrasse. Sed quid Ammianus de extrema clade ejusque nece testatum litteris memoriæ commendarit, ne quid detraxisse invidia videamur, hic in primis reddamus: *Exorto jam*, inquit, (b) *die, permota sunt castra. Hinc nos egressos Persæ, cum sæpe afflicti peditum stabiles pugnas horrerent, structis insidiis occulte comitabantur, altrinsecus viantes catervas a celsis collibus explorando; ut id suspicans miles ad usque perpetuum diem nec vallum erigeret, nec sudibus se communiret. Dumque tegunt firmiter latera, & exercitus pro locorum situ quadratis quidem sed laxis incedit agminibus; invasa subito terga pone versus arma cogentium Principi indicantur, etiam tum inermi ad speculanda anteriora progresso. Qua concitus clade, oblitus loricæ, scuto inter tumultum arrepto, properans ultimis ferre suppetias, revocatur alio metu, qui etiam antesignanos, unde discesserat, paria perpeti nunciabat. Quæ dum sine respectu periculi sui redintegrare festinat, ex alia parte cataphractorum Parthicus globus centurias adoritur medias; ac sinistro cornu inclinato acriter superfusus, fœtorem stridoremque Elephantorum impatienter tolerantibus nostris, contis & multiplicatis missilibus decernebat. Verum Principe volitante inter prima discrimina præliorum, exsiluit nostra succinctior armatura, eversorumque Persarum, & belluarum suffragines concidebat & dorsa.*

Gentiles historici haud fideles.

(b) Amm. lib. 25.

Quos cum Julianus cavendi immemor LI.
*diffluxisse trepidos, elatis vociferando manibus aperte demonstrans, irasque sequentium excitans audenter effunderet semet in pugnam; clamabant hinc inde candidati, quos dejecerat terror, ut fugientium molem tamquam ruinam male compositi culminis declinaret; & incertum subita * equestris hasta, cute brachii ejus * præstricta, costis perfossis, hæsit in ima jecoris fibra; quam dum avellere dextra manu conatur, acuto utrinque ferro digitorum nervos sensit excisos; & provolutus jumento, præsentiumque veloci concursu relatus in castra, medicinæ ministeriis fovebatur. Moxque ubi lenito paulisper dolore, timere desiit, magno spiritu contra exitum certans, arma poscebat & equum; ut reviso prælio, suorum fiduciam repararet, ac videretur sui securus, alienæ salutis sollicitudine vehementer astringi, eo vigore (licet in negotio dispari) quo Epaminondas ille dux inclytus, lethaliter apud Mantineam saucius, & reversus ex acie conquirebat solicite scutum; quod cum vidisset propius, lætior vi vulneris, interiit; & qui animam intrepide amittebat, jacturam clypei formidavit. Sed cum vires parum sufficerent voluntati, sanguinisque profluvio vexaretur, mansit immobilis; ideo spe deinceps vivendi absumpta, quod percontando, Phrygiam appellari locum illum ubi ceciderat, comperit, hic enim obiturum se præscripta audierat sorte.* Hoc amplius debuit diis suis Julianus, quod de loco sui exitus, sic eum responso ambiguo & voce æquivoca fefellissent. Pergit deinde Ammianus referre militum post vulneratum Imperatorem in eo bello insuperabilem fortitudinem, donec satietate vulnerum ambabus partibus fessis, nox (ut ait) diremit certamina tenebrosa.

Pugna extrema Juliani cum Persis.

* sublata.

* perstricta.

Sed idem rursus hæc de Juliano, quem LII.
in

Julianus in prælio vulneratus quid ad suos. in extremo vitæ articulo sic orasse componit: *Hac dum ita aguntur, Julianus in tabernaculo jacens, circumstantes allocutus est demissos & tristes: Advenit, o socii, nunc abeundi tempus e vita, impendio tempestivum; quam reposcenti naturæ, ut debitor bonæ fidei, redditurus exulto: non, ut quidam opinantur, afflictus & mœrens; philosophorum sententia generali perdoctus, quantum corpore sit beatior animus; & contemplans, quoties conditio melior a deteriore secernitur, lætandum esse potius, quam dolendum; illud quoque advertens quod etiam dii cælestes quibusdam piissimis mortem tamquam summum præmium persolverunt. Munus autem id mihi delatum optime scio, ne difficultatibus succumberem arduis, neve me projiciam umquam, aut prosternam: expertus, quod dolores omnes, ut insultant ignavis, ita persistentibus cedunt. Nec me gestorum pœnitet, aut gravis flagitii recordatio stringit, vel cum in umbra, & angulis amendarer, vel post Principatum susceptum; sed tamquam a cognatione cælitum defluentem, immaculatum (ut existimo) conservavi, & civilia moderatius regens, & examinatis rationibus bella gerens, & repellens: tametsi prosperitas simul, utilitasque consultorum non ubique concordent; quoniam cœptorum eventus superæ sibi vendicant potestates. Reputans autem justi esse finem Imperii obedientium commodum & salutem; ad tranquilliora semper, ut nostis, propensior fui, licentiam omnem actibus meis exterminans, rerum corruptricem & morum; gaudensque nedum, scienter ubicumque velut imperiosa parens consideratis periculis objecit Respublica, steti fundatus, turbines calcare fortuitorum assuefactus. Nec fateri pudebit. Interiturum me ferro, dudum didici, fide fatidica præcinente. Ideoque sempiternum veneror numen, quod non clandestinis insidiis, nec longa morborum asperitate, vel delicatorum fine decedo, sed in medio cursu florentium gloriarum hunc merui clarum e medio digressum. Æquo enim judicio juxta timidus est & ignavus, qui cum non oportet, mori desiderat, & qui refugiat, cum sit opportunum. Hactenus loqui, vigore virium labente, sufficiat. Super Imperatore vero creando caute reticeo, ne per imprudentiam dignum prætercam; aut nominatum quem habilem reor, anteposito forsitan alio, in discrimen ultimum trudam: ut alumnus autem Reipublicæ frugi, opto bonum post me reperiri rectorem.* Hactenus Juliani, seu potius Ammiani Livium imitantis oratio; atque subdit:

LIII. Juliani interitus. *Post hæc placide dicta, familiares opes junctioribus velut supremo distribuens studio, Anatolium quæsivit officiorum Magistrum. Quem cum beatum fuisse, Sallustius respondisset Præfectus, intellexit occisum; acriterque amici casum ingemuit, qui olim ante contempserat suum. Et flentes inter hæc omnes qui aderant, auctoritate etiam tum integra, increpabat; humile esse, Cælo sideribusque conciliatum lugeri Principem, dicens. Quibus ideo jam silentibus, ipse cum Maximo & Prisco philosophis super animorum sublimitate perplexius disputans, hiante latius suffossi lateris vulnere, & spiritum tumore cohibente venarum, epota gelida aqua, quam petiit, medio noctis horrore, vita fa-*

PAGIUS IV. *Juliani interitus.* A num. LIII. ad LXX. De genere mortis, quo Julianus Augustus periit, variæ admodum sententiæ fuere, ut ostendit Gothofredus in Differt. in lib. 7. Philostorgii cap. 15. ubi tamen oblitus est referre quod Eutychianus Chronographus, (1) qui huic bello interfuit, apud Joannem Malelam, & Auctor Chronici Alex. narrant, *Julianum* nempe lancea divinitus transfixum fuisse a *S. Mercurio* Martyre, quod S. Basilium Seleucenum Episcopum veneno extinxisset; quod inquit Cangius in Opere de Familiis Augustis Byzantinis pag. 51. antiquæ picturæ consentaneum, quæ in Codice MS. Operum Gregorii Nazianzeni, Basilio Macedone imperante, exarato, in Bibliotheca Regia cernitur. In eo depictus est *Julianus* ad terram prostratus, equite cum lancea instante, supra cujus caput inscriptum: ΑΓΙΟΣ ΜΕΡΚΟΡΙΟΣ, id est, Sanctus Mercurius. Sublatus est Julianus, VI. *Kalendas Julias*, die nempe vicesima sexta Junii, ut Ammianus, Socrates, Idacius in Fastis & Auctor Chronici Alex. testantur. Socrates, qui anno tertio Imperii eum occisum scribit, initium ejus repetit a tempore, quo Parisiis, vivente adhuc Constantio, a militibus dictus est Imperator. Annum enim tantum ac menses octo inchoatos eum post Constantium imperasse certum est.

In-

NOTÆ (1) EUtychianus Chronographus *&c.* Hæc quidem narrat Malela, sed non ex Eutychiano, ex quo nihil refert aliud, nisi quod Julianus *inter dormiendum per somnium vidit virum quemdam adultum lorica indutum, qui tentorium regium in Asia, (urbe Ctesiphonti vicina) erectum ingressus, hasta eum percussit.* Hunc equidem visum fuisse S. Mercurium paulo post subdit quidem Malela; sed id ex alio profecto quam ex Eutychiano id accepisse videtur: Quin nec Malela ipse quidquam significat de causa qua S. Mercurius hanc ultionem de Juliano exegit. Juvat insuper hic ex eodem Malela adnotare Julianum obiisse hora quinta noctis diei 27. Junii, idest noctis diem illam præcedentis; ex quo factum est ut Auctores alii diem ejus emortualem 26. Junii statuerint, cum nox illa intermedia æque ad utramque diem rectissime adscribatur. Porro Malela in hac de Juliano historia Duces optimos & testes oculatos sequutus est, nempe Magnum Carrensem Chronographum *qui hoc bello sub Juliano militavit*, & Eutychianum de quo supra, Scriptorem Cappadocem, & Vicarium Cohortis Primoarmeniorum.

facilius est absolutus, anno ætatis altero & trigesimo. Hactenus de ejus obitu Ammianus, testis plane domesticus; cui adjungimus comparem, nempe Libanium sophistam, qui Julianum sic extinctum luculenta scripta oratione laudavit; in qua de interfectione Juliani cum agit, Christianos ejus necis in crimen vocat, dum hæc ait (*a*): *Quis igitur eum interemerit, audire quispiam cupit? Nomen ejus nescio. Non hostem autem percussorem eum fuisse, apertum indicium est, quod ex hostibus nemo vulneris ejus nomine honorem & præmium accepit; cum quidem Persarum Rex per præconem percussorem ejus evocaverit, & ingentia qui se indicasset, præmia percepturus fuerit; sed ne eorum quidem cupiditate quispiam est adductus, ut facinus sibi tantum per jactantiam arrogaret. Et multa profecto hostibus debetur gratia, quod cujus facti auctores non fuerunt, ejusdem sibi gloriam non vendicarunt. Sed nobis, ut interfectorem requireremus, permiserunt, quibus illum diutius vivere, bono non fuit. Sunt autem isti, qui nullis vivunt legibus; qui quidem quod dudum sunt conati, tunc demum cum possent, peregerunt; iniquitate reliqua eos cogente, cui sub ejus Imperio locus non fuit; & maxime deorum cultu, cui ipsi maxime sunt adversati.* Hactenus Libanius, non obscure Christianus Juliani necis auctores suggillans; hæc quidem ille, quod hostium constaret assertione, non ipsorum armis, sed telo Romano fuisse Julianum extinctum: nam Ammianus (*b*) sic de Persis inferius ait: *Hocque viso, e saltibus nos hostes diversitate telorum, ac verbis turpibus incessebant, ut perfidos & lectissimi Principis peremptores. Audierant enim, ipsis quoque referentibus transfugis, rumore jactato incerto, Julianum telo cecidisse Romano. Verum* (inquit Socrates *c*) *Callistus satelles Imperatoris, qui ejus res gestas carmine heroico conscribit, bellumque id temporis confectum narrat; illum a dæmone transfixum interiisse, commemorat.* Quæ quidem opinio magis increbuisse visa est; qua occasione id a dæmone, nempe a superiori numine admissum Ethnici existimarint, paulo post dicendum erit.

(a) Apud Niceph. l. 10. c. 34.

Percussor Juliani quis creditus.

(b) Amm. lib. 25.

(c) Socrat. l. 3. c. 18.

LIV. Certe quidem a quonam Julianus percussus interierit, haud satis fuisse exploratum scriptoribus illius temporis, immo nec iis cognitum, qui certamini interfuerunt, S. Gregorius Nazianzenus declarat his verbis (*d*): *Quæ autem sequuntur, non uno modo ab omnibus referuntur, sed alii aliis sermoni assentiuntur, calculumque addunt non minus eorum, quibus certamini interesse, quam quibus abesse contigit. Nonnulli enim a Persis eum jaculis confixum fuisse affirmant, temere in hostes excursantem, atque huc & illuc vesane prosultantem; idemque ipsi, quod Cyro Parysatidis filio, accidisse; qui cum adversus Artaxersem fratrem cum decem hominum millibus ascendisset, egregieque pugnaret, temeritate tandem sua victoriam amisit. Alii hujusmodi quemdam de eo sermonem commemorant: Cum in sublimem quemdam tumulum ascendisset, ut velut e specula exercitum illustraret, quantusque bello superfuisset, cognosceret; magnasque copias, speque sua copiosiores perspexisset: Quam grave & indignum fuerit, dixisse, si hos homines ad Romanorum terras reduxerimus! quasi videlicet ipsis salutem invidentem. Quibus verbis inflammatum militem quemdam, iraque præcipitem actum, nulla salutis suæ habita ratione, viscera ipsius gladio transfixisse.* At hæc commenti sunt Gentiles in odium Christianorum, quibus refertus erat exercitus; quasi Julianus illos vivere ægro animo ferret; in quem indignatum dixerunt exeruisse gladium militem Christianum. Sed hæc ab ipsis scriptoribus Ethnicis sententia prorsus exploditur, qui pariter hastæ cuspide percussum Julianum fuisse testantur. Sed subdit his, omnia undique ululatu referens, Gregorius: *Alii rursus facetum & ridiculum quemdam barbarum (quales in exercitus comitatu, tum ad leniendas animorum molestias, tum ad exhilaranda convivia esse solent) hoc facinus perpetrasse ferunt. Nec desunt qui Sarraceno cuipiam egregiam hanc laudem arrogent.* Hæc Gregorius de his, quæ a diversis ferrentur, rerum incertum pro arbitrio confingentibus.

(d) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

De percussore Juliani variæ sententiæ.

At quid ipse ea de re sentiret, superius prioris orationis exordio satis aperit, cum id ministerio Angelorum factum affirmat his plane verbis: *Atque ut mihi latius præconium pateat; omnes Cælorum virtus, omnes Angeli, quorum opera tyrannus ex-* LV.

tsu-

Julianus divinitus percussus.

PAGIUS

V. Interfectus est *anno ætatis altero & tricesimo*, inquit Ammianus lib. 25. id est, anno ætatis tricesimo secundo, ut recte Hieronymus, Hermannus Contractus, Marianus Scotus in Chronicis, & Valesius in Notis ad Ammianum scripsere. Sic Cicero, Quintilianus, aliique loquuntur, & in numeralibus vocem *alter* sæpe pro secundo usurpari, Robertus Stephanus in Thesauro linguæ Latinæ aliquot exemplis demonstrat. Ipsemet *Julianus* in epist. 5. ad Alexandrinos, XXXII. annos natum se esse dicit; quod in *Misopogone* significat. Neque contrarius est, ut loco laudato arbitratur Valesius, Socrates, quando lib. 3. scribit, Julianum anno ætatis tricesimo primo periisse, sed tantum indicat tricesimum secundum incompletum fuisse, quod verum est.

Ætas Juliani.

Baron. n. LXIII.

VI. Cadaver Juliani in Ciliciam deportatum, *non consulto quidem consilio, verum casu quodam, e regione sepulcri, quo Maximiani ossa contine-* bau-

Sepultura Juliani.

tinctus atque oppressus est; non Seon ille Rex Amorrhaeorum, neque Og Rex Basan, principes exigui, atque Israelem, hoc est, parvam Orbis partem vexantes; verum draco ille, Apostata ille, magna illa mens, Assyrius ille, ille communis omnium inimicus & hostis cum multo furore in terra debacchatus, & comminatus, tum multam iniquitatem in excelsum locutus, atque meditatus, &c. Rursum alibi (*a*), vi numinis totum illud confectum esse negotium, tradit. At quid de his Basilii Magni successor Helladius scriptorum monumentis reliquerit consignatum, S. Joannes Damascenus docet his verbis (*b*): *Quod autem imaginum institutio non nova, sed prisca sit, & apud sanctos & eximios Patres nota & usitata; disce ex his quæ in Vita beati Basilii ab Helladio ejus discipulo, in Pontificatuque successore, conscripta sunt. Pius enim vir (ut ipse narrat) Dominæ nostræ adstabat imagini, in qua Mercurii etiam celebris martyris figura descripta erat: adstabat autem supplicans, ut impius Julianus Apostata tolleretur. Ex quo quidem imagine didicit, quid esset eventurum. Vidit enim martyrem ad exiguum tempus obscurum, non multo autem post hastam cruentam tenentem.* Hæc ex Helladio Damascenus; qui sane commentarius de rebus gestis Basilii sciptus desideratur: nam qui extat nomine Amphilochii, scatens mendaciis, hæc de Magno Basilio atque Mercurio Martyre longe diverse narrat; ne quis existimes, quæ de Basilio scripta essent ab Helladio, eadem esse cum his, quæ feruntur pulchro nomine Amphilochii. Sensit imposturam in psimis Glicas (*c*), qui eo uno argumento totum illud Amphilochii nomine scriptum commentum dissolvit, cum ait: *Quamquam enim perscriptum reperiamus in libro de S. Basilii miraculis, quæ magnus ille vir Amphilochius litteris commendasse perhibetur, mandato perpetuæ Virginis Deiparæ per sanctum Mercurium, Magni Basilii precibus, desertorem hunc trajectum fuisse; non tamen hæc narratio meretur, ut ei continuo fidem adhibeas. Quam ob rem istud? quoniam in eodem scripto legimus, Magnum Basilium Cæsareæ Pontificem id temporis fuisse, cum eas regiones Imperator improbissimus contra Persas expeditione suscepta peragraret. At vero aliter eximius ille Gregorius cognomento Theologus memoriæ prodidit. Nam si Basilius, hoc eo narrante, in Ponto degebat sub initium Imperii Valentis, qui aliquanto post tempore regnavit, cum Cæsareæ Pontifex esset Eusebius; multo minus Juliano imperante Basilius Antistitis munera fungebatur. De quo satis evidenter apparet, Julianum iter per Cappadociam facientem, neque Basilium illic Pontificem reperisse, atque ipsius Ecclesiæ minatum esse. Consimili modo nec precatus est hoc nomine Deum Basilius Pontifex, nec ad tollendum e medio desertorem Mercurius ille Christi testis fuit ablegatus, quippe si hoc pacto res gesta fuisset, obscurum non esset in hodiernum usque diem, a quo Julianus telo confixus fuerit. Nam jaculo trajectum constat, auctore facti prorsus incognito.*

(a) Greg. Naz. orat. in laudem Athan.

(b) Jo. Damasc. de I. magin. orat. I.

S. Mercurius martyr percussor Juliani.

(c) Glic. 4 par. Annal.

At ipse tamen Glicas haud in eo nobis probari potest, cum eam ob causam, quod ea commeatisia Amphilochii nomine scripta haberentur, desogat penitus fidem historiæ, quæ auctoritate Helladii citati a Damasceno, quem ipse non vidit, aliter tamea rem gestam recitantis, egregie testata redditur. Sed non Basilio tantum hæc per visum ostensa fuere; verum & cuidam alii ad castra progredienti eadem diviaitus innotuisse Sozomenus (*d*) auctor est, qui rem ita describit, cum in primis hæc ait: *Equidem quisnam hujus cædis administer fuerit, nihil certi possum dicere, præter ea quæ modo dicta sunt. Sed tamen, uti hi, qui de ea re consentientibus sententiis differunt, affirmant: vera sane ea est opinio, quæ est ad nos perlata, quæ tradit, eum ultione divina e medio sublatum esse. Cujus reì certissimum argumentum est divina visio, quam cuidam ex necessariis ejus oblatam accepi. Nam dicitur, cum ad Julianum, qui erat in Perside, ire maturaret; in loca quodam, qui erat in via publica situs, diversatum, & ædium penuria coactum, in Ecclesia, quæ ibi erat, dormivisse; & secundum quietem vel rem gestam vidisse, vel saltem somniasse, Complures ex Apo-* LVI.

(d) Sozom. l. 6. c. 2.

PAGIUS

Baron. n. xxiv. & seqq.

bantur, somita sola loculos ab invicem separante, inquit Philostorgius lib. 8. cap. 1. ubi de Maximino Imp. loquitur, qui errore familiari Græcis, sæpe dicitur Maximianus. Prope igitur Maximini cadaver convenienter, etsi casu, velut qui inter se tot in rebus conveniebant. Hinc factum, ut Zosimus lib. 2. Maximianum Herculium *Tarsi* sepultum perperam scripserit. Julianus in epist. laudata ad Athenienses, ut eis Religionem Christianam execrabilem redderet, de se loquens ait: *Non a recto tramite aberrabitis, si ei fidem habeatis, qui ad annum usque vicesimum atmis illo via progressus est*, (id est, Christianus fuit) *& hanc alteram modo duodecimum jam insistit annum*. Scripta, ut videtur, ex epistola præsenti anno ante expeditionem Persicam. Quare Julianus anno circiter trecentesimo quinquagesimo primo, *etiam Gentilium superstitionem amplexus est. Post hac jam virilem ingressus ætatem promptius ad hæc ferri, eaque agere cœpit*, inquit Sozomenus lib. 5. cap. 2. Quod etiam ex loco liquet, Baronium & communiter recentiores Historicos, qui Julianum anno ætatis tricesimo primo occisum volunt, hallucinatos esse. Juliano successit *Jovianus*.

stolis & Prophetis in unum coactos, graviter de Imperatoris contumelia adversus Ecclesiae facta conquestos esse; iniisseque consilium, quid de hac causa faciendum esset. At cum diu de ea re esset deliberatum & adhuc eorum animi velut in dubio versari viderentur, duos e medio surgentes exhortatos reliquos, ut bono animo essent, properaeque tamquam ad delendum Juliani Imperium e Concilio egressos. Hominem illum, qui has res tam admirabiles contemplatus fuerat, iter de cætero neglexisse. Atque dum metu perculsus hæsitaret, quis hujus visionis exitus futurus esset; secundo eodem in loco somnum cepisse; vidisseque eumdem Apostolorum & Prophetarum conventum; atque ex improviso velut e via in Concilium ingressos illos, qui superiori nocte ad Julianum expugnandum abierant; cæterisque nunciasse, eum occisum esse. Hæc Sozomenus.

(a) Niceph. l.10. c.35. At Nicephorus (a) addit nomina illorum duorum, qui perrexerunt festini ad necem inferendam Juliano; nempe *alterum ipsorum dictum esse Mercurium martyrem, alterum vero item martyrem Artemium Ducem, ambos olim egregios milites Christianos.*

(b) Greg. Naz. orat. 2. in Jul. *Utcumque res se habeat* (inquit Gregorius b) *lethale certe, Orbique universo salutare vulnus accepit, unoque facinore multorum perniciose vetitorum pœnas Julianus exsolvit. Quod & ipsum miror, quomodo vanus homo, qui omnia hinc se scire existimabat, hoc unum ignoravit, nimirum vulnus visceribus suis infligendum.* Hæc quidem de percussore & vulnere accepto jam satis.

LVII. Quæ autem isthæc secuta sint, Theodoretus (c) narrat his verbis: *Deinde,* (c) Theod. lib.3. c.20. inquit, *cum milites quærerentur & ingemiscerent, ex improviso eum vulneratum offendunt, rabie contra conditorem suum furentem: Martem bellicosum ipsi, uti promiserat, auxilium minime tulisse, Apollinem falsa vaticinatum esse, Jovem denique fulminantem non in suum interfectorem fulmen torsisse. Itaque qui ante minas insolenter jactaverat, jam misero humi projectus jacuit:* Et paulo post: *Ferunt porro, ipsum tyrannum, simul ac plagam acceperat, manum protinus sanguine implevisse, illumque projecisse in aerem, ac dixisse:* Vicisti Galilæe; *& simul tum confessum esse victoriam, & blasphemium (adeo enim a mente abalienatus erat) in Deum impudenter locutum.* Hæc Theodoretus (d), & alii plerique. Sozomenus (e) vero hæc habet, cum de his agit: *Alii autem memorant, eum, cum sanguinem manu ostendisset, illum in aerem jecisse, perinde atque Soli iratum, quod Persis venisset subsidio, & se non servasset incolumem; præsertim cum suæ nativitatis (sicut astronomorum scientia indicabat) velut dominus esset & moderator.* Hæc ille. Ac probe sane divino coactus est numine in Solem blasphemiam intorquere; ut quem potissimum coluisset, atque in laudem ejus hymnum celebrem conscripsisset, ad postremum ita pereitus proditionis eumdem accusaret. Sed subdit Sozomenus: *At cum esset re vera moriturus utrum Christum viderit nec ne (uti solet accidere, quando anima e corporis custodia egreditur, & res diviniores, quam quæ ab homine conspici possint, videt) haud equidem habeo dicere: neque enim istud adeo a multis dicitur: veruntamen ut plane falsum rejicere non audeo: quippe cum credibile sit, alia etiam his multo admirabiliora contigisse, non alia de causa, quam ut constare possit, religionem Christianam non hominum studio & industria constitutam stabilitamque esse.* Hæc Sozomenus; cum tamen alii eam rem haud dubiam confirment, nempe de ejus blasphemia in deos, & exprobratione in Christum, projectione illa sanguinis in altum facta, qua & exclamavit (quod tradit Nicephorus f) *Saturare Nazarene.*

Quid in Christum Julianus moriens.

(d) Niceph. l.10. c.35. (e) Sozom. l.6. c.2.

(f) Niceph. l.10. c.34.

LVIII. At quomodo ipse moriturus Julianus adsciscere sibi conatus sit divinos honores, Gregorius Nazianzenus (g) narrat, sic dicens: *Sed ne hoc quidem prætereundum est, quod præter alia multa maximum perditæ illius amentiæ argumentum habet. In fluminis ripa jacebat, graviter ex vulnere ægrotans. Cum autem permultos eorum, qui ante ipsius ætatem gloria floruerant, ut humana conditione majores censerentur, artibus quibusdam ex hominum oculis sese sustulisse, eamque ob causam pro diis habitos fuisse sciret; ejusdem gloriæ cupiditate captus, simulque talis mortis genere interire propter temeritatis ignominiam erubescens, quid molitur? quid facit? (neque enim simul cum vita improbitas extinguitur). In profluentem corpus projicere conatur; ad eamque rem nonnullorum, quos maxime fidos arcanorumque conscios habuerat, opera utebatur. Quod nisi quispiam ex eunuchis Imperatoriis hanc rem persentiens, sceleri̇sque odio & execratione aliis prodens, huic conatui obstitisset; novus utique alius ex calamitate deus vecordibus hominibus extitisset.* Hæc Gregorius de Juliano, non ignaro, Romulum in primis eadem plane arte comparasse sibi divinos honores.

(g) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

Julianus affectat divinos honores.

LIX. Quoniam vero id assequi Juliano minime licuit; ne tali tantoque fraudaretur honore, domestici ipsius jacturam alia excogitata arte cumulatius compensarunt, dum eum ad superos curru elevatum finxerunt, idque testificatione divina probare conati: continetur autem ejusmodi commentitium oraculum his versibus, (h)

(h) Extant apud Niceph. l.10. c. ult.

cam-

tamquam ab Apolline illi viventi redditum.

Atque ubi Romanis Persas deviceris armis,
Usque Seleuceam bello progressus ad urbem;
Cælesti tum te sublatum turbine currus
Evehet ignivomus, magnoque rapones Olympo
Defunctum curis hominum, duroque labore:
Et patriam æthereæ lucis remeabis ad aulam,
Unde caduca hominis progressus membra petisti.

LX. Visiones de interitu Juliani. Fuit quidem ejusmodi Juliani casus eodem ferme temporis momento cognitus sanctis viris, quo contigit; immo (sicut diximus) & præcognitus, cum Athanasius de eo fuerat vaticinatus, nubeculam illam inani tonitruo perstrepentem quam citissime dissolvendam, & de fabro jam parante loculum Juliano fatidica illa fuerat dicta sententia. At quid ea hora, qua divina ultione tyrannus occisus est, divinitus ostensum fuerit magno illi anachoretæ Juliano Sabbæ, Theodoretus (a) sie narrat: *Porro autem Julianus cognomento Sabba (sic namque Syriaca lingua vocabatur) cujus vitam in historia nostra, quæ Philotheus inscribitur, litteris mandavimus, eorum vivendi genus, qui sunt expertes corporis, in corpore imitatus; cum esset de Juliani minis certior factus, longe attentius preces Deo omnium moderatori adhibuit; atque eodem ipso die, quo Julianus interfectus est, quamquam iter viginti dierum & amplius aberat ab exercitu, cædem ejus inter precandum agnovit. Nam ferunt, eum, dum Dominum clementem & benignum supplex oraret, derepente fletum repressisse, & effusum in lætitiam exultasse gaudio, hilaritatem vultu cœpisse induere; quare voluptas, quam capiebat animo, manifeste declarata est. Quem familiares ejus cum ita mutatum cernerent, rogasse, ut causam lætitiæ suæ ipsis indicaret. Eum autem respondisse: Aprum silvestrem, hostem vineæ Domini, debitas scelerum in Christum admissorum perpendisse pœnas, & mortuum jacere, ne amplius Christianis insidias struat. Quibus cognitis, omnes triumphare gaudio, & hymnum, quo Deo gratias agerent, cantare cœperunt. Postea autem facti sunt certiores ab illis, qui mortem ejus annuciabant, sceleratum illum tyrannum extinctum eadem die & hora, qua divinus ille senex Julianus eum cecidisse cognoverat & prædixerat.* Hæc Theodoretus.

(a) Theod. l.3. c.19.

LXI. De Didymo autem ita Sozomenus (b): *Eodem die Didymus, vir Ecclesiasticus, & divinæ sapientiæ ac pietatis studiosissimus, Alexandriæ ætatem degens, supra modum dolebat, non modo ob Imperatoris scelera contra Christianam religionem admissa, sed etiam quod cæco errore vagabatur, & Ecclesias contemnebat. Itaque jejunare, & Deum hac de re supplex orare cœpit. Qui cum ob hanc causam animo adeo sollicito ac mœsto esset, uti sequenti nocte nihil comederet; forte in solio assidens, somno oppressus est; ac velut extra se positus, videbatur sibi videre equos albos in aere cursare, & qui in eis vehebantur, eos ita prædicare: Nunciate Didymo, hodie Julianum hac ipsa hora interfectum esse; ipseque idem illud Athanasio Episcopo significet (latebat enim, ut dictum est, Alexandriæ Athanasius, conscio Didymo) Didymus igitur illico somno solutus surrexit, cibumque cœpit.* Hæc Sozomenus; eadem quoque de Didymo Palladius narrat (c).

Didymo quid ostensum de Juliano.

(b) Sozom. l.6. c.2.

(c) Palladius in Lausiac.

LXII. At hic siste gradum, lector, cum jam ad exitum, exitiumque infensissimi omnium hostis Christianæ religionis perveneris; atque memoria repete, mente cogita, expendeque animo, quot quantaque adeo brevi temporis spatio, nondum quidem duorum annorum curriculis evolutis, divinitus edita opera fuerint; quibus tamquam manifestissimis signis atque impressis notis intelligas, divino numini res Christianorum curæ esse, inesseque in Ecclesia Catholica Deum, qui totam hanc agitet molem, regat, gubernet, tueatur, atque conservet; neque humanarum esse virium tanta præstare. Cum alioqui singulis fermo annis eadem, vel his similia, pluraque ejusmodi signa spectare liceat, dummodo simplices tibi sint oculi atque puri; sed apud nos ista tu transiens intueberis. Cæterum si ad opus considere libeat, thesauros locupletissimos habes, duos inquam tomos a P. Thoma Bozio Collegii nostri Rectore nuper editos; in quo quidem argumento, quanto ordine, rerum copia, atque dicendi facundia versatus sit, tu ipse melius ex eis intelliges, quam ego ingeram: parco enim, quod inops sit illa probatio, quæ domestico perficitur teste. Sed erit plane, ut illa cuncta perlegens, intelligas quam fortis & inexpugnabilis sit Christiana religio, in qua fideles omnes sub centum illis militant signis, ita ut de Ecclesia Catholica digne occinas illud Jacob (d): *Vere Dominus est in loco isto:* Meritoque & illud ejusdem adjicias (e): *Castra Dei sunt hæc:* Atque adeo, ut licet sis hostis, & ab adversariorum partibus stes; si quid tamen veri studium in te reliquum sit, mox de eadem Catholica Ecclesia coactus instar Balaam exclamare cogaris (f): *Quam pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Israel, ut valles nemorosæ, & horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula quæ fixit Dominus &c.* Sed jam re-

De signis Ecclesiæ libri Thomæ Bozii.

(d) Genes. 28.

(e) Genes. 23.

(f) Num. 24.

reliqua, quæ ad Julianum pertinent, prosequamur.

LXIII. Atque in primis quod ad diem ipsum, quo, sic divino ulciscente numine, extinctus est, spectat; eum VI. Kal. Julii, diem clausisse extremum, ex Ammiano colligitur (a): Socratesque id expresse testatur (b) cum ait: *Occubuit VI. Kalend. Julii, tertia anno sui Imperii, septima autem postquam a Constantio renunciatus fuisset, ætatis suæ trigesimo primo*. Sed & ex die ejus occubitus, Dei licet æstimare vindictam; cum ea die, qua ipsius rescripto passi sunt Romæ nobilissimi atque innocentissimi aulici Constantini imperatoris Joannes & Paulus (de quibus superius susius egimus) nempe sexto Kalendas Julii, qua dia natalis dictorum Martyrum in Ecclesiasticis tabulis adnotatus habetur, Julianus divinitus misso telo necatus habeatur.

(a) Amm. lib. 25.
(b) Socrat. l. 3. c. 18.

Tempus interitus & ætas Juliani.

LXIV. Quod vero ad ejus imperii tempus attinet; dum Socrates dicit; Julianum anno tertio sui imperii vivendi finem imposuisse, plane hallucinatur: siquidem apertissime coustat eum nec quidem in Imperio post obitum Constantii explesse biennium. Cum enim Constantius Imp. ex hac vita decesserit (ut auctore Ammiano dictum est) tertio Nonas Octobris, Tauro & Florentio Coss. anno Domini trecentesimo sexagesimo primo, cum statim Julianus solus imperare cœpit; certumqua sit, eumdem hoc anno sexto Kalendas Julii morte abreptum imperare desiisse; dicere necesse est, cum minus habuisse in Imperio ab expleto biennio menses tres & dies novem. Sed inde Socrati errandi manavit occasio, quod sub imperio Juliani a morte Constantii tres ponuntur Consulatus; Tauri & Florentii, quo imperare cœpit; Nevittæ & Mamertini, quem annum regnavir integrum; ac denique ejusdem Juliani Consulatus quartus eum Sallustio, quo pariter occisus est: sed primi Consulatus menses tres: postremi sex haud absolutos imperavit.

LXV. Audito igitur de interitu Juliani ubique terrarum Imperii certo perlato nuncio; qui devoti ab eo erant diis victimæ Christiani (secundum illud Davidicum (c); Lætabitur justus eum viderit vindictam) excusso statim pavore atque mærore, quo sub gladio tenebantur oppressi, exultantes, Deo canticum cecinere, instar Israelitici populi (d), cum insequentem cerneret Pharaonem una cum exercitu ejus extinctum: Sed robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt habitatores Chanaam. Amplissimi, inquam, magistratus illi, ac Gentiliciæ superstitionis Pontifices, quos ad restituendam propagandamque idololatriam Julianus elegerat, simulque Ethnici omnes, Christiani uominis hostes, cum suas ipsorum res magis magisque efflorescentes conspicerent, atque longe majora sperarent; eas omnes improviso rurbine abreptas, spesque meliores excisas penitus esse cernentes, consternati sunt animo, oppressi dolore, ac pariter timore concussi; male conscii, quanta licentia atque procacia toto hoc Juliani regnantis temporis spatio in Christianam religionem insultassent.

Christianorum gaudium, & Gentilium mæror.
(c) Psal. 58.
(d) Exod. 15.

LXVI. Qui autem tunc rem altius attentiusque considerabant; Julianum non tam contra Persas, quam adversus Christianorum Deum, antiquius, diuturnius, acriusque bellum agentem extinctum considerantes, magnam Christi potentiam iu Julianum adeo perspicue demonstratam admirabantur: deorumque contra imbecillitatem attendebant in protegendo provehendoque in ampliorem gloriam, quem scirent majore studio, quam quivis alias ante solertissimus numinum cultor, die noctuque pro eorum cultu fuisse solicitum: sed & clarissime tuuc perspexerunt, esse illos penitus impotentes, nimirum privatum fulminibus Jovem, Martem armis, Mercurium talaribus & caduceo, Herculem clava; Vulcani friguisse ignes, Victoriam factam improbe transfugam; Castorem atque Pollucem castrorum custodes, jam factos eorumdem turpiter desertores; Isidemque nutricem, egeutem. Erubescebant ad hæc Gentiles, ac pariter ulciscentis Dei Christianorum vim ac fortitudinem admirabantur, ut ex his quæ sanctus Hieronymus scriptorum mouumentis memoriæ tradidir, intelligere facile possumus: nam in Commentariis in Habacuc (e) Prophetam hæc habet:

Deorum derisa impotentia.

(e) Hieron. in Habacuc c. 3.

LXVII. *Dum adhuc essem puer, & in Grammaticæ ludo exercerer, omnesque urbes victimarum sanguine pollucrentur; ac subito in ipso persecutionis ardore, Juliani nunciatus esset interitus; eleganter unus de Ethnicis: Quo modo, inquit, Christiani dicunt, Deum suum esse patientem & ἀνεξίκακον? nihil iracundius, nihil hoc furore præsentius: ne modico quidem spatio indignationem suam differre potuit. Hæc ille ludens dixerit. Cæterum Ecclesia Christi cum exultatione cantavit: Divisisti in stupore capita potentium*. Est sententia Habacuc (f), juxta Septuaginta. Erudiabatur ipse hoc tempore sub Donato grammatico, quam sæpe suum magistrum appellat; non autem sub Victorino, qui excultiori litteratura insignior habitus, desivit tunc publice profiteri, cum adversus Christianos professores idem Imp. Apostata (ut diximus) promulgavit edictum. Quotennis autem hoc Juliani obitus tempore Hieronymus fuerit, qui se puerum fuisse tradit; quoniam res perdifficilis est, & plurima indiget inspectione, de hoc agemus inferius anno Domi-

Ethnici de Christo querela.

(f) Habacuc 3.

ni

nl trecentesimo septuagesimo secundo, eom de ætate, quam vixit, erit prolixior disputatio. Modo autem in rebus ad Julianum spectantibus versetur oratio.

LXVIII. At in quod discrimen ex hoc tentato & male gesto Persico bello adductum sit Romanum Imperium; cum omnes luctu immenso eadem prosequantur historici; quid de his Patres scripserint, in medium adducamus; & in primis quod sic ait Hieronymus (a): *Julianus proditor patriæ suæ, & Christiani exercitus jugulator, Christum sensit in Media, quem primum in Gallia denegarat; dumque Romanos propagare vult fines, perdidit propagatos.* Et S. Augustinus (b) de eodem Apostata Juliano: *Cujus*, inquit, *egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega & detestanda curiositas, cum vanis deditus oraculis erat: quando fretus securitate victoriæ, naves, quibus victus necessarius portabatur, incendit. Deinde fervide stans immodicis ausibus, & mox merito temeritatis occisus, in locis hostilibus egenum reliquit exercitum: ut aliter inde non posset evadi, nisi contra illud auspicium dei Termini, de quo superiore libro diximus, Romani Imperii termini moverentur. Cessit autem Terminus deus necessitati, qui non cesserat Jovi.* Hæc Augustinus. Sed & ex Græcis Gregorius Nazianzenus (c) eosdem threnos ingeminat de clade illata Romano Imperio, necnon Joannes Chrysostomus (d) eam est pluribus prosecutus, quæ talis tantaque fuit, ut nullam huic æqualem subierit Romana Respublica; licet contigisset, ipsum Imperatorem captivum sub jugo teneri Persarum: adeo ut nec postea ullum advenerit tempus, quo talis jactura potuerit resarciri, vel tantæ ignominiæ nota deleri. Quod si quis dixerit, maximo omnium Romani Imperii damno Julianum esse natum, veritatis scopum collimasse, omnes recte judicantes æque sint consensuri. Ut plane habuerint, unde plurimum erubescerent Libanius & alii illi similes, qui Juliano viventi adulati turpiter fuerant, dicentes, eum magno Romani Imperii bono a diis esse concessum; necnon illi, qui hæc tam excelsa præconia incisa etiam silicibus posterorum memoriæ commendarunt; quorum hic tria vetera monumenta (e) describenda curavimus; est enim ejusmodi prima inscriptio:

(a) Hier. epist. 3.

Julianus lues Imperii Rom.

(b) August. de Civit. Dei l. 5. c. 21.

(c) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

(d) Chrys. contr. Gent.

(e) Extant in lib. Inscrip. antiq. Smet. pag. 156. n. 13. 15. 16.

IMP. CAES. FL. CL. JULIANO. P. F. VICTORI
AC. TRIVMPHATORI. SEMPER. AVG
P. M. IMP. VII. CONS. III. BONO
REIP. NATO. PRO. CONS.

Secunda vero inscriptio sic se habet:

ÆTERNO. PRINCIPI. D. N. FLAVIO
CLAUDIO. JULIANO. UBIQVE
VENERANDO. SEMPER. AVG. BONO
REIP. NATO. ORDO. POSSESSORESQVE

Tertia vero talis est:

IMP. CÆS. D. N. FL. CL. JULIANO
SEMP. AVG. P. M. IMP. VII. COSS
III. BONO. R. P. NATO. PATRI
PATRIÆ. PRO. CONSS.

Talia igitur tantaque Ethnici de Juliano conceperant, ut ubique locorum ejusmodi titulo BONO REIPUB. NATO, signa illi dicarent; sed eventu contrario obscurata penitus remansere, oblita cœno, exposita cujuscumque ludibrio; ut lapides, licet elingues, iisdem decoris notis clamarent tamen ignominiam Juliani.

LXIX. Jam vero agendum de funere ignobili, & infami Apostatæ sepultura, de quibus pauca hæc Ammianus (f): *Corpus ejus curatum præ copia rerum ac temporis, & ubi olim ipse statuerat conditum fuit*: nempe Tarsi in Cilicia: hæc tantum ipse; cætera reticet, nempe a Perside in eum usque locum, ubi cadaver condendum erat, solemnis processio, & quo honore, quibusve laudibus a singulis acceptum sit civitatibus, cum quem triumphantem expectarent Imperatorem, in feretro supinum susceperunt. Sed Gregorius Nazianzenus, nolens tanta gloria tantum Imperatorem privatum sepulturæ donari, sic rem, ut est gesta, prosequitur, jam ante locutus magnifice de funere Constantii Imp. cum subdit (g): *Huic*, Juliano scilicet, *contra eum turpis & flagitiosa expeditio, tum turpior atque ignominiosior reditus contigit. Exagitabatur enim a populis & urbibus; publicisque atque scurrilibus vocibus, quarum nunc quoque permulti meminerunt. Quæ vero hac ignominia erat? Mimi & histriones eum agebant, omnique scenæ turpitudine lacessebant, tibia canentes & saltitantes; eique fidei abjurationem & cladem, vitæque finem exprobrantes; nihil denique ex iis non facientes ac dicentes, quibus hujusmodi homines, qui pro arte procacitatem & contumeliam habent, insolentius utuntur; quoad eum tandem Tarsensis civitas excepit, haud scio quo-*

modo

(f) Amm. lib. 25.

Funus Juliani.

(g) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

modo & ob quam causam hac injuria mulctatu: hic [...] templum infame, tumulusque impurus & execrandus, ac ne spectabilis quidem piorum oculis. Hucusque Gregorius; qui tamen alibi, cum Athanasii celebrat laudes, hæc etiam habet de ejusdem Juliani corpore tradito sepulturæ: *Quem magnificum & honoris cupiditate flagrantem transmiserat, eumdem mortuum reducit, nec miseratione quidem quemquam permoventem; immo (ut mihi quidam narravit) nec ad sepulturam assumptum, sed a terra, quæ propter ipsius scelus tremore affecta fuerat, excussum, æstuque vehementi projectum, insequentis (ut opinor) supplicii primordium.* Hæc Gregorius.

LXX.

Magi, & philosophi Juliani ludibrio habiti.

At sicut toto illo revectionis cadaveris e Persia in Ciliciam tempore æque fuit de Juliano omnium derisio ac subsannatio; ita iisdem pariter probris affecti sunt Philosophi illi, magi, atque augures, quos carissimos amicos, certæque victoriæ desponsores secum in Persidem duxerat Julianus: hos infelices dicteriis, sannis, scommatibus, ac denique sibilis vulgus insectabatur; idque Antiocheni præsertim, ubi diutius cum Juliano fuerant commorati, & magno in honore habiti. Fuisse enim ejusmodi voces Antiochenorum in Maximum philosophum una simul clamantium, Theodoretus (a) testatur, qui ait: *Urbs vero Antiochia ut primum tyrannum trucidatum intellexit, epulas publicas, crebrosque conventus celebrare, & non in Ecclesiis solum & martyrum monumentis tripudiare, verum etiam in theatris Crucis prædicare victoriam, & tyranni vaticinia irrisioni & ludibrio habere cœpit. Voces autem Antiochenorum contra eum emissas ponam equidem hoc loco, quo eorum memoria possit ad posteritatem remanere. Nam uno ore clamabant omnes: Ubi tua, o Maxime, o stolide, vaticinia? Vicit Deus & Christus ejus. Per id enim tempus erat vir quidam nomine Maximus, qui tametsi Philosophum se esse profitebatur, erat tamen re vera magus, futuraque se posse prædicere jactabat.* Hæc Theodoretus.

(a) Theod. l. 3. c. 22.

LXXI.

Ea detectis imposturis magis derisus Julianus.

Sed eo magis tam in Julianum, quam in ejus consiliarios & sacrificos est conclamatum, cum post obitum ejus, custodibus e regiis palatiis amotis, reseratis penetralibus, & abditis recessibus pervestigatis, inventa sunt humana corpora (b) extincta, jam putredine exesa, quæ ipse cum suis adeo execranda sacra immolaverat diis; quorum & ad futurarum rerum scientiam consequendam, apertis ferro visceribus, exta solebat inspicere; unde infelix de vincendis Persis, eorumque potiendo regno, & nobili de barbaris debellatis adipiscendo triumpho certis (ut sibi videbatur) ex signis spem haud dubiam conceperat; adeo ut ante victoriam cecinisset pæana, seque ipsum Alexandrum Magnum esse jactasset; sibique dixisset, æque ac illi olim, usque ad Indos, omnibus debellatis hostibus, patere aditum, assectantibus Romanum exercitum deorum phalangibus. Probrosa hæc de humanis hostiis immolatis (ut dictum est superius) tum Charris in Mesopotamia, tum vero abundantius Antiochiæ sunt reperta, & in lucem prodita, publiceque exposita, velut egregia trophæa de hostibus debellatis erecta: cum in illum, loco triumphalium acclamationum, ab universo populo sunt jactata convicia, repetita probra, ac iteratæ etiam contumeliæ: Deoque simul immensæ actæ gratiæ, quod a tali immanissimo Scytha Romanorum liberasset Imperium.

(b) Theod. l. 3. c. 21. 22.

LXXII.

Libanius laudator Juliani.

Discruciabantur hæc audientes Gentiles & erubescebant, cum nulla satis idonea ad excusandam deorum imbecillitatem, immo & proditionem, qui falsis promissionibus a limitibus Romani Imperii exercitum abduxissent, & in manus hostium conjecissent, verba suppeterent. Unus tantum repertus est Libanius sophista Antiochenus, Juliano (ut vidimus) magno amicitiæ vinculo adstrictus, qui funebrem in ipsius Imp. laudem scripserit orationem, qua eum pro arbitrio laudibus in cælum evexit, & inter numina collocavit. Sed quid in ea homo vanus somnians effutierit, Socrates (c), qui eam legit, his verbis significat, cum in eumdem Christianam religionem subsannantem invehitur: *Porro autem cum Libanius sophista Christianos salse irrideat his verbis: Hominem ex Palæstina oriundum, Deum, Deique filium faciunt: Mihi videtur penitus oblitus, se in extremo oratione sua, Julianum in deos retulisse, in hunc modum: Primum, inquit, mortis illius nuncium parum aberat quin lapidibus obruissent, tamquam contra deum mentitum:* quod scilicet Julianus deus factus, mori non posset; sed subdit: *Deinde paulo longius progressus: O dæmonum, inquit, alumne, dæmonum discipule, dæmonum denique assessor. Quamquam ille aliter ista intelligebat; tamen cum nomen ambiguum, quo etiam diabolus significatur, non vitaret, eadem visus est dicere, quæ Christiani in probris objectandis dicere consueverunt. Quare si ad quemquam laudibus ornandum omni studio incubuisset, nomen ambiguum vitare eo modo debuisset, quo illam vitavit vocem; quam quidem, cum esset ob eam reprehensus, a suis libris prorsus delevit.* Hæc Socrates: idemque testatur, eadem de laudibus Juliani oratione Libanium recensuisse libros ab eo compositos, cum superius (d) de ipsa item oratione tunc ab eo scripta mentionem faciens, sic ait:

(c) Socrat. l. 3. c. 19.

(d) Socrat. l. 3. c. 9.

Eo-

LXXIII. *Eodem tempore Libanius sophista orationem, qua mortem deflevit Juliani, composuit, eumque* Julianum, *sive* Funebrem *inscripsit; in qua non modo omnes ejus res gestas illo dicendi genere, quo hominum laudes celebrantur, persecutus est, sed librorum etiam, quos contra Christianos ediderat, & quod in illis Christianorum scripta ridicula, nugisque referta monstraverat, mentionem fecit.* Sed de illis superius satis. Addit auctor inferius, scriptum ab eodem Juliano commentarium, quem *Cynicismum* inscripsit. Cynicorum quippe philosophorum fuisse studiosissimum, epistola illa, quam adhuc, cum Cæsar esset, scripsit ad Maximum, declaravit. Lucubravit quoque librum illum, cujus est titulus, *Cæsares*; non aliam puto ob causam, nisi ut ea occasione carperet Constantinum, quem veste indutum muliebri deæ deliciarum conjungeret una cum filiis, se vero Solis filium, Mercurii sententia comprobaret; ubi hæc in fine ridicula habet: *Dii vero, impietatis vindices, ut ipsum Constantinum, ita & ejus filios cruciabant, sanguinis cognatorum fusi pœnas exigentes: Donec Juppiter in Claudii & Constantii gratiam a malis respirare concessit. Tibi autem (Mercurius, ad me sermonem dirigens, inquit) feci, ut Solem patrem agnosceres. Tu vero ejus præceptis obtemperato: illum tibi tutum portum & perfugium, dum in vivis agis, compara; quando vero oportebit hinc excedere, cum bona spe tibi deum propitium ducem constitue.* Hisque verbis imposuit finem orationi. Sed ex impietate concepta spes eum vana fefellit; quippe tali parenti frustra confisus; cum se tum a Persis victum, tum vero a Christo (quod acerbius illi fuit) superatum cognosceret, plane desperans, ac numina blasphemans, e vita excessit. Porro quod ad ejus scripta pertinet; præter Misopogonem, alias quoque scripsit orationes. Sed de ejus scriptis alibi pluribus ex Suida.

Libanii funebris oratio.

LXXIV. Quod vero ad illius laudatorem Libanium spectat; ex ea plane oratione, quam post obitum Juliani in ipsius laudem conscripsit, qua & non leviter Christianam religionem carpit, prorsus eluditur commentum illud, quod sub falso Amphilochii nomine narratur in Vita Magni Basilii; quo fertur, Libanium persimilem de interitu Juliani (quam Basilium vidisse diximus) visionem noctu per somnium conspexisse, cum esset in castris: quem tamen ex litteris Juliani constat Antiochiæ fuisse relictum. Sed & quod ibidem dicitur, ipsum Libanium septimo post obitum Juliani die ab exercitu fugientem, ad eumdem Basilium Cæsaream convolasse, atque ejus nunciasse obitum, petiisseque fieri Christianum, consecutumque esse sacrum Baptismum, atque una cum ipso Basilio commoratum esse: sunt hæc plane digna risu, quæ & fidem derogent nonnullis, quæ ab aliis accepta, in eadem Vita vera esse probantur. Talis profecto est opera impostorum, ut cum falsa ingerant, vera mendaciorum admixtione corrumpant. Repugnant his etiam quæ post hæc ab eodem Libanio ad eumdem Basilium epistolæ scriptæ sunt. Sed de Libanio Eunapius Sardianus hæc inter cætera: *Nemo omnium*, inquit, *qui a Libanio allecti, & in familiaritatem recepti fuerant, abiit a morsu immunis: nam quali quisque erat ingenio, confestim norat; illiusque animum in vitia, an virtutes pronior esset, perspectum habebat: egregius artifex in exprimenda atque ex vero confingenda morum similitudine in utramque partem.* Hæc & alia Eunapius. Tribuit & hoc illi vitio Socrates (*a*), quod pro tempore instar Protei, diversos animi vultus mutare soleret: nam regnante Constantio, cum scriptis mirifice commendavit; cum vero defunctus est, criminosis eumdem contumeliis deturpavit. Caruisse autem uxore Libanium tradit Eunapius, usui tamen habuisse mulierculam concubinam, obiisseque longa senectute confectum. Cæterum licet in aliis lucubrationibus suis Libanius Gentilibus sapiens & eruditus videri potuerit, in duabus tamen illis ab ipsis Ethnicis pariter collaudatis, altera quæ de Daphne inscripta erat, altera vero de laudibus Juliani, quarum meminimus, apud viros prudentes, atque disertos magnæ insipientiæ specimen edidit; visusque iisdem est flaccidus, mollis, languidus, enervatus, ac scena dignus; cujus dictio levis comœdi potius, quam quæ cujus personam ageret, gravissimi Oratoris referret exemplum.

Refelluntur quæ de Libanio falsa narrentur.

(*a*) Socrat. l.3.c.19.

LXXV. Cæterum in conscribendis Juliani rebus gestis, celebrandisque ejus laudibus, æquiorem se præbuit Ammianus; qui etsi in his (ut sæpe demonstratum est) limen interdum veritatis transgressus est; tamen in memoriam revocans, sibi non encomiastæ, sed historici fore numeros exsolvendos; post contexta præconia Juliani virtutum laudans ejus justitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, castitatemque cum liberalitate conjunctam, nec non in militari disciplina solertiam; vitia tandem paucis, licet prolixiore indiguissent oratione, ita perstrinxit (*b*): *Levioris* (nempe erat) *ingenii; verum hoc instituto rectissimo temperabat, emendari se, cum deviaret a fruge bona, permittens:* sic plane restituenda lectio est; cum pro *levioris*, aliqui codices legant, *lentioris*, alii *lenioris*: hæc enim exploditur penitus posterior lectio,

(*b*) Amm. lib. 22.

eum ab auctoris sententia discrepet; cujus institutum est, in his vitia, & quæ in homine corrigenda fuissent non virtutes describere: Verum nec quod prior habet, fuisse lentioris ingenii, auctoris sensui satisfacit. Quamobrem textus emendatio illa placuit, quæ ab erudito viro Billio in suis observationibus adnotatur; ut loco *lentioris ingenii*, sit restituendum, *levioris ingenii*: etenim levitatis notam
(a) Greg. Naz. orat. 2. in Jul. eidem Gregorius Nazianzenus (*a*) inurit; quæ quidem germana lectio ex ejusdem Ammiani verbis superius positis re-
(b) Amm. lib. 22. stituitur; siquidem alibi (*b*) idem levitatis peccatum inculcans, hæc in eamdem prorsus sententiam verba habet: *Levitatem agnoscens commotioris ingenii sui, Præfectis, proximisque permittebat, fidenter impetus suos aliorsum tendentes, ad quæ decebat, monitu opportuno fre-*
(c) Amm. lib. 25. *narent*. Ita Ammianus; sed subdit de aliis ejusdem Juliani vitiis hæc insuper (*c*):
LXXVI. *Linguæ erat fusioris, & admodum raro silentis; præsagiorum sciscitationi nimia deditus, ut æquiparare videretur in hac parte Principem Hadrianum; superstitiosus magis, quam sacrorum legitimus observator; innumeras sine parsimonia pecudes mactans: ut æstimaretur, si revertisset de Parthis, boves jam defuturos: Marci illius similis Cæsaris, in quem id accepimus dictum*, οἱ λευκοὶ βόες, Μάρκῳ τῷ Καίσαρι ἂν σὺ νικήσῃς, ἡμεῖς ἀπωλόμεθα. *vulgi plausibus lætus, laudum etiam ex minimis rebus intemperans appetitor, popularitatis cupiditate cum indignis loqui sæpe affectans*. Subdit his post alia de legibus ab eodem injuste latis. At si cupis summatim scire hominis pravos mores, ac præsertim levitatem, quam in eo omnes redarguunt, eumque certis signis repræsentatam, simulque ejus exitum infelicem; accipe divinum diu ante pronunciatum atque posteris commendatum oraculum, inter divina scriptorum monumenta reconditum, in quo mireris videre expressum in omnibus Julianum; sic enim
(d) Prov. 6. se habet (*d*): *Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia seminat. Huic extemplo veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit ultra medicinam*. Hæc in sacris proverbis Salomonis, Juliano in omnibus congruentia, licet dicta sint de apostatis omnibus.

LXXVII. Sed age jam hominis turpitudinum monumenta vetera referamus. Extant duæ ingentes sceleribus Juliani scriptæ columnæ, duæ inquam illæ a Gregorio Nazianzeno orationes in Julianum conscriptæ, quarum excellentiam haud satis digne laudare queunt clarissimi oratores; easque prudens quisque dixerit duo ful-

Orationes invectivæ Gregorii Nazianzeni in Julianum.

mina, magno cum fragore tonitrui, veritatis luce coruscа, in horrendum monstrum valido impetu cælitus missa: ex quibus pro instituti ratione satis erit hic pauca, quæ ad finem, nempe posteriori oratione, congruam homini panegyrim absoluturus, munus tanto dignum Imperatore, illi offert, hæcque habet (*e*): *Hæ* (e) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.
nostræ, hoc est, Galilæorum; hæ contemptorum & abjectorum hominum narrationes: Hæc nos, qui Crucifixum adoramus: Hæc piscatorum, & (ut ipsi ajunt) imperitorum discipuli: Hæc nos, qui cum vetulis sedemus, & psallimus: Hæc nos longis jejuniis confecti, & exanimes: Hæc nos, qui frustra vigilamus, atque in nocturnis stationibus nugamur; & tamen vos prosternimus. Ubi sunt grammatici? Ubi consiliarii? (libet enim ab indoctorum nostratium quodam, ut idem vobis videtur, triumphalem hymnum mutuari)
(f) Ubi sacrificia, & sacra, & myste- (f) Isaia 33.
ria? Ubi victimæ tum apertæ, quam occultæ? Ubi aruspicinæ ars, quæ laude ac prædicatione effertur? Ubi præscientiæ vanitas, & ventriloquorum signa? Ubi clara illa Babylon sermone celebrata, & Orbis universus terrarum per exiguum & execrandum sanguinem cogitatione perceptus? Ubi Persæ illi & Medi, qui manibus tenebantur? Ubi dii illi, qui ducebantur, & deducebant, & propugnabant, simulque pugnabant? Ubi illa adversus Christianos oracula, & minæ, nostrique ad præstitutum diem etiam ad ipsum usque nomen oppressio? Evanuerunt omnia. Falsæ sunt, diffluxerunt, somno similes extiterunt impiorum jactationes. Et pau-
lo post, recitato Sennacherib (*g*) exem- (g) 4. Reg. 18.
plo in Judæos temere insultantis, & Ezechiæ in Deum Israel spem habentis, hæc addit:

Nos autem, quibus nulla alia arma, LXXVIII.
nec muri, nec præsidia, præter spem in Deum, reliqua erant, utpote omni humano auxilio prorsus destitutis ac truncatis; quem tandem alium aut precum auditorem, aut minarum depulsorem habituri eramus, quam Deum, qui jurat adversus superbiam
Jacob (h)? O incredibiles narrationes! (h) Amos 6.
o rerum spe conceptarum temeritatem? Dæmonibus instar cujusdam victimæ, promissi fueramus: ac magna illa Dei hæreditas, gens illa sancta, regale sacerdotium, unius spei præmium, atque unius belli palma facti eramus. Hæc tu scilicet Christianis ob salutem per eos male acceptam præmia retulisti? (cum scilicet a vindice Constantii Imperatoris gladio puer subductus esset) *Hæc Domino Deo tuo rependisti? Ac prius quidem, cum Deus suam pro nobis iram adhuc sustineret atque differret, nec dum omnem zelum suum inflammasset, verum sublimes adhuc adversus impium manus haberet, atque arcum*

Christianorum in Deum fiducia.

sa-

tametsi jam adductum atque paratum per vim retineret, tantisperque expectaret, dum tota illius improbitas, quasi supputridus & malignus quidam morbus erupisset (hic enim divini judicii mos est, vel ut per pœnitentiam salutem afferat, vel justius puniat) tum nos ea quæ fiebant, ægre & acerbe ferentes, atque ad futurum animis fatiscentes (nec enim ipsius benignitatem sui absconditam ferebamus) has ad eum voces emittebamus, partim Dominum invocantes, partim vel apud benignum & facilem patrem conquerentes, partim velut exprobrantes & eam eo expostulantes, ut solent qui in dolore versantur.
(a) Psal. 73. Ut quid (a) Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ? &c. Et paulo post: Hæc quidem ipse prius, & cogitabam, & ad Deum clamabam. Nunc autem quam diversas voces assumo! Impiorum exitium deinceps lugeo; iisque qui nos odio habent, benignum me præbeo, atque hujusmodi verbis utor:
(b) Psal. 9. Quo modo (b) facti sunt in desolationem! subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam; tamquam pulvis, quam turbo abstraxit: tamquam lanugo, quæ a vento disjicitur; tamquam ros matutinus, tamquam emissæ sagittæ stridor, tamquam tonitrui impetus, tamquam fulgor emicans. Et post nonnulla de Gentilium salute, quam cuperet, elocutus, in triumphales rursus voces erumpens, hæc addit:

LXXIX. Mihi, inquit, rursum in triumphalem cantum sese oratio referet. Cecidit (c)
(c) Isai. 46. Bel; contritus est Dagon; palus factus est Saron; pudefactus est Libanus.
Exprobratio in Julianum. Non jam fatuum imperare jubebunt, hoc est idolorum agmen motus & sensus expers: nec muscam quærent deum Accaron, aut si quid ea magis est ridiculum: Non jam lucos, & excelsa loca mente concipient, montemque omnem frondosum & umbrosum: Non jam filios suos & filias dæmoniis immolabunt; quod olim Israel a Prophetis
(d) Ps. 105. (d) obiiciebatur. Sed quid hæc colligo? Ad præsentia & nostra me convertam: Non jam in sacras nostras ædes pravos oculos conjicient: Non jam aras, a purissimo & incruento sacrificio nomen habentes, scelesto sanguine contaminabunt: Nec loca non adeunda per impia altaria probro ac dedecore afficient: Non jam sacrilega manu votiva dona diripient & profanabunt, impietatem avaritia cumulantes: Non jam presbyterorum canitiem, diaconorum sanctitatem, virginum pudorem contumelia perfundent: Non jam in sanctorum incisorum viscera fœdos & impuros porcos immittent, ut simul & pabulo, & visceribus satientur: Non jam martyrum sepulcris ignem admovebunt, ut per eorum ignominiam alios a certamine deterreant: Non jam sanctorum reliquias cum vilissimis ossibus per contemptum permixtas flammis absument, aut in ventos spargent, ut eo honore, qui ejusmodi hominibus debetur, eos privent: Non jam cathedram pestilentiæ construentes, maledicta, & convicia adversus Episcopos, & presbyteros, atque etiam Prophetas, & Apostolos, Christumque adeo ipsum conjecta, pro deliciis habebunt: Non jam adversus nos dies festos ac lætos agent, legis interdicto ab adulterina doctrina nos excludentes, perinde atque eadem opera linguas quoque nostras obstructuri. Age, Imperatorias tuas, & sophisticas orationes, atque inevitabiles tuos syllogismos, & enthymemata deprome. Videamus qualia etiam piscatores & rustici apud nos loquuntur. Atque post multa de inani deorum potentia, cassaque virtute, eorumque vaticiniis risu dignis, diserte locutus, hac demum apostrophe præmissa perorat (e): (e) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

Hoc tibi pro pede sit munus, vir optime, & prudentissime (libet enim tuis te verbis affari.) Hæc nos, qui præclara illa & admiranda lege tua a litterarum studiis exclusi fuimus. Vides tandem quod in finem usque tacituri, nec edictis tuis perpetuo silentio mulctandi eramus, sed liberam tandem vocem emissuri, tuæque stultitiæ indicem & confutatricem. Ut enim cataractæ Nili ab Æthiopia in Ægyptum cadentes, & Solis radii tametsi nube aliquantisper obducantur, nulla arte inhiberi queunt; sic nec Christianorum linguis compedes injici, portenta vestra proscindentibus. Hæc a Basilio & Gregorio habes conatuum tuorum adversariis atque hostibus, quemadmodum & ipse arbitrabaris, & aliis persuadebas, minis tuis nos videlicet ornans & celebrans, acriusque ad pietatem acuens; quos & vita & doctrina & mutua animorum concordia claros & nobiles jam inde a Græcia cognoscens, honore cyclopeo afficiebas, postremosque ad persecutionem reservabas, & fortasse velut triumphale quoddam donum dæmonibus offerre proponebas, si te a Perside redeuntem excepissent; aut etiam ad barathrum tuum abripere sperabas, multum opinione falsus. Neque enim adolescentibus illis ignaviores sumus, qui in flammis rore perfusi sunt, & belluas per fidem vicerunt, &c. Ac rursum: LXXX. Ex Odyss. X. Apostrophe in Julianum.

LXXXI. Hanc orationem pro Porphyrii mendaciis & deliramentis habe, quibus vos tamquam divinis vocibus gloriamini; aut etiam pro tuo Misopogone, seu Antiochia (nam utrumque orationi titulum inscribis) qua quid apud Christianos abjectius aut contemptius? cui tum quidem purpura magnitudinem afferebat, & palpones illi, qui tua omnia laudibus in cœlum ferebant: nunc autem barba corrupta est & captata, simulque cum iis, a quibus elaborata est, irrisa. In qua tu quidem eo nomine

minc valde intumescis : Atque demum: *Hanc a nobis sempiterna ignominia columnam habes, Herculeis columnis sublimiorem atque insigniorem. Illæ enim uno dumtaxat loco fixæ sunt, iisque solis sunt, qui illuc perrexerunt, conspicuæ : hæc autem, fieri non potest, quin viva & agitabilis omnibus innotescat ; quam futurum quoque tempus (mihi crede) suscipiet, te tuaque scelera proscindentem, cæterosque omnes erudientem, ne eadem audacia adversus Deum efferantur ; ne alioqui eadem crimina perpetrantes, iisdem quoque pœnis multentur.* At Gregorius hactenus. Hisque jam loco funebrium panegyricorum perpetuæ ignominiæ titulo inscriptis sepulturæ commendetur Apostata ; cum & justo Dei judicio factum sit, ut quos alii eum laudantes commentarios conscripsere, omnino perierint ; utpote quod quæ mendaciis nituntur, stabilia firmaque esse non possint : quæ vero a Gregorio scripta sunt, veritatis soliditate constantia, æternitati consecrata tamquam in adamantino ungue conscripta immortalia perseverent : auctor est enim

(a) Zosim. lib. 3. Zosimus (a), complures historicos & poetas res Juliani persecutos fuisse: sed & Eunapius testatur, se res ab eo gestas per annos singulos collegisse atque scripsisse : at perierunt hæc omnia, simulque oratio panegyrica Libanii, nec non carmen Callisti, cujus superius mentio facta est.

LXXXII. Quod autem Basilii in primis nomine, suoque demum offerat Gregorius ejusmodi munus orationis ; non sic quidem accidit, ut eamdem una simul elaborarint, quod in his conscribendis alter indigeret alterius ope ; sed quod, cum ea fuerit oratio a Gregorio elucubrata, dum in solitudine Pontica una simul cum Basilio versaretur ; sicut vitæ instituti, ita & lucubrationum ac reliquorum laborum esset una communicatio, atque indiscreta conjunctio. Sic enim ambos e frequentia populi, & conturbatione hominum subduxit divinus Spiritus, atque in locum desertum impulit, & in Pontica so-

Basilius, & Gregorius accolæ eremi. litudine velut in pharetra sua sagittas electas abscondit, ut opportuno tempore postea educeret ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis: quarum altera (ut vidimus) fulguris instar sic jaculatus est celsam turrim, mentem magnam, superbiam ipsam atque fastum Imperatoris Apostatæ extollentem se adversus scientiam Dei, ut ignominiose ille prostratus, conversus sit in fabulam & opprobrium, expositusque omnium derisionibus atque sibilis: alteram vero, majorem stragem* idem divinus Spiritus adversus hæreticos paraturus, exacuit. Sed jam cum ignominia sepolto tyranno, labore fessi, tædioque prolixæ in eodem semper argumento versantis orationis affecti, consideamus ad breve saltem spatium temporis cum iisdem Gregorio atque Basilio in pontica solitudine simul agentibus, eorumdemque susceptum adeo admirandum vitæ institutum perdiscamus.

Sed quid de his primo dicendum? Cum enim haud ignavi fuerint jam ab ineunte ætate virtutum cultores, & inter improbos agentes inventi sint optimi; quales putandi sunt evasisse, cum in hoc unum, cæteris omissis curis, omne studium impenderent, ac solicitius laborarent? LXXXIII. Gregorius eximius cultor virtutum. nam de se ipso Gregorius omnem laborem in eo se insumpsisse testatur, ut rerum omnium temporalium compendiosam jacturam faciens, animi affectus quoscunque sic rationi subjiceret, ac spiritui redderet obsequentes, ut summum Christianæ philosophiæ verticem pertingeret ; cujus causa felicius, quam Athenas, Ponticas illas paucis pervias petierat solitudines; ait enim in Apologetico: (b) *Quamquam ab ipsa juventute accitus sum (libet enim aliquid multis incognitum afferre) atque ad Deum a vulva ipsa projectus, & ex materna pollicitatione donatus, ac postea periculis confirmatus ; simulque cupiditas crevit, & ratio concurrit ; omniaque ei, qui me in sortem accepit, & servavit, dono dedi, opes, splendorem, valetudinem, sermones ipsos, ex quibus hunc dumtaxat fructum capi, quod eas contempsi, & quædam habui, quibus Christum anteponerem ; ac dulcia mihi facta sunt eloquia Dei, ut favus mellis ; ac prudentiam advocavi & sapientia dedi vocem meam ; aliaque etiam hæc adjunxi, nempe iræ moderari, linguam frenare, oculum coercere, ventrem regere, gloriamque humi manentem calcare. Insipienter hoc quidem, sed tamen dicam: his rebus plerisque fortasse haud deterior factus sum:* Hæc ibi; idemque alibi alia hæc addit occasione (c):

(b) Greg. Naz. Apolog. 1.

(c) Greg. Naz. de silentio in jejunio.

LXXXIV. Gregorii Nazianzeni vitæ institutum. *Fuit quondam illud tempus, cum inter juvenes & æquales meos nullus mihi robore par erat ; ac me Christus & fide adamante ipso duriore præditum & validissimis armis undique septum atque munitum adversus hostem in certamen educebat. Et quidem ego divinis oraculis evolvendis mentis puritatem collegi, ex sacris nimirum litteris spiritum exprimens : quarum lectio hoc mihi præstitit, ut amaram profanorum librorum, qui antea fucata, & nonnisi fictis coloribus inducta pulchritudine animum meam demulcebant, salsuginem expuerem. Ad hæc carnem meam ætatis flore lascivientem & æstuantem multis & crebris laboribus attrivi. Ventris satietatem, vicinamque rabiem sustuli, oculos temperantiæ adjumento palpebris infixi, iram abrupi, membra de-*

devinxi, risum deploravi. Omnia Christo cesserunt, priora omnia conciderunt, terra mihi lectus fuit, asperrima vestis membra contexit, pervigilias etiam, & lacrymarum imbres adhibui; interdiu labore humores subjunxi, hymnis totu nocte concinendis corpus instar statuæ defixi, nullam omnino humanam voluptatem ne in animum quidem & cogitationem admittens. Atque hoc quondam mihi vitæ institutum erat; caro quippe fervebat, cujus cura omnis in hoc versatur, ut hominem cælesti ascensu prohibeat. Quin etiam gravem divitiarum molem abjeci; ut onere omni excusso, levis ad Deum ferar. Hæc quidem Gregorius (ut ibi apparet) cum juventutis suæ jam factus senex, & morbo languens ista recolit, immo alleviandi mæroris causa versu cecinit. At nec his minora Basilius præstitit, cujus comparatione se peditem ad Lidium currum Gregorius fuisse testatus est (*a*).

(*a*) Greg. Naz. orat. in laudem Basilii.

LXXXV. Qualisnam vero esset amborum in eremo vitæ usus, quæve studia, ex ejusdem Gregorii scriptis licet accipere. Quamvis autem ambo in eadem Pontica degerent solitudine, seorsum tamen ab invicem habitabant, instar monachorum Ægyptiorum, quos nominabant Anachoretas: quorum enim Basilius (ut superius dictum est) in Ægyptum peregrinatus mansiunculas inspexisset, prope fuerat imitatus exemplum. Quod autem separatas ab invicem casas seu tuguria habitarent, certum deducitur argumentum ex brevi illa (*b*) epistola ejusdem Gregorii ad Amphilochium in eadem eremo commorantem, quæ sic se habet:

Basilius, & Gregor. in eremo seorsum ab invicem habitant.

(*b*) Greg. Naz. epist. 11.

LXXXVI. *Panes a te non postulavimus, ut nec aquam ab iis qui Ostracinem incolunt. Olera autem si a viro Ozizalense petierimus, quorum apud vos summa copia, apud nos vero magna penuria est, nec mirum fuerit, nec a consuetudine alienum. Ne graverie itaque ad nos olera mittere plurima & pulcherrima, aut quantum certe potueris: nam exigua quoque pauperibus magna sunt. Quandoquidem Magnum quoque Basilium cœna accepimus; quem cave, ne quemadmodum saturum philosophantem expertus es, ita etiam esurientem & indignabundum experiaris.* Hæc ipse. Sed ex his quoque detegitur arreptum ab ipso Gregorio austerum vitæ propositum; quippe qui in regione frugifera, ut superius dictum est, adeo sterilem delegisset locum, ubi nec olusculorum suppeteret abundantia: ut acciderit juxta illud divinæ scripturæ (*c*): *Dedi ei in solitudine domum & tabernacula ejus in terra salsuginis.* Cæterum licet sedes illa solitudinis squallens ac inamœna esset; tamen qui potens est Dominus parare mensam in deserto, dedit illis, ut licet circumvallati essent extrema rerum inopia, mœrore tamen vacuam atque in omnibus lætam vitam hilaremque transigerent; quod plane illa declarat epistola ad ipsum Basilium ab eodem Gregorio his verbis conscripta (*d*):

(*c*) Job. 30.

(*d*) Greg. ep. 8.

LXXXVII. *Quoniam quæ jocando ad te scripsimus, æquo animo fers; age quæ sequuntur adjiciamus, ab Homero initium ducentes:* Nempe ex verbis Ulyssis in Odyssea Demodocum hortantis ad equi Trojani ornatum decantandum:

Nunc age progrediens internum concine, quæso, Ornatum

tugurium videlicet tecto & januis carens, focum ignis & fumi expertem, parietes igne exsiccatos, ne luti guttis impetamur, Tantali similes, eademque pœna mulctati; nimirum in aquis sitientes; jejunas etiam illas & miseras epulas, ad quas e Cappadocia, non tamquam ad Lotophagorum inopiam, sed velut ad Alcinoi mensam nos novi & ærumnosi naufragi evocati sumus. Memini enim panes illos, & juscula (sic enim nominantur) semperque meminero; dentibus circa fragmenta collabescentibus, ac postea sese erigentibus, velutque e cæno emergentibus. Quæ tu scilicet sublimius exaggerabis, propriis nempe calamitatibus orationis magnitudinem tibi suppeditantibus. Quibus nisi magna illa, vereque pauperum studiosa mater tua nos quam celerrime liberasset, nobisque tempestate jactatis velut portus extitisset; jam pridem apud vivos esse desiissemus, fidei Ponticæ nomine non majorem laudem consequentes, quam miserationem moventes. Quonam porro modo steriles illos hortos, oleribusque carentes prætereo? Augiæque fimum e domo expurgatum, quo eos opplevimus, cum montosum illud plaustrum, & ego vindemiator, & tu facetus homo, hac cervice, manibusque his, quæ laborum vestigia etiamnum ferunt, traheremus (o Terra & Sol, o vir & virtus! paululum quidem more tragico exclamabo) non ut Hellespontum jungeremus, sed ut præruptum & præcipitem locum exæquaremus. Harum rerum commemoratio si tibi molesta futura non est, utique nec nobis; si autem molestiam allatura est, quanto molestiores nobis res ipsas fuisse credendum est? Ac majorem partem prætermittimus: impedit enim timor, ne complura alia, quibus frui nobis contigit, exponamus. Hæc Gregorius.

Qualis eremus, ubi Basilius & Gregorius degerent.

Mater Basilii suppeditat annonam colentibus eremum.

LXXXVIII. Porro magnam illam, quam appellat, Basilii matrem, quæ iisdem in eremo agentibus atque fame propemodum enectis annonam suppeditavit, Emmelia (*e*) dicebatur; quæ olim una cum viro suo, item Basilio nominato, tempore persecutionis Maximini Imperatoris, pro fidei confessione facta fuit extorris; & ad hæc usque tempora vita superstes, nihil verita se-

Emmelia mater Basilii laudatissima.

(*e*) Greg. Naz. orat. 9. in laud. Basil.

ſexum aut ætatem, filium Baſilium in eremum proficiſcentem ſecuta eſt; ſed quod monaſticæ obſervantiæ inſtituta non paterentur, una cum filio ipſum degere; in villa trans fluminis ripam ſita habitare delegit: cujus quidem loci idem Baſilius meminit in epiſtola ad Euſtachium (*a*), poſt ſuæ habitationis loci cum Gregorio habitam mentionem, his verbis: *Aliquandiu in villa, quæ ultra fluvii ripam eſt, apud matrem meam, inſtar amicorum mutuo inter nos converſati ſumus, atque noctes & dies colloquia miſcuimus.* Hæc ipſe. At non Baſilius tantum, ut teſtatur, matrem trans amnem poſitam inviſebat; ſed ipſa mater (ut dictum eſt) ferens annonam, ad ipſos Baſilium & Gregorium aliquando pergebat. Quando autem illam ſenectute jam valde confectam contigerit ex hac vita migrare, inferius dicturi ſumus, ſed ad Gregorium redeamus.

(*a*) *Baſil. epiſt. 79.*

LXXXIX. Quid vero ipſe Gregorius ad Baſilium de his, in quibus verſarentur, dum eſſet una cum eo in eadem Pontica ſolitudine, exercitiis, rurſum poſt priores has recenſitas litteras ſcribat, audiamus (*b*): *Quæ prius*, inquit, *de Pontica commoratione ſcribebam, joco, non ſerio ſcribebam; quæ autem nunc ſcribo, admodum ſerio ſcribo. Quis me ſecundum priſtinorum illorum dierum ſtatum conſtituet, in quibus ego tecum afflictionem pro deliciis habebam? quandoquidem moleſtia ſponte ſuſcepta voluptati minime voluntariæ præſtat. Quis pſalmodias illas & vigilias dabit, atque ad Deum per orationem peregrinationes, illamque veluti materia vacantem & incorpoream vitam? quis fratrum eorum, qui dii a te efficiebantur, atque in altum evehebantur, concordiam, animorumque conjunctionem? quis virtutis certamen, & ad eam incitationem, quam ſcriptis legibus ac regulis obfirmavimus?* Sunt enim hæ Regulæ illæ monaſticæ Baſilii, quæ extant; ex quibus reliqui, qui poſtea vixerunt ſanctiſſimi Patres, monachorum inſtitutores, diſciplinam hauſerunt. Sed ſubdit: *Quis divinorum oraculorum ſtudium, lucemque in ipſis ductu atque auſpiciis Spiritus ſancti inveniam?* dabit ſcilicet. *Aut, ut minora & leviora dicam, quis diverſas operum vices & labores? quis lignorum comparationes & lapidum fractiones? quis arborum conſitiones & irrigationes? quis platanum illam auream, & Xerſis platano præſtantiorem, in qua non Rex, ſed monachus afflictus laxu diffluens ſedebat; quam ego plantavi, Apollo rigavit, hoc eſt tua excellentia, Deus autem in honorem noſtri auxit, ut ſedali laboris noſtri, & induſtriæ monumentum apud vos conſervetur: quemadmodum virga illa Aaronis, quæ floruerat, in Arca ſervata eſſe dicitur & creditur? Sed hæc optare quidem perfacile, conſequi autem non perinde facile. At tu mihi adeſto; virtutemque conſpiratione tua atque operæ mihi fove: eamque utilitatem, quam quondam collegimus, precibus tuis conſerva; ne alioqui paulatim velut umbra dilabamur, adveſperaſcente die. Equidem ipſe te magis, quam aerem, ſpiro; idque ſolum vivo, quod tecum ſum vel coram, vel abſens per animi ſimulacrum.* Hucuſque Gregorius ad Baſilium, dulcem refricans memoriam beatiſſimi illius eremi incolatus; ſicut & alias opportune facit, cum ægrotanti poſtea Baſilio in memoriam revocat, quid ipſe dixerit aliquando, cum Gregorius coram illo Pſalmos Davidicos explanaret: ait enim ad ipſum ſcribens (*c*):

(*b*) *Greg. epiſt. 9.*

Cultus vitæ monaſticæ Baſilii & Gregorii.

(*c*) *Apud Baſil. epiſt. 220.*

XC. *Recordor adhuc præſentiæ tuæ, qua una conveneramus paulo ante in Mataza mea*, ſic locus ille incolatus eremi dicebatur (*mea enim ſi qua voco, tua intelligo*) *ſimul & philoſophiæ, qua tu philoſophabaris; quam etiamnum ex recordatione ſtupeo. Ego quidem Pſalmum tibi ſeptuageſimum ſecundum exponebam (nam id jubebas, & mihi repugnare non licebat) in quo David primum (d) æſtuat & turbatur propter reproborum proſperitatem; poſt vero, converſus ad futuri ſæculi judicia & repoſitam cuivis vitæ generi retributionem cogitationibus, ab animi perturbatione quieſcit, mæroremque ſolatur. Expoſitionem autem, quantum fieri poterat, ad commovendos affectus attemperabam; cum ex noſtris, tum ex peregrinis eadem diſputans; cum ſcirem me viro docto ac tanto differere; ſimulque ſentirem ad hoc me differendi genus impulſu ſpiritus rapi, & ad doloris affectus exacui. Nihil enim ita ad exprimendos doloris affectus facundum reddit, atque ipſa animi paſſio. Fluebat quodammodo ſermo noſter: tu vero interea, dum loquebar, quaſi ſtimulis quibuſdam excitatus, manibus in Cælum extenſis, vultuque quaſi ad Orientem verſo (Orientem enim aſpicere poteras) exclamabas: Gratias ago tibi Pater, o conditor hominum tuorum, quod nos etiam invitos recte fingis, & per externum hominem internum purgas, & per adverſa ad beatum nos finem perducis, quæ verba ipſe noſti abs te prolata. Et quid opus eſt omnia recenſere, quæ cum ante nos, tum una nobiſcum philoſophabaris, veluti exultans ex morbo, ita ut diſcipulum haberes, quem volebas eſſe doctorem? At cujus gratia iſta commemoro? ut per te ad omnes illud vociferem ac pronunciem; quod in nobis deplorandi magis ſunt, qui interno animæ morbo laborant, quam illis nos, qui corpore ægrotamus, ſi quidem ad hunc modum affecti fuerimus: & quod potior ſit morbus philoſophans, quam terrenarum rerum ſucceſſus indomitus.* Hactenus Gregorius. Ex quibus plane intelligis, quanti

(*d*) *Pſalm. 72.*

Gregorius priora in memoriam revocat Baſilio.

Ba-

Basilius Gregorium fecerit, dum ipsum divinam scripturam explicantem audiret quam libentissime. Sed reliqua prosequamur.

XCI. Ruffinus (*a*) agens de amborum in eremo consuetudine, partitisque inter eos officiis, hæc tradit: *Basilius Ponti urbes, & rura circumiens, desides gentis illius animos, & parum de spe futura sollicitos stimulare verbis, & prædicatione succendere, callumque ab his longa negligentiæ cœpit abolere; subegitque abjectis inanium rerum, & sæcularium curis suimet notitiam recipere, in unum coire, monasteria construere; Psalmis, & Hymnis, & Orationibus docuit vacare, pauperum curam gerere, eisque habitacula honesta, & quæ ad victum necessaria sunt, præbere; virgines instituere, pudicam castamque vitam omnibus pene desiderabilem facere. Ita brevi permutata est totius Provinciæ facies, ut in arido, & squallenti campo videretur seges fœcunda, ac læta vinea surrexisse. Gregorius vero bonum semen non patiebatur aut per spinas jacere, aut inter saxa dispergere; sed bonam terram cordis sui jugi culta & exercitiis indesinentibus excolebat. Et multo amplius hic in semetipso, quam ille in cæteris proficiebat. Suscipere ille quæ renunciantes sæculo deferebant ad pedes suos, & dividere, ut quisque eguisset, curam gerebat; iste nihil habendi & omnia possidendi contentus sacramento, erga solas sapientiæ divitias avarus & multum cupidus inhærebat. Ille coire plures in unum, & sui invicem in necessariis habere solicitudinem docebat; hic sui exemplo, quod erat absolutus & liber, cunctis sermone Apostolico prædicabat* (*b*): *Ego autem volo vos sine solicitudine esse; & Dominus in proximo est; nihil soliciti sitis; sed tamquam servi Christi hoc solum estote soliciti* (*c*), *quando redeat Dominus de nuptiis. Ille delinquentibus misericorditer condolere & a delicto revocare; hic per divini eloquii gratiam delinquendi incitamenta prævenire, nec sinere labi eum, qui difficulter erigeretur elisus. Ille in fide purus; hic in prædicatione liberior. Ille Deo humilis; hic etiam hominibus erat. Ille arrogantes contemptu, hic ratione vincebat. Sic in utroque diversa gratia unum opus perfectionis explebat.* Hactenus Ruffinus de partitis inter Basilium atque Gregorium pietatis officiis; sed quam vere, ipse viderit. Nam quantum ex ipsorum epistolis scriptis colligitur, uno eodemque spiritu, parique studio, iisdem ambos occupatos detentosque exercitiis perspicere licet.

(a) Ruffin. lib. 2. c. 9.

Distincta officia Basilii atque Gregorii.

(b) 1. Cor. 7.

(c) Luc. 12.

XCII. At si, ut vidimus ipsiusmet Gregorii testificatione, arcto ac plane insolubili amoris vinculo ipse Basilio junctus erat; certe haud impari dici potest fuisse Basilius obstrictus in amando Gregorium: cujus quidem rei idem quoque ipse ea epistola fidem facit, quam dedit ad suos, cum importunis precibus ex dignis quibusdam prætextibus comparatis tentaretur revocari Cæsaream; ubi inter alia illud habetur de Gregorio præclarum elogium: postquam enim sui recessus dignam attulit rationem, excusationem afferens, cur minime petitis assentiatur, hæc subdit (*d*): *Nunc quoniam per gratiam Dei voti nostri pro viribus facti sumus compotes, organum benedictum, puteumque profundum adepti Gregorium, os illud, dico, Christi; parumper nobis, obsecro, parumper hanc morulam indulgete; quam non ad hoc petimus, ut urbium sectemur delicias, sed ut fruamur sanctorum convictu &c.* Pluribus insuper admonet amicos illos, ut cum Arianos, tum etiam Macedonianos vitent hæreticos, quorum errores disertis ex divina scriptura petitis rationibus confutat.

Basilius quanti fecit Gregorium.

(d) Basil. epist. 141.

XCIII. Dum sic Basilius una cum Gregorio in eremo versaretur; Libanius sophista Antiochenus, de quo multa superius, rursum cœpit Rhetoricam publice profiteri: ad quem cum parentes suos filios missuri essent, nobiles adolescentes Cappadoces cupierunt se Basilii litteris commendari; sicque cum ab eorum parentibus interpellatus Basilius esset, ad ipsum Libanium dedit ejus argumenti perbrevem epistolam commendatitiam; quam cum ille accepisset; ubi Basilii esse cognovit, quem adolescentem Athenis probe novisset (quod est in proverbio) ex linea cognoscens Apellem, eidem coram astantibus in scribendi elegantia primas detulit; sed quibus hæc verbis; ipsum, quæso, Libanium audiamus (*e*):

Libanius quanti fecit Basilium.

(e) Apud Basil. epist. 145.

XCIV. *Ut ergo*, inquit, *epistolam reddiderunt qui illam attulerant, taciteque inspectis omnibus subridensque & gaudens: Victi sumus, ajebam: Et quanam victoria, rogabant illi, victus es? & quamobrem si victus es, non doles? In elegantium, inquam, epistolarum certamine victus quidem sum. At Basilius est, qui vicit. Is autem amicus noster est, & ob eam rationem gaudeo. Cum hæc dicerem, ex ipsis volebant litteris judicare de victoria; legitque Alipius, audientibus reliquis qui aderant. Lata vero sententia est, me nihil esse mentitum. Et qui litteras habebat ac legerat, secum illas auferebat, ostensurus puto & aliis, ægreque ablatas restituit. Scribe ergo similia, & vince: hoc enim est me vincere.* Hæc Libanius de Basilii in scribendo excellentia, & quidem cum jam eloquentiæ nuncium remisisset, & in eremo constitutus divinæ scripturæ potius delectaretur in dicendo simplicitate. Sed & ipse Basilius (*f*) de his rursus ad eumdem affectan-

(f) Basil. epist. 163.

tem Atticam eloquentiam: *Quid enim habemus, quod ad linguam tam vehementer Attice loquentem respondeamus, nisi quod piscatorum discipulum me esse profiteor, & te complector?* sic ipse; qui & hæc ad aliam Libanii epistolam respondens (*a*):

(a) Basil. epist. 146.

XCV. *Nos quidem, o præclare vir, cum Mose & Helia, similibusque beatis viris versamur, qui nobis barbarica voce doctrinam suam tradunt; & nos qua ab illis audivimus, loquimur, sensu quidem vera, verbis autem rudia; ut & hæc ipsa, quæ scribimus, indicant. Nam etiam si aliquid consecuti fuerimus a vobis instructi, interea tamen temporis per oblivionem excidit.* Hæc Basilius, quod olim rhetoricis facultatibus Libanio usus fuerat præceptore, non quidem Antiochiæ docente (ut vult Sozomenus *b*) sed Athenis, ubi Libanium docuisse tradit Eunapius (*c*): quamobrem hunc ipsum, licet Gentilem hominem, nihilominus veneratione prosequi non prætermisit. Inerat & illud viro commendatione dignum, ac propterea a Basilio jure diligabatur; quod non sicut alii professores illius temporis, prædivitum filios, e quibus magnam vim pecuniarum exigeret, docere soleret, sed & pauperes, quos videret bonæ indolis & optimi esse ingenii adolescentes: unde de his hæc ipse iisdem quoque litteris ad Basilium (*d*): *Recte & illud conjectas, quod studia nostra pecuniis non æstimentur; sed satis sit non habenti quod det, si consuli sibi permittat. Etenim si sensero quemquam in rerum penuria constitutum amare litterarum studia, is mihi divitibus præferendus habetur. Quamquam tales præceptores nos, cum adolescentes essemus non simus experti. At nihil prohibet, quosdam esse meliores. Nemo ergo pauper ad nos sese recipere cunctetur, si hoc unum dumtaxat possederit, ut studiorum sciat perferre labores.* Hæc Libanius ad Basilium.

(b) Sozom. l. 6. c. 17. (c) Eunap. in Vit. Philosoph.

Cur Basilius Libanium observat.

(d) Apud Basil. epist. 143.

XCVI. At quoniam ipse Ethnicus deorum (ut vidimus) superstitioni addictissimus erat; hoc illi de Basilio displicebat, quod Christianæ religionis studiosissimus cultor, divinæ scripturæ lectioni intentus, abdicasse jam, quibus operam dederat, rhetoricas, disciplinas, scriptis ad eum litteris significasset; unde hæc tunc ad illum subinfense Libanius (*e*): *Libros igitur, quorum pejorem dictionem, meliorem vero mentem ac sententiam esse dicis, habeto; nemo prohibet: eorum vero, qui nostri sunt semper, tui jam olim, radices adhuc in te manent, & manebunt, donec in hac vita fueris; nec ullo tempore excidentur, etiam si illas quam minime rigaveris:* ac rursum (*f*): *Si ista*, inquit, *sunt linguæ elaboratæ; qualis esses, si illam acutres? Ori tuo quidem insunt eloquentiæ fontes, quorum rivuli quorvis superant latices; nobis vero, nisi quotidie irrigemur, silentium relinquetur.* Hæc ipse.

(e) Apud Basil. epist. 147.

Mira Basilii eloquentia

(f) Apud Basil. epist. 152.

XCVII. Sed nec illud excidat de æstimatione Basilii, quam ingentem de illo Libaninm concepisse, ipse ea plane declarat epistola, qua petitam ab eo orationem transmisit; est vero hujusmodi (*g*): *Ecce misi ad te orationem meam abunde sudore perfusus. Quomodo namque non anxie sudarem, ei viro orationem meam mittens, cujus tanta est judicandi facultas, ut & Platonis sapientiam & Demosthenis in dicendo vehementiam frustra jactatas esse convincere queat? Sermo vero meus perinde est, atque si culicem conferas elephanti. Unde & horreo & tremo diem illum cogitans, in quo sermonem meum judicaturus es: quin parum abfuit, quin mentis sim facultate destitutus.* Hactenus Libanius ad Basilium; quæ quidem noluimus omisisse; quo quanti fecerint etiam Christianæ religionis hostes & in dicendo facile principes S. Basilium, omnibus perspicue innotesceret. Sed jam reliqua de Basilio incolente eremum prosequamur.

(g) Apud Basil. ep. 159.

Quanta æstimationis Basilius apud Libanium.

XCVIII. Dum vero in eadem Pontica solitudine Basilius versaretur, licet e fluctibus maris videri posset ad tutum portum nactum esse confugium; haud tamen desivit jactari fluctibus, nec quidem levibus, qui contemni & pro nihilo duci possent; sed illis sane immensis, utpote a vehementiori flatu perfidiæ agitatis. At unde ejus rei origo provenerit, jam in medium adducamus. Contigit his temporibus proximam sedem Neocæsariensis Ecclesiæ viduari pastore, cumque universæ Civitatis studia essent in deligendo Basilium propensiora; qui se in eam Ecclesiam intrudere conabantur, iidemque prava imbuti doctrina hæretici Sabelliani, nullam in electione Pontificis sui ipsorum rationem haberi videntes, indigno id ferentes animo, conspirant in ipsum Basilium; cumque hominem ambitiosum, novorum dogmatum inventorem, fideique sinceræ desertorem inclamantes, dictis scriptisque hominem lacerare, atque haud leve negotium illi facessere non cessantes, Civitatem illam magnis dirisque motibus exagitarunt. Unde opus Basilio fuit, apud eosdem Neocæsarienses, datis ad eos litteris, suam agere causam, seque ab adversariorum purgare calumniis. Hæc quidem omnia ex ejusdem Basilii epistolis perspicua magis fient, e quibus ejusmodi historiam contexemus.

Basilius exagitatur procellis.

XCIX. Sed primum, quæ ad Neocæsariensem Episcopum tunc defunctum pertinent, hic recolamus. Fuit iste Musonius, insignis pietatis ac sanctitatis Antistes: successerat vero Leontio nobilis spectatique nominis

Musonius Epis. Neocæsariens. laudatissimus.

Episcopo, qui interfuit Nicæno Concilio, de quo plura superius dicta sunt. Porro Musonii laudes idem Basilius (*a*) pluribus prædicat, cum de ejus obitu ad Neocæsarienses, eos consolans, scripsit epistolam, ubi hæc inter alia de ipso Musonio: *Viri hujus virtutes, in quarum potissimum privatione intolerabili nos affectos esse damno reputamus, tantæ sunt, ut epistolæ mensuram excedant. Et alioqui intempestivum fuerit, de multitudine eorum, quæ vir iste probe ac fortiter gessit, sermonem jam instituere, cum animus noster admodum sit ex mærore dejectus. Quid enim illius tale est, quod vel memoriæ nostræ excidere, vel silentio obtegi mereatur? Jam omnia summatim ac semel dicere, impossibile fuerit; particulatim vero si voluero, vereor ne sim impar futurus veritati. Mortuus est vir omnium clarissimus, lucidissime eos, quos juxta se habebat, omnibus simul humanis bonis excellens, fulcimentum patriæ, Ecclesiarum decus, columna & firmamentum veritatis, robur ejus, quæ in Christum est fidei, suorum munimentum, adversariis nullis prorsus expugnabilis machinis, custos rituum paternorum, inimicus novandarum rerum studio; qui in se ipso visendam præbuit priscam Ecclesiæ formam, velut ad sacram quamdam veteris status imaginem Ecclesiæ sibi commissæ faciem effingens; ita ut subditi illius cum illis vixisse videantur, qui ante ducentos annos, & ultra instar luminarium resplenduerunt.*

(*a*) Basil. epist. 62.

C.

Vetus institutio retinenda, novitas explodenda.

Ita nihil de suo, nihil quod nova alicujus cogitationis inventum resiperet, in medium attulit hic vir; sed juxta benedictionem Moysi ex ipsis arcanis cordis sui ac bonis thesauris vetera veterum, & quæ ante faciem juniorum vetera essent, proferre novit. Hac sane ratione, & in ipsis consortium ac coæqualium consiliis primo honore potitus est, non propter ætatis prærogativam; sed quoniam omnes sapientia vetustate superabat, communi consensu, & condonatione primas obtinuit. Quantum vero lucri dederit talis institutio, nemo quæsierit, si modo ad vos respexerit: nam soli inter eos, quos novimus, vel admodum cum paucis in tanta rerum tempestate ac turbine tranquillam per ejus gubernationem vitam egistis. Non enim apprehendit vos hæreticorum spirituum procella, quæ mentibus leviusculis & seductioni facile expositis subversiones affert & naufragia. Hæc in laudem Musonii Basilius. Ex quibus probe intelligis, lector, nullum in quam latissimo virtutum campo Basilium de ipso laudando argumentum dignius delegisse, quam de servata in docendo antiquorum doctrina, & de explosa recentiorum novitate efferre præconia. Ex his plane conspicias, quali quantaque detestatione & execratione insectandi sint illi, qui nova quotidie pro animi sententia monstra parturiunt, inde sibi laudem majorem aucupari certantes, si deformius cæteris portentum ediderint.

CI.

Neocæsariensis Ecclesiæ status felix.

Perseverasse Ecclesiam illam ab omni hæresi incorruptam, omnisque novitatis expertem a temporibus Magni illius fundatoris ejus Gregorii Thaumaturgi ad obitum usque Musonii, sanctissimis sibi invicem succedentibus Episcopis, idem Basilius testatur his verbis (*b*): *A tempore Magni præsidis Ecclesiæ vestræ Gregorii usque ad beatum istum*, Musonium scilicet, *alium post alium semper quasi ex quadam pretiosorum lapidum serie depromptos adjiciens & adaptans, admirabilem Ecclesiæ vestræ pulchritudinem Dominus largitus est.* Hæc Basilius, dum ad deligendum his haud imparem Episcopum pluribus eos hortatur: Neocæsariensis quippe Ecclesiæ amore, in qua fidei rudimenta prima perceperat, & una cum lacte ebiberat pietatem, instillante Macrina sanctissima femina ipsius avia, sed in Christo nutrice, se vinctum obstrictumque teneri, ingenue professus est (*c*); quod & superius diximus. Sed quid infaustum accidit? plane illud, de quo in Psalmo (*d*): *Posuisti tenebras, & facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ, catuli leonum rugientes, ut rapiant & quærant a Deo escam sibi.* Extincto nempe, quod super candelabrum positum luminare majus in Ecclesia illa lucebat; e latibulis egressæ sunt feræ silvarum, & e portis inferi hæretici prodiere, qui sedem illam invadere atque polluere conati sunt: hi enim primo in Basilium, qui ex adverso pro domo Israel stare videbatur, dentes exacuerunt calumniis, linguamque armavere mendaciis.

(*b*) Basil. epist. 62.

(*c*) Basil. epist. 264.

(*d*) Psal. 103.

CII.

Sabelliani decipiunt Neocæsarienses.

Erant ii Sabelliani dogmatis impii sectatores, qui mira quadam arte populum illum ad hæresim pellicere laborarunt; eo nimirum ad eos decipiendos artificio comparato, quod dicerent, Magnum illum Gregorium, primum Ecclesiæ illius Antistitem, suæ ipsorum doctrinæ consentientia docuisse in iis, quæ ad Ælianum scripta (*e*) reliquisset fidei suæ testimonia, de quibus a nobis secundo Annalium tomo pluribus actum est. Neocæsarienses igitur Christiani, qui primogenitoris sui Gregorii erant studiosissimi, haud intelligentes aureo calice sibi propinari venenum, ignorantes hæresi Sabelliana infeliciter potati sunt. Unde & in eam corruerunt erroris foveam, ut Basilium, quem ante studiose coluissent, expetiissentque etiam Episcopum sibi dari, eumdem veluti sanis sincerisque dogmatibus adversantem acerbissimo odio fuerint insectati; quibus tenebris sic semel of-

(*e*) Basil. epist. 65.

fuſi orum animi, quicquid in Baſilium idem hæretici Sabelliani calumniarum inferrent, nulla veri vel falſi recta conſideratione adhibita, tamquam ſi certa eſſent, admitterent. Quamobrem hac ſemel ſibi pateſacta ad calumniis impetendum virum ſanctiſſimum janua, quæ non per eam illi inferrent plauſtra mendaciorum? Dicere enim de Baſilio, haſque ſpargere calumnias, nimirum virum eſſe gloriæ cupidum, inhiantem ſedi Neocœſarienſis Eccleſiæ, de fide haud pie ſentientem, rerumque novarum cupidum & inventorem, nec recto pede incedentem in Evangelium.

CIII. *Baſilius ſe purgat a calumniis Hæreticorum.* Hæc igitur cum Baſilius perſenſiſſet, magno de pereunte populo dolore confectus, ad eoſdem Neocæſarienſes apologeticam ſcripſit epiſtolam (a), qua ſe ab illatis calumniis penitus expurgavit; eſt vero ejus exordium: *Quod concordi nos odio perſequimini, & ad unum uſque omnes, &c.* Cum primum enim Catholicæ fidei ſectatorem ſe eſſe declaraſſet, eoſdem Neocæſarienſes deceptos a Sabellianis magnopere dolet. Sed & de inſtitutione monaſtica, cujus rei gratia ab hæreticis gravem patiebatur calumniam, quaſi rerum novarum extitiſſet inventor, pleniſſimam affert rationem, dum nequaquam id genus vitæ & diſciplinæ a ſe tradit excogitatum, quod in univerſa Eccleſia Catholica eſſet altis jam ante radicibus fixum, ac latiſſime propagatum (b): *Accuſamur*, inquit, *& hujus, quod homines habeamus monachos pietatis ſtudioſos, qui mundo renunciarint, & univerſis ſaeculi curis, quas Dominus comparavit ſpinis fertilitatem verbi impedientibus: qui hujuſmodi ſunt, mortificationem Jeſu corpore circumferunt, ac cruce quiſque ſua accepta, Dominum ſequuntur. Ego vero omnem vitam meam impenderem, ut mihi poſſent iſta impingi delicta, haberemque apud me viros, qui me doctore hoc pietatis ſtudium amplexi hactenus fuerint, &c.* Subdit enim quæ & alibi alia recitavimus occaſione; nimirum ejuſmodi philoſophiæ Chriſtianæ ſectatoribus eſſe refertas Ægyptum, Palæſtinam, atque Meſopotamiam; quin & feminas ejuſdem ſtudii æmulas par vitæ inſtitutum feliciter aſſecutas eſſe: quod ſublime vivendi genus cum jam apud ſe inciperet coaleſcere, optaret ut illud latiſſime propagetur. Cui quidem rei invidere, nihil aliud eſſe, quam diabolum ipſum ſuperaſſe malitia, his, quæ ſubdit, verbis declarat: *Illud*, inquit, *vobis aſſero & confirmo; quod quæ hactenus pater mendacii Satanas non eſt auſus dicere, ea temeraria corda jam, & nullo retento moderationis freno, ora indeſinenter & cum ſumma licentia loquuntur.* Ex quibus perpende, quales habendi ſint monachorum hoſtes hæretici.

(a) Baſil. epiſt. 53.

(b) Baſil. epiſt. 63.

Impugnatores Monaſticæ diſciplinæ quales.

CIV. *Pſalmodiæ uſus in Eccleſia.* Sed ad aliam rurſum refellendam calumniam veniens ait: *Ad id vero, quod propter pſalmodias accuſamur: Quare potiſſimum ſimpliciores perterrefaciunt, qui nos traducunt, hoc habeo quod dicam; quod videlicet, qui jam obtinuerunt ritus in omnibus Eccleſiis Dei, concordes ſunt & conſoni &c.* Pluribus enim oſtendit, apud Chriſtianos Ægyptios, Lybes, Thebæos, Palæſtinos, Arabes, Phœnices, Syros, & Euphratenſes, ac denique (quod ait) apud omnes ubique Chriſti fideles vigere vigilias, & ritus canendi pſalmos in pretio eſſe, demonſtratque non explodendas res novas, quas univerſa colit Eccleſia, ſed inſtar veterum eas eſſe magna veneratione ſuſcipiendas. Vides, lector, iiſdem ferme ſpiritibus inſurgere in Baſilium veteres fidei proditores, quibus recentiores impetum faciunt in Eccleſiam. Sed fuere plane illæ leves velitationes; hoc autem quod experimur, graviſſimum & funeſtiſſimum prœlium. At adverſus hos pro Eccleſiæ defenſione nunc etiam in prima acie cum aliis anteſignanis Catholicæ veritatis propugnatoribus in ſcriptis ſuis immortalis Baſilius acriter pugnat. Cujus autem ſpiritus illi fuerint, qui Eccleſiaſtica inſtituta impugnantes contra Baſilium in adverſa acie dimicarunt, ſat ſit dixiſſe, fuiſſe Sabellianos; ut intelligas, quoſnam in eo ſectentur recentiores hæretici.

CV. *Procul ab ambitione Baſilius.* Ad calumniam vero de Epiſcopatu Neocæſarienſi ab eodem expetito, ſequenti ad eos data reſpondet epiſtola (c); ubi cum primum adverſariorum illud refelliſſet, quo jactarant Baſilium e Cæſarea Cappadociæ Neocæſaream in Ponto veniſſe, & proximam ſolitudinem delegiſſe, ut ſedis ejus Eccleſiæ crearetur Epiſcopus; quam procul abhorruiſſet ab eo deſiderio, re ipſa ſe aperuiſſe teſtatur, dum antea oblatam ab iiſdem ſedem illam penitus accipere recuſaſſet, ait enim: *Nunc igitur quemque veſtrum oro, ut veterum actorum illorum recordemini, quæ geſta ſunt, cum nos urbs veſtra vocaret, mittereturque legatio virorum, qui magiſtratu apud vos funguntur; deinde quo modo paſſim nobis populus omnis circumfuſus ſit. Hic quid non dabant omnes? quid non pollicebantur? Et tamen obtinere nos nequibant. Quomodo igitur, qui tum cum vocabar, non obedivi, nunc citra vocationem me ipſum intrudere conatus eſſem? Quomodo conſectarer, ut ambirem jam calumniantes, cum aliquando laudantes me & celebrantes fugerim? Ne credatis hæc, viri optimi. Non uſque adeo noſtra floccifacimus. Neque enim prudens quiſquam navigium gubernatore deſtitutum ingredietur, neque ad Eccleſiam temere accedet, in qua qui ad clavum ſedent, tempeſtatem ac turbinem ipſi excitant, &c.*

(c) Baſil. epiſt. 164.

Quod

CVI. *Cum Hæresi omnia mala junguntur.*

Quod enim commune est civitatibus omnibus, ut cum semel hæreticis aures præbent; mox una cum hæresi dissensiones, rixæ, ac mala omnia, fugata recta fide paceque subintrent, id plane Neocæsariensibus accidit, de quibus idem Basilius hæc inferius: *Hoc studiose agitur apud vos, ut fides subvertatur; eique subversione Apostolicis & Evangelicis doctrinis inimica, adversaria quoque traditioni Magni re vera Gregorii, & eorum qui illum ex ordine subsecati sunt ad beatam usque Musonium, cujus etiamnum dogmata quantam apud vos celebritatis obtineant, manifestum est. Sabellii quidem pestem, olim sane motam, traditione vero Magni Gregorii consopitam renovare conantur; qui ne deprehendantur, & convincantur, ista contra nos somnia confixerunt.* Hæc ad Neocæsarienses Basilius, quos & vehementer hortatus est, ut impietate relicta, quæ sunt prisci ac sani dogmatis consequantur. Hisce igitur, quamvis in solitudinis quiete Basilius ageret, quatiebatur fluctibus impiorum, singulis scilicet detrahentium ac subsannantium hæreticorum. Sed & non modicam injecit in ejus animum perturbationem, quæ etiam de collegis ejusdem eremi monachis jactari ab invidis audiebat; nempe eos haud recte de fide sentire; quam tamen (ut ipse testatur (a) nullo posset signo habere. suspectam; nam de illis hæc ad Eustachium habet: *Licet multa essent, quæ me ab illorum consuetudine avocarent: non acquiescebam tamen, cernens eos delicatæ vitæ præferre laborum tolerantiam; sed magis propter conversationis admirabilem & insuetam rationem zelotypia quadam erga illos tenebar: unde & cum dogmatum gratia accusarentur, delationes haud admittebam; quamvis multi illos non rectas habere de deo opiniones; sed auctoris hæresis ejus, quæ nunc est, disciplinæ subditos, illius clancalum spargere dogmata, asseverent: quæ quia ipse numquam ex illis vidi, pro calumniatoribus habebam qui ea referebant.* Hæc Basilius.

Monachi collegæ Basilii calumniam passi.

(a) *Basil. epist. 79.*

CVII. Quale vero esse soleret diversorum monachorum agentium in Pontica solitudine admirandum illud, quod Basilius prædicat, vitæ institutum, ex his quæ Gregorius Nazianzenus in unum collegit, uniusque est complexus epistolæ brevitate ad Hellenium scribens (b), hic referre, dignum existimamus: *Ipsi*, inquit, *partim antris solitariisque & ad terram stratis rudibusque cubilibus delectantur; a domibus abhorrent; urbium frequentiam fugiunt; cognatamque cælestis sapientiæ quietem amplectuntur: Partim ferreis compedibus sese extraciant, ut vitium una cum corpore conficiant. Alii rursum ferarum ritu, parvis angustisque domibus inclusi, nec mortalis quidem cujusquam vultum inspiciunt; ac etiam sæpe totos viginti dies totidemque noctes a cibo abstinent, dimidiaque ex parte Christi jejunium imitantur. Utque nonnihil ipse gloriose prædicem; quidam illorum mei gregis ovis erat, hinc parvo quodam oppido egressus. Sunt insuper, qui garrulam linguam quasi vinculis quibusdam astringant, labiaque silentio comprimant, summæque illi menti laudis sacrificium sola mente offerant. Est etiam, qui annos integros in templo stans, puras ad Deum manus expanderit, nec (quod vix cuiquam fidem facturum est) vel tantillum obdormierit; sed vivi lapidis instar, Christo defixus steterit, ac velut obriguerit; huic porro exigui cibi reliquias vicinus corvus impertiebat; panemque integrum, si forte duo simul essent, afferebat.*

(b) *Greg. Naz. ad Hellenium.*

Monachi Pontici quales.

CVIII. *Quia etiam quo tempore Christus salutifero illo supplicio perfunctus, mortales reliquit; inventus est quidam, qui hinc ad divinum montem ascenderit; ibique & sermone & mente & membris immotus stans, ventis nivibusque jactaretur; nec, quamquam alioqui complures viri eum circumstarent, ab eoque obnixe contenderent, ut aliquam sui corporis rationem haberet, precibus tamen ullis moveretur; sed Christum Regem fortissime consertisque (ut dici solet) manibus retineret, mentemque suam ab hominibus abstractam in sublime attolleret, quoadusque domum novam morienti circumstruxit, cum ne pollinctoris quidem manum ipse ullo modo curaret.* At hæc sane tam ardua & humanis inaccessa viribus cum minus se probare dicat, haud tamen ea omnino contemnere audere significat, cum horum suscipiendorum ritus ita describit:

Admiranda quorumdam abstinentia.

CIX. *Mihi enim vero animum horror subiit, cum piis monachis, quos tametsi quampluribus hominibus notos, nonnulli tamen ut ferventiores, quam piorum hominum ratio postulare videatur, aspernari ac sugillare non dubitant, hanc legem vitaque consuetudinem esse audio. Cum vir aliquis pius ad eos accessit, nostraque legis institutique nostri prorsus ignarus; primum eum tecto perhumane honorificeque excipiunt, omnique benevolentiæ genere complectuntur, atque ipsius animum odevinis ea a Spiritu sculptis sermonibus in altum efferunt, luculentas epulas ipsi apponentes. Tum vero in medio cœtu quispiam duræ acerbæque legis mentionem facit; quæstionemque hujusmodi profert, An honestum ac laudabile sit piis hominibus pro Deo mortem oppetere? ea videlicet ratione occulte id agens, ut amarulentum aliquod verbum ab eo eliciat. Quod si ille præ imperitia, mortem hujusmodi laudandam esse respondeat: Atqui, subjunget quæstionis auctor, multas ipsi partim sua manu, partim fame atque inedia mor-*

res, & quidem alacri animo ferunt, atque in scopulis & rupibus, in profundis ac reconditis cavernis, mediisque pluviis veritati testimonium dicunt, mortalique hac vita non secus ac tristi ac luctuoso bello defungi, alioque migrare gestiunt. Quod autem hæc minime probaret ipse Gregorius subdit, ut tamen potius excuset, quam damnet.

CX. Nimia vitæ austeritas periculosa.

At o Christe, animis illis propitius esto, piis quidem fateor, ceterum non satis consultis ac circumspectis, perindeque affectis, ut equi illi in decursionibus militaribus, qui pernicitate pedum freti extra curriculum feruntur, nec freno alio coerceri possunt. Jam vero alius alio virtutis genere gaudet. Nec mirum, cum multæ sint in cælo mansiones, multa quoque esse in terris vitæ genera & instituta. Quid autem singula recensere pergo? Angustam enim illam viam, quam perpauci in hac vita sequuntur, ipsi conficiunt, atque ad bonorum portum multis gravibusque laboribus grassantur. Talis est Christi pars; talis possessionum Christi fructus, quem ipse e terra ad Patrem defert; religionis nostræ Christianæ columen, populi decus, mundi fundamentum, cum cælestibus pulchritudinibus elegantia propemodum certant, &c. Subdit quosdam nominatim recensere, de quibus inferius.

CXI. Vides, lector, qui Dei spiritu agantur, ut Gregorius; qui vero satanico, ut novatores, quibus illud plane accidit, quod Dominus ait (a): *Venit Joannes non manducans neque bibens; & dicunt: Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans & bibens; & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini.* Hi nempe cum hujusmodi aliqua audiunt, sublimem inquam & ab humanæ vitæ usu segregatam quorumdam sanctorum vitam, mox eosdem malo arreptos dæmone esse inclamant: qui vero humilioris vitæ consectatori sunt disciplinam, ventri hos indulgere subsannant. Sed missos faciamus, consilio Domini, cæcos, ducesque cæcorum; nos vero Gregorii recta gradientis, fideique face accensa iter certum lucidumque monstrantis vestigia consectemur; qui & alibi pluribus eosdem laudat scribens ad Julianum Tributorum Exæquatorem; sed & cum deplorat animæ suæ ærumnas, hæc de iisdem (b) monachis sui temporis, quibus cum idem ipse in nonnullis conforme vitæ genus ducebat:

(a) Matth. 11.

Sugillat inter alios Auctor Centuriatores.

(b) Greg. Naz. de Calamit. animæ suæ.

CXII. *Plerique sub ferreis vinculis ingemiscunt; rursumque alii pro cibo cineres habent. Sunt etiam quibus potus lacrymis temperetur. Alii biberunt nivibus impetiti, quadraginta dies, totidemque noctes velut arbores quædam perstant, corde nempe e terra migrantes, Deumque solum in mente habentes. Nec desunt qui labra sua vinculis premant, linguaque frenum injiciant; qui tamen haud quaquam ad omnia constrictam & freno compressam linguam habent; solis quippe Dei laudibus illa patet, non aliter ac viva quædam cithara a Spiritu sancto pulsata. Num quid dicam de his, qui caput suum Christo consecrarunt, pilque voti causa intonsum servant? Quid eos denique commemorem, qui oculos claudunt, & aures velut pessulo quodam obdunt, ne aculeus quispiam mortis furtim irrepat? At hæc medicamenta carni hostique meo propino, &c.* Hæc quidem Gregorius. Sed & Basilius in secunda allocutione ad monachum lapsum enumerat ferme omnes vitæ monasticæ asperitates, quibus ille, sicut & alii assueverat.

Basilius cultor vitæ monasticæ.

CXIII. Ceterum idem Basilius una cum Gregorio, instar Joannis Baptistæ monachorum omnium patriarchæ, erat in deserto clamans (c): *Rectas facite semitas ejus: Fiunt prava in directa, & aspera in vias planas.* Id enim præstitit, cum divino Spiritu afflatus regulas illas vere aureas monasticum institutum arripientibus, ne ad dexteram vel ad sinistram declinarent; pie sancteque præscripsit; immo in solitudine fontes aperuit, e quibus ceteri vitæ monasticæ propagatores rivos uberrimos deduxere; Quanto autem tempore in eadem solitudine perseverare tum ipsi, tum etiam Gregorio licuerit, & causas cur ad civitatem reverti iidem compulsi fuerint, suo loco dicemus. Jam vero ad Jovianum post Julianum Imperatorem convertamus orationem.

(c) Luc. 3.

JOVIANUS IMPERATOR.

CXIV. Post Julianum Imperatorem extinctum, nec unius quidem diei spatio inter-regnum fuit: haud enim rerum angustia plura de re tanta agitari comitia passa est. Quamobrem illucescente die, quinto Kalendas Julias, magistratus, insigniores ipsi Duces exercitus, de eligendo Imperatore, expeditius agunt. Mira res accidit, ut cum Julianus Christianorum hostis infensissimus nihil curarit solicitius, quam ut post se relinqueret in Romano Imperio successorem hominem æque impium, Christianorumque acerbissimum hostem, quique cœptam ab ipso persecutionem majoribus augeret incrementis; & idololatriam sub Christianis Imperatoribus humi prostratam, ab ipso autem restitutam, omnibusque viribus roboratam, amplioribus spatiis propagaret; tamen (quod non hominum studiis, sed Dei voluntate Principes deligantur) ceteris prætermissis, qui Gentilicia superstitione polluti in exercitu reliquis eminere videbantur; omnium ferme in Jovianum unum conspirant, numine impellente, suffragia, paucis tantummodo refragantibus, haud dubium Gentilicie factionis hominibus.

Jovianus Imperator eligitur.

Quid

CXV. Quid vero de hac re existimem, illud est: Paucis exceptis, quibus Christianæ religionis odium insitum erat, reliqui milites, & inter eos illi potissimum qui militares ordines ducebant, etsi in gratiam Imperatoris, deorum cultores foris in sacris publicis apparebant, intus tamen idololatriam penitus execrabantur, avide expectantes, ut quam assentabantur inviti, extincto impio Rege, impietatem sponte palamque detestantes, ad Christianam fidem postliminio læti redirent. Venit tempus, affuit optata dies, qua protinus execrantes publice dæmonum cultum, Christianis, qui aderant, inhærentes; de Christiano homine in Imperium provehendo verba conferunt, sententiæ conveniunt, suffragiis communicant, feliciterque perficiunt quod consilio agitarant, atque deligunt Jovianum. Sicque milites, qui olim Christianæ militiæ fuerant desertores, ad pietatis castra, quæ reliquerant, revertentes, non amplius Ethnicum sibi hominem passi sunt imperare, cujus impietate totus Romanus exercitus in discrimen illud inevitabile conjectus esset; sed Christianum, cui parerent, delegerunt. Erat Jovianus Singidone in Pannonia natus, & (quod testatur Suidas) (a) confessione clarus; quippe cum Julianus optionem dedisset militibus, ut aut sacrificarent, aut exauctorarentur; hic zonam militarem deponere maluit; permissus tamen est militare ob spectatam parentis virtutem, cujus causa honorifice habitum tradunt. De cujus electione hæc Ammianus (b): *Inter has exiguas ad tantam rem moras, nondum pensatis sententiis, tumultuantibus paucis (ut in rebus extremis factum est sæpe) Jovianus eligitur Imperator, Domesticorum ordinis primus, paternis meritis mediocriter commendabilis: erat enim Varroniani notissimi Comitis filius haud dudum post deposita militiæ munus ad tranquilliora vitæ digressi.*

Milites fidei Christianæ desertores resipiscunt.

(a) Suid. verb. Jovianus.

(b) Amm. lib. 25.

CXVI. Accedit & illud admiratione dignum, quod vehementer commendat virtutem exercitus, dum quem non tantum scirent esse Christianum, sed omnes nossent Juliano religionis causa sæpius adversatum, deligeretur ab exercitu Imperator. Porro & ipsius Joviani in eo tum egregia virtus enituit, dum nec sic ab eis electus consensit imperare, nisi explorata exercitus pietate; hæc enim omnia Theodoretus narrat his verbis (c): *Exercitus in unum congregatus Jovianum postulat Imperatorem, qui neque Dux, neque ex eorum numero qui secundas post Duces obtinebant, fuerat, sed tamen vir apprime nobilis & illustris & multarum rerum causa insignis: nam corpore robustissimo fuit, animoque excelso: quin etiam in bello gerendo solebat & in acrioribus certaminibus facile primas ferre. Porro contra impietatem libere loquebatur, tyranni potentiam contemnebat, animi propensione cum Salvatoris martyribus conjungebatur. Itaque Duces, consensum exercitus velut suffragationem divinam arbitrati, producunt in medium præstantissimum illum, at celerrime primum suggesto constructo, in eo collocant. Deinde cum omnes nomina, quæ sunt Imperatorum propria, ei tribuissent, & Cæsarem & Augustum appellassent; vir ille admirabilis consueta loquendi usus libertate, & neque magistratus, neque milites, ut ad deteriorem partem deflecterent, omnino veritus: Non possum, inquit, cum sim Christianus, ejusmodi hominibus imperare, neque regere Juliani exercitum, qui tam pestiferæ doctrinæ præceptis imbutus sit. Nam qui sunt ita instituti, hi divina destituti providentia, tum ab hostibus facile expugnari, tum eisdem materiam ad lætitiam præbere solent. Quibus verbis auditis, milites conclamare uno ore, ac dicere: Ne animus tibi, o Imperator, ulla æstuet dubitatione, neque nostri imperium tamquam improbum devites: nam & Christianis hominibus & disciplina veræ pietatis educatis imperabis; si quidem qui sunt inter nos ætate provectiore, hi a Constantino eruditi erant; qui autem adolescentiores, illi præceptis Constantii instituebantur. Tempus certe Imperii Juliani, qui jam morte occubuerit, ut perexiguum, ita non satis ad erroris perniciem in animis eorum, qui eadem infecti erant, altius infigendam, fuit.* Quibus persuasus Jovianus, ipsis dantibus, accepit habenas Imperii. Addit item Sozomenus (d), detrectasse Jovianum exercitui assentire, quousque milites se itidem Christianos esse clamassent; idque etiam affirmat Socrates (e), & ante hos omnes Ruffinus. (f)

(c) Theod. l. 4. c. 1.

Jovianus quasi miraculo electus Imp. hostis impietatis;

Recusat Jovianus imperare Gentilibus.

(d) Sozom. l. 6. c. 3.
(e) Socrat. l. 3. c. 19.
(f) Ruffin. l. 2. c. 1.

CXVII. Cæterum militibus Ethnicis sicut luctuosus Juliani obitus extitit, ita lugubris Christiani hominis electio fuit: de his namque, & non de aliis accipienda sunt, quæ deorum æque cultor, Christianorum gloriæ invidens Ammianus tradit his verbis (g): *Confestim, inquit, indumentis circumdatus principalibus; subitoque productus e tabernaculo, per agmina jam discurrebat proficisci parantia; & quoniam acies adusque lapidem quartum porrigebatur, antesignani clamare quosdam Jovianum audientes Augustum, eadem multo magis sonabant: gentilitate enim prope percitis nominis, quod una littera discernebat, Julianum recreatum arbitrati sunt deduci magnis favoribus, ut solebat; verum cum incurvus ille visus & longior adventaret, suspicati quod acciderat, in lacrymas effusi sunt omnes atque luctum. Quod si gravis quidam æquitatis prævaricator in ultimo rerum spiritu factum crimi-*

(g) Amm. lib. 25.

Ethnici ægre ferunt electionem Joviani.

minatur improvide; nauticos idem justius incusabit, amisso perito navigandi magistro, sævientibus flabris & mari, quod clavos regenda navis cuilibet periculi socio commiserunt. His ita caco quodam judicio Fortunæ peractis, Jovianorum signifer, quos Varronianus * *rexerat, dudum eum novo diffidens Principe, etiam tum privato, ut patris ejus obtrectator immoderatus, periculum ex inimico metuens, jam communia supergresso, discessit ad Persas. Data dicendi copia quæ sciret, docet Saporem jam propinquantem, extincto quem verebatur, turbine concitato calonum, ad umbram Imperii Jovianum adhuc protectorem ascitum inertem quemdam ac mollem.* Hæc de Joviano non inter se tantum Gentiles verbis infensi miscebant, sed unus ex illis ad Saporem transfuga, in tanta rerum angustia Romano exercitu constituto, calumniatus est, malens Persarum Regi, quam Christiano Imperatori milites subdi, quem a calonibus, nempe vilissimis militum servis electum obtrectat, per eos significans Christianos.

* Varianus.

CXVIII. Refellitur Ammianus. Sed refellitur etiam illa Ammiani calumnia, qua tradit, Jovianum profectionem instituentem deseruisse vallum, extorum inspectione suasum; cum ait: *Postremumque dum ultro citroque ordinantur hostia pro Joviano, extis inspectis pronunciatum est eum omnia perditurum, si intra vallum remansisset, ut cogitabat; superiorem vero fore profectum.* Hæc ipse, scite sane id tribuens extorum inspectioni, quod quisque vel imprudens conjectari facile potuisset. Qui enim poterat Romanus exercitus rerum inopia laborans intra vallum se continere? Sed & quæ tanta felicitas, una profectione promissa, cum tristiora tristibus evenisse ipse conscribat? At quomodo potuit Jovianus extorum inspectione, tanta disponere, quem idem ipse Ammianus in fine prædicat fuisse Christianæ legis studiosum? Et quid idem cladem exercitus, Civitatum, Provinciarumque jacturam non Juliano, quem ex instituto laudandum suscepit, sed Joviano semper adscribit? Quisnam in ea tam sæva discrimina Romanum conjecit exercitum, ut tam indignas, tamque lugubres pro fœdere ineundo conditiones oblatas ab hoste Jovianus suscipere cogeretur? Sed præstat audire Gregorium Nazianzenum liberioribus affectibus sic de his differentem (a):

Juliano potius, quam Joviano adscribenda clades Imperii.

(a) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

CXIX. Fœdus initum cum Persis. *Statim autem post illius mortem, Imperium excipiens, qui post illum in ipsis castris, & in ipsa periculorum flamma Ducem necessario requirente, nominatus fuerat; vir ut aliis rebus, ita pietate clarus, & insignis, atque Imperatoria sane oris majestate præditus; cum nec manus cum Persis conserere, nec progredi ullo modo valeret (licet alioqui magnitudinis animi & alacritatis in eo desiderari nihil posset) quod milites manibus & animis & spe fracti debilitatique essent; castra movere, copiasque reducere satagebat; idque ut tuto sibi facere liceret, laborabat, perinde atque non Imperii, sed cladis hæreditatem consecutus. Quod nisi Persæ moderate victoria utentes (hoc enim apud eos in more positum est, ut modum in prosperis teneant) aut aliud quiddam eorum quæ fama ferebantur, metuentes, ad pactiones ineundas, easque adeo inopinatas, æquitatisque plenas, animos convertissent, ne ignifer quidem (ut dici solet) exercitus superfuisset; usque adeo eos ad manum Persæ habebant tum in terra sua dimicantes, tum etiam ob ea quæ contigerant, animis elati. Felix enim aliquis rerum successus eam vim habet, ut spem quoque lætam futuri afferat. At tunc ille totus in eo erat, ut exercitum incolumem servaret, nervosque Romanis relinqueret: nervi enim erant, etsi rem male gesserant, ob Ducis,* nempe Juliani, *potius temeritatem, quam ignaviam suam. Persæ vero conditionibus turpibus sane, Romanorumque manu ac potentia (ut brevissime dicam) indignis, fœdus percusserunt; quarum nomine si quis, absoluto Juliano, Jovianum criminandum censeat; meo judicio perquam iniquus est eorum quæ acciderunt æstimator. Non enim eius qui demessuit, spica est, verum illius qui sementem fecit; nec ei incendium assignandum est qui ignem extinguere potuit, sed qui excitavit. Atque illud Herodoti de Samiorum tyrannide commode dixerim: Vestem hanc Istiæus quidem consuit, cæterum induit Aristagoras, qui antecessoris sui facta excepit.* Hactenus Gregorius.

CXX. In eamdem quoque sententiam hæc Chrysostomus (b): *Illo,* nempe Juliano, *tam turpiter mortuo, cum viderent milites in extremo se periculo constitutos, cum hostibus pepigerunt; quibus cum jurejuranda recepissent, abscessuros se a loco locorum omnium tutissimo, eodemque regionis nostræ tamquam muro quodam inexpugnabili, barbaras humanos erga se nacti ita evaserunt, atque e multis pauci reverterunt, & ipsi affectis admodum corporibus, erubescentes ob fœdera cum hostibus pacta, coacti vero illis per jusjurandum paternis bonis cedere. Hic videre erat spectaculum qualibet captivitate miserabilius. Nam urbis illius Cives,* nempe Nisibis, *a quibus gratiam aliquam expectabant, quod suos omnes satus, muri instar, in portu collocaverant, pro omnibus semper ad omnia pericula objecti, ab iis hostilia omnia passi sunt, propriis domibus atque agris relictis, solum vertere coacti, & a majorum suorum possessio.*

(b) Chrys. advers. Gent.

stionibus avulsi; & quidem injuriam a suis acceperunt. Hunc nos fructum ab egregii istius Imperatoris operibus percepimus: & alibi (*a*): *Cum*, inquit, *Rege impio miserabiliter perempto, alter pius in ejus successisset Imperium; adversa omnia continuo dissoluta sunt; & exercitus, qui velut in mediis erat retibus involutus, nec ullum exitum aliquando se inventurum esse credebat, Dei jam nutu ab hostibus liberatus, cum omni securitate remeavit.* Hæc de auctore malorum omnium Apostata Juliano Chrysostomus.

(a) Chrys. de laud. Paul. or. 4.

CXXI. Quænam autem fuerint fœderis in annos triginta conditiones indignæ, eas Ammianus (*b*) in primis narrat; nempe Susam, atque una cum ea quinque regiones Transtigritanas, Arzamannam, Miacam, Rhabdicenam, Rhesenam, & Corduenam cum castellis quindecim, Nisibin, & Singaram, & Castra Maurorum munimentum perquam opportunum tradere: hæc omnia cum petiisset Rex ipse Persarum, vix acquievit, ut Nisibis & Singara in Mesopotamia sine tamen incolis transirent ad jura Persarum. *His omnibus illud exitiale* (subdit Ammianus) *accessit & impium, ne post hæc ita composita, Arsaci majoris Armeniæ Regi poscenti contra Persas ferretur auxilium, amico nobis semper & fido.* Hæc ipse. Auxit tamen contra Jovianum invidiam atque odium, dirum ac lamentabile spectaculum Nisibirarum in primis; cum inviti coacti sunt patriis sedibus cedere, recedereque a propria Civitate, dum ex pactis conventis Persis eadem daretur; quorum partem magnam Amidam, alios vero in alia oppida commigrasse, Zosimus tradit (*c*). De Nisibi quidem, nihil plane dexteri, sed omnia hæc adversa eidem Civitati contigisse, postquam Julianus Apostata inde sustulit venerandum corpus magni illius Jacobi, ejus Civitatis Episcopi, Gennadius fidem facit (*d*). At quonam migrarint populi Singaræ Civitatis, qui & ipsi instar Nisibitarum, ex conditionibus cum Persis initis, coacti dedere hostibus Civitatem munitam positam prope Tigrin, nulla prorsus mentio reperitur apud scriptores veteres. Unde illud interdum in mentem occurrit, num hi patrium solum vertere coacti, post hæc per incertas sedes vagantes in Europæ regiones descendentes, illi ipsi sint, quos Singaros nominamus, quos tamen aliqui perperam Ægyptios esse putant; cum nulla sit memoria, Ægyptios e patriis sedibus esse pulsos; nec vario subsis, ut Ægyptii Singari dicerentur. Sed hæc relinquimus opinatoribus otiosis. Constat quidem, Singaram haud ignobilem fuisse Civitatem: nam caput Arabum Rhetavorum Plinius fuisse testatur (*e*).

(b) Amm. lib. 25.

Conditiones initi fœderis.

Nisibis data Persis.

(c) Zosim. lib. 3.

(d) Genn. de vir. illust.

Singaræ Cives vagi.

(e) Plin. l. 5. c. 24.

CXXII. At hæc dura diraque maxime videri possent; cæterum rem ipsam statumque ejus temporis accuratius perpendentibus visum est quasi miraculum, ut fame & bello insumpto undique in terra hostili Romano exercitu, in locisque sterilibus atque desertis consistente, interceptoque commeatu, quas Romani ausi minime essent conditiones pacis petere, sponte eas tunc hostes offerrent. Unde Ruffinus (*f*): *Eo modo a Joviano suscepto Imperio, statim ei affuit divina clementia; contraque omnem spem, cum clausi undique hostibus tenerentur, nec evadendi facultas ulla suppeteret, subito emissos a barbaris oratores esse videns, pacemque deposcere, exercitique inedia consumpto cibos cæteraque necessaria in mercimonia polliceri, omnique humanitate nostrorum temeritatem emendare.* Hæc ipse. Verum Gentiles omnes mærore suffusi, quem de Juliani nece conceperant, & invidia tabescentes creatione Christiani hominis Imperatoris, nullam penitus rei, loci, vel temporis rationem habentes, quodam furore perciti in Jovianum maledicta jacere, eumque sannis atque dicteriis deridere, ac proscindere contumeliis, si non palam, occulte saltem minime destiterunt.

Insperata pax Romanis affulsit.

(f) Ruffin. l. 2. c. 1.

CXXIII. *Deridebatur enim* (inquit Suidas *g*) *cantilenis & versibus ultro detortis, & famosis libellis:* Et de eodem paulo post: *Antiochensi autem Imperatori irati famosos libellos partim humi abjiciebant, ut quivis tolleret ac legeret, partim parietibus affigebant; & erant hujusmodi:* Ex Homero illos mutuati, cum vel Tersitæ in illo ignaviam, vel Paridis sugillat lasciviam; quales fuere (*h*):

(g) Suid. verbo Jovianus.

Jovianus ab Ethnicis derisus.

Venisti ex bello, quo te periisse decebat.
Item:
Degener excultor formæ, sectator amorum, &c. Item.
Quod nisi detracta tunicaque togaque pudendas
Insuper & partes quæ cingit veste, prehensum
Et cæsum plagis ad sævos mitterem Persas, &c.

(h) Apud Suid. & Niceph. l. 10. c. ult.

Subdit his Suidas: *Anus autem quadam pulchritudinem & magnitudinem ejus conspicata: Quanta est, inquit, longitudo & profunditas, tanta est stultitia. Et alius quidam homo privatus magna voce in Circo equestri clamare ausus, risum præbuit omnibus, cum inania quædam & frigida de stultitia illius dixisset. Ac gravius aliquid commissum esset, ni Sallustius quidam (Ethnicus hic erat, Juliano olim percarus, præfectura Prætorii insignitus) seditionem compescuisset.* Accidit autem, quod sicut cum viveret Julianus, qui Christianæ religionis sectatores erant, in

Quid in Jovianum Antiocheni Gentiles.

eum

eum (at vidimus) his similia Antiochiæ potissimum egerebant; ita & Ethnici in Christianum Imperatorem paria pendere minime destiterunt, captantes ansam ex iniqais pacis conditionibus a Persis acceptis; cæterum culpa, ex sententia Grægorii Nazianzeni & aliorum, qui absque aliquo privato affectu rem expenderunt, in Julianam potius, quam in Jovianum rejicenda erat.

CXXIV. Cum autem a Joviano complura Christiano Principe digna esse præstita, certum sit; de illo tamen dubitatam a me fuit aliquandia, nam deformatum a Jaliano Labarum Crucis signo & Christi nomine insignitum in eam restituerit pristinam formam, quam instituerat Constantinus; camqae rei antiqaariæ peritos, tum qui de veteribus nummis edidere volumina, tum eos qui adhuc superstites Romæ degunt, ejus facaltatis viros celebres consuluerim, ne quicquam invenire potaerim, in eam sententiam pedibus abii; ut paucis mensibus quibas Jovianus imperavit, cum Romanus ille exercitus collectas fuisset, ut dictum est, majori ex parte ex Gentilibus militibas, Labarum in pristinam formam minime fuerit restitutam; qaamobrem ejus rei vendicationem Joviani successoribus, Valentiniano atque Valenti tribnimus, quorum numismata inveninntur Labaro insignita atqne signata secundum formam a Constantino præscriptam, & a saccessoribus Imperatoribus usu retentam & auctam. Sic igitur ex iis quæ tunc invenire potuimus, ex sententia omniam restitutionem Labari in veterem illam effigiem iisdem Valentiniano atqne Valenti in prima tomi hujus editione Romæ casa tribuimus. Accidit autem post hæc, nt asservatum in Farnesiana bibliotheca nacti faerimus Pyrrhi Ligorii nobiiissimi Antiquarii volomen scriptum de antiquis nummis a se repertis atque in Musæo reconditis, in qao Joviani numismatum reperimus formas, quas hic tibi fideiiter reddendas curavimus; ac primum iilad qaod ipsum obequitantem, Antiochiamque redeuntem e Persis referre videtur, in quo Romæ nomen, in Urbe fuisse cusum, significat.





CXXV. Vides prominentem in acumine Labari Crucem, erat & in Labaro Christi nomen intextum, sed in exiguæ ejus forma minus apparet; ac reddet ex integro illud tibi, quod ex eodem auctore acceptum hic sabjicimus numisma secundum.





Et ne quid desit ex iis, quæ in eodem Ligoriano libro invenimus, tertium hic ejusdem Joviani nummum ex æquo reddimus, priscis illis characteribus efformatum, qao Christi nomen, & æternum ejus Imperium demonstratur.

His





His igitur moniti, restitutionem Labari Joviano tribuendam putamus, quam secuti alios ejus successoribus Valentiniano atque Valenti bona fide tribueramus. Sed reliqua prosequamur quibus ejus pietas declaratur.

CXXVI. At ubi primum idem Imperium adeptus est, milites Christianos fidei confessionis causa exauctoratos, atque etiam proscriptos, & in exilium relegatos, in integrum restitui mandat: quando (ut ait Sozomenus *a*) Valentinianus ea de causa in Melitina Armeniæ relegatus, continuo liberatus est, atque pristinæ militiæ redditus, sed & postea (ut suo loco dicturi sumus) in Imperium sublatus. Cæterum de Joviani pietate & rebus in Imperio bene gestis, ac primum de Christianæ religionis cultu a Juliano proscripto in pristinum restituto, quo nihil antiquius habuit, Sozomenus hæc tradit (*b*): *Cum praterea experientia didicisset, Imperium propter iram divinam in Julianum, qui ante ipsum regnaverat, necentium, acerbe afflictatum fuisse; abjecta omni cunctatione scripsit ad Præsides nostrarum Provinciarum, uti ad Ecclesias frequenter convenirent, divinum numen studiose colerent, docerentque suos, solam religionem Christianam verum Dei cultum in se complecti. Porro Ecclesiis & clericis, viduis & virginibus immunitatem reddidit, & si quid aliud vel ad commodum vel ad honorem religionis nostræ a Constantino ac liberis suis aut donatum, aut lege sancitum fuisset, postea autem a Juliano illis ablatum.* Hæc Sozomenus.

Jovianus restituit libertatem Christianis.

(a) Sozom. lib. 6. c. 3.

(b) Sozom. lib. 6. c. 6.

CXXVII. Sed & Theodoretus (*c*) de his pluribus in hæc verba: *Conscripsit legem, qua jubebat frumenti congiarium, quod Constantinus Magnus Ecclesiis donaverat, eisdem reddi. Nam Julianus qui contra Deum & Salvatorem nostrum bellum susceperat, illud vetuerat dari. At quoniam fames ex Juliani impietate in Rempublicam illata obstabat, quo minus totum congiarium, quod Constantinus largitus fuerat, in Ecclesias conferretur; idcirco Jovianus tertiam partem solum id temporis præberi mandat; pollicetur que fame sedata, integrum congiarium donatum iri.* Hæc Theodoretus.

(c) Theod. lib. 4. c. 4.

CXXVIII. Subdit autem Sozomenus (*d*) de Joviani lege custode sacrarum virginum, cum adversus earum raptores severissimum rescriptum dedit; ait enim: *Misit item ad Secundum Præfectum generale edictum, quo jubebat, ut qui sacram virginem vel ad nuptias contrahendas pellicere conaretur, vel lascivo quodam obtutu aspiceret, maxime omnium si per vim rapere tentaret, capitis supplicio multaretur. Istam legem ideo tulit, quod quidam improbi viri, regnante Juliano, tales virgines vel vi, vel persuasione in hanc corruptelam inductas sibi connubio junxissent, quemadmodum fieri solet, cum religionis statu perturbato, turpis libido id genus sceleris consciscendi impunitatem proponit.* Hæc Sozomenus. Extat quidem legis ejus pars illa de iis qui adeo execrandum scelus vel tentare præsumpserint, tam in codice Theodosiano, quam Justinianeo descripta his verbis (*e*):

(d) Sozom. lib. 6. c. 3.

Quid Jovianus adversus raptores virginum.

(e) Cod. l. 5. de Episc. & Clerico

CXXIX. *Imp. Jovianus Aug. Secundo Præfecto P. Si quis non dicam rapere, sed attentare tantum jungendi causa matrimonii, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.* Hæc in Codice Justinianeo: habet amplius Codex Theodosianus illa verba (*f*): *Vel invitas*. Sed & corrigendus pariter est idem Justinianeus Codex ex Theodosiano, dum in illo legitur data lex Gratiano & Merobaude Coss. in hoc autem Joviano & Varroniano Coss. qui anno sequenti Consulatum gesserunt. Sed & quod 11. Kalend. Martii lex ipsa Antiochiæ data in utroque Codice legitur, error irrepsisse videtur: nam ante mensem Januarii Jovianus recesserat Antiochia, ipsisque Kalendis Januarii Ancyræ adiit Consulatum. Sicut etiam nec ullo modo cohærere sibi valent, ut lex data a Joviano dicatur sub Consulatu Gratiani & Merobaudis, quorum magistratus contigit post annos quatuordecim ab obitu Joviani. Cæterum & Secundi præfectura docet nonnisi a Joviano datum esse rescriptum. Porro ejusmodi facinus Constantius etiam lege data vetuerat (*g*); & in eos qui viduas raperent, pœnas exten-

(f) l. 2. de raptu vel matrim. C. Theod.

(g) l. 1. de raptu vel matrim. C. Theod.

derat; quibus nec raptæ consensus ad excusationem foret vel minimum profutura.

CXXX. Sed & illa summa plane laude digna habentur, quæ ab eodem Joviano primum ut Imperium adeptus est (ut decebat Christianum Principem) decreta fuisse, Gregorius (*a*) Nazianzenus tradit his verbis: *Hoc porro*, Juliano nimirum, *extincto, Imperator alter exoritur, nequaquam ore impudens, quemadmodum is de quo ante verba faciebamus; nec duris & ærumnosis operibus & edictis Israelem opprimens; sed mira pietate animique lenitate præditus. Qui ut præclarissimum sui Imperii fundamentum jaceret, rectamque legum sanctionem, unde conveniebat, auspicaretur, cum omnes alios Episcopos*, tum eum, nempe Athanasium, *ante omnes, qui omnibus virtute antecellebat, & citra dubitationem ullam pietatis causa bello vexatus fuerat, ab exilio revocat. Quin etiam fidei nostræ veritatem a multis laceratam & perturbatam, atque in sexcentas opiniones partesque distractam sibi tradi postulavit; at maxime quidem universus Orbis, si fieri posset, in fidei negocio consentiret, spiritusque auxilio in unum coiret: sin minus, ipse certe optimæ parti sese adjungeret, simulque & ei robur afferret, & ab ea vicissim acciperet; excelse simul & magnifice de rebus maximis cogitans.*

(*a*) Greg. Naz. orat. in laudem Athanasii.

Jovianus curat restitui exules Episcopos & fidem Catholicam.

CXXXI. *At his potissimum Athanasius pietatis suæ, fideique in Christum firmæ & constantis specimen edidit.* Nam cum *cæteri omnes, qui doctrinam nostram profitebantur, trifariam divisi essent, ac multi circa Filium, plures circa Spiritum sanctum ægram fidem haberent; ubi levior impietas pietatis opinionem ferebat; pauci autem utrinque sani, & incolumes essent: primus ille ac solus, aut cum admodum paucis veritatem palam apertisque verbis promulgare non dubitavit, unam trium personarum divinitatem & essentiam scripto confessus: & quod multis illis Patribus in explicanda Filii divinitate prius concessum fuerat, idem ipse postea in asserenda Spiritus sancti divinitate superno afflatu consecutus. Atque Imperatori donum vere regium & magnificum offert, scriptam nimirum fidei confessionem adversus novum dogma nusquam in scriptura expressum; ut sic & Imperatorem Imperator, & doctrinam doctrina, & libellum libellus frangeret atque opprimeret.* Nempe ut Joviani fides perfidiam Constantii, & veræ fidei confessio scriptam ab hæreticis novam fidei formulam confutaret. Hæc eadem de restitutione exulum Episcoporum & litteris Imperatoris ad Athanasium, Socrates (*b*) & alii quoque confirmant.

Athanasii commendata fides Catholica.

(*b*) Socrat. lib. 3. c. 20.

CXXXII. Cæterum licet Athanasius tantum prædicetur ejus fidei libelli auctor, tamen illum esse conscriptum in sacro Episcoporum consessu, ex ipsius titulo constat. Athanasius enim, mox ut audivit Julianum esse defunctum, quem & cito defuturum divino oraculo præmonitus senserat, atque de restitutione exulum Episcoporum fuisse a Joviano Imperatore promulgatum edictum, simulque Joviani ejusdem litteras accepisset, quibus se fidem Catholicam ab ipso edoceri velle significabat, evestigio primarios Episcoporum Orthodoxorum sibi subjectorum, Ægypti, Thebaidis, atque Libyæ, ad Synodum convocat Alexandriam. Ubi communi consilio decretum est, ut scripto libello Catholicæ fidei, mitterent ipsum ad novum Imperatorem, ne ille (ut de Constantio accidit) ab hæreticis præoccupatus in impietatem transversus penitus ageretur. Periculum igitur Athanasius antevertere omni celeritate procurans, scriptum in Synodo ejusmodi libellum misit ad Jovianum Imperatorem: qui hactenus extat inter alias ejusdem Athanasii lucubrationes, & apud alios quoque Auctores; sed fidelior textus penes ipsum Athanasium habetur; est autem ejus titulus apud Theodoretum (*c*), quo carent alii:

Synodus Alexandrina ex qua libellus ad Imp. datus.

(*c*) Apud Theod. lib. 4. c. 3.

CXXXIII. *Religiosissimo, & clementissimo Victori Augusto Joviano Athanasius & Episcopi, qui nomine omnium, Ægypti, Thebaidis, & Libyæ Episcoporum in unum convenerunt, salutem.*

Epistola Athanasii ex Synodo ad Jovianum Imp.

Decora (*d*) *& eximia ea res est in Principe, mens discendi avida, & rerum cœlestium cupido: inde enim fit, ut vere cor totum sit in manu Dei. Cum igitur pietas tua cupiat a nobis cognoscere Ecclesiæ Catholicæ fidem; Deo super*

(*d*) Athan. de fide ad Jovian.

PAGIUS VII. A num. CXXXII. ad CXL. In libello Synodico Alexandrinæ Synodus ab Athanasio celebrata his verbis describitur: *Piissimus Imperator Jovianus, missa Alexandriam ad Athanasium Legatione, immutabilem veræ Orthodoxiæ definitionem quæsivit. Is igitur delectos Ægypti, Thebaidos & Libyæ Episcopos congregans, definitionem Synodicam gratia & veritate plenam, Joviano Christi amanti misit.* Quare recte Baronius hanc epistolam scriptam existimavit in Synodo Episcoporum totius Ægypti, quos Athanasius, accepto Joviani edicto, statim Alexandriam evocaverat. Libello Synodico suffragatur Nicephorus lib. IX. cap. 42. ubi ait, *Athanasium* Synodum Provincialem Alexandriæ coegisse, præfatamque Athanasii epistolam, quam integram recitat, ad Jovianum Aug. misisse. Valesius tamen in Notis ad Theodoretum lib. 4. cap. 3. suspicatur, hanc epistolam scriptam esse ab Athanasio *Antiochiæ*, quo una cum aliquot Episcopis Ægypti ac Libyæ se contulerat, ut *Jovianum Imp.* illic salutaret. Cumque Imperator regulam Fidei ab illo & a reliquis Episcopis flagitasset, ut testatur Nazianze-

Alexandrina Synodus.

per ea re gratiis habitis, nihil nobis consultius visum, quam ut fidem a Patribus Nicææ confessam tuo religioso animo recitaremus. Hujus enim fidei aspernatores & mihi multifariam insidiati sunt, eo quod non obtemperaremus Arianorum sectæ; & hæreses, & schismata in Ecclesiam introduxere; cum tamen vera & pia in Christum fides ex sacris literis & liqueat, & agnoscatur. Hac enim sancti viri initiati martyrium subierant, & nunc resoluti a corpore cum Domino agunt. Mansisset hæc fides illæsa perpetuo, nisi malitia quorumdam hæreticorum eam depravare ausa fuisset. Arius enim & socii illam vitiare conati sunt, & ejus loco hæresim introducere, dicentes Filium Dei ex non entibus extitisse, & creaturam, facturamque & mutabilem esse. Multosque his verbis deceperunt, adeo ut qui aliquid esse viderentur, illorum blasphemia seducti sint.

CXXXIV. *Quapropter Patres quam primum Nicææ in Concilium venientes, ejus verba anathemate condemnarunt, & Catholicæ fidei confessionem scripto tradiderunt, ut ejus ubique promulgatione incendium hæreseos per sectarios excitatum restingueretur. Ea igitur sincere ubique per omnes Ecclesias, & legebatur, & prædicabatur: cum quidam Arianorum hæresim renovare cupientes, hanc a Patribus Nicææ affectam fidem cœpere contemnere, præseferentes ab ea non dissentire: cum interim re vera eam inficientur, male interpretantes consubstantialem, & blasphemias dicentes in Spiritum sanctum, quem creaturam & a Filio conditum asseverant.*

CXXXV. Fides Nicæna eadem catholica. *Nos igitur conspicientes ex ejusmodi blasphemiis non levibus populum Dei calamitatibus perurgeri, necessario tibi fidem Nicææ Patrum confessionibus confirmatam porrigere studuimus; ut tua pietas & ea quæ ibi exactissime scripta, & quantum errent illi qui aliter sentirent, intelligeret. Cognosce igitur, religiosissime Auguste, hanc esse, quæ a condita ævo prædicata fuit, & quam Nicææ Patres congregati agnoverunt, ejusque suffragatrices esse omnes omnibus in locis Ecclesias, sive in Hispania sint, sive Britannia, Gallia, Italia universa, Dalmatia, Dacia, Mysia, Macedonia, sive universa Græcia, tota Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphilia, Lycia, Isauria, Ægypto, Libya, Ponto, Cappadocia, itidem quotquot nobis vicinæ sunt, nec non & Orientis Ecclesias, paucis admodum exceptis, quæ Arianæ opinionis sunt. Omnium enim istorum & adhuc longinquiorum animos experimentis cognovimus, & scripta habemus. Nec te lateat, piissime Imperator, quod tametsi pauci sint, qui huic fidei derogent; eos tamen (cum universus Orbis Catholicam fidem sequatur, & ipsi jam pridem Ariana hæresi infecti fuerint, & nunc acerrime pietati obsistant) præjudicium facere non posse. Nobis autem, ut tua pietas cognosceret rem alioqui sibi cognitam, operæpretium visum est, fidem Nicænam Episcoporum confessionibus approbatam subnectere. Est igitur fides a Patribus asserta hujusmodi: Credimus in Deum Patrem, &c.* Symbolum enim Nicænum, jam superius recitatum, in eadem epistola descriptum habetur; post illud vero hæc sequuntur:

In hac, Auguste, omnes oportet manere, neque quicquam inde transmutare artificiis contentionibusque verborum, quod faciunt Ariani, qui ex non entibus Filium Dei extitisse, eumdemque non fuisse antequam fieret, cum denique creaturam, factum, & mutabilem esse dicunt. Ideo enim (quemadmodum prædiximus) Synodus Nicæna anathematizavit istiusmodi hæresim, & veritatis fidem confessionibus approbavit, neque levi aut simplici ratione Filium Patri similem esse asseveravit, eumque (ne ex levi re Deo similis, sed verus Deus ex Deo haberetur) consubstantialem esse scripto tradidit; quod proprium est genuini & veri Filii, veri & naturalis Patris. Sed nec alienavit Spiritum sanctum a Patre, & Filio, sed enim una glorificavit cum Patre & Filio, & enim una sancta Trinitatis fide, eo quod una sit in sancta Trinitate Deitas. CXXXVI. Non recedendum a Patrum fide. Hactenus Athanasii epistola ad Jovianum ex Synodo scripta; sed diversæ editionis apud Theodoretum habetur, in qua verba illa in ejus exordio superabundant, quibus dicitur: *Imperium pacate, & tranquille ad multorum annorum curricula administrabis.* Quæ cum in originario exemplari desint, ab aliquo Ariano fuisse addita, par est credere, nempe ut levitatis Athanasius ar-

PAGIUS zenus in Oratione funebri de laudibus Athanasii, Athanasius, collatione habita cum Episcopis Ægypti ac Libyæ, qui ipsum comitabantur, epistolam de Fide scripsit ad Jovianum. Quam conjecturam confirmat Valesius titulo ipsius epistolæ, qui recte sic habet: *Athanasius, & reliqui Episcopi, qui venerunt ex persona omnium Episcoporum Ægypti, Thebaidos, ac Libyarum.* Ubi non dicit Theodoretus, Episcopos illos in unum convenisse, ut male vertit Christophorsonus, qui Baronio imposuit, sed tantum venisse. Quo verbo significatur, Episcopos illos, qui cum Athanasio erant, missos fuisse ab universis Episcopis Ægypti ac Libyæ, ut pro Athanasio testimonium redderent apud Jovianum Imp. Ita Valesius. Verum vana hæc conjectura. Theodoretus enim cap. 2. antequam epistolam illam Synodicam referat, ait: *Scri-*

gueretur, falsusque vates pariter haberetur, cum Jovianus in Imperio nec anni unius periodum absolverit.

CXXXVII. *Hac perlecta* (inquit Theodoretus (a)) *epistola, tum cognitio Imperatoris, quam de rebus divinis imbiberat, confirmata est, tum amor ejus erga easdem exardescere cœpit.* Sed haud segniores fuerunt hæretici, qui præoccupaturi animum ejus, obviam redeunti e Perside processerunt; de quibus hæc Socrates: (b) *Imperatore Joviano ex Perside reverso, tumultus in Ecclesiis de integro excitatus est: Episcopi autem, dum singuli Imperatorem sua ipsorum fidei assensurum exspectarent, alius alium prævertere contenderunt. Imperator quoniam perpetuo fidei Consubstantialis adhæserat; omnibus respondet, se eam prælaturum; perque litteras Athanasium Alexandriæ Episcopum bono animo esse jubet:* & inferius (c): *Verum Christianorum res non adhuc pacatæ tranquillæque fuerunt. Nam qui diversæ religionis factionibus præerant, Imperatorem adeunt, rati sibi liberam ab eo potestatem permitti contra adversarios pro arbitratu dimicandi. Ac primum qui Macedoniani appellabantur, libellum illi offerunt, postulantque, ut qui Filium Patri dissimilem asseverabant, ii ab Ecclesia ejicerentur, ipsique in eorum sufficerentur loca. Hujus vero supplicis libelli auctores fuere Basilius Ancyræ Episcopus, Silvanus Tarsi, Sophronius Pompejopolis, Pasinicus Zenorum, Comanorum Leontius, Callicrates Claudiopolis, Castabalorum denique Theophilus.*

(a) Theod. lib. 4. c. 4.

Hæretici student insinuare se Imperatori.

(b) Socrat. l. 3. c. 20.

(c) Socrat. lib. 3. c. 21.

CXXXVIII. *Imperator, accepto eorum libello, ipsos absque responso dimisit, hæc verba duntaxat locutus: Ego contentionem odio prosequor; eos, qui concordiæ dediti sunt, complector amore, veneror que. Quæ cum ad aures aliorum pervenirent, ferociam illorum, qui contendendi studio flagrabant, permulsere. Quæ res Imperatoris cessit ex sententia. Præterea eodem tempore, cum Acacianorum mores, qui ad contentionem erant valde proclives, patefacti fuerunt: tunc, quam illud ipsum hominum genus ad Imperatorum voluntatibus satisfaciendum se semper comparasset, satis perspicue intellectum. Nam hi Antiochiæ, quæ est in Syria, in unam coacti, cum Meletio, qui paulo ante se ab eorum communione segregaverat, fideique assenserat Consubstantialis, in colloquium veniunt. Quod propterea ab illis factum fuit, quia eum in magno honore esse, qui tum ibi erant, animadverterent. Illi igitur libellum componere, Consubstantiali assentiri, fidem Nicæni Concilii ratam facere, libellum denique Imperatori offerre instituunt.* Hæc Socrates.

Joviano digna sententia.

CXXXIX. Sed antequam libellum eorum hic recitemus, de Acacio Episcopo Cæsareæ Palæstinæ illud præponendum, quod & attigisse vidimus Socratem. Homo iste omnium deterrimus, fax, luesque totius Catholici orbis; cujus tyrannidem cunctæ ubique locorum positæ Ecclesiæ expertæ erant: quique non tantum fidem Nicænam procul abjecit, sed & hæreticos illos insectatus fuit, similitudinem qualemcumque Filii Dei cum Patre amplectentes; & Semiarianos, quod non penitus in profundum lapsi viderentur, detestabatur: hic inquam, qui dum Arianæ hæresis fautor Constantius Imp. regnavit, eidem in omnibus obsecutus, perpetuo illi perfidia junctus inhæsit: ut rerum statum mutatum vidit, translatumque Imperium in hominem Nicænæ fidei professorem, Athanasiique studiosum, & Orthodoxorum omnium amantem; mox timore correptus, ne quod in Catholicos Episcopos sæpius fecerat, cum illis Ecclesias abstulit, proscripsit, & in exilium eos abjecit, id ipse tunc pateretur; confestim pietate simulata, ad Catholicorum castra se contulit; & primus omnium vafer ingenio, antiquus Proteus, aliam formam induens, conatus videri Catholicus, libellum confecit, quo se fidei Nicænæ professorem exhibuit. Id cum complures alii, tum denique Suidas (d) testatur his verbis: *Acacius Cæsareæ Palæstinæ Episcopus Joviano libellum fidei Orthodoxæ scripsit, Synodum Nicænam comprobans.* Non possum præterea non mirari quantum referat in regno Principem palam profiteri se vere esse Catholicum, & Orthodoxæ fidei acerrimum defensorem: nam plane fit, ut hæretici tum erubescant, tum etiam timeant videri se alterius sectæ fidei Principis adversariæ assectatores; indeque accidat, ut vel timore correpti recantent palinodiam, vel rubore suffusi sileant, lateant, & alio procul abscedant. Quod si eis semel ille gratas præbuerit aures; iidem & cor quoque sibi vendicent Principis, & quasi ex ejus nutu omnia liceant, nihil non audeant, atque cuncta pro arbitrio gerant.

Acacius alter Proteus fidem mutat cum Imperatore.

(d) Suid. ver. Jovianus.

Quod

PAGIUS *psit etiam* (nempe Jovianus Imp.) *litteras ad Athanasium, egregium illum Nicænæ Fidei defensorem, petens, ut accuratam de Divinis rebus institutionem ad se perscriberet. Hic igitur* CONGREGATIS *Episcopis, qui doctrina excellere videbantur, rescripsit Joviano, suadens, ut Fidem Nicææ olim expositam, tanquam Apostolicæ doctrinæ consentientem servaret.* Præterea cum in ea Synodica, ne verbum quidem in gratiam Athanasii legatur, verum esse non potest, quod ait Valesius, Episcopos illos, qui cum Athanasio erant, Antiochiam missos fuisse, qui pro Athanasio testimonium dicerent coram Joviano.

Ad

CXL. *Concilium Antiochenum.* Quod autem ad Antiochenum Concilium per Meletium ibidem Orthodoxorum Antistitem collectum spectat; interfuerunt ei viginti septem Episcopi, quorum nomina in subscriptione epistolæ Synodalis ad Jovianum Imperatorem datæ leguntur. Hi igitur cum in unum convenissent, absque aliqua altercatione prolatam in medium Nicænam fidem, eamdemque recitatam atque recognitam, communibus, nemine refragante, comprobavere suffragiis; illique ipsi, qui per tot annorum curricula eamdem impugnarant, quasi e longo insaniæ expergefacti letargo, resipiscentes, absque tergiversatione aliqua cognovere, atque suo ipsorum chirographo munivere, scribentes omnes ex Synodo ad Jovianum Imperatorem epistolam, cui & attexuerunt quam receperant Nicænam confessionem. Porro ipsa epistola ab eis in Synodo scripta sic se habet (*a*):

(*a*) *Socrat. lib. 3. c. 21. Sozom. l. 6. c. 4.*

CXLI. *Sanctissimo, Deoque carissimo Domino nostro Joviano Victori Augusto Concilium Episcoporum Antiochiæ in unum ex variis provinciis convocatum S.*

Tuam pietatem, Imperator sanctissime, cum primis laborare, ut Ecclesiæ pax & concordia stabiliatur, nobis exploratum est. Neque famæ nescii, te sapienter considerasse formam veræ & Orthodoxæ fidei ad hanc concordiam confirmandam valere maxime. Idcirco, ne in eorum numero, qui doctrinam veritatis adulterare student, habeamur; visum est, tuæ prudentiæ significare, quod fidem sancti Concilii jam olim Nicææ congregati & approbemus & teneamus. Quandoquidem vocabulum CONSUBSTANTIALIS, quod quibusdam videtur parum recte in ea positum, est probe a Patribus commodaque interpretatione explanatum. Quæ quidem interpretatio ostendit, Filium ex Patris substantia genitum, Patri secundum substantiam similem, & neque affectionem ullam in ejus inexplanabili generatione deberi intelligi, neque vocabulum substantiæ apud sanctos Patres ad consuetudinem Græci sermonis capi, sed ab illis poni ad evertendum illud pestiferum dogma, Christum scilicet ex nihilo ortum esse, ab Ario impie traductum; quod etiam isti Anomiani, idest, qui Filium Patri dissimilem statuunt, nuper exorti, multo audacius impudentiusque ad Ecclesiæ concordiam labefactandam asseverant. Quamobrem exemplar fidei ab Episcopis Nicææ coactis expositæ (quam sane vehementer amplectimur) his litteris, quibus animorum nostrorum sententiam tibi declaravimus, subjungere placuit: est enim plenum eruditionis & doctrinæ, seque habet ad hunc modum; CREDIMUS IN UNUM DEUM PATREM OMNIPOTENTEM: & quæ sequuntur Nicæni symboli confessionis; cui mox inhærebat Episcoporum subscriptio a Socrate recensita his verbis:

CXLII. *Episcopi qui interfuere Concilio Antiocheno.* *Ego Meletius Episcopus Antiochiæ, ea quæ supra scripta sunt, fateor me approbare. Ego Eusebius Samosatæ Episcopus eodem modo. Evagrius item Siculus, Uranius Apameæ, Zoilus Larissæ, Acacius Cæsareæ, Antipater Rossi, Abramius Urimorum, Aristonicus Seleucopolis, Barlamenus Pergami, Uranius Melitinæ, Magnus * Calcedonis, Eutychius Eleuteropolis, Isacoces Armeniæ majoris, Titus Bostrorum, Petrus Sypporum, Pelagius Laodiceæ, Arabianus Antri, Piso Adanorum per Lamydrionem presbyterum, Sabinianus Zeumatis, Athanasius Ancyræ per Orphitum, & Ætium presbyteros, Irenio Gazæ, Piso Augustæ, Patricius Palti per Lamydrionem presbyterum, Anatolius Berœensium, Theotimus Arabum, Lucianus denique Arcorum Episcopus. Hunc libellum in Sabini libro, qui, Collectio rerum in Concilio actarum, inscribitur, invenimus.*

* *Maris.*

CXLIII. *Hæretici permissi libere agere, qui dolo cupiebant videri Catholici.* Ariani igitur in hac Synodo recantantes palinodiam, non tantum ad Catholicam religionem recepti, sed & in gradu Episcopatus permissi sunt agere, suasque Ecclesias retinere. Imperator autem ejusmodi ex Synodo epistola sive libello accepto, hæreticorum calliditatem probe considerans, fidemque illos simulare Catholicam, & præ timore, vel gratia modo huc, modo illuc levissime impelli; ne concordiam in Ecclesia ex dissimilibus, im-

PAGIUS VIII. *Synodus Antiochena.* Ad num. CXL. & seqq. Jovianus Imp. *mense Hyperberitæo*, (id est, Octobri) *Antiochiam advenit*, inquit Theophanes. Ammianus lib. 25. testatur, eum in ea urbe *moratum paulisper esse*, & *flagrante hieme* inde profectum Tarsum Ciliciæ urbem venisse, ac postea Ancyram. Quare post mensem Septembrem Synodus Antiochena habita videtur. Agit de ea Libellus Synodicus, ubi dicitur, eam Nicæna decreta synodice confirmasse. Sed quia hæc verba epistolæ Synodicæ a Sozomeno lib. 6. cap. 4. recitatæ, *ut sc. Filius ex substantia Patris genitus, & quoad substantiam Patri similis esse, intelligatur*, in perversum sensum ab his, qui non bene de Meletio sentiebant, acciperentur; quod voces illæ, *similis in substantia*, Semiarianis & Macedonianis communes essent; scriptus adversus hanc Synodum Antiochenam liber, qui tom. I. Operum Athanasii legitur, cujus titulus est: *Refutatio Hypocriseos Meletii, Eusebii & Pauli Samosatensis*. Qui liber Athanasio perperam adjudicatus, cum potius sit Paulini Antiocheni, aut alterius ex ejus factione. Imo D. Hieronymus, qui Paulinum sequebatur, in Chronico suo scripsit: *Synodus Antiochiæ a Meletio & suis facta: in qua homousio, anomœoque rejecto medium inter hæc homœusion Macedonianum dogma vindicaverunt*. Ita enim in omnibus exemplaribus legitur.

Immo contrariis minimeque sibi invicem cohærentibus, ac proinde non firmam, sed labantem vi ab invitis exegisse videretur, iisdem hæc traditur respondisse (a): *Se nemini quidem qualemcumque fidem amplexanti molestiam exhibiturum: sed eos præter ceteros benevolentia & honore prosecuturum, qui Ecclesiæ ad concordiam adducendæ auctores se ostenderent.* Hæc tunc illis Imperator, ut in officio contineret, quos jam in unum diversatatio conjunxisset.

(a) Socrat. lib. 3. c. 21.

CXLIV. Ista quidem de hæreticis pro conditione temporis fidem mutantibus lepide sugillavit Themistius Philosophus ea oratione quam Consularem inscripsit, illis verbis: *Eos non Deum, sed purpuram coluisse; Euripoque admodum similes esse, qui modo in hanc, modo in illam partem præcipitatur.* Meminit ejusdem Antiochenæ Synodi Hieronymus in Chronico; sed depravatus est sane textus, qui ita restituitur, ut dicat: *Synodus Antiochiæ a Meletio & suis facta, in qua Homiusio, & Homeusio rejecto, medium inter hæc Homousion receperunt, & Macedonianum dogma rejecerunt.* Post hæc edita, missam ab amico doctissimo Frontone Ducæo hanc quam subjicimus, accepimus schedam de germana lectione, & restitutione textus S. Hieronymi, qua sic inquit: *At in Codice manuscripto S. Victoris ad muros Parisiensis Urbis, & in aliis pluribus ita legitur: In qua Homousio, anomæoque rejecto, medium inter hæc Homæusion receperunt, & Macedonianum dogma vindicaverunt*: pergit: *Quæ lectio plane vera est, & legitima: nam ὁμοούσιος dicitur Christus, idest ejusdem substantiæ cum Patre a Catholicis; ab Arianis vero ἀνόμοιος, idest dissimilis substantiæ: Meletiani vero intermedium quid meditati, τὸ ὁμοιούσιον adinvenerunt, idest ut dicerent, non ejusdem, sed similis substantiæ esse Filium, atque ita discrimen erat unius litteræ, idest τῷ ὁμοιουσίῳ insertæ. Sane quidem apud Socratem lib. 3. c. 21. & apud Sozomenum lib. 6. cap. 4. plane fallax, & insidiosa videtur afferri, τοῦ ὁμοιουσίου interpretatio a Meletianis: sic enim loquuntur, Filium ex Patris substantia genitum, Patri secundum substantiam similem; at eorum dolos retegit sanctissimus Athanasius in refutatione hypocrisis Meletii, Eusebii, & Pauli Samosatensis, sive quis alius ab Athanasio tom. 2. Qui enim, inquit, Filio adimit, ne sit consubstantialis Patri, sed similem eum statuit, Deum eum esse negat.* Hucusque in scheda. At ex ea primo dicendum, hujusmodi lectione veteres omnes mendacii arguendos esse, qui dixere, ab eisdem Arianis comprobatam esse Nicænam fidem; attamen post Socratem, & Suidam superius citatos, qui proxime citandus est Marcellinus, & alii, asserunt, dictos Arianos in hoc Concilio Nicænam fidem esse professos. At si asseruissent Patri Filium similem, non consubstantialem; non utique Nicænam fidem professi essent, sed magis Macedonianam perfidiam, qua negabatur consubstantialitas, & asserebatur Filii cum Patre similitudo. Sed nec negari potest subscripsisse eosdem Arianos Nicænæ fidei, cujus symbolum in sua ipsorum synodali epistola ad Jovianum Imperatorem intexuerunt, ut nuper est proditum; secundum quam ipsorum subscriptionem Marcellinus ipse licet schismaticus presbyter Romanus, secta Luciferianus, cum hujus Synodi mentionem habet, confirmatque hæreticos Episcopos pœnitentes cum professione Nicæna esse receptos: haud tamen putavit jure factum, quod cum Episcopi titulo in suis ipsorum Ecclesiis permissi sunt permanere: id quidem magnopere detestatus est eo libello, quem ad Theodosium scripsit. Quin Socrates, ut vidimus, testatur expressius, Arianos in hoc ipso Concilio, consubstantialitati Filii cum Patre assensos esse, adeout non Arianus tantum error, sed & Macedonianus videri possit in hac Synodo esse damnatus. Ex horum igitur firmissima assertione dicentium, recentam in hac Synodo ab Arianis Nicænam Synodum cum voce consubstantiali, facta est recitata superius restitutio textus S. Hieronymi. Veruntamen, quod intelligi possit ex sua ipsorum epistola ad Jovianum Augustum, Arianos non simpliciter vocem recepisse consubstantialis, neque absolute Nicænum Symbolum professos esse, sed apposita sua ipsorum interpretatione, qua dicerent, ita Patres in Niceno Concilio usos esse ea consubstantialitatis voce, ut significarent Filium Patri similem secundum substantiam: ut quoquo modo dicta lectio codicis S. Victoris subsistere poterit; ita dicendum, nonnisi ad fallendum, & circumveniendum novum Imperatorem, nominibus Niceni Concilii, & consubstantialis esse usos hæreticos Arianos, id tantum lucratos, ut ex Arianis evaserint Semiariani, non autem penitus Orthodoxi. Sicque non expresse, ut ponitur in Codice Sancti Victoris, rejecerint verbum consubstantialis (nec enim id potuit sensisse & scripsisse S. Hieronymus) cum intexuerint illi suæ ipsorum epistolæ Synodali Nicænum Symbolum, cui & subscripserint; sed quod ut dictum est) per dolum malum, captiosam fallaciam, & subdolam interpretationem, videri voluerunt Orthodoxi Nicænæ fidei professores, qui re ipsa essent Semiariani, cum Macedonianis sentientes.

Hæreticorum inconstantia sugillata a Themistio Philosopho.

S. Hieronymi textus restitutus.

Qui autem in hæresi Ariana pertinaciter perseverare absque timore aliquo, vel erubescentia statuerunt, quorum omnium signifer videbatur Euzojus Arianorum Episco- CXLV.

pisco-

Euzojus, & Lucius agunt contra Athanasium.

piscopus Antiochiæ; hi conati sunt ab amicitia, & cultu Athanasii Imperatorem erga eum propensiorem divellere. Molitur hoc Euzojus, machinaturque Lucius Arianus presbyter Alexandrinus, qui ad eumdem Imperatorem veniens, plurimas in Athanasium accusationes plane calumniosas intulit. Athanasius vero, inito cum suis consilio, Antiochiam ad Jovianum se contulit; de cujus adventu Antiochiam, Sozomenus (a) totius rei gestæ seriem texens, narrat sic dicens: *Dum hæc geruntur, Athanasius etiam Episcopus Alexandrinus, consilio suo cum quibusdam familiaribus suis communicato, necessarium putavit, Imperatorem, qui Christianus erat, visere; atque profectus Antiochiam, postulata sua Imperatori exponit. Sunt tamen qui dicant, Imperatorem eum ad se accersivisse, ut quid de religione, & sana doctrina agendum esset, ab illo cognosceret. Ubi vero res Ecclesiæ rite, quoad ejus fieri poterat, constituerat, de reditu cœpit cogitare.*

(a) Sozom. l.6.c.5.

CXLVI. Vocatum namque litteris Imperatoriis Athanasium se Antiochiam contulisse, testatur Epiphanius (b), dum ait: *Hic sane Imperator cum multo honore, & litteris fide dignis ad Episcopum Athanasium scripsit, ipsumque accersivit, & amplexus est, & dimisit ad proprium thronum; ita ut rursus receperit Ecclesia sancta Episcopum, & ad modicum tempus consolationem invenerit.* Hæc ipse; eadem quoque Ruffinus. At Sozomenus (c) mox subdit de pravis Arianorum studiis tum temporis in Athanasium, his verbis: *Euzojus autem Episcopus sectæ Arianæ Antiochiæ, Probatium eunuchum sectæ ejusdem Alexandriæ antesignanum constituere laboravit. Lucius igitur genere Alexandrinus, unus ex presbyteris, quos Georgius ordinaverat, cum Euzojus ejusque fautores istud instituissent, ad Imperatorem accedit; graviter criminatur Athanasium, primum quod toto tempore, quo Episcopatum gesserat, criminibus implicatus tenebatur; deinde quod a superioribus Imperatoribus sæpe erat exilio condemnatus: postremo quod auctor discordiæ in religione, & tumultus extiterat. Itaque postulat, ut alter ejus loco Ecclesiæ Alexandrinæ crearetur Episcopus. At Imperator (norat enim insidias, quæ erant tum Athanasio paratæ) criminibus ei illatis neutiquam auscultavit; sed Lucio quidem cum minis adjectis in mandatis dedit, ut quiesceret: Probatio autem, & aliis eunuchis, quos circum se habebat, utpote hujusmodi tumultus auctoribus, imperavit, ut tandem modestiam discerent. Athanasium vero, quem præsens congressus & colloquium ei carissimum reddiderat, misit in Ægyptum cum mandato, ut quo sibi liberet modo, Ecclesias & populum regeret. Nam dicitur illum tum ob virtutem, qua præditus erat, tum ob vitam pie actam, tum denique ob prudentiam, præstantiamque doctrinæ laudasse plurimum. Ad hunc modum ergo fides in Concilio Nicæno stabilita, quamquam ad aliquod temporis spatium interjectum (ut supra docuimus) oppugnata fuerat; tamen, isto Imperatore regnante, caput denuo extulit.* Hæc Sozomenus.

(b) Epiph. hæres.68.

Athanasius vocatus ab Imperatore Antiochiam.

(c) Sozom. l.6.c.5.

Lucius Arianus rejicitur.

CXLVII. Cæterum inter ipsos Orthodoxos conflatum semel schisma tempore Juliani, inter eos inquam qui inhærebant Meletio, atque illos qui sectabantur Paulinum ibi (ut dictum est) a Lucifero creatum Antiochenum Episcopum, perseverabat: immo his Joviani temporibus, occasione Vitalis exagitatoris Paulinum, magis magisque exacerbatum est. Intercessit Athanasius hoc tempore, dum Antiochiæ esset, inter utrumque sequester, ut eos inter se dissidentes mutuo conciliaret; sed minime valuit, Vitale adversus Paulinum pertinacius concitato. At quisnam hic Vitalis fuerit, primum ex Sozomeno (d) dicendum est; *Erat hic*, inquit, *presbyter Antiochenus, Nicænæ fidei assertor & propugnator sub Meletio constitutus, vir sane si quis alius, ob pium vivendi rationem & mores spectatos perillustris, studio etiam erga eos profuit singulari, ac propterea a populo summa veneratione dignatus; qui ob indignationem quamdam adversus Flavianum compresbyterum, quod se contempni haberi videret, adhæsit Apollinari.* Hæc de Vitale Sozomenus.

Controversiæ inter Vitalem atque Paulinum.

(d) Sozom. lib.6.c.27.

Vitalis Antiochenus.

CXLVIII. Accusabatur autem a Vitale Paulinus hæresis Sabellianæ, cujus rei gratia, ut ea omnino suspicione careret, scripta fidei Catholicæ confessione, coram Athanasio hoc tempore Antiochiæ commorante, se purgavit; quam Epiphanius recitat, dum de altercatione illa, quam ipse habuit alio post tempore ibidem Antiochiæ cum Vitale, ejusmodi narrationem instituit (e): *Antiochiæ constituti, cum ramis & germinibus ipsorum*, Apollinaristarum videlicet, *congressi sumus; inter quos Vitalis Episcopus fuit (hunc enim Apollinaristæ Antiochiæ sibi delegerant in Episcopum) pientissimus olim vir vitæ statu & conversatione. Dicebamus autem consulentes, & rogantes ut concordes essent cum Ecclesia Catholica, & finerent contentiosum dictum. At Vitalis dicebat: Quid vero est quod in medio positum nos separet? Habebat enim hic dissensionem adversus venerandum quemdam virum ac insignem Paulinum Episcopum, & Paulinus rursus adversus Vitalem a nobis accersitum. Cum itaque cuperemus ambos ad pacem concordes facere: videbatur enim utrumque Orthodoxum fidem prædicare, & uterque diffidium habebat ob quemdam causæ prætextum: Vitalis enim objiciebat Pau-*

(e) Epiph. hæres.77.

Quid de Vitale Epiphanius.

lino

lino dictum a Sabellio acceptum. Quapropter nobis istic præsentibus abstinuit tu totum a societate Paulini. Donec ipse Paulinus cum editione conscripta nobis persuasit, cujus jam antea assensionem fecerat, se purgandi gratia apud beatum Athanasium. Obtulit enim & tradidit nobis ipsius exemplar cum subscriptione, clare habens de Trinitate, simulque de intelligentia incarnationis Christi, manu ipsius Athanasii scriptum. Eam editionem subjunxit; & hæc est:

CXLIX. *Exemplar manus Paulini. Ego Paulinus Episcopus sic sentio, quemadmodum traditum accepi a Patribus: Esse & subsistere Patrem perfectum, & subsistere Filium perfectum, & subsistere Spiritum sanctum perfectum. Quapropter etiam recipio præscriptam interpretationem de tribus substantiis & una essentia, itemque eos qui sic sentiunt. Pium est enim sentire & confiteri Trinitatem in una Deitate. Et de incarnatione verbi Patris propter nos facta sic sentio, velut scriptum est, quod secundum Joannem, Verbum caro factum est: non enim secundum impientissimos, qui dicunt, transmutationem ipsum passum esse; sed quod propter nos homo factus est ex sancta Virgine, & Spiritu sancto genitus. Neque enim inanimatum, neque sensus expert, neque mentis exors corpus habuit Salvator, ut in manu Athanasii habetur. Non enim possibile erat Domino pro nobis homine facto, mentis exors esse eius corpus. Unde detestor eos, qui reprobant fidem, quam confessi sunt Patres Nicææ; & qui non confitentur aut coessentia, aut consubstantialem esse Filium Patri. Detestor enim & eos, qui dicunt Spiritum sanctum creaturam per Filium factam: Insuper autem & detestor Sabellii & Photini & omnem hæresim; procedens ipse secundum fidem Nicææ editam, & secundum omnia præscripta.* Hactenus Paulini professio Antiochiæ coram Athanasio edita; ex qua factum est, ut ejus communionem Athanasius in posterum assidue retinuerit. Ceterum ejusmodi altercationes inter Meletium, Paulinum, atque Vitalem, amplioribus odii radicibus propagatæ, adhuc sancti Hieronymi tempore virides erant. [t] Dicemus de his igitur sæpe inferius atque pluribus; ut hic modo satis de controversiis hoc anno Antiochiæ agitatis.

Paulini Episcopi Antiocheni fidei confessio coram Athanasio.

CL. Hoc eodem anno, cum adhuc Jovianus Antiochiæ moraretur, sicut Christianæ religioni in omnibus consultum voluit, ut quæ fuerant a Juliano corrupta instaurarentur, atque disjecta componerentur; ita & odio in idololatriam Imperatoria auctoritate surrexit: quippe quod tum Charris (*a*) in Mesopotamia, tum Antiochiæ (ut superius dictum est) in lucem prodita essent execranda sacrificia Juliani, quibus humanæ hostiæ in abditis domorum recessibus cæsæ erant, eademque ostentata a piis in detestationem sacrilegæ impietatis. Quod sicut Gentilibus perpetuæ ignominiæ cessit atque dedecori, eorumdemque fastum atque superbiam imperio Juliani in immensum auctam compressit; ita cum Christiani Imperatoris, tum etiam fidelium omnium animos adversus deorum cultum magnopere excitavit. Auctor est Socrates (*b*), jussu a Joviano delubra Gentilium claudi, & sacra cessare; cum & qui apud Julianum primum locum tenere videbantur palliati philosophi, præ timore pallia posuere; ait enim: *Sub idem tempus Gentilium delubra occlusa fuere. Gentiles ipsi alii aliis in locis se occultare: qui autem pallia gestabant, pallia deponere, & communi usitatoque habitu uti cœperunt. Cruenta illa & scelerata sacrificia, quorum labe se palam contaminabant, & quibus regnante Juliano se exsaturaverant, omnino fuere sublata.* Ita Socrates. Ceterum hæc philosophis contigisse potuerunt timore Christianorum, quod iidem cuncta quæ passi erant, iisdem philosophis accepta ferrent: nam præter spem omnem, æstimationemque de ipso conceptam, ipse Imperator Jovianus (ut Eunapius auctor est) non destitit illos honoribus prosequi, Maximum præsertim & Priscum, quos in Persidem secum duxerat Julianus, tum philosophia, tum etiam magia celebres; qua forte ex causa divinum in se numen Jovianus haud leviter concitavit; cujus exemplo admonitus Valens, qui post eum Orientale administravit imperium, ejusmodi genus hominum (ut dicemus) graviter insectatus est.

(*a*) Theod. l. 3. c. 21. 22.

(*b*) Socrat. l. 3. c. 20.

Idolorum templa clausa & sacrificia vetita.

CLI. Illud quoque accidit, cum Jovianus Antiochiæ moraretur, ut templum Trajani, quod Hadrianus ei tamquam divo erexerat, a Juliano in bibliothecæ locum conversam, idem instigante uxore cremarit; id Suidas (*c*) atque Nicephorus (*d*) tradunt. Antiochia autem recessit ante anni præsentis finem; siquidem Kalendis Januarii (ut diximus) una cum filio Varroniano in itinere constitutum, iturum Constantinopolim, Ancyræ in Galatia ipsum

(*c*) Suid. verbo Jovianus.

(*d*) Niceph. lib. 10.

NOTÆ [t] Vide Spondani epitomen hoc anno n. XX. ubi Meletium defendit. Vide præterea Bollandianos Socios die XII. Februarii, pag. 595. & sequentibus.

(a) Amm. lib. 25. ipsum agere contigit quod, Ammianus (a) testatur. Porro eo tempore, quo Antiochiæ commoratus est Jovianus, multa (ut idem ait) per continuos dies visa sunt portente, atque apparuere cometæ, omnia nonnisi luctuosa atque dira pronunciantia; quæ eventus facile demonstravit.

JESU CHRISTI ANNUS 364. | LIBERII PAP. ANNUS 13. | JOVIANI IMP. ANNUS 1.

I. Anno Christi trecentesimo sexagesimo quarto, Jovianus cum iturus Constantinopolim, ipsis Kalendis Januarii, quibus novis Consulibus annus aperitur, pervenisset Ancyram Galatiæ; adiit Consulatum; ascito sibi in collegam filio parvulo, nomine Patris sui Varroniano. Cumque inde profectus tandem pervenisset ad locum Dadastanam dictum: ☞ *Est locus* (inquit Socrates *b*) *inter Galatiam & Bithyniam medius interjectus, ubi Themistius philosophus, cum aliis ordinis Senatorii viris obviam factus, orationem suam consularem coram illo recitavit, quam* (b) Socrat. lib. 3. c. 21, 22.

Ann. Eccl. Tom. V. Cc

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1117. Olymp. 285. an. 4. A.C. 364.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5857.

☉ 9. DC. ☽ 4. P. 4. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 364.

LIBERII PAPÆ 13.

VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP. 1.

I. Consules. [1] A Num. I. ad IV. Coss. *Jovianus Aug. & Varronianus Nobilissimus puer*: uterque juxta priorem Consulatuum Cæsareorum regulam; qui enim Nobilissimi pueri nomine cohonestabantur, Consulatu posthac, non minus quam Cæsares, initio dignitatis exornati.

Jovianus decimo quarto Kalendas Martii, die nempe decima sexta mensis Februarii mortalitatem exuit. Major enim fides Eutropio, tunc viventi, illudque testanti habenda, quam Socrati, qui XIII. Kalend. aut Auctori Chronici Alex. qui XII. Kalend. aut denique Idacio in Fastis, qui XI. Kalend. Martii diem supremum obiisse *Jovianum* tradunt. Quod ex eo certum redditur, quod Ammianus lib. 26. asserat, post Joviani mortem, diebus decem nullum Imperii tenuisse gubernacula. A die autem decimo quarto Kalendas Martias ad quintum Kalendas ejusdem mensis, quo ex Ammiano & Idacio laudatis inauguratio Valentiniani con- II. Obitus Joviani Aug.

NOTÆ [1] Coss. *Jovianus Aug. & Varronianus nobilissimus puer*. Relandus prænomen *Flavii* ad utrumque Consulem præmittit. Vetus inscriptio eruta ex cœmeterio SS. Epimachi & Gordiani a Boldetto A. D. 1714. & ab eo edita in Observat. pag. 84. n. 24. deinde a Blanchino in Prolegomenis ad Anastasii tom. II. pag. LXVIII. Nunc vero inscriptio in ædibus Capitolinis posita est:

PUER. NATUS.
DIVO. JOVIANO. AUG. ET.
VARRONIANO. COSS.
ORA. NOTIS. IIII.
IN UXIT VIII. IDUS. MADIAS
DIE. SATURNIS LUNA VICESIMA
SICNO CAPIORNONOM INE SIMP
COUS

Blanchinus legit.

ORA. NOCTIS. III.
IN UXIT VIII. IDUS MADIAS
DIE. SATURNIS LUNA VIGESIMA
SICNO APIORNO NOMINE SIMPLICIUS

Jovianus decessit XIV. Kal. Martias hoc anno. Hinc *divi* nomen in lapide, prout in nonnullis legibus Justinianeis. Diem *luna vigesima* positum in signo *Capricorni die VIII. Majo* hoc anno ex tabulis astronomicis demonstrat Blanchinus laudato loco.

De his consulibus Ammianus, lib. XXV. in fine: *Et quia huic nominis amplissimum magistratum portendi, per quietem prædictum est Seni, Varronianus nepos ejus infans etiam tum cum Joviano patre declaratus est, ut supra retulimus, consul.* Socrates, Lib. III. Cap. XXVI. Gudiana inscriptio apud Relandum:

.... C. JOVIANO. ET
FL. BARRONIANO. COS.

Laterculus Paschalis in fine Gennadii de Viris illustribus, ex codice Vaticano vetustissimo: JOBIANO. ET BORONIANO. Emendandum VARRONIANO. Fasti Idatii: *Joviano Aug. & Varro*: Prosperi Chronicon: *Joviano & Varroniano*.

quidem postea etiam Constantinopoli recitavit, coram populi multitudine. Hæc Socrates, qui & superius de eadem oratione verba faciens, hæc habet: *Imperator vero qui apud animum suum proposuerat blanditiis & persuasionibus dissentientium lites dirimere, respondit, se nemini quidem qualemcumque fidem amplexanti, molestiam exhibiturum, sed eos præter cæteros benevolentia & honore prosecuturum, qui Ecclesiæ ad concordiam adducendæ auctores se ostenderent. Hæcque ab eo ad hunc modum gesta esse, Themistius philosophus commemorat: nam in ea oratione, quæ Consularis inscribitur, quam de eo conscripsit, eum propterea magnis ornat laudibus, quod potestate cuique pro arbitratu hanc, vel illam religionem profitendi permissa, assentatorum mores prorsus refutasset; quod genus hominum admodum facete perstringens, dixit, nemini obscurum esse, eos non Deum, sed purpuram coluisse.* Nacti sumus eamdem nos orationem, sed mutilatam magna ea parte, quod illis careat, quæ spectabant ad Consulatum, nuper per Imperatorem initum: sed satis hic ea, quæ ad argumentum propositum spectant. Cum igitur Imperator ad dictum locum pervenisset Dadastanam, qui Bithyniam dividit a Galatia, improviso casu nocte exanimatus inventus est. Hæc

(a) Amm. lib. 25.

ex Ammiano (*a*), qui & subdit: *Super cujus obitu dubietates emersere complures.*

Joviani obitus repentinus.

Fertur enim recenti calce cubiculi illiti ferre odorem noxium nequivisse, vel extuberato capite perisse succensione prunarum immensa, aut certe ex colluvione ciborum avida edacitate distentus. Hæc ipse. Sunt qui dicant, ut inter alios Suidas (*b*),

(b) Suid. in Jovian.

fungorum quos cœnarat, veneno periisse.

II. Cæterum ea opinio verior credita est, ut denso prunarum vapore (ad exsiccandum enim recens ædificatum parietem, in ejus cubiculo incensæ fuerant collocatæ) spiraminum meatibus occlusis, spiritu intercepto mortuus sit; quod & sæpe Romæ nostra ætate audivimus contigisse. In hanc sententiam S. Hieronymus in epistola ad Heliodorum: *Jovianus*, inquit, *gustatis tantum Imperialibus bonis, fœtore prunarum suffocatus est; ostendens omnibus, quid sit humana potentia.* Hanc

(c) Sozom. l. 6. c. 6.
(d) Socrat. l. 3. c. 22.
(e) Eutrop. l. 10.

eamdem sententiam ex historicis sequitur Sozomenus (*c*). Decessisse vero eum tradit Socrates (*d*) 13. Kalendas Martias; quod etiam affirmat Eutropius (*e*). Quamobrem ipsum imperasse oportuit menses tantum septem, & dies viginti: nam (ut dictum est superius) quinto Kalendas Julii Imperator creatus est. Porro cum ex hac vita migravit, annum erat ætatis suæ agens trigesimum tertium; quod in primis Ammianus (*f*) testatur, cui adstipulantur

(f) Amm. l. 25. 26.

Socrates & Eutropius; ex quibus omnibus Victor redarguitur, dum ait ad quadragesimum proxime pervenisse annum. Sed & in eo pariter corrigendi sunt omnes, qui ipsum Imperatorem non Jovianum appellant, sed Jovinianum: ex antiquorum enim nummorum inscriptionibus manifesti redarguuntur erroris. Fuisse autem Jovianum a Gentilibus ritu patrio relatum inter divos rescripta succedentium Imperatorum hujus anni fidem faciunt, in quibus Divus Jovianus Consul ponitur.

Cæterum ipse Jovianus decedens nullum III.
sui Imperii reliquit hæredem: quod improvisa mors de successore cogitare non siverit; nec quem ex ipsius cognatis eveheret in Imperium exercitus Romanus habebat: nam Varronianus parvulus filius, quem secum Jovianus creaverat Consulem, suscipiendo tanto oneri impar erat; & Varronianus parens jam ante decesserat, ut filium Imperatorem creatum videre non potuerit: Januarium vero Præfectum rebus militaribus per Illyricum, ejusdem Joviani affinem, absentem exercitus parvifecit; quod Ammianus (*g*) affirmat; qui & mores ejus formamque describit.

(g) Amm. lib. 25. 26.

Jovianus Imper. in quibus deliquit.

Cujus quidem interitus adeo inopinati, si causam ex infenso numine afferre licet (nam divino arbitrio hæc omnia transigi, nemo negarit) cum illa præcessisse videtur, quam diximus ex Sardiano, quod æque ac Julianus, Maximum ac Priscum philosophos atque magos coluit, quorum studiis mala omnia in Christianos adeo copiose manarant; tum etiam illud proxime est subsecutum delictum, dum (quod Ammianus tradit) Tarsum cum pervenisset, exornandam Juliani sepulcrum decrevit, hominis alioqui ne cæspititia quidem sepultura digni: quamobrem paucos post dies e medio sublatus est. Impios enim indignos esse sepulcro, Josias Rex sanctissimus docuit; (*h*) nam ædificatione & ornatu sepulcri, probari acta eorum qui ibi reconditi sunt, sententia Domini (*i*) redditur manifestum. Porro Joviani corpus ex more curatum, missum esse Constantinopolim, ut inter Augustorum reliquias (nempe in atrio basilicæ Apostolorum) reconderetur, Ammianus tradit.

(h) 2. Paralip. 34.
(i) Matth. 23.

VA-

PAGIUS contigit, decem dies intercedunt, bis VI. Kalend. (hic enim annus bissextilis est) numeratis. *Valentinianus* itaque die vicesima quinta Februarii, seu VI. Kalend. Mart. Imperator dictus, ipso nempe die intercalari: sed eo tanquam infausto vitato, postridie, quinto nempe Kalendas Martias; seu die XXVI. Februarii Imperium suscepit, ut docet Ammianus initio lib. 25. Hoc bissextum præcedentium, subsequentiumque certa regula est, evincitque primum Christianæ Æræ annum cum anno Juliano quadragesimo sexto concurrere, ideoque Chronologiam Baronii ante Diocletiani Imperium annos bissextiles loco suo movere.

A nnn.

VALENTINIANUS IMPERATOR.

IV. Valentinianus Imp. eligitur. (a) Amm. lib. 26.

Progresso autem exercitu Niceam Bithyniæ usque, comitiisque habitis, frequentiora suffragin in Valentiniani electionem consenserunt; immo (utar Ammiani verbis a) *Valentinianus, nulla discordante sententia, numinis aspiratione cælestis, electus est, agens scholam scutariorum secundam, relictusque apud Ancyram, postea secuturus, ut ordinatum est. Et quia nullo renitente, hoc e Republica videbatur, missis qui eum ocyus admonerent, diebus decem nullus Imperii tenuit gubernacula*. Hæc Ammianus. Jam enim olim prodigio quodam sub Imperatore Constantio Imperium Valentiniano prænunciatum fuisse, Nicephorus (b) tradit. Auctor est Suidas, (c) Valentinianum creatum fuisse Imperatorem a Sallustio tunc Præfecto Pretorio; cujus virtutes eum prædicat, & Valentiniani Imperii exordium ad justitiæ integritatem bene compositum refert, sic ait: *Sallustius Præfectus Prætorio Valentinianum designavit Imperatorem, qui cum Imperium suscepisset, edicto proposuit, ut si quis affectus esset injuria, Imperatorem adiret. Verum nemo questus est. Hic Valentinianus Præposito eunuchorum Rhodano, qui Berenicem viduam injuriis affecerat, mulieri de illo conquestæ judicem dedit Sallustium, a quo condemnatus Præpositus, cum judicium illius n·bili faceret, ab Imperatore in Hippico crematus est, omnibus Archi-eunuchi bonis viduæ assignatis. Quo exemplo territi mortales, omni injuria abstinuerunt*. Hucusque Suidas.

(b) Nic. l. 11. c. 1. (c) Suid. verbo Sallustius.

V. Sed antequam ad res gestas Valentiniani ulterius progrediamur, de tempore in primis, quo est acclamatus Augustus, dicendum est. Contigisse quidem ejus creationem quinto Kalend. Martii, Socrates (d) auctor est; eumque Pannonium Cibele ortum tradit, patre Gratiano non generis nobilitate, sed propria virtute clarissimo: nam ipse ex non milite miles, atque ex infima militia ad ampliores provectus ordines (id ejus meritis exigentibus) ad sublime fastigium gloriæ est elatus. Fuisse autem ipsi ex eo comparatum cognomentum, ut Funarius diceretur, tradit Victor (e), quod venalitium funem portanti quinque milites nequiverint extorquere, eoque merito ascitus in militiam, usque ad Præfecturæ Pretorianæ potentiam conscendit; ob cujus apud milites commendationem, Valentiniano resistenti Imperium esse collatum, tradit Victor.

(d) Socrat. l. 4. c. 1.

(e) Victor. in Valent.

VI. Valentinianus ex confessore Imp. creatus.

At Valentinianum etsi paternum genus minime illustrem reddidit, sed sua ipsius virtus in militaribus functionibus clarum effecit; pietas tamen Christiana, quæ inter alias virtutes in eo potissimum elucebat, apud Deum & homines plurimum commendavit, & post ipsum Imperatorem impium Julianum evexit; cui ne pareret, militia exui, & exilio relegari delegit. Qui igitur omnia pietati posthabuit, omnia consecutus est munere pietatis; siquidem Christiani milites haud passi sunt, mortuo Christiano Principe, in locum ejus Ethnicum subrogari, qui olim idololatra Imperatore necato, nec aliquem deorum cultorem eidem sufficì consenserunt. Ex his plane videns (ut hæc iterum tefricemus) malitiæ imbecillitatem. Quippe cum nihil aliud toto sui Imperii tempore conatus sit Julianus, quam dejicere gradu milites Christianos, militiamque ex cultoribus idolorum stabilire, ut Imperii robore penes Ethnicos milites collocato, nulla de cætero spes reliqua esset homini Christiano Imperium capessendi, sicque ea via apud Gentiles perpetua successione Romanum propagaretur Imperium: tamen cum humana omnia haud humano, sed divino consilio disponantur; en omnia quæ impietas ante texuerat fila versutiæ, mox fuot instar aranearum telæ disrupta, adeo ut deorum cultores ab Imperio penitus exclusi fuerint, & Christiani delecti, illi ipsi, quos Julianus Christiani nominis causa vexarat; in quibus plane illud enituit (f). Non esse sapientiam, neque prudentiam, neque consilium contra Dominum; & quem Deus elegit, frustra ab impiis reprobari. Siquidem simulac ad exer-

(f) Prov. 21.

PAGIUS III. Valentinianus fit Imperator.

A num. IV. ad IX. Socrates initio lib. 4. ait: *Cum Imperator Jovianus Dadastanæ extremum diem obiisset, die decimo tertio Kalendas Martii Consulatu suimet ipsius & Varroniani filii; milites ex Galatia progressi septimo post die Nicæam Bithyniæ pervenerunt: atque ibi communi suffragio Valentinianum Imperatorem renuntiant sexto Kalendas Martii iisdem Consulibus*. In Græco legitur, ἐν τῇ αὐτῶν ὑπατείᾳ, id est *in ipso ejus Consulatu*, Joviani nempe & Varroniani. Quare emendandum quod scripsi in secunda parte Dissertationis Hypat. cap. 23. num. 10. ea verba Græca de Valentiniano in sequentem annum Consule designato intelligenda esse. Manifestum est enim, Socratem de ipsius Joviani & Varroniani Consulatu loqui. Socrates & Ammianus tradunt, *Valentem* Imperii consortem factum V. Kalend. April. quod quidem Ammianus disertis verbis asserit; Socrates vero indicat, quando ait, Valentem tricesimo post die, quam Valentinianus Augustus fuerat nuncupatus, id factum esse. Dies tamen illi more Romano numerandi, a quinto nempe Kalendas Martii, ad quintum Kalendas Apri-

xercitum se contulit Valentinianus, cum ex more concionem esset habiturus ad milites, oborto tumultu, eorum scilicet, qui indigne ferebant ipsum provectum ad culmen Imperii; elata tunc ipse prospere dextera (ut ait Ammianus *a*) plena fiducia, seditiosos ac pertinaces increpans, ex insperato compescuit. Quin etiam subjecit quæstioni quosdam nobiles Juliani quondam amicos, quorum præstigiis sibi tunc repentinum morbum immissum putavit. Testatur id Zosimus (*b*).

(a) Amm. lib. 26.

Valentinianus sedat milites tumultuantes.

(b) Zosim. l. 4.

VALENS COLLEGA IMPERII.

VII. *Post hæc autem* (Ammianus (*c*) subdit) *Valentinianus Nicomediam itineribus citis ingressus Kalend. Martii, Valentem fratrem stabulo suo cum Tribunatus dignitate præfecit. Indeque cum venisset Constantinopolim, multa secum ipse devolvens, & magnitudine urgente negotiorum jam sese parare considerans; nihil commorandum ratus, quinto Kalendas Aprilis productum eumdem Valentem in suburbanum, universorum sententiis concinentibus (nec enim audebat quisquam refragari) Augustum pronunciavit; decoreque Imperatorii cultus ornatum, & tempora diademate redimitum in eodem vehiculo secum reduxit.* Hæc Ammianus. Reprehendunt nonnulli Valentinianum, quod in electione collegæ, affectui potius privato germanitatis indulserit, quam utilitati Reipublicæ Christianæ prospexerit, cum (ut ajunt) Arianum hominem asciverit sibi collegam, qui postea Orientalem Ecclesiam jugi persecutione vexavit. At falluntur hi sane, mea sententia; siquidem quem sciverat & expertus fuerat confessorem, & imbutum Catholica fide, consortem assumpsit Imperii. Fidei namque causa ambos, ne Juliano Imperatori obtemperarent sacrificantes, baltea deposuisse, auctor est Socrates (*d*). Sed & usque ad expeditionem adversus Gothos paratam, eum Catholicum perseverasse, Theodoretus (*e*) affirmat. Quo autem modo e Catholicorum castris defecerit ad Arianos, suo loco dicturi sumus.

(c) Amm. lib. 26.

Valens assumitur collega in Imperio.

(d) Socrat. l. 4. c. 1.

(e) Theod. l. 4. c. 2.

VIII. Ascitus igitur ad Imperium Valens nequaquam Arianis favit; sed quos sciret Catholica fide spectatos, eisdem contulit magistratus; & inter alios Cæsarium fratrem Gregorii Nazianzeni, temporibus Juliani (ut vidimus) nobilem confessorem, Quæstorem creat. Inter ipsos autem Imperatores, Valentinianum, atque Valentem fuisse certamen, quisnam Cæsarium sibi magis devinciret, & cujusnam ille magis amicus & familiaris diceretur, idem Gregorius (*f*) tradit. Cessit tamen Valentinianus Valenti, quod profecturus ipse in Occidentem, Cappadocem hominem Valenti fratri, cui curam Orientis refudit, magis deberi existimaret. Porro hoc exordio horum Imperii, cum insignitum nobili magistratu Comitatus rerum privatarum, docet rescriptum ad eumdem hoc anno datum de confiscatione prædiorum, quæ templis fuissent addicta, his verbis.

(f) Greg. Naz. orat. in laudem Cæsarii.

Cæsarius comes rerum privatarum.

Imperator Valentinianus & Valens AA. Ad Cæsarium Com. rerum privatarum.

Universa loca & prædia, quæ nunc in jure templorum sunt, quæque a diversis Principibus vendita vel donata sunt, retracta, ei Patrimonio, quod privatum nostrum est, placuit aggregari. Dat. prid. Non. Februarii. Med. * *Divo Joviano & Varroniano Coss.* Bene quidem accidit ex divina dispensatione, ut Cæsarius, qui sub Juliano, confessionis fidei causa, ab eo discesserat, a Christianis Imperatoribus magno honore revocaretur in aulam, fieretque idolorum templorum regia potestate æquissimus judex & vindex. ☞ Si demus unum eumdemque fuisse Cæsarium Gregorii fratrem, & hunc ad quem præsens rescriptum datum invenitur; sed hoc quidem multipliciter depravatum invenitur, ac primum dum in ejus inscriptione uterque Imperator Valentinianus, & Valens prænotatus habetur, & dies promulgationis conscribitur pridie Non. Februarii. Nam eo tempore tantum abest ut Valens fuerit cooptatus in Imperium a fratre (quod accidisse quinto Kal. Aprilis dictum est superius ex Ammiano) ut nec ipse Valentinianus adhuc creatus esset Imperator, quod contigit circa quintum Kal. Martii, vigesimo saltem die post datum rescriptum. Nec est rursus ut in annum sequentem illud rescriptum referri possit, cum datum habeatur Coss. Joviano, atque Varroniano. Sed & cum datum dicatur Mediolani secundum antiquam lectionem, necessario dicendum sit ipsum tunc scriptum, cum illuc Valentinianus adve-

* Constantinopoli.

PAGIUS Aprilis, ultimusque terminus excludendus. Alioquin a quinto Kalendas Martii seu a die vicesima quinta Februarii illi triginta dies numerati desinerent in diem vicesimum quintum Martii, seu octavum Kalendas Aprilis. Quare apparet Ammianum & Socratem inter se consentire, & errare Idacium in Fastis ac Auctorem Chronici Alex. qui *Valentis* inaugurationem in diem IV. Kalendas Aprilis referunt.

IV. Inter *Valentinianum* & *Valentem* divisum Imperium in Occidentale & Orientale. *Valentinianus* Occidentem integrum sibi servavit, qui Con-

advenit hoc ipso anno; erratum vero fuisse in rescripto, ut vitio librariorum loco *SEP*, scriptum fuerit *FEB*. Sed & eum datum ipsum rescriptum habeatur ad Cæsarium Comitem rerum privatarum, diversum hunc a Cæsarii fratre fuisse, possumus intelligere, quem creatum fuisse Quæstorem, non Comitem rerum privatarum habet Gregorius ejus germanus; sed & remansisse in Oriente, in Occidentem vero transisse nunquam, ex eodem possumus intelligere; ac proinde non sub Valentiniano, sed sub Valente munus Quæsturæ exercuisse in Oriente. Ut ex his pateat duos eodem tempore fuisse Cæsarios, alterum sub Valente in Oriente Quæstorem, in Occidente alterum sub Valentiniano Comitem rerum privatarum ☞. Legitur quoque apud Ammianum (a) & Zosimum (b), Cæsarium ab eodem Valente Imperatore creatum Constantinopoli Præfectum Urbis, hoc ipso anno, quo Procopius tyrannidem in Oriente exercere cœpit; sed alium hunc puto Cæsarium a Germano Gregorii; nam ipse in oratione in funere ejus habita, tantum testatur, Cæsarium ab Imperatore creatum esse Quæstorem, in eaque muneris functione permansisse usque ad obitum, vel saltem usque ad annum quintum ejusdem Imperatoris, quo Nicæa Bithyniæ, ubi Cæsarius erat, terræmotu collapsa est; nec majorem aliquem antea functum ipsum esse magistratum, sed ex illo iam (ut ait) ad sublimiorem provehendum, si vita superstite licuisset.

(a) Amm. lib 26.
(b) Zosim. l. 4.

IX. Quisnam vero fuerit Imperii Romani status, cum Valentinianus Imperator creatus est; ut ex his quantum intulerit damni impietas temeraria Juliani, quantumque saluris per religionem Christianam fuerit consecuta Romana Respublica, posse intelligi; hic primum ex Ammiano rem paucis absolvente in medium adducamus: *Hac*, inquit (c), *tempore, velut per universum orbem Romanum bellicum canentibus buccinis, excitæ gentes sævissimæ, limites sibi proximos persultabant. Gallias, Rhetiasque simul Alemani populabantur. Sarmatæ, Pannonias, & Quadi, Rheti, Saxonesque & Scoti, & Atacotti* * *Britannos ærumnis vexavere continuis. Austoriani, Mauricaque aliæ gentes Africam solito acrius incursabant, & Thracias diripiebant prædatorii globi Gothorum. Persarum Rex manus Armeniis iniectabat, &c.* Hæc Ammianus, quibus turpem rerum faciem præsentis temporis repræsentat. Quam deformiorem reddidit civile bellum Procopii proditione conflatum, de quo suo loco proxime acturi sumus.

Status Romani Imperii.

(c) Amm. lib. 26.

* Attacotti.

Quibus autem viribus, armisve tot tantaque ingruentia mala superaturi, & Romanum Imperium Juliani impietate prostratum restituturi essent, iidem Christiani iidemque Confessores Imperatores probe norunt; nimirum nonnisi Cruce erigenda fore quæ Crucis abdicatione collapsa fuissent: in Cruce enim & Christi nomine omnem ipsos spem & fiduciam collocasse, eorumdem cusa numismata docent, quæ dexteram Principum Cruce, & Christi nomine armatam in Labari signo demonstrant; ac primum Valentiniani numisma quod sic se habet. X.

(d) Num. aur. a Fulvio Ursino acceptum.

(d)





Quæ sequitur imago numismatis, Valentis est, habens in Labaro Crucem expressam.

(e) Num. aur. a Fulvio Ursino acceptum.

(e)





Ad-

Adjecimus alterius ejusdem Valentis numismatis effigiem, Christi nomen in Labaro exhibentis.

(a) Num. aer. ab Angelo Benvenuto acceptum.



(a)



XI. Valens Orienti Valentinianus Occidenti Praefecti.

Postquam autem Valentinianus Valentem fratrem in Imperii collegam assumpsit, ut tum Orientali tum Occidentali pariter languenti Imperio simul consultum esset, illud opportunum (quod videbatur) remedium excogitavit; nimirum ut relicto Valente in Oriente, ipse sese transferret in Occidentem; sicque fore, ut tumultuantes undique barbaros coercerent. Ejusmodi itaque consilio inito, partitis inter se exercitibus, eorumque ductoribus, rebusque dispositis, percursis Thraciis, una simul in Pannoniam descendentes, Sirmium pervenere. Inde tandem ab invicem digressi, Valens reversus est Constantinopolim, Valentinianus vero Mediolanum se contulit. Hæc omnia pluribus Ammianus. Quæ autem post hæc contigerint, suo loco dicturi sumus.

XII. (b) Sozom. lib. 6. c. 7. Valentiniani scite dictum.

Quod plane memoria dignum hoc in itinere accidisse Sozomenus (b) tradit, sic se habet: *Ubi*, inquit, *decessit Constantinopoli Valentinianus, perque Thraciam Romam versus iter fecit; Episcopi Hellesponti, & Bithyniæ, & alii omnes, qui Filium Patri consubstantialem asserendum putabant, mittunt ad eum pro se Legatum Hypatianum Heracleæ (quod est oppidum Perinthi) Episcopum, oratum, ut sibi de doctrina fidei rite constituenda in unum conveniendi potestas permitteretur. Qui cum venisset ad Valentinianum, & Episcoporum ei postulata exposuisset; respondet ille: Sibi, qui unus e laicorum numero erat, non licere se ejusmodi negotiis interponere: Et ideo sacerdotes & Episcopi, inquit, quibus hæc cura sint, seorsum per se ubicumque ipsis libitum fuerit, in unum conveniant. Quo responso ad legationem Hypatiani data, Lampsaci Concilium cogunt.* Hæc Sozomenus. Verum Lampsacenum Concilium anno sequenti sub primo amborum imperatorum Consulatu gestum esse, Socrates (c) tradit; qui & istud ipsum tempus ejusdem Concilii ea quoque chronographia certius reddidit, dum celebratum ait anno septimo post Concilium Seleuciæ habitum: est enim is sequens annus, quo de eadem Synodo pluribus agendum erit. Ex hoc itaque elucidato certo tempore Lampsaceni conventus anni sequentis, Sozomenus (d) erroris arguitur, dum ait, eo itinere, quo Valens fuerat comitatus Valentinianum proficiscentem in Italiam, ipsi Constantinopolim redeunti occurrisse apud Heracleam Legatos missos e Concilio Lampsaceno, afferentes illi ejusdem Synodi Acta. Sed & hallucinatur idem Sozomenus, dum post Concilium Lampsacenum Procopii obortam esse tyrannidem tradit (e), quem hoc anno invasisse Imperium liquet.

Tempus Concilii Lampsaceni.
(c) Socrat. l. 4. c. 3. 5.
(d) Sozom. l. 6. c. 7.
(e) Sozom. l. 6. c. 8.

XIII. Procopius tyrannus.

Fuit hic quidem natione Cilix, propinquus genere Juliano Imp. cui a Joviano cura delegata fuit deferendi cadaveris ejusdem e Perside usque Tarsum ad locum sepulcri; qui postquam suprema persolvit cognato suo, discessit; nec visus est

PAGIUS

Imperium in Occidentale & Orientale divisum.

Baron. n. VIII.

Constantino juniori & Constanti cesserat; puta totum Illyricum ex Lege 7. Codicis Theod. *De metallis*, Italiam, Africam, Gallias, Hispanias, Britannias: *Valenti* vero fratri reliquit omnem Orientem, quod laudata Lex testatur, Ægyptum usque & Thraciam, teste Zosimo lib. 4. pag. 735. Quare imposterum qui Consules in Occidente, qui in Oriente designati fuerint, declarare juvabit, idque ex variis, quæ supersunt Antiquitatis monumentis. Factum id primum quidem ab Onuphrio in Fastis; sed quia post ejus mortem variæ Inscriptiones e terra erutæ, variaque hac in re a Viris doctis passim annotata sunt, hanc Fastorum partem non parum me illustraturum spero.

V. Concilium Lampsacenum.

Ad num. XII. Sozomenus Concilium *Lampsacenum* hoc anno celebratum docet, Socrates vero illud in annum sequentem confert. Sed quia Baronius existimabat inter utrumque convenire, reprehendit Sozomenum, quod scripserit, Valenti, relicto fratre, Constantinopolim redeunti occurrisse apud Heracleam Legatos Concilii Lampsaceni. Verum non Sozomenus, sed Socrates reprehendendus, qui Concilium illud in annum sequentem distulerit; qua in re non sequendus a Baronio, sed deserendus erat.

VI. Procopius Tyrannidem arripit.

Ad num. XIII. Defectio *Procopii* anno tantum sequenti contigit, cum nempe exercitus adversus Gothos mittendus esset, *Valente* ex urbe Constantinopoli in Bithyniam transgresso, ul-

(a) Amm. lib. 25.

est (ut ait Ammianus a) perquisitus studio ingenti, nisi multo postea, cum Constantinopoli apparuit subito purpuratus; quod contigit hoc ipso anno, autumnali tempore, ut ex eodem auctore colligitur, dum ait (b), rei gestæ nuncium esse perlatum ad Valentinianum adventantem Parisios prope Kalendas Novembris: confirmatur id ipsum, dum idem auctor subdit de Valente, æstivis jam elapsis caloribus, nuncium de ea re accepisse, cum esset Cæsareæ Cappadociæ. Hic enim ob propinquitatem Juliani, quem sine liberis esse sciebat, adhuc vivente ipso, ad Imperium anhelabat; quo occiso, increbrescente rumore, ejusdem Juliani fuisse ultimam voluntatem, ut in Imperium sibi substitueretur Procopius, istud ipsum avidius expetebat. Quamobrem novi Augusti vitans invidiam, longius recedens, ad dictum tempus usque delituit; atque opportunam nactus Valentis absentiam, coacto illo progredi ob tumultus Gothicos in Cappadociam, sese pavens licet dubiusque infudit in Urbem; ubi a paucis admodum primo, inde vero a vili plebecula acclamatus est velut in scœnicis ludis Augustus, nemine resistente. Sed ejusmodi levitas paulatim aucta viribus, in metuendam tyrannidem crevit, adeoque in arctum postea Valentem constrinxit, ut abjicere purpuram, ac privatus evadere aliquando decreverit; fecissetque nisi fuisset a comitibus impeditus. Habet hæc omnia pluribus Ammianus. Adjutum autem primum omnium fuisse Procopium ab Eugenio eunucho consilio, & opibus, auctor est Zosimus (c).

(b) Idem l. 26.

(c) Zosim. l. 4.

XIV. Extat oratio Themistii clarissimi philosophi, & oratoris, dicta Valenti post debellatum Procopium, nona ordine, nunc primum Latinitati reddita a R. D. Sextilio Episcopo Alexano, habita collatione cum quatuor Vaticanæ Bibliothecæ exemplaribus, licet admodum depravatis; est ipsa apud me nondum edita. Quod enim prudens philosophus odoratus esset sævitiam hominis, quæ postea pluribus exemplis innotuit; totus in eo versatus est argumento, ut commendet inter alias virtutes potissimum in Imperatore clementiam; & ad eam rem illi persuadendam innumeris propemodum e diversis locis, petitis usus sit rationibus atque auctoritatibus; quod vero e divinis scripturis, licet aliis fucatum coloribus, mutuatus esse videtur exemplum, ut vindicemus nostra, hic reddendum putavimus; ait enim: *Ego aliquando subaudivi Assyriorum picturas id ipsum repræsentantes, nempe, Regis mentem in palma Dei repositam. Et periculum animadvertere oportet, quantum sit ei qui in actionem a Deo alienam prorumpit, cadere ex manu conservante,* &c. Quis non sentiat Assyrios, quibuscum Hebræi assueverunt, e Salomonis proverbiis eam accepisse, quam pictura quoque putaverunt decorandam esse sententiam, ubi ait (d): *Cor Regis in manu Dei, quocumque voluerit inclinabit illud.* De his autem, qui Procopium secuti essent, hæc eadem oratione Themistius: *Non enim æquali pœna dignos putasti eos, qui ab initio seditionem consultarunt, & eos qui ab armis abducti sunt, & hos, qui se submiserunt illi qui jam vincere videbatur; sed alios condemnasti, alios reprehendisti, cum aliis vero una doluisti,* &c. At inter hæc & Persici motus, & Gothorum progressio haud mediocrem timorem incutiebant.

(d) Prov. 22.

XV. Expeditio Gothica.

Cæterum quod ad expeditionem Gothicam pertinet; quoniam eodem ferme tempore Valens Persici tumultus timore perculsus Antiochiam cogitabat; *ad coercendos ingruentes Gothos, attingentes collimitia Thraciarum* (inquit Ammianus e) *sufficiens equitum adjumentum & peditum mitti jussit ad loca, in quibus barbarici timebantur incursus.* Cum ipse festinans in Syriam, in Bithyniam primo, indeque profectus in Cappadociam, jamque egressurus Cæsarea, Antiochiam versus, ipso autumnali tempore, de tyrannide Procopii Constantinopoli excitata, per Sophronium Notarium didicit; quando ille consulturus Imperio, posthabita Syria, abiit in Galatiam. Quæ autem hoc anno per Procopium adversus Valentem feliciter gesta sunt, & sequenti majoribus viribus actitata, idem auctor prosecutus est pluribus usque ad annum post sequentem, quo tyrannus tandem proditione extinctus est, ut suo loco dicemus. Ex his quoque & illi errare (f) convincuntur, qui proscriptionem Episcoporum per Valentem factam, ejusque accessum Antiochiam, hoc ipso vel sequenti anno recensent, quibus nullum prorsus fuit Valenti otium ab insecutione Procopii. Plane accidit, ut cum res gestæ temporibus suis minus accurate reddantur, quantumlibet ve-

(e) Amm. lib. 26.

(f) Sozom. l. 6 c. 15.

PAGIUS ulteriusque tendente in Syriam adversus Persas". Qua de re legendi Ammianus lib. 25. Themistius Orat. 9. Philostorgius lib. 9. cap. 5. Socrates, Sozomenus & Zosimus. Theophanes ait, Procopium *mense Septembri Constantinopoli* rebellasse. Idacius in Fastis sub primo Valentiniani & Valentis Consulatu, anno nempe sequenti, habet: *Ipso anno latro nocturnus, hostisque publicus intra urbem Constantinopolim apparuit die IV. Kal. Octob.* Theophani & Idacio suffragatur Ammianus laudatus, dum ait, *prope Kalend. Novembris venturo Valentiniano Parisios*, eam defectionem ea die nuntiatam esse. Porro Lex 3. *De metallis*, & II. *De Numerariis*, quæ leguntur in Codice Theod. datæ sunt Parisiis, quemadmodum & Lex 23. *De An-*

veræ atque exploratæ videri possint, ambiguæ tamen ex ipsa sui confusione fiant. Nos igitur exquisita temporum ratione, cuncta quæ sub Valente in Oriente sunt facta, inferius explicaturi sumus.

XVI. Hoc item ipso anno, eoque tempore, quo Procopius invasit Imperium; Maximus philosophus Ephesius, ille qui Juliano adhuc adolescentulo instillaverat impietatem, & ad obitum usque eodem veneno nutriverat, e cujus fonte omnem in Ecclesiam sub Juliano persecutionem derivasse creditum est; jussu Valentis Imperatoris merita pœna damnatur, sed a Clearcho Asiæ Proconsule Valentis pernecessario ex insperato liberatur. Rem gestam Eunapius Sardianus (a) ejusmodi narratione prosequitur: *Inde Valentinianus, & Valens ejus frater, rerum potiti sunt. Quo tempore Maximus & Priscus simul in custodiam abripiuntur, diversa longeque alia acciti vocatione, quam cum a Juliano fuerant accersiti: illa enim erat theatralis quodammodo, & ad amplos honores facem præferebat; sed in secunda hac periculum prima facie, nedum spes aliqua boni ostendebatur; usque adeo magna & insignis cujusdam ignominiæ terror oculis offundebat se. Porro Priscus nihil passus mali, & publico testimonio vir bonus declaratus in Græciam redeit, quo tempore hujusce commentarii scriptor adhuc puer in pubertatis limine constitutus litteris erudiebatur.*

(a) Eunap. in Vit. Philos.

Maximus Philosophus dira patitur.

XVII. *Maximus vero cum & publice in theatris, & privatim apud Imperatorem traduceretur validis clamoribus a populo, admirationi etiam sic erat, quod tantas erecte animo perferret ærumnas atque incommoda; gravissimos interim illi cruciatus admoverunt, tantam erogantes mulctam pecuniariam, cujusmodi summam homo philosophiæ deditus nunquam audisse potuit: suspicabantur namque illum cunctorum opes & fortunas obtinere. Sed mutata sententia posterius, exigua mulcta ei fuit imposita, dimissusque in Asiam, ut pecuniam, in quam damnatus fuit, dissolveret. Quanta vero sit passus, tragædiæ modum excedit: neque temere invenies aliquem voce bona, & alienis malis gaudentem, qui tanti viri miserias, & incommoda verbis explicare possit. Nam scaphismus, supplicium Persis usitatum, præ tormentis huic illatis parvum fuerit. Taceo muliebria, & procacia tortorum ludibria, dum exquisitis pœnis corpus differunt, & uxor primaria femina, quæ præsens erat, mariti sortem miseratur. Cumque modus suppliciis nullus esset, eaque incrementis augescerent; oravit uxorem, ut medicatam sibi potionem emeret; qua porrecta, a mulier reperetur. Ea vero emit, secumque allatam cum ille posceret, bibere præoccupat; quam mox exanimatam necessarii & genere proximi sepulturæ afficiunt; sed Maximus bibere supersedit.* Hæc ipse; at quomodo liberatus fuerit, ista subdit:

Maximi Philosoph. cruciatus.

XVIII. *Hic mihi omnis eloquentia, & quicquid laudum natio poetarum canere possit, inferior fuerit factis Clearchi. Is fuit e Thesprotis oriundus, opulento genere, illustri, & secunda fama; qui mutatis jam rebus, Valentiniano ad Occidentis Imperium translato, & Valente extremis involuto periculis, nec de Imperio jam, sed de capite & vita periclitante (nam Procopius rebellans cum innumeris copiis undique vires illius ita carpebat, ut ad pactiones descendere eum compulerit) toti tunc Asiæ cum Imperio præfuit:* Et inferius: *Ea tempestate nactus Asiam sanam & morigeram Clearchus, invenit ibi Maximum quæstionibus admotum, & in equuleo distentum. Postulat hic locus, ut divinum facinus eloquar (siquidem inexspectatus rei successus jure summo alii nemini acceptus ferendus est, quam Deo.) Nam satellites ille omnes, qui indefessis assiduisque viri tormentis adhibiti fuerant, majori vi fugam capere coegit, Maximum vinculis exolvit, corpus curavit reficiendum, suaque illum mensæ admovit, &c.* Sic igitur opera Clearchi liberatus est Maximus; qui tamen postea (ut suo loco dicetur) magiæ iterum judicio postulatus, dato capite meritas luit pœnas; licet Eunapius, & ipse Ethnicus Ethnici excuset facinus, prædicetque virtutes. At non Valens tantum, sed & *Valentinianus* (inquit Zosimus b) *Maximo Philosopho succensebat, criminationis cujusdam memor, quam ille Juliani temporibus adversus ipsum Valentinianum struxerat, quasi propter religionem Christianam ille sacros in ritus impie deliquisset.* Additque eosdem Imperatores infestos fuisse his, quos scissent fuisse Juliano cariores. Certe quidem de Oribasio Philosopho ac Medico Juliani idem qui supra, tradit Eunapius, fuisse proscriptum, atque ad barbaros exulem

Clearchus Proconsul liberat Maximum.

(b) Zosim. l. 4.

aman-

PAGIUS *Annona*, XV. Kal. Novemb. emissa. *Valentinianus* itaque non hoc anno, ut putavit Baronius, sed sequenti Parisios advenravit. Hoc vero anno ante mensem Septembrem in Italiam ex Oriente reversus non est, ut liquet ex subscriptionibus Legum Codicis Theod. quæ etiam indicant, eum usque ad mensem Septembrem sequentis anni in Italia fuisse.

VII. Ad num. XVI. & seqq. Quæ de *Maximo* Philosopho, & *Prisco* item Philosopho in Annalibus dicuntur, ad annum sequentem pertinent; cum contigerint eo tempore, quo *Procopius* invasit Imperium.

Valens in Philosoph. sævit.

amandatum; sed cum apud eos medicæ artis studio summam sibi conciliasset gratiam, fuisse ab iisdem Imperatoribus postliminio restitutum affirmat.

XIX. Porro sicut Juliani magos Christiani recentes Imperatores exagitarunt, ita & idololatras pariter infectati sunt scripta adversus eos ejusmodi lege ad secundum Præfectum Prætorio (a):

(a) l. 7. de malefic. C. Theod.

Lex adversus nocturna sacra.

Ne quis deinceps nocturnis temporibus aut nefarias preces, aut magicos apparatus, aut sacrificia funesta celebrare conetur: Detectum atque convictum competenti animadversione mactare, perenne auctoritate censemus. Dat. V. Id. Septembris, Divo Joviano, & Varroniano Coss. Hujus plane legis meminisse videtur Zosimus; quam in Græcia Prætextati Proconsulis precibus agentis apud Imperatorem Valentinianum fuisse abrogatam, tradit his verbis (b): *Et quia legum quoque promulgationes instituere decreverat; exorsus ab ipso lare (quod ajunt) nocturna sacra fieri probibuit: qua lege coercere volebat ea quæ scelerate designarentur. Sed cum Prætextatus, qui pro Consule Græciam administrabat, vir omni virtute præstans, hanc legem diceret vitam injucundam, & acerbam Græcis paritnram, si futurum esset, ut mysteria sanctissima, quæ genus humanum continerent, probiberentur; perage ea rite, vi legis sua cessante, permisit; ita tamen, ut omnia secundum patriae consuetudines quales ab initio fuissent, perficerentur.* Hæc Zosimus de Prætextato, quem vehementissimum fuisse Gentilicie superstitionis defensorem ex multis constat, de quibus suis locis dicturi sumus.

(b) Zosim. l. 4.

Prætextatus Idololatriæ defensor.

XX. Cæterum inter alia nocturna Gentilium sacra, ritus ille erat, cujus S. Augustinus (c) his verbis meminit: *An non sacrificavit, qui imagines idolorum per noctem ludentes (quod nocturnum vocant) libentissime spectavit? Sacrificavit prorsus, sacrificavit, &c.* Porro Valentinianum Augustum hoc sui Imperii exordio dedisse legem, ut quisque quam vellet religionem coleret, idem ipse in alio a se postea dato rescripto testatur (d): Haud enim idolorum cultura, quam altas sub Juliano radices fixisse sciebat, actutum sibi videbatur posse convelli.

(c) Aug. de tempore Barbaric. c. 4.

(d) l. 9. de malef. & mathem. C. Theod.

Rursum vero quos arcuisset Julianus a docendo Christianos professores; iidem Imperatores Valentinianus & Valens, sancita lege, honorifice revocarunt, sic rescribentes hoc anno ad Mamertinum Præfectum Prætorio (e):

Professores Christiani restituti.

*Si quis erudiendis adolescentibus vita pariter & facundia idoneus erit; vel novum instituat auditorium, vel repetat intermissum. Dat. III. Id Jan. * Divo Joviano, & Varroniano Coss.*

(e) l. 6. de med. & profess. Cod. Theo.

* Jun.

JESU CHRISTI ANNUS 365. | LIBERII PAP. ANNUS 14. | VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 2.

I. ANno Christi trecentesimo sexagesimo quinto, Valentinianus, & Valens Augusti creati sunt Consules. Quibus Consulibus (inquit Socrates) (f) septimo scilicet anno post Concilium Seleuciæ sub Constantio Imperatore habitum, Lampsaci

(f) Socrat. l. 4. c. 4.

Ann. Eccl. Tom. V. Dd ci

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5858.

SÆC. IV. Anno Urbis 1118. Olymp. 286. an. 1. A. C. 365.

☉ 10. B. ☽ 5. P. 23. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 365.

LIBERII PAPÆ 14.

VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP. 2.

I. Consules. [1] A Num. I. ad VII. Coss. *Valentinianus Aug. & Valens Aug.* Uterque juxta primam regulam: ille in Occidente, hic in Oriente Consul processit.

II. Baronius tria reprehendit in narratione Concilii *Lampsaceni*, quæ apud Sozomenum lib. 6. cap. 7. leguntur. Primum est, quod Sozomenus Catholicos, seu Consubstantialis assertores fuisse censet eos, qui ad Lampsacenum Concilium convenerunt. Baronius enim *Semiarianos* illos fuisse demonstrat. Secundum, quod Sozomenus eam Synodum refert ante tumultum *Procopii*, quem Baronius anno præcedenti cœptum esse contendit. Lampsacena autem Synodus hoc anno congregata est, ut ex Socrate Baronius docet. Postremo, Sozomenum arguit, quod dixerit, Legatos a Lampsacena Synodo missos convenisse Valentem in urbe Thraciæ Heraclea, redeuntem ex Thraciis. Fratrem enim Valentinianum Romam versus iter facientem aliqua te-

Concilium Lampsacenum.

NOTÆ [1] COss. *Valentinianus Aug. & Valens Aug.* Ammianus, lib. XXVI. cap. X. *Consule Valentiniano primum cum fratre.* Item lib. eodem. Socrates, lib. IV. cap. III. *duobus Augustis primum consulibus.* Ammianus item lib. XXVI. *Hac adulta bieme, Valentiniano & Valente coss. agebantur.* Laterculus Paschalis in fine Gennadii de Viris illustribus: *Valentiniano & Valente.* Ibid. in fine, *diem XII. Calen. Augustas, Coss. Valentiniano primum cum Fratre horrendi tremores per omnem Orbis ambitum grassate sunt* &c. Fasti Idatii *Valentiniano & Valente Augg.* Prosper: *Valentiniano & Valente.*

Concilium Lampsacenum.

est Civitatis in Hellesponto Concilium celebratum est. Porro hujus celebrandæ Synodi causa potissima illa fuit, ut horrendas blasphemias editas in Constantinopolitano Conciliabulo ab Eudoxio, Acacio, & aliis Arianorum deterrimis, penitus abolerent, fidemque Antiochenam novissime Seleuciæ cognitam stabilirent. Qua in re illud primum animadvertendum est, errare Sozomenum, atque cæteros omnes, qui putarunt ejusmodi Concilium a Catholicis, qui fidem Nicænæ confessionis, nempe consubstantialitatem Filii Dei tuerentur, habitum esse, quod liquido constat a Semiarianis esse confectum; ab illis scilicet, qui sic Arianos oppugnarent negantes Filii Dei cum Patre similitudinem atque substantiam, ut tamen nequaquam essent assertores Nicænæ confessionis, qua idem Filius Patri consubstantialis asseritur. Cur autem qui prædicarent divinam substantiam in Filio, non æque eumdem dicerent consubstantialem; & quinam in his lateret hæresis error, pluribus superiore tomo, atque sæpius dictum est. Quod igitur hi hostes viderentur Arianorum negantium divinam substantiam atque similitudinem Filii, visi sunt respectu illorum esse Catholici, ut ex Hilario suo loco superius demonstravimus: inde errandi occasio data est Sozomeno atque aliis pluribus, ut dicerent, a Catholicis celebratum esse Concilium, quod certo constabat adversus Arianos esse peractum.

II. Concilium Lampsacenum celebratum ab hæreticis.

Cæterum re vera ab hæreticis ejusmodi habitum esse conventum, plura sunt, quæ id manifeste declarant; ut illud in primis, quod nequaquam in eo Nicæna confessio cognita atque probata fuit, ut par erat peragi in Synodo Orthodoxorum, prout in aliis omnibus factum vidimus; sed professio Antiochena tantum (a), quam Catholici (ut dictum est superius) ut imperfectam, & quæ haberet fraudem inclusam, respuerunt. Basilius præterea Lampsacenam confessionem inter eas adnumerat, quæ ab hæreticis diversis in locis editæ sunt; ut cum ait (b): *Numquam ad rerum innovationem consensimus: fides apud nos una alia in Seleucia, alia Constantinopoli, in Zelæ alia, & in Lampsaco alia, & alia Romæ.* Quæ (ut paulo post dicemus) ab iisdem edita est coram Liberio, ut communicationem Catholicam aucuparentur. Et alibi idem Basilius (c): *Quoties*, inquit, *fidem exponendo novarunt? Ancyræ dederunt aliam, Seleuciæ aliam, aliam Constantinopoli, divulgatam illam, & aliam in Lampsaco postea, & quam dederunt in Nicæa Thraciæ; & jam aliam in Cyzico; de qua etsi reliqua ignoro, hoc tamen audio, quod silentio omisso, Consubstantialis confessione, τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον, similitudinem quamdam essentiæ circumferunt, & præterea blasphemias contra Spiritum sanctum cum Eunomio conscribunt.* Hæc de his, qui Lampsaci & alibi convenerunt, Basilius.

(a) Socrat. lib. 4. c. 4.

(b) Basil. epist. 72.

(c) Basil. epist. 82.

III. Catholici quoque vocati ad Concilium Lampsacenum.

Attamen quod cogendæ hujusmodi Synodi non erat ille Semiarianorum scopus, ut fidem Nicænam Catholicam impugnarent, sed ut (quod dictum est) execrarentur editam Constantinopoli portentosam illam fidei formulam; hac de causa, tamquam acturi negotium Catholicæ fidei, quos possent ad Lampsacenum conventum adversus Eudoxium & ejus sectatores, convocare conati sunt; immo & alios accersere, etiam si non essent Episcopi, sed insignis nominis viri, ut Basilium Magnum adhuc inter monachos in Ponto degentem: testatur enim id ipse de se ad Eustathium Sebastenum scribens (erat hic omnium ferme antesignanus, qui Lampsaci convenerunt): *Me Lampsacum*, inquit (d), *cum pluribus com-*

(d) Basil. epist. 79.

PAGIUS

tenus comitatus fuerat Valens, ut scribit Sozomenus. Id autem contigisse anno præcedenti, Baronius credidit: ac proinde Sozomenum longe falli existimavit. Verum Baronius valde hallucinatus est, dum non animadvertit, Sozomenum & Socratem inter se non convenire, ac Socratem perperam *Lampsacenum* Concilium hoc anno celebratum putasse. Nec refert, quod is duos temporum characteres adhibeat, præsentis nempe anni Consules, & septimum post Seleuciæ Concilium annum. Socrates enim etiam dum hujusmodi notas temporarias usurpat, non raro in errorem labitur, ut v. g. cum de Athanasii morte agit. Quoad primum accusationis caput, difficile est excusare Sozomenum, nisi dicamus, inquit Valesius in Notis, pro voce ὁμοιούσιον, scribendum esse, ὁμοούσιον. Certe Theodoretus in libris Hæreticarum Fabularum, ait *Macedonianos*, a quibus hanc Synodum collectam esse constat, primum invexisse τὸ ὁμοιούσιον. Sed & Sozomenus hanc emendationem confirmat: ait enim in hac Synodo stabilitum esse, τὸ ὅμοιον κατ' οὐσίαν, id est, *simile secundum substantiam*. Ita Valesius. In secundo accusationis capite Baronius ipsemet fallitur: motus enim Procopii, quem ipse confert in annum præcedentem, hoc anno certissime contigit, ut anno præcedenti num. VI. monstravimus.

III. Itinerarium Valentiniani & Valentis.

Quoad tertium, scribit Sozomenus, cui omnino adhærendum, *Valentiniano Imp.* cum relicta Constantinopoli, ubi triginta diebus cum Valente constiterat, teste Auctore Vitæ Athanasii apud Photium pag. 1447. Romam contendente & per Thraciam iter faciente, Episcopos Hellesponti Bithyniæ, Hypathianum Heracleæ Perinthi (urbs Thraciæ est) Episcopum elegisse, qui peteret ab Imperatore, ut eis convenire permitteretur: & facultate obtenta, Episcopos *Lampsacum* convenisse: tum Valentem Imp. e Thracia revertentem adiisse; *Fratrem enim*, inquit, *Romam proficiscentem comitatus fuerat. At Valens Legatus Lampsaceni Concilii hortatus est, ne ab Eudoxio dissiderent*, quos contradicentes abire in exilium jussit. *Post hæc Imperator in Syriam perrexit: verebatur enim ne Persæ in-*

compressuri Episcopi advocastis. Nonne de de fide erant sermones nostri? Nonne per omne id temporis disputanti mihi contra hæresim, præsto erant Actuarii tui? Non mecum erant toto illo tempore germanissimi tui discipuli? Cum fratrum contubernia inviserem, unaque cum illis in precationibus pernoctarem, absque ulla contentione assidue dicens & audiens quæ ad Deum pertinent; an non evidentes illic animi cogitationumque mearum notas & indicia exhibui? Hactenus Basilius ad sui defensionem, quod adhue monachus ab hæreticis hæresis infamaretur; sed de his inferius pluribus.

IV. Quot autem Episcopi convenerint Lampsaci, nusquam expressum memini me reperisse. Cæterum quod ingruerent bella civilia, haud adeo frequentem fuisse conventum possumus existimare; quod & illud quoque demonstrare videtur, dum non uno tantum in loco ejusdem factionis Episcopis in una Synodo coire concessum fuit, sed diversis in locis ab iisdem sunt eadem agitata, ut proxime dicturi sumus. Quid vero in Lampsaceno Concilio actum sit, Sozomenus docet his verbis (a): *Lampsaci Concilium cogunt; atque ubi ad bimestre spatium de rebus fidei deliberatum est; tamdem decernunt, acta Constantinopoli, opera ac studio Eudoxii & Acacii cum suis, sancita, abroganda esse: deinde formulam fidei, quam velut ab Episcopis Occidentalibus editam explodendam protulerant, quuidamque ad eidem subscribendum impulerant, facto promisso, quod opinionem eorum, qui Filium Patri dissimilem prædicant, penitus rejicerent; cui promisso nenquam stetetunt. Tum doctrinam illam ratam fore, quæ Filium Patri substantia similem asserit: nam adjectionem hujus vocis, Similis, ad planam personarum distinctionem necessariam esse. Porro formulam fidei in consecratione Ecclesiæ Antiochenæ editam, & Seleuciæ omnium Episcoporum consensu confirmatam, in omnibus Ecclesiis tenendam. Quin etiam, ut qui ab iis, qui Filium Patri dissimilem asseverabant, abdicati essent, suas ipsorum sedes, utpote Ecclesiis per nefas ejecti, denuo reciperent. Quod si quis eos insimulare vellet, pari periculo obnoxium fore Judiceesque constitui Episcopos tum illius gentis Orthodoxos, tum alios, qui ex finitimis Provinciis ad eam ipsam convenirent Ecclesiam, in qua testes sunt rerum a singulis in vita gestarum.* Hæc fuisse in Synodo decreta, Sozomenus affirmat (b); eadem quoque Socrates paucis his: *Lampsaci in unum convenientes, ibi simulac fidei formulam Antiochiæ olim editam de integro jam confirmaverant (eidem etiam Seleuciæ dudum subscripserant) illam, quæ Arimini jam pridem ab Episcopis, qui consentientem de religione habebant opinionem, exposita fuit, anathemate condemnarunt. Rursusque contra Acacium, & Eudoxium, utpote jure abdicatos, tulere sententiam.*

Quid actum in Synodo Lampsacena.

(a) Sozom. lib. 6. c. 7.

(b) Socrat. lib. 4. c. 4.

V. *Quæ* (inquit Sozomenus c) *cum decrevissent, & Eudoxianos non vocassent solum, verum etiam locum illis dedissent pœnitentiæ: hique tamen minime obtemperarent; decreta omnibus ubique Ecclesiis significarunt. Ac quoniam suspicabantur (uti erat certe verisimile) Eudoxium aulam Imperatoris ad suis partibus favendum inducturum, atque ipsis calumniam intentaturum; statuerunt ejus conatum prævertere, & Acta Lampsaceni Concilii Imperatori indicare; quod & fecere, &c.* Errat tamen (ut dictum est) auctor, dum subdit, Legatos Synodi ad Valentem missos ei occurrisse, cum relicto fratre rediret Constantinopolim: nam ea præterito anno contigerunt, hæc autem præsenti, tempore belli excitati inter Procopium & ipsum Valentem. Consultius itaque Socrates de Eudoxio ait (d): *His rebus*, Lampasci scilicet, *in Synodo statutes Eudoxius Constantinopolis Episcopus nullo modo refragari potuit: nam bellum, quod a populo, duce Procopio, jam concitatum erat, impedimento fuit, quo minus se de illis ulcisceretur. Quapropter Eleusius Cyzici Episcopus (erat hic Eudoxio & Acacio adversarius) una cum suis tum superiores partes adeptus, ad aliquod temporis spatium dogma illud, quod a Ma-*

(c) Sozom. lib. 6. c. 7.

Damnatur Eudoxius cum suis.

(d) Socr. ubi supra c. 4.

Macedonii hæresis invaluit.

PAGIUS *inducias rumperent.* Ita Sozomenus, qui capite sequenti addit, graviora tunc mala perpetrata fuisse, nisi bellum Procopii supervenisset. Imperatores, percursis Thraciis, in Daciam perrexere. Postea Serdicam & Naissum venere, teste Ammiano lib. 26. cap. 5. *ubi in suburbano, quod appellatum Mediana a civitate tertio lapide disparatur, quasi mox separandi, partiti sunt Comites, &c. Post hæc cum ambo fratres Sirmium introiissent, diviso Palatio, Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discessit*, inquit Ammianus, cui suffragatur Codex Theod. ubi L. 13. *De operibus publicis*, dicitur dat. XIII. Kalend. Jul. Med. Divo Joviano & Varroniano Coss. id est, *Mediana*, ut recte interpretatus Gothofredus in Chronologia Codicis Theod. Lex vero 7. *De pactis* dicitur hoc anno data *III. Non. Jul. Sirmio.* Valens, nonnisi *consumta hieme* Constantinopoli in Syriam festinavit, & Bithyniam ingressus est, inquit Ammianus, idemque anno elapso, quo *XIV. Kal. April.* Legem Codicis Theod. 1e. *De extraordin.* Constantinopoli dedit. *Valentinianus* Pannonia digressus per Arelapen & Emonam, Norici civitates Italiam tetendit. Unde mense Augusto datæ Arelape L. 2. Cod. Just. *De condit. in publ. horr.* Emonæ L. 2. *De Auro coronario.* Tandem Valentinianus Italiam pervenit; mense enim Septembri & octobri præcedentis anni variæ Constitutiones ab eo Aquileiæ emissæ.

cedonio ejus auctore nomen invenit, quodque tunc paula ante in Concilio Lampsaceno multo evidentias omnibus patefactum fuit, propugnavit. Istud Concilium causam quidem fuisse arbitror, cur Hellespontias (est enim Lampsacus in angusto Hellesponti sinu posita) tanta Macedonianorum frequentia abundaret. Hoc quidem Concilium talem habuit exitum. Hucusque ipse; ex quo sane & illud redditur exploratum, præter confessionem Antiochenam ibi professam, additam ibidem fuisse ab iisdem Semiarianis Spiritus sancti Divinitatis ex sententia Macedonii negationem. Quæ vero tum a Legatis Synodi, tam ab Eudoxio gesta esse cum Valente Imperatore Sozomenus tradit, ea omnia contigisse anno sequenti post extinctum Procopium, constat: siquidem hoc anno absque alia temporis intermissione Valens accerrime a tyranno vexatus est, atque ad ultimum ferme discrimen adductus.

VI. Legatio ex Concilio Lampsaceno.

Porro qui Lampsaci convenere Episcopi, illud quoque præstitere, ut quæ ab ipsis statuta essent, ad aliarum Ecclesiarum suæ communionis Episcopos missa, ab iisdem confirmarentur. Illi enim diversis in locis itidem tunc temporis coeuntes, ex eorum sententia qui convenerant Lampsaci, communi omnium consensu scripsere synodales epistolas ad Occidentales Episcopos, deferendas per Legatos ad hoc ipsum delectos; qui nomine omnium omnes pariter Occidentalis Ecclesiæ, ac præcipue ipsum Romanum Antistitem convenirent, a quo & Catholicam communicationem expeterent, immo fallaciis ad hoc compositis extorquerent. Cæterum quod ad legationis hujus tempus pertinet; equidem perperam recensetur a Socrate (a) sub Consulatu Valentiniani & Valentis secundo, tertio ab hinc anno. Nam si ex Synodo Lampsacena missa est legatio atque litteræ scriptæ, quam ipsorum assertione constat hoc anno fuisse celebratam, nec ultra bimestris temporis spatium perdurasse: quonam pacto, quæso, accidere potuit, ut post triennium ex Concilio Lampsaceno legatio missa sit? Nec est quod dici possit, aliarum Synodorum, quarum mentio in libello legationis est, tempus ad triennium esse dilatum; cum constet ad illud tempus nequaquam Liberium pervenisse, sed Damasum Romanæ Ecclesiæ præfuisse Pontificem, sequenti anno ipso Liberio ex hac vita subducto. Itaque vel hoc anno, vel sequenti ad summum, ante Liberii tamen obitum, hanc legationem missam Romam, affirmare necesse est.

(a) Socr. l. 4. c. 11.

Tempus Lampsacenæ legationis.

VII. Vafrum Concilium Hæreticorum.

Mirum dictu! qui Lampsaci, aliisque in locis ejusdem factionis convenerant Episcopi, facinus excogitant temerarium atque pudendum. Cum enim complures ex illis, qui in Concilio Lampsaceno damnassent Eudoxium; iidem vero, quod olim in Concilio Constantinopolitano eidem obsecuti fuissent, ob eam causam suis ipsorum sedibus a Catholicis privati essent; ut inter alios Eustathius Episcopus Sebastiæ minoris Armeniæ, qui ob communicationem cum Eudoxio, a Concilio Melitinensi fuerat sede depositus, ut S. Basilius (b) tradit; hi, inquam, ut sedes, quibus juste privati erant, recipere possent, viam illam adinveniunt, ut simularent se esse Catholicos, fideique Nicænæ observantissimos; libellumque offerrent Liberio Romano Pontifici; cujus auctoritate in suas ipsi restituerentur Ecclesias. Deligantur ad hoc Legati, qui tum e Synodo Lampsacena, tum ex aliis eodem tempore convocatis, in Occidentem ad Romanum Pontificem proficiscerentur; quo coram ipso edita nomine omnium fidei confessione Catholica, tum ipsius, tum omnium Occidentalium Episco-

(b) Basil. epist. 74.

PAGIUS

sæ. Quare Hypathianus Heracleæ Episcopus Valentem Imp. mense circiter Junio anni superioris adiit.

IV. *Concilii Lampsaceni epocha.*

Ex his constat, Concilium *Lampsacenum* anno antecedenti celebratum esse, & Valesium in Notis ad Sozomenum perperam scribere, *Valentinianum*, cum *Valentem* fratrem Augustum nuncupasset, Constantinopoli digressum esse sub exitum anni trecentesimi sexagesimi quarti, comitante eum Valente Augusto; & per Thraciam profectos ambos Imperatores, Veris initio venisse in Daciam currenti anno, & in urbe Thraciæ Naisso, vel potius villa Mediana, exercitus inter se partitos esse. Mox cum in Pannoniam venissent, in urbe Sirmio Officiales Palatii inter se divisisse: & Valentinianum quidem Mediolanum, Valentem vero Constantinopolim venisse. Addit Valesius, ex his manifeste convinci *Valentem* anno currenti vernis mensibus e Thraciis rediisse, cum jam Consul esset. Ait enim Ammianus: *Agentes in supra memoratis urbibus Principes sumpserunt primitus trabeas Consulares*. Concluditque, ex Ammiani narratione liquere, Valentem non rediisse ex Thraciis, nisi currenti anno, quo primum Consul cum Valentiniano fuit. At si Valesius subscriptiones Legum Codicis Theod. cum Ammiano contulisset, certo ei constitisset, præfata omnia, quæ ex eo Historico refert, anno præterito contigisse, quo Valentinianus varias Leges dedit Mediolani, Aquileiæ, Altini & Veronæ, postquam Constantinopoli seu Sirmio in Italiam rediit. Valens etiam XVII. Kal. Janu. præcedentis anni Constantinopoli dedit Legem I. Cod. Theod. *Ne quibus publ. lætitia*. Appetente enim Consulato suo, concussionibus, quæ a Consolatus sui, hoc anno gesti, nuntiis adversus Provinciales exerceri poterant, ea Lege occurrendum voluit. Cæterum *Valentinianum* Mediolani, *Valentem* Constantinopoli hoc anno Consulatum exorsos esse certum indubitatumque est.

V.

A num. VII. ad XV. Valesius in Notis ad Sozomenum lib. 6. cap. II. existimat cum Baronio, Socratem Legationem *Macedonianorum* ad *Liberium* Papam referre cum Consulatu secundo

ſcoporum communicationem aucuparentur, nec non etiam gratiam inirent cum Imperatore Valentiniano in Galliis tunc in expeditione agente; quorum tanto fulti præſidio, nihil eſſet, quod timerent Eudoxium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, acerbiſſimum hoſtem.

VIII. Quod igitur probe ſcirent, nullam umquam ſe a Romano Pontifice extorturos fore communicationem, niſi cum Nicænæ fidei confeſſione; improbe illud ſtatuunt, ut ad tempus mentiantur ſe eſſe Catholicos, rectamque fidem afferant, quam nec ſi vellet poſſet Liberius ipſe rejicere. His igitur in hunc modum doloſe compoſitis, mercibus fraudum onuſti Legati navigant in Occidentem, delecti illi quidem ex omnibus qui eſſent omnium audaciſſimi, & ad fingendum maxime præ cæteris comparati. Fuerunt hi Euſtathius, Theophilus, & Silvanus, de quibus Socrates:

Legati ad Liberium Papam miſſi.

(a) Socrat. lib. 4. c. 12.

(a) *Itaque Euſtathium Sebaſtæ Epiſcopum, qui ſæpenumero abdicatus fuiſſet, Silvanum Tarſi Ciliciæ, & Theophilum Caſtabalorum urbis Ciliciæ mittunt; illiſque in mandatis dant, ut cum Liberio neutiquam de fide diſſentiant, ſed communicent cum Eccleſia Romana, fidemque Conſubſtantialis ratam faciant. Iſti cum litteris eorum, qui Seleuciæ de fide diſſenſerant, ad veterem urbem Romam ſe conferunt; cum Imperatore minime colloquuntur (erat enim in Gallia in bello contra Sauromatas gerendo occupatus) ſed Liberio litteras offerunt. Ille eas recipere noluit: nam eos ſectæ Arianæ fautores eſſe dixit, & propterea ab Eccleſia non poſſe recipi, utpote qui fidem Concilii Nicæni abrogaſſent. Cui illi reſpondent, ſe pænitentia adductos, veritatem agnoviſſe; fidem eorum, qui Filium Patri diſſimilem eſſe docent, jampridem rejeciſſe; Filium in omnibus Patri ſimilem confiteri, atque illam vocem,* Similem, *nihil a voce,* Conſubſtantialis, *diſcrepare. Quæ cum dixiſſent, Liberius poſtulat ab eis, ut opinionis ſuæ declarationem ſcriptis mandarent. Illi libellum ei obtulere, in quo verba in fidei formula Nicææ edita comprehenſa fuere perſcripta. Epiſtolas, quas pactis conventis ab urbe Smyrna, quæ eſt in Aſia, a Piſidia, Iſauria, Pamphilia, & Lycia ſcripſerunt, hoc loco citare, ac ſint longus, non eſt conſilium. Libellus autem, quem Legati cum Euſtathio miſſi Liberio dederant, ita ſe habet:*

IX. *Domino fratri, & collegæ noſtro Liberio, Euſtathius, Theophilus, & Silvanus in Domino ſalutem. Ut omnem occaſionem inſanæ hæreticorum confidentiæ, qui Eccleſiæ Catholicæ graves afferunt offenſiones, omnino adimamus: Concilia Epiſcoporum recte de religione ſentientium, quæ Lampſaci, Smyrnæ, aliiſque variis in locis aliquando habita fuerunt, noſtro approbamus conſenſu. Atque quo magis conſtet nos eiſdem aſſentire, hanc obimus legationem; litteraſque ad tuam benignitatem, & ad omnes alios Epiſcopos Italiæ, aliarumque regionum ad Solem Occidentem vergentium attulimus; ex quibus planum fiet, nos fidem Catholicam tenere, ſervareque, quæ in ſacroſancto Concilio Nicæno, temporibus beati Conſtantini Imperatoris, a trecentis decem & octo Epiſcopis confirmata fuerit, atque adeo inviolata ſtabiliſque uſque ad hodiernum diem perpetuo permanſerit; in qua voce,* Conſubſtantialis, *ad perverſam Arii doctrinam expugnandam, ſancte rteque poſita eſt. Nam propriarum manuum ſubſcriptionibus plane confitemur, nos non aliter atque illos Patres, quos diximus, ſentire; ſed eamdem fidem cum illis & antehac ſervaſſe, & jam ſervare, & ad extremum uſque ſpiritum ſervaturos eſſe: Arium autem, impiam ejus doctrinam, diſcipulos, opinionis fautores, quin etiam omnem hæreſim Sabellii, omnes Patropaſſianos, Marcioniſtas, Photinianos, Marcellianos, & Pauli denique Samoſateni ſectatores penitus condemnare. Iſtorum doctrinæ, omnibus idem cum illis ſentientibus, omnibus etiam hæreſibus, quæ ſacroſanctæ fidei prædictæ a ſanctis Patribus pie, & Catholice in urbe Nicæna expoſitæ adverſantur, itemque fidei formulæ in Concilio Ariminenſi recitatæ, utpote fidei ſancti Concilii Nicæni, quam diximus, prorſus repugnanti (cui quidam dolo & quorumdam perjurio, propter nomen urbis Nicææ, quæ eſt in Thracia, fraudulenter inducti Conſtantinopoli ſubſcripſerunt) nominatim anathema indicimus.*

Libellus fidei legatorum ad Liberium Papam.

X. *Fides autem tum noſtra, tam eorum quos ſupra diximus, quorumque legationem obimus, eſt hæc quidem: Credimus in Deum Patrem omnipotentem, omnium rerum & viſibilium, & inviſibilium effectorem. Et in unum unigenitum Deum, Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei, genitum ex Patre, hoc eſt ex ſubſtantia Patris; Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de*

Confeſſio fidei Catholicæ.

PAGIUS do Valentiniani & Valentis anno CCCLXVIII. geſto, & in Notis ad Socratem lib. 4. cap. 12. jam ſcripſerat, eam in annum trecenteſimum ſexageſimum ſeptimum conferendam eſſe. Sed utrobique perperam. Socrates enim refert Conſulatum illum ſecundum Valentiniani & Valentis ad ea, quæ cap. II. narrat, quove ejuſdem Conſulatus meminit, non vero ad Legationem Macedonianorum, quam capite ſequenti narrat. Quare cum *Lampſacena Synodus* anno præcedenti celebrata fuerit, Legati Macedonianorum ultra præſentem annum iter differre non potuere; ideoque exiſtimandum, eos ſub hujus anni finem in Italiam perveniſſe. Sozomenus enim lib. 6. cap. 10. inquit: *Legati cum in Italiam veniſſent, Imperatorem in Galliis moraci*

de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, sive quæ in cælo, sive quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est; passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit ad cælos, & venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Illis autem qui asserunt, tempus aliquando fuisse, cum non esset; aut non ante fuisse, quam natus esset; aut ex iis quæ non sunt, constare; aut ex alia, quam ex Patris substantia, vel essentia, constare; aut Filium Dei posse converti & mutari; anathema indicit Catholica & Apostolica Ecclesia. Hæc fuit horum plenissima Catholicæ fidei confessio, cui mox adjecerunt subscriptionem iidem Legati his verbis: Ego Eustathius Episcopus urbis Sebastiæ, Theophilus & Silvanus Concilii Lampsaceni, Smyrnensis, & cæterorum Legati huic fidei nostræ declarationi manibus nostris, nostraque ipsorum voluntate subscripsimus. Quod si quis post hanc fidem a nobis expositam, aut contra nos, aut contra illos qui nos miserunt, aliquod crimen adduxerit; cum tuæ sanctitatis litteris ad Orthodoxos Episcopos, quos tua pietas probaverit; veniat, & coram illis nobiscum de eo disceptet; & si quid offensum esse constiterit, in auctorem illius vindicetur. At non tantum ipsi subscripsere Legati, sed & suæ ipsorum subscriptioni nomina quoque subjecerunt Episcoporum, a quibus missi eorum nomine legatione fungebantur; quod testantur Liberii litteræ ad eosdem redditæ. Ac isto libello (subjungit Socrates) Liberius Legatos tamquam sponsione obstringens, in communionem recepit, datisque illis litteris, dimisit. Porro ex recitato modo libello Liberio a Legatis dato, satis perspicue demonstratur, illum scriptum esse ante persecutionem a Valente in ipsos Semiarianos atque Catholicos excitatam: siquidem nulla prorsus in ea mentio persecutionis habetur, cujus primum omnium meminisse oportuisset. Sed jam Liberii litteras redditas ad Orientales, a Socrate descriptas, hic recitemus.

XI. Dilectis fratribus & collegis Hypatio *, Cyrillo, Hyparchio *, Uranio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Heortasio, Severo, Dydimioni, Brettanio, Callicrati, Dalmatio, Ædesio, Eustachio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paula, Marcello, Heraclia, Alexandro, Adolio, Marciano, Stenello, Joanni, Macario *, Charisio, Silvano, Photino, Antonio, Ayto, Celso, Euphranori, Meletio, Patricio, Severiano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Menodoro, Diocli, Chrysompelo, Neoni, Eugenio, Eustachio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieracio, Leontio, Philagrio, Lucio, & omnibus in Oriente Orthodoxis Episcopis, Liberius Episcopus Italiæ, & alii Occidentis Episcopi, in Domino semper salutem. Hæc nomina ipsi libello fidei a Legatis dato erant apposita.

* Hythio.

* Hyparchio.

* Macari.

Litteræ Liberii Papæ ad Orientales.

XII. Vestræ litteræ, fratres dilecti, lumineque fidei illustrati, de pace & concordia Ecclesiæ per honoratissimos fratres & Episcopos Eustachium, Silvanum, & Theophilum ad nos perlatæ, nobis maximam maximeque optatam lætitiam attulerunt. Id adeo in primis, quod vestras sententias & opiniones, tam cum mea, qui infimus omnium sum, tum cum aliorum Episcoporum Italiæ, cæterarumque omnium regionum versus Occidentem, sententiis consentire concordareque ostenderunt, atque adeo confirmarunt. Hanc autem Catholicam, & Apostolicam fidem agnoscimus, quæ usque a Concilio Nicæno hactenus integra stabilisque permansit. Hanc illi ipsi Patres se habuisse confessi sunt: atque adeo mira alacritate, & gaudio completi, omnia absurdæ opinionis vestigia, omnesque ejus quasi scintillas relictas sustulerunt. Hancque fidem non solum apud populum concionando, verumetiam sedulo scribendo, omnibus proposuerunt. Cujus quidem exemplar his litteris necessario subjungendum duximus, ne qua hæreticis ad insidias tendendas relicta sit occasio: quam quidem nacti, de integro faces suæ malevolentiæ in Ecclesiam intentent; magnaque dissidiorum incendia (ut illis in more positum est) exsuscitent. Nam & hoc ipsum confitentur honoratissimi fratres nostri Eustathius, Silvanus, & Theophilus; nimirum & se ipsos & vestram charitatem semper hanc fidem servasse, & ad extremum vitæ diem servaturos esse; videlicet quæ fuerit a trecentis decem, & octo Episcopis Orthodoxis in urbe Nicæa probata, quæque & perfectam complectatur veritatem, & hæreticorum multitudini ora obturet, eorumque doctrinam penitus evertat. Neque enim tam ingens Episcoporum numerus fortuito, sed Dei nutu, & voluntate ad furorem Arii comprimendum coactus est. Immo vero eorum numero beatus Abraham tot ho-

PAGIUS vi didicerunt, bellum gerentem cum Barbaris eas excolentibus. Parte alia Ammianus lib. 26. cap. 5. affirmat, Valentinianum hoc anno ex Italia prope Kalendas Novembres Parisios venisse, quo anno, et & duobus consequentibus, exercitus magnus in Galliis oppositus erat adversus Alemannos potissimum, ut narrat initio lib. 27. Quare adventus Legatorum Macedonianorum a præsenti anno removendus non est.

Ad

hominum nullsa per fidem profligavit. Qua quidem fides vi & nomine Consubstantialis comprehensa, tamquam propugnaculum firmum & inexpugnabile, omnes impetus, & nefarias pestifera opiniones Arii machinas retundit, reprimitque.

XIII. Quid gestum in Concilio Ariminensi.

Et quamquam aequam, & scelerati Ariani effecrre, ut omnes Episcopi Occidentis Arimini in unum cogerentur, quo ibi vel persuasione, vel (uti verius dicam) Imperatoris auctoritate, illud quod erat ad summam cautionem in fidei formula positum, aut tollerent, aut perverse inficiarentur; nihil hac fraudulenta molitione omnino profecerunt. Nam omnes illi fere Episcopi, qui Arimini convenerant, quique vel fallacibus inescati illecebris, vel vi compulsi, a fide tum quidem desciverant; nunc tamen ad sanam mentem reversi, fidei formula ab Episcopis Arimini convocatis edita, anathema denunciarunt, & fidei Catholica, & Apostolica Nicaea confirmata subscripserunt, & nobiscum jam una communicant: Omnes illi, inquam, in praesentia maximo iracandia afla contra dogma Arii, ejusque discipulos exardescant. Quam rem vestra charitatis Legati cum explorate cognitam planeque perspectam haberent, sua ipserum subscriptioni vestra etiam nomina adjunxere. Aria autem & decretis Arimini contra fidem Nicaea stabilitam sancitis (quibus item vos per versutas blanditias in fraudem inducti cum jurejurando adhibito subscripsistis) anathema edixere.

XIV. Concors fides Catholica Occidentalium.

Quapropter nobis videbatur consentaneum, litteras ad vestram charitatem perscribere, vobisque justa & aqua postulantibus opem ferre; praesertim cum per confessionem vestrorum Legatorum perspicue intelligeremus, Episcopos Orientis ad sanam sinceramque mentem reversos, cum Orthodoxis Occidentis Episcopis in fide concordare. Neque vos ignorare volumus, & blasphemias Arimini contra Filium Dei divulgatas, jam etiam ab his, qui tum videbantur fraudulenter, & repentino impetu a veritate tamquam abrepti, anathemate damnari, & fidei Concilii Nicaeni concordi animorum voluntate ab omnibus assensam esse. Quia etiam per vestras litteras omnes certiores fieri debent, ut qui per fraudem a recta fide abducti fuerint, jam tandem ex caeca haeresis caligine ad claram divinamque lumen libertatis Catholica regrediantur. Qui quidem si post hoc Concilium lethale pestilentis doctrinae venenum evomere noluerint, omnesque Arii blasphemias ex animis suis radicitus evellere, atque adeo illis anathema indicere; sciant se pariter cum Ario & ejus discipulis, cum aliis serpentibus, utpote Sabellianis, Patropassianis, & alterius haeretica pravitatis cujuscumque modi sectatoribus a communione Ecclesia, quae filios adulterinos non recipit, tamquam faderis, & societatis expertes omnino exclusos esse. Deus vos, fratres carissimi, diu servet incolumes. Hactenus Liberii Papae litterae ad Orientales; quibus significabatur, iisdem, ut Catholicis, Catholicam ab omnibus impertiendam esse communionem.

XV. Liberius alias litteras dedit de restitutione Episcoporum.

Caeterum non has tantum pacificas, seu communicatorias litteras Liberius Papa Logatis dedit, sed & alias etiam, quibus Apostolica praecipiebatur auctoritate, ut iidem qui fuerant antea expoliati sedibus, post professionem fidei Catholicae habitam suis ipsorum restituerentur Ecclesiis; quarum quidem auctoritate suas singuli receperunt sedes Episcopales. Tanta enim inerat auctoritas Romano Pontifici, ut quantumlibet suspectos homines, & qui hactenus inhaesissent haereticis; jam Catholicos redditos, ejusdem Romani Episcopi arbitrio, nemo eos recipere detrectaret. Meminit S. Basilius de iisdem Liberii Papae litteris, quibus & praecipiebatur, ut inter alios ipse Legatorum primarius Eustathius reciperetur in suam Ecclesiam Sebastenam; qui eisdem ostensis in Concilio Tyanensi in Cappadocia, confestim suam recepit Ecclesiam. Porro idom Basilius (a) aperit veternosi haeretici vafrum consilium in surripiendis hisce a Liberio Papa litteris; sed de his agemus paulo post, cum de Concilio Tyanensi sermo erit. Equidem Eustathius se

(a) Basil. epist. 74.

tunc

PAGIUS VI.

Sirula & Tyanensis Synodi.

Baron. ad n. XVI. & XXVIII.

Ad num. XV. & seqq. *Synodus Sicula* anno sequenti coacta. Testatur enim Sozomenus lib. 6. cap. II. Legatos Macedonianorum Confessionem suam scriptis proditam Liberio tradidisse, *& accepit Liberii literis de rebus, qua gesta fuerant*, in Siciliam navigasse. Subdit Sozomenus cap. sequenti: *Ibi congregato Concilio, cum Episcopi illius insula eadem decrevissent, his rebus confectis, in patriam reversi sunt. Eodem tempore cum Synodus Episcoporum congregata esset Tyanis, &c. Liberii & Occidentalium literae recitatae sunt.* Quare & *Tyanensis Synodus* ad annum etiam sequentem referenda.

VII. Epistola S. Basilii Synodo Tyanensi perperam attributa.

Baron. n. XXIX.

Baronius & Collectores Conciliorum epistolam LXVIII. S. Basilii ad Tyanensem Synodum perperam revocant. Illa enim non ad Concilium Tyanense, sed ad Consilium, Curiam, vel Senatum Tyanensem a Basilio scripta. Hic quippe epistolae titulus, ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΗι ΒΟΥΛΗι ΤΥΑΝΩΝ. & hanc dictionem [illegible] pro Synodo significanda usurpatam non legimus. Id ante nos vidit Hermantius in Vita SS. Basilii & Gregorii Nazianzeni lib. 3. cap. 20. Sed is fallitur, quando scribit, eam epistolam a Basilio ad Tyanenses datam ob dissidia, quae *Anthimum* inter

Epi-

tunc habuit tamquam mimus in scœna, dum una cum suis catholicam personam induens, habitus ubique est Catholicæ fidei professor atque defensor; cum ita Apostolica auctoritate suffultus, quocumque pergeret, Synodos cogeret, Nicænamque fidem probandam omnibus anteponeret.

XVI. Quidnam vero redeuntes, inter alia loca, in Sicilia Legati egerint, Socrates declarat his verbis (a): *His, inquit, acceptis litteris Legati cum Eustathio in Siciliam proficiscuntur; ubi Concilio Episcoporum Siculorum convocato, coram illis similiter fidem Consubstantialis se servare confiteatur, fideique formulam in Concilio Nicæno confirmatam, ratam faciunt. A quibus cum litteras in eamdem cum epistola Liberii sententiam perscriptas ad Episcopos qui eos miserant, accepissent, recta reverterunt. Illi, epistola Liberii accepta, Legatos ad Episcopos cujusque civitatis, qui fidem Consubstantialis defendebant, oratum mittunt, ut omnes ex uno animorum consensu Tarsum Ciliciæ, tum ad fidem Nicæni Concilii confirmandam, tum ad omnem contentionem, quæ post illud in Ecclesia oriebatur, dirimendam, commearent. Quod quidem fortassis factum fuisset, nisi Eudoxius sectæ Arianæ Episcopus, qui tum gratia apud Imperatorem plurimum poterat, obstitisset; qui propter Concilium editum permagna iracundiæ flamma incensus illos gravissimis affecit incommodis. Macedonianos vero per Legatos, quos miserunt, cum Liberio communicasse, fidemque Concilii Nicæni ratam fecisse, Sabinus etiam in libro suo,* De collectione rerum in Conciliis gestarum, *perspicue declarat.* Hactenus Socrates: at id de inita gratia Eudoxii cum Valente postea contigit, ut ex Theodoreto suo loco dicemus.

(a) Socrat. l. 4. c. 12.

Concilium habitum in Sicilia.

XVII. Antequam autem res ab eis gestas ulterius prosequamur, deque Concilio Tyanæ in Cappadocia ea de causa habito agamus; reliqua, quæ ejusdem legationis tempore in Occidente sunt gesta, ordine prosequamur. Constat ex litteris Illyricorum Episcoporum, Eustathium legatum cum suis ad eos quoque in itinere profectum esse, atque pariter sicut Romæ & in universa Italia fecerat, fidem Catholicam prædicasse. Quod igitur visi essent Legati rem serio agere, Liberius Papa magnam inde sibi fiduciam comparavit, ut universus Christianus orbis sub una fide Catholica, ipsaque professione Nicæna, Ariana hæresi procul ejecta, redigi posset. Qui & ad id ipsum perficiendum haud impigre laboravit, sed omnes plane Apostolicæ functionis nervos contendit: nam non satis sibi visum Romæ ea de causa Synodum agere, sed & Legatos tum ad Illyricos, & inde ad Asianos perducendos, tum in Gallias misit, & ad alias Occidentis provincias, ex more, ut de fide Catholica Orientalium ad Ecclesiam redeuntium universam Occidentalem Ecclesiam redderet certiorem; quod & factum est, antequam Legati remearent in Orientem. Etenim Sozomenus (b) tradit, eosdem Legatos redeuntes in Orientem tulisse secum litteras ab Episcopis Italiæ, Galliæ, Africæ, & Siciliæ. Tunc autem per Liberium ad Illyricæ Ecclesiæ Episcopos, necnon ad Asianos Legatus est missus: fuit hic (ut ipsorum declarant litteræ) Elpidius Romanæ Ecclesiæ presbyter, & fortasse ille ipse Elpidius, qui cum Philoxeno alias missus est Legatus a Julio Papa ad Arianos in Orientem. Quid vero per eumdem Apostolicæ sedis Legatum in Illyrico actum sit, litteræ Synodales in ipsorum conventu ab eisdem conscriptæ significant, quas recitat Theodoretus, sed confuso plane rerum gestarum ordine, dum eas post ordinationem S. Ambrosii Episcopi Mediolanensis perperam collocat; quas hoc tempore Eustathianæ legationis datas esse, eædem litteræ aperte declarent; ipsa autem synodalis epistola sic se habet (c).

Liberius pro fide Catholica naviter agit.

(b) Sozom. l. 6. c. 12.

Legatio ad Illyricos.

(c) Theod. l. 4. c. 8.

XVIII. *Episcopi Illyrici, Ecclesiis Dei, & Episcopis diœceseos Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, & Pacatianæ, in Domino S.*

Cum in unum essemus coacti, & diu multumque de salutari verbo disceptatum esset; tandem confirmavimus, Trinitatem consubstantialem esse, Patrem, Filium & Spiritum sanctum. De qua re consentaneum videbatur litteras ad vos perscribere, non captiose & vafre ea quæ ad cal-

Illyricorum Episcoporum Epistola Synodalis.

PAGIUS Episcopum Tyanensem, & *Eusebium* Cæsareæ Antistitem versabantur. Nam ex epistolæ lectione Basilium de dissensione, quæ inter se & alium, nempe Eusebium, vertebatur, loqui manifestissime patet. *In* eam sententiam abreptus Hermantius, quod existimarit, Basilium anno trecentesimo sexagesimo sexto in gratiam rediisse, & *Concilium Tyanense* anno tantum CCCLXVII. coactum fuisse. Verum hæc Synodus indicta vivente adhuc Liberio, quem certum est anno sequenti ad Deum migrasse, & præterea ea Basilii cum Eusebio reconciliatio anno trecentesimo septuagesimo peracta, ut certis argumentis infra ostendam. Porro vocem ΒΟΥΛΗ Consilium, Senatum & Curiam proprie significare demonstrat Andreas Morellius V. C. in Specimine universæ Rei Nummariæ antiquæ pag. 63. explicans Nummum Marci Aurelii, in cujus postica legitur, ΒΟΥΛΗ ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝ, id est, *Senatus Pessinuntiorum*. Erat *Pessinus* Phrygiæ quondam, postea Galatiæ urbs. Cæterum jam Viris doctis observatum, in epistola 73. D. Basilii, quam Baronius in Annalibus laudat, emendandam esse ser-

sio-

cultum Trinitatis pertinent tradendo, sed cum humilitate animi de illis decernendo. Has nostras litteras misimus per dilectum fratrem nostrum & collegam Elpidium presbyterum. Est quidem litteris proditum, non in epistola nostra manuscripta, sed in libris Salvatoris nostri Jesu
(a) 1. Cor. 1. *Christi (a): Ego sum Pauli, ego vero Apollo, ego Cephæ, ego Christi: Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Atque nostra modestia his potuisset esse contenta, ut nullas omnino litteras ad vos scriberet: quippe cum vestra prædicatione, qua Spiritum sanctum a Patre & Filio separatis, tantus terror omnibus provinciis, quæ a vobis administrantur, injectus sit. Itaque coacti sumus dominum & collegam nostrum Elpidium cum litteris Romam, quæ est caput Imperii, ad vos mittere, ut discat, utrum vestra prædicatio ita se habeat, an non. Nam qui opinantur Trinitatem non esse consubstantialem, anathema sunto. Et si quis cum hujusmodi communicare deprehensus sit, anathema esto. His autem qui prædicant Trinitatem consubstantialem esse, regnum cælorum paratum est. Quare obsecramus vos, fratres, ne aliud doceatis, neve aliud opinemini; sed prædicetis perpetuo Trinitatem consubstantialem esse, quo possitis hæredes regni Dei effici.*

XIX. *Dum hæc de re scriberemus ad vos, commonefacti sumus, ut in his nostris litteris scriberemus etiam de Episcoporum, collegarum scilicet nostrorum institutione; ut si quo modo fieri queat, e magistratibus qui probata spectataque fide fuerunt, Episcopatu functuri, cooptentur: sin autem tales non reperiantur, e sacerdotum collegio. Ad eundem modum tum presbyteri, tum diaconi de ordine sacerdotali sumantur, ut omni ex parte inculpati sint, minime vero de curia aut militum ductoribus. Atque propterea non erat animus ad vos pluribus scribere, quod unum omnium nomine ad vos misimus dominum & collegam nostrum Elpidium, ut accurate discat, utrum vestra prædicatio ita se habeat, uti a domino & collega nostro Eustathio accepimus. De cætero, fratres, tametsi dudum in errore versati estis; tamen vetere homine deposito, novum induite. Atque idem ipse frater & collega noster Elpidius docebit vos veræ fidei prædicationem, nimirum quod S. Trinitas consubstantialis est, & Deus Pater cum Filio & Spiritu sancto sanctificatur & glorificatur; & quod Pater in filio exsistit, & Filius in Patre una cum Spiritu sancto in omnem æternitatem.*

Alia decreta Synodi Illyricæ.

XX. *Qua re perspicue declarata, poterimus vere confiteri sanctam Trinitatem consubstantialem esse, uti formula fidei olim in Concilio Nicæno edita vult; quam etiam Patres nostri confirmarunt. Itaque hac fide prædicata, poterimus scelesti dæmonis retia evitare; quo represso, copia erit cum nos per litteras ad pacem conciliandum mutuo salutandi, tum vitam quietam tranquillamque degendi. Proinde scripsimus ad vos, ut Arianos, qui sunt Concilii sententia abdicati, possitis cognoscere: qui quidem neque Filium Dei ex Patris essentia constare, neque Spiritum sanctum confiteri volunt; quorum nomina subjunximus; Polychronius, Telemachus, Faustus, Asclepiades, Amantius, Cleopater. Atque hæc quidem ad hunc modum acta sunt, ad gloriam Patris, & Filii, & Spiritus sancti in sæcula sæculorum, Amen. Vos ad multorum annorum curricula optamus in Domino Patre & Filio Salvatore nostro Christo, cum sancto Spiritu, valere plurimum.* Hucusque epistola Illyricorum. Quid autem actum sit per Elpidium in Asia, ignoratur.

Fidei professio.

XXI. Porro his literis synodalibus accesserunt litteræ Imperatoriæ ad eosdem Asianos conscriptæ, quas recitat Theodoretus, hæcque præfatur (b): *Citabo, inquit, quoque legem quæ & pietatem perspicue ostendit Valentiniani; & sanam eisdem Valentis de religione doctrinam, quam eo tempore amplectebatur, manifeste declarat.*

(b) Theod. l. 4. c. 8.

Imperatores Maximi semper Augg. Victores, Valens & Valentinianus, Episcopis diœcesis Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ in Domino S.

Ubi frequenti in Concilio in Illyrico coacto multum in utramque partem de salutari Dei Verbo disceptatum erat; beatissimi Episcopi Trinitatem consubstantialem esse, Litteræ Imperatorum.

PAGIUS sionem Latini Interpretis, qui perperam habet: *Est Nicæna Fides, quam Occidentales attulerunt, Tyanensique Synodo tradiderunt.* Loco enim *Occidentales*, legendum, *ab Occidente*, cum in Græco habeatur, ἀπὸ τῆς δύσεως, & qui Fidem præfatam Roma in Orientem attulerunt, eamque Synodo Tyanensi obtulerunt, non Occidentales fuerint, sed Orientales, sc. Eustathius Sebastenus, Silvanus Tarsensis, & Theophilus Castavabalensis. Quare illa versio, quod Baronius non animadvertit, Historiæ veritati & Græco textui adversatur.

VIII. Præterea Legati Macedonianorum Tyanenses rogarunt, *ut ante exitum veris ad statutum diem, quem ipsi præscripserant, Tarsum Ciliciæ convenirent*, inquit Sozomenus citatus, qui paulo post addit: *Imperator vero Eudoxii impulsu, Concilium quod in Cilicia futurum sperabatur, diremit, scriptis ea de re literis & adjectis minis. Specialiter quoque Rectoribus Provinciarum mandavit, ut Episcopos qui Constantii temporibus depositi, postea regnante Juliano Sacerdotium recuperaverant, Ecclesiis expellerent.* Quod Valentis edictum anno trecentesimo sexagesimo septi-

Tarsensis & Cariensis Synodi. Baron. an. 366. n. XXV.

hoc est, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, certis rationibus ostendamus. A qua fide ne digitum quidem (ut ajunt) deflectentes, debito cultu religionem præpotentis Regis prosequuntur; quam etiam nostra celsitudo passim prædicari mandavit.

XXII. *Attamen non est hæc causa, cur quidam dicant se religionem sequi Imperatoris, qui hunc mundum gubernat; neglecto scilicet illius mandato, qui nobis de salute nostra præcepta dat. Est enim præceptum Evangelii Dei nostri, qui hanc habet velut ratam definitamque sententiam (a): Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Quid ergo vos dicitis Episcopi, & verbi salutaris Antistites? Quod si vos eadem decernatis; tum certe mutuo vos ipsi complectemini, & Imperatoria celsitudine nolite abuti. Nolite persequi eos Dei ministros, quorum precibus & bella sedantur in terra, & incursiones angelorum, qui a Deo desciverunt, arcentur; qui etiam orando pestiferos dæmones repellere nituntur; qui vectigalia, ubi leges postulant, pensitare non recusant; qui potestati Imperatoriæ non refragantur; sed sancte & sincere tum mandatum præpotentis Regis Dei observant, tum nostris legibus obsequuntur. At constat, vos obstinate his rebus restitisse.*

(a) Matt. 22. Luc. 20.

XXIII. *Nos patientia semper a principio usque ad finem usi sumus: vos contra animi vestri impotentia obsecuti estis. Sed nos a vestra culpa volumus esse vacui & puri; non aliter atque Pilatus, qui cum de Christo jam tum inter nos vitam agente haberetur quæstio, noluit eum interficere; & rogatus a Judæis ut Cruci affigeretur, se convertens ad Orientem, petere aquam manibus, easque lavare cœpit, simul hæc loquutus: Innocens sum a sanguine justi hujus.* ☞ Hæc caute legas: inscitia enim ejus qui Imperatori erat ab epistolis, Pilato Christum condemnanti adscribitur innocentia; perinde ac si Judæi absque Pilati sententia Christum crucifixissent. Sed pergit auctor: ☞ *Ob quam causam nostra celsitudo semper istud imperavit: Ne quis quem persequatur: Ne quis quem submergat, vocetque in invidiam Christi agricolas: Neve procuratores summi Regis exagitet; ne repugnantibus nunc nobis, nihil hinc emolumenti consequuti, postea una cum sceleris exhortatore, in ea quæ testamento ipsius sunt damna, incurratis: id quod in Zachariæ sanguine eveniebat; nam funesti illi, pereunde ac pestifer dæmon, qui cædis illius socius erat, mortis supplicio traditi, adveniente cælitus Rege nostro Jesu Christo, disrupti perierunt.*

Istud mandatum dedimus, præsentibus, audientibusque iis quæ facta sunt, Amegerio, Ceronio, Damaso, Lampone, & Brintesso. Qui hic nominantur, fuisse putantur Romani presbyteri apud Imperatorem Valentem legatione fungentes; sed subdit: Legati apud Imp.

Porro ipsa Acta ad vos misimus, ut intelligatis quæ hoc præclarum Concilium decreverit. Nam his litteris attexuimus decreta Concilii, quæ summatim complectuntur ista.

XXIV. Fides Illyricæ Synodi.

Sententiam magni & Orthodoxi Concilii Nicæni sequentes, confitemur Filium Patri consubstantialem esse. Neque certe ita intelligimus Consubstantialem, ut quidam olim exponebant, qui non sincero & ex animo Concilio Nicæno subscripserunt: Neque ut alii, qui hoc tempore illos appellant Patres, & vim hujus verbi, CONSUBSTANTIALIS, *tollunt; sequunturque opinionem eorum qui tradiderunt, per hanc vocem,* Consubstantialem, *nihil aliud significari, quam* Similem; *per quam vocem Filius nulli creaturæ per ipsum conditæ, sed soli Patri similis ostenditur. Qui ista tradunt, Filium Dei nihil aliud quam creaturam eximiam esse, impie plane definiunt. Nos autem non aliter sentimus, atque duo Concilia, quorum alterum jam Romæ, alterum habetur in Gallia: Nimirum unam eamdemque essentiam esse Patris, & Filii, & Spiritus sancti in tribus personis, hoc est in tribus perfectis, ut Græci loquuntur ὑποστάσεσι. Confitemur item (ut est in fidei formula Nicææ edita) consubstantialem Dei Patris Filium sumpsisse carnem ex sancta Virgine; inter homines habitasse; implevisseque omnem pro nobis œconomiam, nascendo, patiendo, resurgendo, & in cælos ascendendo: venturum quoque denuo, ut in die Judicii,* ... *prout*

PAGIUS ptimo ante Pascha emissum fuisse, anno CCCLXX. demonstrabo. Ex quo intelligendis, Concilium Tarsense celebrandum fuisse verno tempore anni trecentesimi sexagesimi septimi; Cariense, quod teste Sozomeno coactum erat, *cum Synodus jam congreganda esset in urbe Tarso*, ad initium anni CCCLXVII. pertinere; & Valesium in Notis ad Socratem & Sozomenum, aliosque quosdam Viros doctos male distulisse Legationem Macedonianorum ad Liberium Papam, Concilia Siculum & Tyanense usque ad annum trecentesimum sexagesimum septimum; cum eo anno jam Liberius defunctus esset, & ante Pascha ejusdem anni edictum de pellendis Episcopis post illa Concilia celebrata emanatum jam executioni mandatum fuerit, ut infra videbitur.

IX. Restat *Concilium Illyricianorum*, de quo Baronius hoc anno in Annalibus agit. Stabilita in eo *consubstantialis* Trinitatis Fides, quam totus Occidens profitebatur, ut ait Theophanes in Chronico. Præterea Sozomenus lib. 6. cap. 22. ait, cum de Spiritu Sancto mota esset quæstio, decretum fuisse, eum Patri & Filio consubstantialem esse, & Episcopi Romani judicio controversiam diremtam. Ubi Sozomenum de

Synodus Illyriciana. Baron. num. XVIII. & seqq.

prout quisque se gessit in vita, reddat cuique: carnis universa visum fore; divinam suam demonstraturum potentiam; Deum carne indutum, non hominem indutum Divinitate (ne quis scilicet existimaret Divinitatem mensura hominis circumscriptam.) *Illis autem qui contraria sentiunt, anathema denunciamus. Pari ratione his, qui non ingenue dicunt anathema et qui asserit Filium non ante fuisse quam nasceretur, sed tradit eum vi & facultate prius in Patre fuisse, quam re ipsa genitus esset, anathema denunciamus. Nam istud dici potest de omnibus creaturis, quæ non semper cum Deo sunt; sicut Filius semper cum Patre est, æterna generatione genitus.* Hactenus professio Synodi Illyricæ apud litteras Imperatorio summatim expressa.

XXV. Valentis potius quam Valentiniani litteræ.

Verum has litteras a Valente potius, quam a Valentiniano esse conscriptas, illud in primis persuadet, quod in earum titulo primo loco nomen Valentis habetur inscriptum, quodque etiam Valentinianus hoc tempore in Galliis ageret (ut Ammianus est auctor) in expeditione adversus Alemannos; & cum non Orientali, sed Occidentali præesset Imperio; haud ejus partium esse videbatur, ut Asianos Episcopos a recto fidei tramite deviantes admoneret, sed erat id potius operis ejus germani atque collegæ Valentis. Sed & si ad eos quacumque velimus ratione illum scripturum fuisse, ipse in Galliis agens, Galliarum potius Concilii fidem Catholicam, instar Romanæ, misisset, quam Illyricæ, cum alioqui omnes fidei formulæ unius ejusdemque sententiæ essent. Porro amplam a Deo mercedem Valens ex his consecutus est, ut ex insperato ab ingruente ac validius prævalente Procopio tyranno, ejus nutu liberaretur: quomodo autem id acciderit, dicturi sumus anno sequenti, quo id ipsum fieri contigit.

XXVI. Epistola Episc. Italiæ ad Illyricos.

☞ Illyricis igitur Nicænam fidem recipientibus congratulati sunt Italiæ Episcopi, ejusmodi litteras ad eos dantes, quas liber S. Hilarii fragmentorum Synodi Ariminensis, nuper editus, tibi exhibet istis verbis (*a*):

(*a*) *Hilarii fragm. l. 2. pag. 38. 39.*

Dilectissimis fratribus per Illyricum fidem paternam retinentibus, Episcopi Italiæ, in Domino æternam salutem.

Divini muneris gratia, ut secundum Apostolum omnes unum sapere, omnes unum confiteri cœperimus; & quantum ad Italiam quidem pertinet, cum fides paterna, hoc est apud Nicæam scripta se reddidit, fraudem quam passa est apud Ariminum recognoscens, Illyricum etiam Deum clementi nutu respexisse gaudemus, & consortia infidelitatis, qua gravabatur, abjecto, ea quæ sunt recta sententia probare cœpisse, gratulamur. Nostram igitur, dilectissimi fratres, unam eamdemque accipite firmam subscriptione sententiam. Nicæni tractatus adversus Arium, Sabelliumque, cujus Photinus partiaria hæreditate damnatur, decreta servamus. Ariminensis Concilii statuta quorumdam tergiversatione corrupta, consensu omnium provinciarum jure rescindimus, quorum etiam exemplaria transmittenda censuimus, ut nec in fide retinenda, nec in confutando Ariminensi Concilio aliqua videretur condissensio.

Quicumque igitur nostræ unanimitatis optat habere consortium, quicumque individuam pacem nobiscum habere desiderat, quæ sunt nostræ sententiæ comprobare festinet, & fidei nobis memoratæ subscriptionem, & rescissionem Ariminensis Concilii sine ambiguitate mittendo. Id certe petimus, quod complurium harum provinciarum porrigimus ipsi consensum. Auctores autem hæresis Arianæ, vel Ætianæ Valentem & Ursacium cæterosque eorumdem consortes, non nunc esse, quod manifestari apud Illyricum cœperunt, sed olim condemnasse manifestum est. Explicit. XXVII. Ita quidem Episcopi Italiæ, utque Liberii auctoritate isthæc omnia pertractantis, in unum collecto Concilio. ☜

XXVIII. Synodus Tyanensis.

His itaque in Occidente a Liberio Papa rebus gestis, ipsisque Legatis ad propria redeuntibus; factum est, ut iidem Legati remeantes ab Occidente, nempe Eustathius Episcopus Sebastiæ atque alii collegæ, ad Synodum, quæ a Catholicis agebatur Tyanæ civitatis Cappadociæ (est enim civitas ad radicem Tauri montis posita) se conferrent cum Liberii litteris, quibus inter alia ipse in sedem suam restitui Eustathius petiit: quod absque controversia omnes, primæ sedis veriti majestatem ac pariter auctoritatem, commu-

PAGIUS de Concilio Illyriciano loqui, licet ejus mentionem non faciat, recte vidit Nicephorus lib. 11. cap. 30. qui eo de Spiritu Sancto narrans, recitat literas Valentiniani Imp. *ad Episcopos Diœcesis Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ*: ac postea epistolam Synodicam Illyricianorum ad eosdem Episcopos: quam utramque epistolam Theodoretus lib. 4. cap. 8. & 9. etiam recitat. Certum itaque, in ea Synodo *consubstantialem* Trinitatem comprobatam; sed quo anno ea habita fuerit, hactenus valde obscurum.

X. *Anno CCCLXXII. aut insequenti coacta.*

Eam tamen anno trecentesimo septuagesimo secundo aut insequentis initio congregatam existimo, ideoque non *Liberio*, sed *Damaso* sedente, ut ex mox dicendis intelligi poterit. Habita est hæc Synodus post acceptam epistolam Synodi Romanæ, de qua agam anno CCCLXIX. quæ scripta fuit ad Episcopos Illyrici, quam referunt Sozomenus lib. 6. cap. 23. & Theodoretus lib. 2. cap. 22. nam in fine hujus epistolæ, Episcopi Synodi Romanæ Illyricianos invitant, ut fidem a se expositam amplecti velint; *Vestra igitur reverentia judicium*

ni sententia fieri decreverunt. Meminit ejusmodi Synodi Tyanensis Sozomenus (a) his plane verbis: *Eodem tempore, dum Eusebius Episcopus Caesareae Cappadociae, Athanasius Ancyrae, Pelagius Laodiceae, Zenon Tyri, Paulus Emesae, Otreius Meletinae, & Gregorius Nazianzi Episcopus* (pater hic fuit Gregorii Theologi) *& alii multi, qui regnante Joviano Antiochiae decernebant doctrinam, quod Filius sit Patri consubstantialis, tenendam esse: Dum, inquam, isti nuper Tyanae Concilium habent, litterae Liberii & aliorum Episcoporum Occidentis recitantur. Ex quibus permagnam capientes laetitiam scripserunt omnibus Ecclesiis, ut tum decreta Episcoporum Occidentis, tum litteras Liberii & aliorum Episcoporum Italiae, Africae, Galliae ad occasum Solis spectantis, & Siciliae (horum enim litteras quoque Legati ex Concilio Lampsaceno ad eos missi attulerant) diligenter perlegerent; deinde numerum omnium (Concilium enim Ariminense multitudine longe superabant) secum subducerent; tum & doctrina se illis & communione socios adjungerent; deinceps ut in ea sententia se esse suis ipsorum litteris declararent; postremo ut ad certum diem, quem praestituerant, dum adhuc ver esset, Tarsi Ciliciae in unum convenirent. Atque hi quidem hoc modo ad conveniendum in unum locum se mutuo ipsi cohortati sunt.* Hactenus de gestis in Synodo Tyanensi summatim Sozomenus.

(a) Sozom. l.6. c.12.

XXIX. At quod insuper de hac eadem Synodo Tyanensi, ex Basilio Magno diversis in locis licuit invenire, hic in medium adducamus: Atque illud in primis, quod cum ipse adhuc agens in solitudine accepisset de ejusmodi collecto conventu, scissetque illuc convenisse inter alios Eusebium Episcopum Caesareae Cappadociae, qui jam a tempore suae ipsius creationis adversus ipsum Basilium simultatem gerebat, cujus rei causa (ut dictum est) idem Basilius in solitudine se receperat; opportunum sibi visum est, ad eamdem Tyanensem Synodum litteras dare, quibus significaret, nihil antiquius apud se esse, quam pacem cum omnibus exoptare. Porro litterae ad conventum Tyanensem conscriptae sic se habent (b):

(b) Basil. epist.68.

XXX. *Profunda detegens & cordium consilia perscrutans Dominus dedit etiam humilibus prudentiam difficilium (ut nonnulli existimant) machinamentorum. Nihil igitur nos latuit, neque ex factis aliquid occultatum. Attamen nos neque videmus, neque audimus quippiam aliud, quam Dei pacem, & quae ad ipsam maxime spectant. Si enim alii potentes atque magni sint, suisque viribus confisi; certe nos, qui nihil sumus, & parvae auctoritatis, numquam nos attollemus, ut in solitudine possimus rebus superesse, cum exacte sciamus nos magis uniuscujusque fratrum auxilio indigere, quam altera manus alteriur. Porro quod in ipsa corporis structura communio est necessaria, Dominus nos docuit. Cum enim haec ipsa nostra membra respicimus, quod unum non sibi ipsi ad functionem satis est: quomodo censebo, me ipsum mihi sufficere ad vitae negotia obeunda? Neque enim pes tuto ierit, altero non sublevante. Neque oculus ita recte viderit, nisi alterum habeat socium, & cum eo unanimiter visibilibus se obiiciat. Jam auditus exactior est, qui per utrosque meatus vocem recipit: & multo validior apprehensio digitorum communione.*

Basilii epistola ad Synodum Tyanensem.

XXXI. *Ad haec nihil eorum vel quae a natura, vel quae ex instituto recte peraguntur, sine consortis conspiratione perfici videmus, cum etiam deprecatio ipsa consonantes non habens multa est invalidior. Ac Dominus dixit, cum duo vel tres unanimes ipsum invocant, in medio se illorum fore. Insuper dispensationem ipsam Dominus suscepit, ut per sanguinem Crucis ipsius, sive terrena sive caelestia pacificaret. Quare ob haec omnia, in pace manere vitae nostrae residuos dies precamur: in pace esse dormitionem nostram optamus. Pro hac neque laborem effugere qualemcumque decrevi; non humile quicquam sonare vel facere; non itineris longitudinem abhorrere; non aliud quid molesti detrectare, ut ex praemiis pacificationem consequamur. Et si quis haec nos docentes sequatur, hic optimus etiam precationis terminus existit: sin autem in diversum trahatur, ego quidem neque sic a meo judicio recedam: singuli autem ipsimet suorum operum fructus in die retributionis agnoscent. Vale.*

Basilius pacem quaerit cum suo Episcopo Eusebio.

Le-

PAGIUS *cum omnium Sacerdotum judicio consentiat: in qua fide vos stabiles & firmos manere confidimus.* Episcopi Illyrici, cum hanc epistolam accepissent, Legatos suos miserunt ad Valentinianum Augustum, postulantes ut in unum coeundi, & Fidem Catholicam exponendi liberam ipsis facultatem concederet; quod nos docuit Theophanes in Chronico, ubi ait: Episcopi *facta sua petitionibus a Valentiniano potestate, Synodum in Illyrico coegerunt, qua Nicaenam Fidem expositam confirmavere.* Baronius quidem ad hanc Synodum Romanam refert aliam epistolam ad Illyricianos Episcopos scriptam, quae legitur in Fragmentis S. Hilarii. Verum, ut ostendam anno CCCLXIX. ea Synodica scripta ab alia Synodo Romana, quae inter eas, quae sedente Damaso congregatae sunt, prima dici debet. Porro Synodum Illyricianam circa annum CCCLXXII. indictam ostendunt quae dicam anno CCCLXIX.

XI. Baronius existimat, epistolam Imperatoriam ad Asianos scriptam, quam recitat Theodoretus lib. 4. cap. 8. Valenti, non vero Valentiniano ejus fratri attribuendam, in quo sine dubio

Lectis his in Synodo litteris, haud potuit tam sancta justaque tanti viri postulatio sperni: quamobrem effectum est, ut Eusebius Basilium pacem rogantem, licet sero, tandem eandem impertiret. Quo modo autem ex Synodo reversus ad suam Cæsariensem Ecclesiam cum en eremo accesiverit, suo loco inferius dicturi sumus. Nunc vero Acta Tyanensis Synodi prosequamur.

XXXII. Eustathius Sebasten in sedem restituitur. Cum igitur Eustathius atque collegæ in Synodum admissi, Liberii Romani Pontificis litteras communicatorias, atque aliorum Occidentalium Episcoporum una cum professione Nicæna recitandas obtulissent; ab omnibus æque, ut Catholici, communicatione Catholica digni habiti sunt; insuper secundum mandatum Romani Pontificis, cujus extabant speciales litteræ, idem Eustathius Sebastenus Episcopus in suam sedem restitutus est. Sunt de his omnibus Basilii litteræ testes: qui quidem probe sciens omnia hæc subdole a Legatis in Synodo actitata esse, & nihil aliud habuisse apud eos Nicænam confessionem, nisi ad decipiendum extitisse mentitam larvam; voluit de his in primis suos admonuisse monachos, ad quos hæc inter alia (a): *Est, inquit, Nicæna fides, quam Occidentales attulerunt, Tyanensique Synodo tradiderunt, a qua & suscepti sunt. Sed habent astutum quoddam dogma ad ejusmodi suas mutationes paratum. Nam verbis fidei more medicorum utuntur pro commoditate, aliter atque aliter sese ad affectionum rationem ac varietatem attemperantes, &c.*

(a) Basil. epist. 73.

XXXIII. Eustathii Sebasteni res gestæ. Quin etiam alia occasione idem Basilius postea admonuit Occidentales, qui ab Eustathio decepti essent sub prætextu Catholicæ confessionis; atque qualis ipse Eustathius fuerit, a cunabulis pene ad illud usque tempus res ab eo gestas summatim perstringens, his insinuat verbis (b): *Est itaque unus ex illis, qui plurimum excitant turbarum, Eustathius ex Sebastia minoris Armeniæ. Hic olim institutus ab Ario, cum is Alexandriæ florens impias adversus Unigenitum Dei blasphemias strueret, sectator illius, & inter selectissimos discipulos connumeratus fuit. Postea quum vero ad suos reversus, a beatissimo Hermogene Cæsareæ Episcopo propter impiam opinionem condemnaretur; confessionem illi obtulit sanæ fidei, atque ita manus impositionem ab ipso obtinuit. Ubi vero dormitionem accepit Hermogenes, mox ad Eusebium Constantinopolitanum sese contulit, qui & ipse nihilominus impium Arii dogma tuetur* (hic est Eusebius, qui antea Nicomediensem Ecclesiam rexerat, antesignanus Arianorum.) *Inde postea quibusdam ex causis pulsus, ad patriam sese recepit; illisque denuo erroris purgationem obtulit; sed ita, ut celata & obtecta mentis impietate, quamdam exhiberet verborum rectitudinem. Mox vero ubi utcumque adeptus est Episcopatum, anathematismum contra Homousion in Synodo Ancyræ habita scripsisse deprehenditur. Ex illa ad Seleuciam profectus, cum illis qui ejusdem haber opinionis, ea gessit, quæ omnes norunt. Constantinopoli vero iterum ad ea quæ ab hæreticis proposita sunt, consensit.*

(b) Basil. epist. 74.

XXXIV. Eustathius cur & quando depositus. *Atque ita Episcopatu ejectus, propterea quod in Melitina Synodo depositus esset, viam sibi ipsi, per quam restitueretur, excogitavit, eam videlicet, ut ad vos proficisceretur. Quæ vero sint illi a beatissimo Episcopo Liberio proposita, & ad quæ consenserit, nobis clam est, nisi quod epistolam attulit, per quam restitueretur: eam ubi Tyanææ Synodo exhibuit, in suum locum restitutus est. Iste itaque jam fidem eam, in quam receptus est, depopulatur; cumque illis facit, qui Homousion anathemate percellunt; deinde & hæresi patrocinatur eorum, qui Spiritum sanctum spoliant Divinitate. Quoniam igitur istinc vires accepit lædendi Ecclesias, ac publicandæ suæ impietatis fiduciam, quam vos dedistis, ad subversionem multorum usus est; necesse est, ut istinc quoque veniat malorum istorum correctio; scribaturque Ecclesiis, quibus quidem conditionibus ad communionem susceptus sit; simul vero indicatur, quomodo jam mutata sententia, gratiam a Patribus qui tum erant, acceptam, irritam reddat.* Hactenus de Eustathio Basilius ad Occidentales.

XXXV. Res Eustathii post Synodum Tyanensem. Idemque in eosdem Legatos hæc ad Patrophilum (c): *Non cogitant*, inquit, *quod Romæ scriptum ipsorum, quo Nicænam fidem confessi sunt, reconditum habetur; nec quod a Roma acceptum libellum Tya-*

(c) Basil. epist. 82.

PAGIUS

Illyricum Valentiniano subditum fuit.

Baron. num. xxi. & seqq.

bio fallitur: data enim ea a Valentiniano, cui integrum *Illyricum* parebat, quique Fidem Catholicam, a qua Valens abhorrebat, tuebatur. *Illyrici* administratio varie ab Antiquis Principibus composita est, laxatis eorum arbitrio, vel restrictis Provinciarum finibus; donec ex Constantini M. decreto quatuor Præfecturæ institutæ sunt, sc. Galliarum, Illyrici, Italiæ & Orientis. Tunc Præfectura *Illyrici* compacta est ex *Pannoniis, utroque Norico, Dalmatia, Dacia, Mœsia, Dardania, Macedonia, Achaia, Thessalia, utraque Epiro & Creta*, teste Zosimo, qui solus hujus corporis membra distinxit. *Sirmium* autem, Pannoniæ secundæ civitas, erat Illyrici caput, ut est diserte *Anemius* civitatis illius Episcopus in Synodo Aquileiensi anno CCCLXXXI. *Caput Illyrici nonnisi civitas Sirmiensis*. Unde *matrem urbium* eam vocat Ammianus; ibique Principum Romanorum Regiam seu Palatium fuisse docet lib. 21. & 26. & Zosimus lib. 4. Hic quoque erat Illyricianæ Præfecturæ sedes, ut colligere licet ex eodem Ammia-

Tyanensi Synodo obtulerunt; quin & apud nos eamdem hanc fidem habens Eustathius in sedem repositus est. Quin & propriæ orationis obliti sunt, quæ cum in medium tunc constituti essent, de seductione conquerebantur, qua illecti consensissent volumini, quod ab Eudoxii congregatione compositum fuerat. Quocirca & erroris illius istam excogitarunt defensionem, ut Romam abeuntes, Patrum inde fidem acciperent; atque ita noxam, qua Ecclesias ex mali consortio læserant, per melioris inductionem corrigerent. Sed qui tam longinquarum profectionum laborem sustinuerunt, tamque sapienter tum ista concionati sunt, nunc conviciantur: Ut agnoscas eos dolose legatione illa functos esse, & sub prætextu charitatis, insidiantium fraudem occuluisse. Et quæ jam circumferuntur, manifestum faciunt, quod Nicænam fidem condemnaverint. Et inferius, cum eumdem Eustathium tradit una cum hæreticis maximam excitasse adversus Catholicos persecutionem, a quibus in communione minime receptus fuisset, hæc subdit: *Tamquam Homousiastæ persecutionem patimur. Eustathius vero Sebastenus, qui Roma acceptum Homousion in charta usque ad Tyanenses attulerat, jam illis consensit, licet plurimum desiderans ipsorum communionem obtinere nequiverit; sive quod illi multitudinem contra se consentientium metuerint; sive quod hujus veriti sint auctoritatem.* Hæc omnia Basilius. Sed & de Eustathio eadem plane Epiphanius (a) habet his verbis: *Persecutionem passus est cum Basilio*, Ancyrano scilicet, & *Eleusio, ac reliquis. Visus est autem & ad Liberium beatum Romæ Episcopum una cum multis Episcopis Legatum agere, & editioni Synodi in Nicæa factæ, ac rectæ fidei confessioni subscribere; verum postea velut recordatus & ex somniis expergefactus, rursum priora prava opinionis Arianorum consectari non destitit.* Ita ipse.

(a) Epiph. hæres. 75.

XXXVI. Ex tota hac autem facti hujus serie illud in primis consideratione dignum putamus; tantam etiam ab hæreticis cognitam fuisse Romani Pontificis auctoritatem, ut iidem jam ante sede privati, licet postea in communi Concilio inter se habito fuerint cum aliis in communionem accepti, & ad sententiam dicendam admissi; tamen in propriam restitui sedem, e qua ob hæresim depositi essent, id non Synodi cujusquam, sed Romani tantum Episcopi esse muneris rati; ut id assequi possent

Romani Pontificis summa potestas cognita etiam ab hæreticis.

PAGIUS miano lib. 15. quod etiam Justinianus annotavit Novella 11. *Antiquis temporibus, Sirmii Præfectura constituta, ibique omne fuerat Illyrici fastigium, tam in civilibus, quam in Episcopalibus causis.* Deinde sectum est in duas partes Illyricum, ita ut Diœcesis Macedoniæ, quæ Macedonias primam & secundam, Thessaliam, Achaiam, & utramque Epirum complectebatur, & Diœcesis Daciæ, adjunctæ sint Orientis Imperio, sub dispositione Præfecti Prætorio Illyrici, cujus sedes constituta est *Thessalonicæ*: Pannoniæ, utrumque Noricum, & ceteræ Provinciæ retentæ sint in Occidentis Imperio, sub Præfectura Prætorio Italiæ & Vicario Sirmii. Quæ omnis docte a Marca in Differt. de Primatu Lugdunensi num. XXX. & sequenti observata.

XII. Diviso inter filios Constantini Orbe Romano, solidum *Illyricum* absque ulla sectione cessit Occidentis Imperio, quod *Constantinus* & *Constans* obtinuere; relicto penes *Constantium* Oriente, ut notavit Zosimus. Eandem formam secutus est *Valentinianus senior*, quemadmodum testatur idem Auctor lib. 4. Eandem divisionem referunt Sozomenus lib. 4. cap. 6. Theodoretus lib. 4. cap. 4. Ammianus quoque, testatur totum Illyricum Valentiniano paruisse, ut patet ex iis quæ lib. 30. de Epirotis narrat. Denique, *Probo* Illyrici Præfecto, Occidentis Imperio subjectam fuisse Diœcesim Macedonicam anno CCCLXVIII. testatur Lex 7. Cod. Theod. *De Metallis*. Post Valentiniani senioris obitum, Italia, Africa & Illyricum *Valentiniano II.* paruere, teste Zosimo lib. 4. Nec Illyricum in Occidentale & Orientale divisum ante Theodosium M. in consortium Imperii ascitum, ut anno CCCLXXX. monstrabo. Quare, cum *Illyricum* integrum Valentiniano subesset, quando Concilium Illyricianum celebratum, non dubium, quin literæ Imperatoriæ Synodicis adjectæ, scriptæ fuerint a Valentiniano, eoque tempore, quo Valens Orthodoxos persequebatur. Hinc *Valentinianus* in ea ad Asianos epistola, quam refert Theodoretus loco citato, Episcopis exprobrat, quod longa ejus patientia abusi fuerint, & contumaces ac rebelles apparuerint. Licet vero trium Imperatorum nomina in ea ad Asianam Diœcesim epistola legantur, ea tamen a *Valentiniano* data. Hic enim de more illorum temporum Valentis etiam non consulti nomen apposuit. Deceptus est autem Theodoretus lib. 4. cap. 7. quando hinc intulit, nondum *Valentem* Orthodoxos persecutum esse, quando ea epistola missa. Nihil enim in Valentis favorem magis inde concludi potest, quam ex restitutione *Athanasii* in Sedem Alexandrinam in gratiam *Constantii* ab eo prorsus aversi, sed *Constantis* fratris voluntati sese accommodantis. Licet enim tam Constantius, quam Valens ad sectam Arianam omnino propensi fuerint, sæpe tamen ea aut præstare, aut tolerare coacti sunt, quæ magis cum bono publico & propriis commodis congruerent. Sed uterque ostendit quantum differret Imperator, qui proprio instinctu agit, ab illo qui ad Collegæ nutum, arbitriumque se flecteret. Quare ex persecutione a *Valente* decreta male quis inferret, eum non permisisse, ut *Valentinianus Orthodoxorum patrocinium susciperet. Valentem fratrem & Gratianum filium data sententia socios adhibuit*, in eo edicto promulgando, sc. Valentinianus, ut tradit Theophanes, cui Cedrenus subscribit. Quare, cum *Gratianus* anno tantum Christi trecentesimo sexagesimo septimo mense Augusto, imperator nuncupatus fuerit, neque Baronii, neque Valesii sententia stare potest. Prior enim eam Synodum anno præsenti coactam dicit, alter in Notis ad Socratem lib. 4. cap. 12. eam confert

Non Valens, sed Valentinianus scripsit, ad Episcopos Asianos.

sent, illuc publicæ legationis functione commigrarint, & fidem Catholicam professi sint, ut sic tum communionem Catholicam, tum etiam sedes, e quibus damnati excidissent, absoluti reciperent. Vides & illam Orientalium Episcoporum, eorum inquam qui Tyanæ convenerant, mirificam erga eumdem Romanum Pontificem observantiam. Etenim semel inspectis allatis ab Eustathio Liberii Papæ litteris, eumdem ut Catholicum in communem recepere consessum, atque in Sebastenam Ecclesiam restituerunt, hominem alioqui ipsis omnibus, utpote gentilem suum, probe notum; quem non ignorarent antiquum discipulum Arii, atque in heresim sæpe relapsum esse, & ad postremum Eudoxii blasphemiis Constantinopoli editis subscripsisse; sed his omnibus præstare Apostolicæ sedis litteras arbitrati, nequicquam vel leviter saltem tergiversari sunt ausi, verum paribus votis obsequuntur Apostolicæ sedis Antistiti, nefas ducentes ejus decretis obniti.

XVII. *Liberius excusatur.* Erit fortasse, ut quis nimiæ facilitatis Liberium arguat, qui ejusmodi nebulones alias sæpe damnatos absolverit, eisdemque cum Catholica communione restituerit quoque sedes. Sed quis umquam potuit a subreptione reddi securus? Venerunt isti Romam non ut privati, sed publica legatione muniti, ac litteris libellisque sinceræ fidei cum sua ipsorum, tum etiam plurimorum Orientalium Episcoporum subscriptione firmatis, quibus tum in primis Arianam, tum alias hæreses, detestabantur. Quis igitur publicæ fidei, adeoque testatæ, aliquid derogandum putasset, ac non (ut par erat) redeuntibus ad fidem Catholicam Orientalibus occurrendum potius cum panibus (ut est apud Isaiam *a*) quam renitendum, existimasset? Quod si culpa fuit, subreptores subdolos non cavisse, ea nequaquam uni est adscribenda Liberio, sed & ipsi Romano Concilio ea de causa tum coacto; immo & in alias quoque Synodos, ac denique in totius Occidentis Episcopos refundenda videtur, qui eorumdem Legatorum scriptos fidei libellos accipientes, eadem ipsos cum Romano Pontifice Catholica communicatione dignarunt. Certe quidem nihil optatius his temporibus accidere potuisse piis omnibus, quam ut Ariani Nicænæ fidei perpetui oppugnatores, tandem post aspera atque sævissima bella pacem Catholicæ Ecclesiæ lassi ac defatigati jam quærerent; quibuscum eo indulgentius agendum videretur, quo major esset delinquentium multitudo, & difficilior, immo desperata cura salutis: at de his jam satis. Hæc autem omnia a tempore Concilii Lampsaceni usque ad absolutam Synodum Tyanensem excessisse hujus anni terminum, & occupasse partem sequentis, ob rerum multiplicitatem facile adducimur ut credamus, sed quæ sunt anni hujus rerum gestarum reliqua, ordine prosequamur. Præ-

(a) *Isaia ua.*

PAGIUS *fert* in unum trecentesimum sexagesimum septimum, quo, inquit, *Liberius* in vivis esse desiit, ineunte Septembri. At cum *Liberius* anno CCCLXVI. hominem exuerit, Synodus Illyriciana neque anno CCCLXVII. neque sub Liberii Pontificatu celebrari potuit; eo enim sedente Gratianus Augustus non fuit.

XIII. *Baronii opinio refellitur.* Valesius in Notis ad Theodoretum lib. 4. cap. 8. solide refellit Baronium hanc epistolam non a Valentiniano Imp. sed a Valente scriptam esse existimantem. Nam cum in titulo qui epistolæ præfixus est, tam apud Theodoretum, quam apud Nicephorum, una cum Valentiniano & Valente, Gratianus quoque nuncupetur, proculdubio ante annum Christi CCCLXVII. hæc epistola scribi, & Synodus Illyriciana congregari non potuere. Neque etiam verum est, quod ait Baronius, *Valentis* nomen in titulo hujus epistolæ proponi, ac præterea res Asianæ Diœceseos nihil ad Valentinianum attinuisse. Etenim ex Ammiano discimus, *Valentinianum seniorem*, licet Valenti fratri Orientis Imperium tribuisset, cuncta tamen pro arbitrio suo esse moderatum, & *Valentem* instar apparitoris ei morigerum semper fuisse. Sententia itaque Baronii nullo pacto defendi potest.

XIV. *Baronii opinio magis confutatur.* Neque fundamenta ejus & aliorum urgent. Primo enim, ex eo quod Episcopi Concilii Illyriciani ad Episcopos Diœceseos Asianæ scribant, misisse se unum ex omnibus Dominum suum & Comministrum *Elpidium*, accurate exploraturum prædicationem eorum, *utrum ita se habeat*, inquiunt, *uti accepimus a Domino & Comministro nostro Eustathio*, inferunt, Illyricianam Synodum eodem anno contigisse, quo Macedonianorum Legatio, cum *Eustathius* unus fuerit e Legatis a Macedonianis, seu Lampsacenis in Italiam ad Liberium Papam, indeque ad Concilium Tyanense missis. Sed quo ex Auctore Baronius, aliique didicere, *Eustathium*, a quo Asianorum Fidem acceperunt Illyriciani, eumdem esse ac *Eustathium*, Sebastenum Episcopum, unum ex Legatis Concilii Lampsaceni? Certe Illyriciani eum tantum Dominum & Comministrum vocant, non vero Sebastiæ Episcopum. Sane, inquit Petrus de Marca in Diatriba de Synodica Epistola Synodi Illyricianæ, quin dicto συλλειτουργὸν ad Presbyteros referri debeat, dubitare non sinit hæc epistola, in qua *Elpidius*, qui tantum Presbyter erat, bis nuncupatur συλλειτουργός. Ad cujus nominis dignitatem Diaconi quoque trahuntur, quoniam, ut loquitur Lex Theodosiana, *Ecclesia est in Episcopis, & Presbyteris, & Diaconis*. Ibidem Marca reprehendit errorem Interpretum, qui, quod separatim dicitur in contextu ejusdem Synodicæ *de constituendis Episcopis, & de Comministris constituendis* in versione miscent, & Collegas, vel etiam Comministros, Episcopos interpretantur, ut Christophorsonus, & Sirmondus in editione Operum Theodoreti. Langus quidem in versione Nicephori distinguit Episcopos ab eorum administris, sed creandos, vel creatos ad utrosque refert, quamvis in contextu inter se hæc distinguantur. Valesius in Notis ad Theodoretum existimat, *Elpidium* Episcopum fuisse, quod in ea Synodica Illyriciani eum *fratrem* suum & *Comministrum* appellent, & iis

XXXVIII. Præsens quoque annus ingenti illa clade cælitus missa extitit memorabilis, quam tribuentes alii temporibus Juliani, vel Joviani in imperio successoris, plane errare noscuntur. Ammianum (a) enim, qui eodem tempore hæc scripsit, atque certis Consulibus consignata reliquit, potius auscultandum, quam quemvis alium post plures annorum decades eadem memoriæ commendantem, facile omnes puto concedere: ait itaque: *Hoc novatore adhuc superstite*, nempe Procopio tyranno, *cujus actus multiplices docuimus & interitum, ad diem duodecimum Kalend. Aug. Consule Valentiniano primum cum fratre, horrendi tremores per omnem Orbis ambitum grassati sunt subito, quales nec fabula, nec veridica nobis antiquitates exponunt. Paula enim post lucis exortum, densitate prævia fulgurum acrius vibratorum tremefacta concutitur omnis terreni stabilitas ponderis; mareque dispulsum retro, fluctibus evolutis abscessit; ut retecta voragine profundorum species natantium multiformes limo cernerentur hærentes; vallium que vastitates, & montium tunc, ut opinari dabatur, suspicerent radios Solis, quos primigenia rerum sub immensis gurgitibus amandavit. Multis etiam navibus velut arida humo connexis, & licenter per exiguas undarum reliquias palantibus plurimis, ut pisces manibus colligerent & similia; marini fluctus velut gravati repulsam versa vice consurgerent, perque vada ferventia insulis & continentis terræ porrectis spatiis violenter illisi, innumera quædam in civitatibus, & ubi reperta sunt ædificia complanarunt. Proinde ut elementorum furente discordia, involuta facies mundi miraculorum species ostendebat.*

(a) Amm. lib. 26.

Terræmotus & maris effusio.

XXXIX. *Relapsa enim æquorum magnitudo, cum minime speraretur, millia multa necavit hominum, & submersit; recurrentiumque æstuum incitata vertigine, quædam naves, postquam humentis substantiæ consenuit tumor, pessumdata visa sunt, exanimataque naufragiis corpora supina jacebant, aut prona. Ingentes aliæ naves extrusæ rapidis flatibus culminibus insidere tectorum, ut Alexandriæ contigit; & ad secundum lapidem fere procul a littore contorta sunt aliqua, ut Laconicam prope Methonem oppidum nos transeundo conspeximus diuturna carie fatiscentem.* Hactenus Ammianus. De Alexandrinis quidem testatur Sozomenus, instituisse anniversariam memoriam ejusmodi terræmotus, cum ait (b): *Eo die quo ista acciderunt (quem γενέθλια, id est, natalitia terræmotus vocant) festum quotannis Alexandrini etiamnum agunt, in quo quamplurimis per totam urbem lucernis accensis, & precibus ad Deo gratias agendas fusis, cum magno splendore hunc diem festum, & non minore cum reverentia celebrant.* Hæc ipse. Porro longe diversum fuit ejusmodi Alexandrinorum festum ab eo quod Gentiles Ægyptii ex avita superstitione, accensis item per totam provinciam lucernis (quod testatur Herodotus (c)) agere consueverant.

(b) Sozom. lib. 6. c. 2.

(c) Herod. l. 2.

XL. S. Hieronymus de his hoc item anno secundo Valentiniani & Valentis Impp. hæc summatim habet in Chronico: *Terræmotu per totum Orbem facto, mare littus egreditur; & Siciliæ, multarumque insularum urbes, & innumerabiles populos oppressit.* Idemque in rebus gestis S. Hilarionis, cum ejusdem meminit cladis, & ipsius Deo cari atque sanctissimi viri res præclare gestas commemorat, recenset grande illud ab eo tunc miraculum editum, his verbis: *Ea*, inquit, *tempestate, terræmotu totius Orbis, qui post Juliani * mortem accidit, maria egressa sunt ter-*

* Joviani.

PAGIUS & iis titulis, inquit, Episcopum potius designati videri, quam Presbyterum. Sed miror, Virum eruditissimum non animadvertisse, Divum Basilium in suis epistolis Diaconos *fratris* nomine sæpe appellare, ideoque exinde male inferri Elpidium Episcopum fuisse. *Eustathius* itaque cujus mentio in Synodica Illyriciana, aut Episcopus non fuit, aut saltem alterius urbis quam Sebastiæ, neque inter Lampsacenam & Illyricianam Synodum aliquid commune.

XV. Alterum Baronii, aliorumque fundamentum desumitur ex epistola Episcoporum Italiæ ab Hilario lib. 1. Fragm. & a Baronio hoc anno numero XXVI. recitata, cujus hoc initium: *Dilectissimis fratribus per Illyricum Fidem paternam retinentibus, Episcopi Italiæ, in Domino æternam salutem.* Sed ea alterius Synodi Romanæ epistola Concilium Illyricianum, de quo hic agitur, non respicit. In hoc enim *consubstantialis Trinitatis* Fides comprobata, ut jam ostendimus: epistola vero Episcoporum Italiæ adversus Concilium Ariminense, Valentem ac Ursacium scripta. Utraque epistola inter se conferatur, certoque constabit, eas diversis annis datas, & ob diversos fines exaratas fuisse. Illud itaque Concilium Romæ alio anno celebratum, indeque ad Illyricos scriptum, *Damaso* Ecclesiam Romanam gubernante, ut anno trecentesimo sexagesimo nono ostendo: Illyricianum vero ad Trinitatem *consubstantialem* tuendam eodem Damaso Pontifice habitum. Denique epistola Episcoporum Italorum ad Illyricianos ante annum trecentesimum sexagesimum septimum, quo Sanctus Hilarius obiit, data, cum ab eodem Hilario in Fragmentis describatur. Concilium vero Illyricianum post diem vigesimum quartum Augusti anni trecentesimi sexagesimi septimi celebratum, cum *Gratianus* in titulo epistolæ Synodicæ Illyricianorum non cum *Valentiniano & Valente* Augustus appelletur. Quomodo enim Episcopi Italiæ Illyricis congratulari potuere, quod Ariminensis Concilii fraudem agnovissent, cum tempore, quo epistolam suam scripsere, Illyricini nondum convenissent, & Trinitatem *consubstantialem* esse nondum professi essent? Hæc profecto se ipsis ruunt.

Epistola Episcoporum Italiæ non respicit Synodum Illyricianam.

XVI. Petrus de Marca in Distriba de *Synodica epistola*

S. Hilarionis grande miraculum.

terminos suos; & quasi rursum Deus diluvium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naves ad prærupta delatæ montium pependerunt. Quod cum viderent Epidauritani, frementes scilicet fluctus & undarum moles & montes gurgitum littoribus inferre, verentes quod jam evenisse cernebant, ne oppidum funditus everteretur; egressi sunt ad senem, Hilarionem videlicet, *& quasi ad prælium proficiscentes, posuerunt eum in littore. Qui cum tria Crucis signa pinxisset in sabulo, manusque contra tenderet; incredibile dictu est, in quantam altitudinem intumescens mare ante eum steterit; ac diu fremens & quasi ad obicem indignans paulatim in semetipsum relapsum sit. Hoc Epidaurus & omnis illa regio usque hodie prædicat, matresque docent liberos suos ad memoriam in posteros transmittendam. Vere illud, quod ad Apostolos dictum est* (a) *: Si credideritis, dicetis huic monti, transi in mare, & fiet: etiam juxta litteram impleri potest, si tamen quis habuerit Apostolorum fidem, & talem, qualem illis habendam Dominus imperavit. Quid enim interest, utrum mons descendat in mare, an immensi undarum montes repente obriguerint, & ante senis tantum pedes saxei, ex alia parte molliter fluxerint? Mirabatur omnis civitas, & magnitudo signi Salonis quoque percrebuerat. Quod intelligens senex, in brevi lembo clam nocte fugit; & inventa post biduum oneraria navi, perrexit Cyprum.* Hæc Hieronymus de Hilarione magis expavescente fluctus humanarum laudum, quam ingruentes gurgites vastissimi pelagi exundantis.

(a) Matth. 27.

XLI. Meminit de eisdem quoque terræmotibus & maris excrescentia idem auctor in commentariis in Isaiam prophetam (b), cum agit de muris Areopolis terræmotu collapsi: quæ sua ipsius infantia, nempe, usitato ipsius more loquendi, cum puer esset, accidisse testatur: nam alibi tempore obitus Juliani, se sub grammaticæ professore, ea facultate institutum fuisse testatur. Agit quoque de iisdem Sozomenus (c), sed male refert ad tempora Juliani; quo errore etiam Nicephorus (d) lapsus est, & alii hos secuti; non sic quidem Orosius (e), qui ea sub Valentiniano atque Valente Impetatoribus contigisse tradit. Si quid autem futurorum malorum portendendi iis casibus vim inesse ex divina ordinatione quis velit; diri schismatis sequenti anno in Ecclesia Romana subsecuti, & persecutionis adversus Catholicos a Valente Imperatore in Oriente excitatæ, hæc fuisse prænuncia, dicere æque poterit: sed de his hactenus.

(b) Hieron. in Isai. c. 15.
(c) Sozom. l. 6. c. 2.
(d) Niceph. l. 10. c. 35.
(e) Orosius lib. 7. c. 32.

XLII. Probatus tempore clericatus dignus immunitate.

Eodem hoc anno ab iisdem Imperatoribus de clericis rescriptum datum est; qui e curia transissent ad munia clericatus. Quoniam autem complures (quod sæpe superius dictum est) vitandi causa onera curialia, atque potiendi Ecclesiæ privilegiis, inter clericos allegi festinarent; placuit iisdem Augustis, ut nonnisi qui decennio in clericali functione perseverassent, iisdem clericis concessis liceret potiri immunitatibus; ita ipsis Augustis rescribentibus ad Modestum (f) P. P.

(f) l. 19. de Episc. & cler. C. Theod.

Quicumque ex curialium natus genero ad clericatum venerit, & per judicium sanguinis cœperit postulari; certi temporis definitione defendatur. Ut si in consortio clericatus decennium quietis impleverit; cum patrimonio suo in perpetuum habeatur immunis. Si vero intra finitos annos fuerit a curia revocatus; cum substantia sua functionibus subjaceat Civitatis. Observando hoc, at hi quos decennium vindicat, petitione superflua minime fatigentur. Dat. XVI. Kalend. Novemb. Hierapoli, Valentiniano, & Valente AA. Coss.

XLIII. Cur custodiæ adhibitæ templia Deorum.

Rursum vero quod Christiani sub Juliano Imperatore quamplurimum vexati fuissent, idemque jam regnantibus Principibus Christianis, in templa deorum acceptas injurias vindicare satagerent; visum est Gentilibus (ad eam evitandam incursionem) adhibendam esse custodiam Christianorum a magistratibus ingenti persoluta pecunia impetratam: quod ne fieret, iidem Imperatores ad Symmachum præfecturam Urbanam Romæ administrantem in hæc verba rescripserunt:

Leges Valentiniani & Valentis Impp.

Quisquis seu Judex, seu apparitor ad custodiam templorum homines Christianæ religionis apposuerit; sciat non saluti suæ, non fortunis esse parcendum. Dat. XV. Kalend. Decemb. Mediol. Valentiniano, & Valente

PAGIUS

Decretum Synodi Illyricianæ.

sola Synodi Illyricianæ, quam præsenti anno male consignat, locum ejusdem epistolæ varie acceptum ab Interpretibus, qui sententiam Illyricianorum assecuti non sunt, ob vetus mendum quod in ejus lectione latet, feliciter emendavit, sicque legendum docuit: *Hæc de eo ad vos scribentes, quæ monenda habemus, hisce quoque literis nostris expressimus de constituendis Episcopis, & de Comministris quoque jam constitutis, nempe ut ex iis, qui sunt functi magistratu, si sani, sint constituantur Episcopi; sin minus, ex ipso Presbyterio. Similiter & Presbyteri & Diaconi e sacro Clericorum Collegio, ut sint omni in parte inculpati; minime vero de Curia, vel ex officio militares.* Existimarunt Patres, non scrupulose servandam veterem regulam, quæ ex solo Presbyterio Episcopos deligendos præscribebat; quin imo si fidei sanæ & integræ invenirentur aliqui viri, qui magistratu civili functi essent, hos potius Episcopos deligendos; deinde si tales non reperirentur, petendos juxta ordinem antiquum ex corpore Presbyterii. Presbyteros vero & Diaconos ex solo Clericorum corpore cooptandos docet, ne scilicet exemplo

lente AA. Coss. Mngno plane impetu populi quati idolorum templa consuevisse, S. Hieronymus (*a*) auctor est; sed de his suo loco inferius pluribus. Symmachi quidem putamus ejusmodi fuisse in Urbe studium, at custodin Christinnorum (quod aliter non videri posset satis consultum esse) idolorum templn custodiretur; quem scimus Gentiliciæ superstitionis fuisse accerrimum defensorem. Successisse autem in præfectura Urbana Symmnchum Aproniano Christinnorum persecatori tempore Juliani, Amminnus (*b*) est auctor. Porro Symmachi domum incensam fuisse a furenti populo ob vinum denegatum, idem affirmat: ad ipsum enim extat ea de re eorumdem Imperatorum rescriptum (*c*); cajus cum idem esset tardior executor, immo inficintor, eo modo, quem Ammianus describit, populi totius in se furorem convertit. At de Symmachi in Christianam religionem insidiis sæpe inferius.

(*a*) *Hier. in præf. lib. 1. comment. in epist. ad Galat.*

(*b*) *Amm. lib. 27.*

(*c*) *l. 2. tributa in ipsis spec. inferend. C. Theod.*

XLIV. Lnade qaoque digna ea fuit eorumdem constitutio Imperatorum, qun sacras virgines, ac viduas, necnon pupillos exemptos voluerunt a censu capitationis, cnm iidem sic rescripserant nd Viventium Præfectum Prætorio Gnlliarum (*d*):

(*d*) *l. 4. de cens. C. Theod.*

In virginitate perpetua viventes, & eam vidiam, de qua ipsa maturitas pollicetur ætatis, nulli jam eam esse nupturam; a plebeja capitationis injuria vindicandas esse decernimus. Item pupillos in virili sexu usque ad viginti annos ab istiusmodi functione immunes esse debere: Mulieres autem, donec virum unaquaque sortitur. Dat. X. Kal. Decembr. Valentiniano & Valente AA. Coss. Addiderant insuper, ne Christiani ab exactoribus die Dominico conveniri possent (*e*). Sed & illud perutile Reipublicæ, cum voluerunt, ne mercatores carias suas merces vendant, esse muneris Episcopalis providentiæ (*f*). Lege etiam lata vetuerunt addisci atque doceri improbatas magicas artes (*g*).

(*e*) *l. 10. de Exact. C. Theod.*

(*f*) *l. 1. C. de Episc. aud.*

(*g*) *l. 8. C. de malefic.*

XLV. Cohibuerunt qnoqae milites, ne in synngogis Judæorum hospitia sibi quærerent. (*h*) Quod enim haud pridem cum Gentilibus, Julinni temporibus, adversus Christinnos Judæi conspirassent; mutato jam rerum statu, sicut Gentilibus, ita & Judæis Christiani milites negotium facessebant. Vetuerunt etiam iidem Imperatores, ne Christiani delinqaentes damnarentur ad ludum (*i*): id enim jamdia ante nbolitam, idem impius Julianus in odium Christianorum revocaverat in pristinum usum.

(*h*) *l. 3. C. de Judæis.*

(*i*) *l. 8. de pœnis C. Theod.*

Se-

PAGIUS ejus, quod de Magistratibus in Episcopatum asciscendis, singulari jure decernebat, pulsset aliquis, Presbyteros quoque & Diaconos e Laicis probatis adlegendos. Legatur Petrus de Marca loco citato. Valesius in Notis ad Theodoretum lib. 4. cap. 9. præfatum locum ita vertit: *Scripsimus item de Episcopis, qui constituuntur, aut qui constituendi sunt Comministri: si quidem sint idonei, ex Episcopis jam vita functis arti sin minus, ex Presbyterorum ordine eligantur.* Sirmondus in editione Operum Theodoreti illum locum aliter legit; sed Petri de Marca versio præferenda, quæ quanta sit Magistratibus civilibus cum Episcopatu in tuenda Fide communio, manifestum facit, & solum vocem *Episcoporum* repetitam, secundo in loco expungit.

XVII. *Procopii defectio.* *Procopii* defectio hoc anno certissime contigit, ut ea quæ anno superiori in medium attuli, ostendunt.

XVIII. *Immunitas tributi personarum generibus a Valentiniano concessa.* Ad num. XLIV. & seq. Valentinianus senior Leg. 4. Cod. Theod. *De Censu, dat. X. Kalend. Decemb. Valentiniano & Valente AA. Coss.* tria personarum genera a censu, seu a plebeis capitatione exemit: primum, in virginitate perpetua degentes: secundum, viduas: tertium, pupillos, virilis scilicet sexus usque ad annos XX. feminei quousque virum sortitæ fiot. Cum vero hoc ævo nollum jam amplius capitis, seu pro capite libero tributom usorparetur, omnino hæc Lex accipienda de capitatione & jugatione pro capitibus & jugis seu possessionibus. Cum autem ea Lex inscripta sit *ad Viventium Pf. P. Galliarum*, liquet, non tantum Legem hanc pro Gallia emissam; sed verosimiliter anno CCCLXVIII. quo *Valentinianus & Valens* iterum Consules fuere, ita ut numeralis nota neglecta sit; cum Viventius adhuc anno CCCLXVII. Præfectus Urbi fuerit, ut docet Ammianus lib. 27. & liquet ex subscriptione quarumdam Legum Cod. Theod. Unde demum Præfectus Galliarum factus est: quam Præfecturam administravit anno CCCLXVIII. & tribus consequentibus, ut ostendit Gothofredus in hujus Legis Commentario, ex quo hæc excerpta.

XIX. *Lex Valentis adversus Mathematicos.* Data & a Valente Lex 8. Cod. Theod. *De Maleficis & Mathematicis*, qua Mathematicæ artis, vaticinandi, futura prænoscendi exercitium omnibus omnino publice, aut privatim per Orientem, omni tempore & loco interdicitur. Sed ea Lex ad præsentem annum referri non potest, cum inscribatur *Modesto Præfecto Prætorio*, qui ante annum CCCLXX. eam dignitatem non gessit, ut infra dicetur. Cum itaque dicatur, *Dat. II. Id. Decemb. Constantinop. Valentiniano & Valente A A. Coss.* ea revocanda ad annum CCCLXX. quo *Valentinianus & Valens* tertium Consulatum solere, & Valens mense Decembri Constantinopoli fuit.

XX. *Valentis Lex adversus Clericos Curiales.* Neque denique hoc anno Lex Cod. Theod. 19. *De Episcopis*, emissa est; cum etiam Modesto Præfecto Prætorio inscripta sit, dicaturque, *Data XVI. Kal. Novemb. Hierap. Valentiniano & Valente A A. Coss.* Hierapoli scilicet Phrygiæ, non vero Hierapoli Syriæ, ut perperam Gothofredus existimavit. In illa autem urbe anno CCCLXX. Valentem fuisse, eo anno ostendemus. Ea Lege *Valens* Curiales Clericos ad Curiam revocari jubet, nisi decennium in Clericatu fuerint, pariter ut Monachos Curiales ad Curiam revocari voluit Constitutione emissa ad eumdem Modestum Præfectum Prætorio, nota Lege 63. Cod. Theod. *De Decurionibus*. Quare verosimile est, utramque Legem eodem anno, scilicet CCCLXX. datam esse. De hac ultima vide quæ anno CCCLXXV. dicemus, quo de ea Baronius agit; & de Lege 19. *De Episcopis*, lege Commentarium Gothofredi.

I. SEquitur Christi annus trecentesimus sexagesimus sextus, quo Gratianus filius Valentiniani Imperatoris, nobilissimus puer, Consul creatus est, cui junctus collega Dagalaiphus; quem antiqua peritia probatum, militiæ rectorem constituerat Jovianus (a), eodemque munere in Galliis apud eumdem Valentinianum in Alemannica expeditione hoc tempore fungentem. Urbana vero præfectura post Symmachum Romæ est collata hoc anno Lampadio, ut puto, Christiano homini, qui expensas exhiberi solitas in munificentissima munerum editione contulit in pauperes agentes in Vaticano; qua ex causa plebem in se concitavit, adeo ut parum abfuerit, quin ipsius ædes positas prope Constantini Lavacrum injectis facibus illa combusserit: sed hæc de Lampadio pluribus Ammianus (b).

(a) Amm. l. 26.

(b) Amm. l. 27.

II. Quod autem primum ad hujus anni in Oriente res gestas pertinet; aperto jam vere, Valens juncto sibi Lupicino Magistro equitum, adversus Procopium tyrannum validius agens, desertum illum a suis fugamque captantem, sed a fugæ comitibus vinctum ad se perductum capite truncari jussit, quod ad Valentinianum transmisit in Gallias: accepit illud ipse Parisiis, cum excepit Jovinum Magistrum equitum Victorem redeuntem ab Alemannis; factumque est, ut cum Valens Lupicinum, tum Valentinianus Jovinum, ambos Magistros equitum, ob res præclare gestas in sequentem annum Consules designarent. Post extinctum Procopium, Marcellus ejus cognatus agens cum militibus apud Nicæam, tyrannidem arripuit: sed captus a Valentis militibus, diuque tortus occiditur: hæc autem omnia pluribus Ammianus (c). Talem consecuti sunt finem qui Juliano sicut sanguine, ita & impietate conjuncti, post eum vendicare sibi Imperium studuerunt; quibus extinctis, omni spe destituta Gentilitas languens emarcuit, desperans penitus, posse amplius a Christianis regimen Imperii in se transferre.

Procopius tyrannus atque Marcellus extincti

(c) Amm. l. 26. 27.

Cæterum si non ea qua cœptum est felicitare, fuit postea a Valente Imperium propagatum: id accidit, quod vera religione, ejus fundamento, cui tanta moles innititur, imperantis impietate convulsa; ipsum plane totum necesse fuit Imperium concuti, sed & prosterni, nisi fuisset aliena pietate suffultum. Præbens enim aures infelix domesticis Arianis, Valens Arianus evasit. Utinam vel Themistium audisset post victoriam de Procopio adeo opportune philosophantem, & inter alia verba illa in ejus aures ingerentem (d): *Non enim tibi tantum, o Rex, sancta convenit sapere; sed etiam,* eor

(d) Them. orat. 9.

PACIUS — ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5859.

SÆC. IV. — ☉ 21. A. ☽ 6. P. 16. April. Indict. 9.

Anno Urbis 1119. Olymp. 286. an. 2. — JESU CHRISTI 366.

DAMASI PAPÆ 1.

A.C. 366. — VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP. 3.

I. Consules. [1] AD num. I. Coss. *Gratianus Nobilissimus puer, & Dagalaiphus*: uterque Occidentalis. Gratianus enim filius est Valentiniani, qui, quod a patre Nobilissimus puer renuntiatus, hoc anno Fastis nomen dedit, ut in more positum fuisse jam diximus. *Dagalaiphus* hoc anno sub Valentiniano Magister militum fuit, idque per Gallias, ut testatur Ammianus lib. 26. & 27.

II. Ad num. II. & seq. *Procopius Tyrannus* his Consulibus victus in Phrygia Salutari ad Nacoliam, interfectusque, Ammiano lib. 26. cap. 9. Zosimo lib. 4. pag. 739. Socrate lib. 4. cap. 5. & Hieronymo in Chronico testibus, Idacius in Fastis eum oppressum scribit *sexto Kalendas Junias*; Auctor vero Chronici Alexandrini *XII. Kal. Julias*. Philostorgius lib. 9. cap. 5. ait, eum capite truncatum esse, *cum sex mensium spatio tyrannidem exercuisset*. Sed ex dictis

II. *Procopius tyrannus necatur.*

NOTÆ (1) C*Oss. Gratianus nobilissimus puer, & Dagalaiphus.* Lapis apud Boldettum, pag. 80. n. 6.

DEP. III. KAL. DEC.
GRATIANO. ET DAGALAIFO
COSS.

Graterus pag. MCLXII. 5.

DEPOSITA. IIII. KALENDAS
MARTIAS. POST. CONSULA
TUM. GRATIANI
ET. DAGALAIPI.

Ammianus, lib. XXVI. *Translato in Gratianum & Dagalaiphum amplissimo magistratu.* Item lib. XXVII. Cap. II. Socrates, lib. IV. cap. V. Epistola Valentis & Ursacii inter S. Hilarii Opera, pag. 1361. *data XV. Kal. Jan. Gratiano nobilissimo puero, & Dagalaifo Coss.* Fasti Idatii: *Gratiano nob. & Dalaifo.* Prosperi Chronicon: *Gratiano & Dagalaipho.* Ita & Paschalis laterculus in fine Gennadii.

eos qui tecum versantur, sancta decet proferre; ac si unumquodque verbum eorum quæ in tuas aures incidunt, illorum esset, quæ pura manu inscribantur. Hæc, & alia multa optima proficuaque regimini coram illo disseruit; sed surdo (ut ajunt) ingessit fabulam: nam omnem posthac cum pietate humanitatem exuens, factus est dirus piorum persecutor, cujus rei causa meruit ab eodem philosopho postea corripi.

III. Bellum Gothicum triennale.

At si civili bello jam penitus extincti sunt duo hoc anno tyranni; nequaquam tamen ab externo cessatum est; siquidem cœptum bellum Gothicum, triennio perduravit. *Valens enim* (inquit Ammianus) (*a*) *ut consulto placuerat fratri, cujus regebatur imperio, arma concussit in Gothos, ratione justa permotus, quod auxilia misere Procopio civilia bella cœptanti*. Hæc Ammianus, qui res per Valentem gestas his tribus annis, quibus nihil mali intulit Gothis, sed eos solum coegit ad pacem poscendam, exacte prosequitur. Cum autem ipso expeditionis exordio ambitiosum apparatum (sic eumdem nominat auctor) ad proximum bellum idem Valens magno studio comparasset, decrevit ante profectionem sacro initiari baptismate. Id quidem hoc anno tertio ejus Imperii factum esse, Sanctus Hieronymus habet in Chronico, cui consentiunt quæ tradit Theodoretus, dum ait id accidisse, cum ipse Gothicum bellum esset auspicaturus. Quomodo autem blanditiis conjugis pellectus sit, ut ab Eudoxio Episcopo Constantinopolitano hæreticorum omnium scelestissimo consenserit sacro initiari baptismo, idem auctor narrat his verbis (*b*):

(a) Amm. lib. 27.

(b) Theod. l. 4. c. 13.

IV. Valens baptizatur ab Eudoxio, & labitur in hæresim Arianam.

Jam vero ad reliquum historiam venium & tempestatem, quæ multos fluctus, eosque turbulentissimos in Ecclesiis excitavit, primum explanabo. Nam Valens potitus Imperio, quamquam primo doctrinæ Apostolicæ ornamentis decoratus; cum Gothi Istrum trajecissent, & Thraciam popularentur; consilio inito de colligendo exercitu, & bello contra eos suscipiendo, non putavit sibi consentaneum, ut nudus divina gratia expeditionem faceret; sed se perfecta sacrosancti baptismatis armatura tegeret: idque præclare sapienterque admodum: Postea tamen & nimia animi mollitie diffluere, & veritatem aperte prodere cœpit; idemque ei accidit misero, quod primo nostro parenti Adam. Nam verborum lenociniis conjugis suæ delinitus, in servitutem datus est, & factus non captivus solum, sed etiam muliebrium verborum fallaciis obsequens. Siquidem illa erroris Ariani laqueis ante irretita, maritum in eosdem inducere laboravit, cujus hortatu in horrendum blasphemiæ barathrum praceps cum ea dejectus est: Eudoxius autem, qui adhuc Ecclesiæ Constantinopolitanæ clavum tenebat, non ut eam rite gubernaret, sed tamquam navem undis obrueret, hos non modo in hunc induxit errorem, verum etiam eidem consecravit. Eodem tempore igitur, dum Valens sacro baptismatis initiatur mysterio, Eudoxius eum miserum obstringit jure jurando, ut in eo impio dogmate perseveret; & omnes qui contrariæ doctrinæ adhærescunt, ubique Ecclesiis exigat. Itaque Valens, relicta doctrina Apostolica, hoc pacto ad partem adversariam traductus est; atque non longo temporis spatio interposito, cætera quæ jusjurandum postulabat, executus est. Hæc Theodoretus: quæ autem post subdit de expulsis ex ipsorum sedibus Episcopis Orthodoxis suo loco dicturi sumus.

V.

Hic vero admonendum putamus lectorem, de exordio persecutionis Valentis compluress antiquorum hallucinatos esse, ac primum Socratem (*c*), & Sozomenum (*d*), & alios horum vestigia consecutos; sed & Orosium, cum negat id factum, nisi postquam Valentinianus frater, cujus timore continebatur, ex hac vita discessit; ait enim (*e*): *Valens ab Eudoxio Episcopo Ariani dogmatis assertore, & baptizatus & persuasus, in sævissimam hæresim declinavit; sed malignam insectationem diu texit, nec voluntati potestatem admiscuit, quoad viventis fratris auctoritate compressus est: contemplabatur enim de eo, quantam vim in ulciscen-*

(c) Socrat. l. 4. c. 1. 3.
(d) Sozom. l. 6. c. 7.
(e) Oros. l. 7. c. 32.

Persecutio ab Arianis adversus Catholicos excitatur.

PAGIUS

ctis anno CCCLXIV. eam per plures menses *Procopius exercuit*.

III. Initium belli Gothici.

Gothicum bellum, *inter præcipua censendum*, ut ait Eunapius in Excerptis, non hoc anno, sed sequenti, a Valente *pubescente vere* susceptum, castris prope Daphnen munimentum metatis: mox & Istro transito. Ita Ammianus lib. 27. cap. 5. qui cum hæc referat post *Procopii* interitum, qui hoc anno post vernum tempus, ut numero præcedenti dixi, contigit, non dubium, quin ad annum sequentem pertineant, & initium belli Gothici anno uno Baronius anticiparit. Hinc anno trecentesimo sexagesimo septimo, mense Maio data a Valente *Marcianopoli* Lex 1. Cod. Theod. *Si Curialis relicta civitate*, & Lex 1. *De equorum collec*. Docet enim Zosimus lib. 4. pag. 741. Valentem *Marcianopoli* fuisse, cum bellum illud suscepit: *Interea vero Marcianopoli soluens Imperator Barbaros aloritur*. Duravit bellum Gothicum annos tres, testibus Ammiano laudato, & Themistio in Orat. 10.

IV. Valens baptizatur.

Ad num. IV. *Valens* non hoc anno, sed sequenti *Baptizatus*, & Orthodoxorum persecutio ab eo cœpta. Theodoretus enim lib. 4. cap. 12. ait, cum Gothi, trajecto Danubio, Thraciam popularentur, Valentem bellum iis inferre decrevisse, sed Baptismatis armatura muni-

scenda fide Imperator posset exercere, qui tantam constantiam pro retinenda quondam miles habuisset. Hæc ipse. Cæterum Sanctus Hieronymus una cum baptismate suscepto a Valente cœptos vexari

(a) Hier. in Chron. Catholicos tradit, cum ait (*a*): *Valens ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus nostros persequitur*. In quam sententiam libentius imus; cum & illud Orosio concesserimus, eumdem Valentem post fratris obitum gravius Ecclesiam perturbasse. Qui enim non erubuit in contraria fratri fidei professione fieri Christianus, & a nefandissimo Ariano homine baptizari; haud existimamus pro eadem propaganda hæresi veritum esse germanum vindicem impietatis. At si hoc quoque dederimus, ipsum ab omni infestatione Ecclesiæ Catholicæ quievisse; quosnam spiritus animosque suscepisse putamus ipsos Arianos insurgendi adversus fidem rectam, ejusque studiosos, cum scirent Imperatorem ejusdem impietatis professorem a suis ipsorum partibus stare? Quamobrem ab hoc anno usque ad ejusdem Valentis necem, quam numine ulciscente subiit, Ecclesiam Orientalem exagitatam esse Arianorum procellis, nemo jure poterit dubitare. Quin & cum relegationem Episcoporum factam esse sequenti anno Socrates (*b*) ex Consulibus

(b) Socrat. l.2. c.10. definierit: inde patet, non ipsos tantum Arianos, sed & Valentem Imperatorem eisdem conniventem, Catholicos Episcopos insecutum esse.

VI. Cum igitur omnibus Orientis Ecclesiis ex suscepto ab Ariano baptismate innotuerit perfidia Imperatoris; Orthodoxi omnes Episcopi, tamquam ad prœlium classico excitati, arma capessunt, contraque omnes adversariorum futuros insultus sese muniunt, & obfirmant. Tunc namque opportunum visum est tempus, ut duo illa cœli tonitrua, Gregorius Nazianzenus atque Basilius, ex eremo ad arenam certaminis prodeuntes, in hostes fidei cominus fulmina verbi jacerent. Primum id obtinuit Gregorius pater jam senio prægravatus, ut sibi ad subeundam senilibus humeris jam imparem sarcinam filius robustus viribus præsto esset: licet id sæpe ante frustra tentasset, illumque penitus refragantem expertus esset. At cum infelix status Orientalis Ecclesiæ, jam colla erigentibus Arianis, & minas cædesque spirantibus, tum etiam sacri parentis senectus sub onere pastorali fatiscens, eum invitum licet diuque refugientem ac penitus renitentem, traxere tamen e Pontica solitudine Nazianzum, adnitentibus eumdemque funem cum patre trahentibus aliis Gregorii pernecessariis, ad id litteris, precibus, atque adeo objurgationibus & amantium contumeliis adhuc cunctantem hominem compellentibus: erat ex iis unus Bosphorius Coloniæ Episcopus, ad quem jam cedens dansque manus ipse Gregorius sic scribit (*c*): (c) Greg. Naz. ep. 24.

Arbitrabar mihi pro iis quoque quæ præcesserunt, a vobis purgationem excusationemque deberi. Ita vecors sum & stolidus. Quoniam autem objurgandi finem non facitis, sed prioribus certaminibus aliquid semper adjicitis, novisque contumeliis veteres cumulatis; haud scio qua causa permoti, sive quod nos exosos habeatis, sive ut nostri contemptu aliorum gratiam vobis concilietis: hæc quidem Deo & noscenda, & judicanda relinquimus, quem nulla res fugit (ut ait Scriptura) etiam si veritatis larvam prætendamus, ut speciosior sit apud multitudinem prætextus. Tuæ autem pietati hoc denuncio, nos manus dare, & cedere; atque Ecclesiæ curam, Deo dante, pro virili nostra, sine cunctatione suscepturos esse (quandoquidem hoc contenditis, atque præsertim urgente hac tempestate, propter imminentem, ut ipse scribis, adversariorum incursionem) humileque hoc corpus Deo commendaturos esse, quamdiu durabit, viresque nostræ ferent, ne nos oneremus, atque obruamur, tum a vobis condemnati, tum variis universi cleri, querelis & lamentationibus nos opprimentis, clamoribus impetiti, atque Ec- VII. Epist. Gregor. ad Bosphorium de suo reditu.

PAGIUS nitum ad certamen procedere voluisse. Tradit Ammianus citatus, bellum Gothicum a Thraciarum motibus inchoatum. Hinc liquet, *Valentem* circa vernum tempus anni sequentis baptizatum esse, eademque tempestate persecutionem in Orthodoxos motam. Quod confirmabitur ex iis, quæ infra dicam de Sancti Athanasii fuga, quæ anno CCCLXVII. contigit.

V. *Basilius Cæsaream venit.* Ad num. VI. & seqq. Hermantius in Vita SS. Basilii & Gregorii Nazianzeni lib. 3. cap. 9. Baronium sequitur, & cum eo Basilii e Ponto in urbem Cæsareensem reditum, hujus cum Eusebio Cæsareæ Episcopo reconciliationem, & Valentis Imperatoris *Cæsaream* accessum præsenti anno consignat. At hæc anno tantum trecentesimo septuagesimo contigisse, & Sozomenum lib. 6. cap. 15. ea in re non errasse, eo anno demonstrabimus, ac Episcopatus Basilii initium hactenus ignoratum anno suo reddemus: qua epocha recte constituta, plures errores a magnis Viris commissi emendari poterunt. Quando porro Rufinus lib. II. cap. 9. scribit, *Nazianzenum* secum ad Monasterium injecta Basilium perduxisse; *ibique per annos* (*ut aiunt*) *tredecim* solis Divinæ Scripturæ voluminibus operam dedisse, intelligendus est de priori utriusque in *Pontum* secessione, quæ ideo contigit anno circiter trecentesimo quinquagesimo septimo. Ab eo enim anno ad trecentesimum septuagesimum anni tredecim interjiciuntur.

Ecclesiam neglectam cernentes, ac permultorum etiam animum offendentes & vulnerantes, tamquam Ecclesia negotia nihili faciamus; ac denique ne vos diutius in nostri contemptione laboretis. Idque faciemus precum vestrarum auxilio suffulti, etsi tu Ecclesia prafecturam accipere detrectas, ut & ipse scribis, & res ipsa fidem faciunt. Prastat enim illis curis immorari, quam his: quandoquidem omnino nos vexari & affligi necesse est, Deo res nostras ita constituente. Hactenus Gregorius ud Bosphorium.

VIII. Erant namque illæ de Gregorio querelæ omuium, crebræque lamentationes & jurgiu, quod neglecta Dei Ecclesia, suæ tantum salutis, spretis cæteris, rationem habuisset, instituissetque viram sibi tantum proficuum; quodque insuper privatæ suæ utilitati posthabuisse visus esset parentum senectutem; unde & nonnullis suppetebat occasio eumdem etium contumeliis incessendi. Quamobrem simul ac rediit Naziunzum, pro concione suam Apologiam dixit in uuditorio frequentissimo; ubi cum in primis fugæ suæ in solitudinem rationem uttulisset, quæ omnibus digna justaque videri potuisset; reditus quoque sui, cur tamdem cesserit, causus adducit in medium, utque uit (a): *Me in primis ad reditum impulit vestri desiderium, & quia vos vicissim desiderio mei flagrare sentiebam: neque enim quicquam ad amorem ita firmum est, ac benevolentia mutuo repensa. Deinde mea hac cura, meus hic labor, hoc est sacrosanctorum parentum canicies & infirmitas, mei desiderio magis quam senectute languentium; hujus, inquam, Patriarcha Abraha, cari ac venerandi mihi capitis, atque Angelorum numero habendi, & Sara nos in fidei doctrina spiritaaliter parturientis; quorum cum senectutem, corporisque imbecillitatem subsidio meo atque ope fulcire summis votis optaverim, eaque pro virili mea expleverim; adeo ut philosophiam quoque ipsam,* nempe monusticum institutum, *cujus possessione ac nomine nihil carius habebam, contempserim; vel, ut verius loquar, hoc primum philosophice contenderim, ne philosophantis speciem praberem; neu tali mihi ex una causa laborum meorum omnium fructum intercidere, benedictionemque perire, &c.* subdit etium, se inobedientiæ pœnæ metu tandem obsecutum esse parenti, istis verbis:

Greg. Naz. reversus habuit apologeticam orationem.

(a) Greg. Naz. Apol. 2.

IX. *Cum diu in his animo perplexo & ancipiti fuissem, atque in utramque partem me ipsum librassem, atque undæ more dubiis ventis huc atque illuc inflexus fuissem; tandem vehementiori cessi, meque vinctum abstraxit inobedientia metus.* Ac denique perorans: *His*, inquit, *rationum excantamentis menus delinio, sensimque animus cedit, ac ferri instar emollitur, rationibusque ipsis temporis auxilium accedit: Deique leges & justificationes, quibus totam vitam meam commisi, in consilium adhibeo. Quocirca non refractor, non contradico (ut Domini mei verbis utar, cum non ad Imperium & prafecturam vocaretur, sed tamquam ovis ad cadem duceretur) sed & procumbo, & sub potentem manum Dei me dejicio, pristinamque mea cessationis & inobedientia (si quid hoc nomine peccavi) veniam peto. Tacui, sed non semper tacebo. Subduxi me aliquantisper, ut me ipsum inspicerem, ac marori solatium afferrem; sed nunc eum in Ecclesia plebis exaltare, & in cathedra seniorum laudare perplacet. Si illa reprehensionem, hac veniam merentur. Quid longiori oratione opus est? Habetis vos pastores atque collega; habesque grex sacrosancte, Christoque pastorum principe digne; habes, o pater, me ad omnia victum, non tam externis, quam Christianis legibus tua potestati subjectum; habes obedientiam; benedictionem repende &c.*

Quomodo Gregor. obedire coactus redit Nazianzum.

X. Hic uutem admonendus est lector, errare eos, qui existimaruut, eundem Gregorium Theologum ex eremo redeuntem sublatum esse ad thronum Episcopalem Ecclesiæ Naziunzi. Id quidem cum in primis vetaretur u Niceno canone (b) huud pridem edito, ne uno superstite ulius duretur Antistes Ecclesiæ; quod & S. Augustinus doluit ignoruisse (c), cum u Valerio Episcopo Hipponensi ordinuretur Episcopus; adhuc insuper ejusdem Gregorii ussertione (ut suo loco dicemus) exploratum redditur, ipsum numquam Ecclesiæ Naziunzenæ fuisse ordinatum Antistitem, sed accessisse patri Episcopo in sacerdotali functione udjutorem; de quo suscepto in se munere hæc ulias ibidem in publicu concione (d): *Nunc quidem cum praclaro parente curam hanc suscipere non recuso, velut magna aquila & altissime volanti pullus non incommodus e propinquo advolans.* Hæc ipse. Quod vero illud puriter iniisset consilium, sic seni parenti præsto esse dum viveret, ut tamen eo ex hac vitu decedente, relictam repeteret solitudinem; ideo mox hæc subdit: *Postea vero pennam spiritui meo, quo volet, & quoquo modo volet, ferendam dabo; nec quisquam erit, qui me cogere, aut aliorsum traducere possit, cum eo consultantem. Nam etsi paternis laboribus succedere, dulce est; ac noto & familiari gregi praesse jucundius est, quam externo, & alieno; addam etiam, Deo carius (nisi me amor fallit, & mentem eripit consuetudo) non tamen conducibilius est, nec tutius, quam ut volentes volentibus prasint.*

Gregor. non est factus Episcopus sed adiutor patris.

(b) Conc. Nic. can. 8.

(c) Aug. epist. 110.

(d) Greg. Naz. or. ad patrem.

XI. Reversus igitur Gregorius Nuzianzum,

Greg. munus concionandi arripuit.

rum, illam potissimam sibi partem curæ pastoralis arripuit, quæ in Dei verbo prædicando, simulque hæreticos insectando, veritatemque Catholicam illustrando versatur; quod & ab eo in primis opportunitas temporis exigebat, cum hæresis Ariana decorata diademate Imperatoris petulans procaxque gestiret, instarque filiæ Herodiadis saltatricis, non unius tantum Joannis capitis dono contenta, omnium Episcoporum Orthodoxorum sanguinem temulenta sitiret. Prodiit ex adverso Gregorius, tuncque inter alias luculentas orationes, illam in ipso ingressu ad populum habuit, cujus est titulus, *Ad sancta lumina*: In qua plane conspicitur, quo animi ardore pugnaturus adversus hostes in campum descenderit: nam hæc inter alia (*a*): *Animi voluptatem tenere nequeo; divino furore rapior; propemodum etiam instar Joannis, faustum nuncium profero, non quidem ut ille præcursor, ceterum a solitudine veniens, &c.* Qua quidem oratione summo consilio, quos sciret nuper Dei Ecclesiam hostes esse pervasos, primum omnium expugnat atque prosternit, dum prima ab ipso initio orationis adversus inanem Gentiliciæ superstitionis cultum tela contorquet; ac subinde his succedentes Christianæ fidei perduelles Arianos viribus imperatoriis suffultos promotus adoritur. Sed fuerunt istæ Gregorii velitationes potius, quam pugnæ, respectu plurium fortissimorum certaminum, quæ adversus eosdem postea iniit; de quibus singulis suis locis dicturi sumus.

(*a*) *Greg. Naz. orat. ad sancta lumina.*

XII. At cum ad tot tantaque adversus agmina hostium cienda prœlia, præsentia quoque Basilii expetenda merito videretur; id ipsum Gregorius curavit propensius una cum Eusebio Episcopo Cæsareæ Cappadociæ, antea (ut diximus) in eum infenso, sed jam æquioris animi reddito, ut Basilius e Pontica eremo revocaretur in patriam. Porro visum est Gregorio, his litteris prævenire Basilium, antequam ab Eusebio (*b*) accerseretur:

(*b*) *Greg. epist. 19.*

Greg. cura in abstrahendo Basilium ab eremo.

Tempus jam est, ut prudens consilium ineamus, tolerantiæque laude floreamus, nosque ita comparemus, ut nec quisquam animi magnitudine præstantior nobis appareat, nec multi nostri labores & sudores temporis puncto collabantur & evanescant. Cur hæc scribam, quæris? Deo carissimus Episcopus Eusebius noster (sic enim de eo nobis deinceps sentiendum & scribendum est) animo erga nos est admodum amico, & ad simultates componendas propenso, ac tempore velut igni ferrum emollitur; litterasque etiam deprecatrices & evocatrices ad te missurus est, quemadmodum & ipse mihi significavit, & multi ipsius animum perspicue cognitum habentes nobis fidem faciunt. Quem antevertamus, quæso, vel ad eum venientes, vel scribentes, vel (quod erit rectius) prius scribentes, & deinde ad eum nos conferentes; ne postea nos pudeat, si victi fuerimus, cum vincere licuerit, præclare videlicet & philosophice cedendo; id quod plerique a nobis exposcunt. Mihi itaque obsequere, ac veni tum ob hanc causam, tum etiam propter tempus: quandoquidem hæretici conjuratis animis Ecclesiam percursant, partimque jam adsunt ac turbas movent, partim (ut fama jactatur) affuturi sunt. Ac periculum est, ne veritatis doctrina convulsa distrahatur, nisi primo quoque tempore Beseleelis spiritus excitetur, hoc est sapientis hujusmodi disputationum ac dogmatum architecti. Quod si tibi operæpretium esse videtur, ut ipse adsim, atque hæc administrem, tibique itineris comitem me adjungam; ne hoc quidem munus defugiemus. Hactenus Gregorii epistola ad Basilium.

XIII. Quid autem consilii captarit Basilius in his quæ a Gregorio scripta percepit; illud sane quod visum est rectius, nempe (quod Gregorius ad finem epistolæ pollicitus erat) se ad eum ipse conferret, cum ipso in patriam ad Eusebium rediturus. Testatur id quidem ipse Gregorius, cum res tunc ab eo gestas sic describit (*c*), atque in primis ait: *Quamvis autem adeo philosophica & admirabilis fuerit illius secessio; excellentiorem tamen & admirabiliorem ipsius reditum fuisse reperiemus. Ita enim se habuit. Cum in his studiis versaremur, institit repente nubes grandinis plena, & perniciose stridens, quæ Ecclesias omnes in quas incidit, prostravit; & quascumque invasit Imperator auri amantissimus, & Christi hostis infensissimus, ac duobus his morbis laborans, inexplebili nimirum avaritia, & blasphemia, post persecutorem persecutor, post apostatam non quidem apostata, sed nihilo tamen et meliorem se Christianis præbens, vel (ut recte loquar) Christianorum purissimæ & pissimæ parti, ac Trinitatis adoratrici; quam quidem unam pietatem, salutaremque doctrinam voco. Non enim Divinitatem velut ad libram expendimus, nec unam & inaccessibilem naturam substantiarum diversitate a se ipsa separamus, nec malum malo curamus, impiam Sabellii contractionem magis impia divisione ac sectione dissolventes: quo morbo correptus ille a furore nomen habens, Arius, magnam Ecclesiæ partem labefactavit atque convulsit, nec Patrem honore prosecutus, & ea quæ ab ipso causam habent, aspernatus, dum inæquales Divinitatis gradus invexit. Verum unicam Patris gloriam esse censemus, æqualem Unigeniti dignitatem, unicam item Spiritus sancti cum eo exæquationem. Ac si quid horum trium in inferiori dignitatis gradu ponamus, Trinitatem*

Greg. ad Basilium pergit, ac secum reducit.

(*c*) *Greg. Naz. orat. 20. in laud. Basilii.*

Persecutio Valentis dira nimis.

tem totam a nobis disjice atque perverte judicamus: tria quidem quo ad proprietates, unum autem quo ad Divinitatem agnoscentes, & colentes.

XIV. *Quorum ille*, nimirum Valens Imperator, *cum nihil animadverteret, nec sublimes oculos efferre posset, verum ab iis qui eum ducebant, deprimeretur; secum etiam Divinitatis naturam deprimere non dubitavit, ac scelerata creatura Dominum in servorum ordinem dejecit, naturamque increatam ac tempore superiorem in rerum creatarum numero collocavit. Atque hoc quidem ille animo, & cum hujusmodi impietate adversus nos expeditionem suscepit.* Nec enim *aliud quiddam ea res æstimanda est, quam barbarica incursio, non mœnia, non urbes, non domos, aut alia quædam parva & manu facta, ejusque generis, ut denuo erigi aut extrui possint, evertens, sed animas ipsas distrahens. Impetum quoque una cum eo facit exercitus ipso dignus, nefarii Ecclesiarum Antistites, sævi orbis illius Tetrarchæ, qui ipsius imperio & ditioni subjacebat. Qui cum Ecclesias partim jam tenerent, partim oppugnarent, partim ob Imperatoris opem ac vim tum illatam, tum minaci oratione denunciatam, in potestatem venturas sperarent; huc quoque ut Ecclesiam nostram in deditionem acciperent, venerunt, nulla re perinde, ac prædictorum hominum simultate, atque illius qui tum nobis præerat, imperitia, morbisque nostris freti atque subnixi. Magnum ergo certamen propositum erat, non ignava etiam multorum alacritas, sed infirma erat acies, utpote propugnatore carens, ac perito artifice tam in doctrinæ, quam in spiritus facultate.*

XV. Basilii studia adversus hæreticos.

Quid igitur generosa illa mentisque magnitudine præstans anima, Christique amore vere inflammata? Ne longa quidem ad hoc oratio comparanda fuit, ut ad nos se conferret, nobisque adjumento esset. Verum simulatque me legatione fungentem aspexit (erat enim utrique nostram commune hoc certamen, ut qui fidei defensores ac patroni designati essemus) statim legationi cessit; ac spiritualibus rationibus secum optime sapientissimeque distinguens aliud simultatis tempus esse (si quid etiam ejusmodi affectui indulgendum esset) aliud pacis ac tranquillitatis, aliud rursum æquanimitatis, nempe necessitatis, & periculorum tempus: hoc, inquam, secum reputans, confestim e Ponto nobiscum excedit, atque erga periclitantem veritatem zelo exæstuat, ultroque suppetias nobis affert, totumque se matri Ecclesiæ tradit. At fortasse alacriter quidem hanc rem aggressus est, verum nequaquam, ut illa animi alacritate dignum erat? dimicavit, Aut strenue ille quidem dimicavit, sed non consulte ac prudenter? Aut ita prudenter, ut tamen sine periculo? Aut hæc omnia quidem cumulate, ac supra quam dici queat, præstitit: cæterum in illius animo veteris simultatis fomites quidam residebant? Minime gentium. Omnia quippe simul præstat; inimicitias ponit, consultat, aciem instruit, scandala & offendicula intermedia submovet, cunctaque ea quorum fiducia illi bello nos lacessendos putaverunt. Alios adsciscit, alios retinet, alios propulsat: aliis murus firmus & vallum efficitur: aliis securis petram scindens, aut ignis in spinis (ut Scriptura sancta loquitur a) sarmentitios homines, & in Divinitatem contumeliosos facile absumens. Hæc Gregorius. (a) Psalm. 117.

XVI. Basilius Gregorium ad pugnam sibi adsciscit.

Quod autem idem Basilius reversus ad certamen adversus hæreticos ipsum sibi collegam Gregorium adjunxisset; idcirco idem subdit: *Quod si quid auxilii Barnabas, qui hæc loquitur ac scribit, Paulo decertanti tulit: Paulo habenda est gratia, qui illum in certaminis partem & societatem ascivit. Atque illi sane*, nempe Ariani, *sic infectis rebus discesserunt, tunc primum turpiter pudefacti & profligati, atque edocti, etiam si alios omnes homines, Cappadoces tamen non ita temere contemnere ac pro nihilo putare: quorum nihil tam proprium est quam fidei certitudo, fidusque ac sincerus erga Trinitatem affectus; cujus etiam beneficio hoc habent, quod animis conjuncti sunt atque concordes, viribusque pollent, eadem videlicet auxilia, quæ Divinitati ferunt, accipientes, multoque etiam præstantiora ac valentiora.* Hæc quoad certamen atque victoriam de ingruentibus Arianis acceptam Gregorius. Quomodo autem erga Episcopum suum Eusebium, quem diutius adversarium passus fuerat, Basilius se gesserit, idem his verbis significat:

XVII. Basilius quomodo se habuit cum Eusebio suo Episcopo.

Proximum autem Basilio negotium ac studium hoc fuit; Antistitem observare, suspicionem extinguere; mortalibus omnibus persuadere, mærorem illum, quo affectus fuerat, tentationem quamdam colluctationemque perversi spiritus extitisse, honestæ ac laudabili concordia invidentis: cæterum non ignarum se esse, quid obedientia ordinisque spiritualis leges postularent. Ac proinde adesse, docere, dicto audientem se præbere, monere, quidvis denique illi esse, consultor bonus, opitulator optimus, divinorum oraculorum explicator, rerum agendarum præmonstrator, senectutis subsidium, fidei adminiculum, domesticorum fidelissimus, externorum ad res gerendas aptissimus (ut unico verbo dicam) tantam ejus benevolentiam obtineat, quanto prius apud eum odio flagrare putabatur. Ex quo hoc assecutus est, ut etiam si illi cathedræ honore secundus esset, Ecclesiæ tamen imperio potiretur. Etenim pro benevolentia, quam conferebat,

au-

auctoritatem vicissim accipiebat; ac mirus quidam erat inter eos concentus, nexusque potestatis. Ille plebem ducebat, hic ductorem, atque instar cujusdam leonum curatoris præpotentem arte cicurabat. Namque ut nuper in sublimi cathedra constitutus, quippe ex laico fuerat delectus Episcopus, *& terrenæ materiæ nonnihil adhuc spirans, nondumque in his quæ spiritus erant, numeris omnibus absolutus; magnisque etiam fluctibus infervescentibus, atque ingruentibus Ecclesiæ hostibus, opus habebat homine, qui eum manu ductaret atque fulciret; eoque nomine ipsius ope atque auxilia acquiescebat, eoque imperante, seipsum imperare arbitrabatur.*

XVIII. *Jam vero ipsius erga Ecclesiam curæ ac patrocinii quamquam multa quoque alia signa, & argumenta sunt: libertas animi, qua cum ceteros magistratus, tum potentissimos quosque* Civitatis *alloquebatur; controversiarum solutiones nequaquam suspectæ, sed ab ejus voce formatæ ac constitutæ, modoque ipsius tamquam lege receptæ; pauperum tutelæ plures quidem spirituales, sed tamen corporeæ non paucæ (nam id quoque sæpenumero animæ prodest, eos nimirum in quos beneficium confertur, per benevolentiam subigere) pauperum alendorum, hospitum excipiendorum, virginum curandarum studium; monasticarum legum institutiones partim scripto, partim voce traditæ; precum descriptiones; sacrarii concinnitates; ea denique omnia, quibus homo vere divinus, Deoque adjunctus plebi utilitati esse potest.* Pergit de eodem dicere, quid egerit, cum vehementissima Cæsareæ fames ingrueret; sed de his suo loco opportunius.

Basilii officia erga Ecclesiæ administrationem.

XIX. Eusebii quoque jussu divinas Scripturas Basilium ad populum explicasse, ipsemet in oratione in principium Proverbiorum testatur, cum ait (*a*): *Præclara est obedientiæ merces. Obediamus igitur bono patri, certaminum præmia nobis ex spiritus oraculis proponenti; qui nos instar venatorum in locis inviis, quasi catuli cujusdam venatici indicio cursus nostri experimentum vult capere. Proposuit autem nobis ad enarrandum parœmiarum principium, &c.* Obibat idem Basilius in Synodis pro suo Episcopo legationem, ut in conventibus habitis tunc temporis diversis in locis, nempe Chalcedone, Heracleæ, & in ipsis Cæsareæ suburbiis; in quibus omnibus, quod sanæ sinceræque fidei erat, id summa libertate animi loquebatur: quorum idem Basilius meminit, ubi ad Eustathium scribens, adversus calumniantes sic ait (*b*): *Quem vero oportebat me animi mei præ te testem habere, quæ Chalcedone a nobis de fide dicta sunt, quæ & sæpenumero Heraclea, & quæ antea in suburbio Cæsareæ, an non omnia consona nobis, & omnia inter se concordantia fuerint?* Ex his igitur, quæ de reditu Basilii Cæsaream, & reconciliatione cum Eusebio dicta sunt, quæ eodem argumento scribit Sozomenus (*c*), in nonnullis sunt corrigenda: ut in primis cum eadem contigisse refert primo Valentis Imp. anno, quo (ut diximus) ipse Valens in Cappadociam profectus est, inde descensurus in Syriam; deinde cum populi studio in Eusebium inclamantis, seque ab eo separantis, revocatum Basilium tradit; vel cum adjungit, absque internuncio eumdem Basilium in Cappadociam ad eumdem Eusebium Episcopum rediisse: quæ omnia, ex iis quæ ex Sancto Gregorio Nazianzeno dicta sunt, arguuntur erroris. Sed & corrigendus quoque Ruffinus (*d*) est, dum ait Basilium & Gregorium perseverasse in eremo annos tredecim; cum habita exacta discussione temporis accessus & recessus, nonnisi quatuor annos illic mansisse reperiantur.

Basilius populo explicat divinam scripturam.

(*a*) *Basil. in pr. nc. Proverb.*

(*b*) *Basil. epist. 79.*

(*c*) *Sozom. l. 6. c. 15.*

(*d*) *Ruffin. l. 2. c. 9.*

XX. Quod vero ad Arianos pertinet; eo furore, Eudoxio Episcopo Constantinopolis impellente Imperatorem, ejusmodi persecutio cœpta est, ut non tantum Catholicos exagitarit, sed & Novatianos, alioqui hæreticos, in confessione tamen perfectæ Filii cum Patre substantiæ cum Catholicis eadem sentientes; quin & in Macedonianos, & alios Semiarianos dictos, grassata est: quod scilicet hi quoquo modo Filio Dei divinam substantiam (ut dictum est) tribuere viderentur. Sed quod primum ad Novatianos spectat, hæc Sozomenus (*e*) eidem sectæ conjunctus: *Non dissimilibus porro afficiebantur incommodis etiam illi, qui Constantinopoli doctrinam Concilii Nicæni propugnabant; quorum incommodorum socii quoque fuere Novatiani. Nam Imperator cum reliquos omnes urbe exigi, tum Ecclesias Novatianorum occludi mandavit. Ceterorum autem Ecclesias non erat causa cur occluderet: nam jam pridem eæ, regnante Constantio, ipsis ademptæ fuerant.*

Ariani persequuntur Novatianos, & Macedonianos.

(*e*) *Sozom. l. 6. c. 9.*

XXI. *Quin etiam Agelium, qui temporibus etiam Constantii Ecclesiæ Novatianorum Constantinopolis præfuerat, mulctavit exilio. Is quidem dicebatur vitam cum summa omnium admiratione secundum leges Ecclesiasticas instituisse. Vixit enim (quod in pia vitæ ratione ac disciplina facile primas obtinet) pecuniarum possessione liber; atque ipsa vitæ institutio illud planc declaravit: nam una solum utebatur tunica, & sine calceis semper incedebat. Non ita multa post ab exilio revocatur; suas ipsius recuperat Ecclesias, & conventus libere ac sine metu agit. Quarum rerum Marcianus quidam causa extitit, vir sane cum vita tum doctrina admirabilis, qui jam olim quidem in Regia satellitem egerat, at jam tum presbyter sectæ Novatianorum*

Agelius Novatianus exulat.

vatianæ erat, docebatque filias Imperatoris Anastasiam & Carosam præcepta grammaticæ; quarum nominibus sunt balnea Constantinopoli etiamnum appellata. Itaque ob reverentiam erga hunc & gratiam, hæc, quæ modo diximus, Novatianis concessa sunt. Hactenus Sozomenus de suis Novatianis. Sed plane in eo etiam hallucinatur, dum putat balnea Anastasiæ nomine dicta, denominata esse ab Anastasia filia Valentis Imperatoris: nam secus habet Ammianus, qui cum agit de tyranno Procopio, hæc ait: *Ductus in cogitationes varias, Anastasianas balneas petit, a sorore Constantini cognominatas.* Eadem tradit Socrates (*a*) de Novatianis.

(a) Socrat. l.4. c.9.

XXII. Quomodo autem his diebus se habuerint res Arianorum cum Macedonianis, reliquum est ut dicamus: *Imperator* (inquit Socrates *b*) *rebus tum prospere & feliciter gestis elatus, rursus in Christianos tumultus propterea ciere cœpit, quod omnes ad sectam Arianam traducere cupiebat. Atque Concilium Lampsaci habitum illi in primis bilem moverat, non modo quod Episcopos Arianos interdixerat Ecclesia, sed quod fidei formulæ Arimini editæ anathema denunciaverat. Itaque cum Nicomediam Bithyniæ venisset, Eleusium Cyzici Episcopum ad se accersit. Hic opinioni Macedonianæ (ut supra dixi) maxime deditus fuit. Quare Imperator, Concilio Episcoporum Arianorum convocato, Eleusium illorum fidei assentiri coegit. Qui quamquam antea illud se facturum omnino denegasset; postea tamen exilio, & publicatione bonorum, quæ ipsi interminatus fuerat Imperator, supra modum exterritus, opinioni Arianæ assensit. Statim ut assenserat, in magno dolore fuit, & Cyzicum reversus (est notissima Civitas in Hellesponto) coram universo populo de vi ipsi ab Imperatore illata graviter conquestus est; docetque vi se coactum, non sua adductum voluntate, doctrinæ Arianæ assensisse; illisque alium conquirendum Episcopum, propterea quod ipse necessitate compulsus suum ipsius dogma denegasset. Cyziceni tamen præ incredibili amore, quo illum complectebantur, neque alii Episcopo se subjicere voluerunt, neque Ecclesiæ suæ administrationem concedere. Quare eum ejus semper paruere gubernationi, tum suam ipsorum hæresim minime deposuere. His rebus auditis Episcopus Constantinopolitanus, Eunomium, utpote qui dicendi vi, qua præditus erat, posset multitudinis animos in suam sententiam facile pertrahere, Episcopum Cyzici designavit. Quo cum adventasset Eunomius, ab Imperatore mandatum fuit, ut Eleusio exturbato, Eunomius in sede Episcopali collocaretur. Unde qui Eleusii favebant opinioni, extra urbis mœnia extruxerunt Ecclesiam, conventusque separatim egerunt; sed de Eleusio hactenus: de Eunomio autem jam pauca dicamus.*

Macedoniani exagitantur ab Arianis.

(b) Socrat l.4. c.6.7.

Expulso Eleusio, ordinatur Eunomius.

XXIII. *Eunomius Ætii, cognomento Athei, cujus supra mentionem fecimus, scriba fuit; qui cum eo vitam degens, fallaces ratiocinandi concludendique modos, qui sunt sophistarum proprii, ab illo didicit, atque eos sedulo imitatus est. Quin etiam inanibus ineptisque vocibus operam dare, sophismataque quibus ipse irretiretur, contexere imprudens aggressus, illisque arroganter inflatus ad blasphemiam præceps ruit; Arii etiam opinionem sectari, veritatis dogmata variis rationibus impugnare cœpit. At tametsi sacrarum litterarum prope ignarus imperitusque fuit, neque potuit eas omnino intelligere; tamen verba variare, eademque semper aliter atque aliter dicere potuit: at quod sibi ad dicendum proponebatur, numquam attigit, sicut septem tomi ab illo in Apostoli ad Romanos epistolam tam inepte compositi satis perspicue declarant. Nam cum multa verba inaniter de ea epistola profuderit, institutum tamen Apostoli animo capere nullo modo valet. Extant præterea alii ejus libri his consimiles, de quibus si cui in animo sit periculum facere, in magna verborum copia miram sententiarum inopiam reperiet. Atqui istum Eunomium Eudoxius ad Episcopatus Cyzicensis dignitatem extulit.*

XXIV. *Cum vero, ut ipsius mos ferebat, pro concione dialecticis argutiis uteretur, auditores admodum reddidit attonitos: unde Cyzici tumultus exortus est. Nam cum Cyziceni arrogantem illius in dicendo insolentiam ferre nullo modo possent, e Civitate exturbarunt. Ille Constantinopolim se recepit; ibi cum Eudoxio ætatem degit, ab Episcopatus administratione vacans. Verum ne ista solum obtrectandi causa dixisse videamur; ipsius Eunomii verba, quæ sophistæ more fallaciter, & veteratorie de Deo dicere non veretur, audiamus; sic enim loquitur: Deus de sua ipsius essentia nihilo plus intelligit, quam nos: neque ipsi magis est perspecta & cognita, quam nobis: sed quod nos de ea scimus, idem omnino & ipse scit, ac rursum quod ille novit, idem in nobis vicissim reperies. Istas aliasque commenticias complures fallacias imprudens contexit Eunomius. At qua ratione paulo post se ab Arianis segregavit, dicemus suo loco.* Hucusque Socrates de Eunomio. Porro ejusdem nominis, ab hoc tamen diversus fuit Episcopus ille, quem in locum Eusebii Samosatæ Ariani substituerunt, de quo suo loco dicturi sumus ex Theodoreto (*c*). Cum vero ejusmodi Eunomii fastus, mentisque tumor blasphemiis junctus, Catholicis innotuisset, obstupuerunt: Basilius vero Magnus ut elarum

Eunomii fastus, & Blasphemiæ.

(c) Theod. l.4. c.14.

tum viri animum deprimeret, hoc puto tempore, scripsit ad eum illam epistolam (*a*) de formicæ natura, quam ab eo investigari rogat: eam uos superius recitavimus; librus vero adversus ejus blasphemias postea iucubravit, de quibus suo luco dicemus.

(a) Basil. epist. 168.

XXV. Ariani igitur in Macedonianos (ut dictum est) insurgentes hoc anno, impedimento fuere, quo minus ab illis indictum Tarsi anno superiori Concilium celebraretur; id quidem ita Socrates (*b*): *Factum*, inquit, *fuisset Concilium, nisi Eudoxius secta Arianus Episcopus, qui tum gratia apud Imperatorem plurimum poteret, obstitisset: qui propter Concilium edictum permagne iracundiæ flamme incensus, illos gravissimis affecit incommodis*. Hæc ipse. Sozomenus (*c*) id ipsum; qui & celebratum fuisse allud Concilium in Caria tradit, dum ait: *Cum autem jam Concilium Tarsi cogeretur; circiter triginta quatuor Episcopi Asiani in Caria, quæ est regio Asiæ, in unum congregati, studium in Ecclesiæ concordia stabiliendu positum probabant illi quidem; sed tamen vocabulum*, Consubstantialis, *rejiciebant, constanterque affirmebant, formulam fidei Antiochiæ, & Seleuciæ editam, tenendam esse: quippe quæ etiam a Luciano martyre ante edita habebatur: & non sine multorum tum periculorum, tum laborum susceptione, ab his qui ipsos ætate anteibant, confirmata. Imperator vero impulsu Eudoxii, Concilium, quod in Cilicia futurum expectabatur, partim litteris, partim minis diremit*. Hæc Sozomenus. At fuerunt ista futurorum malorum præludia. Quod enim Valens in expeditione Gothica totus esset, ea quæ spectarent ad dogmata, prætermisit, cum tamen Ariani ipsi haud destiterint ubique lacessere Catholicos, & hæreticos ab ipsorum dogmate discrepantes.

Concilium celebratum in Caria.

(b) Socrat. l. 4. c. 21.

(c) Sozom. l. 6. c. 12.

XXVI. ☞ Eodem anno fæces Arianorum Valens & Ursacius una cum ejusdem perfidiæ collegis, Singeduni in Mysia conciliabulum habuere, non tamen adversus Catholicos, sed Semiarianos hæreticos, ægre ferentes, si quis errans non continuo in ejusdem qua ipsi profundum foveæ mergeretur, ex quo quidem conventu istam ad Germinium conscripserunt epistulam, quam liber fragmentorum S. Hilarii de Synodo Ariminensi, nuper editus exhibet istis verbis (*d*):

Conciliabulum Arianorum adversus Semiarianos.

(d) Hilar. frag. l. 2. pag. 40. 41.

Domino religiosissimo fratri Germinio Valens, Ursacius, Gajus & Paulus, S.

Cum de spe & salute sollicitudo incumbit, magis laudandi esse debent qui solliciti sunt, quam reprehensionem aliquam sustinere. Salus autem ac spes principaliter in fide Catholica consistit; & ideo quamvis conventione ad omnes nostros fratres & Coepiscopos nostros * *Veleate & Paulo admonitu, nolueris, ad id quod rumor laitat de te respondere, domine religiosissime, tamen quia litteris tuis testificatus es, te in eadem charitate perseverare, & puritum esse inlibatam dilectionem habere erga nos ostendere: propterea in unum apud Singedunum congregati, iterum his commonefacimus sanctitatem tuam, ut omni occasione ambigui exclusa, digneris rursus rescribere nobis, si a fide Catholica, quæ Arimini e Sancto Concilio exposita confirmataque est, cui etiam universi Orientis Episcopi consenserunt, sicut jam professus es te non recessurum, apertius* * *quæritur significes. Est autem hoc, sicut in ea cautum est: Similem dicimus Filium Patri secundum Scripturas, non secundum substantiam, aut per omnia, sed absolute. Si enim hæc expositio immutata fuerit, manifeste quondam Basilii perfida assertio, propter quam Synodus facta est, quæ etiam merito damnata est, reparabitur. Dignare igitur hoc, quod quæritur, evidenter litteris tuis declarare; non dixisse, aut dicere, vel dicturum, similem esse per omnia Filium Patri, excepta innativitate, ne quod perlatores litterarum Jovianus diaconus & Martyrius subdiaconus verbo deprecationis suæ, ante prædictos dominos meos fratres & Coepiscopos nostros Valentem & Paulum adserebant, magis credibile esse videatur, quia per omnia similem esse Filium Patri profitearis. Si enim sic te, sicut optavimus, sentire scriptis tuis manifestaveris, querelam pro injuria a quibusdam clericis tuis Palladio & Gajo fratribus & Coepiscopis nostris factum, licet nolueris, sicut prima conventione admonitus es, exquirere, ad æstimationem tuam pertinet, illis scilicet præstantibus pro sua temeritate rationem. Hæc per Secundianum presbyterum, Pullentium lectorem, & Candidianum exorcistam transmisimus charitati tuæ 15. Kal. Januarias, Gratiano nobilissimo P. & Dagalaifo Coss. exemplum penes nos retinentes.*

* Valente.

* apertius.

XXVII. Quid autem Germinius? num his consensit? minime gentium: nam accipe ab eo scriptam eo argumento Epistolam (*e*):

(e) Extat apud Hilar. frag. lib. 2. p. 41. 42. 43.

Dominis fratribus religiosissimis Rufiano, Palladio, Severino, Nichæ, Heliodoro, Romulo, Mucinno & Stercorio, Germinius in Domino Salutem.

Vitalis nunc militantis in officio sublimis Præfecturæ relatione comperimus, desiderare sanctitatem vestram significare vobis aperte, quid est quod de fide nostra Valenti, Ursacio, Gajo & Paulo displiceat. Necessarium duxi his litteris patefaciendum sanctitati vestræ, & id quod in vobis ipsis ab initio esse confido, dicere, nos hoc quod & a Patribus traditum accepimus, & divinis Scripturis, quod semel didicimus & quotidie docemus, Christum

Epistola Germinii Semiariani adversus Arianos

stum Dei filium Dominum nostrum per omnia Patri similem, excepta innativitate, Deum de Deo, lumen de lumine, virtutem de virtute, integrum de integro, perfectum de perfecto, ante sæcula & ante universa, quæ intelligi vel dici possunt, genitum, cujus nativitatem nemo scit nisi solus Pater, ipso Filio adserente: Quia nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare: per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil, secundum divinas voces ipsius Salvatoris nostri Filii dicentis: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Et iterum: Quæcumque enim Pater facit, hæc & similiter Filius facit. Et iterum: Ego & Pater unum sumus. Et iterum: Qui me vidit, vidit & Patrem. Et iterum: Quomodo Pater vitam habet a semetipso, ita dedit & Filio vitam habere in semetipso. Et iterum: Sicut Pater suscitat mortuos & vivificat, ita & Filius quos vult, vivificat. Et iterum: Creditis in Deum, & in me credite. Et iterum: Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Et iterum cui Pater dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; nec dixit, ad imaginem tuam, vel ad imaginem meam, ne aliquam dissimilitudinem in Filii sui divinitate demonstraret, sed propterea conjunxit ad imaginem & similitudinem nostram, ut Filium suum sibi similem per omnia Deum manifestaret. Iterum Evangelista: Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre plenum gratia & veritate. Et Apostolus ad Corinthios: In quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium, ut non refulgerent illuminatione Evangelii gloria Christi, quæ est imago Dei. Et iterum idem Apostolus: Et transtulit in regno Filii charitatis, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Et iterum idem Apostolus: Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus. Quis non intelligat, quia quemadmodum secundum servi formam vera fuit caro nostra in Christo, ita & in Dei forma vera sit divinitas Patris in Filio? Et iterum: Videte ne quis vos seducat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa hujus mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Si ergo omnis plenitudo divinitatis inhabitat in Christo, jam non ex parte similis & ex parte dissimilis, sicut nunc asserunt, qui propter contentionem suæ libidinis retrorsum abeuntes, semetipsos a nobis avertunt.

Nam quod putant se pro magno de divinis Scripturis proferre, ut dicant, Chri- XXVIII.
stum facturam & creaturam: e contrario nos secundum Scripturas dicimus, & viam & januam, & lapidem offensionis, & petram scandali, & fundamentum, & brachium, & manum, & sapientiam, & verbum, & agnum, & ovem, & pastorem, & sacerdotem, & vitem, & diem, & alia. Sed hæc omnia sic intelligimus & dicimus, ut virtutes & operationes Filii Dei intelligamus, non ut divinam ejus ex Patre nativitatem hujuscemodi nominibus comparemus, quia ex nihilo omnia per filium facta sunt, Filius autem non ex nihilo, sed ex Deo Patre est genitus.

Miror autem prædictum Valentem aut XXIX.
oblitum esse, aut certe subdole dissimulare, quid in præteritum gestum definitumque sit. Nam sub bona memoria Constantio Imperatore, quando inter quosdam cœperat esse de fide dissensio, in conspectu ejusdem Imperatoris præsentibus Georgio Episcopo Alexandrinorum Ecclesiæ, * Pelusinorum, Basilio Episcopo tunc Anquiritanæ, præsente etiam ipso Valente & Ursatio, & in ea pravitate post habitam usque in noctem de fide disputationem, & ad certam regulam perductam, Marcum ab omnibus nobis electum fidem dictasse, in qua fide sic conscriptum est: Filium similem Patri per omnia, ut sanctæ dicunt & docent Scripturæ; cujus integræ professioni consensimus omnes, & manu nostra subscripsimus. Si autem nunc aliquid spiritus hujus mundi suggerit, ex aperto adhuc scire non possumus. Nam, ut nos professi sumus de Scripturis, per omnia similem Filium Patri, excepta innativitate, exponant & illi de Scripturis, quemadmodum parte similis sit, parte dissimilis. Et ideo, fratres dilectissimi, hæc intrepidanter & sine mora vestræ dilectionis ad consistentiam, per Cyriacum officialem, cujus prima inventa occasio est post Carinum diaconum, quem ad vos misi, professionem destinavi, ut per vestram quoque vigilantissimam devotionem apud Deum universæ fraternitati intimetur, ne quis fallacia diaboli laqueis ignorans implicetur. Jam vestræ est unanimitatis rescribere mihi, quid vobis sanctus Spiritus suggerat. Sane intimo charitati vestræ, me hanc epistolam, propterea quod manus dolerem, subscribere non potuisse; subscribendum autem mandasse fratribus & compresbyteris nostris Innocentio, Octavio, & Catulo. Hactenus Germinius adversatus Arianis, militans tamen intee Semiarianos.

Quo tempore, defuncto illo scelerum o- XXX.
mnium architecto & vexillario impietatis Acacio cognomento Lusco, Episcopo Cæ-

Acacii Episcopi Cæs. Pal. obitus.

Cæsareæ Palæstinæ, Ariani aque Arianum hominem dedere illi successorem Euzojum. Reliquit Acacius commentarios a se conscriptos in Ecclesiasten decem & septem voluminibus comprehensos, necnon συμμίκτων ζητημάτων sex, & multos alios præterea diversosque tractatus. Hæc S. Hieronymus (a), qui Acacii scripta sic legere consuevit, ut in nequam hæretici hominis lucubrationibus caveret a sordibus (b). Alius eodem ferme tempore cluruit Acacius itidem Cæsareæ Palæstinæ, Libanii discipulus, ipsum magistrum superaturus, si licuisset: nam juvenis (ut de eo testatur Eunapius c) decessit. Qui vero Acacio in Episcopatu successit Euzojus (diversus hic plane fuit ab Euzojo itidem Ariano, creato Episcopo Antiocheno sub Constantio) apud Thespesium rhetorem cum Gregorio Nazianzeno (ut tradit sanctus Hieronymus) fuerat Cæsareæ eruditus; ejusque postea factus urbis Episcopus, plurimo labore corruptam bibliothecam Origenis & Pamphili in membranis instaurare conatus est; sed quod Arianus esset, sub Theodosio Principe pulsus est, cui suffectus fuit Gelasius, de quo inferius. Hæc ex Hieronymo (d).

(a) Hier. de scrip. Eccl. in Acacio.

(b) Hier. epist. ad Marc. & Alex. 152.

(c) Eunap. in Vit. Philos.

XXXI. Valentiniani junioris natalis.

Hoc eodem anno, iisdemque Coss. Gratiano & Dagalaipho, natus est filius Valentiniano Imperatori, quem suo quoque nomine Valentinianum nominavit: hæc Socrates (e). Genitus hic fuit ex Justina Ariana fœmina, de qua plura inferius dicturi sumus. Licet igitur Valentinianus ipse Augustus omnium sententia Catholicus habeatur: tamen tum uxoris, tum fratris perfidia infamatur; cum præsertim nullus reperiatur ab eo adhibitus esse conatus, vel studium, quibus eosdem ad meliorem frugem revocare sategerit: &, quod gravius existimatur, grassantem Valentem fratrem in Orthodoxos in Imperio illi subjecto minime cohibuerit: quin & in Occidente Auxentium Arianum, & ab Arianis Episcopum Mediolanensem electum, licet Catholicis Episcopis & inter alios Hilario Episcopo Pictaviensi vehementer reclamantibus, numquam sede expellendum curaverit, sed in ea usque ad obitum siverit permanere. Hæc, inquam, eidem Valentiniano notam inussere non levem. At de Auxentio suo loco dicendum.

(d) Hier. in Euzoio & in Gelasio de script. Eccles.

(e) Socrat. l. 4. c. 9.

Chri-

PAGIUS

VI. Nascitur Valentinianus Valentis filius.

Ad num. XXXI. *Valentinianus junior* non Valentiniani Aug. sed Valentis Aug. filius fuit, ut docet Idacius in Fastis, qui sub hujus anni Consulibus scribit: *His Coss. natus est Valentinianus junior, filius Augusti Valentis, die XV. Kal. Februarias*. Ita enim in MS. quod servatur in Bibliotheca Collegii Parisiensis Patrum Societatis Jesu legitur, licet Sirmondus a Socrate deceptus, in editione illius Operis reposuerit, *filius Aug. Valentiniani*, ut Valesius in Notis ad lib. 4. Socratis cap. 10. observavit, & ipsimet vidimus in eo MS. nobis a V. C. Harduino ejusdem Bibliothecæ Præfecto exhibito. Hic Valentinianus junior ipse est, ut inter omnes constat, qui post biennium cum Victore Consul fuit, cuique Themistius Orationem Consularem dixit, in qua passim Valentem hujus Valentiniani patrem, & Gratianum patruelem appellat. Præterea idem Themistius pag. 154. editionis Petavianæ *Procopii* interitum, qui hoc anno contigit, ortu Valentiniani a Deo significatum esse affirmat. At si Valentinianus junior Valentiniani senioris filius fuisset, ejus ortus nihil significasset Valenti. Valentinianus junior alio nomine *Galates* dictus a Socrate lib. 4. cap. 26. & Sozomeno lib. 6. cap. 16. ubi diserte asserit, *Valenti* unicum filium fuisse ex *Dominica* uxore, nomine *Galatem*. Porro Socratis ac Sozomeni, qui Valentinianum hoc anno natum, filium Valentiniani senioris faciunt, error ex eo manasse videtur, quod duos Valentinianos juniores, alterum Valentis, alterum Valentiniani senioris filium inter se confuderunt, & ex duobus unum fecerunt. Putarunt enim, Valentinianum Nobilissimum puerum hoc anno natum eundem esse cum Valentiniano juniori, qui post mortem patris sui Valentiniani senioris Imperium tenuit cum Gratiano, quod anno CCCLXXV. falsum esse ostendemus. Hæc omnia Valesio laudato accurate observata. Corrigendum itaque quod scribit Baronius, *Valentinianum juniorem* senioris ex *Justina* filium extitisse.

VII. Obitus Liberii PP.

Liberius Papa hoc anno e vivis excessit, quem excepit Damasus, ut anno sequenti videbimus.

I. CHristi annus trecentesimus sexagesimus septimus Consulatu Flavii Lupicini atque Flavii Jovini adscribitur Fastis, sicut ab Ammiano (*a*), Socrate (*b*), atque aliis notatus habetur. Hujus Flavii Jovini esse creditur epitaphium Flaviæ Jovinæ filiæ, quod sic se habet (*c*):

(*a*) *Amm. lib. 27.* (*b*) *Socrat. l. 4. c. 10.* (*c*) *Romæ apud Lal. Pasquali-num.*



FL. IOVINA. QUAE. VIXIT.
ANNIS. TRIBUS. D. XXXII. DEPOS.
NEOFITA. IN. PACE. XI. KAL. OCTOB.

Præfectura Viventii. Quo etiam anno Romæ post Lampadium Viventius gessit præfecturam Urbanam, id eodem Ammiano atque etiam rescriptis Imperatorum testantibus; nam sub iisdem Consulibus ad eumdem Viventium extant data rescripta; at illud de relaxandis vinctis die Paschalis, his verbis (*d*):

(*d*) *l. 3. de indul. C. Theod.*

Imppp. Valentinianus, Valens, & Grat. AAA. ad Viventium P. V. Ob diem Paschæ, quem intimo corde celebramus, omnibus quos reatus astringit, carcer inclusit, claustra dissolvimus. Attamen sacrilegus in majestatem reus, in mortuos veneficus, sive maleficus, adulter, raptor, homicida, communione istius muneris

PAGIUS SÆC. IV.

Anno Urbis 1120. Olymp. 286. an. 3. *secundum Baronium.* A.C. 367.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5860.

⊙ 22. G. ☽ 7. P. 10. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 367.

DAMASI PAPÆ 2.

VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP. 4.

GRATIANI IMP. 2.

[a] AD num. I. Coss. *Lupicinus & Jovinus:* prior Orientalia: Magister enim Equitum in Oriente fuit, ut testatur Ammianus lib. 26. cap. 5. posterior Occidentalis, cujus sæpe meminit Marcellinus lib. 25. 26. & 28. I. *Consules.*

A num.

NOTÆ (1) COss. *Lupicinus & Jovinus.* Relandus ex legibus utriusque codicis habet: *Post consulatum Gratiani nobilissimi pueri & Dagalaiphi*, ut etiam patet ex Inscriptione Gruteriana, ad annum superiorem producta, & apud Fleetwodum pag. 502. deinde: *Lupicino & Jovino*. Reinesius Clas. XX. pag. 906. LUPICINO. & JOVINO. COSS. Inscriptiones Basilicæ S. Pauli, n. 410.

D E P O S I T U S. X X I. K...
J O V I N O. E T. L U P I C I N O.

Item n. 432.

L U P I C I N O. E T. JOvino

Lapis demum in pavimento basilicæ S. Laurentii extra muros Urbis. Exscripsi A. D. 1736.

P E R F R U A R. U T. E G R E O I I S. M....
V I X I T. A N N. L I I.
D E C E S S I T. X V I. K. N O V.
F L. L U P I C I N U S C O....

Gudiana inscriptio apud Relandum:

V I. I D U S. M A I A S. L U P I C I N O. E T
J O V I N O V V. C C. C O S S.

Mabillonius in supplem. rei diplom. pag. 45.

F L A V I I S. L U P I C I N O. E T. J O B I N O
C O N S S. V I I. I D U S. J U N I A S &c.

Vide Relandum ad hunc annum. Laterculus Paschalis in fine Gennadii de viris illustribus: *Lupicino & Jovino*.

nis sepiriantur. *Dat. 3. Non. Maji*, *Rom. Lupicino & Jovino Coss.* Sed & illud, quo prohibentur delinquentes damnari ad ludum.

(a) l. 11. de pœnis. C. Theod. *Idem (a) AAA. ad Viventium P. V. Neminem de numeris nostri sacrario prodeuntem arena suscipiat, lanista doceat, sæva meditatio & pugnatrix exerceat: multa siquidem possunt esse supplicia, quibus culpa plectatur. Dat. V. Id. April. Lupicino & Jovino Coss.*

Cum igitur ex his rescriptis liquido demonstretur, præfecturam Urbanam Viventii contigisse sub Consulatu Lupicini atque Jovini; ex his pariter redditur exploratum tempus obitus Liberii Papæ, & creationis Damasi ejus successoris: nam sub ejusdem Viventii præfectura subortum esse sævum Ursicini schisma adversus Damasum, disertis verbis Ammianus affirmat (b). De his igitur pluribus acturi, ut de Liberii obitu primum instituamus orationem, exigit rerum ordo.

(b) Amm. lib. 27.

II. Obitus Liberii Papæ.

De Liberio Papa, quot annis sederit, plane diversæ repetiuntur sententiæ, quas sive in codices menda illapsa, sive scriptorum incuria induxerunt. Nam in libro de Romanis Pontificibus, annis sex tantum, mensibus sex, & diebus quatuor sedisse legitur; totidemque apud Nicephori Chronicon numerantur usque ad Felicem. In Cresconiario autem Indice, decem anni, menses septem, & dies tres ejusdem Pontificatui tribuuntur. Cæterum apud Hieronymi Chronicon, ab ingressu Liberii usque ad Damasi successionem, anni intercedunt decem & octo. At vero habita exactiori ratione ingressus Liberii usque ad præsentis anni quintum Idus Septembris; dicere opus est eum sedisse annos quindecim, menses quatuor, & diem unum: nam ejus ingressus contigit VIII. Idus Maji (ut dictum est) anno Domini trecentesimo quinquagesimo-secundo.

III. Basilica Liberii

De eodem autem Liberio hæc habentur in libro de Romanis Pontificibus: *Hic ornavit de platonia sepulcrum sanctæ Agnetis martyris.* Et paulo post: *Hic fecit basilicam nomine suo juxta Macellum Lybiæ, alias Liviæ.* De Macello Liviano, loco sic dicto in Esquilino colle, est mentio apud Sextum Rufum, & P. Victorem. Porro quod ad ejusdem templi erectionem spectat; ex collatis impensis Joannis Patritii ac de re per visum admoniti, & miraculo confirmati, descendentibus nivibus Nonis Augusti, formamque templi monstrantibus, eam basilicam erectam esse, ejusdem Ecclesiæ vetera monumenta declarant: verum ipsam ab ejus erectore, nomine Liberii nuncupatam esse, Marcellinus presbyter in libello de schismate Ursicini certam fidem facit. Rursum de Liberio hæc in eodem libro de Romanis Pontificibus: *Hic fecit ordinationes duas in Urbe mense Decembris, & ordinavit presbyteros octodecim, diaconos quinque, Episcopos autem per diversa loca decem & novem. Qui sepultus est in via Salaria in cœmeterio Priscillæ.*

IV. Liberii memoria.

Remansit posteris Liberii Papæ memoria haud ignobilis, sed plane honorificentissima; de qua, ut ab homine hujus temporis, eodemque Romano cive, atque itidem doctrina & sanctitate claro, quique nullo privato affectu, sed veritatis tantum studio movetur, testimonium petamus; sanctus Ambrosius (c) testimonium affert, eum in commentariis de Virginibus, cui tamquam in auro gemmam voluit ejusdem Liberii Papæ intexuisse sermonem, ita præfatur: *Quoniam quæ habuimus, digessimus superioribus libris duobus: tempus est, soror sancta, ea quæ mecum conferre soles, beatæ memoriæ Liberii præcepta revolvere; ut quo vir sanctior, eo sermo accedat gratior. Namque is, cum in Salvatoris Natali ad Apostolum Petrum virginitatis professionem vestis quoque mutatione signares (quo enim melius die, quam quo Virgo posteritatem acquisivit?) atque astantibus etiam puellis Dei compluribus, quæ certarent invicem de tua societate: Bonas, inquit, filia, nuptias desiderasti, &c.* Pergit integrum tunc ab eodem Liberio habitum sermonem recensere; ubi post finem hæc addit: *Hæc tecum sanctæ memoriæ Liberius, quæ apud alios majora verbis, apud te minora exemplis sunt, &c.* Ut plane appareat, omnem maculam, quam olim

(c) Ambr. de Virg. lib. 3.

PAGIUS

II. Liberii PP. obitus.

A num. II. ad VII. *Liberii* Papæ obitus anno antecedenti contigit, quo eum Hieronymus in Chronico juxta Pontaci editionem consignavit. Præterea *Marcellinus* & *Faustinus* Presbyteri Luciferiani, qui hoc tempore vixere, in Præfatione libelli precum ad Imperatores Valentinianum, Theodosium, & Arcadium, tradunt Liberium humanis rebus exemptum *VIII. Kalendas Octobris Gratiano & Dagalaipho Coss.* id est, anno præcedenti. Eadem die, nempe vigesima quarta Septembris memoratur in Martyrologio Bedæ; in quibusdam vero Martyrologiis, ut in Hieronymo, nomen ejus ad IX. Kalend. Octobris inscriptum. Qua ex diversitate intelligimus, *Liberium* die XXIII. Septembris demortuum, sequentique sepulturæ mandatum. Ammianus lib. 27. cap. 3. dicit quidem, sub *Viventii* Præfectura, quæ in hunc annum incidit, ortum esse Damasum inter & Ursicinum dissidium pro Urbis Romæ Episcopatu. Sed *Prætextatus* jam mense Augusto currentis anni eidem successerat, ut liquet ex Lege Codicis Theodosiani *De ingratis liberis*, dat. *XV. Kalend. Septemb.* Prætextato inscripta, ideoque *Viventius* jam anno præcedenti ante mensem Septembrem, quo Liberius obiit, dignitatem illam inierat. Quare dissidium illud quod Ammianus narrat, anno superiori contigit; cum non sit ratio, cur in morte Liberii Marcellino & Faustino fides non adhibeatur.

Ana-

stim exul Arianorum ad tempus communione, etsi non hæresis pravitate, contraxerat, posteriori illa confessione tempora Concilii Ariminensis prosas deletam atque omnino fuisse oblivione sepultam. Hinc videas & a Græcis etiam ejusdem temporis sanctissimis atque doctissimis viris Liberium dignis titulis honestari: unde S. Basilius (a) nominat eum, beatissimum virum, scribens ad Occidentales: Epiphanius (b) vero, beatum; reperimusque ejus memoriam in nonnullis antiquis scriptis codicibus recensitam inter alios sanctos, anniversario die natali publice recolendam: ex quibus exscripsit Beda; in cujus Martyrologio 8. Kalend. Octobris Liberii Romani Episcopi nomen cum aliis sanctis habetur intextum; sed & alibi (c) cum aliis ejusdem diei Sanctis sic versibus decantatum, pridie tamen ejus diei, nempe 9. Kalendas Octobris.

Liberius inter sanctos relatus.

(a) Basil. ep. 74.
(b) Epiph. hæres. 75.
(c) Martyrol. VVandelbert. die 23. Septembr.

Nonum Thecla tenet roseo perfusa cruore,
Liberiusque dicat Romanam Papa per Urbem,
Levita & Sosius merito splendescit honore.

V. ☞ Ad hæc omnia de Liberio posita, addenda est inscriptio nuper reperta Spoleti in tumulo, exarata totidem verbis ac versibus, ut hic legitur.

D. P.
PICENTIAE
LEGITIMAE
NEOPHYTAE
DIE. V. KAL. SEP.
CONSIGNATAE
A LIBERIO PAPA
FL. HOSPITIUS
MARITUS
VXORI
BENEMERENTI
DUPLICEM
SARCOFAGUM
CUM TITULO
HOC LOCO
. . . OE . . . I
POSUIT
. . . . MARITO
. . . . . ET

fracta tabula & fragmentis deperditis, desunt reliqua. Quod autem audis, consignatam fuisse defunctam a Liberio Papa, per consignationem intelligere debes collatum sacramentum, quod dicimus Confirmationis seu Chrismatis, uti vetus loquendi usus obtinuit, quod accipi consuevit ab Episcopo suo: cum vero illud ipsa acceperit a Liberio Papa, placuit marito ejusmodi exhibitum ipsi munus a tanto Pontifice, relinquere perpetua memoria sepulcrali lapide consignatum.

VI. Post obitum Liberii vacasse sedem dies sex, in ejusque locum Damasum Hispanum, Antonii filium, fuisse legitime subrogatum die decimaquinta Septembris, consentiunt omnes; Ursicinum vero postea eodem anno in schismate Pontificem acclamatum. Quæ enim olim cœperat in clero Romano dissensio ex substitutione Felicis (licet Liberius eam componere studuisset, recipiens in clero atque uniens cum aliis eos qui ordinati fuerant a Felice) latenter serpens, novi Pontificis electionis occasione recruduit: dum alii ex parte Felicis, ex parte vero Liberii alii conarentur ordinare Pontificem. Itum est a majori saniorique parte in Damasi electionem; qui licet fuisset ex parte Felicis (d), Liberius tamen (ut dictum est) non tantum una cum aliis eumdem receperat in clerum, sed etiam Vicaria præfectura donarat, cum post Concilium Ariminense (ut meminimus) Liberius iterum a Constantio vexatus in suburbiis conventus ageret: quod ejusdem Liberii Acta (e) quantumlibet depravata testantur, in quibus hæc leguntur: *Nolite temere, quoniam ego vobiscum non habito in civitate Romana; sed habetis Vicarium, ecce fratrem & presbyterum Damasum cujus testimonium vos mihi perhibetis, &c.* Ex quibus erroris pariter arguuntur, qui Damasum dicunt ex Diacono creatum esse Pontificem. Senex erat sexagesimum secundum circiter annum agens, cum creatus est Pontifex; quem, postquam sedisset annos decem & octo, prope octogenarium decessisse affirmat S. Hieronymus (f).

Damasi electio.

(d) Marcellin. de schismat. Ursicin.
(e) Acta Liberii cap. 2.
(f) Hieron. de Scrip. Eccl. in Damaso.

Pars

PAGIUS III. Anastasius juxta accuratiorem editionem ab Holstenio curatam, de Constantio Imp. ait: *Missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus, simul Ursatius & Valens venerunt ad Liberium, qui consensit præceptis Constantii, ut una participatio conveniret communionis cum hæreticis tantum, ut non rebaptizarent*, ubi duo codices MSS. Florentini habent, *rebaptizaret*. Ad quæ verba Holstenius notat Arianos tempore Liberii Papæ rebaptizasse eos, qui ex Catholicis ad sectam suam veniebant, & Anastasium illum locum descripsisse ex auctiori Chronico veterum „ Pontificum. Addit Holstenius: Quandonam „ autem cœperint rebaptizare Ariani, nondum „ innotuit, verisimile tamen est eos rebapti„ zandi morem a Donatistis accepisse, & Do„ natistas, ne amplius in Africæ angulo lati„ tare dicerentur, ante *Liberii* tempora unio„ nem cum Arianis iniisse.

De rebaptizatione ab hæreticis usurpata.

IV. Duratio Sedis *Liberii* tam in Anastasio, quam in Catalogis corrupte descripta. Sed cum eam inierit anno CCCLII. die XXI. mensis Junii, sedit annos quatuordecim, menses tres & dies tres emortuali incluso, qui dies tres in Anastasio, & in quibusdam Catalogis nostris, alisque leguntur. Addit Anastasius, *Liberium sepultum fuisse VIII. Kalendas Maii*, & cessasse Episcopatum *diebus septem*. Sed dies ille ad aliquam ejus Translationem referendus: in antiquo enim Martyrologio Sancti Cyriaci habetur: *IX. Kal. Octob. Romæ depositio sancti Liberii Episcopi*. Ex quibus sequitur *Damasum* na-

Damasus succedit Liberio.

lio-

VII. Schisma Ursicini.

Pars autem adversa indigne ferens ex communione Felicis electum esse Pontificem, una cum diaconis Romanæ Ecclesiæ conspirans, occupansque basilicam Sicini *, creat contra Damasum Ursicinum Diaconum Romanum Episcopum. Qui vero tunc tumultus oborti, quæve cædes fuerint in eadem basilica perpetratæ, ex Ammiano (a) hic potissimum describamus, licet Ethnico homine, & rerum Christianarum haud exacto exploratore. Ipse igitur postquam de præfectura Urbana Lampadii egit, de ejus successore Viventio ita scribit: *Advenit successor ejus ex Quæsitore * Palatii Viventius, integer & prudens, Pannonius; cujus administratio quieta fuit & placida, copia rerum omnium fluens. Et hunc quoque discordantis populi seditiones terruere cruentæ, quæ tale negotium excitavere. Damasus & Ursicinus supra modum ad rapiendum Episcopalem sedem ardentes, scissis studiis asperrime conflictabantur, adusque mortis vulnerumque discrimina adjumentis utriusque progressis. Quæ nec corrigere sufficiens Viventius, nec mollire, vi magna coactus secessit in suburbanum. At * in concertatione superaverat Damasus, parte quæ ei favebat, instante. Constatque in basilica Sicinini *, ubi ritus Christiani est conventiculum, uno die centum triginta septem reperta cadavera peremptorum, efferatamque diu plebem ægre postea delenitam.* Ponitur in descriptione (b) Urbis basilica Sicini in regione quinta juxta forum Esquilinum, longe a Macello * Liviano, ubi fuisse ponitur basilica Liberii. Sed subdit his Ammianus, ita hostis Christianorum carpens Romanam Ecclesiam:

* Sicinini.

(a) Amm. lib. 27.

* Exquisitor.

* Et.

* Sicini.

(b) Panv. in descrip. Urbis.

* Marcel. lo.

VIII. Rom. Pontif. luxus reprehensus ab Ammiano.

Neque ego, inquit, *abnuo, ostentationem rerum considerans urbanarum, hujus rei cupidos, ob impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum jurgari debere; cum id adepti, futuri sint ita securi, ut ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis insidentes, circumspecte vestiti, epulas curantes profusas, adeo ut eorum convivia regales superent mensas. Qui esse poterant beati re vera, si magnitudine Urbis despecta, quam vitiis opponunt, ad imitationem Antistitum quorumdam provincialium viverent: quos tenuitas edendi potandique parcissime, vilitas etiam indumentorum, & supercilia humum spectantia, perpetuo numini verisque ejus cultoribus ut puros commendant & verecundos.* Hactenus Ammianus.

IX. Negari quidem minime potest, deorum cultoribus movisse invidiam Christianæ religionis summum Pontificatum adeo insigniter externis quoque splendoribus illustratum; ægroque tulisse animo, eo munere fungentem Romanum Episcopum ejusmodi claritudine magis conspicuum apparere, quam Gentiliciæ superstitionis Regem sacrificum, sive alios Pontifices atque sacrificos, jam deorum cultu frigescente, despectos.

Rom. Pontif. in cultu externo majestas.

X. Regius splendor regalis Sacerdotii.

Certe quidem adeo Romæ his temporibus effulgebat Romanorum Christianæ religionis Antistitum decor ac splendor, ut non Ammiani tantum vel cæterorum illi similium commoverit animum; sed & clarissimorum virorum, immo amplissimorum magistratuum invidiam concitarit. Unde Prætextatus ille nobilissimus Romanorum, quem Proconsulatum gessisse in Oriente horum Imperatorum exordio vidimus, & Viventio sequenti anno suffectum fuisse in Urbana præfectura, aliisque magistratibus auctum, suo loco dicemus; *hic ipse prætextatus* (inquit S. Hieronymus e) *qui & consul designatus postea mortuus est, homo sacrilegus & idolorum cultor, solebat ludens beato Damaso dicere: Facite me Romanæ Urbis Episcopum, & ero protinus Christianus.* Hæc Hieronymus: ut plane appareat, summo atque regali Christi Ecclesiæ sacerdorio regiam quoque magnificentiam fuisse conjunctam: quæ cum ab Ethnico scriptore carpantur; æque ab hæreticis recentioribus canino dente rabiosius corroduntur; isthæcque ab Ammiano scripta, velut e divino oraculo prodita, in Romanam Ecclesiam exprobrant: minime considerantes, antiquam hanc esse calumniam ab Ethnicis in Christianos omnes illatam: cum (ut ait Tertullianus d) *prodigas eorum cœnas sugillarent; quæ cum a charitate fuerint ἀγάπαι denominatæ, quantiscumque, inquit, sumptibus constent, lucrum est, pietatis nomine facere sumptus.* Siquidem ex eis etiam inopes pascebantur: cum alioqui iidem frequentius jejunare solerent, ac Romæ potissimum; ubi tribus diebus cujuslibet hebdomadæ totius anni, excepto tempore Quinquagesimæ, Christianos omnes jejunare consuevisse, S. Augustinus (e) ad Casulanum scribens disertis verbis affirmat.

(c) Hieron. epist. 61.

(d) Tertull. in Apol. c. 39.

(e) Aug. ad Casulan. ep. 86.

XI. Sanctorum convivia.

Sed quod ait Ammianus de profusioribus epulis; considerandum est, causa urgente interdum sanctissimos viros regias cœnas parare solitos. De sancto enim Ambrosio testatus est (f) Vincentius P. Prætorio in Galliis apud S. Martinum, ipsum agentem Mediolanensem Episcopum, consuevisse exhibere convivia Præfectis atque consulibus, & absque dubio, digno invitatis hominibus sumptu; cum tamen haud ipse Ambrosius voluptuosus esset, vel jejunare prætermitteret; de quo Paulinus

(f) Sever. in dial. Gal. 1.

PAGIUS tione Hispanum, ut habet Anastasius, ordinatum fuisse Pontificem Rom. die prima Octobris superioris anni, in quam Dominica cadebat, ut in morte ejus constabit.

(a) Paulinus in Vita S. Ambros. linus tradit (a), quotidiano jejunio corpus attrivisse: *Cui*, inquit, *prandendi numquam consuetudo fuit, nisi Sabbato, & Dominico, vel cum natalitia celeberrimorum martyrum essent*. Sicque secundum illud Apostoli (b): *Scio abundare, & scio penuriam pati*. (b) Philip. 4. Apostolici quoque viri, ut Ambrosius atque Damasus, ita noverunt vitæ institutum attemperare, ut juxta ejusdem Apostoli (c) sententiam; (c) Rom. 14. sive manducarent, Domino manducarent; sive non manducarent, æque Domini causa non manducarent; omniaque charitate jubente, arbitrio Spiritus agerent.

XII. Clementis PP. VIII. dignum exemplum.

Sane quidem magna animi nostri voluptate factum est, quod bis ferme diebus, cum hæc cudenda exhiberemus, Sanctissimus Dominus Noster CLEMENS Papa OCTAVUS hoc primo sui Pontificatus exordio inter alia ad disciplinam Ecclesiasticam componendam saluberrime instituta, quo cæteris hospitalitatis ac in pauperes beneficentiæ exemplo præluceat, quotidianæ illi mensæ tredecim ex ipsis veteri instituto parari solitæ adjecit alteram prope cœnaculum suum pauperibus peregrinis potissimum e remotioribus regionibus in Urbem confluentibus in singulos dies parandam: e sua enim opipare referta dapibus, iisdem sacro ritu ex more sanctificatis, sedens ipse arbiter continentiæ, delectumque adhibens, pretiosiora quæque ac lautiora jubet afferri pauperum mensæ, vilioribus sibi retentis ac modicis; tanto solum judicans dignos honore Dei servos, ipsos pauperes, Christi vicem agentes, Vicarius ipse Christi, & servus servorum Dei. At hæc obiter, occasione Ethnicorum sugillantium lautas mensas Romanorum Pontificum, dicta sunto.

XIII. Adversus Clericos deliciosos.

Cæterum quod ad propositam rem spectat: sicut sanctissimos viros omnia sua ad spiritus regulam moderantes, dignos laude censemus; ita illos improbandos damnandosque putamus, qui carni indulgentes, de Christi patrimonio opsonantur: adversus quos justa est S. Hieronymi ista reprehensio (d): (d) Hieron. in Michæa cap. 2. *Sed & Ecclesiæ quoque principes, qui deliciis affluunt, & inter epulas atque lascivias pudicitiam servare se credunt, propheticus sermo describit, quod ejiciendi sunt e spatiosis domibus, lautisque conviviis, & multo labore epulis conquisitis; & ejiciendi propter malas cogitationes & opera sua. Et si vis scire quo ejiciendi sunt, Evangelium lege (e)*: (e) Matt. 22. *In tenebras scilicet exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. An non confusio & ignominia est, Jesum Christum crucifixum, magistrum, pauperem & esurientem fartis prædicare corporibus, jejuniorumque doctrinam rubentes buccas tumentiaque ora proferre? Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conversationem quoque & abstinentiam amplectamur. Sanctum utique est & Apostolicum ministerium, viduis & pauperibus ministrare. Non oportet*, inquiunt, *dimisso verbo Dei, ministrare nos mensis (f)*. (f) Act. 6. *At nunc non dico pauperes, non dico fratres, & qui rursum invitare non possint (ex quibus, excepta gratia, nihil aliud Episcopalis speret manus) sed militantes & accinctos gladio, & Judices, excubantibus ante fores suas Centurionibus & turmis militum, Christi sacerdos invitat ad prandium. Tota clerici Urbe discursant, quærunt exhibere Judicibus quæ illi in prætoriis suis aut invenire non possunt, aut certe inventa non coemunt. Nec vero arbitrandum, quod generaliter ad omnes hæc dirigatur invectio, sed quod eos qui tales sunt, pulset sermo propheticus, & comminetur eis supplicia & tenebras sempiternas: ut qui pudore & verecundia non tenentur, agant pœnitentiam saltem comminatione pœnarum*. Hucusque Hieronymus, haud dubie ab hac objurgatione excipiens Damasum, quem mille locis sanctissimum prædicat. Sed ad schisma Ursicini, e quo divagata est oratio revocetur.

XIV. Marcellinus & Faustinus schismatici.

De eo schismate complura scripta habentur a Marcellino Romano presbytero in eo libello, quem una cum Faustino diacono obtulit Theodosio Imperatori. Sed cum constet, eum bis fuisse schismaticum, adhærentem nimirum primo Ursicino pseudo-pontifici, ac postea Luciferianis; ea in hac causa fides illi adhibenda est, quæ latronibus solet accusantibus eos, quos ipsi fuerint deprædati. Quis enim ipsum duxerit audiendum de Damaso, qui & in alios Orthodoxos fuerit contumeliosus, atque etiam in S. Hilarium Pictaviensem Episcopum calumniose æque ac audacter insoltet? Porro res Damasi & Ursicini publicis judiciis sæpe discussæ ac ventilatæ, adeo exploratæ sunt redditæ atque perspicuæ, ut Imperatores ipsi sæpius ad Urbis Præfectos pro Damaso adversus Ursicinum ejusque gregarios reperiantur dedisse rescripta, quæ suis locis, secundum tempus quo scripta sunt, sigillatim reddemus inferius.

XV. Refellitur mendacio in Damasum acervata.

Sed illud in primis est redarguendum mendacium, quo dicunt, primitus Ursicinum, ac subinde Damasum post dies septem esse creatum Romanum Pontificem, occupasseque basilicam Lateranensem, atque inde impetum fecisse in basilicam Julii. Nam hic manifeste adversatur Sanctus Hieronymus, quem hisce ipsis temporibus, Romæ fuisse monstrabimus. Ipse enim in Chronico contrarium penitus astruit, dum sic ait: *Damasus trigesimus quintus Romanæ Ecclesiæ ordinatur Episcopus. Post multum*

tem-

temporis spatium (vel ut alii legunt) *post non multum temporis spatium, Ursicinus* * *a quibusdam Episcopus constitutus, Sicininum cum suis invadit; e quo Damasiana partis populo confluente, crudelissimæ interfectiones diversi sexus perpetratæ*. Affirmat hoc ipsum Ruffinus (*a*), qui etsi forte Romæ non erat, res tamen sui temporis vulgatas ubique conscripsit. Sed mox hic ejusdem Ruffini de oborto schismate integram ipsam sinceramque narrationem subjiciemus.

* Ursinus.

(*a*) *Ruffin. l.2. c.10.*

XVI. Verum & eo quoque impudentiæ adactus est ipse ab Ecclesia & a Deo divisus, efferatus sebismaticus Marcellinus, ut arguens Damasum, affirmet fuisse sævissimum hominem, in eumque tot cædium immaniter patratarum culpam rejiciat: ab ipso enim conciratos esse milites ait in sectatores Ursicini. At ut hæc omnia apertius refellantur; in primis quæ scripta sunt eo argumento a Ruffino, hic describamus: *Damasus*, inquit, *post Liberium per successionem sacerdotium in urbe Romana susceperat. Quem prælatum sibi non ferens Ursicinus* * *quidem ejusdem Ecclesiæ diaconus, in tantum furoris erupit, ut persuaso quodam satis imperito & agresti Episcopo, collecta turbulentorum & seditiosorum hominum manu, in basilica quæ Sicinini appellatur, Episcopum se fieri extorqueret, legibus & ordine & traditione perversis. Quo ex facto tantæ seditio, immo vero tanta bella coorta sunt, alterutrum defendentibus populis, ut replerentur humano sanguine orationum loca. Quæ res factione Maximi* * *Præfecti, sævi hominis, ad invidiam boni & innocentis versa est Sacerdotis; ita ut causa clericorum usque ad tormenta duceretur. Sed assertor innocentiæ Deus affuit; & in caput eorum qui intenderant dolum, pœna conversa est*. Hæc Ruffinus: eadem quoque Græci habent, nempe Socrates (*b*), Sozomenus (*c*), Nicephorus (*d*), & alii. Quisnam autem fuerit rudis ille & agrestis Episcopus, qui ausus est Ursicino manus imponere; Marcellinus iu libello, quem scripsit, expresse nominat: aitque fuisse Paulum Episcopum Tiburtinum: quo quidem uno argumento, etsi reliquæ deessent pro causa Damasi defensiones, satis superque declaratur, Ursicinum fuisse schismaticum: cum ex his quæ ex S. Augustino & aliis superius dicta sunt, liquido constet, non alterius Episcopi quam Ostiensis fuisse, manus imponere super electum Romanum Pontificem.

Aliæ calumniæ Marcellini in Damasum.

* Ursinus.

* Maximini.

(*b*) *Socrat. l.4. c.24.*
(*c*) *Sozom. l.6. c.23.*
(*d*) *Niceph. l.11. c.30.*

XVII. Quod autem spectat ad Maximum, seu potius Maximinum (sic enim eum nominat Ammianus) cujus sævitiam redundasse in invidiam & odium Damasi Papæ Ruffinus & alii citati nuper auctores testantur; fuisse quidem ipsum, cum Vicariam præfectutam, & Annonariam, ac postea Prætoriam administraret, truculentum civium Romanorum carnificem ad omne immanitatis genus exercendum egregie comparatum, pluribus idem Ammianus (*e*) testatur; qui & ejus in cives Romanos diras recenset carnificinas. Porro ea quæ in Ursicini sectatores visus est iste acerbius perpetrasse, in Damasi invidiam, cujus defensionis causa ille militum gladios cruentasset, obtrectantes schismatici converterunt; adeo ut ea de re numquam desiverint etiam post obitum Valentiniani apud Theodosium queritari iidem Marcellinus, & Faustinus. Porro Damasi incredibilis animi mansuetudinis locuplex testis est S. Hieronymus, qui tunc agens in Urbe erudiebatur rhetoricis disciplinis: ipse enim cum ad Innocentium amicum scribens, de muliere septies icta historiam enarrasset, in fine hæc de Damaso habet (*f*): *Romanum Episcopum jam pene factionis laqueis irretitum & vicisse adversarios, & non nocuisse superatis*. Quid amplius? S. Ambrosius & ipse Romanus, & Romæ adhuc in paterna domo cum Marcellina sorore ac fratre Satyro agens, scribens postea alia occasione ad Valentinianum juniorem Imperatorem, cum de Damaso Papa obiter incideret mentio, sic ait (*g*): *Damasus Romanæ Ecclesiæ sacerdos judicio Dei electus*. Ita ipse.

Maximini sævitiis redundat in Damasum.

(*e*) *Amm. lib.28.*

(*f*) *Hieron. epist.49.*

(*g*) *Ambr. epist.30.*

XVIII. Cæterum, quod ejus legitima ordinatio nulla posset invidentium hostium labefactari calumnia, eademque nota esset & magistratibus & Imperatori; schismatici ad falsas easdemque turpissimas accusationes conversi sunt, ut litteræ Valentiniani Aug. inferius suo loco recitandæ declarant. Adulterii enim sanctissimum ac purissimum virum accusarunt, quem S. Hieronymus (*h*) virginem, Ecclesiæque virginis doctorem appellat ad Pammachium scribens; ejusque mores eximios Græci (*i*) pariter prædicant. Sed de his alias in ejus obitu. Hæc quidem nos de legitima Damasi electione; ejusque morum integritate haud otiose voluimus ex certis ac probatis testibus inculcasse, ipsoque ejusdem Pontificatus ingressu lectori ob oculos posuisse; quod sciamus, levissimos quosdam, nulla rerum habita diligentiori pervestigatione, una lectione libelli Marcellini schismatici, Damasi hostis implacabilis, imprudenter nimis ac potius stolide primas detulisse Ursicino; quem non solum fuisse tradunt verum legitimumque Romanum Pontificem, sed & moribus plane sanctissimum: neque erubuerunt post tot sæcula, hominem in publico sanctorum Patrum consensu damnatum legibus Imperatoris sæpe proscriptum, Catholicis omnibus, ut monstrum ostentui habitum, adeo imprudenter ac temere commendare; condemnare vero sunt ausi S. Damasum a sacro Concilio probatum,

Damasus accusatur adulterii.

(*h*) *Hieron. epist.50.*

(*i*) *Theod. lib 5. c.2. Socrat. l.4. c.27. Sozom. l.6. c.28. Niceph. l.11. c.10.*

rescriptis Imperatoriis ab oppressoribus vindicatum, antiquorum omnium præconio laudatum, toti orbi Catholico communicatione conjunctum, vitæque moribus insignem atque perspicuum, miraculis etiam illustratum, ac denique universæ Catholicæ consensu Ecclesiæ a tempore obitus in hanc diem anniversaria memoria celebratum. Sed jam ad rei gestæ historiam revertamur.

XIX. *Plebs incitata falsa spe martyrii.*

Ut autem furens plebecula adeo animata, libens volensque in militum gladios se ab illis trucidandam timoris expers immitteret; schismaticorum tuba illo furoris adegit, qua velut classico clangebant ac clamitabant, tempus esse martyrii, nec timandos eos, qui corpus occiderent. Quibus illa incauta decepta, eo avidius ruebat in cædem, quo ex suis alios se ad martyrii coronam præcessisse putabat; damnum existimans, ad cœlestia præmia ab aliis anteverti. Id quidem ex ipso schismaticorum libello Marcellini atque Faustini colligitur, quem antiquitus scriptum Vaticana bibliotheca nobis exhibuit. Quomodo autem iidem schismatici sæpe mulctati, ab Urbe pulsi, atque iterum impertita venia ab Imperatore restituti, ac postea denuo tumultuantes longius fuerint ablegati, dicemus suis locis inferius, annis, ut sunt gesta, sequentibus: haud enim fuit istiusmodi unius anni negotium; sed decem & octo annis, quoad vixit Damasus, numquam destitit pertinacia schismaticorum, quantum ipsis licuit, eumdem sanctum Pontificem graviter exagitare. ☞ Reperitur in antiquis inscriptionibus Damasus pro unione Sanctæ Ecclesiæ nuncupasse vota Martyribus, quæ & persolvit, ubi Romanus Clerus, relicto Schismatico Ursicino, Damaso conjunctus est: extat de his vetus (*a*) inscriptio istis verbis:

(a) *Antiq. inscrip. in append. pag. 1171. nu. 3.*

S. Damasus votum solvit SS. Martyribus.

Sanctorum quicumque legis venerare sepulcrum
Nomina nec numerum potuit retinere vetustas
Ornavit Damasus tumulum cognoscite Rector
Pro reditu Cleri Christo præstante triumphans
Martyribus Sanctis reddit sua vota Sacerdos.

Sed & quod sequitur Epigramma (*b*) ad hoc ipsum spectare videtur, cum & furens populus secutus Ursicinum, projectis armis, est conversus ad Damasum: quod de Damaso, non tamen a Damaso videri potest esse conscriptum:

(b) *ead. pag. n. 6.*

Militiæ nomen dederant almumque gerebant
Officium pariter spectantes jussa Tyranni
Præceptis pulsante metu servire parati.
Mira fides rerum subito posuere furorem
Conversi fugiunt Ducis impia castra relinquunt.
Projiciunt Clypeos faleras & tela cruenta
Confessi gaudent Christi portare triumphos
Credite per Damasum possit quid gloria Christi. ☜

Jam vero quæ hujus anni reliqua sunt, ordine prosequamur.

XX. *Gratianus Augustus.*

Hoc eodem anno, iisdem Coss. Lupicino atque Jovino, 9. Kalend. Septembris; Gratianum Valentiniani filium, a patre creatum esse non modo Cæsarem, sed & Augustum, Socrates (*c*) tradit. Sed cum constet ex rescriptorum titulis superius recitatis, datisque mensibus Aprilis ac Maii, inter Imperatores legum latores nominari quoque Gratianum, plane patet, hujus anni ferme principio eam summam dignitatem ipsi collatam esse: fecisse id tamen ipsum Valentinianum, postquam crebris pulsatus febribus vix ex insperato convaluisset, Ammianus (*d*) affirmat, qui Gratianum fuisse ætate adulto proximum ait: immo jam adultum fuisse, Valentinianus ea oratione, quam tunc habuit coram exercitu, palam testatus est.

(c) *Socr. l. 4. c. 10.*

(d) *Amm. lib. 27.*

XXI. *Exquisita crudelitas Imperatoris.*

His proxime subdit idem Ammianus de quibusdam injuste jussu Imperatoris a magistratu necatis, & a Christianis (ut ait) instar martyrum cultis: *Emanet*, inquit, *per id tempus inter alias humilium neces mors Dioclis ex Comite largitionum Illyrici, quem ob delicta levia flammis jussit exuri, & Diodori ex Agente in rebus, triumque apparitorum potestatis Vicariæ per Italiam ob id vexatorum atrociter, quod apud eum questus est Comes, Diodorum quidem adversus se civiliter implorasse juris auxilium, officiales vero jussu Judicis ausos monere proficiscentem, ut responderet ex lege.*

Quorum memoriam apud Mediolanum colentes nunc usque Christiani, locum ubi sepulti sunt, Ad innocentes appellant. Dein cum in negotio Maxentii cujusdam Pannonii ab executione a Judice recte maturari præcepta, trium oppidorum ordines me-

PAGIUS V. *Gratianus Augustus creatur.*

Ad num. XX. Gratianus *die IX. Kal. Septemb.* Augustus a Valentiniano patre renunciatus est, Idacio in Fastis, Auctore Chronici Alexandrini, & Socrate lib. 4. cap. 11. testibus; quod *Ambianis* factum testatur Hieronymus in Chronico, & Idacius in Fastis. Natus erat anno trecentesimo quinquagesimo nono, ut produnt Auctor Chronici Alex. & Idacius in Fastis, qui tamen in die Natali differunt: prior enim *X. Kal. Junias*; *posterior XII. Kal. Aug.* natum Gratianum scribit.

mactari jussisset, interpellavit Eupraxius tunc Quæstor; & parcius, inquit, agito piissime Principum: hos enim, quos interfici tamquam noxios jubes, ut martyres, id est, divinitati acceptos colit religio Christiana. Hactenus Ammianus. At parum tutum est, externo homini res nostras scribenti fidem haud dubiam in omnibus adhibere. Nulla enim in Mediolanensi Ecclesia tradita posteris memoria extat, ut injuste hi ab Imperatore damnati, fuerint inter martyres recensiti.

XXII. De sævitia rursus imperatoris hæc paulo superius Ammianus (a): *Et quamquam Valentinianus, homo propalam ferus, inter imperandi exordia, ut asperitatis opinionem molliret, impetus truces retinere nonnunquam in potestate animi nitebatur; serpens tamen vitium & dilatatum aliquandiu licentius erupit, ad perniciem plurimorum; quod auxit ira acerbius effervescens.* Cum enim præfeferret pravorum morum correctorem, ejus quoque ministri sæpe, omni æquitate posthabita, ad summam severitatem jura sævire permiserunt. Nam præter eos, quos gladius vindex magiæ reos, ejus criminis leviter suspectos, ab Ammiano recensitos abstulit; incredibilibus etiam quæstionibus & cædibus exagitati sunt illi, quos adulterii vel stupri causa apparitores Præsidum inscripserunt: nec quidem viles tantum personæ, sed nobiles; nec in provinciis solum, sed Romæ; quod idem Ammianus (b) deplorat, cum ait: *Nec minus feminæ quoque calamitatum participes fuere similium. Nam ex hoc quoque sexu peremptæ sunt virgines aliæ, complures adulteriorum flagitiis obnoxiæ, vel stuprorum, inter quas notiores fuere Claritas & Flaviana, &c.* subdit postea de Ruffina adulterii rea, Hesychia matrona, Faustiana, & Anepsia, eadem ex causa Romæ morte mulctatis, vel spontanea nece peremptis.

(a) Amm. lib. 27.

Severum judicium adversus adulteros.

(b) Amm. l. 28.

XXIII. At superavit omnes hos casus sævitia illa adversus Christianam feminam Vercellensem exhibita, cum postulata esset rea, sed innocens, criminis adulterii. Rem gestam perpetua dignam memoria luculento stylo S. Hieronymus (c) prosecutus est eadem epistola ad Innocentium, in qua de Damasi victoria adversus schismaticos agit; ut appareat hæc ipsa eodem ferme tempore contigisse. Rem ergo sic aggreditur:

Vercellensis mulier innocens accusata adulterii.

(c) Hier. epist. 49.

Igitur Vercellæ Ligurum civitas haud procul a radicibus Alpium sita, olim potens, nunc raro est habitatore semiruta. Hanc cum ex more Consularis inviseret, oblatam sibi quamdam mulierculam una cum adultero (nam hoc crimen maritus impegerat) pœnali carceris horrore circumdedit. Neque multo post cum lividas carnes ungula cruenta pulsaret, & sulcatis lateribus dolor quæreret veritatem; infelicissimus juvenum, volens compendio mortis longos cruciatus vitare, dum in suum mentitur sanguinem, accusavit alienum, solusque omnium miser merito jussus est percuti, quia non reliquit innoxiæ, unde posset negare.

Adolescens innocens cedit tormentis.

XXIV. *At vero mulier, sexu fortior suo, cum equuleus corpus extenderet, & sordidas fœdore carceris manus post tergum vincula cohiberent; oculis, quos tantum tortor alligare non poterat, suspexit ad cælum; & volutis per ora lacrymis: Tu, inquit, testis es, Domine Jesu, cui occultum nihil est, qui es scrutator renis (d) & cordis: non ideo me negare velle, ne peream; sed ideo mentiri nolle, ne peccem. At tu miser homo, si interire festinas, cur duos interimis innocentes? Equidem & ipsa cupio mori; cupio invisum hoc corpus exuere, sed non quasi adultera; præsto jugulum; micantem intrepida excipio mucronem; innocentiam tamen mecum feram. Non moritur quisquis sic occiditur.*

(d) Psalm. 7.

XXV. *Igitur Consularis, pastis cruore luminibus, ut fera, quæ gustatum semel sanguinem semper sitit; duplicari tormenta jubet; & sævum dentibus frendens, similem carnifici minatus est pœnam, nisi confiteretur sexus infirmior, quod non poterat robur virile reticere. Succurre, Domine Jesu, ad unum hominem tuum complura sunt inventa supplicia. Crines ligantur ad stipitem; & toto corpore ad equuleum fortius alligato, vicinus pedibus ignis apponitur; utrumque latus carnifex fodit, nec papillis dantur induciæ. Immota mulier manet, & a dolore corporis spiritu separato, dum conscientia bono fruitur, vetuit circa se sævire tormenta. Judex crudelis quasi superatus attollitur; illa Deum deprecatur. Solvuntur membra compagibus: illa oculos ad cælum tendit. Quasi de communi scelere alius confitetur; illa pro confitente negat, & periclitans ipsa alium vindicat periclitantem. Una interim vox est: Cæde, ure, lacera: Non feci. Si dubiis tollitur fides; veniet dies, qua hoc crimen diligenter discutiat: habeo Judicem meum.*

Torquetur dire innocens femina.

XXVI. *Jam lassus tortor suspirabat in gemitum, nec erat novo vulneri locus. Jam victa sævitia corpus, quod laniarat horrebat. Extemplo ira percitus Consularis: Quid miramini, inquit, circumstantes, si torqueri mulier mavult, quam perire? Adulterium certo sine duobus committi non potuit; & esse credibilius reor, noxiam ream negare de scelere, quam innocentem juvenem confiteri. Pari igitur prolata in utrumque sententia damnatos carnifex trahit. Totus ad spectaculum populus effunditur, ut prorsus quasi migrare Civitas putaretur: stipatis proruens portis turba* den-

Adolescens capite plectitur, femina frustra percutitur.

densatur. Et quidem miserrimi juvenis ad primum statim ictum amputatur gladio caput, truncumque in suo sanguine volutatur cadaver. Postquam vero ad feminam ventum est, & flexis in terram poplitibus, super trementem cervicem micans elevatus est gladius, & exertam carnifex dexteram totis viribus concitavit; ad primum corporis tactum stetit mucro lethalis, & leviter perstringens cutem, rasura modica sanguinem aspergit. Imbellem manum percussor expavit; & victam dexteram, gladio marcescente, miratus, in secundos impetus torquet: languidus rursus in feminam mucro delabitur, & quasi ferrum eam timeret attingere, circa cervicem torpet innoxium. Itaque furens, & anhelans lictor, paludamento in cervicem retorto, dum totas expedit vires, fibulam quæ clamydis mordebat oras, in humum excussit, ignarusque rei ensem librabat in vulnus.

XXVII. Insultat carnifici innocens femina.

En tibi, ait mulier, ex humero aurum ruit: collige multo quæsitum labore, ne pereat. Proh, rogo, quæ est ista securitas! Impendentem non timet mortem: lætatur percussa; carnifex pallet: oculi gladium non videntes, fibulam vident; & ne parum esset quod non formidabat interitum, præstat beneficium sævienti. Jam igitur & tertius ictus sacramentum frustratus erat Trinitatis; jam speculator exterritus, & non credens ferro mucronem aptabat in jugulum, ut qui secare non poterat, saltem premente manu, corpori conderetur. O omnibus res inaudita sæculis! Ad capulum gladius reflectitur, & velut dominum suum victus aspiciens, confessus est, se ferire non posse. Huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidos flammarum globos hymnos (a) edidere pro fletibus, circa quorum saraballa sanctamque cæsariem innoxium luxit incendium. Huc beati Danielis (b) revocetur historia, juxta quem adulantibus caudis prædam suam leonum ora timuerant. Nunc Susanna nobilis fide omnium subeat mentibus, quæ iniquo damnata judicio, Spiritu sancto puerum replente, salvata est. Ecce non dispar in utraque misericordia Domini. Illa liberata per Judicem, ne iret ad gladium: hæc a Judice damnata, absoluta per gladium est.

(a) Dan. 3.
(b) Dan. 13. 14.

XXVIII. Populus pro innocente femina insurgit.

Tandem ergo ad feminam vindicandam populus armatur: omnis ætas, omnis sexus carnificem fugat, & cœtu in circulum coeunte exclamat. Non credit pene unusquisque, quod videt. Turbatur tali nuncio urbs propinqua, & tota lictorum turma glomeratur. E quibus medius, ad quem damnatorum cura pertinebat, erumpens, & caniciem immundam perfuso pulvere turpans: Quin meum, inquit, o cives petitis caput? me illi vicarium datis? Si misericordes, si clementes estis, si vultis servare damnatam; innocens certe perire non debeo. Quo fletu vulgi concussus est animus, mæstusque se per omnes torpor insinuat, & mirum in modum voluntate mutata, cum pietatis fuisset, quod defenderant; pietatis visum est genus, ut paterentur occidi. Novus igitur ensis, novus percussor apponitur. Stat victima, Christo tantum favente munita: semel percussa concutitur; iterum repetita quassatur; tertio vulnerata prosternitur. O divina potentia sublimanda majestas! quæ prius fuerat quarto percussa nec læsa, ideo post paululum visa est mori, ne pro ea periret innoxius.

XXIX. Clerici funus curant ex more.

Clerici, quibus id officii erat, cruentum linteo cadaver involvunt, & fossam humum lapidibus construentes, ex more tumulum parant. Festinato Sol cursu Oceanum petit, & misericordia Domini celeriori cursu naturæ nox advenit. Subito feminæ palpitat pectus; & oculis quærentibus lumen, corpus animatur ad vitam. Jam spirat, jam videt, jam sublevatur & loquitur: jam in illam potest vocem erumpere: Dominus (c) auxiliator meus; non timebo quid faciat mihi homo. Anus interim quædam, quæ Ecclesiæ sustentabatur opibus, debitum Cœlo spiritum reddidit; & quasi de industria, ordine currente rerum, vicarium tumulo corpus operitur. Dubia adhuc luce, in littore diabolus occurrit, quærit cadaver occisæ, sepulcrum sibi monstrari petit: vivere putat, quam mori potuisse miratur. Recens a clericis cespes ostenditur, & dudum superinjecta humus cum his vocibus ingeritur flagitanti: Erue scilicet ossa jam condita: infer novum sepulcro bellum: & si hoc parum est, avibus ferisque laniandum membra discerpe. Septies percussa debet aliquid plus morte perpeti.

(c) Ps. 117.

XXX. Curatur septies icta mulier.

Tali ergo invidia carnifice confuso, clam Domini mulier refocillatur. Et ne forte creber medici ad Ecclesiam commeatus suspicionis panderet viam; cum quibusdam virginibus ad secretiorem villulam, secto crine transmittitur. Ibi paulatim, virili habitu veste mutata, in cicatricem vulnus obducitur. Et o vere: Jus summum, summa malitia: post tanta miracula adhuc sæviunt leges. En quo me gestorum ordo pertraxit. Hactenus S. Hieronymus, plane detestans severissimi Principis per ministros crudeliores sævientem nimium in persequendis delictis ardorem, quo innocentes quoque interdum puniri contingeret. Alumna hæc erat femina S. Eusebii ejus Civitatis Episcopi: quam ad tantam cum innocentia junctam constantiam sanctus Præsul cum verbis, tum etiam vitæ exemplo firmiter informarat.

XXXI.

Hæc omnia cum rescisset S. Damasus Romanæ Ecclesiæ Pontifex, admonitus, puto, a clericis ipsius Vercellensis Eccle-

siæ

sæ, solicito studio pro impetranda feminæ salute apud Imperatorem severissimum egit. Testatur id quidem ipse Hieronymus in fine ejusdem epistolæ, ubi reddito certiore Innocentio, ad quem scribit, de rebus Mediolani gestis ab Evagrio adversus Auxentium, de Damaso hæc mox subdit: *Romanum Episcopum jam pene factionis laqueis irretitum, & vicisse adversarios, & non nocuisse superatis.*

(a) Virg. 4. Georg.

Verum (a) hæc ipse quidem spatiis disclusus iniquis
Prætereo, & aliis post me memoranda relinquo.

Præsentis tantum rei fine contentus sum: Imperatorem de industria adit, precibus fatigat, merito lenit, solicitudine promeretur, ut redditam vitæ redderet libertati. Hactenus Hieronymus de Damaso & muliere ad Innocentium; quem illum ipsum esse putamus ejusdem Hieronymi pernecessariam, in peregrinatione comitem, & in eremo Syriæ contubernalem, ubi & deploravit extinctum, cum ad Ruffinum sic de ipso postea scripsit (b): *Innocentium partem animæ meæ repentinus febrium ardor abstraxit.* At de his modo satis: jam vero ad reliquas anni hujus res gestas orationem convertamus.

(b) Hieron. epist. 41.

XXXII. Quod autem spectat ad res Orientales; *hoc anno pariter, eisdemque Coss.* (inquit Socrates c) *grando magnitudine insuetata, lapidibus similis, Constantinopoli decidit. Est quidem multis in ore, illam grandinem, Deo irato, quod multi sacerdotes, qui cum Eudoxio communicare recusaverant, essent ab Imperatore relegati, dilapsam fuisse.* Hæc ipse. Complures quoque homines eadem grandine necatos esse, S. Hieronymus in Chronico hoc ipso anno quarto horum Imperatorum affirmat. Equidem Valentis temporibus diversis cladibus sæpe afflictatus est Oriens: nam præter maris eruptionem, & terræmotus ingentes, quos diximus, alii pariter subsecuti sunt vehementes tremores terræ; famesque dira Provincias sæpe vexavit; nec Constantinopolis tantum, sed aliæ quoque Provinciæ eadem affectæ sunt clade, at Cappadocia; cujus rei testis est celebris illa oratio, *De plaga grandinis*, inscripta, dictaque coram patre mærente a Gregorio Nazianzi: etenim his propemodum diebus, reversus ex eremo prædicationis munus, pastoralemque functionem nomine patris obivit: quo etiam sensu pastorem se, & pastorem principem nominat, non ita tamen, quod fuerit Episcopus Nazianzenus, vel Sasimorum, sed quod (ut dictum est) apud parentem senem munere pastoris fungeretur, principemque locum in populo publice docendo teneret; ob id, inquam, ibi ait: *Hunc populum mihi compone* (parentem alloquitur) *mihi scilicet alumno disciplinæ tuæ, deinde pastori, nunc autem principi quoque pastori.* Licet Niceta hæc referat ad tempus postquam Sasimorum est creatus Episcopus. Quod autem Socrates ait, creditum ex proscriptione Episcoporum, ulciscente Deo, immissam plagam grandinis; inficias nemo ierit, ab anno superiori (ut vidimus) cœptam esse Arianorum sub Valente persecutionem, eamque latioribus in annos singulos incrementis auctam: verum ipsam Catholicorum Episcoporum proscriptionem nonnisi post annum sequentem inchoatam esse, suo loco apertius innotescet.

Plaga grandinis.

(c) Socrat. l. 4. c. 10.

At non plaga tantum grandinis hisce temporibus complures Orientis regiones dire vexavit; sed quæ secuta est fames ingens, tum alios, tum præcipue Cappadocas magnopere exagitavit: cum Cæsareæ Cappadociæ S. Basilii adhuc presbyteri, sed post Episcopum primi, enituit in alendis pauperibus magna solicitudo charitati conjuncta; de qua hæc Gregorius Nazianzenus (d): *Fames grassabatur, & quidem post hominum memoriam atrocissima: lugebat Civitas, nec ex ullo loco auxilium afferebatur, nec ulla calamitatis medicina. Nam maritimæ quidem urbes ejusmodi rerum penuriam facile sufferunt, dantes nimirum ea quibus affluunt, ac vicissim ea quibus carent a mari accipientes. At nos, qui procul a mari degimus, nec ex iis rebus quibus abundamus, utilitatem ullam capimus; nec ea quibus egemus, ulla arte comparare possumus; ut qui nec ea quæ habemus, exportare; nec ea quibus caremus, importare queamus. Sed in hujus-* XXXIII.

(d) Greg. Naz. orat. in laudem Basil.

PAGIUS VII. *Pluvia saxea & fames magna.*

*Ad num. XXXII. & seqq. Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Consulibus scribit: *His Coss. Deus Constantinopoli grandinem saxeam depluit mense Desio*, hoc est, Junio. Idacius in Fastis dicit, id contigisse sub hujus anni Consulibus *die IV. Nonas Julias*: Socrates lib. 4. cap. II. *VI. Nonas Julii*. Porro Oratio Gregorii Nazianzeni *De plaga grandinis*, quam Baronius hanc in rem citat, a Gregorio Nazianzeno jam Episcopo composita, ut Nicetas observat, ideoque alia occasione dicta. Præterea *fames* quæ Cappadocas exagitavit, de qua Gregorius a Baronio citatus loquitur, contigit anno CCCLXX. ut eo anno videbimus: eo enim *Basilius* adhuc Presbyter erat. Sed Baronius, qui Basilium Episcopum anno CCCLXIX. renunciatum credidit, bis famem in Cappadocia grassatam scribere coactus est, quod constaret, Basilio adhuc Presbytero famem Cappadociam afflixisse, & existimaret, eum anno CCCLXIX. jam Episcopum fuisse. Inde enim intulit, famem, quæ anno CCCLXX. sæviit, aliam esse ab ea quæ contigerat Basilio adhuc Presbytero. Hermantius in Vita SS. Basilii & Gregorii Nazianzeni lib. 3. cap. 25. Baronium sequitur, & ex una fame duas etiam facit.

Ejusmodi malis nihil gravius atque acerbius, quam crudelitas, cupiditasque inexplebilis eorum qui rei frumentariæ copia circumfluunt. Observant enim temporum difficultates, atque ex annonæ penuria lucrum captant, & ex aliorum calamitatibus messem faciunt; nec illud audientes; eum (a) *qui pauperes commiseratur, Deo fœnori dare; nec rursum illud; eum* (b) *qui frumentum abscondit plebi, execrabilem esse*, &c. At quid tunc Basilius? Subdit Gregorius (c): *Pavit omnes: Et quonam pacto? Audi.*

(a) Prov. 19. (b) Prov. 11. (c) Greg. Naz. ibid.

XXXIV. *Aperiis enim oratione sua & cohortatione locupletum horreis, facit, quod est in Scriptura* (d): *Cibum esurientibus frangit, panibusque pauperes satiat, alitque eos in fame, atque esurientes animas implet bonis. Quo tandem modo? neque enim ad laudis cumulum hoc parvi momenti est. Nam cum eos quos fames vulneraverat, in unum coegisset, nonnullos etiam spiritum ægre trahentes, viros, feminas, puerulos, senes, omnem ætatem commiseratione dignam, omnia ciborum genera, quibus fames depelli solet, corrogans, atque ollas pulmentariorum, salsique nostratis opsonii, atque ad levandam famem pauperum accommodati, plenas proponens, ac deinde Christi, qui linteo præcinctus discipulorum pedes nequaquam lavare gravabatur* (e), *ministerium imitans, simulque puerorum sive conservorum suorum ad eam rem opera utens, corpora pauperum animosque curabat, honorem cum necessario alimenta connectens, ac dolorem eorum utrinque leniens. Talis erat novus noster procurator, & secundus Joseph*, &c. Hucusque verba Gregorii. Addit vero germanus ejusdem Basilii Gregorius (f) Nyssenus; tum etiam S. Basilium patrimonium ipsum in pauperes erogasse: *Cum*, inquit, *fames aliquando gravis, & sæva tam ipsam urbem in qua habitabat, quam omnem urbi subditam regionem affligeret; venditis suis prædiis & possessionibus, atque pecuniis in alimenta conversis; cum etiam rarum esset, ut illi qui valde sibi providissent, & instructi essent, ea quæ ad mensam & victum pertinent, sibi conficere & suppeditare possent; ille per omne tempus famis, cum eos qui undique confluerent, tum juventutem totius urbanæ plebis alere perseveravit, adeo ut etiam Judæorum liberos hujus benignitatis, & liberalitatis ex æquo participes faceret. Nihil enim prorsus interest, utrum per vas aleatorum quis, an per aliam aliquam materiam, & occasionem divinum mandatum exequatur.* Hæc Nyssenus; atque de his hactenus; sequentis jam anni res aggrediamur.

(d) Isai. 58. (e) Joan. 13. (f) Greg. Nyss. orat. in laud. Basilii.

JESU CHRISTI ANNUS 368. DAMASI PAP. ANNUS 2. VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 5.

I. Præfectura Prætextati. ANnus sequitur Christi trecentesimus sexagesimus octavus, adscriptus publicis Fastorum indicibus Consulatu secundo duorum Augustorum Valentiniani atque Valentis, quo in Urbana præfectura subrogatur Romæ Prætextatus, de quo sic Ammianus (g): *Hæc inter Prætextatus præfecturam Urbis sublimius curans, per* in-

(g) Amm. lib. 27.

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1121. Olymp. 286. an. 4. A.C. 368.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5861.

☉ 13. FE. ☽ 8. P. 20. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 368.

DAMASI PAPÆ 3.

VALENTINIANI & VALENTIS IMPP. 5.

GRATIANI IMP. 2.

I. Consules. [1] AD num. I. Coss. *Valentinianus Aug. II. & Valens Aug. II.* Ille in Occidente, hic in Oriente; ille juxta tertiam regulam, hic jux-

NOTÆ (1) COss. *Valentinianus Aug. II. & Valens Aug. II.* Relandus primum exhibet: *Post consulatum Lupicini, & Jovini*; deinde *Valentiniano & Valente Augg.* II. ex legibus utriusque codicis. Fabrettus, pag. 584.

DIE. III. NON. OC. VALENTINIANO
II. ET. VA......

Vetus inscriptio apud Boissardum, par. III. pag. 114. cum *Fl. Valentiniani Trib. Pot. VII. Cos.* II. & cum *Fl. Valentis Trib. Pot. VII. Coss.* II.

Inscriptiones Basilicæ S. Pauli, n. 410. DEPOSITUS. VI. KAL. OCTOB. VALENTINIANO. II. ET. *Valente II. Coss.* Fasti Idatii, Prosperi Chronicon, & Paschalis laterculos: *Valentiniano* II. & *Valente* II. Laterculus Paschalis in fine Gennadii de viris illustribus: *Valentiniano & Valente* II.

integritatis multiplices actus & probitatis, quibus ab adolescentiæ rudimentis inclaruit, adeptus est id quod raro contingit, ut cum timeretur, amorem non perderet Civium, minus firmari solitum erga Judices formidatos. Cujus auctoritate, justisque veritatis suffragiis tumultu lenito, quem Christianorum jurgia concitaverant, pulsoque * *Ursicino, alta quies pari jam proposito Civium Romanorum aptissima adolescebat, gloria clari Rectoris complura, & utilia disponentis.* Hæc Ammianus de Prætextato Urbis præfectura hoc ipso anno post Viventium insignito: quod & complura ad ipsum, iisdem hujus anni Consulibus, Imperatorum rescripta exploratum reddunt.

* Ursino.

II. De expulsione vero Ursicini ab Urbe facta a Prætextato (ut ex Ammiano dictum est) mentio habetur in Valentiniani rescripto ad eumdem Prætextatum, quod extat cum aliis in pervetusto codice Vaticano, in quo scriptæ sunt epistolæ complurium Romanorum Pontificum: ita enim rescriptum se habet de restitutione basilicæ a schismaticis occupatæ.

Rescriptum de reddenda Basilica Damaso.

Impp. Prætextato. Dissensionis auctore sublato, omnis causa discordiæ sopienda est; ne aliqua remanente materia, nihil prosit e medio sustulisse fomitem jurgiorum, Prætextate parens carissime. Quamobrem præcelsa sublimitas tua, Defensoris Ecclesiæ urbis Romæ, sive Damasi sacræ legis Antistitis petitione perspecta, quæ una tantum Ecclesia ex Catholicæ religionis obsequio a dissidentibus adhuc dicitur retentari: quoniam pro publica securitate metuendum est, ne aliquis hinc iterum tumultus oriatur (quandoquidem non parva sit separationis effigies, ut tale aliquid putetur occlusum Damaso) eam jubebit aperiri; ut singuli universique cognoscant, quo unitas studio colenda sit, qua omnibus pace vivendum; cum Ecclesiis restitutis plenissimam postulet congregationem ubique promissa concordia. Hæc de reddenda Basilica Valentinianus. De pellendis vero ab Urbe sociis Ursicini, ad eumdem quoque Prætextatum sic scripsit:

III. *Ea nobis innata est moderatio, ut publicam disciplinam sine cujusquam calamitate munire cupiamus. Itaque quoniam animarum adversarum occasionibus non favemus Ursicini sociis & ministris, quos præcelsa sublimitas tua propter quietem Urbis æternæ de medio putavit esse tollendos: Roma tantum, cujus tranquillitati studemus, excepta, ubicumque voluerint absque religionis injuria (ut peregrinari potius, quam exulare videantur) proprio liceat jure versari, Prætextate parens carissime. Neque enim interest nostra, quem habitationis eligant locum; dummodo incentivis dissensionis ablatis, & firma sit rursus in plebe concordia. Dat. pridie Idus Jun.* * *AA. II. Coss.* Indulsit & illud quoque postea Imperator, ut qui expulsi fuerant, in Urbem revocarentur, ita tamen, ut si quid tumultus cierent, mulctarentur graviori supplicio: rescriptum autem sic se habet:

Rescriptum de pellendis ab urbe schismaticis.

* Jan.

IV. *Abe* * *Prætextate carissime. Nobis licet justa videatur fuisse vindicta, quæ illic tumultuanter exercitam factionem sedat, ubi maxime debet esse concordia, scilicet in Ecclesia vel sede, vel causa; quarum rerum utraque modestiam possidet & cultum: Tamen nos, omnes qui nuper propter illum tumultum deportatione damnati sunt, & propriæ lenitate naturæ, & ipsius religionis ac legis contemplatione miseramur. Prætextate carissime ac jucundissime. Cunctos igitur, qui sunt ejus sortis & culpæ, præcelsa sublimitas tua nostri auctoritate judicii liberabit. Hanc vero formam tenebit in posterum, ut si eidem pristino statui restituti aliquid spiritu iterum gesserint inquieto, quo tranquillitas reformata turbetur; severissima in eos sententia proferatur. Nullam enim possunt veniam promereri, qui non desinunt peccare post veniam.* Hactenus de indulgentia collata schismaticis ad Prætextatum. Quonam modo autem iidem schismatici, quod non haberent, intra Urbem Basilicam, nec communicare vellent cum Damaso, extra mœnia in suburbiis conventus agerent, ex quo meruerunt longius ab urbe relegari, suo loco dicemus: quod enim ea sub Olybrii præfectura sequenti anno contigisse, certum appareat ex rescriptis ab eodem Valentiniano ad Olybrium datis, in eum annum illa rejicimus.

* Ave.

Rescriptum de indulgentia.

Hoc eodem anno sub eadem præfectura V.

PAGIUS

Quinquennalia Valentis Aug.

juxta secundam. Titulus enim Græcus Orationis S. Themistii in Valentis Quinquennalibus dictæ, quem e tenebris eruit Harduinus in nova editione Operum Themistii, ea Quinquennalia *Marcionopoli* habita docet. Hoc vero anno Valentem Marcionopoli fuisse testantur variæ Leges Codicis Theodosiani, & Ammianus lib. 27. Anno CCCLXX. tertium Consulatum Imperatores gessere; sed cum eo anno *Valens* Marcionopoli non fuerit, *Valentinianum* sua in eum Quinquennalia distulisse existimandum.

II. Data hoc anno a *Valentiniano* seniori Lex 18. Codicis Theodosiani *De Episcopis*, a Baronio in Annalibus omissa, qua privilegia Clericorum Catholicorum per Africam Proconsularem nominatim restituit Valentinianus, quæ videlicet his Constantius Imperator ultimo vitæ suæ tempore concesserat: a Juliano vero Apostata, & sub eo, Clericis adempta fuerant; sub quo videlicet Paganorum animi adversus sanctissimam Legem quibusdam depravationibus fuerant irritati. Legendus Gothofredus in hujus Legis Commentario.

Privilegia Clericorum confirmata.

Clades Moguntina. (a) Amm. lib. 27.

Prætextati contigisse cladem Moguntiæ illatam ab Alemannis, Ammianus (a) testatur, cum ait: *Sub idem fere tempus, Valentiniano ad expeditionem caute (ut rebatur) profecto, Alemannus Ragalisrando nomine, diu præstruens, quod cogitabat, Moguntiacum præsidiis vacuum cum expeditis ad latrocinandum latenter irrepsit. Et quoniam casu Christiani ritus invenit celebrari solemnitatem, impræpedite cujusque modi fortunæ virilem, & muliebrem sexum cum supellectile non parva indefensum abduxit.* Hæc ipse. Posso diversa hæc est ab illa clade, cujus S. Hieronymus (b) his verbis meminit, cum ad Ageruchiam scribens hujus sæculi funestos casus commemorat, dicens: *Moguntiacum nobilis quondam Civitas capta atque subversa est, & in Ecclesia multa hominum millia trucidata.* De ea enim suo loco dicendum.

(b) Hieron. epist. 11.

VI. Terræmotus in Oriente.

Sed & Oriens rursus terræmotibus hoc anno in Asia vexatus est, & non sine divino quodam prodigio Nicæa urbs terræ tremore collapsa, in qua fides antea conscripta atque probata mox ob diram Arianorum persecutionem, nisi Deus reliquisset semen, penitus videri potuisset extincta; ait enim Socrates (c): *Anno proximo, Valentiniano, & Valente secundum Coss. quinto Idus Octobris terræmotus in Bithynia factus Nicæam urbem deturbavit.* Recenset eamdem cladem Hieronymus in Chronico hoc eodem anno quinto Imperatorum, traditque eam funditus eversam. Sed subdit Socrates: *Iste duodecimus annus fuit post ruinam Nicomediæ. Paulo post multæ partes Germæ urbis Hellesponti altero terræmotu conquassatæ ceciderunt. Verum quamvis ista hoc modo evenirent: nihilo magis tamen Eudoxii Episcopi Arianorum, & Valentis Imperatoris animi ad pietatem, & rectam de religione opinionem commoti fuerunt. Nam crudeliter in eos sæviendi, qui ab ipsis in fide dissentiebant, nullum aliquando finem fecere. Isti terræmotus videbantur tumultus in Ecclesia certa fuisse indicia. At quamquam complures sacerdotes (ut dixi) erant in exilium ejecti; tamen Basilius, & Gregorius soli (quorum ille Cæsareæ Cappadociæ Episcopus fuit, hic Nazianzi urbis obscuræ & pertenuis Cæsareæ finitimæ) divina providentia propter eximiam pietatem patriis sedibus minime pulsi fuere.* Hæc Socrates: at hoc sane tempore neuter eorum erat Episcopus: quando autem ambo ad Episcopatus honorem fuerint evecti, inferius suo loco dicturi sumus.

(c) Socrat. l. 4. c. 10.

VII. Cæsarius frater Gregorii liberatus.

Quod vero ad Nicænum terræmotum spectat; occasione Cæsarii fratris, qui ibi tunc degens magno miraculo divina ope servatus fuit, meminit illius Gregorius (d) Nazianzenus his verbis: *Jam vero quale miraculum censendum est, quod circa eum contigit, ipsius simul, & parentum pietatis illustrissimum præbens argumentum? In Bithynia versabatur, imperium ab Imperatore haud postremum administrans. Quæstoris siquidem munere fungebatur, ac thesaurorum curam gerebat. Hoc enim illi majorum dignitatum velut præludium esse Princeps voluit. Cumque Nicææ terræmotus ex omni hominum memoria maximus accidisset, totamque ferme Civitatem solo æquasset, atque omnes propemodum Cives cum urbis elegantia delevisset; solus ex omnibus clari nominis viris, aut cum admodum paucis ex hoc periculo salvus, & incolumis evadit: idque modo vix credibili, hoc est, ipsa ruina protectus, ac perexiguas quasdam periculi notas referens; hactenus videlicet, ut timore ad majorem salutem magistro uteretur, atque a rebus fluxis & incertis translata militia, totum se cælesti parti adderet, sibique ipsi regiam aulam commutaret. Atque hoc & in animo habebat, & votis omnibus exoptabat, quemadmodum mihi per litteras confirmavit, cum hanc occasionem ad eum admonendum arripuissem; quod nec umquam facere destiti, moleste ferens illius indolis præstantiam in vilioribus studiis versari, tamque philosophicam animam in rerum publicarum administratione volutari, ac velut Solem nubibus obduci.* Hæc Gregorius; cujus eo argumento tunc ad Cæsarium scripta epistola adhuc extat digna Gregorio; quam his attexere, jucundum putamus fore lectori; est autem hujusmodi (e):

(d) Greg. Naz. orat in laudem Cæsarii.

(e) Greg. Naz. epist. 16.

VIII. Epistola Greg. ad Cæsarium fratrem.

Ne ipsi quidem timores prudentibus viris inutiles sunt, quin potius mea quidem sententia valde commodi & salutares. Nam etsi votis omnibus eos arcemus, venientibus tamen erudimur. Ægra enim & afflicta anima vicina est Deo, ut eximie alicubi loquitur Petrus: atque omnis qui periculum effugit, majori necessitudine cum eo conjungitur, a quo salutem est consecutus. Proinde non quia calamitatis participes fuimus, ægro animo simus; sed quia e periculo extracti sumus, gratias agamus: nec alios nos Deo inter pericula, & alios post pericula exhibeamus. Verum sive peregre agentes, sive privatam vitam ducentes, sive publica negotia gerentes (sic enim loquendum est, nec prætermittendum) eum sequamur, a quo salutem accepimus, atque ad illius partes nosmet adjungamus, parva & humi repentia parum curantes. Atque historiam quamdam posteris demus tum ad gloriam nostram, tum ad animæ utilitatem amplam & præclaram, quæ etiam ipsa utilissimo documento plerisque sit; nimirum periculum securitate, & calamitatem rebus secundis potiorem esse, magisque expetendam: siquidem ante timores mundo addicti eramus, post timo-

res

res autem Deo nos addiximus. Fortasse graves tibi ac molesti esse videmur, qui de his rebus sæpius ad te scribamus; & sermones nostros non admonitionem, sed ostentationem esse æstimas. Quare de his rebus verborum satis. Nos vero, scias velim prompto animo esse, atque exoptare potissimum quidem tecum esse, ut de salute tua tibi gratulemur, ac de his rebus perfectius disseramus: sin minus, at certe ut te hic primo quoque tempore reducem videamus, atque una tecum in grati animi significationem festum diem agamus. Hucusque Gregorius ad Cæsarium: desiderantur autem Cæsarii litteræ ad eum redditæ, quarum meminit.

IX. At quid post hæc Cæsarius? Subdit ipse Gregorius (a): *Verum terræmotus quidem vim effugit, morbi vero non item: mortalis siquidem erat.* Quibus plane ostendit, haud multum post spatium temporis interlapsum, Cæsarium ex hac vita migrasse; qui dum ægrotaret, bonorum suorum pauperes fecit hæredes; qua quidem re plurimum gavisus idem germanus ejus Gregorius ita ait: *Hæredes ipsa habebit, quos maxime conducit, & quos habere voluit, ut dives hinc migraret, omnia secum ferens. O egregiam munificentiam! o eximiam consolationem! o insignem eorum, ad quos hæc hæreditas jure devolvebatur, liberalitatem! &c.* Magna profecto hæc visa est Dei misericordia erga Cæsarium, ut Imperatorem jam conversum in Arianum, vel morte relinqueret, a quo ob magistratum, quem gerebat, perdifficilis videri poterat esse divulsio. Obiit vero Cæsarius in patria, quem idem frater Gregorius egregia oratione laudavit: mortuus est, inquam, apud sanctos parentes, Gregorium Episcopum, atque Nonnam, eorumdemque pio funere sepultus. Sed quonam ritu? illo videlicet, quo pii cuncti sepeliri solerent, quem & ipse Gregorius sic concinne describit his verbis (b):

(a) Greg. Naz. orat. in laude Cæsarii.

Cæsarii obitus.

(b) Greg. ead. orat.

X. *At nunc nobis egregius ille Cæsarius servatus est, cinis pretiosus, laudabile cadaver, ac cum multiplici hymnorum cantu deducitur, celebrique pompa ad martyrum sedes effertur, sanctisque parentum manibus honoratur, matre accensas faces gestante, ac pietatem mærori subrogante, lacrymis sapientiæ cedentibus, psalmorum cantu luctum consopiente; ac denique anima recens creata atque a spiritu per baptismum informata dignos honores percipit.* Hæc Gregorius, quod Cæsarius haud pridem fuerat sacro initiatus baptismo. Erat ipse Cæsarius (ut idem Gregorius in fine testatur) inter ceteros fratres natu minimus: nam in fine ejusdem funebris orationis, digna apostrophe ad Deum conversus, pro ejus anima preces fundens, hisce verbis perorat:

Funus pium Cæsarii.

XI. *O Domine omnium & creator, & præcipue hujus figmenti, o Deus tuorum hominum & pater ac moderator, o vitæ necisque jus & potestatem habens, o nostrarum animarum arbiter & benefactor, qui omnia commode, & quemadmodum ipse pro altissima tua sapientia gubernationisque ratione nosti, artificis Verbi tui opera facis atque transmutas; suscipe, quæso, nunc quidem Cæsarium velut primitias quasdam nostræ peregrinationis. Quod si minorem natu primum; tuis consiliis, quibus omnia reguntur, acquiescimus.* Hæc Gregorius: quæ hic descripsisse voluimus, ut saltem hoc tam digno exemplo (licet innumera alia suppetant) quæ Christiani solerent persolvere extrema defunctis, satis cunctis fieret exploratum. Porro adeo felix extitit exitus Cæsarii, ut dies obitus ejus, idemque natalis ad vitam æternam, dedicaretur publicis Ecclesiæ monumentis, atque adscriberetur Martyrologio cum aliis sanctis anniversaria memoria celebrandus: cujus animam jam cælestibus gaudiis locupletatam (ut ipse testatur e) Gregorius sæpe per visum aspexit.

Precatio pro defuncto.

(c) Greg. Naz. ead. orat.

Extant ejusdem Cæsarii piæ eruditæque lucubrationes, nempe de Anima dialogi. Varia insuper eum scripsisse opera, & potissimum contra Græcos, auctor est Suidas. Cum autem post ejus obitum bona ipsius ab hostibus (ut ait Gregorius) puto fiscalibus arpagonibus, iisdemque Arianis diriperentur; ut his occurreret Sophronius Præfectus, datis ea de re ad eum litteris, Gregorius intercessit (d); extant ipsæ, quibus de rerum humanarum volubili statu egregie philosophatur, pluraque habet de Cæsarii præclaris meritis. Mentio est hujus Sophronii apud Ammianum (e), utque ex Notario creatum esse Præfectum urbis Constantinopolis.

Cæsarii scripta.

(d) Greg. epist. 18.

(e) Amm. l. 26.

XII. Hoc tempore defuncto Donato Pseudoepiscopo Carthaginensi partis schismaticorum, immo capite Donatistarum, subrogatus est in ejus locum ab iisdem factiosis Par-

PAGIUS

III. Ad num. XII. & seqq. Longe ante hunc annum mortem Donati Episcopi Carthaginensis Donatistarum contigisse oportet. Nam in Sermone secundo Sancti Augustini *De pace & charitate* recitato ante Collationem Donatistarum anno CCCCXI. habitam, quem post obitum Baronii Sirmondus edidit, & Baluzius in nova sua Collectione Conciliorum pag. 1126. contulit cum veteri MS. Bibliothecæ Colbertinæ, legitur: *Et tamen adhuc post Apostolicas voces, post Ecclesiæ declarationem, & toto mundo dilatationem dicitur mihi: Non dimitto Donatum, non dimitto nescio quem Caium, Lucium & Parmenianum.* Quo ex Augustino loco discimus, quatuor priores Episcopos Carthaginenses Donatistarum post Majorinum schismatis auctorem, fuisse *Donatum, Caium, Lucium & Parmenianum*; hunceque non Donato, ut putavit Baronius, sed Lucio successisse. Parmenianum excepit *Primianus* anno circiter CCCXCII. cum insequenti *Maximianista* eam

Accurata series Episcoporum Carthaginensium Donatistarum.

Parmenianus post Donatum Episcopus Carthag. Parmenianus ejusdem sectæ tenacissimus custos atque defensor; qui mox ut cathedram illam pestilentiæ nactus est, stylum acuit adversus Catholicos, scripta edens conferta mendaciis, quibus si non alii, simpliciores saltem decipi potuissent: quod cum sensissent Catholici in Africa Episcopi, ad ejus confutanda deliramenta, cavendasque ex verborum lepore præstigias, provocaverunt hominem ad publicum Episcoporum conventum, ubi cuncta ab eo scripta possent accurate examinari; sed cum ipse & alii sibi subjecti execrandæ dissensionis Antistites id facere penitus recusarent, respuerentque Catholicos, quasi indignos ipsorum consortio, quod illos immundos, communicationeque lapsorum labefactatos, sa ipsos vero sanctos prædicarent ac mundos; necesse fuit litteris saltem publice causam agere, ne veritas indefensa, mendaciorum nubibus tecta & obscurata, apud natantes animos in discrimen adducta, periclitari aliquo modo posset.

XIII. Optatus Episc. Milevitanus adversus Parmenianum agit. Præstitit id egregie Optatus Episcopus Milevi in Numidia, vir quidem cum eruditione clarus, tum spectata vitæ morum integritate sanctissimus; qui zelo pietatis incensus, fortis defensor veritatis, unus in omnem illam schismaticorum phalangem intrepidus prodiit; scripsitque ad eumdem Parmenianum primarium ipsorum Antistitem septem libros, ejus scriptis adversarios; quibus non solum mendacia illa ventosa hominis vesani, certis firmisque redargueret argumentis; sed diversa ac plane contraria dictione fastum & arrogantiam protervi hominis, nonnisi contumelias stylo vomentis, deprimeret, deliniretque animum procacia tumidum, atque si liceret, charitate in eum introduceret veritatem: fratrem enim eum Optatus suis scriptis frequenter appellat, a quo peccator, legis transgressor, immundus foris extra Ecclesiam vagans, e aul, ac denique Paganus una cum Catholicis omnibus ipse nominatus fuisset: fratrem, inquam, eum Optatus dicit ex consortio sacramenti, quod uno baptismo ab una progenitrice Christiana religione geniti essent.

XIV. Optatus quando scripsit. At antequam hac de re orationem longius protrahamus, temporis ratio ex more firmanda est; ut ea stabilita, cætera quæ dicenda erunt, inconcussa cohæreant veritati. Auctor est S. Hieronymus (*a*), Optatum sub Valentiniano & Valente Principibus scripsisse adversus partis Donatianæ calumniam libros sex (alias septem) quibus ostenderet crimen Donatianorum in nos falso intorqueri. Sed quoto potissimum anno horum Imperii ipse scripserit, cum nec ipse, nec alias dicat; cur in hunc potius annum, nempe postquam Damasus sedere cœperit, rejecerimus, ratio postulat ut aperiamus. Sane quidem, si habenda ratio est Optati testificationis id ipsum bis affirmantis; ad hæc ipsa tempora ea scriptio referenda est; cum a tempore Diocletiani persecutionis in Africa sub Anulino Proconsule Carthaginis, & Floro in Numidia, usque ad tempus quo ea scribebat, numeret annos sexaginta, & quod excurrit: ait enim primo (*b*): *Ferme ante annos sexaginta, & quod excurrit, per totam Africam persecutionis est devagata tempestas, quæ alios fecit martyres, alios confessores, nonnullos funesta prostravit in morte &c.* Et post multa (*c*): *Alia persecutio, quæ fuit sub Diocletiano & Maximiano: quo tempore fuerunt & impii Judices, bellum Christiano nomini inferentes; ex quibus in provincia proconsulari ante annos sexaginta, & quod excurrit, fuerat Anulinus, a in Numidia Florus.* Porro secundum chronologiam ab ipso Optato præscriptam, & ea quæ dicta sunt de his suo loco superius

(a) *Hieron. de script. Eccles. in Optat.*

(b) Optat. lib. 1.

(c) Idem lib. 3.

PAGIUS cum ordinationem damnantes Maximianum Diaconum Episcopum sibi constituerint. Illud enim schisma non diu post Parmeniani mortem conflatum fuisse ex Conciliis Carthaginensi & Carbasussitano, de quibus infra, satis intelligitur.

IV. *Bellum Gothicum.* Est hic annus secundus belli Gothici a *Valente* suscepti: quid eo peractum docet Ammianus lib. 27. cap. 5. ubi ait, *Valentem Marcianopoli* in hiberna discessisse.

V. *Status Virginum Vestalium hoc tempore.* Data hoc anno a *Valentiniano* seniore Lex 8. Cod. Theod. *De Medicis & Professoribus ad Prætextatum P. U.* ex qua liquet, Virgines Vestales hoc tempore Medicos peculiares habuisse, & inter labentis Romæ superstitionis rudera summam adhuc eisdem Vestalibus religionem stetisse; quod non tantum ea hac Lege a Baronio non memorata deducitur; verum etiam ex aliis monumentis. I. Vetus Orbis descriptio sub Constantio & Constante Impp. viginti ferme annis ante hanc Legem conscripta, inter ea quibus Romam celebrat: *Sunt autem*, inquit, *in ipsa Roma & Virgines septem ingenuæ & clarissimæ, quæ Sacra Deorum pro salute civitatis secundum Antiquorum morem perficiunt, & vocantur Virgines Vestæ.* II. Symmachus in Relatione sua ait, *Constantium sacrarum Virginum privilegiis nihil detraxisse, decrevisseque nobilibus sacerdotia, Romanis cærimoniis non negavisse impensas.* III. Valentinianus senior hujus Legis auctor Virginibus Vestalibus sua jura reliquit; quod Symmachus testatur in laudata Relatione. IV. *Gratianus* Vestalibus virginibus subsidia vetera, prærogativam, agros detraxit, prædiaque hæreditate quæsita, & annonam seu victum, quæ de publico & *populi annonis* præbebantur. Quæ omnia Senatus a Gratiano petiverat: verum exclusa ejus petitio, & Legatis audientia denegata: quæ omnia tradit Symmachus in dicta Relatione. V. Sub Valentiniano jun. Senatus iterum per Symmachum P. U. anno CCCLXXXIV. repetiit, cujus est quoque in finem famosa illa *Relatio ad Valentinianum jun.* Verum, (quod Ambrosius testatur epist. *ad Imp. Eugenium*) ei nec quicquam detulit.

VI.

rius, cum constet ea contigisse annu Domini trecentesimo secundo ac tertio, additis his illis sexaginta annis, quod intercedit temporis usque ad illud tempus Optati: dicendum profecto esset, ipsum elucubrasse commentarium illum anno Christi trecentesimo sexagesimo.

XV. Sensus verborum Optati.

Sed quod adjicitur, *Et quod excurrit*: hæc ipsa verba ibi addita quonam sint sensu accipienda, pervestigandum accuratiuu est. Usi sunt ea dicendi locutione S. Augustinus (*a*), antea vero Paulus Jureconsultus, & si qui alii; quod illud importat, quod alii frequenter dicere consueverunt, *Eo amplius*; non autem quod dici solut, *Plus minusve*, vel *circiter*: nam illud, *Quod excurrit* majorem semper notato significet numerum. Sed quousque eidem, *Quod excurrit* habenæ laxandæ sunt, ut currat? puto usque ad sequentem decadem posse terminum prorogari: quod enim ea verba nonnisi numero denario simplici, vel per decades multiplicato, invenimos apponi consuevisse; inducimur, ut dicamus, illud, *Annus sexaginta, & quod excurrit*, usque tantum ad septuagesimum exclusive extendi potuisse; ac proinde quod Optatus ait, a persecutione Diocletiani, qua codices quæsiti sunt ad comburendum, annos numerari sexaginta & quod eacurrit, nihil prohiberi, quio illis verbis possit præsens annus includi, qui est quintus post sexagesimum a notata superius Diocletiuoi persecutione.

(a) August. de bapt. c.7. Not. Balduin. in notat. ad Optat.

XVI. Quod autem ad hunc usque annum notatum tempus illud incertum excurrisse sinamus; illud nos facile persuasit, quod idem Optatus (*b*) eum texit successionem RomanorumPontificum, Damasi meminit post Liberium succedentis. Quod vero Siricius quoque post Damasum ponitur, additus creditur a Librario, qui Siricii tempore librum excripsit: num nequaquam tempus sedis Siricii Optatum attigisse, omnes æque consentiunt: neque enim sibi cohærent (quod testatur S. Hieronymus) Optatum scripsisse sub Impp. Valentiniano & Valente, eodemque tempore sedisse Siricium; cum præsertim Augustinus de Optato agens, nequaquam ut sui temporis hominis, sed antiquioris meminisse videatur: quamobtem vix Damasi prima tempora attigisse putatur, neque diu suis scriptis supervixisse. Consentit quidem etiam Balduinus, vir sane disertus, Ipso initio sedis Damasi Optatum scripsisse; sed fallitur, dum ingressum Damasi ponit anno Domini trecentesimo septuagesimo, quem anno superiori sedere coepisse, perspicue demonstravimus: quamobrem hoc ipso anno, quo primus absolvitur sedis Damasi & secundus inchoatur, ipso quoque consentiente, Optatum scripsisse dicimus. His jam de tempore elucidatis, superest ut de causa tractemus.

(b) Optat. lib.2.

XVII. Declinant Donatistæ conferre cum Catholicis.

Cum igitur (ut dictum est) Donatistæ, ipseque Parmenianus eorum primarius Antistes congredi cum Ecclesiæ Catholicæ Episcopis dedignarentur, Optato necessario incubuit, ut veritatis defensionem scripto perageret: contestatur enim hoc ipse suæ lucubrationis exordio, cum post pauca ista præfatur (*c*): *Omnes quidem*, Donatistæ scilicet, *per singula loca maledicis vocibus perstrepunt; sed unum quidem vix invenimus, cum quo per litteras hoc modo loquamur, Parmenianum scilicet fratrem nostrum: si tamen se a nobis vel hoc nomine nuncupari permittit. Et quia collegium Episcopale nolunt nobiscum habere commune; non sint collegæ, si nolunt; tamen, ut supra diximus, fratres sunt. Frater meus igitur Parmenianus ne ventose ac unde, ut cæteri, loqueretur, quicquid sentire potuit, non solum dixit, sed etiam in scriptura digessit. Cujus dictis, cum respondere veritate cogente compellimur; erit inter nos absentes quoquo modo collatio. Eo modo & satisfiet desideriis aliquorum: nam a multis desideratum est, ut ad eruendam veritatem, ab aliquibus defensoribus partium conflictus haberetur; & fieri potuit. Sed quoniam & accessum prohibent, & aditus intercludunt, & consessum vitant, & colloquium denegant; vel secum mihi, frater Parmeniane, sit isto modo collatio. Et quia tractatus tuos, quos in manibus & in ore multorum esse voluisti, non aspernatus sum neque contempsi, sed omnia a te dicta patienter audivi: audias & tu humilitatis nostræ responsa.* Hæc Optatus.

(c) Optat. lib.1.

XVIII. Quid autem tractatibus ille suis Parmenianus probare nisus fuerit, idem Optatus hæc subdens declarat his verbis: *Ego intelligo, & tu non negas, & quivis sapiens pervidet, te nulla alia ratione, tam prolixe tractasse, nisi ut Ecclesiam Catholicam tuis tractatibus indigne pulsares.*

Sed

PAGIUS VI. Neque Theodosius anno CCCLXXXVIII. vel CCCLXXXIX. quod & ipsum testatur citata epist. *ad Eugenium*. VII. Neque rursus idem Valentinianus junior, cum iterum Legatio missa ad eum fuisset intra *Galliam* anno CCCXCII. ut habetur in eadem epist. & memorat Paulinus in Vita Ambrosii. VIII. Tandem, cum ab Eugenio in primordiis Imperii eodem anno CCCXCII. hoc ipsum Legati postulassent, ut annonas Templi (perinde ac Vestalibus) restitueret, non fecit; cum iterum alii postulassent, renisus est: tandem ea donavit quibusdam præcellentibus in Republica Gentilis observantiæ viris id petentibus; in quod invehitur Ambrosius in dicta epist. de quo & Paulinus in Vita S. Ambrosii. Quæ de Virginibus Vestalibus hac tempestate Romæ ad Historiæ Ecclesiasticæ illustrationem collegit Gothofredus in Commentario laudatæ Legis.

Donatistæ penes se tantum esse Ecclesiam Catholicam dicebant. *Sed ut intelligi datur, aliud habet animus, aliud sonat sermo; denique omnia te video dixisse contra Catholicam, immo multa pro Catholica, cum Catholicus non sis, &c.* Hæc ideirco, quod Donatistæ, ne arguerentur esse schismatici, Catholicam Ecclesiam penes se esse tantum, probare niterentur; qui vero ab illis separati essent, extra Ecclesiam Catholicam vagari dicerent; hocque probare scriptis suis Parmenianus adnitebatur, in parte Donati esse Catholicam, reliquas vero omnes toto Orbe terrarum diffusas Ecclesias esse schismaticas; cum illud inter hæc, quod est verum, astrueret, Ecclesiam Catholicam nonnisi unam esse posse. Quamobrem in eo potissimum totius quæstionis videbatur cardo revolvi, ut certis notis consignaretur, distinctis differentiis definiretur, atque expressis proprietatibus monstraretur, quæ vere esset Ecclesia Catholica; ut sic apud quos esset, pariter intelligi posset.

XIX. Nobilis sane fuit hæc tractatio argumenti, quam & Optatus digne quidem est prosecutus; ad quem provocandi essent omnes hæretici, illos dico, quibus inest aliqua veritatem indagandi voluntas, nec obstinato animo, per quam semel ingressi sunt erroris viam, obfirmato vultu securi percurrunt. Videas enim Optatum, more majorum asseveranter definire (a), (a) Optat. lib. 2. a Catholico nomine eos prorsus excludi, quibus cum Romana Ecclesia non communicat, eosque tantum eo nomine legitime gloriari, quibus Romanus Episcopus conjungitur commercio Formatarum. Penes quos sit Ecclesia Catholica. Porro quod & illud etiam adversariorum affirmatione certum haberetur: Ubi non esset Catholica, nec ibi inesse posse veritatem; & contra: Ubi probaretur Catholica Ecclesia esse, inibi reperiri necessario veritatem; Optatus hæc in fine contra Parmenianum (b): (b) Optat. lib. 7. *Si ita est, quæ apud vos veritas inveniri potest, cui Catholica videtur obsistere? Aut quod apud nos esse mendacium, poteris approbare, in una communione esse cum toto Orbe terrarum? Numquid poteris approbare mendacium, symbolum verum & unicum retinere & defendere? Numquid poteris approbare mendacium, cathedram Petri, & claves regni cælorum a Christo concessas, ubi est nostra societas?* Hæc & alia ipse; at de his pluribus superius actum est.

XX. Ticonius Donatista adversatur Parmeniano. Cæterum non Optatus tantum Parmenianum ita delirantem redarguit, sed & ipsius communionis Ticonius Donatistarum prudentior impugnavit. Exhorrescebant plane aures blasphemiam illam audire, Catholicam Christi Ecclesiam toto Orbe diffusam jam penitus periisse; & in Africa tantum, nec apud omnes, sed eos solum qui essent partis Donati, tamquam arcam Noe, diluvio pereunte Orbe, integram esse relictam. Ticonius, inquam adversatus Parmeniano, sectæ suæ, quam profitebatur, Episcopo, illud scriptis confirmavit atque defendit, Catholicam Dei Ecclesiam nequaquam coarctari angustis terminis partis Donatistarum, sed longe lateque per orbem Christianum ubique perseverare diffusam, nec posse peccatis hominum tolli, evacuarique ex humanis excessibus Dei promissiones. Hæc ita sentientem Ticonium Parmenianus admonuit, scriptaque ad eum epistola, cum nihilominus in eadem sententia permaneret, eumdem anathemate perculit. Testatur id quidem S. Augustinus (c) his verbis: (c) Aug. contra Parmen. l. 1. c. 1.

XXI. Ticonii sententia de Ecclesia Catholica. *Ticonius enim omnium sanctarum paginarum vocibus circumsonsus evigilavit, & vidit Ecclesiam Dei toto Orbe diffusam, sicut de illa tanto ante per corda & ora sanctorum prævisum atque prædictum est. Quo præcepto, suscepit adversus ipsos suos demonstrare & asserere, nullius hominis quamvis sceleratum & immane peccatum præscribere promissis Dei; nec id agere quorumlibet intra Ecclesiam constitutorum quamlibet impietatem, ut fides Dei de Ecclesia futura & diffundenda usque ad terminos Orbis terræ, quæ in promissis Patrum retenta & nunc exhibita est, evacuaretur. Hoc ergo Ticonius cum vehementer copioseque dissereret, & ora contradicentium multis & magnis ac manifestis sanctarum scripturarum testimoniis oppilaret; non vidit quod consequenter videndum fuit, illos videlicet in Africa Christianos pertinere ad Ecclesiam toto Orbe diffusam, qui utique non istis ab ejusdem Orbis communione atque unitate sejunctis, sed ipsi Orbi terrarum per communionem connecterentur. Parmenianus autem cæterique Donatistæ viderunt hoc esse consequens, & maluerunt suscipere obstinatissimum animum adversus apertissimam veritatem quam Ticonius asserebat, quam ea concessa superari ab Africanis Ecclesiis, quæ illius unitatis, quam Ticonius asserebat, communione gauderent, unde se isti separassent. Et Parmenianus quidem primo eum per epistolam, velut corrigendum putavit; postea vero ex Concilio eorum perhibet damnatum.* Hæc Augustinus, apud quem est de eodem Ticonio crebrior mentio, ut cum in commentariis de doctrina Christiana de eodem sic ait: (d). (d) Aug. de Doctr. Christ. l. 3. c. 30.

XXII. *Ticonius quidam, qui contra Donatistas invictissime scripsit, cum fuerit Donatista; & illic invenitur absurdissimi cordis, ubi eos non omni ex parte relinquere voluit; fecit librum quem Regularum vocavit, quia in eo quasdam septem regulas executus est, quibus quasi clavibus divinarum Scripturarum aperirentur occulta.* Hæc ipse, qui eas singulas numerat. Cæterum quod ad scripta Ticonii Scripta Ticonii.

spe-

spectat; recenset omnia Gennadius, de eo sic scribens (*a*): *Ticonius natione Afer, in divinis litteris eruditus juxta historiam sufficienter, & in sæcularibus non ignarus, fuit in Ecclesiasticis quoque negotiis studiosus. Scripsit de Bello intestino libros tres, & expositiones diversarum causarum, in quibus ob suorum defensionem antiquarum meminit Synodorum; a quibus omnibus agnoscitur Donatianæ partis fuisse.* Quod ad has Synodos pertinet; erant antiqui illi conventus ab iisdem Donatistis celebrati, quos Ticonius adversus Parmenianum adduxit in medium, ut ex illis convinceret, ipsum ac cæteros Donatistas a priscis ejusdem communionis Episcopis deviasse. Fidem facit horum omnium Augustinus (*b*), cum ad Vincentium scribens hæc ait: *Scribit enim ille Ticonius, homo (ut dixi) vestræ communionis, a ducentis & septuaginta Episcopis vestris Concilium Carthagine celebratum. In quo Concilio per septuaginta & quinque dies, postpositis omnibus præteritis, limatam esse sententiam atque decretum, ut Traditoribus immensi criminis reis, si baptizari nollent, pro integris communicaretur; Deuterium etiam Macrinensem Episcopum communionis vestræ dicit, Traditorum plebem congregatam Ecclesiæ miscuisse, & secundum statuta illius Concilii a ducentis & septuaginta Episcopis vestris facti, fecisse cum Traditoribus unitatem; eique Deuterio post hoc factum jugiter communicasse Donatum; nec solum huic Deuterio, sed etiam universis Maurorum Episcopis per quadraginta annos, quos dicit usque ad persecutionem per Macarium factum Traditoribus sine baptismo communicasse. Sed dicis: Quis est iste Ticonius? Ille est Ticonius, quem Parmenianus rescribendo compescit, & eum deterret, ne alia scribat, non tamen refellit ea ipsa quæ scribit.* Hæc Augustinus; ex quibus assertione Ticonii illud expressum habetur, rebaptizationem a Donatistis a temporibus Macarianis, nempe sub Constante Imperatore inductam fuisse. Sed ad cœptam a Gennadio de lucubrationibus Ticonii narrationem redeamus.

(a) Genn. de Vir. illustr. c. 18.

Recentiores Donatistæ adversantur Majoribus.

(b) Aug. ad Vinc. epist. 48.

XXIII. *Composuit*, inquit, *& Regulas ad investigandam & inveniendam intelligentiam Scripturarum, octo, alias septem, quas in uno volumine conclusit. Exposuit & Apocalypsim Joannis ex integro, nihil in ea carnale, sed totum intelligens spirituale. In qua expositione dixit, Angelicam stationem corpus esse: Mille quoque annorum regni in terra justorum post resurrectionem futuri suspicionem tulit; neque duas in carne mortuorum resurrectiones futuras, unam justorum, & aliam injustorum; sed unam & semel omnium, in qua resurgerent etiam abortivi reformati, ne quid humani generis deformatum animata substantia intereat, ostendit. Distinctionem sane duarum resurrectionum ita facit. Primam, quam justorum Apocalypsis dicit, credimus modo in Ecclesia incremento agi, ubi justificati per fidem, a morticiniis peccatorum suorum per baptismum ad vitæ æternæ stipendium suscitantur; secundam vero generaliter omnis hominum carnis. Floruit hic vir ætate, qua jam memoratus Ruffinus, Theodosio, & filio ejus regnantibus.* Hæc Gennadius. Sed plane mea sententia errat; dum putat Ticonium æqualem fuisse Ruffini, nam constat eum vixisse Parmeniani temporibus, qui Donatistarum agebat Episcopum. Quod si velimus diutius post hæc supervixisse; illud asserendum est, Ticonium senem, juvenem vero extitisse Ruffinum.

Rursum de Scriptis Ticonii.

At non Optatus tantum atque Ticonius scripta Parmeniani impugnarunt, sed multum post temporis id felicius præstitit Augustinus, qui adversus illam potissimum epistolam, quam ipse contra Ticonium scripserat, tribus agens libris eam refellit. Quæ autem post hæc Parmenianus contra Catholicam in Africa Ecclesiam egerit, & quæ consecuta sint inter ipsos Donatistas conflata dissidia, suo loco dicturi sumus. Quod modo reliquum est de Optato Episcopo Milevitano, cujus occasione ad hæc de Ticonio & Augustino digressi sumus; magna ipse apud posteros Africanos Catholicos veneratione viguit; etenim sanctus Augustinus digno præconio eum nominat (*c*), atque inter præclaros Ecclesiasticos tractatores adnumerat (*d*). Fulgentius eumdem cum sanctum appellat, ejus in exponendo sensum Pauli interpretationem commendat (*e*). Porro ejus memoria relata in tabulas Ecclesiasticas pridie Nonas Junii, publica lectione fit in Ecclesia annis singulis rediviva (*f*). Cæterum ab hoc, de quo agimus, longe discreti sunt Optati illi, qui hoc eodem sæculo vixisse reperiuntur, nempe Optatus Donatista, qui interfuit Concilio Cirtensi, alius item Donatista in Concilio Bagajensi, vel ille nefandus Optatus Gildonianus, de quibus inferius mentio erit. Porro status Africanæ Ecclesiæ in deterius dilabebatur, impiis Donatistis non scriptis tantum, sed vi grassantibus armatis nimirum (quod dictum est superius) ad omnium terrorem Circumcellionibus. Sed de his alias pluribus.

XXIV.

S. August. impugnavit Scripta Parmeniani.

(c) Aug. contra Parm. l. 1. c. 3.

(d) Aug. de de Doctr. Christ. l. 2. c. 40.

(e) Fulg. ad Nomin. l. 2.

(f) Martyrol. Rom. die 4. Junii.

Plures Optati.

Tac-

I. *Olybrii Præfectura Urbana.*

TRecentesimo sexagesimo nono Christi anno, Valentiniano nobili pueto & Aurelio Victore Coss. Olybrius præfecturam Urbanam gessit; sub quo Romæ & in suburbiis denuo Schismatici tumultuantes repressi sunt tum per eumdem Olybrium, tum etiam per Aginatium ejus Viarium, favente in omnibus justæ causæ Damasi Valentiniano Imperatore, cujus ea de re extant rescripta hoc anno data tam ad eumdem Olybrium, quam etiam ad Aginatium, quæ ex Codice Vaticano superius citato reddemus. Sed primum ne ambiguitas aliqua oriatur, de ejusdem Olybrii tempore præfecturæ; sub memoratis quidem Consulibus eam accidisse, complura ejusdem Imperatoris citata (a) in margine rescripta significant.

(a) *l. 2. de fructib. & lit. expen. C. Theod. l. 6. de fid. test. C. Th. l. 3. de navicular. C. Theod. l. 13. de ep. C. Theod.*

II. *Schismatici quid Romæ moliuntur.*

Eo usque proruperunt Ursicini partis Romæ schismatici, ut compressi licet manu militari, atque etiam basilica (quod dictum est) quam occuparant, spoliati fuissent, reddita illa Damaso, nequaquam acquieverint; sed obduratis animis abhorrentes penitus communicare cum legitimo Urbis Antistite; novum illud parant consilium, a mente admodum obdurata suggestum; nempe, quod Præfectis prohibentibus, intra Urbem conventus agere non liceret; in suburbiis, in cryptis arenariis, aliisve privatorum locis ecclesiam congregarunt, in qua insano conatu cathedram contra cathedram erexerunt, ubi Ursicinum venerabantur Pontificem, quem accensis studiis vulgus adeo obstinare fovebat. Sed cum hæc pro maxima impietate execranda omnibus haberentur, intoleranda quoque sunt visa; etenim quæ gerebantur in suburbiis, ab iisdem schismaticis intra mœnia jactanter & insolenter ostentabantur, atque arroganter prædicabantur, unde & fomites rixarum ministrabantur: De quibus omnibus Valentinianus Imperator ad Olybrium Præfectum ita rescripsit (b):

(b) *Extat in Cod. Vaticano ubi sunt epist. ant. Rom. Pont.*

III. *Rescriptum Imp. ad Olybrium de schismate.*

*Tu quidem, sicut proximis litteris indicasti, enixissimo studio præstare voluisti, ut nulla in urbe Romæ posset esse discordia, Christianorumque populus profanda in otio securitate gauderet. Sed quantum Aginatii clarissimi viri Vicariæ præfecturæ scripta testata sunt; adhuc aliquanto placata misceri delectat; extramuraneisque conventibus frequens strepitus excitatur, Olybri parens carissime Augustorum. Quamobrem egregia sublimitas tua, ipsius auctoritate præceptionis, & patriæ præstet & legi * ut populo dissentienti nulla intra vigesimum lapidem vel religio ad coeundam possit esse, vel copia, at si cessare non vult, migret (ut jussum est) insa-* *an*

* *&c.*

PAGIUS SÆC. IV.

Anno Urbis 1122. Olymp. 287. an. 1. *secundum Baronium* 1120. A. C. 369.

ANNO *PERIODI* GRÆCO-ROMANÆ 5862.

☉ 24. D. ☽ 9. P. 22. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 369.

DAMASI PAPÆ 4.

VALENTINIANI & VALENTIS IMPP. 6.

GRATIANI IMP. 3.

I. *Consules.* [1] AD num. I. Coss. *Valentinianus Nobilissimus puer, & Victor, non vero Julius* *Felix Valentinianus* vir privatus, ut perperam Onuphrius. Est enim Valentinianus Valentis filius secundum primam regulam Consulatuum Cæsareorum Consul, & quidem Orientalis, quemadmodum & *Victor*, qui sub Valente Magister militum fuit, ut liquet ex Lege 22. Codicis Theod. *De erogat. ann.* Ad hunc Victorem extat S. Basilii epistola 347. ut & Gregorii Nazianzeni epist. 133. & 134. ubi diserte dignitatem, seu officium ejus militare designat, quem Christianum & Orthodoxum fuisse testatur Basilius citatus & Gregorius dicta epistola 133. qua eum hortatur ad promovendam Ecclesiæ pacem, ut observat Gothofredus in Prosopographia Codicis Theodosiani. Quare is *Victor* non est *Aurelius Victor* celebris Historicus, ut cum Onuphrio Baronius putavit. Idacius in Fastis

---

NOTÆ [1] COss. *Valentinianus nobilissimus puer* (*& Victor*. Fasti Idatii: *Valentiniano nob. & Victore*. Prosperi Chronicon: *Valentiniano N. P. & Victore*. Paschalis laterculus Bucherianus: *Valentiniano nobiliss. & Victore*. Fabrettus, pag. 419. n. 380. ex veteri inscriptione, eruta A. D. 1689.

FUIT. IN. SAECULUM. QUOD. VIXIT. ANNOS
XXXII. DEP. XIII. KAL. SEPT. VALENTI
NIANO. N. P. ET. VICTORI. CONSS.

Boldettus, Lib. I. Cap. XIX. n. 24.

DEP. VIII. KAL. AUG. VALENTINIANO.
N. P. (idest nobilissimo puero) ET. VICTORE.

Paschalis laterculus in fine Gennadii de Viris illustribus: *Valentiniano Aug.* (intellige *Augusti filio*, qui & *Julius Felix Valentinianus* nobilissimus puer) & *Victore*, nempe *Sex. Aurelio Victore*. Vide Relandum de hoc *Valentiniano*, ubi plura ex Ruperti historia universali.

na collectio. Ita demum etiam tumultuantibus cunctis longe proculque summotis, certa pax plebi ix ævum esse tribuatur. Hactenus Imperatoris rescriptum ad Olybrium. Sed & ad Agloatium Vicarium ita rescripsit:

IV. Rescriptum Imp. ad Aginatium.

Omnem his dissensionibus occasionem, quæ (ut prudentia tua scripsit) sacratissimam Urbem Christianorum populo fluctuante confundunt, auferre cupientes; jubemus his litteris, ut ab his, quos juvat turbulenta sejunctio, nullus intra vigesimum lapidem conventus habeatur, Aginati carissime & jucundissime. Itaque spectata severitas tua admodum salutare præceptum, & quod nullum interpretationibus locum ex aliquo relinquatur ambiguo, his animis exequatur, quos pacis tranquillitatisque recuperandæ & Judex debet & Civis. Habes & Urbanæ ad hoc auxilium præfecturæ. Nam & Olybrium, clarissimum & illustrem virum, pari serenitas nostra concitavit arbitrio in factiosorum impios cœtus; ut termino, qui evidenter est limitatus, excluderet, quo nec in vicino quidem exoriretur vel motus, qui in Urbe non esset. Et facile præstabitis dum, quod singuli præstare possetis. Hucusque Valentinianus ad Aginatium; quem Vicariam præfecturam functum esse apud Olybrium Urbis Præfectum, etiam Ammianus (a) affirmat, cum de eo sic ait: *Quod Aginatius indignissime ferens, dolensque in examinandis causis Maximinum ab Olybrio sibi prælatum, cum esset ipse Vicarius Romæ familiari sermone docuit Probum occulte, &c.* Erat autem hic Probus summam omnium gerens potestatem nempe præfecturam Prætorii. Quo modo vero idem Aginatios dolo arteque Maximini primum Aononæ, inde vero Prætorio Præfecti, capite truncari sit jussus, idem Ammianus narrat, rem gestam pluribus prosecutus. At in codice Vaticano, ex quo omnia citata superius in hac causa Valentiniani rescripta deprompsimus, aliud rursus ad Olybrium datum habetur in hæc verba rescriptum, quo declaratur, ab eodem cohibitos esse schismaticos.

(a) Amm. lib. 28.

V. Rescriptum Imp. ad Olybrium

Iidem AAA. ad Olybrium Præfectum Urbis. Cum nihil possit esse jucundius, vel abundantia, vel quiete, ac summa felicitas sit, quoties duo ista junguntur; proculdubio sublimitas tua prospicit, quam gratæ nobis litteræ tuæ fuerint; cum & eos esse compressos, qui sanctissimam legem tumultu, & seditione miscuerant, & annonam communes omnium patriæ paulatim in statum pristinum redire cœpisse testatæ sunt. Sed hoc propemodum non stupemus in voto. Talem enim te futurum esse præsumpsimus, cum detulimus tuis meritis præfecturam, qualem statim in administrationis exordio invenimus. Denique nos monemus, ut illustris auctoritas tua, camdem efficaciam devotionemque custodiens, penitus statum plebis, vel reformationem pristinæ disciplinæ, vel necessariorum provisionibus commodorum & modestiæ gloria & bonis securitatis accumulet (Olybri pater carissime AA.) Prompto quippe curæ ingenio satis est, ut inceptis posteriora respondeant. Neque ita origines criminum metiaris, ut mansuetudinem nostram de correctionibus singulorum existimes consulendam: cum omnia, ex quibus aliqua potest esse confusio, sponte præveniens, ac sic solicite verecundeque compescas, ut nobis non tam incitandi necessitas relinquatur, quam gratia comprobandi. Hæc Valentinianus cupidissimus ut schismatici penitus coercerentur. Sed quo modo sequentibus annis, iisdem tumultuantibus, rursus oportuit eosdem ab Imperatore per Urbis Præfectos cohiberi, inferius dicturi sumus. Jam vero ad congressum S. Hilarii Episcopi Pictaviensis cum Auxentio Ariano Episcopo Mediolanensi orationem convertamus.

VI. S. Hilarius quid contra Auxentium.

Hoc enim anno, qui decimus numeratur post Concilium Ariminense, S. Hilarius cum accepisset, Valentinianum Imp. confecto tandem Alemannico bello Mediolanum se contulisse, atque rescriptum quoddam pro Auxentio Ariano Pseudoepiscopo Mediolanensi, qui se catholicum esse simulabat, dedisse; dolens Imperatorem a versipelle insidiatore deceptum esse, extortumque ab eo ad suam ipsius hæresim propagandam edictum colore pietatis maxime impium; ad illum profectus est, acturus coram adversus Auxentium; cui, licet Eusebius Episcopus Vercellensis, Evagrius, & Philastrius Brixianus crebro negotium facessissent, & vehementer exagitassent; haud tamen tantum fuit apud eos virium, ut valuerint veternosum colubrum e foramine foras abducere, atque e sede accepta a Constantio Imp. depellere. Hilarius igitur indigno animo ferens, unum hunc in Occidente tam nobili Ecclesiæ præsidere Episcopum Arianum, arteque sua ceu præstigiis quibusdam fallentem, oculos intuentium, atque instar Protei diversas mutantem species, pro arbitrio interdum apparere Catholicum; ut hujus-

PAGIUS II. *Hilarius contra Auxentium agit.*

lio Valentinianum *Nobilissimum* appellat.

A num. VI. ad XXII. *Valentinianus* Augustus, exeunte anno trecentesimo sexagesimo quinto, relicta Italia, in Galliam venit, neque in Italiam rediit, nisi diu post currentem annum, ut ex Chronologia Codicis Theodosiani a Gothofredo confecta manifeste deducitur. Quare quæ S. Hilarius apud Valentinianum Imp. adversus *Auxentium* Arianum Mediolani egit, ad annum Christi trecentesimum sexagesimum quintum, quo Mediolani Valentinianus fuit, revocanda. Decepit Baronium libellus Auxentii, quem recitat, ubi is ait, Hilarium aliosque ei adhærentes abjicere decreta *ante annos decem*

jusmodi judificationes solveret, atque detegeret imposturas, magna fiducia de Catholico Imperatore suscepta animatus, munitusque divino præsidio, Mediolanum concessit hoc ipso anno, ut libellus ipsius Auxentii manifestat, ubi testatur, se illum scribere post decem annos a Concilio Ariminensi, quod celebratum diximus sub Consulatu Eusebii, & Hypatii, anno Christi trecentesimo quinquagesimo nono, reddemus vero illum inferius.

VII. Quæ autem acta sint ab eodem Hilario Mediolani adversus Auxentium, cum satis expressa habeantur in ejus epistola ad omnes Christi fideles conscripta: hic eam describendo, verbis ipsius Hilarii res gesta cunctis certior innotescet. Est enim ipsa ultima lucubratio sanctissimi Patris jam senio ærumnisque fracti, sed satagentis ante obitum jam imminentem, tum factis, tum scriptis, sub Catholico nomine latentem Arianorum impietatem omnibus Orthodoxis testatam reddere, quod hac epistola egregie præstitit; qua primum omnium Arianorum impietatem factis expressam, sed dictis velatam insinuat atque detegit; inde vero de congressu, quem habuit cum Auxentio, narrationem instituit. Accipiamus avide novissima hæc sanctissimi viri facta ab eodem postremis characteribus consignata. Est autem eidem epistolæ præfixus ejusmodi titulus (a):

(a) Hilar. contra Auxent.

VIII. Hilarii Epistola circularis.

Dilectissimis fratribus in fide paterna manentibus, & Arianam hæresim detestantibus Episcopis, & omnibus plebibus, Hilarius conservus vester S.

Speciosum quidem nomen est pacis, & pulchra est opinio unitatis; sed quis ambigat, eam solam Ecclesiæ atque Evangeliorum unitam * *pacem esse, quæ Christi est, quam ad Apostolos post passionis suæ gloriam est locutus, quam ad æterni mandati sui pignus commendavit abiturus? Hanc nos fratres dilectissimi, & amissam quærere, & turbatam componere, & repertam tenere curavimus. Sed hujus ipsius fieri nos vel participes, vel auctores nec tempora nostri peccata meruerunt, nec imminentis Antichristi pravis ministrique sunt pessi; qui pacis suæ, idest, impietatis suæ unitate se jactant, agentes se non ut Christi Episcopos, sed Antichristi sacerdotes.*

* unicam.

Ac ne maledicis verborum in eos uti convictis arguamur; causam perditionis publicæ, ne cuiquam ignorata sit, non tacemus. Antichristos plures esse, etiam Apostolo Joanne prædicante, cognovimus. Quisquis enim Christum, qualis ab Apostolis est prædicatus, negavit, Antichristus est. Nominis Antichristi proprietas est, Christo esse contrarium. Hoc nunc sub opinione falsæ pietatis efficitur; hoc sub specie prædicationis Evangelicæ laboratur, ut Dominus Jesus Christus, dum prædicari creditur, denegetur. Ac primum misereri licet nostræ ætatis laborum, & præsentium temporum stultas opiniones ingemiscere, quibus patrocinari Deo humana creduntur, & ad tuendam Christi Ecclesiam ambitione sæculari laboratur.

IX. Arianorum mos favore Impp. hæresim propagare.

Oro vos, Episcopi, qui hoc vos esse creditis: Quibusnam suffragiis ad prædicandum Evangelium Apostoli usi sunt? Quibus adjuti potestatibus Christum prædicaverunt, gentesque fere omnes ex Idolis ad Deum transtulerunt? An ne aliquam sibi assumebant e Palatio dignitatem, hymnum Deo in carcere inter catenas & post flagella cantantes? Edictisque Regis Paulus, cum in theatro spectaculum ipse esset, Christi Ecclesiam congregabat? Nerone se, credo, aut Vespasiano *, *aut Decio patrociniantibus tuebatur, quorum in nos odiis confessio divinæ prædicationis effloruit? Illi manu atque opere se alentes, intra cœnacula secretaque coeuntes, vicos, & castella, gentesque fere omnes terra ac mari contra Senatusconsulta, & Regum edicta peragrantes, claves, credo, regni cœlorum non habebant? Aut non manifesta se tum Dei virtus contra odia humana porrexit, cum tanto magis Christus prædicaretur, quanto magis prædicari inhiberetur? At nunc, proh dolor, divinam fidem suffragia terrena commendant; inopsque virtutis suæ Christus, dum ambitio nomini suo conciliatur, arguitur.* Hæc idcirco S. Hilarius, quod hæresis Ariana niteretur potentia sæculari, cum in Oriente

* Domitiano.

te

PAGIUS anno a sexcentis Episcopis edita. Quæ Auxentii verba de Concilio Ariminensi anno CCCLIX. celebrato intelligenda Baronius putavit. Sed, ut recte Hermantius in lib. II. Vitæ S. Athanasii cap. 8. observavit, videtur *Auxentius* respexisse ad ea, quæ Mediolani anno trecentesimo quinquagesimo quinto acta in Synodo ibidem congregata, aut ad ordinationem suam eodem anno peractam. Neque enim Libellus ille hoc anno offerri potuit, cum dicatur porrectus *Valentiniano & Valenti Augustis*, & nulla Gratiani Augusti jam a biennio ea dignitate præditi, in eo mentio fit; qui tamen, secundum morem tunc receptum, non minus quam Valentinianus & Valens nominari debuit. Præterea S. Hilarius, qui Mediolani erat, quando Auxentius Libellum illum obtulit, ante hunc annum mortuus est. Quare non dubito quin decem illi anni a Concilio Mediolanensi sint desumendi. Bollandus die XIII. Januarii in Vita S. Hilarii arbitratur, errorem irrepsisse in numeros præfati Libelli; & cum Hilarius ad cœlum migraverit anno trecentesimo sexagesimo septimo, loco, *ante annos decem*, legendum, *ante annos septem*. Sed frustra recurritur ad numerorum errorem, ubi certiora argomenta suppetunt. Denique cum ipsemet Hilarius tradat, post oblatum illum Fidei Libellum, jussum se Mediolano egredi, & Eusebius Vercellensis Episcopus eum anno CCCLXII. in Italia, quo e Gallia se contulerat, invenerit, & cum eo ad Ecclesiarum pacem procurandam sese con-

jun.

te Valeutis Imperatoris edictis (de quibus paalo post dicturi sumus) boc anno latis, adversus Catholicos Episcopos persecatio grassaretue; unde & subdit:

X. Persecutio Asianorum. *Terret exiliis, & carceribus Ecclesia, credique sibi cogit, quæ exiliis & carceribus est credita? Pendet a dignatione communicantium, quæ persequentium est consecrata terrore? Fugat Sacerdotes, quæ fugatis est Sacerdotibus propagata? Diligi se gloriatur a mundo, quæ Christi esse non potuit, nisi eum mundus odisset? Hæc de comparatione tradita nobis olim Ecclesia, nunc quam deperdita, res ipsa quæ in oculis omnium est atque ore, clamavit. Quid autem illud sit, quod ignorandum ultra non sit, breviter exponam. Secundum placitam Deo plenitudinem coarctata sunt tempora, incircumscripta enim ratio eorum cælestibus libris docetur; ac necesse est, in ipsam nos ætatem Antichristi incidisse, cujus secundum Apostolum ministris in lucis se angelum transformantibus, ab omnium fere sensu & conscientia is qui est Christus aboletur. Ut enim erroris affirmatio certa sit, incerta vero opinio antefertur, sitque Antichristo jam pervium, Christum eum esse se fallere, de quo nunc usque dissensum est. Hinc illæ variæ opiniones: hinc sub unius Christi fide prædicatio plurimorum: hinc Arii spiritus nuper ex angelo diaboli in lucis angelum transfiguratus, cujus hæreditas nominis ad Valentem, Ursacium, Auxentium, Germinium, Cajum, successoresque defluxit: nam ipsi nunc Christum novum, per quem Antichristus subreperet, intulerunt.* Hæc Hilacius, qui conspiciens Arianam hæresim in dies magis magisque invalescentem, Peincipisque favore pollentem, pec quam Cheistus Deus verus, novo eoque falso superiaducto, abdicaretur, revera existimavit adventasse tempora Antichristi.

XI. Antichristus ab Ariania inductus. Quomodo aatem Ariani Antichristum inducere videreatue, idem sabdit his verbis, Acianæ hæresis distiactas proprietates enarcans: *Volunt*, inquit, *hunc suum Christum non ejus divinitatis esse, cujus & Pater est; sed esse eum præstantem ceteris aliis creaturis creaturam; tumque per voluntatem Dei ex nihilo substitisse; & eum ante omnia quidem sæcula & ante omne omnino tempus natum ex Deo Deum esse, sed non ex substantia Dei esse; neque Divinæ in eo nativitatis, majestatisque ejus quæ Dei est, intelligendam veritatem; ne quam verus sit Deus qui Pater est, tam verus sit Deus qui Filius est; ut id quod unum esse Filius & Pater in Evangeliis prædicantur, in voluntatis tantum sit & charitatis societate, non in divinitatis veritate. Quæ si in Filio non eadem est ipsa illa quæ Dei est, ut in confessione fidei Deus unus sit; cur Deum Filium, cur ante tempora & sæcula confitentur, nisi quia Dei nomen sancti cuique per indulgentiam est destinatum, & regenerati omnes vere Dei filii sunt, & angeli omnes per Christum utique conditi, non ante omnia omnino sæcula sunt creati?* Hæc ipse.

Sed & quod in Occidente Auxentius, ut subjectum sibi populam, quem sciret esse Catholicum, deciperet, larvam ipse sibi Catholici aomiais imposaerat: ob id Hilarius rem patefacere, perspicuamque omnibus reddere conaius, addit hæc verba:

*Verum Antichristum arbitror minori invidia introducendum, miserisque credendum. Tribuunt Christo Dei nomen, quia hoc & hominibus sit tributum. Fatentur Dei vere Filium, quia sacramento baptismi vere Dei filius unusquisque perficitur. Ante tempora & sæcula confitentur, quod de angelis & diabolo est non negandum. Ita Domino Christo sola illa tribuuntur, quæ sunt vel angelorum propria, vel nostra. Cæterum quod Deo Christo legitimum & verum est, Christus Deus verus, id est eadem esse Filii quæ Patris divinitas, denegatur. Et hujus quidem usque adhuc impietatis occasio per fraudem perficitur, ut jam sub Antichristi sacerdotibus Christi populus non occidat *, dum hoc putant illi fidei esse quod vocis est. Audiunt Deum Christum; putant esse quod dicitur. Audiunt Filium Dei: putant in Dei nativitate inesse Dei veritatem. Audiunt ante tempora: putant id ipsum an-* XII. Fallaciæ Arianorum.

* concidat.

PAGIUS junxerit, valde verosimile, *Hilarium* usque ad annum CCCLXV. in Italia constitisse, eoque anno adversus *Auxentium* studium suum ostendisse.

III. *Pax Episcoporum & decreta Mediolanensia ad diversos annos pertinent.* Verum quidem est Auxentium in libello suo Concilii Ariminensis anno CCCLIX. celebrati, his verbis meminisse: *Ego quidem existimo piissimi Imperatores, non oportere sexcentorum Episcoporum unitatem post tantos labores ex contentione paucorum hominum refricari*; & his verbis aperte designare DC. Episcopos, scilicet CCCC. & amplius Occidentales Arimini, & CLX. ac amplius Orientales, Seleuciæ eodem tempore congregatos, & denique inferius scribere: *Ut autem Pietas vestra cognosceret, ea quæ gesta sunt in Concilio Ariminensi transmisi, & peto, ut ea libenter legi præcipiatis*. Sed ibi Auxentius duo ab Hilario & sociis violata fuisse criminatur; primum unitatem seu pacem Arimini & Seleuciæ inter Christianos compositam, nempe *sexcentorum Episcoporum unitatem post tantos labores* resricando; secundum vero *decreta* ab Hilario & sociis abjecta, quæ ante annos decem sancita fuerant in Concilio Mediolanensi, ubi Athanasius damnatus, repugnantesque Episcopi exilio mulctati, ut Paulinus, Eusebius, Lucifer, &c. Distinguenda itaque, non vero confundenda hæc duo plane diversa, unitas sc. seu pax Episcoporum & Ecclesiarum Arimini & Seleuciæ anno CCCLIX. constituta, & decreta Mediolanensia anno CCCLV. edita.

ta tempora esse, quod semper est. Sanctiores aures plebis, quam corda sunt sacerdotum. Si Deum verum Ariani prædicant; Christum Deum sine fraude confessi sunt. Quod si Deum dicunt, & negant verum; tribuunt nomen, adimunt veritatem. Hæc Hilarius, sugillans Auxentium, cum populum ipsum, tum etiam Imp. Valentinianum, mentito Catholico nomine decipientem. Quid autem in eum Mediolani tunc egerit, declarat his verbis:

XIII. *Quamquam igitur impiissimis eorum blasphemiis plena omnes Ecclesiarum chartæ, plenique jam libri sint; quid proxime tamen acciderit, non tacendum est. Cum edicto gravi sanctus Rex perturbari Ecclesiam Mediolanensium, quæ Deum verum Christum & unius cum Patre divinitatis & substantiæ confitetur, sub unitatis specie & voluntate jussisset; etiam importuna interpellatione suggessi Auxentium blasphemum esse, & omnino hostem Christi habendum; atque adjeci, eum aliter credere, quam Rex ipse aut alii omnes haberent. Quibus rebus permotus, audiri nos a Quæstore & Magistro præcepit, considentibus una nobiscum Episcopis fere decem. Primumque (ut in foro solet) de persona calumniatus est; damnatum quondam me a Saturnino, audiri ut Episcopum non oportere. Non est nunc temporis, quid ad hæc responsum sit, enarrare; sed qui tum audiebant de fide potius, ut Regi placuerat, agitandum esse decernunt.*

Valentinianus visus favisse Auxentio.

XIV. *Cumque jam in arcto esset negandi pericula; credere se Auxentius Christum Deum verum, & unius cum Deo Patre divinitatis & substantiæ, est professus. Placuit igitur hoc scribi. Et ne memoriis audientium quæ dicta essent, elaberentur; continuo libellum Regi per Quæstorem offero, quo quid convenisset, contineretur. Et ne mentiri arguar, ejusdem exemplar subjeci. Placet omnibus, Auxentium hæc ipsa profiteri frequenter: quæ ut ipse scriberet, est coactus. Qui diu consilia sua versans, callidissime fidem Regis eludit: dat scripturam stylo Antichristi compositam. Nam primum ea quæ Nicææ Thraciæ omnium impietas ex se solvisset, sancta esse testatus; vim scilicet illatam Episcopis, fidem esse veræ confessionis affirmans. Negat quoque se scire Arium, cum in Alexandria in Ariana Ecclesia, cui Gregorius præerat, presbyter esse cœpisset. Sed de Ariminense Synodo, quæ ab omnibus est religiose dissoluta, nihil dicamus: tantum diaboli commenta pendenda sunt.* Hæc modo Hilarius. Cæterum desideratur illa confessio relata in Acta, cui & subscripsit: illa vero subdula posterior extat, tum Nicææ in Thracia, tum Arimini edita, quam scripto libello obtulit Imperatori Valentiniano; habetur in fine epistolæ Hilarii: nos autem hic ipsam describemus, licet nonnulla in ea verba deesse videantur, quæ ab eodem Hilario arguuntur hæretica: est autem hujusmodi:

XV. *Beatissimis, & gloriosissimis Imperatoribus Valentiniano ac Valenti Augustis, Auxentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Mediolanensium. Ego quidem, piissimi Imperatores, existimo non oportere sexcentorum Episcoporum unitatem post tantos labores ex contentione paucorum hominum refricari, abjectis decretis ante annos decem, sicut & scripta manifestant. Sed etsi aliqui e plebe, qui numquam communicaverant, neque his qui ante me fuerunt Episcopis, nunc amplius excitati ab Hilario & Eusebio, perturbantes quosdam, hæreticum me vocaverunt: jussit vero pietas vestra, cognoscere de his viros laudabiles Quæstorem, & Magistrum; & sicut prædixi, non eos personam habere accusatorum, aut judicare qui semel depositi sunt: dico autem Hilarium, & qui ei consentiunt: Tamen obediens serenitati vestræ, processi manifestare, falsa docentibus & blasphemantibus & vocantibus me Arianum, & quasi non confitentem Christum Filium Dei Deum esse: exposui amicis pietatis vestræ meam confessionem; primum satisfaciens, quia numquam scivi Arium, non vidi oculis, non cognovi ejus doctrinam.*

Auxentii libellus fidei.

XVI. *Sed ex infantia, quemadmodum doctus sum, sicut accepi de sanctis scripturis, credidi, & credo in unum solum verum Deum Patrem omnipotentem, invisibilem, impassibilem, immortalem. Et in Filium ejus unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, ante omnia sæcula & ante omne principium natum ex Patre, Deum ex vero Deo Patre, secundum quod scriptum est in Evangelio (a): Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum: per ipsum enim facta sunt omnia visibilia, & invisibilia. Qui descendit de cœlis voluntate Patris propter nostram salutem, natus de Spiritu sancto ex Maria Virgine secundum carnem, sicut scriptum est; & crucifixum sub Pontio Pilato, sepultum tertia die resurrexisse, ascendisse in cælos, sedere ad dexteram Patris, venturum judicare vivos & mortuos, & in Spiritum sanctum paracletum, quem misit Dominus & Deus noster Salvator Jesus Christus discipulis veritatis spiritum. Sic credidi & credo, sicut & ascendens in cælos unicus Filius Dei tradidit discipulis dicens (b): Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Duos autem Deos numquam prædicavi: nec enim sunt duo Patres, ut duo Dii dicantur, nec duo Filii, sed unus Filius ex uno Patre, solus a solo, Deus ex Deo, sicut scriptum est: (c) Unus Pater Deus, ex quo omnia; & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia;*

(a) Joan. 17.
(b) Matth. 20.
(c) 1. Cor. 8.

pro-

propter quod & unam Deitatem prædicamus. Omnes ergo hæreses, quæ adversus Catholicam fidem veniunt, semper quidem congregati Episcopi Catholici condemnaverunt, & anathematizaverunt, specialiter autem convenientes Arimini, & inde condemnavimus. Catholicam autem & Evangeliorum, quam tradiderunt Apostoli, hanc fideliter custodivimus. Ut autem pietas vestra verius cognosceret ea quæ gesta sunt in Concilio Ariminensi, trasmisi; & peto, ut ea libenter legi præcipiatis: sic enim cognoscet serenitas vestra, quia iamdadum damnati, depositi, hoc est, Hilarius & Eusebius, contendunt ubique schismata facere. Quæ enim bene de sanctis Scripturis Catholicæ fidei exposita sunt, pietas vestra pervidet hæc retractari non oportere. Hactenus libellus Auxentii. Subdit Hilarius de eadem subdula confessione:

XVII. Calliditas & dolus Auxentii detegitur ab Hilario. *Cum placuisset igitur scribi: Deum verum esse Christum, & unius cum Patre divinitatis esse atque substantiæ; ponitur tales ab eo, ut a callidissimo diabolo sententia, quæ significaret Christum ante omnia tempora natum Deum verum Filium; ut secundum Arianos, veritas ad Filium, non ad Deum referretur. Et ut longe maior differentia hujus significationis existeret, subjicitur:* Ex vero Deo Patre; *ut in Patre Dei veritas esset, in Christo veritas tantum Filii scriberetur. Dehinc procedente sermone, una ab Auxentio divinitas prædicatur, & in ea non confitetur & Filium; ut in solo Patre, non etiam in Filio esset una sola divinitas.* Hæc Hilarius, probe noscens omnia improborum Arianorum diverticula & subdulas captiones. Sed tamen (proh dolor) prævaluit error: etenim Auxentius est acclamatus Catholicus, Hilarius vero habitus calumniator, & discordiarum auctor; quod ipse testatur, cum subdit hæc in epistola:

XVIII. Deceptus populus, & Imperator. *Spargitur vero per populos, Auxentium, verum Deum Christum, & unius cum Patre divinitatis ac substantiæ, scripsisse, neque ab exposita per me fidei dissidere sententia. Post quæ ad communionem ejus Rex pro fidei sinceritate advenit. Sed cum hoc mysterium impietatis diu occultatum jam non taceretur; diceremque fingi omnia, fidem negari, Deum atque homines illudi; jubeor de Mediolano proficisci, cum consistendi mihi in eo, invito Rege, esset nulla libertas.* Hactenus Acta Mediolani; quæ adeo expectationi contrarium finem sortita sunt, dum incuria quadam hæreticus retinetur, & Catholicus defensor fidei excluditur. His itaque ab Hilario scriptis, & redditis Fidelibus omnibus certioribus, hanc insuper elucidationem Auxentii perfidiæ idem subjungit his verbis:

Hæc igitur, fratres, quibus Dei judicium in metu est, ita gesta esse, significo. Auxentius, quod negare timuit, noluit confiteri: nam expositionis ipsius exemplar subjeci. Si idem scripsit; arguite fallentem. Si vero aliud scripsit, quam professus est; intelligite jam Christum per eum alium, id est, Antichristum prædicari. Lusit quidem ille verbis, quibus posset fallere electos; sed patet impietatis tanta professio. Negat se duos Deos prædicare, quia non duo Patres sunt. Quis secundum hæc non videt, unius Dei confessionem idcirco tantum Patri propriam esse, quia solus esset? Unde & ille Satanæ stylus extitit: Novi unum solum verum Deum Patrem. Et post malevolas significationes: Similem, inquit, secundum Scripturas Filium genitori suo Patri. Si usquam in sanctis voluminibus hoc scriptum est, habet innocentiæ professionem. Si veritate divinitatis Pater, & Filius unum sunt, quid similitudinis imperfecta opinio antefertur? Imago quidem Dei Christus est; sed & hominem imaginem Dei esse, non dubium est, cum ad imaginem, & similitudinem Dei Adam factus sit. Quid tu, hæres Arii, Christo tantum nostra concedis? Quid Regem, quid Comites, quid Dei Ecclesiam, patris tui, idest Satanæ arte circumvenis? Christum Deum dices; quid falles in nomine? Nega Mosen Pharaoni Deum dictum: Christum Filium & primogenitum Dei loqueris? Nega primogenitum filium Israel Deo esse. Si Christum ante tempora asseris natum & creatum? Nega diabolum ante tempora & saecula substitisse. Christum similem Patre memoras? Nega, ad imaginem, & similitudinem Dei hominem esse cœpisse. Solum in Christo quod est denegas, ne Deus verus & unius cum Patre divinitatis atque substantiæ sit; & solitus es una cum magistris tuis me hæreticum arguere.

XIX. Hilarius aperit versutias Auxentii.

XX. Hilarii proficua admonitio. *Expone, quibus potes litteris impietatis meæ causam, & blasphemiarum mearum titulum propone. Mihi Antichristus est, qui unius divinitatis esse Filium cum Patre non confitetur, quique non ita unum Deum verum Patrem prædicat, ut veritas quoque divinitatis non intelligatur in Filio. Si igitur unius divinitatis Christus & Deus sunt; cur hoc non simpliciter scripsisti? Si tibi non sunt; cur hoc non simpliciter denegasti? Arcanum igitur tam pestiferi mysterii optassem, fratres, ipse potius, quam per litteras revelare, & omnes blasphemias Auxentii verbis singulis explicare: verum quia id non licet, saltem unusquisque, quod sibi licet, intelligat. Multa alia proferre, Ecclesiæ me pudor inhibet, & committere epistolæ Arianorum blasphemiarum dedecora pertimesco.* Hucusque Hilarius versatus in

ape.

aperiendo latentes sinus impiæ Auxentii confessionis; subdit post hæc admonitionem ad omnes Catholicos, ut caveant Auxentii communionem, cum ait:

XXI. *Unum moneo: cavete Antichristum. Male enim vos parietum amor cœpit: male Ecclesiam Dei in tectis ædificiisque veneramini; male sub his pacis nomen ingeritis. An ne ambiguum est, in his Antichristum esse sessurum? Montes mihi, & silvæ, & lacus, & carceres, & voragines sunt tutiores; in his enim prophetæ aut manentes, aut demersi, Dei spiritu prophetabant. Absistite igitur ab Auxentio Satanæ angelo, hoste Christi, vastatore perdito, fidei negatore; quam sic est Regi professus, ut falleret; sic fefellit, ut blasphemaret. Congreget nunc ille quas volet in me Synodos; & hæreticum me, ut sæpe jam fecit, publico titulo proscribat; & quantam volet, iram in me potentium moliatur; mihi certe ille numquam aliud quam diabolus erit; quia Arianus est: neque pax aliquorum umquam optabitur, nisi eorum qui secundum Patrum nostrorum apud Nicæam tractatum, anathematizatis Arianis, Christum Deum verum prædicabunt.* Hactenus Hilarii epistola, quam S. Hieronymus (a) appellat libellum contra Auxentium; eamque novissimam ejus lucubrationem esse putamus; quod post hæc haud diu supervixisse reperitur: immo & secundum S. Hieronymi in Chronico assertionem, hoc ipso anno eum ex hac vita migrasse, dicendum est: nam licet sub Valentiniani, & Valentis Imperatorum anno quinto Hilarii obitum ponat; tamen quod ipse incipiat numerare annos eorumdem ab anno sequenti post obitum Joviani; hic pariter annus ab eo positus quintus, idem erit sextus, numerando ab ipso anno, quo iidem creati sunt Imperatores.

(a) *Hier. de Script. Eccl. in Hilario.*

XXII. Arguuntur autem erroris de tempore obitus Hilarii tum Gregorius Turonensis (*b*), tum etiam Severus (*c*) Sulpitius: ille, dum ait, anno quarto eorumdem Imperatorum mortuum esse: iste vero, dum tradit, anno sexto postquam idem Sanctus Hilarius rediit ab exilio Orientis in Gallias, diem obiisse: secundum quamquidem rationem eum anno secundo dictorum Augustorum esse defunctum, dicere oporteret. At cum ex nuper recitato Auxentii libello constet, post decimum annum a Concilio Ariminensi, hoc nempe Domini anno, Hilarium Mediolani adversus Auxentium stetisse; satis perspicue demonstratur, ipsum ad hunc usque saltem annum fuisse superstitem. Sanctissimo porro fine eum in Domino quievisse, idem Gregorius his verbis significat: *Plenus*, inquit, *sanctitate & fide, multis undique virtutibus editis, migravit ad cælos: nam & ipse legitur mortuos suscitasse.*

(b) *Greg. Tur. hist. Franc. l. 1. c. 39.*
(c) *Sever. hist. l. 2.*

Hilarius quando obiit.

XXIII. Lucubrationes vero ab eo conscriptas recenset S. Hieronymus, cum ait: *De Synodo Byterrensi in Phrygiam relegatus, duodecim adversus Arianos confecit libros; & alium librum de Synodis, quem ad Galliarum Episcopos scripsit: & in Psalmos commentarios, primum videlicet & secundum, & a quinquagesimo primo usque ad sexagesimum secundum, & a centesimo decimo octavo usque ad extremum; in quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est ejus & ad Constantium libellus, quem viventi Constantinopoli porrexerat; & alius in Constantium, quem post mortem ejus scripsit; & alius liber adversus Valentem & Ursacium, historiam Ariminensis & Seleuciensis Synodi continens: & ad Præfectum Sallustium, sive contra Dioscorum; & liber Hymnorum, & Mysteriorum alius: & commentarii in Matthæum: & tractatus in Job, quos de Græco Origenis ad sensum transtulit: & alius elegans libellus contra Auxentium: & nonnullæ ad diversos epistolæ. Aiunt quidem, scripsisse eum & in Cantica Canticorum; sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictavis, Valentiniano & Valente regnantibus.* Hucusque Hieronymus. De commentariis in Job, hæc Cassiodorus (*d*): *Quidam etiam est anonymus, ex cujus stylo beatum esse suspicamur Hilarium, qui commenta libri ipsius*, Job scilicet, *scripsit in ordinem*. Ignorasse visus est, ea ex Origene deducta; in quo Sanctus Hieronymus ejusdem Hilarii prudentiam laudat (*e*), quod non tam in Job Origenis commentarios, sed & in Psalmos quadraginta ferme millia versuum ad sensum in Latinum verterit.

Hilarii scripta.

(d) *Cassiod. instit. divin. lect. c. 6.*
(e) *Hieron. prolog. in Mich. c. 4.*

Quod

PAGIUS IV. *S. Hilarii Pictaviensis Episc. obitus.*

Ad *num.* XXII. *Sancti Hilarii obitus* anno trecentesimo sexagesimo septimo contigit; cum Hieronymus in Chronico juxta editionem Scaligeri, Hermannus Contractus, & Marianus Scotus id testentur, & Gregorius Turonensis lib. 1. cap. 39. prodat, Hilarium demortuum *quarto Valentiniani, & Valentis anno*, anno nempe Juliano, & utroque extremo incompleto pro integro numerato. Præterea Severus Sulpicius lib. 2. Hist. ait: *Hilarius sexto anno postquam redierat, in patria obiit.* Cum itaque anno trecentesimo sexagesimo ab exilio revocatus fuerit, mors ejus ad annum CCCLXVII. pertinet. Severus enim, ut quandoque alii Antiqui, utrumque ultimum annum incompletum pro numerat. Colitur *Hilarius* in Martyrologio die XIII. Januarii, & in quibusdam die prima mensis Novembris, qui ultimus dies Translationis ejus communiter creditur: sed idem dicendum de die XIII. Januarii. Epistola enim Synodica *Conciliabuli Singidini* in Mysia habiti, quæ ab Hilario in Fragmentis refertur, dicitur data *decimo quinto Kalend. Januarii Gratiano Nobilissimo P. & Dagalaipho Coss.* die nempe decima octava mensis Decembris anni trecentesimi sexagesimi sexti. Quod si Hilarius die XIII. anni in-

fe-

XXIV. Quod autem ad Hilarii ſtylum ſpectat; quod fuerit in dicendo copioſus, S. Hieronymus (*a*) appellat eum Latinæ eloquentiæ Rhodanum. Cæterum haud æque cultum ac copioſum fuiſſe, alibi idem affirmat ad Paulinum (*b*), cum ait: *S. Hilarius Gallicano cothurno attollitur; & cum Græciæ floribus adornetur, longis interdum periodis involvitur, & a lectione ſimpliciorum fratrum procul eſt*. Fuiſſe perquam ſtudioſum Hieronymum ſcriptorum Hilarii, quod ſcribit ad Florentium, (*c*) declarat, cum ait: *Interpretationem quoque Pſalmorum Davidicorum, & prolixum valde librum de Synodis S. Hilarii, quem ei apud Treviros manu mea ipſe deſcripſeram, aque ut mihi transferas, peto*. Commendat idem ſcribens ad Lætam (*d*) ſcripta Hilarii ut ſincera, cum ait: *Athanaſii epiſtolas & Hilarii libros inoffenſo decurrat pede: illorum delectetur ingeniis, in quarum libris pietas fidei non vacillat; cæteros ſic legat, ut magis judicet, quam ſequatur*. Hæc S. Hieronymus quo ad ſanam de Trinitate doctrinam, de qua vigebant inter Arianos, & Catholicos controverſiæ. Cæterum cum divinæ tantum Scripturæ ſit, nibil habere erroris, quod corrigatur; nec ipſe Hilarius nævia caruit; ut illis, quos notavit Claudianus Mamertus (*e*) Epiſcopus Viennenſis in commentariis de ſtatu animæ ad Synodium Apollinarem; & alii diſcuſſerunt, atque perperam alii (*f*) ſecuti ſunt. Porro quanta modeſtia, cum quid apud ejus ſcripta emendatione dignum Patres invenirent, id præſtiterint, S. Hieronymus (*g*) ſit exemplo, qui hæc de eo errorem alterius ſequente ait: *Quid igitur faciam? Tantum virum & temporibus ſuis diſertiſſimum reprehendere non audeo, qui & confeſſionis ſuæ merita, & vitæ induſtria, & eloquentiæ claritate, ubicumque Romanum nomen eſt, prædicatur; niſi quod non ejus culpæ adſcribendum eſt, qui Hebræi ſermonis ignarus fuit*, &c. Et Claudianus Mamertus (*h*) de eodem: *Sed quoniam*, inquit, *B. Hilarius opinionis hujuſce vitium virtute confeſſionis abolevit; ſic ſuſtinet reprehenſionis ſtylum, quod non patitur detrimenta meritorum*. Hæc ipſe.

(a) Hier. in proœm. com. epiſt. ad Galat. l. 2.
(b) Hieron. epiſt. 13.
Hilarii dicendi genus.
(c) Hieron. epiſt. 6.
Hilarii ſcripta ſincera.
(d) Hier. ep. 7.
(e) Claud. de ſtat. anim. lib. 2.
(f) Sixt. Senen. Biblioth. l. 5. c. 68.
(g) Hieron. epiſt. 141.
(h) Claud. de ſtat. anim. l. 1.

XXV. Verum non Latinis tantum, ſed & Græcis S. Hilarius extitit admirandus; nam de ipſo, atque collega Euſebio Vercellenſi hæc Sozomenus (*i*): *Porro autem apud Italos, & illius partis Imperii incolas, Euſebius & Hilarius de quo ſupra dixi, propter ſingularem patrii ſermonis & eloquentiæ præſtantiam, magno in laude fuerunt. Hilarii autem libros de fide, etiam ab iis, qui contrariam tuebantur fidei Catholicæ opinionem, admodum commendatos eſſe prædicant*. Habet idem Sozomenus (*k*) de Hilario, ſe cum S. Martino ſubduxiſſe, cum ille jam antea ab Auxentio perſecutionem paſſus eſſet: at diverſis plane temporibus contigit utriuſque vexatio ab Auxentio illata. Extat de eodem epigramma Venantii Fortunati (*l*), qui itidem edidit duos libros, quorum prior, *De vita*, poſterior, *De miraculis* ejuſdem S. Hilarii inſcripti habentur. Cæterum cum virtutum omnium Hilarius fuerit vivum quoddam exemplar; manſuetudine potiſſimum enituiſſe, Ruffinus tradit (*m*). Quod autem ſubdoli ac cæcutientes recentiorum hæreticorum hiſtorici delirantes confundunt S. Hilarium Pictavienſem Epiſcopum cum Hilario diacono Anabaptiſta, ſchiſmaticoque Luciferiano, ſatis demonſtratum eſt ſuperius. Sed & errore aliquos eumdem S. Hilarium conflaſſe ſimul cum Hilario Arelatenſi, quæ dicturi ſumus inferius, demonſtrabunt.

(i) Sozom. l. 3. c. 14.
(k) Sozom. l. 3. c. 13.
(l) Venant. Fort. l. 2.
(m) Ruffin. l. 1. c. 31.

XXVI. His de Hilario uſque ad ejus obitum recenſitis, ad Auxentium redeamus; qui cum a populo ignaro ſe vidit acclamari Catholicum, Valentinianumque imperatorem jam ſibi, ut Catholico inhærere, atque communionem accipere; Hilarium vero ut calumniatorem juſſum Mediolano diſcedere; gaudet, exultat, ac ſuper omnes arroganter extollitur; dictis factiſque inſultat in Eccleſiæ Catholicæ Sanctos Epiſcopos, quos ſemper paſſus fuerat adverſarios; & inter alios exagitat Euſebium Vercellienſem Antiſtitem, aſſidua in ipſum jacula cominus intorquentem; necnon Philaſtrium Epiſcopum Brixianum; quem etiam jugiter adverſus Auxentium pro fide Catholica tuenda certaſſe, S. Gaudentius (*n*) ejus ſucceſſor docet his verbis: *Non ſolum contra Judæos & Gentiles, verum etiam contra hæreſes omnes, & maxime contra eo tempore furentem Arianorum perfidiam tanta fidei vigore pugnavit, ut etiam verberibus ſubderetur, & in corpore ſuo ſtigmata Domini noſtri Jeſu Chriſti portaret. Nam & in Mediolanenſi urbe idoneus olim cuſtos Dominici gregis fuit, Ariano repugnans Auxentio, priuſquam beatus eligeretur Ambroſius. Romæ etiam non exiguo tempore moratus, multos & publica, & privata diſputatione lucratus in fide eſt*. Hæc Gaudentius; quibus etiam

Auxentius lætatur victoria.
(n) Gaud. in Vit. S. Philaſt. apud Sur. die 18. Julii.

PAGIUS ſequentis, ſc. CCCLXVII. mortuus fuiſſet, Synodicam illam Fragmentis ſuis inſerere non potuiſſet, cum Pictavis obierit, urbe nempe a Myſia non parum diſſita. Vita S. Hilarii legenda apud Bollandum tomo 1. die XV. menſis Januarii, ubi tamen mors ejus eo die accidiſſe non bene dicitur. Ejus Opera cum variis MSS. collata ſtudio Patrum Benedictinorum nova editione donata.

tiam significare videtur, remansisse post discessionem Hilarii, Philastriom Mediolani, ut quoquo modo posset, Catholicum populum fidelem in officio contineret: ob quam causam, ut ait, verbera passus est; cum interim Auxentius formulam fidei Ariminensis, eamdemque Nicææ Thraciæ promulgaret, compluribus eidem assentientibus Episcopis in Illyrico constitutis.

XXVII. Stetisse quoque adversus Auxentium infracto animo Evagrium, S. Hieronymus (a) ad Innocentium scribens testatur his verbis: *Jam enim ad Evagrii nostri nomen pervenimus; cujus ego pro Christo laborem si arbitrer a me dici posse, non sapiam; si penitus tacere velim, voce in gaudium erumpente, non possim. Quis enim valeat digno canere praeconio, Auxentium Mediolani incubantem hujus excubiis sepultum pene ante, quam mortuum?* Quisnam autem fuerit Evagrius iste, haud exploratum satis habere potuimus.

(a) Hieron. epist. 48.

Quid Evagrius in Auxentium.

XXVIII. Ceterum res Auxentii eo status provectæ erant, adeoque firmatæ patrocinio Imperatoris, ut privatorum omnes in eum conatus infirmi viderentur, atque omnino irrita studia. Quamobrem Romani Pontificis requiri videbatur auctoritas & industria. Præstitit id impigre Damasus ejusdem Ecclesiæ Præsul, qui potestate qua pollebat, & studio adversus Auxentium Romæ Concilium congregavit. Haud enim amplius dissimulanda res erat, cum jam idem Auxentius Illyrici Episcopos magna ex parte seduxisset, proposita illis fidei formula Nicææ Thraciæ edita, eademque Ariminensi. Ne igitur lethale virus, quod lento tabo proxima membra infecerat, latius serperet, Damasus una cum aliis simul collectis Episcopis velox occurrit. Innotuit Græcis quoque scriptoribus egregie navata a Damaso opera; de quo Theodoretus (b) sic scribit: *Quod autem ista fidei formula*, Nicææ Thraciæ scilicet edita, *ab omnibus veritatis athletis, & ab his potissimum qui versus Occidentem habitabant, reprehensa sit; ex litteris ab eisdem ad Illyricos conscriptis, satis constare potest. Inter eos vero, qui istarum litterarum auctores erant, principem locum obtinuit Damasus in Ecclesia Romana primatu successor Liberii, vir plurimis virtutis insignibus eximie ornatus. Nonaginta habuit Episcopos ex Italia, & Gallia Romæ in unum coactos, qui his litteris consenserunt: quorum nomina hoc loco citarem, nisi quod supervacaneum esse arbitror. Eorum litteræ scriptæ sunt in hunc modum:* [1]

Concilium Romanum contra Auxentium.

(b) Theod. lib. 2. c. 22.

XXIX. *Episcopi ad sanctum Concilium Romæ convocati, Damasus, Valerianus, & ceteri, dilectis fratribus Episcopis qui sunt in Illyrico in Domino S.*

Etsi nobis pro certo persuasum est, sacerdotes Dei sanctissimi, vos sacrosanctam fidem nostram, qua doctrina Apostolorum fundata est, firme retinere, eamque populo prædicare; quæ certe a decretis Patrum, a quibus par est reliquos erudiri, nulla ex parte discrepat; tamen significatum est nobis a fratribus, qui in Gallia & in agro Venetorum habitant, nonnullos ad hæresim amplexandam omni studio incumbere. Quod quidem malum ne existat, non modo præcavere debent Episcopi; verum etiam quæcumque errores, vel quarumdam inscitia, vel simplicitate eorum, qui perversas interpretationes secuti sunt, in Ecclesiam invecti videntur, his se opponere, Conciliisque providere, ne deinceps in varias discrepantesque doctrinas denuo prolabantur imperiti; sed quoties dissentientes opiniones ipsorum auribus inculcatæ fuerint, firme Patrum sententiis adhærescant.

Epistola Synodalis ex Romano concilio.

XXX. *Hac de causa a nobis decisum est, ut Auxentius nominatim condemnetur. Quare omnes legis divinæ doctores, qui ditioni Romanæ subiciuntur, ea quæ legis sunt sapere, & fidem variis doctrinis nequaquam contaminare debent. Etenim ubi primum vitiosa Arianorum doctrina & blasphemia vigere inciperet, quæ etiam hoc tempore latissime serpit; trecenti decem & octo Episcopi, Patres nostri, habito Nicææ Concilio, hoc muro ad arma diaboli arcenda fidem nostram cinxere, & hoc antidoto venena*

PAGIUS V. A num. XXVIII. ad XXXVII. Duorum priorum Conciliorum Romæ sub Damaso celebratorum epocha magnis tenebris sepulta. Primum tamen anno trecentesimo sexagesimo sexto, adversus Valentem & Ursacium, aliosque Arianos jam damnatos coactum. De eo loquitur Athanasius ad Episcopos Africanos, ut optime Baronius notavit: *Sufficiunt*, inquit Athanasius, *scripta Damasi Comministri nostri dilecti & magnæ Romæ Episcopi, & tam multorum cum ipso congregatorum Episcoporum* &c. Et paulo infra: *Gratiam habemus & illius pietati* (nempe Damasi) *& ceteris qui cum ipso fuerint Episcopis, quod Ursacio & Valente cum sociis suis ejusdem sententiæ ejectis, concordiam Ecclesiæ conservarint*. Hujus Concilii Synodica perperam a Baronio, quemadmodum & a Conciliorum Collectoribus inter Acta Synodi Illyricianæ relata, at jam anno CCCLXV. numero X. observavi. Nam cum Synodi Illyricianæ epistolam Synodicam a Theodoreto recitatam habeamus; in eaque Synodo, non de Valente & Ursacio, sed de Spiritus San-

Prior Synodus Romana sub Damaso.

Baron. n. XXXIV. & seqq.

Baron. anno 365. n. XVIII.

NOTÆ [1] Coustantius in Monito prævio ad hanc Epistolam, pag. 470. n. V. Synodum Romanam in qua exarata est epistola Damasi ad Episcopos Illyrici, circa initium A. D. 372. habitam esse putat.

nena depulere mortifera; sic ut crederetur, unam esse Patris, & Filii substantiam, unam Deitatem, virtutem unam, unam potentiam, unam figuram, quin etiam Spiritum sanctum unam eamdemque cum illis substantiam habere & subsistentiam. Eum autem qui aliter sentiret, a nostra communione judicarunt alienum. Quam salutarem decisionem, & decretum plane venerandum nonnulli postea alii novis decretis violare labefactareque studuerunt.

XXXI. Auxentius Romæ damnatus. *At vero initio (quod peccatum erat ab illis, qui Arimini formulam fidei Concilii Nicæni novare retractareve coacti sunt) aliqua ex parte propterea sarciebatur, quod se disputatione alio tempore habita fatebantur a veritate abductos, quodque suam fidei formulam nequaquam sententiæ Nicæni Concilii adversari cogitabant. Siquidem numerus Episcoporum, qui erant Arimini in unum congregati, præjudicii vim habere non debet: præsertim cum formula illa composita sit, neque Episcopo Romano, cujus sententia præ cæteris omnibus expectanda erat; neque Vincentio, qui tot annis Episcopatum integre gesserat; neque aliis eidem consentientibus; cumque etiam (quod est omnium maximum) illi ipsi, uti ante diximus, qui in fraudem illecti, a veritate deflexisse visi sunt, & post ad meliorem mentem denuo traducti, plane testentur, hanc formulam sibi magnopere displicere.*

XXXII. Excommunicationem & privationem Damasus comminatur. *Itaque vestra integritas manifesto videt, hanc fidem solam, quæ auctoritate Apostolica Nicææ stabilita est, firme perpetuo retinendam esse. Atque de hac ipsa fide tum Episcopos Orientis, qui se de Catholica Ecclesia esse profitentur, tum Occidentis etiam Episcopos nobiscum una gloriari constat. Porro autem pro certo credimus, eos qui alia opinione tenentur irretiti, propter suam conatum brevi fore & a nostra segregatos communione, & nomine Episcoporum privatos; at tandem populo errore ipsorum liberato, detur respirandi locus. Nam multitudinis error tamdiu nullo modo corrigi poterit, quamdiu Episcopi eodem tenentur implicati. Quocirca facite, ut vestræ reverentiæ judicium cum omnium Dei sacerdotum judicio, cui vos firme & constanter adhærere credimus, omnino consentiat. Quod si fiat, eamdem vobiscum rectam credendi viam nos quoque debemus insistere. Vestra charitas, quæso, ad nos rescribat, ut inde lætitiam capiamus. Valete, fratres honoratissimi.* Hactenus ad Illyricos Synodi Romanæ admonitio: extat eadem apud Sozomenum (a). Constat insuper ex Imperatoris Valentiniani litteris suo loco inferius recitandis, in hac eadem Synodo rursum damnatum fuisse Ursicinum schismaticum, crebrius in Damasum studia renovantem; ex quibus manifesti mendacii libellus Marcellini & Faustini schismati-

(a) Sozom. l. 6. c. 23.

PAGIUS Sancti *consubstantialitate* sermo fuerit, male ad eam refertur præfata Synodica, cujus hæc inscriptio: *Dilectissimis fratribus per Illyricum Fidem paternam retinentibus, Episcopi Italiæ in Domino æternam salutem.* In ea scribunt Episcopi illi, se Concilii Ariminensis recisionem mittere, subduntque: *Auctores autem hæresis Arianæ vel Aetianæ Valentem & Ursacium, ceterosque eorundem consortes; non nunc esse, quod manifestari apud Illyricum cœperunt, sed olim condemnasse manifestum est.* Nonne clare apparet, eam epistolam non in Illyrio, sed in Italia & in alia Synodo Romana scriptam? Secundo, ideo eam ad Illyrios missam, quia Valens Mursi, & Ursacius Singidonis in Illyrio ante depositionem, Episcopi fuerant. Tertio, Synodum, in qua ea data, non sub Liberio, sed sub Damaso habitam esse. Ac denique, Athanasium laudatum, & Episcopos Italiæ, de una eademque re loqui, de Valente nempe, Ursacio, & sociis.

VI. *Ejus Synodi epocha.* Cum S. Hilarius eam Synodicam inter Fragmenta recitet, isque anno trecentesimo sexagesimo septimo obierit, liquet, eam epistolam ipso Damasi Pontificatus initio in Concilio Romano scriptam, ideoque primum Concilium Romanum sub Damaso anno trecentesimo sexagesimo sexto exeunte, aut saltem sexagesimo septimo ineunte congregatam fuisse, eoque etiam tempore illam Athanasii epistolam exaratam. Certe Damasum, ubi Pontificatum adeptus est, *confestim Synodum* congregasse, testatur Auctor libelli Synodici, qui tamen in eo errat, quod dicat, eam fuisse contra Auxentium. Contra vero de secunda Synodo Romana loquens ait, eam Damasum congregasse *pro Homousio contra Auxentium*, obi vides hunc Auctorem perperam scribere, utramque Synodum Romanam adversus Auxentium coactam esse, & quæ gesta in priori Synodo, ubi Nicæna Fides confirmata, attribuere posteriori. Recte tamen asserere, Damasum, confestim ac Pontifex creatus, Synodum congregasse, adversus nempe Valentem & Ursacium.

VII. *Secunda Synodus Romana sub Damaso.* Secunda *Synodus Romana*, a Damaso adversus Auxentium coacta anno trecentesimo septuagesimo secundo. Ejus Synodicam ad Episcopos Illyrios scriptam referunt Theodoretus lib. 2. cap. 22. Sozomenus lib. 6. cap. 23. & Nicephorus lib. 11. cap. 31. Sed duo ultimi proxime ante Sancti Ambrosii ordinationem. Præterea Divus Athanasius in epistola ad Epictetum, ait, Auxentium, aliosque Lucifugas *diversis Conciliis per Galliam, Hispaniam & Romæ celebratis anathemate* percussos fuisse. Quare Concilium Romanum secundum ante Sancti Athanasii mortem habitum. Notanda hæc verba, quæ de ea Synodo in Collectione Romana leguntur: *Explicit hæc epistola, vel expositio Synodi Romanæ habita sub Damaso Papa, & transmissa ad Orientem; in qua omnis Orientalis Ecclesia, facta Synodo apud Antiochiam, consona fide credentes, singuli sua subscriptione confirmant.* Post septem Episcoporum subscriptiones ibidem legitur: *Similiter & alii CXLVI. Orientales Episcopi subscripsere.* Numerosior itaque Synodus Antiochena, quæ Romanam confirmavit, quam hæc, in qua tantum XCIII. *ex rescripto Imperiali* interfuere, ut habetur in epigraphe Synodicæ Collectionis Romanæ post Baronii mortem ab Holstenio publicatæ.

VIII. Ceterum, quod in Collectione Romana titulus

eorum convincitur, dum in eo habetur, collectos a Damaso ad Synodum Episcopos anathemati Ursicini assensum minime præstitisse: sed de his inferius.

XXXIII. Damnato Romæ Auxentio, qui hactenus (ut vidimus) involucro verborum simulaverat se esse Catholicum, adeo ut magnam populi partem, & ipsum quoque Valentinianum Imperatorem ad suam communionem adduxerit; in aliis quoque Catholici orbis provinciis convenientes Episcopi eumdem Auxentium, ejusque in impietate collegas pariter damnavere, jam ante ad id præstandum S. Hilarii litteris circularibus incitati. Testis horum est Athanasius ad Epictetum sic scribens: (a) *Diversis conciliis per Galliam & Hispanias & Romæ celebratis, omnes qui in eo conventu fuere, istos lucifugas, qui sese etiamnum occultant, & quæ Arii sunt, sapiunt, Auxentium dico Mediolanensem, Ursacium, Valentem, & Cajum Pannonem communi calculo, uno spiritu incitati, anathemate percusserunt, eo quod isti sibi nomina vendicaverint Synodorum, cum nulla sit in Catholica Ecclesia Synodus existimanda præter unicam Nicænam, &c.*

Auxentius & socii ubique damnati.

(a) Athan. ad Epict. Episc. Corinth.

XXXIV. Præcesserat hanc Synodum Romæ habitam alia ab eodem Damaso ibidem congregata; in qua qui manifesti convincebantur Ariani, Valens & Ursacius, damnati fuerant: de quorum damnatione, & approbatione Nicænæ fidei, idem Damasus ad universos Christi fideles publicas litteras dederat: sunt enim hæ illæ, quarum meminit Athanasius scribens ad Africanos Episcopos, cum ipso litterarum exordio ita ait (b): *Sufficiunt quidem scripta Damasi comministri nostri dilecti, & magnæ Romæ Episcopi, cæterorumque tot numero ibi congregatorum; nihiloque minus sufficiunt scripta aliorum Conciliorum, quæ partim in Gallia, partim in Italia habita sunt, ad astruendam eam quæ in nobis est fidem, quam Christus largitus est, & Apostoli prædicarunt, & Patres qui in Nicæa undiquaque ex nostro habitabili orbe convenerant, tradidere.* Hæc & alia Athanasius ad Africanos Episcopos eum rogantes de Synodo Ariminensi, cujus formulam fidei tunc temporis promulgatam audierant. Qui vero consuluerant Athanasium Episcopi Africani, haud putamus eos fuisse Provinciæ Carthaginensis, sed Cyrenaicæ, Africam enim Cyrenaicam Provinciam Cyrenensem Dio appellat (c).

(b) Ath. ad Episc. Afric.

(c) Dio Hist. lib. 23.

XXXV. Quod autem citatæ nuper ab Athanasio scriptæ litteræ Damasi diversæ plana sint ab ea quæ paulo ante recitata est epistola itidem ex Romana Synodo ad Episcopos Illyrici; illud manifestum est argumentum, quod cum eas scriberet litteras Athanasius ad Episcopos Africanos, nondum ab ipso Damaso Romæ nominatim damnatus erat Auxentius: nam in fine ejusdem ad Africanos epistolæ hæc habet: *Interim non soli sumus qui ista scribimus, sed omnes in Ægypto & Africa Episcopi nonaginta numero. Omnium enim* idem

Athanasius agit apud Damasum de damnatione Auxentii.

PAGIUS lus hujus epistolæ præfert, eam scriptam esse *Episcopis Catholicis per Orientem constitutis*, falsum non est, ut Valesius laudatus perperam scribit, quod Sozomenus & Theodoretus citati eam ad Episcopos Illyrici scriptam esse habeant, idque ex ipsis Synodicæ verbis appareat. Nam, ut animadvertit Hermantius in Vita S. Ambrosii lib. I. cap. 27. ideo hæc epistola ad Catholicos Orientis Episcopos directa, quod ejus exemplar ad eosdem, quemadmodum & ad Illyrios, missum fuisset. Quod demonstrant verba præfatæ Synodicæ Collectionis Romanæ subjecta: *Ego Sabinus Diaconus Mediolanensis Legatus de authentico dedi.* Hermantius loco laudato scribit, hunc Sabinum non videri diversum a Sabino, quem S. Basilius Romam ad Damasum misit. Quæ conjectura prorsus certa; cum Sanctus Basilius in epistola CCLXXIII. de literis ad Occidentales scribendis loquens, dicat: *Ego cum inciderim in Sabinum Diaconum; quo nuntio hæc ad nos illi usi sunt, ad Illyricos scripsi, ad Italos præterea & Gallos Episcopos.* Ex quo liquet, Synodum Romanam, ante annum trecentesimum septuagesimum primum, quo *Basilius* Cæsareæ Episcopus creatus, coactam non fuisse; quod & de Illyriciana dicendum, de qua egimus anno CCCLXV.

Damasus scribit ad Episcopos Orientales.

IX. Porro hic ostendendum hanc secundam Synodum Romanam ad annum CCCLXXII. pertinere. Damasus enim Papa in Fragmento decreti in ea emissi, quod subjicitur huic Synodo Romanæ in Collectione Romana, & ex ea Tom. II. Concil. edit. Labbeanæ pag. 893. ait: *Quod ad removendas vestræ dilectionis spectat injurias, nec frater noster Dorotheus Presbyter explicare omnia vivaciter prætermisit, nec nisus nostri, ut ipse testis est, defuerunt.* Dorotheus autem Presbyter a Basilio in Occidentem missus non est, nisi post suam ad Episcopatum Cæsareensem evectionem, & paulo ante mortem divi Athanasii Alexandriæ Patriarchæ, ut ex ejusdem Basilii epistolis inter se collatis liquet, ex quibus etiam habemus eum tunc de Occidentalibus valde conquestum esse. Præterea Tom. II. Concil. pag. 1001. recitatur Epistola Concilii Romani IV. ad Gratianum & Valentinianum Impp. scripta, quæ est de Episcopis a factione Ursicini damnatis, in qua dicitur Florentium Episcopum Puteolanum post dejectionem suam ex Episcopatu, illum temere resumsisse: *Post sextum annum*, inquiunt Patres illius Concilii anno CCCLXXVIII. habiti, *regressus ad civitatem, tenuit Ecclesiam*, &c. Gratianus autem & Valentinianus ad eam Epistolam, quæ ibidem extat, quæque recitatur a Baronio anno CCCLXXXI. num. II. & seqq. rescribentes, jubent Aquilino Vicario Urbis, ut sententias, adversus Ursicini factionis Episcopos latas exequi mandet, & de Florentio Puteolano scribunt: *Florentius Puteolanus, post damnationem, quam recto judicio convictus accepit, mansuetudinem nostram inquietare conatus, dignum tulit in progressione responsum. Post quintum decimum annum Ecclesiam, de qua extrusus fuerat, rursus contaminare conatur.* Sed loco, *post quintum decimum annum*, legendum, *post quintum* de-

Epocha Synodi Romanæ II.

idem est sensus, & alii pro aliis, si quem contigerit abesse subscribunt. Certe cum hoc animo essemus, & contigisset nos in unam convenire; scripsimus dilecto Damaso Episcopo magnæ Romæ contra Auxentium invasorem Mediolanensis Ecclesiæ, eumque non solum in communione esse Arianæ sectæ, sed præter hoc multorum scelerum reum esse, quæ designavit cum Georgio socio suæ impietatis. Miramurque cur nondum depositus ejectusque sit ex Ecclesia. Gratiam habemus & illius pietati, & ceteris qui Romæ convenerunt, quod Ursacio & Valente cum sociis suis ejusdem sententiæ ejectis, concordiam Catholicæ Ecclesiæ conservarint. Hæc Athanasius, cujus testificatione illud plane compertum habetur, ante damnationem Auxentii Romæ factam, duas tempore ejusdem Damasi Synodos habitas; ab ipso Athanasio alteram in Ægypto, ex qua de damnando Auxentio Romam litteras dedit ad Damasum; Romæ alteram ab ipso Damaso, qua dicti Arianæ hæresis duces Ursacius ac Valens fuerunt condemnati. At quoniam quo potissimum anno Pontificatus Damasi hæc gesta fuerint, primo ne, vel secundo, aut tertio, minime scitur: nec alia eorumdem Conciliorum Acta extant, quæ doceant: hic de eis meminisse satis.

XXXVI. Vides ex his, lector, damnationem ac depositionem Episcoporum, esse Romani Pontificis opus; cujus rei gratia Athanasius ex Ægypto Damasum Papam litteris interpellat, at damnet atque deponat Auxentium. Quod ne idem Romanus Pontifex (ut par esse videbatur) ante præstiterit, cum alios consortes ejusdem impietatis Arianæ damnasset; illud in causa fuisse videtur, quod latebat coluber in foramine, dum pro tempore simulabat se esse Catholicum: nam vidimus, in Actis illis publicis, præsente S. Hilario, scripsisse Auxentium ac subscripsisse, sæpeque rogatum, sæpius dolose professum Catholicam fidem. Cum vero postea sui editione libelli ad Valentinianum, per eumdem Hilarium, qualis re vera esset apparaisset; nihil amplius a Damaso immoratum est; sed collecto, quod vidimus, Romæ Concilio, Auxentium ipse damnavit. Supervixit post hæc Auxentius adhuc quinquennio, nec nisi morte valuit ab Ecclesia Mediolanensi depelli, favente illi Imperatore errore decepto existimante ipsum calumniam passum: nam quonam pacto subsistere potuisset tot Conciliis ipse damnatus, & a populo Mediolanensi ut hæreticus derelictus, nisi eum summa Imperatoris suffulsisset auctoritas? Quamobrem idem Augustus iram Dei in se filiosque suos justissime provocavit, ut citius quam par esse videretur, Imperio exuerentur & vita.

Cur sero damnatus Auxentius.

In-

PAGIUS *demum annum*, ut scite monet Blondellus in lib. contra Primatum Ecclesiæ pag. 294. & post eum Labbeus in calce illius rescripti. Quare Florentius anno CCCLXXII. Synodi Romanæ II. judicio damnatus fuit, annoque sequenti CCCLXXIII. Imperatoris jussu Puteolis expulsus, anno CCCLXXVIII. qui sextus fuit a Synodi Romanæ II. celebratione, & quintus post extrusionem, turbas denuo ciere cœpit, ut infra de Synodo Romana IV. loquentes magis explicabimus. Ex quibus tandem omnibus consequitur Synodum Romanam II. in qua Florentius damnatus, ab anno CCCLXXII. removeri non posse. Episcopos autem nonnisi in Synodis deponi solitos, innumeris exemplis liquet.

X. Celebris fuit hæc Synodus, in qua pluribus *de consubstantialitate Spiritus Sancti* cum Patre actum, ut videre est in laudata Synodica, & ex fragmentis Epistolæ Damasi ei subjectis intelligitur. Unde etiam constat eam Synodum Basilio jam Episcopatum adepto, celebratam esse: eo enim Episcopo ea quæstio maxime agitata. Hujus Synodi mentio in decretali Epistola Damasi, quam refert Baronius anno CCCLXXIII. num. XI. ex Theodoreto lib. 5. cap. 11. In Latino enim exemplari hujus Epistolæ quædam adduntur quæ Theodoretus omisit. Nam ubi Theodoretus habet: *Et quia post Concilium Nicænum hic error inolevit, ut quidam ore sacrilego auderent dicero, Spiritum Santum factum esse per Filium*; in Latino apud Justellum legitur: *Post Concilium itaque Nicænum, & quod in urbe Roma Concilium congregatum est a Catholicis Episcopis, addiderunt de Spiritu Sancto, quia postea inolevit*; &c. Porro de processione Spiritus Sancti magna erat hoc tempore controversia, quæ tandem Concilio Oecumenico Constantinopolitano I. dirempta fuit. Hinc Synodus ista II. citatur, tam in Synodo Romana III. quam in Synodo Romana IV. & quod de Divinitate Spiritur Sancti decisum ibidem confirmatum. Imo in Concilio Antiocheno post S. Basilii mortem anno CCCLXXX. celebrato, lecta est Synodica hujus Synodi Romanæ II. & a magna Episcoporum numero approbata, ut ex clausula in fine Synodicæ ejusdem Synodi Romanæ II. subjuncta & a me num. VII. recitata manifestum fit. Eam vero Synodicam ante annum CCCLXXX. in ea Synodo lectam non esse liquet, ex subscriptione duorum Episcoporum, Eulogii nempe Episcopi Edesseni, & Diodori Episcopi Tarsensis. Uterque enim, dum adhuc Presbyter esset, a Valente in exilium missus, & uterque nonnisi aliquanto tempore post pacem Ecclesiæ redditam ad Episcopatum evectus, ut docet Theodoretus lib. 5. cap. 4. ubi de utriusque Episcopi virtutibus, & de tempore illorum evectionis ad Episcopatum, agit. Valesius quidem in Notis ad lib. 5. Theodoreti cap. 2. observat Epistolam Synodicam Synodi Romanæ II. lectam esse in Concilio Antiocheno, sed illud in annum CCCLXXVIII. quo sanctum Basilium vita functum esse supponit, perperam confert, indeque in alium errorem delabitur, quod Epistola Basilii numero LXIX. ad omnes Episcopos Italiæ & Galliæ missa illius Concilii Antiocheni Epistola Synodica fuerit, quod & viris doctissimis persuasit; cum tamen Concilium illud Antiochenum nonnisi post Sancti Basilii mortem celebratum fuerit.

In ea actum de Consubstantialitate Spiritus Sancti.

Valesius in Notis ad Sozomenum lib. VI. cap. 25. existimat hunc Historicum, dum de duobus Apollinaribus patre & filio, & de Vitali XI.

Pre-

XXXVII. *Anicii Probi præfectura prætorii.* Invitis quoque magistratibus Auxentium detinuisse usque ad obitum sedem illam, ex eo exploratum videri potest, quod Ambrosius a Probo ad eam Provinciam administrandam missus, Mediolanique agens, licet ut pius Auxentium execraretur, pati tamen coactus est. Hoc enim anno Anicius Probus Prætorii præfecturam accepit, ut ex Ammiano atque Imperatorum rescriptis (*a*) apparet; eoque munere diutius functus est; nam, ut Ammianus testatur, eamdem præfecturam ad multorum annorum spatia propagavit. Ex institutione autem Constantini Imperatoris (*b*), qui universum Romanum Imperium in quatuor partitus est Præfectos Prætorio: Probo curæ erant Italia, Sicilia, ac circumjacentes insulæ, necnon Sardinia, & Corsica, & Africa a Syrtibus Cyrenem usque; in quas quidem Provincias alios legabat pro arbitrio magistratus. Probus itaque pro officii munere delecturus Rectores Provinciarum; in primis nobilissimi viri Ambrosii Romani Civis, ex patre Ambrosio Galliarum olim Præfecto nati, rationem habuit, quem noverat eruditione præclarum, eloquentiæ studiis egregie excultum, optimisque compositum moribus; eidemque Insubriam, Liguriam, & Æmiliam cum insignibus Consularibus tradidit gubernandas. *Ambrosius mittitur Præfectus trium provinciarum.*

(*a*) *Amm. l. 27. 28. l. 5. de off. rect. provinc. C. Theod. l. 5. de metal. l. 2. de abolit. C. Theod.*
(*b*) *Zosim. lib. 2.*

xxavut. Ambrosium igitur in Provincias proficiscentem, ad optimum regimen illis verbis, veluti quodam futurorum vaticinio, Probus cum eum dimisit, hortatus est, dicens (*c*): *Vade age non ut Judex, sed ut Episcopus*; quæ quidem verba etsi ab eo futura nesciente prophetice pronunciata videri poterant; tamen ejus admonitionis ratio illa digna præcessit, quod nimia severitas magistratuum, ad severissimi Principis gratiam captandam accommodata, tempora propemodum Neroniana reddiderant; prout docent ea quæ a Valentiniano Mediolani adversus nonnullos, eosque innoxios, Ammianus (*d*) gesta esse commemorat, nosque superius recensuimus; vel quod in eadem Provincia actum esse de muliere septies icta Vercellis, ex testificatione S. Hieronymi, ipso tempore exor-

(*c*) *Paul. in Vita S. Ambros.*
(*d*) *Amm. lib. 27.*

PAGIUS *Locus Sozomeni ad hanc secundam Synodum referendus.* Presbytero loquitur, mentionem facere Synodi Romanæ anno CCCLXXVII. aut CCCLXXVIIt. celebratæ, in qua lecta est Epistola Damasi in secundo Concilio Romano adversus Auxentium data. Hæc verba Sozomeni: *Primus Damasus Episcopus urbis Romæ, & una cum illo Petrus Alexandrinus Antistes, cum hanc hæresim latius serpere intellexissent, Concilio Romæ congregato, eam ab Ecclesia Catholica alienam esse decreverunt.* Verum certum est Sozomenum eo loco sermonem habere de iis, quæ gesta sunt tempore persecutionis a Valente adversus Orthodoxos excitatæ, quod capita tam præcedentia, quam subsequentia ejusdem libri ostendunt. Ea itaque Sozomeni verba non nisi de Concilio Romano II. sub Damaso intelligenda, ut ibidem Valesius loco citato subodoratus erat. Certe Petrus Episcopus Alexandrinus Roma anno CCCLXXVII. in Ecclesiam suam rediit, ut eo anno num. II. Baronius recte observavit.

XII. *Synodus Ægyptiaca.* *Synodus Ægyptiaca* ab *Athanasio* celebrata, & de qua mentio in ejus ad Africanos epistola, revocanda, ut videtur, ad annum trecentesimum septuagesimum primum; cum in ea dicat Athanasius, scripsisse se ad Damasum *contra Auxentium invasorem Mediolanensis Ecclesiæ*, & miratí se, *cur nondum depositus, ejectusque sit ex Ecclesia.* Quare Concilium anno trecentesimo septuagesimo secundo Romæ a Damaso adversus Auxentium indictum, hujus S. Athanasii monitionis effectus videtur. In Concilio Ægypti non tantum epistola ad Damasum adversus Auxentium scripta; sed alia etiam ad Episcopos Africanos, qua ii rogati sunt, ut eos rejicerent, qui Concilium Ariminense adversus Nicænum tuebantur. Existimavit Baronius, Episcopos illos Africanos fuisse Provinciæ *Cyrenaicæ*, non vero *Carthaginensis*. Sed, ut recte observat Hermantius lib. II. Vitæ S. Athanasii cap. 22. Episcopi *Cyrenaicæ* Patriarchatui Alexandrino subditi erant, ideoque cum Athanasio eam epistolam ad Africanos seu Carthaginenses scripsisse. Præterquam quod Africæ nomen per hæc tempora Libyæ Cyrenaicæ non attributum, & regio prope Carthaginem sita ab hujus temporis Auctoribus Libya non vocata. Hoc itaque nomine designabantur *Provinciæ Ægypto vicinæ*, quæ a Patriarchatu Alexandrino & Imperio Orientali pendebant; reliquum, quod Episcopum Carthaginensem & Imperium Occidentale agnoscebat, *Africa* nomine exprimebatur. Hos Episcopos nonaginta fuisse, quando eam epistolam dedere, ipsimet in eadem profitentur, indicantque, in Synodo Alexandrina seu Ægyptiaca lecta fuisse scripta Damasi adversus Valentem & Ursacium in Ægyptum allata.

Baron. n. xxav.

XIII. *Nascitur S. Ambrosius.* A num. XXXVII. ad XL. Annus Natalis genuinus Sancti Ambrosii postea Mediolanensis Episcopi incertus. Opinio tamen Hermantii in Vita S. Ambrosii lib I. cap. 3. præferenda. Is Divum Ambrosium anno circiter trecentesimo quadragesimo natum arbitratur, quod Paulinus in ejus Vita de eo scribat: *Cum adolevisset, & esset in urbe Roma constitutus, cum matre vidua & sorore, quæ virginitatem jam fuerat professa, cum videret Sacerdotie a domestica sorore vel matre manus osculari, ipse ludens offerebat dexteram dicens & sibi fieri oportere, & quidem Episcopum se futurum esse memorabat.* Marcellina Sancti Ambrosii soror ante annum trecentesimum quinquagesimum secundum virginitatem professa non est; cum teste D. Ambrosio lib. 3. de Virginibus, velum acceperit a Liberio die Natali Christi, & Liberius anno trecentesimo quinquagesimo secundo Pontifex ordinatus fuerit. Quod si *Ambrosius* anno trecentesimo trigesimo tertio in lucem prodiisset, ut putavit Baronius, anno trecentesimo quinquagesimo secundo annum ætatis vicesimum attigisset, & tamen eo Christi anno adhuc in pueritia versabatur: actio enim de qua Paulinus loquitur, puero tantum convenire videtur. Præterquam quod incertum sit, quo anno Liberius velum Marcellinæ dederit. Quod si tertio aut quarto Pontificatus anno hanc Virginem Deo sacrarit, Baronii opinio minus verosimilis comperietur. Fundamentum, quo Cardinalis eruditissimus ad eam opinionem adductus, anno trecentesimo octogesimo septimo evertetur.

Pau-

axorti schismatis Ursiclai narravimus; aliaque declarant exempla, tum ab eodem auctora in Chronico, tum ab aliis adnotata.

XXXIX. Probus igitur, quem optabat cum justitia æquitatem clementiamque ad populorum regimen habere conjunctam, Ambrosium cum mitteret in Provinciam, admonuit; agere noa ut Judicem, sed ut Episcopum. At hæc modo satis de Præfecturæ Prætorio Probi principio, & Ambrosio ad dictarum Provinciarum admiaistrasionem assumpto. Cujus sicut iafantia divino quodam fuit nobilitata prodigio, ita & pueritia liberalibus imbuta scientiis, & egregiis extitit exculta virtutibus: & quemadmodum adolescens factus, consuetudine sanctæ sororis Marcellinæ Virginis, & fratris Satyri Romæ in domo paterna cum matre vidua coalescens, ab omni libidinum sorde se impollutum omnino servavit; ita factus vir, noa sibi, sed Reipublicæ atque in primis religioni natum se intelligeas, utrique prodesse coasiliis, opibus, ac viribus quibus valuit, numquam defuit, & domi forisque summa gloria omnibus ia rebus ubique refulsit.

Ætas Ambrosii. Ejus vero ætatem hoc ipso anno, cum dictam præfecturam Proviaciarum accepit (habita ratione anaorum quibus viait, ex obitus tempore retro revolutis annis, cum inveniatur aatus sub Coasulatu Dalmatii atque Xenophili, est is annus Domiai trecentesimus trigesimustertius) ad annos trigintasex pervenisse, exacta temporum dispositione comperimus. Quomodo autem post aaaos quinque divino nutu ex Præfecto Episcopus delectus sit Mediolanensis Ecclesiæ, suo loco dicturi sumus.

XL. Hoc item anno, iisdemque Consulibus, Valentiniaaus Imperator una cum collegis AA. Chronopium quemdam Episcopum in Synodo condemnatum, appellantem ad sæculare tribunal, ob indignum facinus, pecuaiaria pœna pauperibus eroganda mulctavit, sic de eo ad Claudium scribens (a):

Quoniam Chronopius ex Antistite idem fuit in tuo, qui fuerat in septuaginta Episcoporum ante judicio, & eam sententiam provocatione suspendit, a qua non oportuit provocare; argentariam mulctam, quam hujusmodi facto sanctio generalis imponit, cogatur expendere. Hoc autem non fisco nostro volumus accedere, sed his qui indigent, fideliter erogari. Quod in hac causa & cæteris Ecclesiasticis fiat. Dat. VIII. Id. Jul. Valentiniano N. P. & Victore Coss. Quæ citatur sanctio generalis, illam esse puto, qua vetitum erat, ne clerici coram sæcularibus Judicibus causam dicerent: cujus quidem legis ab eodem Valentiniano editæ meminit S. Ambrosius (b) scribens ad Valentiaianum juniorem his verbis in ipso epistolæ exordio: *Nec quisquam contumacem judicare me debet, cum hoc asseram, quod Augustæ memoriæ pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit; in causa fidei vel Ecclesiastici alicujus ordinis eum judi-*

(a) l. 20. quorum appell. C. Theod.

Forum sæculare vitent Clerici.

(b) Ambr. epist. 32.

PAGIUS XIV. S. Ambrosius Arelate natus non est.

Paulinus in Vita S. Ambrosii ait: *In administratione Galliarum patre ejus Ambrosio natus est Ambrosius, qui infans in area Prætorii in cunabulis positus.* Quibus verbis fultus Theophilus Raynaudus persuasum habuit, Divum Ambrosium in urbe Arelatensi natum esse, quod ex Constitutione Hooriana anno quadragesimo decimo octavo data, & ex libello precum Episcoporum Gallieanorum ad S. Leonem Papam constet, eam urbem sedem fuisse Præfecti Prætorio Galliarum. Neque obstare inquit, quod Divus Athanasius in epistola ad solitariam vitam agentes de Paulino Trevirensi Episcopo dicat: *Paulinus Episcopus Trevirorum Metropolis Galliarum.* Quia illis verbis aliud non designat, quam urbem Treverensem Metropolim fuisse in Galliia. Verum anno quadringentesimo visuri sumus sedem Præfecturæ ea urbe Trevirensi ad Arelatensem post Concilium Taurinense translatam fuisse, ideoque circa præfatum Christi annum. Erat itaque Arelatum, quo tempore Ambrosius in lucem prodiit, non Metropolis Galliarum, sed secunda post Augustam Trevirorum civitas, ut docet anonymus Auctor Græcus Descriptionis veteris Orbis, qui libellum suum aureum post annum Christi CCCXLVII. & ante annum CCCL. in lucem emisit, ideoque decem circiter annos post Divi Ambrosii ortum: Πόλιν δὲ μεγίστην φασὶν ἔχειν, ἣ καλεῖται Τρίβερις, ὅπου καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος λέγεται, καὶ ἔστι μεσόγεια. Ὁμοίως δὲ ἔχει ἄλλην πόλιν ἐν πᾶσι βοηθοῦσαν, ἥ ἐστιν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἣ λέγεται Ἀρέλατος, ἣ ἀπὸ παντὸς κόσμου ἐμπορίας λαμβάνουσα, τῇ προειρημένῃ πόλει ἐπιπέμπει id est: *Civitatem porro maximam habere dicitur* (Gallia nempe) *qua vocatur Triveris, ubi etiam Imperator morari dicitur: eaque mediterranea est. Pariter & aliam civitatem habet in omnibus ei adminiculantem, qua ad mare sita est, quam vocant Arelatum: quæ cum ab omni Orbe commercia suscipiat, & prædictæ civitati ea submittit.* Is Auctor in Descriptione Galliæ nullius civitatis præterquam harum duarum meminit; cui suffragatur Ausonius in Claris Urbibus, ubi de Arelato canit:

Per quem Romani commercia suscipit Orbis.

Natale itaque Divi Ambrosii longe ab Arelato quærendum, sed non extra Galliam, imo nec extra urbem Trevirensem; cum Paulinus in Vita ejus dicat: *Qui infans in area Prætorii positus.* Certum est autem, Prætorium in ea urbe fuisse.

XV. Mulcta Ecclesiasticis inflicta, in pauperes eroganda.

Ad num. XL. Data hoc anno a Valentiniano seniore Lex 20. Codicis Theodosiani, *Quorum appellationes non recipiantur*, qua Chronopius quidam Episcopus a multis Episcopis damnatus, quia a sententia, quæ juste prolata fuerat, appellavit, mulcta quinquaginta librarum argenti eidem imponitur. *Hoc autem*, inquit Valentinianus, *non Fisco nostro volumus accedere, sed his qui indigent, fideliter erogari. Quod in hac causa & cæteris Ecclesiasticis fiat.* Quod utique pium Valentiniani institutum fuit; quod secutus & Athalaricus in eadem fere specie apud Cassiodorum lib. 8. epist. 24. servantque passim hodie Galliæ Parlamenta; ut nempe mulctæ Ecclesiasticis exsculptæ, in pauperes erogentur, ut observat Gothofredus in hujus Legis Commen-

dicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis. Hac enim verba rescripti sunt; hoc est sacerdotes de sacerdotibus voluit judicare. Quin etiam si alias quoque argueretur Episcopus, & morum esset examinanda causa; etiam hanc voluit ad Episcopale judicium pertinere. Hæc Ambrosius.

XLI. *Eusebius moritur, Basilius creatur Epis. Cæsareæ Cappadociæ.* Jam vero ad res gestas Orientalis Ecclesiæ oratio progrediatur. Hoc ipso anno, defuncto Eusebio Episcopo Cæsareæ Cappadociæ, in locum ejus S. Basilius electus est. At quoniam de tempore creationis Basilii diversæ admodum sententiæ reperiuntur; antequam ad res gestas enarrandas deveniamus, consignatæ chronologiæ certa est ratio disquirenda: Auctor enim ille, quisquis fuerit, qui pulchro Amphilochii nomine usurpato, res Basilii scripsisse reperitur, oscitanter nimis, Imperii anno sexto Valentiniani Augusti, cum nec dum creatus esset Episcopus, eumdem Basilium vita functum affirmat; cum tamen S. Hieronymus de eodem vivente, & in Ecclesia magna laude florente, decimo tertio Valentis Imperatoris anno in Chronico meminerit; & alibi testatus (a) sit, sub Gratiano, cum scilicet solus regnaret, mortuum esse: sed & res ab eo gestæ ejusdemque scripta plane indicant, cum multos post hæc annos vixisse, ac pro Dei Ecclesia strenue laborasse.

(a) Hier. de Script. Eccl. in Basilio.

XLII. Ex tempore itaque Basilii obitus, & annis quibus sedit (cum hæc explorata reddentur) possumus pariter certum annum, mensem, & diem facile intelligere, quo Cæsariensis Ecclesiæ Episcopus creatus est. Gregorius Nyssenus, ipsius germanus, in epistola ad Olympium monachum de obitu S. Macrinæ virginis, utriusque sororis; cum Basilium fratrem haud pridem defunctum recolit, cum sedisse ait annos octo absolutos, nonum vero ex parte tantum attigisse. Apponam hic verba Gregorii, quæ hæc sunt, cum agit simul de ejusdem Basilii ordinatione & obitu: *Interea*, inquit (b), *insignis inter sanctos Basilius magnæ Cæsareæ declaratus est Antistes, & mysticis sacrificiis suis fratrem,* nempe Petrum, *consecrans, ad sacrum presbyteratus dignitatem provexit. Atque hic rursus ejus vitæ cursus ad graviora sanctioraque dirigebatur, cum sacerdotii dignitas sapientiæ studio conjuncta cumularetur. Post autem annis octo transactis, & nono inchoato, per totum Orbem celeberrimus Basilius ab hominibus ad Deum concessit, communem patriæ & Ecclesiæ luctus occasionem præbens.* Hæc Nyssenus. Sed & Gregorius Nazianzenus æque de annis octo sedis ejus testarur in sepulcralibus, ubi de Basilio ait (c): *Octo annos pii populi habenas tenuisti: hoc unum, Basili, in tuis rebus parvum ac breve fuit.*

(b) Greg. Nyss. ep. ad Olymp. monach. Extat apud Lip. tom. 2. & apud Sur. tom. 4.

(c) Apud Greg. Naz. t. 2. edit. Chesneau. pag. 1443.

XLIII. *Basilii electionis tempus.* His igitur de annis sedis Basilii certis firmisque testibus consignatis; jam reliquum est, ut quod nemo tradit, quo potissimum anno sedere cœperit, ea tempore ejus obitus hoc ipsum intelligamus. Hæc ut sciamus, eumdem germanum ipsius Gregorium percontemur; qui ait, ex hac vita migrasse Basilium ante menses novem a celebrato Concilio illo Antiocheno post Valentis Imperatoris obitum: ex quo idem Gregorius eam, de qua agit, legationem accepit ad restituendas collapsas Orientales Ecclesias, Arianorum sub eodem Valente persecutione vexatas: sic enim ipse in eadem citata nuper epistola ad Olympium: *Erat post hanc jacturam,* nempe Basilii obitum, *nonus mensis & paulo amplius, cum Episcoporum Concilium indictum est Antiochiæ; cui nos item interfuimus.* Hæc ipse. Sed quonam tempore ejusmodi Synodus fuerit celebrata, id accuratius pervestigandum est. Constat quidem, dum vixit Valens Augustus dirus Ecclesiæ Catholicæ persecutor, exturbatis e suis ipsorum Ecclesiis Episcopis Orthodoxis, nullum ejus celebrandi Concilii locum fuisse relictum vel tempus: eo autem divina vindicta de medio sublato (quod contigit sub ipsius Consulatu sexto, quinto Idus Augusti, anno Domini trecentesimo septuagesimo octavo) statim a sanctis Episcopis confessoribus ad suas Ecclesias restitutis indictum est ipsum Concilium Antiochenum: sicque eodem anno Domini trecentesimo septuagesimo octavo, quo Valens dicta mensis Augusti die obiit, indictam fuisse oportuit eam Synodum. Cum vero ante ejus indictionem novem menses & paulo amplius elapsos dicat a morte Basilii; constetque ex indicibus publicis (d), eum ex humanis desiisse Kalendis Januarii; necesse est affirmare, eodem anno trecentesimo septuagesimo octavo, quo Valens Augustus decessit, in pace requievisse Basilium Magnum. Quem etiam cum æque certum sit ex tabulis Ecclesiasticis (e) ordinatum fuisse Episcopum decimo octavo Kalend. Julii; ut eum sedisse dicamus, secundum Gregorium Nyssenum, annos octo

(d) Martyrol. Rom. & alia die 1. Januar.

(e) Martyrol. Rom. & alia die 14. Junii.

PAGIUS mentario, ubi plura alia de eadem Lege.

XVI. *Episcopatus S. Basilii.* Ad num. XLI & seqq. Sanctus *Basilius* neque hoc anno, ut Baronio visum, neque sequenti, ut passim Viri doctissimi scribunt, sed anno trecentesimo septuagesimo primo ad Episcopatum Cæsareensem evectus, ut quæ sequentibus annis in medium adducemus, manifestum facient. Quo Episcopatu anno suo reddito, Chronologia per hæc tempora in multis illustrari poterit. Cogimur autem, quæ ad Episcopatum illum adstruendum faciunt, præter morem in sequentes annos differre, ut res clarior procedat.

ecto absolutos, nono inchoato, hoc est, non absoluto; utique affirmandum est, eumdem hoc anno fuisse ordinatum Episcopum, sedisseque annos octo & quod excurrit a decimooctavo Kalendas Julii usque ad Kalendas Januarii; sicque fiet tempus sedis Basilii anni octo, menses sex, & dies sexdecim. Ad hæc autem dilucidius examinanda nos errores aliorum adeo deformes obligarunt, dum qui nomen Amphilochii ad mentiendum accepit, ante velit Basilium esse defunctum, quam creatum Episcopum: cujus quoque erroris redarguendus est Nicephorus (a), qui hoc ipsum sensisse visus est, dum vult eumdem Basilium tempore Juliani jam sedisse Episcopum.

(a) Niceph. l. 10. c. 25.

XLIV. His igitur de tempore ingressus Basilii in Episcopatum præmissis; reliquum est; ut quæ ad ejus electionem spectant notatu digna, pariter enarremus. Quod enim magni ponderis opus esset, tantum virum e montium latebris evocatum, tamquam accensam facem super candelabrum ad lucem omnium sublimem statuere, ut tamquam e nubibus Sol eductus in Oriente refulgens, Occidentem pariter illustraret; nonnihil adversus impios adversantes homines id impedientes, pravosque demones eosdem impelientes conflictarum est: sed prævaluit tamen Dei virtus, qua Basilius in sedem Episcopalem evectus hoc perditissimo tempore factus est adversus ingruentes hæreticos & furentem cum eis Imperatorem Ecclesiæ Catholicæ propugnaculum, Orthodoxorumque omnium robur & fortitudo: seditque inviro licet & obuitente Imperatore Valente, ac frustra sævientibus magistratibus, usque ad obitum, divino plane miraculo inconcussus. Sed rem ipsam aggrediamur.

Magnum opus, ut Basilius crearetur Episc. Cæs. Cappadociæ.

XLV. Eusebio itaque Episcopo Cæsariensi, celeri (ut ait Gregorius Nazianzenus) (b) morte abrepto (repentino enim violentoque morbo confectus ex hac vita sublatus est) Basilius qui aderat, quippe qui ægrotanti Episcopo assiduo ministerio usque ad ejus vitæ exitum præsto fuit, adeo ut in ejus manibus, ut idem auctor affirmat, contigerit ipsum animam exhalasse; sciens plurimorum in se studia, ut crearetur Episcopus, conspirasse, mature fugam arripuit (c); ita tamen, ut in destitutam pastore Ecclesiam oculos conversos haberet, timens illi, ne a schismaticis & hæreticis invaderetur: scripsit enim tunc de his litteras inter alios ad Gregorium Nazianzenum his verbis e latebris:

(b) Greg. Naz. orat. in laud. Basilii.

Basilius fugit, ne crecetur episcopus.

(c) Greg. ibid.

XLVI. *Basilius (d) Gregorio. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? vel quomodo renovabitur senectus mea, ut ad charitatem vestram transire, desideriumque vestri, quo teneor, lenire, animique molestias exponere, ac vestra opera quoddam afflictionum solamen reperire queam? A morte enim beati Episcopi Eusebii metus non parvus nos invasit, ne forte si qui Metropolitanæ Ecclesiæ nostræ quondam insidias struebant, eamque hæreticis zizaniis implere cupiebant, occasionem nunc nacti, pietatem in hominum animis multo labore sparsam perniciosis suis doctrinis radicitus evellant, ipsiusque unitatem scindant, quemadmodum in plerisque Ecclesiis fecerunt. Quoniam autem litteræ quoque cleri ad nos allatæ sunt, quibus rogamur ne tali tempore eos negligamus: in orbem circumspiciens, charitatis vestræ recordatus fui, rectæque fidei, ac zelo, quo pro Dei Ecclesiis semper flagratis. Eaque de causa dilectum condiaconum Eustachium misi, ut veneratio vestra illius hortatu precibusque permota, omnibus laboribus & ærumnis Ecclesiarum causa susceptis hunc quoque adjungat, senectutemque meam congressione reficiat ac recreet, recteque Ecclesiæ celebrem illam pietatem dirigat, nobiscum scilicet, si modo digni habiti fuerimus, qui vos in bono hoc opere juvemus, pastorem illi juxta Domini voluntatem præficiens, qui plebem ipsius moderari queat. Est quidem nobis præ oculis vir, quem nec ipsi ignoratis: quo si divina gratia, potiamur; magnam haud dubie nobis libertatem apud Deum comparabimus, maximoque beneficio populum, qui opem nostram imploravit afficiemus. Verum te rursus ac sæpius rogo, ut abjecta omni cunctatione, hic nobis præsto sis, hiemisque molestias anticipes.* Hactenus Basilius ad Gregorium; quem dum rogat ut maturet adventum, & anteverrat hiemis tempus, plane significat, anno superiori Eusebium esse defunctum, vacasseque sedem usque ad dictam diem mensis Junii.

(d) Greg. Naz. post. epist. 20.

Basilii ep. ad Gregorium.

Quod vero Gregorius nec his litteris monitus festinaret adventum, rursus ad eumdem Basilius alias litteras dedit; quibus & significavit, se morbo laborare, ac in extremis propemodum constitutum: quod finxisse creditus est Basilius, tum ut Gregorium ad se traheret, tum ne eligeretur Episcopus. Quibus acceptis Gregorius litteris, has reddit, quibus complura scitu digna aperiuntur; sic autem se habent: XLVII.

Basilius ne eligatur episcopus simulat ægritudinem.

Noli (e) mirari, si quid præter opinionem tuam dixero, nec prius a quoquam homine dictum. Quamquam tu mihi viri constantis & certi, atque animi firmitate præditi existimationem habere videris; multa tamen simpliciter magis, quam circumspecte & secure deliberas ac facis. Nam qui a vitio liber est, is vitium in alio minus prompte suspicatur. Hujusmodi tibi quiddam nunc accidit. Ad Metropolitanam urbem nos accivisti, cum de Episcopo creando consultatio proposita esset. Ac quam specioso & ad persuadendum

(e) Greg. Naz. ep. 21.

Gregorii epist. ad Basil.

dum apposito prætextu usus es! Ægrotare te finxisti, atque extremos spiritus edere, cupereque nos videre, atque extremum alloqui. Quod quo consilio feceris, assequi nequeo, nec quid præsentia nostra ad eam rem utilitatis allatura sit. Ego vero ad iter me accinxi, rem hanc ægerrimo animo ferens. Quid enim mihi vita tua sublimius, aut discessu tristius & acerbius? Ac fontem lachrymarum profudi, & ingemui: nuncque me primum aliter affectum sensi, quam Philosophi ratio postulet. Denique quid epitaphiis non implevi? Postquam autem Episcopos ad urbem concurrere intellexi, profectionis consilium abrupi; demirarique cœpi primum, si quid deceret ac honestum esset non perspiciebas, atque improborum linguis occurrendum putabas, quæ simplicissimis quibusque celerrime calumniam struunt. Deinde, si non hæc tibi & nobis convenire existimas, quibus & vita & doctrina & reliqua omnia communia sunt, nimirum a Deo ita jam inde a prima ætate consociatis. Tertio (liceat enim hoc quoque dicere) si piorum Deique metu præditorum hominum hujusmodi electiones esse censuisti, ac non potentium & apud vulgus gratiosorum. Atque ego his de causis navigii proram (ut dici solet) converti, ac proficisci detrectavi. Tibi autem, si videtur, hoc quoque fixum constitutumque sit, inter medios tumultus, pravasque suspiciones fugere. Tuam vero pietatem tum demum videbo, cum & negotia constituta fuerint, & per tempus licuerit: ac plura etiam & graviora exprobrabo. Hæc Gregorius ad Basilium.

XLVIII. (a) Greg. Naz. orat. de pace. Gregorii de fede Basilii vaticinium. Cæterum ipse Gregorius immenso æstuabat desiderio, ut Basilius Ecclesiæ Cæsariensi præficeretur Episcopus; quod aliquando pro concione quoque vaticinatus fuerat, ista dicens (a): *Nec dubito, quin pastorem longe præstantissimum sim assumpturus; tametsi spiritualibus quibusdam rationibus pascendi gregis provinciam a se rejiciat: & cum creditum sibi spiritum, talentorumque negotiationem, gregisque curam commissam habeat, oleoque sacerdotii & perfectionis delibutus sit; adhuc tamen pro sua sapientia præfecturam suscipere cunctetur, lucernamque subter modium retineat (brevi illam quidem super candelabrum collocandam, quo omnibus Ecclesiæ animabus illuceat, similisque nostris lumen porrigat) ac montes adhuc & saltus & fluenta circumspectet, ac lupis animarum raptoribus laqueos moliatur, ut commodo quoque tempore pedum etiam ipsum accipiat, ac cum vero pastore gregem hunc ratione præditum pascat in loco pascuæ, hoc est, semper virenti Dei verbo tabernaculum ei figens, ac refocillatrice aqua, hoc est, Spiritu sancto eum alens. Atque hoc quidem speramus, omnibusque votis expetimus.* Hæc Gregorius; qui licet absens, omni tamen sollicitudine procuravit, ut Basilius Cæsareæ crearetur Episcopus. Nam cum ad electionem futuri Antistitis comprovinciales omnes convocarentur Episcopi, atque ejus pater Episcopus Nazianzenus tum senio, tum mala detineretur valetudine, quo minus se Cæsaream conferre valeret, suffragium ipsius, quo decerneret Basilium deligendum esse Episcopum, scripta patris nomine ad Cæsarienses epistola, significavit. Litteræ autem ipsæ Gregorii parentis sic se habent:

XLIX. (b) Apud Greg. ep. 22. Epistola Gregorii Episcopi Nazianz. *Sum (b) quidem pastor exiguus, exiguique gregis Antistes, minimusque inter ministros spiritus: cæterum gratia nequaquam angusta est, nec locis circumscripta. Quocirca parvis quoque libere loquendi potestas concedatur, præsertim de communibus maximisque rebus orationem habentibus, & cum hac canitie consultantibus, quæ aliquid fortasse prudentius & solertius habet, quam plerique e vulgo. Non de parvis & levibus rebus deliberatis, verum quibus vel recte vel secus habentibus, Rempublicam quoque vel hoc vel illo modo se habere necesse est. De Ecclesia enim nobis sermo est, pro qua Christus mortuus est, ac de illo, qui hanc Deo sistat & conciliet. Lucerna enim corporis est oculus (ut docet Scriptura) (b)* (c) Matth. 6. *non modo hic corporaliter aspiciens & aspectus, sed etiam qui spiritualiter cernit ac cernitur. Lucerna autem Ecclesiæ est Episcopus, quemadmodum ipsi perspicua nostis, etiam si non scripserimus. Itaque quemadmodum illo puro atque incolumi, corpus quoque recte ducitur; impuro autem & vitiato, non recte: consimili quoque ratione utrolibet modo sese Ecclesiæ Antistes habuerit, omnino vel periculi vel salutis participem esse Rempublicam, necesse est. Porro tum omnibus Ecclesiis tamquam Christi corpori summa cura & sollicitudine prospiciendum sit, tum maxime vestræ, quæ omnium fere Ecclesiarum mater & a principio erat, & nunc est, atque censetur, & ad quam tota Respublica Christiana oculos conjecit, non secus ac circulus centro circumscriptus, non modo propter fidei integritatem jam olim omnibus prædicatam, sed etiam ob concordiæ gratiam divino haud dubio beneficio ipsi concessam.*

L. Gregorius suffragium confert in electione Basilii. *Quoniam igitur ad deliberationem, quam de hac re habetis, nos quoque (ut rectum erat & Ecclesiastica regula postulabat) vocastis; senectute autem & morbo correpti tenemur: si quidem ipsi quoque Spiritu sancto vires nostras obfirmante, adesse queamus (neque enim quicquam fide præditis incredibile est) hoc sane & publicæ utilitati melius & nobis jucundius*

fue-

fuerit, ut & vobis aliquid conferamus, & ipsi benedictionis particeps efficiamur. Si autem per corporis infirmitatem adesse non licuerit: id certe, quod absentes possunt, conferimus. Et quidem alios quoque apud vos præfectura dignos esse, confido, utpote in urbe amplissima, atque ita præclare & ab hujusmodi Præsulibus jam olim gubernata. Cæterum ex omnibus, qui honore & gloria apud vos florent, neminem Deo dilectissimo filio nostro Basilio presbytero anteferre possum (hæc autem quasi teste Deo dico) viro tum morum integritate, tum doctrina purgato, solique omnium vel certe potissimum iis viribus subnixo, ut perditissimo huic tempori, vigentique hæreticorum loquacitati, linguæque prurigini utraque re obsistere possit. Hæc & sacerdotali classi & monachis scribo: hæc & iis qui magistratus gerunt, & qui senatorii sunt ordinis, ac denique plebi universæ. Si igitur huic sententiæ assensum fuerit, suffragiumque nostrum adeo sanum & integrum unaque cum Deo latum vicerit; & spiritualiter adsum & adero, immo etiam jam manum imposui, spiritusque fiducia nitor. Sin autem aliud quippiam potius quam hoc placeat, ac per sodalitia & cognationes ejusmodi res expendantur, ac miscellanea turba exactum & severum electionis morem convulserit & distraxerit; seorsim sane id quod vobis arriserit, facito; nos autem intra nosmetipsos collecti quiescimus. Hucusque Gregorius senior ad Cæsarienses. Habes ex his, lector, illud antiquitus observatum, ut cum a populo postulatio legitime fieret futuri Episcopi, nequaquam ille turmatim atque clamoribus expeteretur, sed per sodalitia artificum & nobilium cognationes suffragia conferrentur; tunc vero perperam, cum miscellanea turba clamoroso impetu prosiliret.

LI. Quoniam vero qui Cæsareæ convenerant Episcopi ad futuram electionem, haud (ut par erat) certas ad eam ipsam rem dederunt litteras, quibus Gregorius vocaretur: ipse ea de re nonnihil conquestus, has reddidit ad eos litteras, quibus rursum in electionem ejusdem Basilii calculum confert (a): *Quam suaves estis & humani, ac singulari charitate præditi! Ad Metropolitanam urbem nos vocastis, de Episcopo (ni fallor) consilii aliquid inituri (hoc enim vos in animo habuisse sentio) cum nec quod adesse necesse sit, nec quam ob causam, nec quo tempore prædixeritis; sed repente nobis, si quid facere aggressi estis, declaraveritis, tamquam videlicet non nos honorare constituentes, aut habere expetentes, sed præsentiam nostram studiose impedientes, ne in vos invitos & repugnantes incidatis. Ac tale quidem vestrum facinus est, injuriamque hanc feremus. Quid autem ipsi sentiamus, exponemus. Alio quidem alius creabunt atque proponent, nimirum pro suis quisque moribus ac cupiis & facultatibus, quemadmodum in his rebus accidere consuevit. Nos vero neminem (nec enim fas est) carissimo filio nostro Basilio compresbytero præferre possumus. Ecquem enim ex omnibus, quos novimus, vel vita probatiorem, vel doctrina valentiorem, magisque ad virtutis elegantiam undique perpolitum reperiemus? Quod si quis illius infirmitatem sententiæ suæ prætexit; non athletam creatis, sed doctorem. Atque in hoc virtus illius elucet, qui infirmos (si quidem tales sint) fulcit ac corroborat. Si huic suffragio calculum vestrum adjeceritis; & adero, & me vobis vel spirituali vel corporali modo adjutorem profitebor. Si autem certis conditionibus via capessenda est, factionesque & dissidia contra jus fasque valitura sunt; volupe est, vobis contemptui esse. Vestrum sit hoc opus. Pro nobis autem orate.* Hucusque ad eos Gregorius major.

(a) Apud Greg. ep. 25.

Gregorii genitoris litteræ ad Episcopos Cæsareæ congregatos.

LII. Quid vero post hæc sanctus senex? Quantumlibet senio gracilis, ægraque valetudine jam videretur proxime moriturus; divino nihilominus spiritu fervens, animo roboratus, juvandæ causa electionis Basilii, Cæsaream versus iter arripuit; haud dubie id filio suadente Gregorio, penes quem nihil antiquius erat, quam ut Magnus Basilius ad summum totius provinciæ thronum promoveretur; qui de studio patris, ut sacris comitiis interesset, iter Cæsaream maturantis hæc ait (b): *Quamvis non solum senectute confectus, sed etiam morbo fractus ac debilitatus esset, animumque ageret; iter tamen capessere non dubitavit, ut calculo suo electionem juvaret, spiritus videlicet ope atque auxilio fretus. Atque ut rem in pauca conferam, vehiculo non secus ac mortuus feretro impositus, juvenis redit, firmus ac vegetus, sublimes oculos gerens, a manuum impositione & unctione, addo etiam & ab illius qui ungebatur, capite confirmatus, bonæque valetudini restitutus.*

Gregorius senior petit Cæsaream.

(b) Greg. orat. in laudem Basilii.

LIII. Quod autem Gregorius junior accepisset opportune admodum, Eusebium illum ubique Orthodoxæ fidei causa spectatum Episcopum Samosatenum se contulisse eadem de causa Cæsaream; eidem gratulatus, sciens eum magnopere studere Basilio, has ad ipsum proficiscenti patri litteras dedit (c), quas ob tanti viri præconia hic intexere dignum existimamus; sic enim se habent:

Unde tuarum laudum exordium ducam? & quo nomine proprie te appellabo? An te columnam & firmamentum Ecclesiæ vocabo? aut luminare in mundo iisdem verbis cum Apostolo utens? aut gloriationis

(c) Greg. Naz. ep. 29.

Gregorii epist. ad Eusebium Samosat.

coronam incolumi Christianorum parti salutemque adeptura? aut Dei donum? aut patriæ adminiculum? aut fidei regulam? aut veritatis Legatum? aut hæc omnia simul, atque his plura? At hanc laudum exuberantiam, fidem prope excedentem, per ea quæ videmus, confirmabo. Quæ enim pluvia ita matura & tempestiva sitienti terra illapsa est? Quæ aqua ex petra, iis qui in deserto habitabant, exundans? Quem talem Angelorum panem homo manducavit? Quibus Jesus communis ille Dominus discipulis suis pessum euntibus ita opportune astitit, ut & mare tranquillaret, & periclitantibus salutem afferret; ut tu laborantibus nobis ac mœrentibus, ac velut naufragium jam patientibus apparuisti? Et quidem de aliis quid loqui necesse est, quanta nimirum lætitia & voluptate Orthodoxorum animas perfudisti, & quot hominum desperationem sustulisti?

LIV. *At mater nostra Ecclesia, Cæsariensem dico, nunc profecto ob tui aspectum viduitatis vestes exuit, & stolam oblectationis resumit, magisque etiam splendescet, cum pastorem & se & antecessoribus Episcopis & manu vestra dignum consecutum fuerit. Nam quis sit rerum nostrarum status, ipse quoque perspicis, quamque insigne miraculum zelus tuus patrarit, & sudores, & Deo grata fiducia & libertas. Senectus restorescit, morbus superatur, lecto affixi exiliunt, infirmi potentia accinguntur. Quæ res mihi conjecturam afferunt, negotia nostra ex animi sententia successura esse. Ac patrem quidem tum suo, tum nostro nomine habes, præclarum omni vita canitieque veneranda finem impositurum, nimirum præsentem hanc pro Ecclesia dimicationem. Ac certum habeo, fore, ut precibus vestris, quarum fiducia nemo non sibi quidvis polliceri debet, firmiorem eum valentioremque recipiamus. Quod si in hac quoque cura extremo vitæ die perfungatur; nequaquam detrimento & calamitati ducendum est, talem & ob res tales vitæ finem consequi. Mihi vero ignoscite, obsecro, si improborum linguis paulisper cedens, aliquanto post ad complexum vestrum accurram; & ea quæ nunc in laudatione prætermissa sunt, per me ipsum adjiciam.* Hæc ad Eusebium Magnum Magnus Gregorius.

LV. At quid post hæc factum est? Cum in unum Episcopi, calatis comitiis, de electione Episcopi acturi convenissent: multis licet adversantibus obnitentibusque promotioni Basilii, vicit tamen pars illa quæ ipsi favebat: *Non id quidem* (inquit Gregorius *a*) *citra laborem, nec citra invidiam & dimicationem tum eorum, qui patriam cum imperio administrabant, tum perditissimorum quorumdam hujus urbis civium, qui ab illorum partibus stabant. Verum fieri aliter non poterat, quin Spiritus sanctus vinceret; atque adeo abunde vicit, &c.* Pergit pluribus dicere de electione tum facta Basilii in Episcopum Cæsariensis Ecclesiæ, qua quidem hoc perditissimo tempore opportunius nihil contingere potuisset.

Basilius creatur episcopus Cæsareæ.

(a) Greg. Naz. orat. in laudem Basilii.

LVI. Gregorius autem audita electione Basilii, licet eum videndi violento quodam desiderio traheretur, cohibuit se tamen, modestiæque consulens adventum suum ad tempus opportunius distulit, ut ipse his verbis significat (*b*): *Cum omnes in hac opinione versarentur, me statim facturum, ut summa cum animi voluptate ad eum accurrerem (id quod fortasse alius quispiam fecisset) cum eoque imperium potius pariter, quam proximam auctoritatem haberem; idque ex amicitia nostra conjectarent: ego tamen cum in omnibus rebus arrogantiæ suspicionem, ut si quis alius, fugiens, temporis illius invidiam vitans, simul etiam quod negotia ipsius adhuc turgere & perturbari viderem, cupiditati meæ frenum injeci, domique me continui. Quo nomine quidem ille mecum expostulat; ceterum veniam concedit.* Hæc ipse, qui ad eumdem Basilium electum Episcopum perbrevem hanc scripsit epistolam (*c*):

(b) Greg. ead. orat.

(c) Greg. ep. 24.

LVII. *Postquam te in sublimi throno collocatam, lucernamque ac illam quidem prius obscure lucentem a Spiritu victore supra candelabrum oculis omnium expositam esse intellexi; magnam me cepisse voluptatem, fateor. Quidni enim, cum Ecclesiæ corpus graviter laborare, atque hujusmodi ductu & auxilio opus habere cernerem? Non tamen ad te statim advolavi, nec advolabo; nec tu ipse id a me expostes. Primum, ut auctoritatem gravitatemque tibi fartam tectamque custodiam, ac ne ineptia quadam & præcipiti animi impetu, quemadmodum obtrectatores dicere queant, tui studiosos colligere videaris. Deinde, ut mihi ipsi constantiam æquabilitatemque comparem, invidiæque occurram. Quando igitur venies, fortasse dixeris, & quamdiu procrastinabis? Quoad Deus jusserit, atque eorum qui nunc insidiose imminent, invidiaque flagrant, umbra præterierint. Non enim diutius (mihi crede) leprosi resistent, David (d) Hierosolymis excludentes.* Hactenus Gregorius ad Basilium.

Epistola Gregorii ad Basilium creatum episcopum.

(d) 2. Reg. 5. licet ibi non nisi de claudis & cæcis.

LVIII. Erant autem hi qui exagitabant Basilium, & invidia tabescebant, magistratus Valentis Imperatoris, nempe Præfectus Provinciæ Cappadociæ, & alii huic proximi, Cæsareæ agentes, Civitatemque ipsam sursum deorsumque commiscentes, ut in gratiam Ariani Imperatoris aliquis alius crearetur Episcopus: qui cum res secus quam animo concepissent, accidisse viderent; livore incensi, negotium facessere eidem Basilio, ipso primo ejus creationis ingressu minime destiterunt. Quæ au-

Adversarii S. Basilii.

audiens Gregorius, jamque opportunum tempus adesse existimans, ut Basilio laboranti præsto esset, ante suum adventum, has eum consolaturus litteras præmittendas putavit (a):

(a) Greg. epist. 25.

Rursum ad Basilium Gregorius.

Audio te novo hoc rerum motu perturbari, tibique a versuta quadam & usitata eorum, qui potentia & auctoritate florent, curiositate molestiam exhiberi. Nec sane mirandum est. Neque enim invidiam ignorabam, quodque permulti ex iis qui latus suum cingunt, negotia sua per ta procurant; malevolentiaque, & invidia fomitem excitant. Illud vero non metuo, ne quid parum philosophicum in his molestiis atque & te & nobis indignum facias. Quin potius nunc vel maxime futurum existimo, ut Basilius meus cognoscetur, & quam omni vita atate sapientiam collegisti, eam ut luculenter demonstres, obtrectatorumque improbos conatus superes, ac velut in altissimis fluctibus immotus maneas, aliis perturbatis. Quod si ita tibi videtur, ipse quoque adero, fortasse quidem consilii quoque tibi aliquid imparturus (si tamen mari aqua opus est, ac tibi consultore) proculdubio autem ut a te utilitatem percipiem, patientiaque tua in ferendis contumeliis socium me prabeam. Hæc Gregorius, qui de eodem suo ad Basilium accessu, & quonam modo ab illo fit acceptus & honore dignatus, hæc alibi (b):

(b) Greg. Naz. orat. in laudem Basilii.

LIX. Gregor. ad Basil. se confert.

Postea eum ad eum venissem, atque eadem de causa cathedra honorem, insigniore mque inter presbyteros sedem repudiassem; non modo meum hoc factum non accusavit, sed vehementer etiam, ut debuit, comprobavit: atque a nonnullis, qui rationis ipsius ignari erant, fastus insimulari maluit, quam aliquid facere, quod rationi consiliisque suis adversaretur. Quonam porro modo luculentius specimen edere potuisset animi ab omni adulationis fuco liberi, solamque honesti legem intuentis, quem ita de nobis, quos primo amicorum ac necessariorum loco numeroque habuit, constituens? Ita de se Gregorius. Quonam vero pacto ipse Basilius adversarios superarit, sic subdit: *Deinde eos, qui cum ipso dissidebant, mitigat, & magnifico medicina genere curat. Non enim id assentatorie & abjecte facit, sed perquam graviter, & praclare, utpote non prasentis solum temporis rationem habens, sed hoc etiam agens, ut eos in posterum dicto audientes haberet. Nam cum mollitiem dissolutos & enervatos homines efficere, asperitatem rursus feros & contumaces reddere perspiceret; utrique malo ab altero opem paravit: rigiditatem nimirum humanitate, mollitiem autem severitate temperans; sermone ad animarum curationem haud multum indigens, opera quamplerime perficiens; nec sollide hominès sibi inservire cogens, sed benevolentia devinciens; nec imperii potestate utens, sed potestatis repressione atque ignoscendi facilitate polliciens.* Hæc & alia Gregorius. Quæ autem vehementiora prœlia cum ab hæreticis atque ab ipso potissimum Imperatore, tum a falsis fratribus in eum fuerint excitata, suis locis dicturi sumus inferius.

LX. Hic illud unum antequam ad alia percurrat oratio, de Basilio dicendum est; quod hoc primo anno electionis suæ, cum videret haud tutos sibi ministros assistere, quibus res magni momenti crederet; non solum sibi in curarum partem allegit Gregorium fidissimum socium & amicum; sed fratrem suum Petrum, ex decem ultimo loco natum, virtutibus vero consummatum, primoque loco habendum, ex monacho presbyterum ordinavit; de quo germanus ejus pariter Gregorius (c) Nyssenus hæc ait in epistola ad Olympiam: *Interea insignis inter sanctos Basilius magnæ Cæsareæ declaretur est Antistes, & mysticis sacrificiis suis fratrem consecrans, ad sacram presbyterii dignitatem provexit. Atque hic rursus ejus vita cursus ad graviora sanctioraque dirigebatur, cum sacerdotii dignitas sapientia studio conjuncta cumularetur.* Hæc Nyssenus.

(c) Greg. Nyss. ep. ad Olymp. apud Sur. t. 4.

Petrus a Basilio creatus presbyter.

LXI. Sed cum ejus quoque assertione illud exploratum habeatur, hoc ipso anno, ante tamen creationem Basilii, vel superiori, post famem illam, quæ Cappadoces vehementer afflixit, contigisse ex hac vita migrare ipsorum matrem Emmeliam sanctissimam feminam; de ipsa modo agemus: quod enim interlapsum est temporis a fame illa Cappadocum superius recensita, usque ad creationem Basilii Episcopi, tunc contigisse ejus obitum, idem Gregorius haud obscure significat. Habetur quoque ejus obitus mentio in epistola ejusdem Basilii ad Eusebium his verbis (d): *Si omnes ordine causas scriberem, quibus in hunc usque diem fuerim detentus, quamtumvis etiam vehementer cupierim tuam erga Deum pietatem intervisere; infinitum historiæ campum explorem. Morbos quidem alios aliis succedentes, hiemis odium, negotiorum assiduitatem prætermitto dicere, ut quæ tibi cognita sint, & pridem significata. Nunc autem quod unicum habebam vitæ solatium, matrem etiam hanc propter mea peccata amisi. Tu ne me derideas, qui in hac ætate orbitatem deflere soleam; sed hoc scias, me animæ secessum nequaquam ægre ferre, cui quid in reliquis dignitate respondeat, non invenio. Rursus igitur in morbum incidi, iterumque in lecto decumbo, exiguis omnino viribus fluctuans, & propemodum in unaquaque hora necessarium vitæ finem expectans. Porro Ecclesia fere ut corpus meum affecta fuit, nulla quidem spe bona af-*

Emmeliæ matris Basilii obitus.

(d) Basil. ep. 7.

affulgente, verum in deteriora rebus semper delabentibus. Hactenus ipse.

LXII. Cæterum de obitu ejusdem Basilii matris Emmeliæ agit idem qui supra Gregorius Nyssenus ejus filius, dum in epistola (*a*) ad Olympium prosecutus res Sanctæ Macrinæ sororis, ejusdemque Emmeliæ filiæ, hæc intermiscet: *Interim senex admodum mater in utriusque filii manibus*, nempe Macrinæ primogenitæ, & Petri ultimo loco nati, *moriens migravit ad Deum. Cujus quæ non benedictionis fuerit illius, qua erga liberos usa est, commemorare non erit alienum. Nam cum de absentibus sigillatim amanter mentionem fecit, ut nullus esset expers benedictionis, tum præcipue præsentes ipsa precibus suis obtulit Deo. Etenim cum ei ex utraque parte lectuli adversi assiderent, altera manu utrumque tangens, hisce verbis postremis Deum allocuta est: Tibi, Domine, & primitias & decumam dico fructuum uteri mei. Primitiarum enim locum hæc mihi obtinet primogenita, decuma vero extremus hic decimus filius. Tibi autem lege utraque debentur, & tua sunt munera. In hanc igitur primogenitam meam, & hunc decimum veniat sanctimonia; oratione perspicua designans filiam & filium. Ita benedictioni simul, & vitæ finem statuit, cum prius mandasset filiis, ut se in sepulcrum paternum inferrent. Id illi, ut jussi erant, cum præstitissent, in reliquum tempus ad sapientiæ fastigium semper cum anteacta vita pugnantes, & præterita benefacta posterioribus superare studentes, contendebant*. Hæc Gregorius, qui mox subdit ejusdem Basilii in sedem Episcopalem promotionem. Emmeliam vero nonagenariam vel grandiorem decessisse, ex eo facile potest intelligi, quod tempore persecutionis Maximini ipsa cum viro suo facta est in Ponticas solitudines extorris. Meruit dies transitus ipsius ad Deum, qui fuit 3. Kal. Junii, adscribi Ecclesiasticis monumentis, atque anniversaria memoria consecrari sanctissimæ feminæ, sanctorum matris, conjugis confessoris, illiusque in omnibus ejusdem coronæ consortis.

(*a*) *Apud Lipom. t. 2. & Sur. to. 4.*

LXIII. Porro ex decem filiis, quatuor tantum virorum, & feminæ unius expressa sunt nomina ab ipso Gregorio, nempe Basilii inter masculos primogeniti, secundo loco Naucratii, qui adolescens decessit; tertius vero ordine ipse Gregorius numeratur; quartus autem, quem nunc diximus, Petrus monasticæ vitæ cultor; e feminis vero nominatur tantum Sancta Macrina nomine aviæ nuncupata, cum tamen ab Angelo adhuc in utero matris suæ Thecla fuerit appellata: quæ desponsata viro, illo mox vita functo, virgo permansit, monasticum amplexa institutum: reliquarum vero sororum, aliis item virginibus perseverantibus, aliis vero in matrimonio collocatis, atque reliquorum liberorum ignorantur nomina: quotque mares quotve feminæ essent, haud exploratum habetur; sed omnes pro status sui conditione vitam sanctissime egisse scimus: de his enim hæc Gregorius Nazianzenus, post recensitas Basilii, & Emmeliæ eorum parentum virtutes innumeras & egregias, subdit (*b*): *Mihi tamen nullo nomine celebriores atque illustriores esse videntur, quam egregia prolis procreatione. Nam eosdem, & multorum filiorum & beneficorum parentes in fabulis fortasse reperias: hos autem experientia ipsa nobis exhibuit, tali nimirum ipsos virtute præditos, ut etiam si nequaquam tales liberos extulissent, sibi ipsis tamen ad nominis commendationem sufficere possent; rursus hujusmodi liberos gignentes, ut licet eo virtutis minime pervenissent, omnes tamen sobolis felicitate superaturi essent. Nam cum unus duntaxat aut alter cum laude vivunt, id tale est, ut bonitati naturæ adscribi possit; at undique perfecta, & ad summum provecta omnium virtus, iis haud dubie, a quibus procreati atque instituti sunt, assignari debet. Quod quidem liquido demonstrat beatus sacerdotum & virginum numerus, eorumque qui in conjugata vita eam vim sibi adhibuerunt, ut matrimonium nihil ipsis impedimenti afferret, quo minus ad parem virtutis gloriam aspirarent, sed ea vitæ generum potius quam rationis vivendi discrimina esse censerent*. Hacusque Gregorius Nazianzenus.

Filii Emmeliæ.

(*b*) *Greg. Naz. orat. in laudem Basilii.*

Felix decem filiorum soboles.

LXIV. Quod vero spectat ad Nyssenum, ante Episcopatum fuisse conjugio obligatum, cum Nicetas (*c*), tum Nicephorus (*d*) testari videntur. Annuit hoc idem ipse in libro, quem de Virginitate conscripsit. Fuit illi nomen Theosebia; quæ, sicut vir ejus muneri sacerdotali, ita ipsa seorsum a viro se Ecclesiæ ministerio mancipavit; de cujus obitu extat Gregorii Nazianzeni epistola ad ipsum Gregorium consolatoria (*e*); cujus cum eam sanctam beatamque sororem appellet, castitatem consensu mutuo custoditam insinuat, quam & clarissimo hujusmodi præconio celebrat: *Quid faciamus adversus Dei legem jam olim vigentem & dominantem, quæ Theosebiam meam habet? (meam enim eam voco, quæ, ut Dei legibus consentaneum erat, vixit, quandoquidem spiritualis cognatio carnalem antecellit) Theosebiam Ecclesiæ decus, Christi ornamentum, ætatis nostræ utilitatem, feminarum fiduciam: Theosebiam in tanta fratrum pulchritudine formosissimam & clarissimam: Theosebiam vere sacram, & sacerdotis conjugem, & honore parem, magnisque mysteriis dignam: Theosebiam, quam futurum quoque tempus excepturum est in immortalibus columnis, hoc est, omnium tam qui eam nunc norunt, quam qui posthac futu-*

ri

Gregor. Nyss. conjugatus.

(*c*) *Nicet. schol. 19. in orat. Greg. Naz. in laud. Basil.*

(*d*) *Niceph. l. 11. c. 9.*

(*e*) *Greg. Naz. ep. 95. in additam.*

De Theosebia uxore Greg. Nysseni.

ri sunt, animis insitam. Nec vero mirum tibi videatur, quod eam sæpe appellem; nam etiam beatæ illius feminæ memoriam pro deliciis habeo. Hactenus verba Gregorii, qui eam sacram & honore parem sacerdoti (quantum fas est feminæ sacris officiis mancipari) ideo appellat, quod fungeretur in Ecclesia munere diaconissæ.

LXV. *Gregor. Nyss. studiis eloquentiæ nimia addictus.* Quod vero ad ipsum Gregorium Nyssenum spectat; quoto potissimum Domini anno Episcopus Nyssæ creatus fuerit, & num ante Basilium, an post, eam sit dignitatem consecutus, haud satis compertum habetur: cum tamen constat sequenti anno jam agentem Episcopum persecutione Valentis Imperatoris a propria Ecclesia expulsum esse, ut suo loco inferius dicturi sumus. Ejus autem in dicendo facultatem ita majores omnes prædicant, ut non impar veteribus cunctis habitus fuerit (*a*). Porro quod plus satis quam deceret Christianum hominem, rhetoricis disciplinis incumberet, a Gregorio Nazianzeno meruit reprehendi, qui eo argumento auream plane illam scripsit epistolam, quam huic tempori congruam hic describere, operæpretium existimavimus; cum enim te vera historia sit humanæ vitæ bene instituendæ ratio, quæ huic conducant, minime prætermittenda censemus; sic enim se habet (*b*).

(*a*) *Suid. in Greg. Nyss.*

(*b*) *Greg. Naz. epist.* 43.

LXVI. *Gregor. Naz. redarguit Gregor. Nyssen.* *Inest mihi natura dextrum aliquid & commodum (liceat enim mihi quoque hoc de me arrogantius prædicare.) Pariaque & mihi malum consilium ineunti succenseo, & amicis. Quoniam itaque omnes, qui secundum Deum vivunt, atque eodem Evangelii tramite incedunt, amicitiæ & cognationis jure inter se devincti sunt; quid non a nobis libere audiunt, quæ omnes submurmurant? Ingloriam tuam gloriam (ut more vestro loquar) minime laudant, tacitamque, & furtivam in deterius prolapsionem, ac dæmonum pessimam (ut ait Euripides) ambitionem. Quid enim tibi accidit, vir sapientissime, quidque tibi de ipso displicuit, ut sacris illis suavissimisque libris, quos quondam populo lectitabas (non enim hæc audiens erubescas) calcatis atque projectis, aut etiam ad fumum suspensis, non secus atque navium gubernaculis, & ligonibus hiemis tempore, salsos & amarulentos in manus sumpseris, ac Rhetor vocari, quam Christianus malueris? Nos contra hoc potius, quam illud; eoque nomine maximam Deo gratiam habeo. Nequaquam, quæso, o quondam optime, ne diutius animo ita affectus sis. Verum serius quidem, sed tamen aliquando resipisce, atque ad te redi; teque & piis hominibus & fide præditis purga, & Deo, atque altaribus, & mysteriis, a quibus te procul submovisti. Ac ne mihi scita hæc, & rhetorica proferas: Quid vero? an non Christianus eram, cum eloquentiæ artem profitebar? an non pius & fidelis, cum inter adolescentulos versarer? Ac fortasse etiam Dei fidem implorabis. Minime, vir eximie, saltem quantum par erat, etiam si partem aliquam concedamus. Ubi autem illud ponemus, quod ex his quæ nunc facis, alios, hoc est, eos qui natura ad malum procliviores sunt, offendis ac vulneras, atque occasionem iis præbes de te sinistre partim suspicandi, partim loquendi? Falso sane & inique id faciant; quid tamen necesse est hanc illis occasionem suppeditari? Neque enim quis sibi ipsi tantum vivit, sed & proximo; nec sibi ipsi fidem facere satis est, nisi aliis quoque fides fiat. An tu pugnis in publico cœtu decertans, aut etiam in theatris colaphum in malam accipiens vicissim atque impingens, aut denique turpiter & fœde te ipsum inflectens atque contorquens, postea te animo sobrium esse diceres? Sobrie hominis non est hæc cogitatio: levis animi est hæc admittere. Ac si quidem meliorem mentem indueris, gaudebo, ut Pythagoricus quidam Philosophus dicebat, cum prolapsi sodalis vicem lugeret: sin minus (ille quidem scripsit) mihi mortuus es. Ego autem in gratiam tuam nondum hoc dicam: nam ille ex amico hostis factus est, ut ait Tragicus: verum acerbe feram (sic enim parcius & moderatius loquar) si nec ipse, quid officii sit, perspicis (quæ prima bonorum hominum classis est) nec alium recte monentem sequaris (qui ordo secundus est.) Habes admonitionem nostram. Ac mihi, quæso, ignosce propter amicitiam dolenti, atque æque ut tua & totius sacerdotalis ordinis, addam etiam & omnium Christianorum causa inflammato. Quod si etiam tecum, vel pro te ora-*

PAGIUS XVII. *Gregor. Nyssenus Episc. creatur.* Ad num. LXV. Quo anno *Gregorius Nyssenus* Sancti Basilii frater Episcopus dictus sit, incertum. Baronius existimans, epistolam Gregorii Nysseni ad Olympium de Sancta Macrina, scriptam esse anno trecentesimo septuagesimo octavo, infert eum anno trecentesimo septuagesimo in exilium missum, cum jam Episcopus esset, quod ipsemet in ea epistola dicat, se jam ab annis octo in persecutione versari. At cum ex infra dicendis constet, eam ad Olympium epistolam ante finem anni trecentesimi octogesimi datam non esse, liquet ejus exilium ante annum trecentesimum septuagesimum tertium non contigisse. Quare Gregorius magis verosimiliter anno trecentesimo septuagesimo secundo ad Episcopatum promotus, non *Nyssa* in Asia Minori, ubi urbs hujus nominis, sed *Nyssæ* in Cappadocia, a Cæsarea triginta quinque circiter leucis dissita. Unde Theodoretus lib. 4. cap. 17. eum inter eos, qui Fidem in Cappadocia propugnarunt, numerat. Videtur itaque Gregorius a Basilio fratre ordinatus; cum epistola 385. ab Episcopis, a quibus Gregorius consecratus, Basilio attribuatur.

Ad

orandum est; Deus infirmitati tuæ opem ferat, qui mortuos quoque ad vitam revocat. Hactenus Gregorius ad Gregorium; quem amico auscultasse, par est credere: quippe quem non ex verbis, sed ex rebus factis sibi gloriam immortalem comparare posthac studuisse, certum est: eum enim gloriosius labores octo annorum exilii pro Catholica religione enantlati corona confessionis in perpetuum illustrarunt, legationesque pro Catholica religione susceptæ honestissime decorarunt. At de ipso Nysseno Gregorio sæpius postea.

LXVII. Hoc eodem anno bellum Gothicum, quod adversus Athanaricum Regem Valens gessit jam triennio, redempta ab eo (ut Ammianus ait *a*) pace pecunia, absolutum est. Hæc Ammianus pluribus. Quomodo autem sequenti anno idem Gothorum Rex infidelis persecutionem adversus Christianos in iis partibus agentes moverit, suo loco dicturi sumus. Quod vero ad res ejusdem Orientalis Imperii pertinet: Arsaces Rex Armeniæ, idemque Christianus, de quo plura superius, dolo pacis captus a Sapore Rege Persarum, dirissima pati cogitur. Res autem ipsa ab Ammiano sic describitur (*b*): *Rex vero Persidis longævus ille Sapor, & ab ipsis imperitandi exordiis dulcedini rapinarum addictus, post Imperatoris Juliani excessum & pudendæ pacis icta fœdera, cum suis paulisper nobis visus amicus, calcata fide sub Joviano pactorum, injectabat Armeniæ manum, ut eam velut placitorum abolita firmitate, ditioni jungeret suæ. Et primo per artes fallendi diversas, nationem omnem renitentem dispendiis levibus afflictabat, sollicitans quosdam optimatum & satrapas, alios excursibus occupans improvisis. Deinde per exquisitas perjuriisque mixtas illecebras captum Regem ipsum Arsacem, adhibitumque in convivium, jussit ad latentem trahi posticam; eumque effossis oculis vinctum catenis argenteis, quod apud eos honoratis vanum suppliciorum æstimavit esse solatium, exterminavit ad castellum Agabana nomine, ubi discruciatus cecidit ferro pœnali.* Hæc Ammianus. Sicque factum est, ut Armeniæ majoris Christiani durum jugum Persarum Regis cœperint experiri; adversus quos Valens Imperator exercitum misit per Terentium atque Arintheum duces. Gesta ab eis Ammianus pluribus prosecutus est. Quomodo autem uterque dux fuerit adjumento Catholicis in minori Armenia persecutione Arianorum vexatis, dicemus anno sequenti, in quem jam demigret oratio, absoluta anni hujus rerum gestarum narratione.

(a) Amm. l. 17.

Pax cum Gothis.

(b) Amm. l. 27.

Arsaces rex Armeniæ captus a Sapore.

Tre-

PAGIUS

XVIII. *Pax Gothos inter & Romanos inita.*

Ad num. LXVII. *Athanaricus* Gothorum Rex hoc anno regnare cœpit, ut videre est tam in Chronico Isidori, quam Hieronymi. Is enim de eo agit anno Abrahami 2385. qui anno Christi CCCLXVIII. incipit. Præterea Athanaricus, qui initio anni CCCLXXXI. obiit, dicitur ab Isidoro annos tredecim regnasse. *Valens* itaque tertio hoc, ultimoque belli Gothici anno, per *Noviodunum* perrupto Barbarico, Grutungos aggressus, Athanaricum *Judicem eorum* coegit in fugam, ut diserte Ammianus lib. 27. Inde datæ a Valente mense Julio hujus anni *Novioduni*. Lex I. Codicis Theodosiani *De vestibus oloveris*, & Lex 2. *De Fisci debitoribus*. Hoc ipso tempore, ut recte conjicit Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani, videtur Valens *Tomos* profectus, (urbs est ad mare sita in sinistro latere Ponti Euxini) de qua profectione Sozomenus lib. 6. cap. 20. a Baronio ad annum trecentesimum septuagesimum primum non bene relata, ut ex iis, quæ eo anno dicemus, intelligi poterit. Tandem bellum Gothicum hoc anno confectum, pace cum Athanarico sancita, de qua Ammianus lib. 27. Themistius Orat. 10. qui indicare videtur, eam factam media æstate, & Zosimus lib. 4. pag. 741.

XIX. *Bello Gothico succedit Persicum.*

Post eam pacem Valens Constantinopolim rediit, ut patet ex Ammiano lib. 27. Zosimo 741. & 742. & Socrate lib. 4. cap. 13. Hinc data mense Decembri hujus anni ab eo Constantinopoli Lex. 2. Codicis Theod. *De legitimis hæreditatibus ad Auxonium P. P. P.* Auxonius itaque sub hujus anni finem adhuc Præfectus Prætorio erat. Philostorgius lib. 9. cap. II. ait, post Auxonium, *Modestum* Præfectum Prætorio constitutum fuisse, & quidem anno sequenti. Quod confirmat Zosimus loco laudato, qui ait, *Valentem* pace cum Gothis sancita, Constantinopolim profectum esse, & quia Præfectus Prætorio, quem antea *Auxonium* fuisse dixeras, diem suum supremum clauserat, Modesto magistratum hunc tradidisse. Ex quo apparet, Sanctum Basilium, neque hoc, neque sequenti anno Cæsareæ Episcopum creatum esse, cum Modesto Præfecturam Prætorii gerente, *Basilius* adhuc Presbyter fuerit; qua de re infra. Cæterum Gothico bello successit *Persicum* post Procopii necem ortum, aut saltem post rebellionem, ut indicat Zosimus lib. 4. pag. 740. Adversus Persas *Valens* anno tantum sequenti profectus est, ut ex dicendis anno sequenti patebit.

XX. *Breviarium Rufi quando editum.*

Rufus Festus *Breviarium rerum gestorum populi Romani* Valenti Imperatori dicatum in lucem emisit post annum CCCLXVI. ut liquet ex verbis, quibus illud absolvit: *Ut ad hanc ingentem de Gothis etiam Babylonia tibi palma pacis accedat.* Cœptum autem bellum Persicum tertio hujus Imperatoris anno, Christi scilicet CCCLXVI. ut testatur Philostorgius lib. 9. num. 5. *Valens tertium sui Imperii annum ingressus, expeditionem adversus Persas suscepit.* Sed, cum pax sancita fuerit cum Gothis media æstate currentis anni, ut mox ostendimus, Opus illud sub hujus anni finem, vel saltem sequenti publicatum. Quare decepti sunt aliqui Viri docti, qui illud initio ejusdem Imperatoris editum eredidere.

JESU CHRISTI ANNUS 370. | DAMASI PAP. ANNUS 4. | VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 7.

I. *Valens Imperator persecutionem excitat.* TRecentesimus septuagesimus sequitur annus, Consulatu tertio Valentiniani atque Valentis Augustorum Fastis adscriptus, ejusdem Valentis persecutione adversus Episcopos Orthodoaos Orientalis Ecclesiæ excitata plane funestus. Qui enim hactenus (ut dictum est) bello Gothico triennii temporis spatio fuerat occupatus, atque Persicis tumultibus nonnihil exagitatus, conceptam diu animo, nempe a tempore quo ab Ecclesia Catholica descivit, & Arianis adhæsit, persecutionem jam vehementiori conatu adversus Catholicos Orientis Episcopos furens Arianus Imperator immittit, edictumque promulgat, quo adversantes sibi Episcopos Ecclesiis spoliari, vertereque solum in exilium jubet. Hæc autem nequaquam ante præsentem annum ipsum aggressum esse, sed hoc ipso, cum Consulem tertium ageret, præsumpsisse, multa sunt quæ aperte demonstrant: ut illud in primis, quod dictum est superius, ipsum Valentem jam triennio in Imperio Catholicum perseverasse, moxque triennale bellum adversus Gothos (quod Ammianus affirmat) propensiori indefessoque studio exercuisse: quo toto tempore in præsentem usque annum scimus Catholicos Episcopos in suis ipsorum Ecclesiis liberos permansisse, nempe Athanasium una cum suis anno superiori Concilium celebrasse, Episcopos Cappado-

---

PAGIUS | ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5863.

SÆC. IV. | ☉ 15. C. ☽ 10. P. 28. Mart. Indict. 13.

Anno Urbis 1123. Olymp. 287. an. 2. | JESU CHRISTI 370.

A. C. 370. | DAMASI PAPÆ 5.

VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP. 7.

GRATIANI IMP. 4.

I. *Consules.* [1] A Num. I. ad XIII. Coss. *Valentinianus Aug. III, & Valens Aug. III.* ille in Occidente, hic in Oriente, ille juxta secundam regulam.

Quinquennalia enim uno anno dilata dedit: hic juxta tertiam. Neque enim hujus Consulatus alia ratio assignanda. Horum solennium indicia variæ Leges Codicis Theodosiani hoc anno a Valentiniano datæ, & dedicatio Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum, de qua infra. II. *Valentiniani Augusti Quinquennalia.*

Edictum Valentis adversus Episcopos Orthodoxos, & fuga Sancti Athanasii ad annum trecentesimum sexagesimum septimum pertinent, ideoque Valentis persecutio triennio tardius quam oportuerit, a Baronio consignata. Gregorius Nyssenus in epistola ad Olympium, enumerat quidem annos octo exilii sui; sed ea anno CCCLXXVIII. non scripta, ut putavit Baronius; verum anno trecentesimo octogesimo exeunte III. *Persecutio Orthodoxorum.*

NOTÆ [1] COss. *Valentinianus Aug.* III. & *Valens Aug.* III. Gruterus pag. XXVIII. I.

XVI. KAL. JULIAS. DD. NN.
VALENTINIANO. ET. VALENTE
AUG. III. COSS.

Reines. cl. XX. pag. 999. & Fabrettus pag. 507. n. 128.

DEPOSITA. PRI. KALENDAS. DEC.
COSS. VALENT. ET. VALEN. III.

Idem Fabrettus ibid. n. 129.

XII. KAL. SEPT. VALENTINIANO
ET. VALENTE. III. CONS.

Ibidem, n. 130.

PRID. IDUS. OCTOB. DD. NN. VA
LENTINIANO. ET. VALENTE
AUG. III. CONSS.

Boldettus, lib. 2, cap. XIX. n. 7.

DP. XII. OCTOB. VALENTINIANO
III. ET. VALENTE. III. COSS.

Ibid. n. 12. alia inscriptio apud Fabrettum pag. 507. n. 130. Item apud Soldettum lib. II. pag. 546.

DP. IIIX. KL. FES. PO......
VALENTINIANO. III.

Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Valentiniano & Valente III.* Fabrettus, Inscript. antiq. pag. 507. notat, consulatus *Valentiniani* cum *Valente* multiplicatos, unico post *Valentem* numero designari, cujus rei vide ibi exempla. Fasti vulgari; *Valentiniano III. & Valente III.* Ammianus, lib. XVIII. cap. V. *Augustis ter consulibus.*

doctæ Orthodoxos Cæsaream ad electionem futuri Episcopi convenisse, elegisseque S. Basilium, & inter eos Eusebium Samosatenum, quem postea hujus persecutionis turbo ab Ecclesia sua procul ejecit: quæ sicut non ante præsentem annum contingere potuisse liquet, ita nec postea facta esse, illud insinuat, dum Gregorius Nyssenus, qui ex hoc ipso edicto, sicut alii plures, in exilium pulsus est, in epistola (a) ad Olympium de rebus gestis S. Macrinæ sororis octo numerat annos exilii sui; quod solutum est nonnisi morte Valentis, anno decimoquinto sui Imperii ex hac vita nece subtracti. Quamobrem ex his omnibus certis deductis rationibus, affirmamus hoc ipso anno de expulsione Episcoporum Orthodoxorum ab eodem Valente fuisse promulgatum edictum; longeque longius errare eos, qui ejusmodi persecutionem ad exordium illius Imperii referunt; sicut & qui multo postea, nempe post obitum Valentiniani, a Valente persecutionem excitatam ferunt, ut Orosius (b) & alii eum secuti.

(a) Apud Lipom. t. 2. & Sur. t. 4. die 19. Jul.

(b) Oros. l. 7. c. 32.

II. Sed qualenam ejusmodi edictum fuerit, qui item Episcopi expulsi sint, jam oratione prosequamur. Sozomenus enim cum hujus edicti meminit, ita ait (c): *Quin etiam singulis cujusque gentis magistratibus dedit mandatum, ut Episcopi temporibus Constantii abdicati, & iterum regnante Juliano ad sacerdotia sua restituti, Ecclesiis expellerentur.* Id quidem vafre admodum Valens: ut enim populi vitaret invidiam, nequaquam se ejus edicti auctorem voluit exhibere: sed duplo auxit, eum ex hoc se magis impium, quam Julianus Apostata, exhibuerit; dum ille, quos Constantius iniqua damnasset Episcopos, liberavit; Valens vero iterum eosdem restitutos crudelius relegavit.

(c) Sozom. l. 6. c. 12.

Edictum Valentis adversus episcopos.

III. *Hujus edicti auctoritate* (subdit Sozomenus) *Ægypti magistratus impulsi Athanasium Ecclesiis illius regionis privare & urbe Alexandria ejicere laborarunt. Nam litteræ Imperatoris non levem complectebantur pœnam, sed omnibus ex æqua magistratibus & militibus quoque illis subjectis, quinetiam curiis ingentis pecuniæ multam irrogabant, & corporis præterea cruciatum minabantur, nisi imperata facerent. Itaque multitudo Christianorum in unum coacta postulabat a Præside, ut non temere & inconsulto Athanasium urbe exturbaret; sed consideraret secum accuratius, quid esset litteris Imperatoris definitum: eas enim contra illos solos valere, qui temporibus Constantii in exilium missi, postea regnante Juliano redierant. At vero Athanasium dicebant, tametsi temporibus Constantii exularat, ab eodem tamen revocatum fuisse, & ad Episcopatum restitutum: Julianum vero, cum alios omnes reduxisset, eum unum in exilium ire compulisse; quem Jovianus rursum domum revocavit.* Hæc quidem a Sozomeno sic enarrata haud consentiunt rebus superioribus de Athanasio recitatis: nam usque ad Constantii obitum latuisse, eoque extincto tandem se Alexandriam contulisse; Juliani vero postea rescripto iterum abire jussum, superius dictum est. Poterat autem Alexandrinorum ea captata pro Athanasio legitima defensio esse: nempe minime constare potuisse Constantii præcepto, vel aliorum ejus nomine magistratuum sententia Athanasium exilio fuisse damnatum; sed ipsum sponte fugisse, atque latebris se usque ad Constantii obitum continuisse: quamobrem haud videri posse, ipsum Valentis edicto comprehensum.

Athanasius defenditur a populo.

IV. *Hac vero oratione habita* (subjungit Sozomenus) *cum ei persuadere non possent; restiterunt eius conatibus, & vim afferre Episcopo non permiserunt. Quare cum populus undique conflueret, ac ingens tumultus ac turba cieretur, adeo ut omnes seditionem futuram expectarent; Præses de his rebus gestis Imperatorem facit per litteras certiorem, & interim Athanasium in urbe manere patitur. Multis vero diebus intermissis, cum jam tumultus videretur sedatus esse; Athanasius clam ex urbe egreditur, & in locum quemdam separatim se abdidit. Nocte vero intempesta Præses Ægypti, & Præfectus præsidiariorum militum, ad Ecclesiam in qua domicilium habebat, contendunt. Eo cum pervenissent, & il-*

Athanasius latebras capiat.

PAGIUS

eunte, ut suo loco videbitur: præterquam quod Nyssenus de sua, non vero de aliorum Episcoporum persecutione loquitur. Quare motæ persecutionis tempus ex ea epistola minime deduci potest. Sozomenus lib. 6. cap. 12. illud nos edocet, cum ait, Concilium, quod Tarsi in Cilicia sperabatur futurum, *Valentem Imperatorem* Eudoxii impulsu diremisse, & Rectoribus Provinciarum mandasse, ut Episcopos, qui regnante Juliano Sacerdotium recuperaverant, Ecclesiis expellerent. Ob quam jussionem, qui in Ægypto magistratum gerebant, *Athanasium Alexandria ejicere studuisse*. Concilium autem Tarsi in annum CCCLXVIII. indictum fuit, ut suo loco dictum. Addit Sozomenus, post edictum illud promulgatum pluribus Episcopis ademptas fuisse Ecclesias, Athanasium vero Imperatoris jussu suam Ecclesiam recepisse: & dum in alios persecutio incumberet, Ægyptum istarum calamitatum expertem fuisse, *Athanasio adhuc superstite*. Quare Theophanes de Athanasii morte loquens recte scribit: *Annos integros quadraginta in persecutionibus, periculisque pro Fide & pietate susceptis peregisse*; quod verum esse non potest, nisi ejus fuga & restitutio anno trecentesimo sexagesimo acciderit.

IV. Auctor Farraginis a Scaligero publicatus prodit, *Tatianum* Lupicino & Jovino Coss. anno nempe CCCLXVII. primum Augustalem in Ægyptum missum, & *VI. Kalend. Februarias* Alexandriam intrasse. Cui Auctori fidem adhibendam esse ostendit Lex 1. Codicis Theodosiani

Tatianus primus Augustalis Ægypti.

& illum in tabulatis quæsivissent, consilio quod intenderant, frustra suscepto, inde recedunt. Nam putabant, cum populus jam in superioris tumultus oblivionem venisset, & omnes somno se dedissent, futuram esse ut facile deinceps, si modo aggrederentur, mandatum Imperatoris conficerent, urbemque conservarent a seditione liberam. Sed cum Athanasius minime esset repertus, omnes non sine causa magna incessit admiratio. Et sive divina quadam vi, sive quorundam indicio præmonitus secesserit, utrumque certe eodem spectabat. Quin etiam ut tam opportuno tempore, tum præcognosceret insidias, tum vitaret, majoris videtur esse providentiæ, quam quæ homini attribui queat. Sunt autem alii, qui dicunt, eum, cum mente perciperet temerarium populi tumultum, & vereretur ne cladis, quæ inde forte accideret, ipse auctor, & causa videretur, toto hoc tempore in patris monumento delituisse. Atque hoc modo Athanasium istud evitasse periculum accepimus.

V. Athanasius ad Ecclesiam redire jubetur.

Haud diu post Imperator Valens scripsit litteras, ut Athanasius rediret, Ecclesiamque denuo capesseret. Suspicor equidem, Valentem non de suo ipsius consilio has litteras scripsisse; sed vel quod opinionem de Athanasii virtute omnium animis insitum non parvi æstimabat: quodque verisimile erat, Valentinianum, cum fidem Concilii Nicæni propugnaret, ipsum hac de re incusaturum; vel quod metuebat, ne cum tam multos Athanasius haberet fautores, tumultum ejus causa cierent, & res novas non sine Reipublicæ damno molirentur. Arbitror præterea sectæ Arianæ Antistites (uti sane credibile est) non adeo magno studio ad eum Alexandria pellendum incubuisse; propterea quod complectebantur animis, si urbe ejectus esset, denuo molestiam Imperatoribus exhibiturum, indeque nacturum occasionem cum illis ad colloquium veniendi; & Valentem quidem fortasse in suam sententiam perducturum; Valentinianum autem, utpote ejusdem doctrinæ fautorem, ad iram contra ipsos inflammaturum. Nam ejus virtutem, in his quæ regnante Constantio acciderant, satis experti, maxime ab illo metuebant. Siquidem eo tempore ita omnes adversariorum profligabat insidias, ut haud inviti Ecclesias Ægypti ei concederent, & tamen ipse vix litteris Constantii eo adduci posset, ut Alexandriam reverteretur. Causam igitur, cur Athanasius non esset perinde ac cæteri Episcopatu privatus, hanc sane fuisse conjicio. Cæteros autem persecutio, similis fere persecutioni Gentilium, exagitavit. Nam qui ipsorum doctrinam respuebant, illis non modo parabantur casllia, verum etiam Ecclesiæ auferebantur, aliisque tradebantur. Ægyptus interim, dum Athanasio vita suppetebat, istarum calamitatum prorsus expers fuit. Hactenus Sozomenus.

VI. Epiphanius (a) autem, rerum suorum temporum scriptor, illam unam probat causam exhibitæ Athanasio indulgentiæ, ne cum aliis Orthodoxis Episcopis ab Ecclesia abstractus in exilium pelleretur, quod veritus esset popularem tumultum amplissimæ Civitatis: Arianos vero tradit expetiisse ab Imperatore, ut Alexandriam Lucius mitteretur: quod, quamdiu Athanasius vixit, minime obtinere valuerunt.

(a) Epiph. hær.68.

VII. Reveritus quoque est Valens ipsum Epiphanium ore omnium celebratum, virtutibusque insignem, ne eum cæteris Orthodoxis eum damnaret exilio, necnon præstantissimum illum Paulinum Episcopum Antiochenum: de ambobus enim cum Athanasio hæc S. Hieronymus ad Pammachium (b): *Eo tempore, quo totum Orientem, excepto Papa Athanasio atque Paulino, Arianorum, & Eunomianorum hæresis possidebat, quando tu Occidentalibus, & in medio exilio confessoribus non communicabus, ille*, nempe Epiphanius, *vel presbyter monasterii ab Eutychio audiebatur, vel postea Episcopus Cypri a Valente non tangebatur: tantæ enim venerationis semper fuit, ut regnantes hæretici ignominiam suam putarent, si talem virum persequerentur.* Hæc Hieronymus invectus in Joannem postea Episcopum Hierosolymitanum, his autem temporibus cum hæreticis partem habentem, & eam ob causam ab eodem Epiphanio datis litteris hæreticum appellatum; de Paulino hæc etiam Sozomenus (c): *Paulino autem propterea pepercit, quod vitæ ejus sanctimoniam reverebatur.* At Socrates (d): *Paulinum*

Cur Paulinus, & Epiphanius in Ecclesiis felicti sint liberi.

(b) Hier. ep.61.

(c) Sozom. l.6. c.7.

(d) Socrat. l.4. c.2.

Ann. Eccl. Tom. V. N n *Eps-*

PAGIUS

stani *Si Curialis relicta civitate*, data *VI. Idus Maii*, & directa ad Tatianum PF. Ægypti. Quæ Lex præfato anno CCCLXVII. emissa. Porro Auctor anonymus Vitæ Athanasii apud Photium, & Metaphrastes in Vita ejusdem Sancti asserunt, *Tatianum* Ægypti Præfectum fuisse, quando Athanasius fugere coactus est, illumque Orthodoxos valde afflixisse: *Tatiano tum temporis Ægypti Præfecto horrenda Christianos omnes, horrendi & graves cruciatus manebant, & multi per eum martyrii finem adepti sunt*, inquit Anonymus Photianus: *Tum temporis Tatiano Ægypti Præfecto multi non solum diversas plagas sustinebant, sed & martyrio afficiebantur, multa illo contra Ecclesiam molente: quem Tatianum ultio Divina ad pœnam traxit*, inquit Metaphrastes. Sed de magni hujus Athanasii persecutoris, cujus nulla apud recentes Auctores, qui ejus vitam scripsere, mentio, funesto obitu suo loco agetur.

V. Initio anni CCCLXVII. decreta persecutio.

Tatianum, ubi primum Alexandriam advenit, persecutionem exorsum esse, colligitur ex epistola S. Athanasii super Sancti *Theodori* Pachomii discipuli mortem, *Orsiesium* ejusdem Pachomii in Monachorum Tabennensium Præfecturam successorem solantis. Nam in epistolæ fine gratula-

tur

Episcopum, inquit, *propter eximiam ejus pietatem nulla affecit incommodo*. Cum alioqui nec hi Valentis comprehensi viderentur edicto, quo ii pelli jubebantur, qui jam a Constantio ejecti, per Julianum fuerant restituti: cum hi post Constantii obitum creati Episcopi videantur, Athanasius vero sponte solum vertisset.

VIII. Quam dira autem reliqui Episcopi Orthodoxi in Oriente sint passi, cum edicto Valentis jussi sunt Ecclesias cedere Arianis, ipsi vero alio exules amandari, ex paucorum rebus gestis quæ memoriæ commendatæ reperiuntur, licebit reliquorum ærumnas, quæ habentur incognitæ, meditari. De Eusebio enim Episcopo Samosateno, quem anno superiori interfuisse electioni Basilii Magni diximus, hæc habet Theodoretus (a): *Jam vero quantam animi magnitudinem, quantamque sapientiam idem Eusebius demonstrarit, cum edictum Imperatorium, quo jubebatur in Thraciam proficisci, ad eum esset perlatum; arbitror, hic quæ ejus rei ignari sunt, pernecessarium ad cognoscendum. Sub crepusculum enim venit nuncius, qui hoc edictum afferebat; quem Eusebius tacere, & causam adventus occultare jubet: Nam si plebs, inquit, studio pietatis educata intellexerit, te demerget in flumen, & a me certe pœnæ tuæ mortis expetentur. Hæc locutus, & vespertino precum ministerio de more perfunctus; tempore quo somnus solet obrepere, senex, solus, fide unius famuli fretus, ex urbe egreditur. Sequitur famulus, cervical tantum & librum secum deportans. Cum autem ventum est ad ripas fluminis (nam muros urbis præterlabebatur Euphrates) conscensa nave, jubet remiges recta trajicere Zeugma. Ubi illuxit dies, iste Zeugma appulit: Samosatæ querelis & luctu redundarunt. Nam ejus discessu per famulum illum, qui necessaria Eusebii quædam exposuerat mandata, & quinam essent eum comitaturi, qui etiam libri una exportandi, indicaverat, patefacto; omnes se pastore orbatos lamentabantur. Itaque frequentes per flumen navigare, quo eum quærant, cœperunt. Atque ut primum ad eum veniunt, videntque pastorem suum desideratum, conqueri, gemere, & ingentem vim lacrymarum fundere; quo persuadeant ei, ut apud ipsos maneat, & minime sinat oves lupis tradi. Verum cum persuadere non possent, audivissentque eum recitantem præceptum Apostoli, quo perspicue jubemur magistratibus & potestatibus obtemperare, pars aurum, pars argentum, vestem alii; alii famulos ei afferunt, utpote in regionem peregrinam & longe illinc sitam profecturo. Iste autem, paucis quibusdam rebus ab iis qui erant familiaritate conjunctiores acceptis; ubi omnes tum doctrina, tum precationis armis communiverat, & magnopere cohortatus fuerat, uti dogmata Apostolica viriliter propugnarent; ad Istrum contendit. Illi ad urbem suam reversi, se ipsi mutuo excitare, & luporum incursiones fortiter depellere nituntur.* Hæc de exilio Eusebii Theodoretus.

(a) Theod. l. 4. c. 13.

Eusebii Samosateni exilium.

Dedocendus vero in Thraciæ fines prope Istrum fluvium Eusebius, per Cappadociam a satellitibus trahebatur; cui cum Gregorius Nazianzenus tunc ægrotans occurrere ob morbi causam minime potuisset, has ad eum litteras postea dedit (b): IX.

Eusebio Samosateno Episcopo in exilio agenti. Quo tempore per patriam nostram pietas tua transibat; nec e cubiculo prospicere poteram, extrema morbo laborans; me porro non tam excruciabat morbus, licet mortis metum inveheret, quam quod bono, & sacrosancto tuo congressu privabar. Tanta nimirum vultus istius honorabilis videndi cupiditate teneor, quanta eum teneri par est, qui spiritualium vulnerum curatione indiget, eamque se a præstantia tua consecuturum sperat. Etsi autem hoc peccatis meis adscribendum est, quod tum congressu tuo frustratus sum: potest tamen nunc quoque per bonitatem tuam molestiis meis nonnihil medicinæ afferri. Nam si mei quoque memoriam in Deo acceptissimis tuis precibus habere digneris; id utique mihi omnis divinæ benedictionis viaticum futurum est tum in hac vita mea, tum in futura ævo. Tantum enim virum, ita in Evangelii fide certantem, persecutionesque tantas perpessum, tantamque sibi ipsi apud justissimum Deum libertatem per calamitatum perpessionem comparantem: hunc, inquam, patronum quoque nostrum per orationes fieri dignari, tantam vim habere mihi persuadeo, quantam si vel a quodam sanctorum martyrum id mihi contigeret.

(b) Greg. Naz. epist. 18.

Gregorii ad Eusebium litteræ.

Quo-

PAGIUS tur sibi Athanasius, *quod Pascha & Pentecostes solemnitates animo securo agere* potuerit. Scripta ea epistola, ut notat Papebrocius in Vita SS. Pachomii & Theodori Abbatum Tabennensium in Thebaide, die XIV. Maii, Paragrapho 67. anno Christi trecentesimo sexagesimo octavo, post Theodori mortem, quæ, ut legitur in laudata Vita, contigit *Dominica Gaudii*, id est, Paschatis, ut Papebrocius interpretatur. Quare laudatis verbis Athanasius insinuat, sese anno trecentesimo sexagesimo septimo Paschatis & Pentecostes festa animo securo agere non potuisse, ob Tatiani persecutionem. Et profecto, cum teste Socrate lib. 4. cap. 13. *quatuor integros menses in paterno monumento* delituerit Athanasius, in festis Paschatis & Pentecostes adhuc in eo latebat, verumque est quod jam dixi, *Tatianum* Alexandriam ingressum, die nempe vicesima sexta Januarii, statim edictum adversus Orthodoxos publicasse. In laudata Farragine duo de *Tatiano* adduntur, scilicet eum condidisse in Alexandria *fluvium* (id est, lavacrum vel aquæductum) qui vocatur *Tatianus*. Item eum portas fecisse, dictas *Petrinos*, auro perfusas.

In

Quocirca te obsecro, ut in his Gregorii tui assidue sis memor, in quibus me dignum memoria tua esse summopere opto.

X. Post hæc autem cum Eupraxius clericus, insigni viri pietate adductus, ad eum in Thracia exulantem perrexisset; eidem ad ipsum Gregorium litteras dedit, quibus acceptis Gregorius alias reddidit, quas hic describendas curavimus; sunt autem hujusmodi (*a*):

(*a*) Greg. ep. 30.

Aliæ Gregorii ad Eusebium litteræ.

Quamquam mihi semper carus fuit ac sincerus amicus venerabilis frater noster Eupraxius: carior tamen, & sincerior visus est ob animi affectum erga te suum: quippe qui nunc quoque ad tibi inserviendum non aliter perrexerit, quam, ut ait David, cervus siti oppressus, intolerabilem sitim pura & dulci aqua refrigeraus. Ac beatus, qui consuetudine tua & congressu dignus habitus fuerit: beatior autem, qui calamitatibus pro Christo susceptis, laboribusque pro veritate exhaustis, talem coronidem imposuerit, qualem non multi Dei metu præditi consecuti sunt. Non enim inexploratam virtutem ostendisti, nec tranquillo tempore solum navigasti, aliorumque animas gubernasti; sed in tentationum quoque difficultatibus & procellis fulsisti, persecutoribusque sublimior extitisti, dum forti animo exilii causa solum vertisti. Et alii quidem patrium solum habent, nos autem supernam Civitatem; alii nostrum fortasse thronum, nos Christum. O præclaram negotiationem! qualia contemnentes, qualia accipimus! Transivimus per ignem & aquam; confido autem, nos in refrigerium quoque exituros esse. Non enim Deus nos in perpetuum deseret, nec rectam doctrinam persecutionibus vexari sinet; verum secundum multitudinem dolorum nostrorum consolationes ipsius nos exhilarabunt. Atque hoc quidem pro certo habemus, & optamus. Te vero obsecro, ut pro abjectione nostra preces fundas, & quotiescumque occasio dabitur, bene precari nobis per litteras non graveris, ac rerum tuarum statum declarando, lætiores alacrioresque nos reddere; id quod nunc facere dignatus es. Hæc Gregorius. Quid autem Samosatæ contigerit post Eusebii relegationem, Theodoretus (*b*) his prosequitur verbis:

(*b*) Theod. l. 4. c. 14.

XI. *Atque hoc loco ardentem, & sinceram eorum fidem*, nempe Samosatenorum, *exponam. Quandoquidem me illis injuriam facturum censerem, si ea non scriptis ad memoriam sempiternam proderetur. Postea autem quam Ariani gregem pastore longe optimo privarant, & alium in ejus subrogarant locum; nemo ex urbis incolis, vel pressus egestate, vel divitiis affluens, famulus vel artifex, agricola vel consitor, vir vel mulier, juvenis vel senex, ad conventum Ecclesiasticum, ut moris erat, accedere voluit, sed Episcopus solus agebat; quippe nemo aut in ejus venit conspectum, aut cum eo sermonem contulit, licet diceretur vitam apud eos valde modeste instituisse. Cujus rei hoc erit argumenti, quod sum jam dicturus. Cum ei in animo esset, se in balneo lavare; famuli, quo ingredi cupientes prohiberent, fores balnei occluserunt: at ille ubi videt multitudinem pro foribus stantem, fores aperiri, & omnes audacter se in balneo una lavare jubet. Idem quoque præstitit in interiore balneo testudineato. Nam cum sibi lavanti multos astare cerneret, mandat ut fruantur una aquis calidis. Illi autem taciti consistebant. At iste eos honoris causa stare arbitratus, surgens acyue, egreditur e balneo. Illi vero aquam hæretica nequitia contagione infectam esse rati, eam in cloacam emittunt, novamque sibi infundi imperant. Qua re cognita iste, urbe relicta, abiit; quippe stultitiæ immo summæ dementiæ esse putavit, urbem infestam, & communem simultatem erga ipsum exercentem incolere. Quapropter ubi Eunomius (ita enim vocabatur) Samosatam reliquerat, tametsi Lucium in ejus locum sufficiebant, lupum plane & insidiatorem ovium; tamen oves deserta a pastore, pastoris munus ipsæ obierunt: nam doctrinam Apostolicam integram conservarunt. Verum in quantum odium etiam iste ab omnibus vocatus sit, historia, quam deinceps narrabo, docebit.*

Samosateni execrantur novum Episcopum Eunomium.

Pueri in foro pilam mutuo contorsere, XII.
quo quidem ludo se admodum oblectabant. Ac forte fortuna dum transibat illac Lucius, pila e manibus pueri cujusdam elapsa, per asini ejus pedes pervolvebatur. Pueri autem vociferari; quippe pilam scelere pollutam existimarunt. Qua re intellecta, dat mandatum uni ex comitum suorum numero, ut maneat, discatque quid factum sit. Pueri vero igne accenso pilam per ejus flammam torquent, sicque eam purgatum iri arbitrati sunt. At tametsi non sum nescius, hoc puerile esse, & inveteratæ consuetudinis velut reliquias; tamen satis indicii inde capi potest, quam esset secta Ariana urbi illi odiosa. At vero Lucius Eunomii mansuetudinem neutiquam est imitatus; sed sicut persuasit magistratibus, uti illi alios complures sacris

Pueri quam fuerint execrati Lucium Arianum Episcopum.

PAGIUS VI. In eadem Farragine iterum Augustalius fuisse dicitur annis CCCLXXIV. CCCLXXV. & CCCLXXVI. Verum in ea Consules turbati. Gothofredus in Prosopographia Codicis Theodosiani verbo *Tatianus*, ostendit, anno CCCLXXIV. eum Comitem fuisse sacrarum Largitionum, & ab eo anno ad CCCXCI. quo Consul cum Symmacho fuit, multas ad eum Leges inscriptas, & in Lege 29. Cod. Theod. *De extraordinariis*, a Theodosio Magno data, diserte To-

In Ægypto omnis auctoritas penes Augustalem fuit.

tris imitatos in exilium mitterent; ita ipse eos potissimum, qui sanctam divinamque propugnabant doctrinam, ad ultimas Imperii Romani oras relegavit: Evoltium dico diaconum, quem Oasim usque (de hujus solitudine multus habetur sermo) amandavit; & Antiochum tum cognatione cum Eusebio conjunctum, cujus sororis filius erat, tum multis recte factis nobilitatum, tum sacerdotali dignatum honore, ad extremos Armeniæ fines expulit. Quam vero præclare iste pro divina doctrina decertarit, postea ostendemus. Hæc Theodoretus. Porro (ut subdit) Sanctus Eusebius eorum Episcopus relegatus in Thraciam, prope Istrum vitam traduxit: quo quidem tempore Gothi, ut ejus scripta declarant, Thraciam populabantur, ejusque Civitates obsidebant; ut plane intelligatur, illud fuisse consilium Arianorum eum illuc amandantium, ut S. Episcopus ab hostibus necaretur.

XIII. Pelagius Episcopus Laodicenus exul pro fide. (a) Theod. l.4.c.12.

Rursum vero Theodoretus inter alios Episcopos a Valente Imp. Ariano expulsos (de quibus singulis, quorum est memoria, suo ordine apposite dicturi sumus) adnumerat Pelagium Episcopum Laodicensem, de quo ita scribit (a): *Laodicensem autem Pelagio pastore sane egregio orbavit. Qui cum adolescens esset, duxit uxorem; primoque nuptiarum die in ipso nuptiali thalamo sponsæ persuasit, ut castitatem pluris quam concubitum æstimaret; & ut amorem fraternum pro conjunctione jugali teneret, edocuit. Verum quamquam temperantiæ munus hoc pacto probe administravit, & alias quoque habuit virtutes huic persimiles, quæ pariter cum ea velut choros ducebant; ac propterea communi omnium consensu ad Præsulatum illum ascenderat; tamen splendores illos vitæ præclare institutæ hostis veritatis minime reveritus est, sed tum istum in Arabiam, tum S. Meletium in Armeniam, in Thraciam vero Eusebium, qui in doctrina Apostolica divulganda permultos labores collocasset, relegavit.* At de Meletio inferius. Legimus eumdem Pelagium interfuisse Antiochenæ Synodo sub Joviano Imp. atque subscripsisse Catholicæ fidei, de qua superius.

XIV. Eusebius Samosatenus Episc. incognitus lustrat Ecclesias.

Idem vero Theodoretus cum hæc de Pelagio enarrasset; mox ita de eodem, de quo nuper, Eusebio subdit: *Iste Eusebius cum multas Ecclesias pastoribus orbatas intellexisset; habitu militari indutus, & capite tiara operto, Syriam, Phœniciam, & Palæstinam peragravit, quo tum presbyteros & diaconos crearet, tum alia Ecclesiastica obiret officia. Quod si quando in Episcopos secum doctrina conjunctos incidebat; eos Ecclesiis, quæ carebant pastoribus, præficit.* Hæc Theodoretus. Quæ quidem eum uecidere minime potuerint ante edictum de expellendis Episcopis Orthodoxis, quod ubique mutatione habitus liberum esset cuique Catholico Episcopo, quo vellet profectionem instituere; facta esse necesse est affirmare, postquam relegatus fuit in Thraciam; ubi ingruentibus Gothis in Romanum solum, relictus ille sine custodia, ejusmodi Ecclesias visitandi inierit consilium: eum & ne quis esset agnosceretur, ex Episcopo se transformavit in militem. Nec vero ob id sacrorum canonum prævaricator habendus fuit, si quod alius vetitum esset, ordinaverit clericos in aliena Diœcesi; cum necessitate urgente, privato quodam divini Spiritus instinctu, id fecisse, non dubium sit; quod a nemine, nec quidem ab hostibus fuisse legimus improbatum.

XV. S. Basilii epistolæ ad Eusebium.

Extant ad hunc ipsum Eusebium S. Basilii, præter illas quæ excusæ habentur, epistolæ tredecim inter alias centum viginti duas, vel plures nondum editas, quas Sextilius Episcopus Alexanus in Latinum vertit; sed ipsarum interea moratur editionem, quod nactus exemplar admodum depravatum, optaret (si dabitur) cum fideliori conferre. Nos interim ex eis fragmenta aliqua nostro instituto conducentia mutuati, hic ea suis locis intexuisse voluimus: cum alioqui omnes fere me ejus argumenti sint, ut res præsentis temporis contineant atque deplorent: inter alias autem quæ est numero duodecima ad eumdem Eusebium scripta hæc habet: *Equidem volebam (si fieri a me potuisset) quæ quotidie nobis contingunt, tibi annunciare: sic enim multæ & præter opinionem sunt res, ut historia quotidiana quoque egeant; quam etiam composuissem, bene scias, nisi assiduitate occurrentium, cogitationes habuissem cum occurrentibus confligantes. Adsunt nobis Vicarius (quod est primum, & maximum inter nostra mala) homo: siquidem etiam hæreticus mente, nescio: puto enim eum omnis rationis esse imperitum, & neque habere aliquod studium, neque curam circa hujusmodi: in aliis enim video ipsum animo & corpore noctu, & interdiu occupatum: verumtamen amicus est hæreticorum, & non plus est erga eos benevolus, quam contra nos odiose se habens.*

Con-

PAGIUS

Tatianum in inscriptione Legis Præfectum Orientis vocari. Tanta auctoritate per hæc tempora Tatianus florebat. Sed de eo rursus infra.

VII. Exilium S. Pelagii.

Ad num. XIII. Cum *Basilius* epist. 311. ad Pelagium Laodicenum Episcopum scribat, valde se cupere eum adire, liquet, tempore, quo ea scripta, *Pelagium* nondum in exilium missum esse. Cumque ea anno trecentesimo septuagesimo quinto data videatur, ut ex profectione *Sanctissimi*, de qua loquitur, colligitur, Pelagii exilium eo anno consignandum.

XVI. Synodus Arianorum in Galatia.

Congregavit enim Synodum prævaricatorum in media hieme in Galatia, & ejecit quidem Hypsium, & substituit Ecdicium. Judicatum autem fuisse statuit fratrem meum, nempe Gregorium Nyssenum Episcopum, *ab uno homine & hoc insigni accusatum. Deinde parum occupatus circa exercitum, rursum redit ad nos, iram & odium anhelans; & omnes quidem una voce sacerdotes Cæsariensis Ecclesiæ tradidit Concilio. Sebastiæ autem sedit multos dies, judicans per tribus; & eos qui nobis communicant, insidiatores nominans, & damnans ministerio populari; adjungentes autem se Eustathio maximis honoribus, prosequens. Rursum Synodum circa Nyssam Galatarum & Ponticorum congregari præcepit. Illi autem obedierunt, & concurrentes miserunt quemdam ad Ecclesias: quem ego non eligerem dicere qualis fuerit; conjicere autem licet tuæ prudentiæ quantum est conveniens, cum qui talibus institutis hominum servit ... Et nunc quando has litteras mittebam, hoc idem præceptum ad Sebastiam paravit, partim, ut conjunctio fiat cum Eustathio, partim ut cum ipso etc Nicopolitanæ convertantur: beatus enim Theodotus mortuus est, & interim primos impetus Vicarii generose & fortiter propulsarunt: conabatur enim persuadere, ut ipsi susciperent Eustathium, & per ipsum acciperent Episcopum. Ut autem vidit ipsos sponte non cedentes, nunc tentat violentiori manu constituere datum *. Divulgatur etiam quædam Synodi expectatio, secundum quam convocatis nobis, instituunt vel cupere communicantes, vel facere quod ausuri sunt. Res igitur Ecclesiarum hoc modo se habent. Ego autem ipse quo modo affectus sim corpore, tacere melius puto, quam scribere; eo quod si vera dicam, mærore te affecero; mentiri vero non sustineo.* Hucusque ad Eusebium S. Basilius.

XVII. Gregor. Nyssenus damnatus.

At præstat hic ea quæ breviter tantum pertigisse stylo Basilius visus est, fusius enarrare: ac primum quidem, quod de fratre suo damnato in Synodo habet. Fuit illud consilium Valentis Imperatoris atque Arianorum, ut Episcopi illi Orthodoxi; qui a promulgato edicto, quo damnati olim a Constantio, in exilium pelli jubebantur, minime comprehendi videri possent, quod postea electi fuissent; iidem collecta ab Arianis Episcopis Synodo damnarentur: quod in primis factum constat adversus Gregorium Nyssæ Episcopum, sic in Synodo (ut ex epistola Basilii vidimus) ab Arianis conspirante cum illis Vicaria præfectura damnatum. Porro de ejusdem Gregorii depositione, & exilio irrogato extat ipsius Basilii ad eumdem Eusebium epistola; licet alia inscriptio perperam præferat datam esse ad Gregorium Theologum; ubi hæc inter cætera superius recitatis consentientia: (a): *Quanto impotentiores redduntur Ecclesiæ, tanto magis dominandi libido in hominibus augescit. Et hac tempestate Episcopatus nomen ad infelices homines venarum filios devenit, cum nullus ex Dei famulis se ipsum velit contra ipsos introducere, vel ex deploratis: quales sunt quos nunc misit Anysius Evippii alumnus, & Editius Parnassenus; quem malum futuræ vitæ viaticum sibi ipsi adscivit Ecclesiarum Præfectus. Hi nunc fratrem meum ex Nyssa ablegarunt, & ejus loco virum introduxerunt immo mancipium triobolare.* Ita Basilius: hæc autem hoc ipso anno facta esse, ipsiusmet Gregorii Nysseni testificatio declarat, qua ad Olympium scribens (b) affirmat annos octo interlapsos suarum afflictionum usque ad Valentis obitum, significans se tanto temporis spatio e sede ejectum errasse.

(a) Basil. epist. 10.

(b) Greg. Nyss. ad Olymp. de S. Macrina.

XVIII.

At ipse Gregorius Nyssenus sede pulsus, factus extorris, nequaquam alicubi resedit ignavus & otiosus; sed Ecclesias lustrans, de omnibus studebat bene mereri; ad quem tunc scripsit Gregorius Nazianzenus has perbreves litteras (c):

(c) Greg. Naz. ep. 34.

Gregorii Naz. ep. ad Greg. Nyss.

Angerit tot locorum peragratione, & discursatione, tibique inconstans esse videris, quemadmodum ligna quæ aquis feruntur. Nequaquam, vir egregie, nequaquam ita affectus esto. Illorum enim coactus est cursus, tua vero discursatio Deo grata & accepta est; fixumque ac certum est de multis bene mereri, quamvis loco minime fixus sis. Nisi vero quis Solem accuset, quia in orbem currit, radios fundens, atque omnibus rebus quas peragrat, vitam afferens: aut etiam sidera fixa laudans, planetas vituperet, quorum error quoque ipse compositus est atque concinnus. Hæc ad illum prioribus litteris, ad quem rursus alias, ipsum consolans, dedit his verbis (d):

(d) Greg. Naz. ep. 35.

XIX. *Rebus acerbis ne nimis discrucieris: si enim ex iis minus acerbum dolorem rapiamus, minus acerbæ erunt. Non ita grave putandum est, quod recalescunt hæretici, ac veris amœnitate freti ex latebris suis prorepant, ut ipse scribis. Paullum, mihi crede, sibilabunt, ac postea terram subibunt, tum a veritate, tum a tempore oppugnati; idque eo magis, si rem totam Deo permiserimus.* Hactenus Gregorius his temporibus ad Gregorium, Theologus ad Nyssenum Episcopum.

XX. Nicopolitani exagitati ab Arianis.

Quod autem spectat ad Nicopolitanos in minori Armenia populos; quos Catholica fide præstantes post obitum Theodoti ipsorum Episcopi ab Arianis exagitatos Basilius in litteris superius recitatis ad Eusebium datis affirmat: cum adduci

hi

hi ipsi non possenr, ut Arianæ sectæ hominem accipere vellent Episcopum; dolo actum est cum eis, ut scelestus quidam Phortanus, qui se illis Catholicæ fidei defensorem esse simularet, eum eis, quo ipsos deciperet, versaretur; sed vir iste peobus ad Arianos transierit spe illectus Episcopatus; quem quidem ab illis consecutus est: detectus autem cum fuisset hæreticus, omnes se ab ejus communione subtraxeerunt; quam ob causam ignominiosus ubique est eedditus; de quo idem sanctus Basilius ad Eusebium (a) (ut Græca habet inseriptio, licet ad Gregorium Latine perperam data eeperiatur) hæc habet: *Quis autem res Nicopolitanorum miseri Phortani dignis suspiriis queat prosequi? qui prius veritatis patrocinium quoddam repræsentabat, tandem vero & fidem & se ipsum turpiter prodidit, proditionis autem mercedem, nempe ignominiæ nomen adeptus: nam ad Episcopatus fastigium, ut putat, per ipsos evectus est; sed Deo gratia, communis totius Armeniæ execratio factus est.* De eodem pseudoepiseopo extat ad Nicopolitanos Basilii epistola, qua declarat, eosdem Nicopolitanos, quod nollent cum apostata communicare, expulsos fuisse a civitate; quos pluribus consolatus in fine hæc habet (b): *Si vero id vos conturbat, quod extra muros ejecti estis; at in protectione Dei cœli commorabimini; & Angelus ille Ecclesiarum præses vobiscum est egressus.* Ae rursum sequenti ad eosdem epistola eodem argumento conscripta, post multa quibus eos exhortatus est, hæc addit (c) de eodem apostata pseudoepiscopo Phortano: *Etenim unum hoc tantum dolore dignum est, quod periit ille, qui temporariæ gloriæ gratia (si tamen gloria vocari debet, quod publico cum dedecore geritur) sempiterno se ipsum privavit honore. Estis filii confessorum, estis filii martyrum, qui ad sanguinem usque peccato restiterunt. Utatur propriis quisque exemplis adversus instantium, qua pietas impugnatur. Nemo vestrum plagis affectus est, nullius ædes publicatæ sunt, nondum in exilio viximus, nec carceres experti sumus. Quidnam male pertulimus? Nisi id forsitan triste est, quod nihil dum perpessi sumus, nec digni habiti qui pro Christo patiamur. Si vero quod ille*, nempe Phoetanus, *domum orationis occupat, vos vero sub dio Dominum cæli & terræ adoratis, id vos conturbat; cogitate undecim quoque Apostolos in cœnaculo fuisse conclusos, cum interea qui Dominum crucifixerant, in templo celebri Judaicum cultum perficerent. Judas etiam quoniam suffocationis mortem dedecorosæ vitæ prætulit, illis se præferendum ostendit, qui nullo nunc pudore ab omnibus hominibus damnati afficiuntur, atque eam ob causam impudenter quæ turpia sunt committunt. Id tantum curetis, ne mendaciis illorum decipiamini, quibus fidei rectitudinem profitentur. Non enim Christiani sunt tales, sed Christempori, qui magis hoc quærunt, quod ad hanc præsentem illis vitam conducit, quam ut secundum veritatem vivunt. Ubi vanum hunc principatum adipisci se posse judicarunt, Christi se conjunxere inimicis. Ubi plebem irritari viderunt, rursum fidei rectitudinem prætexunt. Non agnosco Episcopum, nec Christi illum sacerdotibus adnumeraverim, qui a profanis est manibus ad fidei destructionem Præsul electus. Hæc mea est de illo sententia. Vos, si quam nobiscum partem habetis, eadem etiam nobiscum sentietis. Si vero vestro ipsorum utimini consilio, suæ quisque sententiæ potestatem habet; nos insontes erimus ab hoc sanguine. Hæc non ideo scripsi, quod vobis diffidam, sed ut quorumdam hæsitationem declaratione mea sententiæ confirmem.* Ita Basilius. Verum perstantes illi in sententia, cum omnino abhorrerent ab Ariani Episcopi communicatione, dirissima ab Ariano militum duce passi sunt, de quibus idem Basilius perbrevem hanc ad eosdem Nicopolitanos epistolam seripsit (d):

(a) Basil. epist. 10.

De Phoetano Pseudoepiscopo.

(b) Basil. epist. 10. in addition.

(c) Basil. epist. 10. in addit.

Expulsi ab Ecclesia Nicopolitani.

(d) Basil. epist. 9. in addit.

XXI. *Cum sanctitatis vestræ litteras consecutus essem, admodum ingemui, ac lamentatus sum eam ob causam, quod mala ista meis ipsius percepissem auribus, utpote verbera & probra vobis illata, populationem ædium, desolutionem civitatis, totius patriæ subversionem, persecutionem Ecclesiæ, fugam sacerdotum, insolentiam luporum, ac dispersionem gregum. Verum ubi a gemitibus ac lachrymis quievi, & ad Dominum in cælo suspexi; cognovi, persuasusque sum, quod & vobis notum esse volo, quod cito aderit auxilium, nec in finem usque deserendi sumus. Quod enim passi sumus, propter peccata nostra passi sumus. Auxilium vero suum benignus Deus propter dilectionem & misericordiam, qua erga Ecclesias, afficitur, declarabit. Haud tamen neglaximus, quo minus simul & præsentes illis, qui rerum potiuntur, supplicaremus, & iis qui nos diligunt, in castra scriberemus, quo iram insanientis cohibeant. Et arbitror illum a multis fore reprehendendum; nisi forsan impletum tumultuationis tempus tantum otii non permittat illis, qui rebus gerendis occupantur, ut hisce de rebus agant.* Hæc ipse.

Basilius hortatur Nicopolitanos constanter agere.

XXII. Quod autem his litreris pollicitus est S. Basilius, cito illis affore divinum auxilium, quo ab ingeuenti illa liberarentur afflictione, aliis quoque superioribus litteris æque promiserat verbis illis (e): *Quemadmodum ubi grandinis nubilum præterit, & torrens alveo suo effluxit, illud in serenitatem dissolvitur, iste pro-*

(e) Basil. epist. 11. in addit.

fan-

fundo absorptae, viam qua fluxerat siccam & aridam relinquit; ita & tempestas ista, quae nos jam apprehendit, paulo post non erit: modo sustineamus non inspicere praesentia, sed spem in ea extendere, quae paulo sunt ulteriora. Haec inquam haud temere aut inaniter Basilius ipsa effutiit, sed profetico sane spiritu vaticinatus; siquidem effectum est, ut intruso ab Arianis Phottano procul ejecto, facultas data sit iisdem Nicopolitanis Catholicum Episcopum deligendi. Adnitente enim primario exercitus duce Arintheo, Nicopolitanis cum pietate libertas affulsit. Hic quidem Arintheus (ut vidimus ex Ammiano *a*) his temporibus adversus Saporem Regem Persarum cum exercitu militabat. Adjuvit quoque Nicopolitanorum negotium Terentius dux, S. Basilii pernecessarius; qui pariter principem locum in eodem exercitu (ut idem testatur Ammianus) tenebat: dicturi autem sumus de ambobus inferius. Cum igitur data per hos esset facultas Catholicis Episcopis in unum conveniendi ad electionem Nicopolitani Antistitis; praestiterunt id illi egregie, probatumque rectae fidei virum delegerunt: Quod factum cum S. Basilius horum omnium sapientissimus architectus accepisset, magnopere gavisus, eosdem scriptis litteris hortatus est, ut datum sibi Episcopum diligerent, ex animoque eidem consentirent; quantum autem id ponderis esset, declarat his verbis (*b*):

Sedata persecutio Nicopolitanorum.

(*a*) *Amm. lib.* 27.

(*b*) *Basil. epist.* 13. *ad Nicopolitanos addit.*

XXIII.

Basilius hortatur Nicopolitanos datum Episcopum diligere.

Dispensationes Ecclesiasticae fiunt quidem per eos, quibus est illarum cura concredita, verum a plebe confirmantur. Itaque quod Deo dilectissimos Episcopos concernebat, impletum est; quod reliquum est, ad vos spectat: ut videlicet datum vobis Episcopum ex animo complecti dignemini, & pericula extrinsecus imminentia fortiter repellatis. Nihil enim sic absterret tam Principes, quam reliquos pacatum hunc statum vobis invidentes, ac concors erga traditum vobis Episcopum dilectio & infracta resistentia: incutit enim illis omnium malorum conatuum desperationem, si nec clerum, nec plebem adinventiones ipsorum amplecti viderint. Et paulo post: *Optamus autem, ut & nos aliquando digni habeamur, qui ad vos veniamus, & Ecclesiam pietatis altricem invisamus: quam tamquam rectae doctrinae metropolim propterea veneramur, quod ab honestis viris & electis Dei gubernata est, qui fideli secundum doctrinam sermoni adhaeserunt, quibus dignum esse hunc praesulem & vos judicastis, & nos consensimus, modo per gratiam Dei custodiatur, &c.* At de rebus a Nicopolitanis magna gloria gestis hactenus.

Haec quidem & alia plura curans Basilius, aegra tamen (ut ipse superioribus litteris ad Eusebium datis affirmat) laborabat valetudine, qua adeo affectus est, ut appropinquaverit usque ad portas mortis, quod ipse pluribus ad diversos scriptis litteris testatus est. Sane quidem illud admirandum fuit, ut doloribus febribusque confectus licet, nihil tamen totius ferme Orientalis Ecclesiae tot exagitatae fluctibus, propensioris curae & sollicitudinis intermitteret, & cum alioqui numquam ferme bona valetudine poteretur; unde ipse ad eundem Eusebium (*c*): *Si enim*, inquit, *in apparente bona valetudine inter desperatos constitutus sum, eo quod vitam habeo infirmorum; cognoscere licet, qualinam poteram esse in infirmitate.* Ac rursus (*d*) ad eundem: *Puta etiam famam ad tuam sanctitatem pertransisse, quod prae infirmitate detentus sum (ne scilicet ad Synodum profectus sim) quae deduxit me usque ad portas mortis & nunc quando mittebam hae, reliquias ferens infirmitatis scripsi.* Et rursus inferius agens de persecutionibus haereticorum Ecclesias vexantium: *Prae hoc*, inquit, *maerore magna ex parte impedior, ne convalescam, continue ad me revertentibus infirmitatibus ex vehementi dolore.* Addit tunc temporis penes nonnullos nuncium de sua morte pervasisse, id vulgantibus haereticis; quos ipse conveniens ac disputatione refellens, se docuit adhuc esse superstitem; nam ait: *Veni usque ad civitatem, cum fama erat me esse mortuum; quoniam autem placuit Deo nos viventes derelinqui, disseruimus cum ipsis quae conveniebant. Et praesentiam quidem venerantur, & promittunt omnia convenientia; cum absunt autem, rursum ad suam ipsorum sententiam recurrunt.* Haec Basilius: cujus tanta etiam apud haereticos erat reverentia, ut ipsi praesenti contradicere vel adversari nescirent. Sed jam reliquas hujus anni res gestas ordine prosequamur.

XXIV.

(*c*) *Epist.* 9. *ad Euseb. ex versione Sextilii.*

(*d*) *Epist.* 10. *ad Euseb. ex versione Sextilii.*

Hoc item anno, sicut aliae Orientis Ecclesiae, qui Constantinopoli agebant Catholici Christiani persecutione Arianorum dire XXV.

PAGIUS VIII.

Eudoxii Constantinop. Episcopi obitus.

Ad num. XXV. *Eudoxius* sub hujus anni Consulibus mortuus, ut tradit Socrates lib. 4. cap. 14. & insinuat Philostorgius lib. 9. cap. 8. Quod vero apud Socratem dicitur, eum Constantinopolitanam Ecclesiam annos *novemdecim* rexisse, error Librarii est, non Socratis, ut observat Valesius in Notis. Alioquin Socrates a se ipso dissentiret, cum lib. 2. cap. 42 eum in Concilio Constantinopolitano anno CCCLIX. inchoato, sequentique continuato, *Eudoxium* in locum Macedonii depositi substitutum testetur. Obiit porro, quando Valens Antiochiam tendens, paulatim Nicomediae substitit, ut habet Sozomenus lib. 6. cap. 13. ideoque circa mensem Maium, ut mox videbitur. De *Demophilo* ob Arianis in locum Eudoxii subrogato legendus Philostorgius lib. 9. cap. 10. & 14.

Ad num.

Obitus Eudoxii Episcopi Constantinopolis.

dire vexati sunt, quod mortuo Eudoxio Constantinopolitano Episcopo, hi Demophilum æque Arianum, isti vero Evagrium Episcopum subrogarint. Quæ autem hinc mala provenerint, Socrates (a) rem gestam his verbis prosecutus est: *Imp. Valens denuo Antiochiam ire maturans* (puto ob ingruens bellum Persicum) *Constantinopoli decedit. Qui cum venisset Nicomediam Bithyniæ, ibi ad tempus commoratus est ob hanc causam. Eudoxius Ecclesiæ Arianæ Episcopus statim post Imperatoris discessum, cum Ecclesiæ Constantinopolitanæ sedem ad decem & novem annos occupasset, abiit e vita* (hoc ipso anno scilicet) *Valentiniano jam & Valente tertium Consulibus. Quamobrem Ariani in locum ejus Demophilum sufficiunt. Sed qui fidei Consubstantialis favebant, se tempus opportunum nactos arbitrati, Evagrium quemdam suæ ipsorum fidei fautorem designant. Quem quidem Episcopum creat Eustathius ille, qui olim Antiochiæ fuisset Episcopus, quique & jamdudum a Joviano ab exilio esset revocatus, & tum forte Constantinopoli versaretur, fidei Consubstantialis fautores confirmandi gratia, ibique in occulto delitesceret.*

(a) Socrat. l.4. c.23.

XXVI. Ecclesia Constantinopolit ab Arianis vexata.

Quo facto, alia arrepta occasione, Ariani illos de integro acerbe persequi cœperunt; quæ res ad aures Imperatoris celerrime pervenit. Ille igitur admodum veritus, ne ex populi contentione seditio conflata civitatem labefactaret, copias militares ex Nicomedia Constantinopolim misit; præcepitque ut uterque, tum qui creaverat, tum qui creatus fuerat, alter in alterum locum relegaretur. Quocirca Eustathius Byzam Thraciæ urbem amandatus est, Evagrius alio abductus. His rebus ita confectis, Ariani majores spiritus sumere, & eos qui de Ecclesia erant, verberando, contumeliis afficiendo, in carcerem conjiciendo, pecunia mulctando, omnia denique incommodorum genera, quæ erant plane intolerabilia, illis imponendo, gravissime divexare cœperunt.

XXVII. Legatio Orthodoxorum ad Valentem Imp.

Illi cum hæc ferre non possent, Imperatorem deprecatum adeunt, ut si non omnino, aliqua ex parte tamen Arianorum violentia liberarentur. Verum istud animo agitantes, longe opinione aberrarunt, præsertim cum ab eo jus suum obtinere sperarent, qui injuriarum ipsis illatarum auctor fuisset. Nam cum pii viri ordinis Ecclesiastici octoginta numero ad eam rem delecti, inter quos principem locum obtinebant Urbanus, Theodorus, & Menedemus, Nicomediam adventarent, Imperatorem supplices orarent, vim sibi illatam docerent, & incommoda quæ ab Arianis accepissent, ei proponerent: ille quemquam iracundia ultra modum erat in eos inflammatus, eatenus tamen eam occultavit, quoad Modesto Præfecto clam dedisset mandatum, ut illos comprehensos morte mulctaret. Mortis genus, quoniam novum & peregrinum fuit, operæpretium arbitror litteris ad posterorum memoriam commendare.

XXVIII. Martyrium LXXX. legatorum.

*Præfectus admodum extimescens, ne si illos palam & in oculis omnium trucidaret, multitudo impetu temerario incitata ipsum seditiose adoriretur, simulat se in exilium eos missurum. Illi rem excelso & erecto animo ferunt. Præfectus itaque jubet eos in navigium imponi, perinde ac si in exilium recta amandarentur: nautis autem in mandatis dat, ut cum in medium pelagus perventum foret, navigium succenderent; uti hoc modo e vita migrantes, non haberent qui eos sepulturæ mandarent. Sic igitur factum est. Nam nautæ ad medium pelagus Astacenum provecti, imperata faciunt; ipsique succenso navigio, scapham, quæ sequebatur, conscendentes revertuntur. Forte fortuna ventus Subsolanus graviter spirat, navigiumque succensum tam vehementer pellit, ut celerrimo cursu per mare prolaberetur, & eo usque duraret, quoad in navale, quod Dacidizus vocatur, appelleret: ubi pariter cum ipsis piis viris tandem penitus absumptum est. Creber quidem sermo apud multos usurpabatur, hoc crudele & impium facinus minime inultum fuisse. Nam statim post fames acerbissima per universam Phrygiam pervasit; ita ut complures incolæ illius regionis exiguo temporis spatio necessitate adducti, tam Constantinopolim, quam ad alias regiones confugerent. Constantinopolis enim quamvis infinitam hominum multitudinem alat sustentetque; tamen partim propter rerum ad vitam necessariarum invectionem, quæ per mare fit, partim propter pontum Euxinum, qui ei finitimus est, quique frumentum, *cum opus sit, abunde suppeditat, maxima omnium rerum copia circumfluit.* Hæc Socrates: ejus quoque famis meminit S. Hieronymus in Chronico hoc eodem septimo anno Valentis Imperatoris. In reliquis item habet Socrates adstipulatorem Sozomenum (b), qui eam-

(b) Sozom. lib.6. c. 13. 14.

PAGIUS IX. Fames quæ Phrygiam, Cappadociam etiam afflixit.

Ad num. XXVIII. Dira illa Fames, quæ Cappadociam afflixit, hoc anno contigit. Idacius enim in Fastis sub hujus anni Consulibus scribit: *His Conss. magna fames fuit in partibus Phrygiæ.* Quæ verba etiam in Chronico Hieronymi hoc anno leguntur, quia nempe magis in Phrygia quam in aliis partibus sævit. Baronius eam famem diversam existimavit ab ea, de qua Gregorius Nazianzenus Oratione in laudem Basilii, in qua ait, eam maxime Cappadocas afflixisse, eoque tempore Cæsareæ S. Basilii adhuc presbyteri magnam in alendis pauperibus charitatem enituisse. Quæ duplex fames ideo ab eo excogitata, quia Basilium anno CCCLXIX. Cæsareæ Episcopum renuntiatum credidit; cum tamen fames, quæ Cappadociam exagitavit, *Basilio* adhuc Præsbytero contigerit. Verum, cum certis argumentis constet, Basilium

Baron. an. 367. n. xxxa1s.

cum-

eamdem omnino historiam recitatam enarrat. Sed in quibus uterque sit corrigendus, jam expendamus: parvi namque momenti est, ab aliis conscripta describere, nisi num omnia in omnibus constent, diligenti discussione tractentur. Nos quidem interdum aliena describimus venerandæ antiquitatis ergo, ne rerum antiquarum recentes babeamur auctores, atque vetera ex animi sententia prosequi videamur; sed & sic antiquis jungimus nostra, ut veritas a mendaciorum tenebris vindicetur, labansque interdum adminiculis fulciatur, lectorique certum ac tutum sternatur ad res antiquitus gestas iter, ne ubique ambiguus semper hæreat, vel in errorum scrobes incautus offendat.

XXIX. Corrigendus itaque in primis est Socrates, quod ait, discessisse Valentem Constantinopoli, ut iterum veniret Antiochiam: nam numquam antehac illuc profectum esse, Ammianus satis demonstrat; quod illo dirigens iter, oborta Procopii tyrannide, coactus sit a cœpto itinere desistere. Sed & quod idem affirmat, Eudoxium annos decem & novem sedisse, plane hallucinatus est: nam a tempore illius acceptæ sedis in hanc diem, Episcopatus ipsius nonnisi anni undecim numerantur; quod Sozomenus probe novit, dum undecim tantum annos Eudoxium sedisse tradit (a). Sed graviore plane errore uterque lapsus est, dum Eustathium Episcopum Antiochenum diu ante Constantii tempora vita functum, redivivum inducunt a Joviano restitutum, & hoc tempore res Catholicorum curantem. Quo modo enim Orthodoxi Episcopi, & populus Antiochenus Catholicus passi sunt ordinari sibi Paulinum atque Meletium, vivente adhuc ipsorum Episcopo magno Eustathio? Vel quonam pacto, si a Joviano Imperatore hic Antiochiam restitutus est, nulla prorsus de eo mentio fit in Concilio Antiocheno tunc a Catholicis celebrato? Vel quo modo illuc accedente Eustathio jam ante tempus Nicæni Concilii illic Episcopo ordinato, mox Paulinus atque Meletius non eidem loco cesserunt?

(a) *Sozom. l. 6. c. 13.*

De Eustathio erroris Socrates & Sozomenus arguuntur.

XXX. At de rebus tum ab Arianis, tum ab ipso Imperatore Valente adversus cives Constantinopolitanos Catholicos gestis, Gregorium Nazianzenum audiamus ex ipsorum factis se purgantem, atque hæc pro concione recenseotem (b): *Quot hominum contumelias prius pertulimus? Quid acerbitatis passi non sumus? non injurias? non minas? non exilia? non pecuniarum direptiones? non bonorum proscriptiones? non presbyterorum in mari conflagrationes? non templa profanata, atque ex templis in sepulcra mutata? non publicas senum Episcoporum, aut, ut magis proprio verbo utar, Patriarcharum cædes? non eam immanitatem, ut piis solis invisus esset omnis locus? non denique quicquid calamitatis ullis verbis exprimere quisquam possit.* Et alibi (c) cum in ipsos Arianos invehitur, Constantinopoli sic post alia ad populum orans: *Quin potius*, inquit, *tuam quidem inbumanitatem & multi libri & linguæ circumferunt, quas etiam posteritas omnis exceptura est, æternam (nisi me opinio fallit) rebus a te gestis ignominiæ notam inustura. Meam vero ipse orationem prosequar.*

(b) *Greg. Naz. orat. ad centum quinquaginta Episcopos.*

Quæ passi Constantinopolitani Orthodoxi.

(c) *Greg. Naz. orat. ad Arian.*

Quem populum audacia furentem in te immisi? ut vos scilicet in nos. *Quos milites in aciem eduxi? Quem belli ducem ira inflammatum, iisque quorum jussa facessebat, atrociorem, ac ne Christianum quidem ipsum, sed commodum atque congruentè sacrificio impiam adversus nos immanitatem dæmonibus suis offerentem? Quosnam precibus incumbentes, manusque ad Deum attollentes, obsidione cinxi? Quas psalmorum cantiones tubarum clangore compressi? Quorum mysticum sanguinem cum mortifero sanguine permiscui? Quos spiritualas fletus exitiosis flatibus sustuli? Quas pœnitentiæ lachrymas tragudiæ lacrymis depuli? Quam orationis ædem in sepulcrum converti? Quam supellectilem rei sacræ ministerio dicatam, manibusque profanis non attrectandam, flagitiosis manibus exposui, vel Nabuzardæ (d) coquorum principi, vel Balthasari, qui in sacrosanctis poculis nefarie perbacchatus (e) est, atque adeo dignas amentiæ suæ pœnas exolvit? Altaria dilecta (ut ait Scriptura f) nunc autem contumeliosa protrita,* quis-

XXXI. Ab Arianis patrata scelera.

(d) 4. *Reg.* 25.

(e) *Dan.* 3.

(f) *Psalm.* 83.

PAGIUS

currenti anno adhuc Presbyterum fuisse, manifestum est, eamdem famem & in Cappadocia & in Phrygia eodem anno grassatam.

X. Atque hinc validum eruitur argumentum ad initium Episcopatus Basilii recte consignandum. Gregorius enim Nyssenus in epistola ad Olympium de Sancta Macrina, affirmat, post famem illam, quæ Cappadoces invasit, & ante creationem Basilii Episcopi, Sanctam *Emmeliam* hujus matrem ex hac vita migrasse. Colitur S. *Emmelia* in tabulis Ecclesiasticis die tricesima mensis Maii. Quare si eo die obiit, ut mox visuri sumus eam vita functam, ea mors ad alium annum quam ad præsentem pertinere non potest; constatque, Basilium currenti anno post famem illam adhuc Presbyterum fuisse, & ante ordinationem suam *Emmeliam* matrem amisisse.

Initium Episcopatus S. Basilii confirmatur.

XI. Nec audiendi Hermantius lib. 6. Vitæ S. Basilii cap. 8. & Papebrocius in Elogiis S. Emmeliæ ad diem XXX. mensis Maii, qui contendunt, *Emmeliam* exeunte anno trecentesimo septuagesimo secundo ad Deum migrasse, quod epistola septima Basilii ad Eusebium Samosatensem Episcopum, in qua de morte matris, de Ecclesiæ negotiis, & de suis persecutionibus loquitur, videatur ab eo scripta, non Presbytero, sed jam ad Episcopatum evecto. Nam, cum Hermantius Basilium currenti anno Episcopum renuntiatum tradat, Emmeliæ mortem, quæ Basilii

S. Emmeliæ obitus.

Baron. an. 369. n. LXI. & seqq.

quisnam impudicus ac perditus adolescens turpiter cantillans, corpusque inflectens impulsu nostro vobis insultavit, vel potius per quem hujusmodi nebulonem ego umquam magnum atque augustum mysterium prodidi, ludibrioque habui?

XXXII. Peroratio scelerum Arianorum.

O cathedra praclara, & praclarorum virorum sedes ac requies, quaque multos pios sacerdotes, qui jam olim sacra disciplina munus obierunt, subinde commutasti: ecquis tandem Ethnicus concionator te conscendit, & scelerata lingua Christianorum religionem invectiva oratione proscindens? Virgines casta & verecunda, ne honestorum quidem virorum conspectum pra pudore ferentes, ecquis tandem ex nostris vel ad has usque corporis partes, quas inspicere nefas erat, probra contumeliaque vos affecit, impiorumque oculis tristo spectaculum proposuit, flammaque Sodomitica mulctandum? mitto enim cades, stupri dedecore tolerabiliores. Quas feras in corpora sanctorum immisimus, ut quidam fecitarunt, humanam naturam ob oculos omnium proponentes, nec ullum aliud crimen ipsis obiicientes, quam quod impiis dogmatibus assentiri, eorumque societate contaminari recusassent, quam veluti serpentis virus fugimus, non illam quidem corpus labefactantem, verum ipsa anima penetralia inficientem? Quibus crimini datum est, quod mortuos terra condidissent, quos ipsa quoque bestia honore & reverentia sunt prosecuta? Et quidem quale hoc crimen judicatum est? alio scilicet theatro atque aliis bestiis dignum.

XXXIII. Sævitia Arianorum.

Quorum Episcoporum inspectantibus discipulis, nec prater lachrymas quicquam opis ipsis afferre valentibus, seniles carnes ferreis ungulis lacerata sunt, cum Christo suspensa, ac perpetiando victoriam assecuta, populumque pretioso sanguine aspergentes, ac postremo ad necem adducta cum Christo inhumanda, gloriamque adeptura; Christo, inquam, qui per hujusmodi cades ac victimas de mundo triumphavit? Quosnam presbyteros ignis & aqua, elementa inter se contraria divise-runt, novo & inaudito more navigantibus praluccntes, simulque cum ea navi, in quo solverant, conflagrantes? Quinam (ut majorem calamitatum nostrarum partem silentio tegam) ex iis qui talibus obsequiis gratiam apud Principes inire studebant, ab ipsis quoque crudelitatis accusati sunt? Nam etsi cupiditatibus eorum inserviebant, sævum tamen & crudele mentis propositum execrabantur. Illud enim turbulenti temporis erat, hoc rationis & consilii; illud imperatoris sceleris, hoc animi sibi conscii, quid leges, ex quarum prascripto jus dicendum erat, postularent. Hæc Gregorius, qui postea orationem convertit ad res in Ægypto ab eisdem adversus Athanasium fabricatas, & alia subinfert de Eustathio Antiocheno Episcopo, nec non de cæde facta nuper Sancti Episcopi ab exilio redeuntis, de quo suo loco dicendum.

De his autem quæ hoc potissimum anno gesta esse constat, nempe de presbyterorum in mari conflagratione, idem meminit alias ea oratione, qua prosecutus est laudes Basilii; sed & in illa dicta in laudem Heronis, presbyterum unum tantum idem supplicium passum narrat, remque gestam (ut apparet saltem ex numeri diversitate) a priori distinctam graphice repræsentat his scilicet verbis (a), dum primum de acerbitate persecutionis Valentis ita præfatur: *Tinta utique pracedenta persecutione* (sub Juliano videlicet) *acerbior ista; quod tum quidem minime dubia & obscura erat martyrum decertatio: nunc autem res eo rediit, ut perpessio quoque ipsa laude careat, dumtaxat apud iniquos martyriorum expensores. Vultis omnibus qui adsunt, atque huic etiam fortasse quamlibet insigni animi robore ac tolerantia pradito, perturbationibusque superiori, unius dumtaxat ex his qua tunc perpetrata sunt, narratione lachrymas extundam? Testes autem hujus sermonis permultos habeo: nam apud multos hujus supplicii tragœdia permanavit; illiusque etiam tempestatis historiam (nisi me opinio* XXXIV.

(a) Greg. Naz. orat. in laudem Heron.

Dira Valentis persecutio.

PAGIUS filio adhuc Presbytero contigit, ad annum CCCLXXII, nullo modo differre potuit. Basilius in epistola 254. ad Eusebium Samosatensem data, ait, hiemem adeo intolerabilem fuisse, ut per *duos integros menses*, intra domum, tanquam intra cavernam, clausus manere coactus fuerit. Quæ hiems adeo inclemens currenti anno sævulit, quod non tantum fames, quæ Phrygiam & Cappadociam vexavit, a vi frigoris hiemisque, ut videtur, illata, demonstrat; sed etiam quod in ea Basilius de Demophilo Constantinopolitano Episcopo tanquam de se recenti loquatur. Quare cum *Demophilus* hujus anni initio Episcopus Constantinop. dictus sit, ea epistola præsenti anno sine dubio data, quemadmodum & epistola VII. Basilii ad Eusebium Samosatenum post eam epistolam 254. exarata; cum in septima Basilius dicat, prætermittere se dicere *hiemis odium*, aliaque, ut eidem *pridem significata*. Nam Basilium anno CCCLXXI, vel CCCLXXII. ad amicos de intoleranda hieme anni trecentesimi septuagesimi scripsisse, nullus sibi persuaserit.

Unde, cum in iisdem epistolis, & de hyemis inclementia, & de Emmeliæ matris obitu sermo sit, manifestum est, Basilium de rebus, quæ hoc anno acciderint, verba facere, ideoque Emmeliam præsenti anno demortuam, idque die XXX. Maii, quo ejus memoria celebratur, non vero versus hiemem, ut ex epistola septima ad Eusebium Samosatenum deduci putat Hermantius. Nam in ea epistola ait tantum Basilius, se jam pridem significasse Eusebio *hiemis odium*, & *negotiorum continuitatem*. Tum subdit: *Nunc autem, quod unicum habebam vita solatium matrem, etiam hanc propter*

XII. *Ab hoc anno non removendus.*

nio fallit) omnium sæculorum posteritas exceptura est.

XXXV. Presbyterorum martyrium. *Navis presbyterum portans, eumque non sceleris alicujus convictum, sed fidei causa periclitantem, in mare demittitur, non ut vectorem servet, sed ut perdat. Atque is quidem qui vehebatur, utpote vir pietate præstans, animo erat prompto & alacri; comes autem illi ignis adjungitur; ac novitate pœnæ majorem in modum oblectatur persecutor. Proh spectaculum grave! pro gravem tragœdiam! Navis mari fertur: spectantium multitudo ad littus effunditur, partim insultantium, partim illius vicem lugentium. Quonam pacto rem tantam brevi oratione repræsentabo? Ignis accenditur, navis una cum onere suo absumitur, ignis aqua miscetur, resque inter se contrariæ ad pii viri supplicium concurrunt, duoque elementa corpus unum partiuntur, & novo atque inaudito more facula super mare attollitur; ad quam ut suavem & amicam fortasse quispiam accessit; propior autem factus, miserandum atque incredibile spectaculum offendet, navigationem sine gubernatore, naufragium sine tempestate. Sic presbyter in cinerem dilabitur, immo ne in cinerem quidem, utpote per undas sparsus. Nec vero tantum apud barbaros homines sacerdotii dignitas impetrare quivit, ut minus inhonesto saltem mortis genere interiret; aut si hoc nimium erat; at certe sepultura, quæ ne impiis quidem & facinorosis hominibus negari debet, concederetur. Hæc impii hominis,* nempe Valentis, *æquorea expeditio fuit; hic pii viri finis.* Atque hactenus de eo Gregorius, quem Elias Cretensis ab aliis dictum Urbanum, ab aliis vero Theodolum, sive Theodorum tradit, qui videtur numeratus inter illos octoginta presbyteros: sed haud facile adducimur ut credamus unum hunc a ceteris Gregorium separasse, cum quod ora-

PAGIUS *mea peccata unisi.* Quamobrem epistola illa septima non hieme, sed vere vel æstate scripta; cum in ea dicat Basilius, se jam diu *hiemis odium*, nunc vero matris mortem significare.

XIII. *Valens hujus anni initio orientalem profectionem instituit.* Sed præfatæ duæ *Basilii* epistolæ deinceps scriptæ ad hujus temporis Historiam illustrandam magis examinandæ. Ex epistola 254. ad Eusebium Samosatenum eruimus, *Valentem* hujus anni initio profectionem suam ad Orientem instituisse, ipsoque mense Januario Nicomediam pervenisse, ubi, inquit Socrates lib. 4. cap. 14. substitit, quod *Eudoxius* Arianæ factionis Episcopus statim post Imperatoris discessum extremum diem obierat, & Ariani *Demophilum* in ejus locum substituerant, Orthodoxi vero *Evagrium*, exindeque contentiones inter Arianos & Orthodoxos ortæ essent. Quam Eudoxii mortem hujus anni initio contigisse ex laudata Basilii epistola 254. manifeste colligitur. Ubi enim Basilius de hiemis rigore locutus est, ait: *Jamdudum Constantinopoli hæret Demophilus, de quo qui huc ad nos appellunt singuli, unanimi consensu deprædicant, illum veritatis & pietatis fictam sibi personam superinduxisse, ea tamen successu, ut divulsa civitatis illius, & distractæ factiones coaluerint*, &c. Tum subdit: *Ecclesiæ vero partes ceteræ, per Dei gratiam rectissime sunt affectæ. Deum porro omnes venerantur obnixius, ut vere proximo te liceat in hisce regionibus coram denuo intueri & affari.* Scripta itaque ea epistola hieme currentis anni, ut in eadem Basilius diserte indicat, & demonstrat desiderium videndi verno tempore Eusebium, quo se teneri scribit. Præterea, cum in ea epistola de Ecclesiarum persecutione sermonem non habeat, ea ante hujus anni æstatem, qua *Valens* Ecclesiarum pacem turbavit, data. Denique ex epistola septima ad Eusebium Samosatenum post epistolam 254. scripta, manifeste apparet, hanc ante æstatem missam. In illa enim Ecclesiam jam vexatam scribit: *Porro Ecclesiæ fere ut corpus meum affectæ sunt, nulla quidem spe bona affulgente, verum in deteriora rebus semper delabentibus.* Quare cœpta tunc erat persecutio, cumque in ea epistola *Emmeliæ* matris mortem Eusebio significet, non dubium quin ea die XXX. Maii, quo nomen ejus in Martyrologiis legitur, e vivis excesserit, & post illum diem Basilius hanc epistolam 7. scripserit.

XIV. *Dedicatio Ecclesiæ Constantinopolitanæ.* Idacius in Fastis sub hujus anni Consulibus scribit: *Dedicata est Sancta Ecclesia, ubi beati Apostoli positi sunt, V. Idus April.* id est, die nona Aprilis, quæ hoc anno cum feria sexta concurrebat. Ex quo & liquet, nondum usum hoc tempore invaluisse, ut Ecclesiarum dedicationes diebus Dominicis, aut festis solennibus fierent. De eadem dedicatione loquitur Hieronymus in Chronico hoc anno, licet diem non exprimat, quem tamen diserte memorat Auctor Chronici Alexandrini. Ecclesia Apostolorum a Constantino quidem ædificata & dedicata fuerat, sed jam anno CCCLVIII. ruinam minabatur; quod in causa fuit, cur *Macedonius* Constantinop. Episcopus Constantini Magni corpus inde auferri jusserit, ut legitur in Annalibus. Hermantius in Vita SS. Basilii & Gregorii Nazianzeni lib. 4. cap. 14. existimat, Valentem Constantinopoli ante eam dedicationem peractam digressum non esse. Sed ex duabus præfatis Basilii literis inter se comparatis apparet, ipso anni initio Valentem profectionem suam instituisse, cum Demophilum jam ante verum tempus Eudoxio successisse ex iisdem constet. Denique septima illa epistola a Basilio adhuc Presbytero procul dubio scripta, ut ex ejus lectione colligere est, saltem nullum in ea verbum, quod eum tunc Episcopum fuisse innuat.

XV. *Ex Basilii morbo uno eodemque matris ejus innotescit.* In utraque laudata epistola se morbo affici ad Eusebium Samosatensem scribit *Basilius*, indeque intelligimus, eas epistolas alio quam currenti anno datas non esse. In epistola enim sexta, quam post easdem ad eundem Eusebium scripsit Basilius, ait, paululum se ex morbo convaluisse, & in foribus adesse hiemis inclementiam, quæ etiamsi solito contigerit tolerabilior, se tamen domi cohibere. Concludit, se intra ædes ejus eum complexurum, si vitæ tempus non defecerit, *nec fames minus pervium iter reddiderit.* Quamobrem hæc epistola ipso hujus anni fine ad Eusebium missa, ex eaque manifeste liquet, non alio anno scriptam, quam eo, quo fames Cappadociam afflixit, currenti nempe. Baronius in Annalibus, ubi Basilium anno CCCLXIX. Episcopum renuntiatum esse credit, antequam de ejus inauguratione verba faciat, de *Emmeliæ* obitu sermonem habet, recitatque epistolam se-

oratione profitetur (id scilicet recensere, ut ab audientium oculis præ commiseratione excutiat lachrymas) magis miserabilis casus omnium, quam unius tantum, præstare id uberius valuisset.

XXXVI. Quo tempore, cum Ecclesia Constantinopolitana acerbissimis hisce quateretur fluctibus, Damasum Romanum Pontificem illuc misisse sanctum Zenobium creatum postea Episcopum Florentinum, qui insultantem Arianorum petulantiam penitus coerceret, ejus vitæ (a) Acta habent: ibique cum duos a dæmonibus obsessos, spectante populo, liberasset, Arianorum quoque procacia eo spectaculo coercita pariter traditur: non tamen pro vero habendum (quod eventus probavit) ipsos posthac omnino quievisse, ut falso existimatum est; quin potius eo recedente, liquet eosdem acrius sæviisse. Constat quidem sanctum Basilium ad Occidentales Episcopos, de his quæ Orientalis Ecclesia pateretur, litteras dedisse, quarum ipse meminit in secunda ad eosdem missa legatione, de qua agemus anno sequenti. Desiderantur tamen ipsæ litteræ Basilii primo loco ad Occidentales scriptæ: siquidem quæ ad eosdem ab ipso datæ leguntur, de aliis antea ad eos scriptis litteris mentionem faciunt, quæ non extant: aliæ vero inferius secundum legationum ordinem disponentur.

Zenobius missus a Damaso.

(a) Extant apud Sur. t. 3. die 25. Maii.

XXXVII. Jam reliquum est, ut Valentis Imperatoris iter Antiochiam proficiscentis, & ubique impietatis suæ atque sævitiæ impressa vestigia relinquentis, eademque indelebilia posterorum memoriæ conservata, oratione prosequamur. Nicomedia enim recedens, contulit se cum suis Cæsaream Cappadociæ, vexaturus Ecclesiam illam, a qua hactenus visus esset haberi contemptui; nempe quod præter suorum magistratuum sententiam creassent Orthodoxæ fidei insignem defensorem, acerrimumque propugnatorem Magnum Basilium; quodque reliquis jam prope omnibus Episcopis Catholicis ex suis ipsorum sedibus pulsis, ipse solus videretur invito Imperatore sedere, aliisque cunctis periclitantibus Ecclesiis præsto esse. Quid autem actum sit a Valente adversus Basilium, cum Cæsaream venit; Sozomenus (b) & alii cum recitant, plane hallucinantur, dum putant adventum Valentis Cæsaream eo tempore contigisse, quo Eusebii ejus civitatis Episcopi adversus Basilium simultas illa vigebat. Nam Basilio jam Episcopo creato, Valentem eo pervenisse, ipsa rerum gestarum series plus certo declarat: sed & ipsum accessum Valentis Cæsaream accidisse hoc anno, ipso Valente cum fratre tertium Consule, quo Eudoxius defunctus est, satis est superius demonstratum. Ait igitur Sozomenus (c).

Valens venit Cæsaream Cappadociæ.

(b) Sozom. l. 6. c. 15.

(c) Ibidem.

XXXVIII. *Valens, relicta Nicomedia, iter Antiochiam versus capessit; quo quidem in itinere cum Cappadociam pervenisset, Orthodoxos pro more suo gravibus afficere incommodis, & ecclesias eorum Arianis tradere laboravit, &c.* Hæc Sozomenus. Quonam modo autem cuncta se habuerint, a nullo certius atque fidelius, quam ab ipso Gregorio Nazianzeno, qui aderat & magna pars fuit, accipere licet. Ipse igitur publice pro concione eamdem peregregiam prosecutus historiam, hisce verbis eam exorditur (d):

(d) Greg. Naz. orat. in laudem Basilii.

XXXIX. *Ut vero alia omnia pervagatus Valens, in hanc,* nempe Cæsariensem, *firmam & ab omni injuria tutam Ecclesiarum matrem impetum fecit, ut vitalem quoque illum veritatis igniculum, qui solus reliquus erat, opprimeret; tum primum malum se consilium iniisse intellexit. Nam, ut sagitta in durius ac solidius corpus incidens, repulsus est, ac rudentis instar effractus cessit. In talem Ecclesiæ Antistitem incidit; in tantum scopulum impactus sese infregit ac dissolvit. Atque alia quidem ex eorum, qui tunc periculum fecerunt, sermone ac commemoratione accipere licet. Nemo autem est, qui non hæc memoriæ prodat: verum ii demum admiratione defiguntur, qui perspecta atque explorata habent illius temporis certamina, insultus, pollicitationes, minas, illos ex Senatorio ordine ad eum missos, eumque flectere annitentes, illos ex militari, illos ex gynæceo,* nempe Eunuchos, *illos, inquam, inter feminas viros, & inter viros feminas, atque una tantum impietate viriles, qui cum naturali modo libidinari nequeant, quod unum possunt lingua scortantur; illum denique Nabuzardum (e) coquorum præfectum artis suæ gladios minitantem atque ad ignem sibi congruentem transmissum.* Erat hic Demosthenes dictus, de quo inferius; sed pergit Gregorius:

Valens quid cum Basilio Cæsareæ.

(e) 4. Reg. 25.

Ego

PAGIUS

septimam Basilii ad Eusebium, in qua eadem mors nuntiatur. Recte quidem Baronius, juxta eam quam de Basilii Episcopatu imbiberat opinionem. Sed, cum modo certo constet Basilii Episcopatus initium anno CCCLXXI. affigendum esse, *Emmeliæ* obitus septimaque illa epistola a currenti anno removeri non possunt.

XVI. A num. XXXIX. ad LVII. *S. Basilius* bis a Valente Aug. *impugnatus*. *Primo*, dum Cæsariensis Ecclesiæ adhuc Presbyter esset. *Secundo*, cum ejusdem urbis Episcopatum administraret. Primam incursionem Baronius consignat anno CCCLXVI. quam opinionem secutus est etiam Hermantius in Vita SS. Basilii & Gregorii Nazianzeni lib. 3. cap. 10. Verum eo anno Valens Aug. Cæsaream non venit, sed anno CCCLXV. teste Ammiano lib. 26. in illius anni gestis; quod etiam clare testatur subscriptio Legis 5. Codicis Theodosiani *De Susceptoribus*, quæ data dicitur *IV. Non. Jul. Cæsarea Valentiniano & Valente AA. Coss.* anno nempe CCCLXV. In ea vero urbe constitutus Valens

Basilius bis a Valente impetitur.

XL. *Modestus Præfectus quid in Basilium.* *Ego vero id, quod ex omnibus ejus laudibus summe admiror, & quod ne, si cuipiam quidem, præterire queam, breviter, quoad ejus fieri poterit, exponam. Eccui tandem incognitus ille est, qui tum apud nos Præfecti munere fungebatur, cum suapte feritate adversus nos præsertim inflammatus (nam ab illis quoque baptismi aqua tinctus vel potius obrutus atque confectus fuerat) tum amplius quam necesse haberet; Imperatori subserviens, atque ex eo quod ille omnibus in rebus obsequeretur, diuturnius imperium sibi conservans?* Erat hic Modestus nomine, auctor cædis (ut vidimus) octoginta illorum presbyterorum nuper in mari apud Nicomediam incensorum; qui ob egregiam improbitatem & navatam impigre operam adversus Catholicos præcipue, non præfecturis tantum insignitus fuit; sed & post sequentem annum cum Arintheo Consulatum gessisse reperitur; verum & auctum quoque nobilissima præfectura Prætorii, Zosimus, (a) auctor est: quod & aperte indicant Imperatoria rescripta ad eum data; cui his versibus eleganter illusit Cyrus Theodorus (b):

Præfectus es tu cæteris quidem omnibus,
Modeste, verum Basilio Magno subes:
Præesse quamvis gestias, subes tamen:
Formica sane es, rugiat licet ut leo.

(a) Zosim. lib. 4.

(b) Vide orat. in laudem Basilii schol. Bibli 70. al. in nova edit. 72.

XLI. Sed subdit Gregorius: *Ad hunc adversus Ecclesiam frementem, leonisque speciem præseferentem, ac leonis more rugientem, tamque ferum & immanem, ut a multis ne adiri quidem possit, vir præclarus adducitur, immo vero ingreditur, perinde ac si non ad judicium, sed ad festi celebrationem vocaretur. Quonam autem modo vel Præfecti audaciam, vel Basilii virtutem & sapientiam, cum qua ei restitit, satis digna oratione complectar? Quæ tua est, inquit, ratio bene tu (nomine illum compellans, nondum enim Episcopi nomine appellandum ducebat) ut tanto imperio obsistere audeas, solusque omnium præfracte & contumaciter obluctaris? Quorsum, respondet Basilius, hæc oratio spectat, & quænam hæc est contumacia? nondum enim id satis intelligo. Quoniam, inquit ille, Imperatoris religionem minime profiteris, omnibus aliis jam substratis ac superatis. Non enim, inquit Basilius, hæc vult Imperator meus, nec creaturam ullam adorare sustineo, cum & Dei creatura sim, & Deus esse jubear. Nos vero, inquit ille, qui hæc imperamus, quid tandem tibi videmur? Nihil sane, inquit Basilius, dum hæc jubetis. Age vero, inquit ille, non magnum & honorificum existimas ad nostras partes adjungi, sociosque nos habere? Ad hæc Basilius: Vos quidem Præfecti estis & illustres, non inficias eo; minime tamen Deo præstantiores. Socios autem vos habere, mihi quidem amplum, & honorificum fuerit (quidni enim, cum ipsi quoque Dei creaturæ sitis?) sed & alios quosdam ex his qui nobis subjecti sunt. Non enim personarum dignitate, sed fidei integritate Christianismus insignitur.*

Confictatio Modesti cum Basilio.

XLII. *Modestus urget Basilium.* *Hac oratione commotus Præfectus, & majori ira succensus, de subsellio surrexit, atque asperioribus verbis cum eo agere perrexit. Quid? inquit ille, po-*

PAGIUS lens, indeque jam profecturus, *ut vaporatis æstibus Cilicia jam lenitis* ad Antiochiam procurreret, de Procopii Tyrannide didicit. Quare factum, ut *Valens* retrocederet. Unde cum *Procopii* defectio anno CCCLXV. acciderit, eo anno, non vero insequenti, Valens Cæsareæ fuit. Sed eo tempore Basilius in eremo latitabat, & Valens Orthodoxos nondum persequebatur.

XVII. *Iterum impetitur.* Posteriorem incursionem Baronius hoc anno narravit. Certum tamen indubitatumque, anno tantum currenti Basilium adhuc Presbyterum a Valente Imp. primo impetitum, alteramque in eum jam Cæsareæ Episcopum renuntiatum impressionem nonnisi post aliquot annos factam esse. Combefisius in Notis ad Theophanem pag. 565. scribit, Baronium errasse, quod uno Valentis Cæsaream accessu posito, eo profectum existimet, cum Nicomedia iter agens Antiochiam perrexit. Subjungit Combefisius, semel & iterum, Antiochiam videlicet euntem, & ea revertentem, iter Cæsarea Valentem fecisse, & in eam ingressum, Baronium non advertisse. At dupliciter ipsemet Combefisius fallitur. Nam Baronius primam *Valentis* in Basilium Presbyterum incursionem loco laudato ex Gregorio Nazianzeno recitat. Secundam vero pluribus hoc anno refert. Deinde verum non est, Valentem, dum Antiochia rediret, Cæsaream venisse, cum, ut mox visuri sumus, longe tardius Valens Cæsaream Basilium Episcopum ad suam sectam deducturus, dedita opera sese contulerit. Tria itaque hactenus ignorata nobis hic demonstranda. Primum, Basilium anno tantum sequenti Cæsareæ Episcopum ordinatum, ideoque præsenti anno a Valente primo impugnatum. Secundum, eundem Imperatorem præsenti anno Antiochiam non pervenisse, sed Cæsarea Constantinopolim rediisse. Tertium, secundam Valentis in Basilium jam Episcopum impressionem contigisse anno circiter trecentesimo septuagesimo quinto. Quibus demonstratis, Basilii epistolæ magna ex parte a Viris doctis suis annis reddi poterunt.

XVIII. *Basilius adhuc Presbyter impugnatus.* *Valens* itaque ipso currentis anni initio Constantinopoli relicta, Antiochiam contendit, ipso enim anni exordio eum sese viæ dedisse jam supra ostendimus. *Aberat Constantinopoli Imperator in Oriente*, inquit Gregorius Nyssenus lib. I. contra Eunomium pag. 312. *elatus mente, rebus contra Barbaros non ita pridem feliciter gestis, existimansque cupiditatibus suis nihil omnino adversari debere: præcedebat eum Præfectus* (scilicet Modestus) *specie quidem, quasi necessaria Imperatoris adventui præparare deberet; revera autem, ut Orthodoxos propriis sedibus exterminaret, in ejectorumque locum alios non legiti-*

Baron. an. 366. n. 102.

testatem banc non pertimescis? Cur vero pertimescam? inquit Basilius. Quid fiet? quid patiar? Quid patieris? intulit ille; unum e tam multis, quæ meæ sunt potestatis. Quænam hac? subjunxit Basilius; fac enim intelligamas. Bonorum, inquit ille, proscriptionem, exilium, cruciatus, mortem. Tum Basilius: Si quid aliud babes, id mibi minitare: horum enim quæ adhue commemorasti, nibil nos attigit. Quonam modo? inquit ille. Quoniam, inquit Basilius, bonorum proscriptioni obnoxius non est, qui nibil babet; nisi forte laceris, & detritis bisce pannis indiges, ac paucis libellis, in quibus omnes mibi facultates & copiæ sunt. Exilium autem haud cognosco, qui nullo loco circumsceiptus sum; ac neque teeram banc, quam nunc incolo, meam babeo; & eam omnem, in quam projectus fuero, pro mea duco; immo, ut rectius loquar, universam teeram Dei esse (a) scio, cujus advena ego sum & peregrinus. Jam tormenta quid accipere queant, cum corpus desit? nisi forte primam plagam dixeris; bujus enim solius penes te arbitrium & potestas est. Mors porro beneficii loco mibi erit; citius enim me ad Deum transmittet, cui vivo, & munere meo fungor, maximaque ex parte moetem obii, & ad quem jampridem propero.

(a) Psalm. 23.

XLIII. *Quo sermone obstupefactus Præfectus: Nemo, inquit, me (nomenque suum adjunxit) ad bunc usque diem ita est allocatus, nec pari verboeum libertate. Neque enim, ait Basilius, fortasse in Episcopum incidisti; alioqui boc prorsus modo disseruisset, pro bujusmodi rebus in certamen veniens. Nam cæteris quidem in rebus, o Præfecte, mansueti & placidi sumus, atque omnium abjectissimi, quemadmodum nobis boc lege præscriptum est (b); ac non dicam adversus tantum Imperatorem, sed ne adversus plebejum quidem quemquam & infimi ordinis bominem supercilium attollimus. Verum ubi Deus nobis periclitatur ac proponitur, tum demum alia omnia pro nibilo putantes ipsum solum intuemur. Ignis autem, & gladius, & bestiæ, & ungulæ carnem lacerantes, voluptati nobis ac deliciis potius sunt, quam terrori. Proinde contumeliis nos affice, comminare, fac quicquid collibuerit, potestate tua fruere; audiat bæc etiam Imperatoe; nequaquam profecto nos vinces; nec efficies, ut impiæ doctrinæ assentiamur, ne si ipse quidem atrocioea miniteris.*

Episcopus quomodo elatus & humilis.

(b) Luca 22. Matth. 20.

XLIV. *Hæc postquam Peæfectus dixit, atque audiit, ipsiusque contentionem animi eam esse cognovit, ut nulla vis eum perterrefacere ac supeeaee posset; ipsum quidem foras misit, atque ablegavit, non jam cum iisdem minis, sed cum quadam reverentia, & submissione. Ipse autem quam celerrime potuit, Imperatorem adiens; Imperator, inquit, ab bujus Ecclesiæ Antistite victi sumus; minis supeeioe est, sermonibus firmioe,*

Modestus victus a Basilio.

PAGIUS

mo vocatos & ordinatos, in contemptum & injuriam Ecclesiæ, substitueret. Hac igitur mente, velut nube quadam malorum, cum violentia & exagitatio contra Ecclesias ex Propontide progressa esset, & Bithyniam quidem ex improvisa desolasset, Galatiamque sine labore vastasset, & cum omnia illis ad voluntatem fluxissent; jam serpenti malo objiciebatur nostra Regio. (nempe Cappadocia) *Quid igitur Magnus Basilius?* &c. Vides, Valentem Imp. Cæsaream non venisse ad Basilium impugnandum, nisi post bellum Gothicum confectum, pacemque cum Athanarico Gothorum Rege anno præcedenti sancitam: verumque esse quod Socrates lib. 4. cap. 14. Sozomenus lib. 6. cap. 13. & Auctor Vitæ Sancti Athanasii apud Photium pag. 1449. testantur, Valentem scilicet Constantinopoli Nicomediam Bithyniæ venisse: ubi ob Evagrii ordinationem, post Eudoxii Constantinopolitani Episcopi Ariani mortem, a Catholicis factam, aliquantisper substitit, ut Sozomenus & Socrates notant. Tunc etiam factum quod scribit Philostorgius lib. 9. cap. 8. *Post hæc Nicæam profectus, ut Episcopum illic ordinaret, mortuus enim erat Eugenius urbis illius Episcopus: priusquam ei negotio finem imposuisset, obiit e vita. Demophilus vero a Berrœa translatus est Constantinopolim, Imperatore sententiam Synodi comprobante.* Dein Valens *Cyzicum* Mysiæ urbem ad Propontidem venit, ubi IV. Idus Junii dedit Legem 17. Codicis Theodosiani *Quorum appellationes*. *Cyzico* in *Galatiam* se contulit, ut ex Gregorio Nysseno mox laudato colligere est, qui & asserit, Valentem e Galatia Cæsaream, ubi Sanctus Basilius erat, sese contulisse.

XIX. Basilium tunc Presbyterum fuisse magis probatur.

Basilium tunc tantum Presbyterum fuisse scribunt Theophanes & Cedrenus, ac ante eos Sozomenus lib. 6. cap. 15. ubi de Valente & Arianis Episcopis, quos secum ducebat, loquens tradit: *Simul atque nuntiatum est, eos in Cappadociam contendere, Basilius Ponto decedens sua sponte motu venit Cæsaream. Et cum Eusebio* (Cæsareæ Episcopo) *quidem in gratiam reversus est: Ecclesiam vero opportune admodum eloquentia sua subsidio adjuvit. Valens itaque una cum Episcopis, quos secum habebat, conatu suo depulsus, tum quidem re infecta discessit.* Hinc retrahenda, quæ Baronius anno CCCLXVI. de discessu Basilii & Gregorii Nazianzeni e Ponto, ac de Basilii cum Eusebio Episcopo suo reconciliatione dicit. Ea enim, ut ex his Sozomeni verbis liquet, hoc anno gesta. Quamobrem Basilius adhuc Presbyter erat quando hoc anno Valens Cæsaream venit. Respondet Baronius, Sozomenum hac in re errasse. At Gregorius Nyssenus loco laudato, Sozomenum recte scripsisse Eusebium Cæsareæ Episcopum adhuc vixisse, confirmat. Ait enim: *Post illas in Bithynia tragœdias, devictosque solita facilitate Galatas, nullius negotii existimabat, etiam apud nos arbitratu suo insanire. Rebus vero futuris exordium dedit oratio minis simul & promissis mixta: & siquidem obtemperaret Basilius, promittebat honores omnes ab Imperatore, & præterea Ecclesiæ gubernaculum & clavum: si reluctaretur, proponebat omnia, quæ acerbitas animi cum potestate quidvis agendi conjuncta excogitare potest.* Postea Nyssenus pag. 315. scribit, Imperatorem ita

Baron. an. 366. n. 11. & seqq.

mior, verborum blanditiis fortior. Ignaviorum alius quispiam tentandus est; huic autem aut vis aperte inferenda, aut non expectandam ut minis cedat. Qua de causa factum suum improbans Imperator, Basilique laudibus victus (virtus enim hosti quoque admirationi est) vim ipsi adhiberi vetuit; idemque ipsi accidit, quod ferro solet, quod quamvis igni emolliatur, ferri tamen naturam retinet; minisque in admirationem conversis, illius quidem societatem haud quaquam amplexatus est, quod mutationem erubesceret; caeterum rationem quaesivit, qua honestissime ipsi satisfaceret, quam etiam oratio declarabit.

XLV. Valens Imperator adiit Ecclesiam Basilii.

Nam cum universa satellitum manu stipatus ingressus fuisset in templum (erat autem Epiphaniæ dies, cœtusque amplissimus) ac laicorum numerum auxisset, ad hunc modum defunctorie cum eo se coniunxit. Ac ne hoc quidem prætermittendum est. Postquam enim intus fuit, atque ipsius aures psalmorum cantu non secus ac tonitruo quodam personuerunt, plebisque pelagus vidit omnemque ordinem, & concinnitatem, quæ tam in sacrario quam prope sacrarium erat, angelicam potius quam humanam; atque ipsum quidem ante populum recto corpore stantem, qualem Scriptura (a) Samuelem describit, nec corpore, nec oculis, nec animo, perinde ac si nihil novi contigisset, ullam in partem se moventem, sed Deo, ut ita dicam, & altari affixum; eos autem, a quibus cingebatur cum timore quodam ac reverentia stantes; hæc, inquam, simulatque perspexit (nec enim simile quippiam umquam viderat) humanum quiddam passus est, atque oculorum vertigine ac tenebris totus impletur. Atque id plerisque adhuc obscurum & incognitum erat.

(a) 1. Reg. 7.

XLVI. Valens pene exanimatur.

Verum cum dona, quæ ipsemet effecerat, divinæ mensæ offerenda essent, nec quisquam ut mos ferebat, simul ea caperet (quod non satis liqueret an ea Basilius accepturus esset) tum vero manifeste se affectus prodidit: Ita enim titubare cœpit, ut nisi quispiam ex sacrariis ministris vacillantem supposita manu retinuisset, misere utique & luctuose prolapsurus fuerit. Jam vero quæ ad ipsum Imperatorem & quanta cum sapientia prolocutus est (cum quidem ille nescio quomodo rursus nobiscum in Ecclesiam se contulisset, & intra velum extitisset, atque in illius conspectum colloquiumque quod jam pridem expetebat, venisset) quidnam aliud dicendum est, nisi Dei voces eas fuisse, quas & qui cum Imperatore erant, & nos qui simul ingressi fueramus, audivimus? Hinc Imperatoriæ erga nos humanitatis, & clementiæ principium natum, & constitutum est: hæc occasio maximam impressionis illius, qua tum vexabamur, partem, non secus ac fluctus quosdam, fregit ac dissolvit.

XLVII. Basilio decernitur exilium.

Sequitur alia narratio superioribus nequaquam inferior. Vincebant improbi, atque adversus Basilium exilium decernitur; nec quicquam eorum quæ ad eam rem attinebant, desiderabatur. Nox aderat, in promptu currus, in plausu hostes, in luctu pii; nos parati atque alacris viatoris latus

PAGIUS

ira inflammatum cursus fortunam expertum esse, *Modesto ira multo vehementius quam prima impressione accenso*. Utraque itaque incursio facta, dum Modestus Præfectus Prætorio esset. Is autem ante currentem annum Præfectus Prætorio non fuit, ut in fine anni superioris dixi; ideoque Basilius hoc anno adhuc Presbyter erat, quando Modestus eum minis & promissis flectere conatus est. Quod si Basilii ordinatio in diem XIV. Junii, quæ in omnibus Martyrologiis & Menæis notatur, facta fuerit, manifestum est, eum hoc anno Episcopum renuntiatum non esse: non enim parum Cyzicum, ubi IV. Idus Junii Valentem fuisse diximus, ab urbe Cæsariensi distat, ideoque nonnisi post decimum quartum Junii diem Valens Cæsaream pervenire potuit. Sed argumenta, quæ a diebus ordinationis, aut natalibus Sanctorum in Martyrologiis descriptis eruuntur, non magnum robur habent; cum innumeris exemplis constet, non raro Sanctos, aut mortuos, aut ordinatos aliis diebus, quam quibus in Tabulis Ecclesiasticis coluntur. Hoc unum nobis sufficere debet, *Basilium*, quando primum a Valente impugnatus, Presbyterum tantum fuisse, eamque aggressionem ante currentem annum nullo modo accidere potuisse.

XX. *Valens Constantinopolim redit.*

Valens videns, *Basilium* neque potentia perfringi, neque labefactari minis, neque exorari promissis posse, petendæ Antiochiæ consilium mutavit, & Constantinopolim hoc anno rediit. Jam *pridie Nonas Aug.* Hierapolim, quæ urbs magna Phrygiæ, pervenerat; eo enim die emisit Legem unicam Codicis Theodosiani *De jure Italico urbis Constantinopoleos*. Ibidem *IV. Idus Aug.* dedit Legem 3. Codicis Justinianei *De Defensoribus civitatum*. Tum XIV. Kal. Octob. Legem 6. Codicis Theodosiani *De Tyronibus*, ad Modestum P. P. Ac denique XVI. Kal. Octob. Legem 19. ejusdem Codicis *De Episcopis* ad Modestum P. P. Digressus Hierapoli Constantinopolim reversus est, ubi *II. Idus Decemb.* currentis anni dedit Legem 8. Codicis Theod *De Maleficis* ad Modestum P. F. Quibus positis, quis sibi imposterum persuadere poterit, Valentem hoc anno, vel sequentis initio Antiochiam accessisse, Constantinopoli octingentis circiter passuum millibus dissitam. Illuc enim neque antequam Cyzicum veniret, proficisci potuit; cum Cyzicum, ubi ineunte Junio Imperator erat, non longe ab urbe Constantinopolitana posita sit: neque etiam postquam Cyzicum reliquit, Antiochiam sese conferre potuit; cum hinc ad Cæsaream longissima sit via, per tres circiter menses Valens Hierapoli moratus fuerit, & mensis Decembris initio Constantinopoli jam fuerit. Perperam itaque Zosimus lib. 4. pag. 742. & Ammianus initio libri 29. a Gothofredo in Chronologia Codicis Theodosiani hoc anno eam in rem adducti; ut anno CCCLXXII. quo Valens Antiochiam adventavit, demonstrabimus. Neque etiam *Hierapolis*, ubi memoratæ Leges emissæ, *Hierapolis Syriæ* est, ut explicat Gotho-

tus cingebamus; nihil denique, quod ad præclaram ignominiam spectabat, requirebatur. Qui hæc scribit Gregorius, cum tunc simul esset inter illos qui cingebant latus Basilii, seque exilii comites sancto viro exhibere studebant, loserius tradit eadem oratione, nihil amplius Basilium fategisse, quam ut unum ex comitibus, acceptis pugillaribus, juberet se sequi. Rursum vero ubi supra Gregorius: *Sed quid*, inquit, *accidit? Exilii decretum Deus rescindit. Nam qui Ægypti adversus Israelitas sævientis primogenitos percussit, idem Imperatoris quoque filium morbi plaga afficit; & quidem qua celeritate! Illinc exilii tabulæ, hinc morbi decretum ac scelerati scriptoris manus inhibetur, & sanctus periculo liberatur. Ita febris beneficio servatur vir pius, Imperatoris audaciam coercentis. Quid hoc Dei judicio vel æquius, vel celerius fingi atque excogitari potest? Postea autem Imperatoris filius ægrotabat, afflictoque corpore erat: pater etiam, utpote pater, simul ægrotabat, remedium undecumque morbo conquirens, atque optimos quosque medicos seligens, ac precibus ut si alias umquam, incumbens, humique provolutus: nam Reges quoque humiles & abjectos reddit calamitas; nec mirum, cum Davidem etiam prius ob filii* (a) 2. Reg. 12. *morbum eodem morbo affectum fuisse, Scriptura testetur* (a).

XLVIII. *Cum autem huic malo medicinam nullam inveniret, ad Basilii fidem confugit; & quoniam ob contumeliam recens ipsi illatam, eum suo nomine accersere præ pudore non auderet; aliis, quos arctissima familiaritate & benevolentia devinctos habebat, hanc legationem committit. Ille vero nihil cunctatus, nec, quod fortasse alius fecisset, adversus tempus insultans, confestim affuit, atque ad ejus adventum statim levior fit morbus, paterque meliorem spem animo concipit. Quod nisi salsam aquam dulci admiscuisset, simul videlicet & ipsum advocans, & hæreticis credens, sanum quoque, & incolumem filium fortasse recepisset; atque id pro certo, & indubitato habebant qui tunc aderant, calamitatisque participes erant*. Valens filio orbatur.

Idem autem & ipsi Præfecto, nempe Modesto, *non multo post accidisse narrant. Nam hunc quoque morbus quispiam obortus viri sancti manibus subservit. Nam profecto plaga cordatis hominibus doctrina efficitur, ac plerumque prospero rerum successu potior & præstabilior est afflictio. Ægro corpore erat, illacrymabat, distorquebatur, Basilium accersebat, obsecrabat: Satisfactionem habes, clamabat; da salutem. Et quidem hanc consecutus est, ut & ipse fatebatur, & multis hujus rei ignaris persuadebat. Neque enim illius virtutes admirari ac prædicare desinebat*. Hucusque Gregorius. Modesto quidem Præfecto ægrotanti, exposcentique Basilii auxilium Cyrus Theodorus illis versibus insultavit: XLIX. Modestus Præfectus ægrotans supplex orat Basilium.

Eccumne nuper qui fremebat ut leo,
Virumque sanctum territabat insolens:
Nunc ingemiscit, nunc miser jam supplicat,
Petit levamen; quodque postulat, capit.

His autem sic de Valente a Gregorio recensitis veteres alii alia addunt, ut inter cæteros Gildas Sapiens (b): *Cum*, inquit, *ab iniquo Principe minæ hujusmodi in-* L. (b) Gild. orat. in in Eccl. ordin.

PAGIUS

thofredos citatus, sed *Hierapolis Phrygiæ*, quod ostendit ipsemet Zosimus, quando ait, Valentem veron tempore Antiochia Hierapolim profectum esse, idcoque non hoc anno, quo tantum sub æstatis finem Hierapolim venit.

XXI. Eusebii Cæsariensis Episc. obitus. Enituit & *Eusebii Cæsareæ Episcopi* virtus, sive in sustinenda, sive in depellenda Hæreticorum procella. Gregorius enim Nazianzenus in Oratione de funere patris non tantum mortem ejus gloriosam fuisse, ac non longe post reconciliationem cum Basilio, repulsumque ab utroque Valentem accidisse refert, sed etiam Eusebium in persecutionibus invictum animum ostendisse ait: *Rursus eadem civitas eandem ob causam seditione laborabat*, (sc. post mortem Eusebii) *eo nimirum, qui honesta & egregia vi ad Episcopatum pertractus fuerat, celeri morte arrepto, atque ad Deum, cujus causa in persecutionibus fortiter, strenueque decertaverat, profecto*. Non una illi fuit persecutio; nam sub Juliano Apostata multa passus est, & sub Valente secundæ persecutionis agonem fortiter explevit. Ex celeri a Gregorio vocata morte *Eusebii* Baronius deducit, cum repentino, violentoque morbo confectum ex hac vita sublatum. Verum Gregorius aliud non indicat, *quam Eusebium* cito mortuum esse, postquam Basilius e Ponto rediit Cæsaream. Amphilochius quippe in Vita S. Basilii dicit, *Eusebium* post

Baron. an. 360. n. XLVI.

adventum Basilii *non multo post temporis* obiisse. Idem affirmat Gregorius Presbyter in Vita S. Gregorii Nazianzeni, qui de Eusebio Cæsariensi ait; *Neque multo interjecto tempore* (post reditum sc. Basilii) *Præses Ecclesiæ, quem diximus*, (sc. Eusebius) *meliorem ad vitam translatus est*. Ex quibus etiam liquet, *Basilium* ante præsentem annum e Ponto Cæsaream reversum non esse; cum Eusebii mors anno sequenti contigerit. Præterea Nazianzenus in Oratione de laudibus Basilii, explicationem Baronii rejiciendam demonstrat; cum tradat, *Eusebium* in manibus *Basilii* suavissime animam exhalasse: *Cum is, qui nomen a pietate apposite ducebat*, (Eusebius enim, *Pium* Latine significat) *ex hac vita migrasset, atque in ipsius manibus animam suaviter exhalasset, ad excelsam Episcopatus Sedem evehitur*, nempe Basilius.

Hinc in Martyrologio Hieronymiano ad diem XXI. Junii legitur; *In Cæsarea Depositio S. Eusebii Episcopi*. Quæ verba tam in hoc, quam in aliis Martyrologiis de Eusebio Cæsareæ in Cappadocia Episcopo intelligenda esse, ostendi anno CCCXL. num. XXIV, dum de Eusebio Palæstino egi. Baronius *Eusebium* nostrum non solum in Sanctorum Episcoporum classem non retulit, ut videre est anno CCCLXII. num. LXIII. sed etiam ejus electionem, ut quodammodo violentam, damnare videtur. Verum Florentinius XXII. Sanctitas.

inteatarentur, quod nisi in crastinum Ariano cœno, ut cæteri, macularetur, esset omnino moriturus; dixisse fertur: Ego sane cras ero sicut hodie; tute utinam mutares. Ac rursum: Utinam haberem aliquid digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis hujus absolveret. Sed & Theodoretus (*a*) de Valente subscribere conante decreto exilii Basilio irrogandi: *Jubet*, inquit, *edictum de illo in exilium mittendo conscribi. Quod cum sua manu ratum facere conaretur; ne apicem quidem unum alicujus litteræ facere potuit: siquidem ruptus est calamus; neque id semel, sed iterum ac tertio accidit. Ac cum impium illud edictum confirmare impensius laboraret, concussa est dextera, tremorque eam occupavit, atque cum animo esset præ metu prope attonito, chartam manibus laceravit.* Hæc Theodoretus. Socrates (*b*) vero de puero ægrotante hæc amplius:

(a) Theod. l.4. c.27.

Calamus frangitur & dextera obriget.

(b) Socrat. l.4. c.21.

LI. *Filius Valentis, nomine Galates, qui tenera admodum ætate fuit, graviter ægrotare cœpit, ut medici de ejus vita penitus desperarent. Cujus mater Dominica Imperatrix retulit ad Imperatorem, se per quietem ab horrendis visis valde divexatam fuisse; puerumque propter contumeliam, quam Basilius Episcopus fuisset ab eo perpessus, morbo affictari. Quæ Imperator animo diligenter complectens, accersit Basilium, & quo illius faceret periculum, sic illum alloquitur. Si vera sunt tua de fide dogmata, precare ut filius meus non moriatur. Tunc Basilius: Si, inquit, credes, o Imperator, quemadmodum ego, & efficies ut Ecclesia ad concordiam reducatur, vivet puer. Cui cum Imperator minime consentiret: Idcirco, inquit Basilius, de puero fiat voluntas Dei: Basilium, cum hæc dixisset, dimitti jubet; puer statim post exiit e vita.* Hactenus Socrates; sed Theodoretus (*c*) hæc habet: *Magnus Basilius tum profectus ad regiam, & filium Imperatoris morti vicinum conspicatus, pollicetur eum ad vitam reversuram, modo sacrosancto baptismate a piis hominibus donaretur. Quæ cum dixisset, exivit. Imperator vero jurejurando, more dementis Herodis, obstrictus* (nimirum dato olim Eudoxio juramento se numquam recessurum ab hæresi Ariana) *quibusdam sectæ Arianæ, qui aderant, pueri baptizandi negotium dat; puerque extemplo obiit mortem.* Hæc Theodoretus; at non de Baptismo, sed de precibus id accidisse, Sozomenus (*d*) tradit; nempe puerum, qui adventu Basilii nonnihil convaluisset, eo dimisso, & superinductis ad preces super puerum fundendas Arianis, expirasse.

Galates filius Valentis.

(c) Theod. l.4. c.27.

(d) Sozom. l.6. c.19.

Rorsum vero a cæteris prætermissa de principe illo coquorum, quem Nabuzardum jure Gregorius nominat, Theodoretus hæc addit (*e*): *Aderat*, inquit, *etiam quidam nomine Demosthenes culinæ Imperatoriæ præfectus, qui more plane barbaro orbis terræ magistrum Basilium reprehendit. At S. Basilius subridens: Demosthenem, inquit, illitteratum vidimus. Ubi vero ille majore exardescens iracundia minari cœpit: Tuum est, inquit Basilius ille Magnus, jusculorum curare condimenta: nam cum aures habeas oppletas sordibus, sacrosancta dogmata audire non potes: Atque ita ei a Basilio responsum est.* Hæc ipse. Sed post hos omnes, præstat hic, rem tantam, nempe præclarum certamen Basilii adversus Valentem, ab ipsius æquali atque pernecessario magno illo Ephræm diacono Edesseno audire, qui sic ait (*f*): *Dum gravi morbo detineretur filius tyranni, rogabant sanctum hunc virum, ut pro eo Deum deprecaretur. Cumque is hanc conditionem proponeret: Si eum, inquit, mihi ita tradideris, ut eum ad immaculatam fidem traducam, & ab omni doctrinæ Arianæ impietate liberem; curabo ego eum. Tyrannus vero cum esset assensus, subito Basilius pro Imperatore terreno apud cœlestem se Mediatorem interposuit, cujus accepit promissum; & illi sanitatem filii attulit. Ut autem puerum sanitati restitutum viderunt serpentes, rursum levis Imperatoris*

LII.

(e) Theod. l.4. c.27.

Demosthenes coquorum Princeps.

Res gestæ Basili cum Valente.

(f) Ephr. orat. de laud. Basil. versione Vossi.

PAGIUS nius in Notis ad Martyrologium Hieronymianum ad diem XXI. Junii, quo S. Eusebius colitur, ad omnia dubia, ac conjecturas Baronii solide respondet, & *Eusebium* inter Sanctos & recensendum & alias recensitum fuisse docte ostendit. Porro paulo ante hiemem anni sequentis, non vero die XIV. Junii, quo ejus ordinatio celebratur, Episcopum creatum esse Basilium, ostendere videtur ipsemet Basilius in epistola ad Gregorium Nazianzenum apud Baronium anno CCCLXIX. num. XLVI. qua eum rogat, ut in Ecclesiam Pastore destitutam veniat: *Verum te rursus ac sæpius rogo, ut abjecta omni cunctatione, hic nobis præsto sis, hiemisque molestias anticipes.* Quare cum Gregorium uret, ut hiemem anteverterat, ante hiemem obierat *Eusebius*, & ante eandem anno CCCLXXI. electus Basilius videtur.

XXIII. Initium Episcopatus *Basilii* ab anno ejus emortuali pendet. Quare cum anno trecentesimo octogesimo Kalendis Januarii ad Deum migrarit, ut infra demonstrabitur, idque *post annis octo transactis in Episcopatu, & nono inchoato*, ut testatur Gregorius Nyssenus in epist. ad Olympium, consequens est, Basilium anno insequenti Episcopatum Cæsariensem adeptum esse, non quidem die decima quarta Junii, qua ejus ordinatio in Martyrologiis & Menæis notatur, quæque anno sequenti cum feria tertia concurrit, sed die aliqua dominica: licet enim hoc sæculo Augustorum & Cæsarum nuncupationes diebus dominicis, aut solemnioribus festis de more non fierent; ordinationes tamen Episcoporum Romanorum, imo & plerumque aliorum, jam diebus dominicis fiebant. Dies itaque ordinationis Sancti Basilii incertus.

S. Basilius fit Episcopus Cæsariensis.

Baron. an. 369. n. XLI. & seqq.

ris animum depravarunt; ejusque filio accepto, baptizarunt illum aqua, non tamen spiritu: docebant rejicere Filium Dei, intus irretientes eum, & foris induentes. Intus ille Christum induebat, & intra abscindebat. Ideoque non multo post spiritum miseri illius & infelicis peremit, ingratam illius mentem redarguens. Atque ita rebus stupendis Eliæ non inferiora, signisque Elisæi non minora Basilius edidit. Quemadmodum enim illi mortuos ad vitam revocarant, sic & fidelis Basilius oratione moriturum jam puerum a periculo abripuit. Et sicut rursus Petrus Ananiam & Saphiram fraudantes de pretio agri enecavit; ita & Basilius locum Petri obtinens, ejusque pariter auctoritatem libertatemque participans, suam ipsius promissionem fraudantem Valentem redarguit, ejusque filium morte mulctavit; unde ad summam animi dejectionem & anxietatem redegit miseros illos, & Imperatorem ipsum infidelem. At quis digne enarrare poterit imbres miraculorum, quæ ostendit beatus, & fidelis Basilius rebus ipsis? Cum autem impossibile sit narratione complecti tanta illius viri recte facta; omnibus prætermissis, unum tamen commemorantes, ostendemus etiam, quo modo rationis ac sensus experti ea simul cum viro isto pugnaverint.

LIII. *Nam cum omnem moverent lapidem genimina viperarum, quo justum e medio tollerent, assidue præsertim illius verbis simul ac miraculis tamquam telis quibusdam vulnerati, accesserunt, postulantes e medio eum tolli & exterminari: Gravis enim, inquiunt nobis est etiam aspectu; siquidem valde nostris adversatur sermonibus; propterea impossibile est, o Imperator, nostram fidem progressum habere, isto superstite. Imperator autem illorum adductus sermonibus, incubuit ad voluntatem ejiciendi Basilium in exilium.* Valentis calami tres perfracti. *Ceterum calamus statim, nolens iniquo subvenire consilio, ultro confractus est, insipientem erudiens, quam enorme facinus patrare niteretur in servum Christi, unam divinitatem Patris, & Filii, & Spiritus sancti prædicantem, eosque qui secus sentirent aut dicerent, tamquam canes rabidos sapienter reprehendentem. Cum autem non intelligeret tyrannus, ut qui inanimato calamo insensibilior erat, ac filius erroris, secundum quoque arripuit ad subscribendum sententiæ exilii, & ad voluntatem suam iniquam perficiendam; quem etiam vidit confringi, nolentemque communicare malo, quod ipse enitebatur facere.*

Quid studes, o Imperator, in peregrinum ejicere regionem eum, qui continet inhabitatorem universa implentem? Cur circumvenire & opprimere tentas eum, qui a nemine capi potest? Quomobrem civitate pellis civem cælestem & domesticum Dei? Nam si & tertium calamum sumpseris, etiam confringi videbis; nolentemque parere ac cooperari tibi, sicut re ipsa compertum est. Tunc perspicue omnibus præconis voce victoria pronunciata est, & illustre trophæum invicti militis Christi erectum. Tres calami consubstantialitatem Trinitatis prædicanti patrocinati sunt. Manus ad sententiam proferendam accelerabat, & calami illam injustam demonstrarunt. Manus ad improbum exilii decretum scribendum festinabat, & calami inanem festinationem ac studium retardabant. Et sicut virga Moysis confudit omnes incantatores & reliquos veneficos Ægypti, ita & calami subito consilium impiorum ac filiorum tenebrarum destruxerunt. Hactenus S. Ephræm; quæ quidem haud latere voluit Deus Magnum Basilium tot tantisque victoriis auctum, ut ejus victoriæ atque triumphi eximius fieret prædicator. Quomodo autem id acciderit, ipso narrante discemus. LIV.

Deus enim Ephræm per visum admonuit, ut egregium conveniret athletam, & qualis quantusque esset ostendit. Res gesta LV. Ephræm convenit Basilium.

PAGIUS

XXIV. *Basilius iterum a Valente impetitur.* Reliquum est, ut ostendam, quo anno *Basilius* jam Cæsariensis Episcopus sese Valenti Cæsaream reversu iterum opposuerit. Hucusque ab omnibus creditum, id præsenti, vel saltem insequenti anno contigisse. At perperam, cum Antiqui omnes a primi Basilii victoria hoc anno relata, ad posteriorem aliquod tempus effluxisse insinuent. Gregorius Nazianzenus Orat. in laudem Basilii ait: *Ut vero alia omnia pervagatus Valens in hanc* (nempe Cæsariensem) *firmam & ab omni injuria tutam Ecclesiarum matrem impetum fecit, ut vitalem quoque illum veritatis igniculum, qui solus reliquus erat, opprimeret*. Theodoretus lib. 4. cap. 19. *Valens cum omnes propemodum Ecclesias Pastoribus suis expoliasset, Cæsaream profectus est, quam incolunt Cappadoces.* Cum autem per aliquot annos Valens Episcopos Orthodoxos persecutus fuerit, Cæsariensis Episcopus, quem ultimum aggressus est, non nisi tarde ab eo impetitur. Socrates lib. 4. can. 26. utramque Valentis in Basilium molitionem recitat post S. Athanasii mortem, & post exilium SS. Monachorum. Sed quid alios quærimus, cum ipsum Basilium hujus rei testem habeamus? Is in epist. 297. ad Chalcidenses scripta ait: *Incendium certe illud quod plerasque Orientis deformavit, ad nostras regiones etiamnum serpit, & postquam cuncta in circuitu depavit, Ecclesias involvere satagit per Cappadociam, quas ad hanc usque diem, nonnisi a vicinis fumus ad lacrymas commovit. His reliquum est, ut nos apprehendere deinceps tentet, quem spiritu sui oris avertat Dominus, & improbi hujus incendii flammam dividat.* Quid clarius dici potest.

Rei gestæ annum Theophanes in Chronico, licet non sine errore, nos edocet. Anno enim Incarnationis secundum Alexandrinos trecentesimo sexagesimo octavo, qui Kalendis Septemb. anni Christi trecentesimi septuagesimi quinti incipit, hanc secundam Basilii Episcopi de Valente victoriam recitat, ideoque eam initio anni Christi trecentesimi septuagesimi quinti mense Januario relatam significat. Et ratio XXV. *Quo anno secunda illa incursio contigit.*

gesta ita ab ipso S. Ephræm desctibitur in Panegytico, quem dixit in ejusdem Basilii laudem, his verbis: *Dominus miserandi occasione se offerente, in quadam Civitate misericordia motus est super me. Illic vocem ad me dicentem audivi: Surge, o Ephræm, & comede cogitationes, & sententias. Cui respondens dixi in magna anxietate: Unde ego, Domine, comedam? Et ait ad me: Ecce in domo mea vas splendidam & magnificum est, quod tibi suppeditabit cibum. Super dictis autem multum admiratus exurgens perveni ad templum Altissimi; & cum sensim ad vestibulum ascendissem, & præ desiderio in introitum prospexissem; vidi in sanctis sanctorum vas electionis coram armento ovium præclare extensam, verbisque majestate plenis exornatum, atque distinctam, omniumque oculos in illud defixos. Vidi Ecclesiam ab eo spiritu vegetatam, ejusque ca viduas ac orphanos potissimum commiserationem. Vidi ibi apud eum fluminis instar lachrymarum fluenta, & vellas vita cunctis quasi aureos radios diffundens; ipsum autem pastorem pennis spiritas sursum pro nobis preces sustollentem, filumque orationis deducentem. Vidi ab ipso, Ecclesiam ornatam & dilectam, aptissime compositam. Prospexi ab ipso, manare* scilicet, *doctrinam Pauli, legem Evangeliorum, & timorem mysteriorum. Prospexi ibi utilem & salutarem sermonem ad ipsam usque cœlum fideliter tollentem se, atque ut rem paucis complectar, universum illum cœtum splendoribus gratiæ renidentem. His vero cunctis ita religiose ex electo vase regni efflorescentibus, laudavi sapientem & benignum Dominum, qui sic eum glorificantes glorificat.*

LVI. Congressus Basilii & Ephr. *Peracto autem auditorio, Spiritu sancto revelante, me adesse cognovit. Qui meam vilitatem accersendam curans per interpretem interrogabat me, dicens: Tu ne es Ephræm, qui præclare collum inclinatum jugo salutaris verbi subjecisti? Et respondens dixi: Ego sum Ephræm, qui me ipsum a cœlesti cursu seqaestravi. Cumque me apprehendisset, sancto suo osculo consalutavit, instruxitque mensam epulis sapientiæ ac sanctæ & fidelis animæ ipsius, non quidem corruptibilibus conditam ferculis, sed immortalibus refertam sententiis. Dicebat enim quibus recte factis possimus nobis conciliare Dominum, quo pacto peccatorum prohibeamus insultus, quo pacto etiam passionum occludamus ingressum, quo pacto Apostolicæ virtutis possessionem capiamus, & quo pacto incorruptum placabimus Judicem. Lugensque exclamavi, & dixi: Tu pater me remissum ac segnem custodi, tu me in rectam semitam dirige, tu cor meum lapideum compunge. Ad te enim per spiritum Deus abjecit me ut animam meam cures. Ipse animæ meæ navem perduc ad aquam requietis. Hic mihi præclari magistri studium diligenter attende, &c.* Subdit his, S. Basilium diserto & opportuno sermone imbuisse spiritum ipsius, ut plane maximam cum gaudio utilitatem sit consecutus, cum præsertim Basilii oratio in laudem quadraginta martyrum tunc se copiose diffuderit; ubi e contra post ejus obitum ipse Ephræm memor insignium certaminum Basilii adversus Modestum Præfectum, atque Valentem Imperatorem, sua oratione parem illis Basilium prædicarit. Hæc ipse plusibus. Addunt nonnulli, tunc temporis S. Basilium eam Ephræm fuisse gratiam impettitum, ut Græce dicta intelligeret; atque Græce pariter loqueretur: sed quoniam nihil de hia ipse Ephræm, qui testatur sibi Basilium per interpretem esse locutum; libentius dicere prætermittimus, pauciora potius referre contenti, quæ omni sint fide munita, atque acceptatione dignissima, quam plura veritate nutantia inculcare.

PAGIUS tio est, quia Theophanes tam priorem victoriam, quam initium Episcopatus Basilii uno anno tardius narrat. Quare & in victoria secunda recitanda in eodem errore perstitisse eo magis existimandum, quia ex subscriptionibus Legum Codicis Theod. pateat, *Modestum*, qui Valentem Cæsaream comitatus est, Præfectum Prætorio fuisse anno trecentesimo septuagesimo quinto: incertum vero sit, an eam dignitatem initio anni trecentesimi septuagesimi sexti adhuc gesserit. Præterea D. Hieronymus in Chronico juxta editionem Scaligeri anno 2392. qui mense Octobri anni Christi trecentesimi septuagesimi quinti incipit, ait: *Basilius Cæsariensis Episcopus Cappadociæ clarus habetur.* Quæ verba Marianus Scotus in suum Chronicon anno Christi CCCLXXV. transtulit. Porro Hieronymus de Scriptoribus, aliisque Viris illustribus, illic, similibusque verbis loqui solet, annis quibus aliquod Opus in lucem emisere, aut aliquo præclaro facinore magnam sibi gloriam peperere. Ob defensam itaque Cæsariensem Ecclesiam anno Christi CCCLXXV. ubique Basilii nomen inclaruisse indicat Hieronymus.

XXVI. Valens ex urbe Antiochensi Cæsaream venit. Die Epiphaniæ sacro *Valentem* Ecclesiam Cæsariensem ingressum esse, diserte scribunt Sozomenus laudatus & Nicephorus lib. II. cap. 8. & quod rem certam reddit, Gregorius Nazianzenus in Oratione funebri Basilii. Quo modo vero res gesta sit, Theophanes citatus paucis accurate explicat: *Valens devastata universa Ecclesia, in Divinum Basilium furens, ex Oriente Cæsaream se contulit, ubi demum ea commisit, quæ Gregorius in funebri Oratione in Basilium refert: quo tempore Galates Valentis filius gravi morbo jactatus periit, & conjux Dominica difficili ægritudine vexata est,* &c. apud eum legenda. Quibus ex verbis constat, Valentem *ex Oriente* Cæsaream venisse, seu ex urbe Antiochena, ut habet Nicephorus lib. 9. cap. 18. qui Socratem lib. 4. cap. 26. emendat scribentem, Basilium *ab urbe Cæsarea Antiochiam* abductum. Quem etiam errorem Sozomenus laudatus ante Nicephorum correxerat.

At ad Basilii nova certamina redeamus.

LVII. Non hic quidem finis impositus est Basilii cum magistratibus certaminibus. Siquidem Eusebius (a) avunculus Imperatricis, nactus Ponti, & Cappadociæ præfecturam, alio tempore (quo autem anno Basilii Pontificatus, nescitur) eidem non parum negotii facessivit; de quo idem Gregorius Nazianzenus hæc habet (b): *Is qui nefarium Ader (c) adversus Israelem olim excitavit, idem contra hunc quoque Pontica Provinciæ Præfectum excitat; hoc quidem prætextu, quasi muliercula cujusdam causa stomacharetur, sed re vera quod impietatis patrocinium susciperet, ac pietatem oppugnaret. Mitto alias contumelias, quibus Basilium vexavit; quod periade est, ac si Deum dicerem, adversus quem & cujus causa bellum gerebatur. Quod vero & eum qui contumeliam inferebat, maxima ignominia affecit, & pugilem nostrum summopere extulit (si modo magnum quiddam, & excelsum existimandum Christiana sapientia florere, & hujus laude vulgus anteire) id oratione persequar. Mulieri cuidam amplissimo loco natæ, cujus maritus haud pridem extremo vitæ die functus erat, Judicis assessor vim afferebat, invitamque ad nuptias pertrahebat. Illa autem cum nulla ratione hanc vim effugere posset, consilium capit non majoris audaciæ quam prudentiæ plenum. Ad sacram enim mensam confugit, Deumque adversus hanc injuriam propugnatorem sibi adoptat.*

(a) Nicet. schol. in Greg. Naz. orat. in laud. Basilii. (b) Greg. Naz. or. in laud. Basilii. (c) 3. Reg. 11.

Eusebius Præfectus quid in Basilium.

LVIII. *Quid igitur per Trinitatem ipsam (ut forensi quoque dicendi genere nonnihil inter laudes utar) faciendum fuit, non dico Magno Basilio, ac de his rebus aliis leges statuenti, sed alii cuipiam longe illo inferiori, dum tamen sacerdoti? Quid aliud, nisi ut eam asservaret, retineret, omni cura tueretur; Dei clementiæ & legi, quæ altaribus honorem haberi jubet, manum porrigeret; omnia denique potius faceret & pateretur, quam ut inhumanius ullum adversus eam consilium iniret, sicque & mensam sacrosanctam, & fidem etiam illam, cum qua supplex erat, contumelia afficeret?*

LIX. *Nequaquam, inquit, novus Judex; sed omnes imperio meo cedere, ac Christianos leges suas perfide prodere oportet. Ille igitur supplicem deposcebat: hic omni vi retinebat. Ille rursus furore concitatur, ac magistratus quosdam mittit, qui sancti viri cubiculum perscrutarentur, ignominiæ causa potius id faciens, quam quod ejusmodi quicquam necesse esset. Quid ais? illiusne viri cubiculum ab omni vitioso affectu tranquilli, quem Angeli complectuntur, quem vel solum intueri feminæ reformidant?* Hæc Gregorius; sed & in talem audaciam ita Cyrus invehitur jambicis:

Apparitores scrutantur cubiculum Basilii.

Præfecte, quodnam dedecus? injuria
Quænam hæc? Requiris in domo mulierculas
Tectisque puris Angeli Basilii?
Nec extimescis vindices fulmen Dei?

Sed pergit Gregorius: *Nec eo contentus, ipsum insuper adesse, & causam dicere jubet, neque id placide & humane, sed quasi unum ex iis qui capitis damnati sunt. Aderat Basilius. Ille ergo ira & arrogantia plenus sedebat; hic stabat, quemadmodum Jesus meus, Pilato judicante (d). Cunctabantur porro fulmina, Deique gladius (e) adhuc exacuebatur & differebatur, arcusque ita contendebatur, ut tamen retineretur (f), pœnitentiæ videlicet tempus aperiens. Hoc enim apud Deum in more atque usu positum est.*

Basilius ignominiose sistitur coram Præside.

(d) Matth. 27. (e) Ezech. 21. (f) Psal. 7.

LX. *At hic mihi, quæso, alterum persecutoris, & athletæ certamen vide. Pallium detrahi ac lacerari jubebat. At ille: Exuam præterea, si ita libet, etiam tunicam. Carnis expertem verberibus se affecturum minabatur. Corpus submittebat. Ungulis lacerare. At ille: Hujusmodi, inquit, laniatione medicinam afferes hepati, magnopere, ut vides, me affligenti ac debilitanti. Atque hi quidem in his erant. Civitas autem simulatque hujusce mali communisque periculi certior facta est (neque enim quisquam erat, qui non contumeliam ipsius periculum suum esse interpretaretur) tota furore corripitur atque inflammatur; ac velut fumo examen movente, certatim omnes cujuslibet generis & ætatis excitantur & exurgunt, ac præsertim armorum opifices, Imperatoriique textores. Nam hi in hujusmodi rebus acrius incituntur, atque ob libertatem ac licentiam, qua fruuntur ad audendum sunt paratiores. Unicuique porro armorum vice erat vel quod ars offerebat, vel quod in re præsenti tumultuarie confecerat. Faces in manibus, saxa, fustes in promptu, unus omnium cursus, unus clamor, communis animorum alacritas. Armabat eos ira, immo ad prælium ducebat. Ne mulieres quidem tunc armis carebant, hac animorum occasione animos earum exacuente (radii autem ipsis hastarum loco erant) immo nec mulieres jam manebant, quippe quas zelus roborasset, atque in virilem fortitudinem animique magnitudinem traduxisset. Quid multa? Pietatem omnes ita demum inter se partituros censebant, si ipsum Eusebium Præsidem dividerent, ac discerperent. Atque et ma-*

Populus insurgit in Præsidem pro Basilio.

jo-

PAGIUS XXVII.

Præfectus Ponti Basilium vexat.

Ad num. LVII. & seq. Certamen S. Basilii cum Eusebio Ponti & Cappadociæ Præfecto post annum sequentem consignandum; cum Basilius ante annum CCCLXXI. Episcopus creatus non fuerit. Baron. n. LVIII.

forem apud eos pietatis laudem habiturus videbatur, qui primus ei, qui tantum facinus aggressus esset, manum injiceret.

LXI. Basilius liberat Præsidem.

Quid tum igitur audax ille & fastuosus Judex? Supplex erat, miserandus, calamitosus, quovis homine dejectior; quoad in conspectum ille citra sanguinem martyr, & citra plagas victricem coronam assecutus, populo sui reverentia ægre represso, supplicem suum ac vexatorem a periculo vindicavit. Hæc sanctorum Deus, qui omnia facit atque in melius commutat, qui superbis (a) resistit, humilibus gratiam impertitur. Quidni autem is qui mare scidit & fluminibus cursum inhibuit, & elementis vim attulit, & manuum extensione trophæum erexit, ut exulem populum conservaret, idem hunc etiam a periculis extraheret? Atque hic mundanum externumque bellum conclusum est, finemque habuit, Deo favente, lætum atque felicem, qualemque fides illius merebatur. Hactenus de his Gregorius.

(a) Jacob. 4. 1. Petr. 5.

LXII. Vestiana vidua monialis.

At quid de vidua illa? Transmisit eam mox S. Basilius ad monasterium sacrarum virginum, cui soror Basilii S. Macrina præerat, illieque una cum virginibus magno studio monasticæ vitæ institutum, & ipsa excoluit: ipsius namque meminisse putatur Gregorius Nyssenus in epistola illa ad Olympium (b), qua ejusdem S. Macrinæ res gestas post obitum ejus conscripsit, his verbis: *In earum erat numero quædam femina nobilissima divitiis & genere & corporis forma atque aliis nominibus illustris in ipsa adolescentia constituta. Hæc viro cuidam honestissimo in matrimonium collocata fuerat, sed brevi tempore cum illo vixerat. Quare conjugio liberata, viduitatis suæ custodem & magistram magnam Macrinam elegerat, & cum virginibus plurimum versabatur, ut ab eis rectam & ex virtute vivendi rationem edisceret. Vestiana illi nomen erat, pater Araxius vocabatur, unus e numero Senatorum summi Consilii.* At de rebus Basilii hoc anno gestis hactenus.

(b) Extat apud Lip. t. 1. & Sur. t. 4. die 19. Jul.

LXIII. Valens proficiscitur Antiochiam.

Quantum autem temporis manserit Valens Cæsareæ Cappadociæ, haud certum est: illud tamen constat, institutam profectionem Antiochiam, postquam inde discessit, prosecutum esse, id testantibus Socrate (c) atque Sozomeno (d), affirmantibus iisdem inde esse profectum Edessam Syriæ Civitatem; cum nihilominus præpostero ordine Theodoretus (e) primum recenseat res a Valente gestas Edessæ, inde vero quæ cum Basilio Cæsareæ Cappadociæ contigerunt. At refellimus superius, & hic quoque confutamus, quod trudunt iidem Socrates atque Sozomenus, istiusmodi profectionem Valentis Antiochiam accidisse ipso ferme ejusdem Imperatoris exordio: nam Ammianus (f) ab instituto revocatum tradit a Procopii excitata tyrannide. Accuratius sane Cedrenus adventum Valentis Antiochiam ponit anno sequenti. Quæ ergo dicti auctores gesta referunt a Valente Antiochiæ, ut Meletii exilium & alia, non tunc quidem, sed hoc ipso tempore contigisse, affirmare necesse est. At quænam ea sint, hic singula reddamus.

(c) Socrat. l. 4. c. 13.
(d) Sozom. l. 6. c. 18.
(e) Theod. l. 4. c. 15. 16. 17.
(f) Amm. l. 26.

LXIV. Valens quid in Meletium.

Qui tanto studio Cæsareæ in Cappadocia Valens Imperator S. Basilium aggressus est, ab ea Ecclesia eum exturbare conatus, eodem plane nisu Meletium Antiochenæ Ecclesiæ onius ibi Orthodoxorum partis agentem Episcopum (nam alteri Paulinus præerat) invasit; qui haud pridem pulsus a Juliano, post longas peregrinationes ob Orientales Ecclesias insumptas Antiochiam reversus erat. Tertio namque ipsum exulasse cum Gregorius Nyssenus (g) affirmet; eum primo sub Constantio, secundo sub Juliano, tertio vero sub Valente eadem exilii sententia condemnatum fuisse, dicere opus esse videtur. Ait enim Gregorius: *Denuo reditus, ac rursus exilium, idque tertium accidit, donec hæretica caligine discussa, Dominus radio pacis admoto, requietis aliquam a diuturnis laboribus spem fecit.* Hæc ipse. At de Valente & Meletio sic Sozomenus (h). *Interim vero ipse Valens in Syriam concedit: nam verebatur, ne Persæ fœdera ad triginta annorum spatium, regnante Joviano, facta rumperent. Cæterum cum hi nihil novarum rerum molirentur, Antiochiæ commoratus est. Quo quidem tempore Meletium Episcopum addixit exilio: Paulino autem propterea pepercit, quod vitæ ejus sanctimoniam reverebatur.*

(g) Greg. Nyss. orat. in funere Meletii.
(h) Sozom. l. 6. c. 7.

LXV.

Joannes vero Chrysostomus in oratione illa (i) panegyrica, quam habuit anniversaria die natalis Meletii, anno quinto (ut ait) ab ejus exitu, unius tantum meminit exilii Meletii; post quod cum reversum dicat quiete egisse, quousque vocatus est a Theodosio ad Concilium Constantinopolitanum, de ultimo ejus exilio intellexisse oportuit. De quo antequam ex ejus verbis agamus, sciat lector, homiliam illam esse germanam Joannis Chrysostomi; quippe cujus fragmentum recitatum habetur in Concilio Nicæno (k) secundo, necnon a S. Joanne Damasceno (l), ut tanti patris testificatione pius antiquorum sacrarum imaginum cultus redderetur firme probatus atque defensus. Agens enim Chrysostomus de propenso Antiochenorum erga Meletium studio & amore, hæc in-

pri-

(i) Extat apud Sur. t. 1. die 12. Februar.
(k) Nicæn. Conc. Act. 4.
(l) Jo. Damasc. de imag. l. 2.

PAGIUS XXVIII.

Ad num. LXV. & seqq. Scribit Sozomenus lib. 6. cap. 7. Valens *cum Persæ nihil novi molirentur, Antiochiæ consedit. Quo quidem tempore Meletium Episcopum exilio damnavit.* Cum igitur initio tantum anni trecentesimi septuagesimi secundi Valens Antiochiam pervenerit,

Meletius in exilium missus.

ut

Meletii nomen & imaginem Antiocheni sunt venerati.

primis digna memoria prædicat: *Cum*, inquit, *cum a principio in Civitatem ingressum excepissetis, unusquisque filium suum appellabat ab illius appellatione, per appellationem existimans unusquisque in domum suam sanctum illum introducere; patresque, avos, & proavos matres prætereuntes, beati Meletii nomen imponebant liberis, quos pepererant:* & inferius eosdem Antiochenos alloquens subdit:

LXVI. *Non ad nomen autem solum adeo fuistis affecti, sed ad ipsam etiam figuram corporis. Quomodo enim fecistis in nominibus, hoc etiam fecistis in illius imagine. Etenim in palis annulorum, & in simulacris* *, *& in phialis, & in thalamorum parietibus, & ubique sacram illam multi expresserunt imaginem; ut non solum audirent sanctam illam appellationem, sed etiam ubique viderent figuram corporis, & ejus excessus duplicem haberent consolationem.* Hæc de Meletio Chrysostomus, citata (ut diximus) in Nicæno Concilio. Sed & de ejus tam animæ quam corporis facie, necnon de nomine hæc jambis habet Gregorius Nazianzenus (*a*):

* poculis.

(a) Greg. Naz. Carm. de vita sua.

Meletii effigies ad mansuetudinem composita.

Quos inter unus vir erat pius admodum,
Simplex, apertis moribus, plenus Deo,
Placidusque vultu, fortis & prudens simul,
Segetem vel ipso spiritus vultu indicans.
Quis, nostra quem vox sonat, ignorat virum,
Antiochiæ urbis Præsulem? in quo nomini
Res congruebat, rursus ac nomen res:
Nam nomen illi melleum & mores erant:

Hæc Gregorius.

LXVII. Sed age jam ipsam de ejus exilio historiam percurramus. Post triginta enim dies, ex quo Antiochiam reversus erat; rursum coactum fuisse exilio solum vertere, Chrysostomus tradit; sed quid tunc acciderit, idem subdit his verbis (*b*): *Operæpretium est autem, ne illud quidem prætermittere, quod accidit in ejus persecutione. Nam cum Præses Civitatis curru vectus exiret per medium forum, & prope fecisset sedere illum sanctum; lapides nive crebriores undique in caput Præsidis ferebantur, civitate nequaquam ferente separationem, sed potius volente privari vita præsenti, quam videre sanctum illum avelli. Quid ergo tum fecit ille beatus? Cum vidisset ictus lapidum, complexus suis vestibus contexit caput Præsidis, simul & inimicos pudore afficiens ob insignem mansuetudinem, & suos docens discipulos, quantam ostendere oporteat patientiam in eos qui injuria afficiunt, & quod non solum nihil oporteat eis mali facere, sed etiam si ab aliis eis immineat periculum, id quoque omni studio propulsare. Quis tunc non fuit obstupefactus, videns, & insanum amorem Civitatis, & summam philosophiam, lenitatemque & mansuetudinem Meletii? Erant enim admirabilia ea quæ acciderunt. Pastor abigebatur: & grex non dispergebantur; gubernator expellebatur, & scapha non mergebatur; agricola fugabatur; & vitis plus fructus ferebat. Quoniam enim vinculo charitatis eratis inter vos invicem colligati; non illatæ tentationes; non impendentia pericula, non viæ longitudo, non diuturnitas temporis, neque quicquam aliud potuit vos disjungere a beati pastoris Meletii consuetudine. Sed expellebatur quidem, ut esset procul a filiis; contigit autem contrarium: magis enim vobis constringebatur vinculis charitatis; & cum secum universam accepisset Civitatem, ivit in Armeniam.* Hæc Chrysostomus. Quid vero idem Meletius una cum S. Basilio in Armenia egerit, dicemus anno sequenti.

(b) Chrys. ho. de S. Meletio apud Sur. t.1. die 12. Feb.

Meletii exulantis virtus spectata.

LXVIII. Cum igitur longas moras Valens traheret Antiochiæ, in eo totus fuit, ut Arianæ doctrinæ adversantes valide oppugnaret; id quidem Socrates in primis testatur his verbis (*c*): *Ibi commoratus, omnes qui Arianam detestabantur doctrinam, hostiliter expugnare cœpit: nam eos, utpote contra Arianam opinionem fidei consubstantialitatis firme adhærescentes, non solum per omnes fere Orientis Civitates ab Ecclesiis expulit; verum etiam hoc supplicio de illis sumpto minime satiatus, varia cruciatus genera illis irrogavit; ac multo majorem numerum, quam qui supra citatus sit,* nempe octoginta presbyterorum, *cum aliis diversis mortis generibus, tum potissimum in flumina demergendo, e medio sustulit.* Hæc Socrates, eadem quoque Sozomenus (*d*). Ingentem quidem fuisse persecutionem illam atque posteris memorabilem, qua Valens Orthodoxos exagitavit, S. Augustinus contra Petilianum agens insinuat (*e*).

(c) Socrat. l.4. c.14.

Quid Valens in Antiochenos.

(d) Sozom. l.6. c.18.

(e) Aug. cont. lit. Petil. l.2. c.91.

LXIX. Quid vero Catholici? Addit ad hæc Theodoretus (*f*): *At Flavianus & Diodorus, tamquam rupes quædam fluctus irruentes fregerunt. Nam Meletio longe a suo grege vitam degere coacto, hi duo curam gregis susceperunt; & tum lupis sua fortitudine & sapientia resistunt, tum ovibus convenientem curationem adhibent. Itaque a radicibus montis depulsi* (nam antea ejecti fuerant e Civitate) *oves ad* ri-

(f) Theod. l.4. c.23. 24.

PAGIUS at infra ostendetur, ante eum annum *Meletius* Antiochenus Episcopus in exilium non amandatus. Quare Concilium Antiochenum paulo post secundum Concilium Romanum sub Damaso habitum, potuit celebrari anno trecentesimo septuagesimo primo exeunte, aut insequentis exordio. Neque Episcopos congregari Valentem prohibuisse, colligitur ex Concilio Nicopolitano, de quo in Epitome Spondani anno sequenti num. 2. licet loco non suo.

ripas vicini fluminis pascebant. Non enim more eorum, qui Babylone olim captivi tenebantur, organa suspenderunt, sed conditorem & patronum suum in omni loco dominationis ejus hymnis celebrarunt. Cæterum ne isto quidem in loco conventum piorum pastorum Christum Dominum divinis laudibus efferentium agi, hostis ille passus est. Proinde duo illi pastores admirabiles, divinis ovibus velut in gymnasium bellicum coactis, spirituales herbas eis demonstrant. Atque Diodorus vir sapientissimus fortissimusque tamquam fluvius limpidus & ingens tum suorum animos fortitudinis rivulis irrigavit, tum adversariorum blasphemias sincera doctrinæ undis penitus obruit. Qui ut generis splendorem pro nihilo putavit, ita ærumnas pro fidei defensione lubens perpessus est.

Flavianus & Diodorus loco Meletii magna præstant.

LXX. *Flavianus autem, optimus vir, etsi ex patriciis ortus, tamen solam pietatem nobilitatis loco numeravit, & tamquam palæstræ magister, magnum Diodorum, velut athletam, in omni certaminum genere exercitatissimum perunxit. Nam id temporis, quamquam ipse in conventibus Ecclesiasticis minime concionatus est; illis tamen, qui illud munus obibant, magnam copiam argumentorum, & sententiarum e sacris litteris petitarum suppeditavit. Atque ut illi arcus contra Arianam blasphemiam tendebant; ita hic ex mente, tamquam ex pharetra, tela eis subministrabat. Quin etiam hæreticorum retia privatim & publice disputando facile disrupit, & argumenta ab illis proposita aranearum telis similia esse demonstravit. Istis duobus se in prælio socium præbuit Aphraates, cujus vitam in historia nostra, quæ inscribitur, Philotheus, conscripsimus. Nam salutem ovium suæ ipsius tranquillitati anteponens, gurgustio, in quo vitam monasticam excoluerat, relicto, labores pascendi gregis Dominici sibi imposuit. At licet supervacaneum putem hoc loco commemorare, quantas virtutis opes collegerit, præsertim cum in alio opere illud ipsum litteris consignarim; unam tamen rem ab eo gestam huic peraccommodatam historiæ percensebo.*

LXXI. *Orontes fluvius palatium a Septemtrionibus præterfluit; a meridie autem amplissima duarum contignationum porticus, turres utrinque habens excelsas, in ipso urbis muro ædificata est. Inter palatium, & fluvium est via publica, quæ eos qui per portas suas ex urbe egrediuntur, excipit, rectaque ad agros suburbanos ducit. Hac forte transiens divinus ille Aphraates, se ad bellicum gymnasium, quo sanctis omnibus convenientem curationem adhiberet, contulit. Hunc Imperator, oculis de sublimi ex porticu regia dejectis, vidit pallio vili ac sordido indutum, & cito gradu, licet confectum pene ætate, incedentem. Ac cum quidam dixisset: Hic est ille Aphraates, ex cujus nutu pendet Civitas universa. Ibi tum Imperator: Cedo inquit, quo te conferas? Ille tum sapienter sane & apposite: Pro tuo, inquit, regno precaturus. Tum Imperator: At domi, inquit, tibi manendum est, & intra cellam, uti lex monastica postulat, orandum. Cui divinus ille vir: Præclare admodum, inquit, dicis, o Imperator. Istud sane mihi faciendum est, & hactenus feci, dum oves Salvatoris pace fruerentur; verum quoniam jam magnopere perturbantur, & multum illis impendet periculi; necesse est omnes vias persequi, non modo ne a feris capiantur, sed etiam ut conserventur incolumes.*

Aphraates monachus quid cum Valente.

LXXII. *Nam dicito mihi, quæso, o Imperator; si filia alicujus essem, & sederem in conclavi, uti ædes curarem, atque inde cernerem flammam in eas incidisse, ædesque paternas jam conflagrare; dicito mihi, inquam, quid me facere oporteret; intus ne manere, & ædes incensas negligere, expectareque donec flammæ impetus longius pervaderet; an relicto conclavi, sursum deorsumque cursitare, & aquam afferre, qua flammam extinguerem? Hoc certe te responsurum constat: nam hæ sunt partes filiæ prudentis, & providæ. Atque hoc ipsum nos agimus, o Imperator. Etenim cum tu jam in Patris nostri ædes flammam injeceris, nos circumcursitamus, quo eam mature possimus extinguere. Quæ cum locutus esset Aphraates, Imperator ei intercminatus conticuit.*

Digna collatio.

LXXIII. *Verum unus ex ejus cubiculariis graviores contra hominem divinum jactavit minas, & propterea talem plagam accepit. Forte ei cura balnei commissa fuit; qui simul ut Aphraatem verbis contumeliosis insectatus fuerat, ad balneum Imperatori parandum se contulit. Cumque ingressus esset, repente de potestate mentis deturbatus, in aquam calidissimam minimeque temperatam se præcipitavit, illicoque obiit mortem. Imperator autem sedens illum expectat, uti indicet, quando ad balneum intrandum sit. Ubi vero multum temporis præterierat, alios mittit, qui moræ causam sibi significent. Hi ingressi balneum, cum omnia intus loca oculis lustrassent, tandem offendunt hominem in aqua fervente minimeque temperata mortuum, corpusque ejus ardore dissolutum. Quæ re Imperatori nunciata didicere omnes, quantum ponderis Aphraatis haberet oratio. Attamen de impia sua doctrina minime destiterunt, sed more Pharaonis cor suum indurarunt; ipseque ille Imperator, quamvis cognito sancti viri miraculo obstupesceret, non tamen ejus furor contra pietatem incitatus consedit.* At Theodoretus de Aphraate atque Valente hic hactenus; cæterum in Philotheo hæc addit (a):

Cubicularius dat pœnas temeritatis.

(a) Theod. in Philot. c.8.

Hinc

LXXIV. *Equus Valentis, precibus Aphraatis sanatur.* *Hinc*, inquit, *factum est, ut metus invaderet Imperatorem, & omnes qui armabantur adversus pietatem. Sparsa est autem fama per totam Civitatem, quales infelix ille lucrit pœnas contumeliæ, qua affecit Aphraatem; omnesque Deum Aphraates perpetuis celebrant laudibus. Hoc, etsi instarent adversarii, obstitit, quo minus homo Dei mitteretur in exilium. Imperator enim perterritus, eos quidem qui hæc suadebant, aversabatur, virum autem reverebatur. Porro aliunde quoque ejus virtutem didicit: Equus quidam bono genere natus, & portare apprime doctus, erat Imperatori carissimus. Morbus quidam, qui ei acciderat, male habebat Imperatorem: retinebatur autem humidorum excrementorum excretio. Ad eum curandum accersebantur, qui in hac arte fuerant exercitati. Sed cum ea esset etiam morbo inferior, Imperator quidem molestia afficiebatur; lamentabatur autem is, cui equorum cura fuerat credita. Cum esset autem pius & fide firmus, in meridie venit una cum equo ad magni Aphraatis habitaculum; & cum morbum dixisset, & fidem suam significasset, oravit ut solveret morbum suis precibus. Ille vero nihil cunctatus, sed statim Deum precatus, jussit aquam hauriri ex puteo; & cum ei salutaris Crucis signum imposuisset, jussit eam ad equum afferri. Is autem bibit plusquam consueverat. Deinde cum oleum divina invocatione implesset benedictione, equi ventrem inunxit, & manus contrectatione statim morbus est sublatus. Lætus ergo homo, equo accepto, cucurrit ad stabulum. Vespere autem (solebat enim eo tempore venire ad stabulum Imperator) venit, & interrogavit quomodo equus se haberet. Is vero cum & sanum esse significasset, & equum valentem & exultantem, hinnientemque & collum superbe erigentem eduxisset; rogavit eum causam sanitatis. Ubi autem diu cunctatus (verebatur enim ostendere medicum, sciens eum qui rogabat, esse ei infensum) tandem verum coactus est dicere, & docuit modum curationis; obstupuit quidem Imperator, & confessus est eum esse virum admirabilem; nec tamen a priori destitit insania, sed perrexit furere adversus Unigenitum, donec a barbarico fuit igne consumptus.* Sed hæc multo postea. Recenset autem Theodoretus alia ejusdem viri sancti miracula, quibus pariter fides Catholica cunctis rem attentius considerantibus testata reddebatur.

LXXV. Fuit Catholicis Antiochenis haud minori adjumento, quam Aphraates, insignis ille Julianus cognomento Saba, & ipse gratia miraculorum insignis, quique feliciter id ipsum præstitit, quod ille; quæ omnia ad maximum profectum Evangelii conducebant; ut dici posset illud Davidicum (a) ad hæc accommodatum: *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.* Nam cum persecutionis altiores fluctus naviculam urgerent Ecclesiæ, Dei omnipotentis eam regentis virtus excelsior miraculorum operatione cunctis spectantibus apparebat. Quanam autem occasione Julianus perductus fuerit Antiochiam, idem Theodoretus docet his verbis (b): *Eodem tempore ille fama celebritate insignis Julianus, cujus supra mentionem feci, & relinquere solitudinem & Antiochiam venire coactus est. Nam cum Ariani educati mendaciis & ad calumnias contexendas valde parati, magnum illum virum sua secta favere constanter affirmarent; tria veritatis luminaria, Flavianus, Diodorus, & Aphraates, Acacium strenuum veritatis athletam, qui postea Ecclesiam Berœensem valde sapienter gubernavit, mittunt ad Julianum virum omni genere laudis præstantem, oratum, ut in infinitam hominum multitudinem misericordem se præbeat, adversariorum de se confictum mendacium coarguat, doctrinam denique veritatis confirmet.* Quonam modo autem id ipse Acacius ad hanc rem legatus tandem persuaserit Juliano, secumque duxerit, & quæ egregia miracula tum in via tum Antiochiæ ab eo edita sint; hæc omnia ad confutandam Arianorum calumniam & doctrinam per eum a Domino facta enarrare ex ejusdem auctoris Philotheo, in quo viri clarissimi res gestas est fusius prosecutus, dignum existimamus: accepit ille cuncta hæc de ipso ab eodem ejus comite Acacio Berœensi per omnia fide integerrimo viro; quæ sic ipse describit (c).

Julianus Saba vocatur Antiochiam.

(a) Psal. 92.

(b) Theod. l. 4. c. 25.

(c) Theod. in Philot. c. 2.

LXXVI. *Convenit Acacius Julianum.* *Persuadent iidem qui supra, Meletius, Diodorus, & Aphraates magno illi Acacio, cujus fecimus mentionem, ut via acciperet comitem suum quidem magistrum, sancti vero senis discipulum insignem illum Asterium; curreret autem ad communem pietatis splendorem & Evangelica doctrinæ sustentaculum, & persuaderet, ut relinqueret quidem illam in solitudine versandi rationem, veniret vero, ut ferret auxilium tot millibus qui fraude interibant, & rore sui adventus flammam extingueret Arianam. Cucurrit divinus Acacius, &* *Persuadet Juliano Acacius adventum Antiochiam.* *assumpto, ut jussus fuerat, magno Asterio, accessit ad maximum lumen Ecclesiæ Julianum; & cum eum salutasset: Dic mihi, inquit, o pater, quanam de causa totum hunc laborem tam libenter toleras? Cum is autem respondisset: Et corpore & anima, vitaque & omnibus quæ ad vitam pertinent, est mihi Dei cultus pretiosior: conor autem, quoad ejus a me fieri potest, illi a sorde mundum offerre ministerium & ei perpetuo placere.*

Ostendam tibi, inquit Acacius, rationem, per quam ei plusquam nunc servias. Idque dicam non solum utens ratiocinatione.

ne, sed ut qui id ab ejus doctrina didicerim. Cum enim Petrum aliquando rogasset, an eum plusquam alii amaret (a), & didicisset id quod sciebat vel ante Petri vocem: Tu enim, inquit, nosti Domine, quod amo te; ostendit ei quidnam agens eum magis coleret: Si enim, inquit, amas me; pasce oves meas, & pasce agnos meos. Hoc quoque tibi, o pater, est faciendum: periculum enim est, ne oves a lupis intereant: eas autem valde amat, qui a te valde amatur. Est vero proprium amantium, illa facere, quæ cum fiunt, ei qui amatur, grata sint. Et alioqui non parvum est periculum, multorumque & magnorum illorum sudorum detrimentum, si puti potueris negligere & tacitus præterire, veritatem quidem graviter oppugnari, eos autem qui ei adhærent, capitari, ad eos vero venandos esse escam tui nominis appellationem; te enim habere socium suæ impietatis gloriantur & jactant præsides Arii abominationis. Hoc cum primum audisset senex, quietem quidem jubens valere ad tempus, neque civitatis strepitus, quod eis non esset assuetus, refugiens, accurrit Antiochiam.

(a) Joan. 21.

Cum autem duorum vel trium dierum iter confecisset in solitudine, noctu venit in quoddam prædium. Quædam autem dives muliercula, cum sacrum illum chorum audisset venire, cucurrit, ut perciperet eorum benedictionem; & ad eorum pedes provoluta, rogabat ut sua domus esset eorum diversorium. Concessit senex, idque cum plusquam quadraginta annis a tali fuisset spectaculo separatus.

LXXVII. Exemplum magnæ feminæ, & miraculum Juliani.

Cum vero admirabilis illa mulier esset in sacris illis viris ministrando occupata; puer septem annos natus, cujus solius erat mater, quæ hospitalitatem Saræ est æmulata (esset autem vesperum & tenebræ) cecidit in puteum. Cum autem ex eo, ut est consentaneum, exortus esset tumultus, mater vero sensisset; jubet quidem omnes quiescere, puteo autem operculo imposito, instabat Ministerio. Mensa vero viris divinis apposita, divinus senex jussit vocari puerum mulieris, & accipere benedictionem. Cum autem admirabilis mulier diceret, eum male habere; perstitit ille jubere, ut is duceretur. Sed posteaquam ei, id quod accidisset, significaverat mulier; mensam quidem relinquit senex; accurrens autem ad puteum, cum auferri quidem operculum, afferrique lumen jussisset, videt puerum sedentem super aquæ superficiem, & aquam manu pueriliter pulsantem, & eum ludum putantem, qui reputatus fuerat interiisse; & cum quosdam fune alligassent, & eos demisissent, puerum extraxerunt; & statim accurrit puer ad pedes senis, dicens se eum vidisse in aquis ipsum ferentem, & ne mergeretur, prohibentem. Hanc hospitalitatis mercedem recepit illa mulier a beato sene.

Et ut alia prætermittam, quæ facta sunt in itinere; venerunt quidem Antiochiam: omnes autem undique concurrebant, Dei hominem videre cupientes, & morbi sui medicinam unusquisque accipere desiderans. Habitabat autem in speluncis, quæ erant in latere montis; ubi divinum quoque Apostolum Paulum & habitasse dicunt, & latuisse. Sed statim, ut scirent omnes eum esse hominem, eum invadit febris vehementissima. Cum autem videret magnus Acacius multitudinem eorum qui simul erant congregati, & eam quæ acciderat, ægre ferret ægritudinem: existimabat enim fore, ut ii qui convenerant, perturbarentur, si viri morbum rescirent, a cujus manu se inventuros sperabant medicinam: Noli angi animo, inquit senex; si enim est necessaria sanitas, eam statim dabit Dominus. Mox ergo post hæc verba ad preces conversus, & ut solebat, & genua, & frontem solo admovens, rogavit, ut assequeretur sanitatem, si ex ea reditura sit aliqua utilitas ad eos qui conveneerant. Nondum finierat preces, & repente multus sudor profluens extinxit flammam febris. LXXVIII. Adventus Juliani Antiochiam.

Cum illic autem liberasset multos a morbis omnis generis, profectus est ad conventum piorum. Transeunte vero eo per portas Regiæ; mendicus quidam, qui clunibus utebatur pro pedibus, & per terram trahebatur, cum manum extendisset, & ejus pallium attigisset, fide quidem morbum exegit: exiliens autem ostendit se æque currere, atque ante morbum; idem faciens, quod claudus, quem Petrus & Joannes erexerunt. Hoc cum factum esset, confluxit totus populus civitatis, eratque bellicum gymnasium plenum iis qui concurrebant; pudore autem afficiebantur calumniatores & mendacii artifices; læto autem & tranquillo animo erant alumni veritatis. Exhinc in domos suas trahebant lumen veritatis ii, qui opus habebant ut curarentur. LXXIX. Julianus curat se & alios.

Vir autem quidam, cui fuerat maximus mandatus magistratus, cujusque fidei commissus ceat clavus Orientis (dicebantur hi Præfecti seu Comites Orientis) *ad eum misit, rogans ut ad se veniret, & a morbo urgente liberaret. Ille vero accessit, nihil cunctatus, & communi Domino fusis precibus, verbo solvit ægritudinem; & jussit, ut Deo gratias ageret. Cum hæc & talia fecisset, statuit reverti deinceps ad suæ exercitationis monasticæ tugurium. Sed cum per Cyrum iter faceret (distat autem hæc civitas duorum dierum itinere ab Antiochia) divertit quidem ad ædem præclari maetyris Dionysii. Qui illic vero Dei cultui & rectæ religioni præerant, convenientes supplicarunt, ut sibi opem ferret, exitium prævisum expectantibus: di-* LXXX. Comes Orientis curatur a Juliano.

cebant enim, Asterium, qui in sophistica & falsa disserendi arte fuerat educatus, & se in hæreticorum Ecclesiam injecerat, & Episcopale munus erat assecutus, falsum acriter defendere, & improbo uti artificio adversus veritatem: Et veremur, inquiebant, ne facundia veluti quadam esca falsum contegens, & nexus syllogismorum tamquam quædam retia extendens, capiat multos ex simplicioribus: ea enim de causa fuit ab adversariis accersitus. Senex autem: Estote, inquit, bono animo, & Deo nobiscum supplicante, orationem & corporis afflictionem precibus adjungentes.

LXXXI. *His Deum sic rogantibus, uno die ante diem festum ut celebrem, quo verba erat facturus falsi defensor & hostis veritatis, is divinitus immissam accepit plagam, & cum uno tantum die ægrotasset, excessit e vivis; illam, ut est probabile, vocem audiens* (a): *Stulte hac nocte animam tuam a te repetent; quæ autem parasti retia & laqueos, iis tu implicaberis, & non alii.* Hunc tandem finem est consecutus Allophilus ille, qui tanto tempore insultavit agminibus Dei viventis, ab ipso jam tempore Nicæni Concilii, ut superius dictum est, lues Ecclesiarum, nonnisi ad perditionem hominum comparatus, ubique semper & adversus bonos omnes atque Fideles invenius scelestissimus. Arii fax ad inflammandas Ecclesias paratissima, quam sanctus senex exsufflans extinxit. Quæ autem reliquerit post se scriptorum monumenta, S. Hieronymus numerat, cum de eo sic ait (b): *Arianæ philosophus factionis scripsit regnante Constantio in epistolam ad Romanos, & in Evangelia & Psalmos commentarios, & multa alia, quæ a suæ partes hominibus studiosissime leguntur.* Tanta victoria, tantaque erecta de Arianorum antesignano trophæa insignes alias atque plane divinas operationes a viro sanctissimo editas magis magisque illustres reddiderunt & immortales, succedentibus his aliis peioribus haud indignis.

(a) Lucæ 12.

Asterius Sophista creatus Episcopus excedit e vita.

(b) Hier. de Script. Eccles. in Asterio.

LXXXII. Hujus nempe, cum in narrationem incidit monachorum, Johannes Chrysostomus obiter meminit (c) dicens: *Scitis utique & audivistis & vidistis etiam nonnulli virum, quem sum dicturus, Julianum dico illum admirandum. Hic erat rusticus, humilis & humili loco natus, & nec externæ quidem eruditionis omnino peritus, sed non ficta & simulata philosophia repletus. Hoc ingrediente civitates (quod quidem raro fiebat) neque oratoribus, neque sophistis, neque ullo alio ingrediente, tantus fiebat concursus. Quid autem dico? Non nomen ejus nunc quoque clarius decantatur, quam quorumvis Regum?* Hæc ipse. Porto dies natalis ipsius una cum cæteris clarissimis Dei amicis adscriptus in diebus Ecclesiasticis ab eo tempore cum in Orientali, tum etiam Occidentali Ecclesia jugi memoria perseverat (d).

(c) Chrys. in epist. ad Ephe. c. 6. homil. 21.

Celebris memoria Juliani Sabæ.

(d) Mart. Rom. die 14. Jan.

LXXXIII. At non unum tantum Julianum, alterumve Aphraatem, sanctissimos monachos nutrierant his temporibus Syriæ solitudines, sed alios plerosque his virtute haud impares, de quibus hæc Theodoretus (e): *Erant, inquit, etiam eodem tempore alii vitæ monasticæ disciplina valde præstantes. Nam in solitudine Chalcidensi Avitus, Martianus, Abrahamus, & alii præterea non pauci in corporibus perturbationibus obnoxiis vitam ab omni perturbatione vacuam traduxerunt. In Apamea item Agapetus, Simeon, Paulus, & alii in eo genere vitæ facile primas tulerunt. In solitudine porro Zeugmatensi Publius & Paulus; in Cyrestensi quoque vir ab omnibus laudatus Acepsimas se conclusit in cellulam, & eam vitæ modum sexaginta annos continuos transegit, neque visus a quoquam, neque cuiquam locutus. Adde his Zeugmatium virum cum primis admirabilem; qui tametsi luminibus orbatus erat, tamen circuibat sedulo, tum ut confirmaret oves, tum lupos dimicando profligaret; quam ob causam cellula ejus monastica incensa fuit; alteram tamen Trajanus dux fidelissimus ei ædificavit, aliusque res ad cultum vitæ necessarias impertiit*

(e) Theod. l. 4. c. 29.

Celebriores in Syria monachi.

PAGIUS XXIX. Ad num. LXXXI. Baronius *duos Asterios*, utrumque Sophistam, ac præterea Arianos confundit. Primus Cappadox fuit, & Constantino Magno imperante floruit: secundus Ecclesiæ Cyrensi præfuit ante Isidorum Theodoreti decessorem. Primus neque Episcopus, imo nec Presbyter fuit, si Athanasio credimus: fuit vero secundus. Theodoretus enim in Hist. Religiosa cap. 2. a Baronio hoc anno recitato, eum Cyri, oppido duorum dierum itinere ab Antiochia distanti, creatum Episcopum testatur; eoque non multo post demortuo, Cyrensis Ecclesia per aliquot annos vidua mansit, donec post Valentis Imperatoris interitum Isidorus ab Eusebio Samosatensi Episcopus ordinatus est. Prior *Asterius* ad currentem Christi annum vitam producere non potuit, nisi centenarius, aut centenario proximus periisse dicatur; cum in persecutione Diocletiana immolarit: quo tempore cum jam magni nominis esset, minor triginta annis non extitit. Duo itaque fuere Asterii, uterque Arianos, uterque Sophista. Prioris mentionem facit Athanasius lib. de Synodis, Socrates ac Sozomenus: Posterioris, nempe Episcopi, Theodoretus loco laudato. Baronius hoc anno hæc verba D. Hieronymi lib. de Script. Ecclesiast. de Asterio Episcopo intelligit: *Asterius Arianæ Philosophus factionis scripsit regnante Constantio in Epistolam ad Romanos, & in Evangelia & Psalmos Commentarios, & multa alia quæ a suæ partis hominibus studiosissime leguntur.* Sed de quo Asterio Hieronymus loquatur, non liquet. Theodoretus in allocutione dicta Chalcedone contra sanctæ

Duo Asterii Ariani ac Sophistæ non confundendi.

stit. In solitudine etiam Antiochena Marianus, Eusebius, Ammianus, Palladius, Simeon, Abrahamus, & alii quoque, qui imaginem Dei, ad cujus similitudinem conditi erant, integram conservarunt. Atque tum horum, tum illorum vitam scriptis prodidimus. Itemque mons, qui urbi illi amplissimæ imminet, hujusmodi floribus pratensibus pulchre vestitus est: nam in eo tum magna nominis celebritate vixit Petrus Galata, & ejus gentilis Ægyptius, quiaetiam Romanus, Severus, Zeno, Moses, Malchus, & alii quamplurimi vulgo quidem ignoti, Deo autem penitus perspecti & cogniti. Hæc Theodoretus de sanctis Syriæ solitudinum monachis, quorum nonnullorum res gestas ipse scriptis edidit in Philotheo, nempe de Juliano, & Aphraate, quos diximus, Martiano, Eusebio, Publio, Simeone, Palladio longe alio ab illo Galata, de quo suo loco dicendum, Abrahamo, Acepsima: meminit & de magno quodam (ita enim ipse

(a) Theod. hist. SS. Patrum c. 16. & 22. (*a*) eum iterum appellat) Marone, necnon de Mose & Malcho, cujus res gestas S. Hieronymus prosecutus est; qui tantorum virorum fama pellectus, monasticæ vitæ institutum arripiens, Syriæ potius elegit solitudinem, de quo suo loco dicemus. Institutam jam de Antiochena Ecclesia persecutione Valentis exagitata ordine prosequamur orationem.

LXXXIV. Putarunt Socrates (*b*) atque Sozomenus (*c*), Valentem Antiochiæ adversus Orthodoxos furentem, ad meliorem statum mentis revocatum esse oratione Themistii. Cæterum licet Socrates tradat habuisse ea de re Themistium coram Valente orationem, Sozomenus autem ipsum eo argumento scriptum librum eidem dedicasse testetur; tamen una eademque procul dubio scriptio fuit; sed desideratur ipsa, & multa alia, quæ horum temporum rebus magnam potuissent lucem afferre: longe vero diversa hæc habenda ab ea coram eodem Valente dicta oratione post debellatum Procopium, de qua superius mentio facta est. Cum autem is esset lugubris status Orthodoxorum in Oriente, ac præsertim in Syria; audita Magnus Basilius Antiochenæ Ecclesiæ dira jugique afflictatione, eam scriptis est consolatus, & ad fidem acceptam a Patribus fideliter custodiendam adhortatus, epistola ad ipsam data, quæ sic se habet (*d*): (d) Basil. epist. 6n.

(b) Socrat. l. 6. c. 27.

(c) Sozom. l. 6. c. 36. 37.

Quis dabit mihi alas instar columbæ? & volabo ad vos, expleboque desiderium, quo ad dilectionis vestræ congressum aspiro. Nunc vero non solum alis destituor, sed ipso quoque corpore, quod & longa jamdudum ægrotatione confectum, & nunc continuis tribulationibus prorsus attritum est. Quis enim usque adeo anima est adamantino? quis ita plane omnis commiserationis expers & immitis, qui cum audiat, quo modo undique nos gemitus ac luctus, velut ex tristi quodam choro, communi quadam & consona lamentatione applorante impetat, non condoleat animo, inque terram præ luctu destectatur, & immensis istis curis omnino tabescat? Sed potest sanctus Deus aliquam ab immensis ac deploratis curis dare relaxationem, & a diuturnis laboribus quamdam largiri respirationem. LXXXV. Basilius epistola consolatus Antiochenos

Itaque & vos oro, ut eamdem consolationem amplectamini, ac spe consolationis cum gaudio præsentem tribulationum luctum toleremus. Sive namque peccatorum pœnas damus; valebunt ad hoc flagella, ut posthac iram Dei quæ immniebat, avertant; sive in certaminibus, quæ pietatis gratia decertamus, per tribulationes corroboramur: justus est is, qui nos ad tolerandos agones præmiis invitat, ut non sinat nos tentari supra id quod ferre possumus; sed pro toleratis jam laboribus patientiæ nobis & spei in ipsum coronam reddat. Ne igitur ad decertandos pietatis agones defatigemur; neque per desperationem, quæ jam decreta sunt, amittamus. Non enim uno actu fortitudinis, neque modica quodam labore constantis animi specimen datur; sed qui corda nostra probat, longa nos ac prorogata probatione vult justitiæ coronam adeptos demonstrare. Dumtaxat constans ac fidelis servetur ani- LXXXVI. Utilitas tribulationis.

PAGIUS memoriæ Cyrillum mense Septembri anni CCCCXXXI. ut observat Garnerius in Auctario Operum Theodoreti pag. 34. ubi hanc allocutionem Theodoreti esse ostendit, ait: *Disce tuum Doctorem. Hoc Asterius Arianus genuit, & Apollinarius tuus pater. Te ipsum enim illius filium constituisti.* Ubi Theodoretum de priore Asterio locutum arbitratur Garnerius: posterior enim, inquit, Constantinopoli innotescere facile non potuit.

XXX. Fuit & tertius Asterius Amasea Episc. Utriusque Asterii occasione observandum, floruisse hoc sæculo alium Asterium Amaseæ in Ponto Episcopum doctrina & sanctitate illustrem, qui post annum Christi quadringentesimum adhuc in vivis fuit, ut liquet ex Oratione *de Kalendis* eo anno scripta, de qua infra sermo erit. Jam tamen Juliano Apostata imperante celebris erat, ut colligitur ex Orationibus *de Kalendis & adversus Avaritiam*, ubi antequam loquatur de iis, quos is Imperator ad Fidem negandam induxerat, ait: *Et hæc quidem*, inquit, *anteriorum exempla temporum memoria servavit: sunt etiamnum recentia ac nostra ætatis.* De ejus Operibus legendus Labbeus in Dissert. de Scriptoribus Ecclesiast. ubi & mentionem facit quarti Asterii Petræ in Arabia Episcopi, qui hac ætate vixit, quique die X. Junii in Martyrologio Romano colitur, de quo Baronius hoc anno. Post Labbei mortem Cotelerius in tertio tomo Monumentorum Ecclesiæ Græcæ aliqua Divi Asterii Amasensis Episcopi Opuscula publicavit, & in linguam Latinam convertit. De Asterio Philosopho Spondanus in Epitome anno CCCXXXVI. num. V. Baron. n. LXXVI.

nimus noster, fides nostra in Christum robur custodiatur immotum; & brevi ac velociter veniet auxiliator, veniet & non tardabit. Amplectenda enim tribulatio, super tribulationem, spes super spem, adhuc modicum, adhuc modicum. Ad istum modum alumnos suos Spiritus sanctus futurorum promissione recreare novit: post tribulationes enim sequitur spes; quæ vero sperantur, e vicino subsequuntur. Nam etiamsi universam hominum vitam quis objecerit; brevissimum tamen est illius spatium, respectu infiniti sæculi, quod in spe nostra reconditum est.

LXXXVII. Fidem, quam custodiant, insinuat.

Fidem autem nos neque recentiorem ab aliis conscriptam accepimus, neque ipsi mentis nostræ fœtus aliis obtrudere audemus, ne humana putentur pietatis verba; sed quæ a sanctis Patribus edocti sumus, ea rogantibus nos annunciamus. Est itaque Ecclesiæ nostræ a Patribus administratæ, etiam a sanctis Patribus qui Nicææ convenere, conscripta fides; quam etsi arbitramur ore tenus & apud vos in usu haberi; non tamen detrectabimus, ne desidiæ crimine notemur, ipsa quoque verba litteris annotare; sunt enim ista: Credimus in unum Deum, &c. Ipsum Nicænum symbolum Basilius integrum in eadem describit epistola, quod ab ipsis integrum custoditum exoptat.

LXXXVIII. Basilius optat conciliari inter se catholicos Antiochenos.

Quod autem Ecclesia Antiochena præter afflictionem Valentis Imperatoris alia rursum intestina affligeretur vexatione, dum Catholicæ fidei professores inter se divisi, alii Meletio, Paulino alii adhærescerent; idem sanctus Basilius, quod non levioris negotii, sed magni momenti id esset opus, ad eam rem conficiendam Magnum Athanasium litteris ad eum scriptis rogat, ut inter utramque partem pacis sequester accedat. Sed in illud primum vehementer incumbit, ut quoniam Orientalis Ecclesiæ ejectione Episcoporum Catholicorum & subrogatione Arianorum jam penitus videretur esse collapsa, unum tantum doceat superesse remedium, illudque in eo repositum, si ab Occidentalibus Episcopis sublevarentur; atque istud ipsum ut curet, enixius rogat his verbis (a): *Olim novi & ipse secundum admensuratam mihi rerum gerendarum cognitionem; unam sciebam acquirendi auxilii viam; quæ res Ecclesiis nostris cum Occidentalibus Episcopis conspirat & convenit. Si namque voluerint illi eumdem zelum, quo contra unum & alterum qui in Occidente diffamabantur,* nempe Auxentium & socios, *usi sunt, & pro nostrarum partium incolatu solicite demonstrare; forte fiet aliquid, quod proderit communiter omnibus. Unde & qui rerum potiuntur, multitudinis auctoritate permoveantur, & populi quaquaversum illos sine contradictione sequantur.*

(a) Basil. ep. 48.

LXXXIX. Basilius Athanasium cupit agere cum Episcopis Occidentis.

Quis autem ad ista perficienda prudentiam tuam excellet? Quis acutius, quid faciendum sit, expendet? Quis ad utilium energiam efficacior? Quis ad considerandam fratrum necessitatem condolentis affectu magis præditus? Quis universo Occidenti honorabili canicie tua venerabilior? & paulo post: *Ad Occidentales Episcopos mitto, qui calamitates, quibus occupamur ac premimur, illis exponant. Instrue illos forma narrandi, qua utantur. Esto Samuel Ecclesiis; particeps esto afflictionum laborantium populorum, &c.* ac post hæc, res Antiochenæ Ecclesiæ ut sollicite curet, rogat his verbis:

XC. Basilius Athanasio commendat Eccl. Antioch.

Antiochenæ sane Ecclesiæ status manifeste a tua pietate pendet, ut alios quidem ædifices, alios vero compescas ac quietem reddas, atque Ecclesiæ vires per unanimem consensum restituas. Quod enim juxta eos qui medicorum sapientissimi sunt, curandi initium ab illis sumere debeas, qui periculosissime laborant, nemo est qui te melius intelligat. Quid autem poterit totius Orbis Ecclesiis, ea quæ apud Antiochiam est, lethalius esse? Quam si contigerit ad concordiam redire; nihil prohibebit, quo minus universo corpori, tamquam corroboratum caput, sanitatem suppeditet. Re vera autem sapientia tua & Evangelica sympathia urbis illius ægritudines opus habent; quæ non ab hæreticis solum scissa est, sed & ab illis qui idem sentire dicuntur, discerpitur. Ista vero componere, & in unius corporis harmoniam reducere, vere illius est, qui & siccis ossibus, ut ad nervos & carnem iterum restituerentur, ineffabili virtute sua largitus est. Magna vero omnino Dominus per sanctos suos operatur, &c. Hæc Basilius, qui & in his multus fuit, aliis sæpe literis eumdem Athanasium interpellans pro infelicissimo statu Orientalis Ecclesiæ, ac potissimum Antiochenæ, ut complures literæ ad eumdem Athanasium eodem ferme argumento datæ significant (b). Quonam modo autem ipse Athanasius, opem laturus Basilio & Ecclesiæ Orientali, Petrum Alexandrinæ Ecclesiæ ministrum ad ipsum legarit, & de legatione ab eo ad Occidentales missa, dicemus anno sequenti.

(b) Basil. ep. 49. 50. 51. 52.

XCI. Præfectus Libyæ ab Athanasio excommunicatus.

Quod rursum ad Athanasium spectat; etsi (ut dictum est) & ipse in sua Ecclesia absque vexatione quiete agere permissus fuit; Ecclesiæ tamen sibi subjectæ a Præfectis earum provinciarum nonnihil vexatæ sunt; & inter alias Ecclesiæ Libyæ a quodam Præfecto Cappadoce, homine moribus depravato, licet fide Catholico, labefactata est: quem in deteriora prolabentem, nec mores emendare curantem S. Athanasius sententia excommunicationis perculit; scripsitque ex more publicas litteras, quibus significaretur, ne qui excommunicatus ab ipso esset,

ab

ab alio usquam Episcopo reciperetur. Pervenerunt eædem litteræ in Cappadociam, quo idem reversurus erat; quas cum in primis Basilius universæ illius provinciæ metropolitanus Episcopus accepisset, in nefarium hominem æque ac Athanasius ipse commotus, eumdem a fidelium consortio penitus declaravit extorrem, deque his sic a se gestis eumdem S. Athanasium reddidit certiorem, perbrevi ad eum ejusmodi epistola scripta (a):

(a) Basil. ep. 47.

XCII. Basilius ratam habet Præfecti excommunicationem.

Incidi in sanctitatis tuæ litteras, in quibus adversus Libyæ Præfectum, virum infamem, ingemuisti. Deploramus quidem patriam nostram, quod talium malorum & mater est ac nutrix. Deploramus vero & Libyam nostræ proximam, quod malorum nostrorum particeps facta, ferinisque viri hujus moribus tradita est, qui a puerili crudelitati pariter & lasciviæ assuevit. Hoc scilicet erat, quod sapienter dixit Ecclesiastes (b): Væ tibi terra, cujus Rex est puer, & cujus principes mane comedunt, & in ipso meridio lasciviunt, post alienos thoros plusquam irrationales bestiæ insanientes. Itaque illum quidem flagella manent apud justum Judicem ad eamdem mensuram commensurata, juxta quam ipse jam antea sanctos Dei affligere præsumpsit. Innotuit autem id & Ecclesiæ nostræ ex litteris pietatis tuæ: atque aversandum & execrabilem illum aversabuntur omnes, ita ut nec ignis, nec aqua, nec tecti communionem cum illo sint habituri: siquidem prodest, ut violenti isti tyranni communi & unanimi judicio condemnentur. Sufficeret autem ipsi damnationis titulus, & ipsæ sententiæ, quibus undique ab omnibus condemnabitur. Neque enim omittemus, quo minus condemnationem istam omnibus ipsius & familiaribus & amicis atque advenis ostendamus. Quod si vero non statim illum istæ reprehensiones, quemadmodum & Pharaonem, permovebunt; attamen postremam aliquando & gravem illi ac tristem retributionem afferet. Hactenus Basilius ad Athanasium; quæ hic descripsisse voluimus ad excommunicationis censuram etiam in provinciarum Præfectos ab Episcopis exerceri solitam in Ecclesia insinuandam. De reliquis autem Basilii rebus cum Athanasio gestis agetur anno sequenti.

(b) Eccl. 10.

Pœna excommunicati.

XCIII. Valens exagitat magos divinatores.

Hoc eodem anno, quo venit Valens Imperator Antiochiam, ipsius tertio Consulatu, præfecturam Prætorii Modesto administrante, diræ sunt habitæ quæstiones de compluribus, qui de vita ipsius Imperatoris consuluissent magos, aruspices, vel alios; qui malis artibus futura prænoscere profitebantur; de quibus omnibus Ammianus (c) pluribus agit, cujus quoque assertione colligitur, eadem hoc ipso anno agi cœpta, nimirum cum, ut ait, præfecturam Prætorii Modestus administraret; ad quem eodem munere fungentem extat Valentis rescriptum ipso tertium Consule hoc anno datum (d), nec non (e) aliud adversus maleficos (quod ad hanc rem, de qua agitur, pertinet) his verbis: *Cesset mathematicorum tractatus. Nam si quis publice aut privatim, in die noctuque deprehensus fuerit in cohibito errore versari, capitali sententia feriatur.*

(c) Ammi. lib. 29.

(d) l. 6. de de tyron. C. Theod.

(e) l. 8. de malef. C. Theod.

XCIV. Philosophi avidi scire successorem Valentis.

Quinam autem fuerint, qui pertæsi Valentis Imperii, curiose de futuro scrutarentur Imperatore, Sozomenus narrat, cum ait (f): *Eo quidem tempore omnes prope philosophi Gentiles extincti sunt; idque hac de causa. Nonnulli eorum qui aliis in philosophia præstare putabantur, incrementum religionis Christianæ ægre admodum ferentes, inivere consilium de prænoscendo, quis esset Valenti in Imperio successurus. Qua de re cum omnia omnis generis divinandi genera experti fuissent; ad extremum tripodem ligneum a lauro fabricati, invocationes dæmonum & verba execrabilia pro more suo usurparunt: adeo ut ex conjunctione singularum litterarum per tripodis machinam & divinationem significatarum, futuri nomen extaret Imperatoris. Philosophi igitur cum Theodorum virum inter satellites Imperatoris insignem illum quidem & illustrem, sed Gentilem, Imperatorem fieri avide expeterent, utque ordo litterarum usque ad D, hujus nomini conveniret, in fraudem inducti sunt, dum hac conjectura nixi, Theo-*

(f) Sozom. l. 6. c. 35.

PAGIUS XXXI. *Insidiæ Valenti Aug. extructa.*

Ad num. XCIII. & seqq. *Cum Valens* Imperator ante vernum tempus anni trecentesimi septuagesimi secundi Antiochiam non pervenerit, ut ex his quæ infra dicemus, constabit, annus, quo diræ habitæ sunt quæstiones de iis, qui de hujus Imperatoris vita consuluissent Magos, quove celebriores Philosophi occidi jussi, qui annus utique hactenus in obscuro fuerat, in manifestam lucem educitur. Illud enim contigit anno trecentesimo septuagesimo tertio. Scribit quippe Zosimus lib. 4. pag. 742. *Cum Antiochiæ degeret Imperator*, magiæ præstigiis de Valentis successore consultum esse; cui Socrates & Sozomenus a Baronio citati suffragantur. Ammianus vero initio libri 29. insinuat, factum id *æstate consumta*, & dum Modestus Præfectus Prætorio *formidine successoris agitaretur in dies*. Quare cum *Modestus*, qui huic crimini vindicando incubuit, anno trecentesimo septuagesimo tertio ultimum Præfecturæ suæ annum egerit, non dubium, quin eo anno quæstiones illæ exercitæ sint, & quin L. 8. Cod. Theod. *De Maleficis*, quæ sine die & Consulibus est, ad eundem annum pertineat, ut Gothofredus in ejusdem Legis Commentario suspicatus fuerat. Nam Modestum anno trecentesimo septuagesimo quarto Prætorio Præfectum non fuisse, liquet ex Legibus Codicis Theod.

Theodorum Imperio potiturum expectarent. Quo illorum conatu indicato, Imperator extra modum ira exardescere cœpit, quasi saluti suæ insidias comparassent.

XCV. Theodorus ex nomine reus capitis. *Quam ob causam tum Theodorus, tum tripodis opifices comprehensi sunt, mandatumque ut ille igni, hi autem gladio necarentur. Pari ratione omnes illustriores in toto Imperio philosophi eadem ipsa de causa extincti. Quin etiam cum Imperatoris ira nullo modo comprimi posset; etiam in eos qui philosophi non erant, sed illorum dumtaxat vestitu utebantur, invidiæ flamma pervasit; sic ut qui alias artes profitebantur, neque crocotis, neque palliis philosophorum se induere vellent, adque ob periculi metum, ne viderentur ex eorum numero esse, qui vaticinia illa & ritus ad tripodem peregissent. Istam quidem implacabilem Imperatoris iram, atque adeo crudelitatem, addo etiam philosophorum temerarium facinus, philosophis indignum & imprudentem conatum a bene sanis hominibus arbitror merito damnandum.*

XCVI. Litteræ in suspicionem adductæ. *Nam cum hac inscitia Valens impulsus animum induxisset eum interficere, qui esset sibi in Imperio successurus, neque vitæ illorum qui divinatione ea de re usi fuissent, neque ejus de quo divinassent, pepercit; quin etiam, ut ferunt, neque eorum quidem qui tum eodem nomine, si modo illustres essent, appellabantur, vel saltem simile nomen habebant, cujus primæ litteræ a* Th, *usque ad* D, *eædem essent. Porro philosophorum huc processit amentia, uti crederent in sua situm potestate, ut tum Imperatorem e medio tollerent, tum denuo excitarent.* Hæc & alia de philosophorum Gentilium stultitia affert Sozomenus; qui ægre ferentes Christianum hominem Romano Imperio diutius dominari, adhuc mærentes Julianum cito extinctum, hisce magiæ præstigiis de venturo consulebant Imperatore, avideque ex elementis illi patefactum nomen Theodori illius acceperunt, utpote Ethnici hominis; quem tamen moribus probe compositum Ammianus describit (*a*), cum ait: *Visus est aliis excellere Theodorus secundum inter Notarios adeptus jam gradum; & erat re vera ita, ut opinati sunt. Namque antiquitus claro genere in Galliis natus, & liberaliter educatus a primis pueritiæ rudimentis, modestia, prudentia, humanitate, gratia, litteris ornatissimus, semper officio, locoque quem retinebat, superior videbatur, altis humilibusque juxta acceptus: solusque pene omnium erat, cujus linguam non infrenem, sed dispicientem quæ loqueretur, nullius claudebat periculi metus.* Hæc de eo Ammianus: quem Constantinopoli accersitum, ut ait, quæstionibus Imperator subjecit.

(a) Amm. l. 29.

XCVII. Addit ad hæc de aliquibus Socrates (*b*): *Itaque omnes qui erant Theodori, vel Theodosii, vel Theoduli nomine, vel aliis consimilibus nominibus appellati, Valens interficit: in quorum numero fuit Theodosiolus vir nobilis ex genere patricio; qui ab Hispania ad Valentem adductus, morte mulctatus est. Multi igitur præ metu ipsorum animis injecto sua commutaverunt nomina; & quæ parentes illis in lucem editis imposuerant, tamquam plena periculi denegarunt.* Hæc ipse; his adjiciendam putamus, quam S. Joannes Chrysostomus de nece alterius Theodori affert historiam sub eodem Valente, eadem, ut putatur, causa, periclitantis. Existimari quidem posset, hunc unum eumdemque esse cum illo, cujus Ammianus (*c*) tragœdiam narrat, nisi quod ille ab ipso dictus Gallus, hic vero Siculus nominatur. Ait igitur Chrysostomus (*d*):

(b) Socrat. l. 4. c. 15.

Multi ex nomine facti rei capitis.

(c) Amm. lib. 29.

(d) Chrys. epist. ad viduam juniorem.

Revocabo autem tibi in memoriam Theodorum illum Siculum (fortasse audisti, erat enim in primis notus & celebris). Hic & pulchritudine & magnitudine corporis & auctoritate apud Imperatorem omnibus præstans, qui ea poterat, quæ interiorum familiarium nemo, prosperam illam fortunam non moderate tulit: sed insidiatus Imperatori ac deprehensus, ipse quidem valde miserabiliter obtruncatus est; ipsius autem uxor neque educatione, neque genere, neque ulla alia re nobilitati tuæ concedens; omnibus repente rebus fuit spoliata, ac libertate amissa, cubiculariis ancillis adnumerata, ac nulla non ancilla miseriorem ac magis lacrymabilem vitam agere coacta est, hoc uno cæteris antecellens, quod propter incomparabilem calamitatis magnitudinem, lacrymas eorum omnium, qui ipsam aspicerent, eliciebat. Fertur etiam Artemisia viro valde claro nupta, quoniam & ille tyrannidem affectavit, in eamdem incidisse paupertatem, ac præterea oculis esse capta; nam magnitudo ægritudinis & lacrymarum multitudo lumina extinxit. At nunc quidem hominibus eget, qui deducant, & ad alienas portas adducant, ut hoc modo necessarium sibi victum comparare queat. Ista Chrysostomus adolescens Antiochenus ibidem agens, ubi hæc omnia tractabantur. At quod ait dictos clarissimos viros ob affectatam tyrannidem extinctos esse; hæc idcirco, quod qui eos neci traderent Judices (ut ex Ammiano colligitur) hanc de damnatione singulorum causam justam apparentem prætexerent. Subdit idem ibi Chrysostomus de ipsius Valentis Imperatoris miserando interitu, de quo opportunius suo loco agendum erit. At Zosimus quoque, dum de Theodoro agit, affectatum ab eo Imperium tradit, ac malis artibus conquisitum, licet eum Ammianus excuset.

XCVIII. Theodori Siculi casus.

Nominat idem Zosimus celebriores philosophos tum jussu Valentis occidi jussos, XCIX.

cum

Qui Philosophi occidi jussi a Valente.

(a) Zosim. l.4.

cum ait (a): *Primus ex nobilibus philosophis interfectus est Maximus, & post illum oriundus e Phrygia Hilarius, qui ambiguum quoddam oraculum clarius fuisset interpretatus: secundum hunc Simonides, & Patricius Lydus, & Andronicus e Caria; qui omnes ad summum doctrinæ fastigium pervenerant, & potius invidia, quam justo judicio damnati fuerant.* Hæc Zosimus: at neutiquam cum his Themistius comprehensus est, utpote vere philosophus & ab omni magiæ studio procul abhorrens. Porro quod spectat ad Maximum illum olim Juliani in magia magistrum, ista de eo Ammianus (b): *Neque ita multo post, Maximus ille philosophus, vir ingenti nomine doctrinarum, cujus ex uberrimis sermonibus ad scientiam copiosus Julianus extitit Imperator, oraculi supradicti versus audisse insimulatus, seque comperisse assensus, sed reticenda professionis consideratione non effudisse, verum ultro prædixisse consultores ipsos suppliciis pœnalibus perituros; Ephesum ad genuinum patriam ductus, ibique capite truncatus, sensit, docente periculo postremo, quæsitoris iniquitatem omnibus esse criminibus graviorem.* Sic ipse. Fuisse autem, qui de Maximo habuit quæstionem, Festum Judicem, Eunapius tradit (c), qui & pluribus ejusdem Maximi necem prosecutus est. Qui igitur eadem divinandi arte summam apud Julianum (ut diximus) gratiam fuerat consecutus, cum jam illi de ejus Imperio esset vaticinatus, justo Dei judicio eadem ex causa sibi ultimum supplicium comparavit: hic ergo vanissimi hominis finis fuit, quem aliqui errore ducti nominarunt Tyrium, cum Ephesius dictus fuerit, origine vero Smyrneus, ejusque germani Nymphidianus item Smyrnæ oriundus & Claudianus, quorum Eunapius (d) meminit. Porro Maximus ille Tyrius Platonicus, cujus extant conciones, sub Commodo vixit, ut de eo testatur Suidas. De Maximo autem alio Cynico Ægyptio suo loco dicemus.

(b) Amm. lib. 29.

Maximus Philosophus damnatus capite.

(c) Eunap. in vita philos.

(d) Eunap. in Vit. phil.

C. Cum igitur de his Ammianus agit, magnam factam inquisitionem refert vetitarum artium codicum, quorum reperiendorum causa fuerint cujusque ferme domus penetralia accurate quæsita; eosdemque inventos publice combustos tradit, cum ait (e): *Deinde congesti innumeri codices, & acervi voluminum multi sub conspectu Judicum concremati sunt, ex domibus eruti variis ut illicitis, ad leniendam cæsorum invidiam.* Ita Ammianus. Hæc illa plane tempora, quorum meminit Chrysostomus (f), cum inquit: *Ante annos decem capti sunt nonnulli tyrannidem appetentes, cujus rei vos etiam meminisse arbitror. Fuit inter eos quidam dignitate ac principatu præditus: qui cum damnatus capite ad supplicium duceretur, populus motus misericordia universus Prætorem adiit; & deprecandi communi opera efficere potuit, ut reus ille venia nulla dignus liberaretur ab ira Imperatoris.* Hæc ipse: fortasse hic ille Sallustius, quem damnatum capite & liberatum, vel potius quem filium Alypii, Ammianus (g) tradit. Tunc plane & illud accidit, ut complures, ne apud se ejusmodi codices reperirentur, eos igni confestim tradiderint, vel in proximum fluentem conjecerint: cujus rei causa Joannes Chrysostomus jam periclitatus esset, nisi divino quodam præsidio (quod ipse testatur) fuisset adjutus. Porro rem gestam sic ipse refert (h):

Libri magiæ inquiri jussi.

(e) Amm. lib. 29.

(f) Chrys. hom. 3. cont. Anomæos.

(g) Amm. lib. 29.

(h) Chrys. in Act. Apost. hom. 38.

CI. *Mota est olim, me adhuc adolescentulo, magna tyrannorum hostilitas; militibus etiam foris extra civitatem ad insidias positis, forte fortuito libellos quærebant incantatorios & magicos. Et qui scripserat librum, nondum perfectum in flumen abjecerat; & captus, cum postularetur ab eo. reddere non poterat, sed ducebatur per totam civitatem vinctus: & cum ita accusaretur, dedit pœnam. Tunc ergo ad martyris ædem proficisci volens, transibam per hortos juxta flumen cum alio quodam. Ille autem viso libro, qui in superficie fluebat; primum quidem putabat linteum esse: propior autem factus, agnovit esse librum, & descendens recepit. Ego autem contemnebam, ut de communi invento, & ridebam. Sed videamus, inquit, quidnam hoc sit. Revolvit partem paginæ, & invenit scripta magica. Accidit autem eodem tempore, militem transire; qui hoc animadverteas abiit & timere nos fecit. Quis enim credidisset, quod e flumine sumptum sustulissemus; cum omnes tunc, etiam qui non suspecti essent, detinerentur? & abjicere non audebamus, ne videremur; idem erat periculum, si scinderemus. Concessit igitur Deus, & abjecimus, & postea a periculis liberati sumus.* Hactenus Chrysostomus, ista recolens, tanquam maximum a Deo tunc beneficium consecutus, ex quibus cum ceteris levioris quoque suspicionis reis postulatis judicio pœnam capitis exolvisset, si cum libro illo deprehensus fuisset. Agebat autem hoc tempore Chrysostomus suæ ætatis annum decimum sextum, secundum rationem superius initam, cum de matre ipsius actum est.

Johannes Chrysostomus in magno discrimine positus vitæ liberatur.

CII. In Occidente quoque ab anno superiori diræ agitari cœptæ sunt quæstiones adversus ejusmodi delinquentes, qui curiosis per divinationem scientiis operam darent; adeo ut ipso exordio in Senatorias quoque personas exhibitæ fuerint unguiæ, fidiculæ, & alia pœnarum genera, quæ licet servilibus tantum personis ex priscis

Magicæ artis rei inquisiti etiam in Occidente.

legi-

legibus consuevissent admoveri, per Constantium (*a*) tamen odio magiæ (ut dictum est) in quosque etiam nobiles fuerunt relaxata. *Quamobrem* (inquit Ammianus *b*) *ne tot malis dissimulatis, paulatimque serpentibus, acervi crescerent ærumnarum; nobilitatis decreto Legati mittuntur*, Roma scilicet, *Prætextatus ex Urbi Præfecto, & ex Vicario Venustus, & ex Consulari Minervius, oraturi ne delictis supplicia sint grandiora, neve Senator quisquam inusitato & illicito more tormentis exponeretur. Qui cum intromissi ad consistorium hæc deferrent; negantem Valentinianum se id statuisse, & calumnias perpeti clamitantem, moderate redarguit Quæstor Eupraxius*, &c. Rescripsit tunc Valentinianus ad Præfectum Urbis Olybrium his verbis (*c*):

(a) l. 9. de malef. C. Theod.

(b) Amm. lib. 28.

(c) l. 3. de quæst. C. Theod.

CIII. *Nullus omnino ob fidiculas perferendas, inconsultis ac nescientibus nobis, vel militiæ auctoramento, vel generis aut dignitatis defensione nudetur; excepta tamen maiestatis causa, in qua sola omnibus æqua cognitio est. Hi quoque citra consultationis modum subjiciantur quæstioni, qui evidentibus argumentis subscriptiones nostras finxisse prodentur; qua in re ne Palatini quidem nominis assumptionem hujus esse volumus quæstionis exortem.* Hæc, ut dictum est, anno superiori. Cæterum ejusmodi quæstiones de magis & maleficis agitatæ sunt usque ferme ad ejusdem Imperatoris obitum, prout apparet ex ipsius rescriptis eadem ex causa datis, de quibus anno sequenti agemus.

CIV. Quoniam autem hæc quæ dicta sunt de Valente, Joannes Chrysostomus (ut vidimus) testatur contigisse, cum ipse adolescentior esset; his hæc pro ratione temporis adjicienda putamus, quæ eadem sua ipsius ætate accidisse tradit Antiochiæ memoria digna, de conversione famosissimæ meretricis: homilia enim in Matthæum sexagesima octava habet ista: *At non audistis quomodo illa meretrix, quæ omnes impudicitia superavit, universos rursus continentia & virtute a tergo reliquit? Non dico illam de qua in Evangelio scribitur, sed hanc quæ nostra memoria ex Phœnice omnium civitatum iniquissima fuit. Hæc enim pueris nobis apud nos erat, & cum prima in theatro esset, nomen ejus ubique ferebatur; non in urbe nostra solummodo, sed ad Cilicas usque & Cappadocas. Hæc multorum patrimonia exhausit, hæc multos parentum orbos tenebat, hæc maleficis quoque uti artibus dicebatur, quasi non eleganti corporis forma solum, verum etiam magicis cantibus & herbis retia tenderet: hæc Reginæ quoque fratrem attraxit; tanta cupidinis tyrannide pollebat. Sed subito nescio qua re, immo vero certissime scio; voluntate namque commutata, & Dei gratia hoc modo impetrata, omnia illa sprevit & calcavit; ita diaboli officina projecta, facile ad cœlum ascendit: & quamvis nihil erat ea petulantius, dum in scena versaretur, postea tamen continentiæ magnitudine multas antecelluit. Cilicium enim induta per totam reliquam vitam hoc se pacto exercebat. Hujus gratia & Præfectus, a senibus perturbatus armatos milites misit, qui non potuerunt eam rapere, nec a numero virginum, quæ ipsam receperunt, abducere. Hæc cum ineffabili sacramento communicasset, & condigne susceptæ gratia vixisset, universis per gratiam maculis detersis, naturæ demum concessit. Mirabilem enim philosophiam, post baptismum ostendit, nec umquam amantibus antea, eamque sequentibus, ac diligenter quærentibus visa est; sed postea quam semel se ipsam inclusit, multos annos quasi vincta in carceribus peregit.* Hæc de ea Chrysostomus. Jam reliqua prosequamur.

CV. Interea vero Athanaricus Rex Gothorum, memor quæ quantave triennali bello a Valente Christiano Imperatore passus esset; quod non liceret, pacis ictæ legibus prohibentibus, vel potius quod haud tantum virium penes se esse sentiret invadendi Romanum Imperium, Christianos apud se agentes ipse Ethnicus persequi cœpit, nec destitit, quousque publica expeditione, transmisso Istro, ipsum Valentem aggressus est. Quod autem ad tempus inchoatæ ejusmodi persecutionis spectat; istud ipsum S. Hieronymus profitetur, qui cum anno sexto Valentis Imperatoris id factum recenseat, plane ad hunc ipsum annum septimum referendum est: ipse enim sequenti anno a creatione Valentis, quo primus absolvitur annus & secundus incipit, ejusdem Imperatoris annos aggreditur numerare. Hic igitur primus ejusmodi persecutionis annus jure statuitur; de qua ita Hieronymus (*d*): *Athanaricus in Christianos persecutione commota, plurimos interficit, & de propriis sedibus in Romanum solum expellit.* Hæc ipse. Rursum vero eamdem persecutionem cœptam esse hoc anno, inde etiam deducitur argumentum, quod cum S. Epiphanius testetur se commentarium illum adversus hæreses scribere anno undecimo Valentiniani atque Valentis Imperatorum, id ipso exordio libri primi affirmans; rursumque cum agit (*e*) de Audianis hæreticis, tradat monachos Gothos persecutionem passos a Rege Gothorum jam quatuor ante annos, ex quo illa scribebat; hac ratione dicendum est, ipsos expulsos e Gothia fuisse anno septimo eorumdem Imperatorum. At de monachis illis inferius. Sed & Orosius (*f*) de fuga eorum hæc amplius: *Athanaricus Rex Gothorum Christianos in gente sua crudelissime persecutus, plurimos barbarorum*

Athanarici Regis Gothorum persecutio.

(d) Hier. in Chron.

(e) Epiph. hæres. 70.

(f) Oros. l. 7. c. 7.

ab

ob fidem interfectos ad coronam martyrii sublimavit; quorum tamen plurimi ad Romanum solum non trepidi velut ad hostes, sed certi, quod ad fratres, pro Christi confessione fugerunt: Ita Orosius.

CVI. Contigit autem hæc persecutio, antequam iidem Gothi Arianæ hæresis labe conspergerentur; adeo ut qui apud eos passi sunt, Catholici omnes habiti fuerint; quod quidem S. Augustinus testatur his verbis (*a*): *Rex Gothorum in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabili, cum ibi non essent nisi Catholici; quorum plurimi martyrio coronati sunt; sicut a quibusdam fratribus, qui tunc illic pueri fuerant, & se vidisse incunctanter recordabantur, audivimus*. Hucusque Augustini verba; cui magis assentiendum jure quis dixerit rem adeo certa fide testatam reddenti, quodque his temporibus vicinior fuerit, quam (*b*) Sozomeno eos hæresi Ariana labefactatos affirmanti. At rem maximi ponderis, quod de fide Catholica martyrum sit controversia, accuratius pervestigemus; atque in primis quid de his post Socratem (*c*) ipse Sozomenus habeat, in medium adducamus; omissis iis, quæ de sede antiqua Gothorum, & eorum e limitibus egressione ab ipso descripta sunt, utpote re omnibus ferme nota, ac multorum scriptorum chartis memoriæ commendata.

(*a*) Aug. de Civ. Dei l. 18. c. 52.

Qui martyrium subierunt in Gothia, Catholici erant.

(*b*) Sozom. l. 6. c. 37.

(*c*) Socrat. l. 4. c. 37.

CVII. Quod vero ad persecutionem, de qua agitur, pertinet; in eo in primis erroris arguitur Sozomenus, dum ait, ante persecutionem a Gothis moram, concessum esse ipsis ab Imperatore, agente ad hoc legationem apud eum Vulphila ipsorum Episcopo, Thraciam habitare; quod quidem falsum omnino esse, Ammiani (*d*) auctoritate convincitur; cujus sententia liquet, Valentem Imperatorem, cum eos prœlio pertentavit, Istrum semper fluvium pertransisse, quod scilicet illi regiones transflumen positas incolerent. Transitus autem eorum in Thraciam postea contigit, ut dicemus. Sed audiamus quid ipse Sozomenus dicat de occasione concitatæ ab Athanarico in Christianos persecutionis; ait enim (*e*):

Sozomenus undique confutatur.

(*d*) Amm. lib. 27.

(*e*) Sozom. l. 6 c. 37.

CVIII. *Haud adeo diu post, seditione intestina inter ipsos Gothos conflata, bipartito divisos esse, atque alteri factioni Athanaricum* *, *Phritigernem alteri præfuisse dicunt. Prælio igitur inter eos commisso, Phritigernem, re male gesta, auxilium a Romanis petiisse. Quod cum ei Imperator Valens concessisset; & milites Romanos, qui erant in Thracia, ei subsidio venire permisisset; prælio redintegrato, victoriam consecutos esse, & Athanaricum cum suo exercitu in fugam vertisse. Atque quo gratiam Valenti referret, & se ei in omnibus rebus amicissimum fore confirmaret, se ejus de fide & religione sententiæ addixisse, persuasisseque barbaris sibi subiectis, ut eadem sentirent. At vero non istam solum causam fuisse puto, cur universa Gothorum gens ad hoc tempus usque Arianis adjuncta sit; sed quod Vulphilas* * *eorum Episcopus, licet initio ab Ecclesia Catholica nihil dissentiret; tamen post, regnante Constantio, per inscitiam una cum Eudoxio, & Acacio, utpote ex Episcoporum numero, qui in Concilio Nicæno convenerant, Concilio Constantinopoli habito interfuit*. At hic quoque magnopere hallucinatus est Sozomenus, dum ait Acacium & Eudoxium Nicæno interfuisse Concilio: neuter enim illorum præsens fuit, sed ipsorum prædecessores Antistites. Sed pergit ipse: *Qui simul ut eo venit, dicitur, cum principes sectæ Arianæ cum ipso de religione disseruissent, essentque polliciti legationem ei apud Imperatorem ex sententia confectam fore, si modo ipsorum opinioni se vellet addicere, vel necessitate compulsus, vel quod eamdem de Deo opinionem meliorem judicaret, communioni Arianorum se addixisse, & totam suam gentem ab Ecclesia Catholica separasse*. Hæc ipse.

Athanaricus & Phritigernes.

* Athalaricum.

* Vlphilas.

At quam hic sibi adversetur auctor, considera. Si enim (ut ait) jam a tempore Constantii Imperatoris in Concilio illo Constantinopolitano post Seleuciense mox celebrato Vulphilas una cum suis omnibus Gothis descivit a fide Catholica, atque Arianis inhæsit; quid intercessisse ait postea cum Valente Phritigernis promissionem, se una cum suis eamdem, quam ipse Imperator coleret, Arianam perfidiam sectaturum, quasi pergratum oblatum munus offerret pro gratiarum actione de impertita sibi adversus Athanaricum ope? Si enim ex ejus assertione, jam temporibus Constantii, Gothi Ariani facti erant; quid ultra Phritigernes ea pollicitaturus erat? Certe quidem usque in hanc diem Gothos perseverasse Catholicos: eos vero qui sub Phritigernis ditione erant, ex conditione icti fœderis cum Valente Imperatore, mutatos in Arianos, testatur Orosius, necnon Theodoretus (*f*), qui affirmat etiam id factum sub Valente Imperatore, Eudoxio id suadente ipsi Valenti; deceptosque ab eo tradit Gothos, quod falso jactaret, nullam inter utramque sectam differentiam intercessisse, sed verbalem potius inter Catholicos, & Arianos controversiam illam extitisse: sicque nihil dubii remanet, Gothos antehac fuisse Catholicos, subditos vero Phritigerni hoc anno cum ipso deviare cœpisse. Sed quid post hæc Sozomenus? CIX.

(*f*) Theod. l. 4. c. ult.

Gothi, inquit, *ab eo doctore*, nempe Vulphila, *ad pietatem, & verum Dei cultum amplectendum instituti, & per eum ad mansuetiores mores traducti, in omnibus rebus facile ejus consilio paruere; pro certo* CX.

Vulphilas episcopus Gothorum inventor literarum Gothicarum.

to persuasi, nihil ab eo vel dici improbe vel fieri, sed omnia ad utilitatem eorum, qui ardenti pietatis studio flagrabant, transigi. Quin etiam maximum dedit suæ virtutis specimen, infinita pericula pro religione Christiana tum subeundo, cum iidem ipsi barbari Gothi, quos diximus, adhuc religionem Gentilium coluerunt. Sed & hic siste gradum, lector, ne errantem inconsulto sequens, in eamdem erroris foveam inducaris. His omnibus nihil aliud auctor videtur asserere, nisi Vulphilam primum auctorem fuisse, qui Gothos ex Gentilium reddidit Christianos. At res Gothorum parum compertas habuit, ignorans nimirum jam temporibus Constantini Magni Gothos fuisse Christianos, ipsorumque Episcopum Theophilum nomine interfuisse atque subscripsisse Nicæno Magno Concilio, prout index Episcoporum eidem subscriptorum satis aperte significat. Sed auctor hæc addit:

CXI. *Primus præterea fuit, qui litteras apud eos invenerit, litterasque sacras in patrium sermonem converterit. Quare quod barbari prope Istrum omnino sectam Arianam sequebantur, hæc quidem causa fuit. Per idem tempus magnus numerus eorum, qui Phritigerni parebant, propter Christum martyrio e medio sublati sunt. Nam Athanaricus, cum Vulphilas multos ejus ditioni subjectos ad religionem Christi deduxisset, iniquo animo ferens, perinde quasi avita & patria religio innovata fuisset, eorum complures multis ac variis mulctavit suppliciis; quorum pars in judicium adducta cum viriliter & magno animo fidem Christi defendisset, interfecta est; pars, nulla pro se habita ratione, trucidata.*

Sæva persecutio Athanarici.

CXII. *Siquidem fertur, eos quibus hujus rei conficiendæ negotium Athanaricus imposuerat, statuam quamdam in curru collocatam per singula Christianorum tabernacula circumduxisse, jussisseque ut eam adorarent, eique hostias immolarent: quod cum facere recusassent Christiani, tabernacula cum ipsis hominibus incendio consumpsisse. Porro aliam cladem hac multo miserabiliorem eodem tempore quoque accidisse accepi. Nam multi tum viri tum mulieres, quarum aliæ pueros secum adduxerant, aliæ infantes recens natos, & adhuc sugentes ubera, violentiæ eorum qui ipsos ad sacrificandum impellebant, succumbentes, ad tabernaculum Ecclesiæ, quod ibi fuit, profugerunt: qui omnes, tabernaculo illo a Gentilibus incenso, pariter extincti sunt. Non longo tempore post Gothi ad mutuam fuere inter ipsos concordiam adducti; qui insolentia elati, Thraces gravibus afficere incommodis.* Hæc Sozomenus; cujus sententia illud affirmari videtur, quotquot apud Athanaricum martyrio vita functi sunt, quod essent subditi Phritigerni jam Ariana labe infecto, ut paulo ante dixit, fuisse eosdem pariter Arianos; ac proinde ipsos ejus assertione ex errore deducta, ex nece consecutos esse impietatis supplicium, non autem adeptos coronam martyrii.

Ariani Gothi nequaquam pati martyrium potuere.

CXIII. Sed videas nimia quadam oscitantia, sicut in aliis nuper confutatis, ita in his auctorem minime sibi constare, suisque ipsius scriptis pervalide confutari. Etenim quonam pacto, rogo, Athanaricus Christianos subditos Phritigerni, eo modo, ut ait, male affecit, si ipse in prœlio posteriores retulit & in fugam conversus est: Phritigernes vero ut victor, non solum non amiserit sibi subditos, sed (quod accidit prœlio vincentibus) adversariæ partis homines sibi subjecerit? Cum igitur tum ipsius Sozomeni, tum etiam Socratis assertione satis liqueat, Arianam fidem in gratiam Valentis illos tantum Gothos amplexatos esse, qui Phritigerni subditi erant, cumque & hos nequaquam devenisse constet in manus Athanarici, qui potius suorum nonnullos amisit; dicere opus est, Athanaricum sibi subditos tantum vexare voluisse. Quamobrem cum recitata a Sozomeno omni ex parte, ut vidimus, fide corruant; æque despicienda sunt: quæ etsi consisterent, præponenda tamen illis esset Augustini sententia, ut longe magis probatæ fidei auctoris, id in primis ex Gothorum gentili, qui ea spectavit, testantis: cum præsertim eidem suffragentur antiquæ tabulæ Ecclesiasticæ tam Græcorum, quam Latinorum, in quibus æque ac ceteri sanctissimi martyres, Gothi illi ab Athanarico fidei causa occisi, adscripti leguntur, publiceque statis diebus in Ecclesia recitantur, ut Saba atque Nicetas; de quibus suo loco dicturi sumus: perseverasse enim ejusmodi persecutionem triennio, ea quæ narranda sunt, inferius declarabunt.

CXIV. Ad hos alludens Cyrillus (a) Hierosolymitanus, qui & hoc florebat tempore, ait: *Persæ, Gothi, & omnes gentes testantur morientes pro illo, quem corporis oculis non viderunt.* Hæc ipse, haud dubium Catholicos citans fidei testes. Scimus & sanctum Epiphanium, qui (ut diximus) anno quarto post indictam a Rege Gothorum persecutionem Panarium suum scribebat, cum agit de Audianis hæreticis, præter Gothos illos, quos Audæus in monachos convertisset, ceteros omnes Catholicæ pietatis fuisse cultores affirmare; nec quod Ariani fuerint, vel in suspicionem venisse visum esse. Sed quid ipse dicat de Audianis, audiamus: *Sustinuit*, inquit (b), *ipse Audæus senex exilium, ad Scythiæ partes a Rege relegatus, eo quod rebelles faceret populos: nam*

(a) Cyril. Catech. 10.

(b) Epiph. hær. 70.

ab

Audiani ex Gothis plures. *ab Episcopis ad Regem delatus est. Illic enim annorum tempore (haud scio dicere quanto) commoratus est, alterius progressus, & ad intima Gothiæ, multos Gothorum in fide instruxit. Ab ipso sane etiam monasteria in eadem Gothia facta sunt, & vita conversatio instituta, virginitasque atque exercitatio pietatis non vulgaris. Est enim re vera hic ordo in valde admiranda conversatione, & omnia in ipsorum monasteriis recte se habent, exceptis his contentionibus tum ovariati Paschatis, tum peculiares pertinaciæ in exponendo id quod est secundum imaginem,* nempe Andropomorphitem facere Deum. *Cæterum quod gravissimum ac horrendissimum est, non faciunt preces cum aliquo, etiamsi probatus videatur, & nihil habeat quod accusari mereatur, neque scortationis reprehensionem, aut adulterii, aut avaritiæ, sed quod talis in Ecclesia conversatur. Atque hoc horrendum est, quod immutant nomen Christianorum a sancta Ecclesia impositum, quæ non habet addititium nomen, sed solum Christi; & quod Christiani, Audiani vocantur, assentiunturque in constitutionem humanæ naturæ, cujus ratio ab ipsis exigitur, etiam si vita sinceritate & justitia is ordo sit ornatus.*

CXV. Præcipui Audianorum. *Multi porro & post illius obitum fuerunt cum ipsis, & post ipsum ordinati ipsius Episcopi; Uranius quidem Mesopotamiæ, sed & e Gothia habuit aliquos, ipsosque constituit Episcopos: fuit & Silvanus, & alii quidam, quorum aliqui a vita decesserunt, præsertim Uranius, qui ex medio istorum gloriosus erat. Verum post obitum horum ipsorum Episcoporum Urani & Selvani, qui ex Gothia originem trahebant, plerique dissipati sunt, & valde imminuta est horum congregatio, & in partibus Chalcidis ad Antiochiam sitæ & in partibus Euphratis. Nam e Gothia plerique fugati sunt non solum ex illis, sed etiam nostri illic Christiani, persecutione magna instante sub Rege Gentili, qui valde malus fuit & Romanis infestus, eo quod Romani Reges essent Christiani; ita ut tota gens Christianorum ab illis partibus fugata sit, ne restaret radix sapientiæ, neque planta fidei. At tametsi videantur omnes esse fugati, omnino sunt illic Fideles homines: non enim possibile est fidei fontem deficere. Multi igitur ipsorum Audianorum, ubi discesserunt e Gothia & nostris partibus, huc delati cohabitant a tempore hoc annorum quatuor.* Hæc Epiphanius, de Arianis nullam penitus habens mentionem, sed tantum Gothorum Audianorum & eorum qui Christiani (ut ait) essent, nempe Orthodoxæ communionis.

CXVI. Cæterum haud posthac collapsa repe-

ritur illa Gothorum atque aliarum Borealium Provinciarum Ecclesia; quin egregie exculta est a sanctissimo viro Niceta eorum Episcopo, de quo meminit S. Paulinus; qui cum & ipse pariter hoc eodem claruerit sæculo, minime potuit quæ scriptis edidit ignorasse, dum ejusdem Nicetæ advenientis Nolam ad Sanctum Felicem martyrem in patriam reditum sapphico cecinit carmine, & inter alia hæc habet: Gothorum Apostolus Niceta.

Te patrem dicit plaga tota Boreæ,
Ad tuos fatus Scytha mitigatur,
Et sui discors fera te magistro
Pectora ponit.
Et Getæ currunt & uterque Dacus,
Qui colit terræ medio, vel ille
Divitis multo bove pellcatus
Accola ripæ.
De lupis hoc est vitulos creare,
Et bovi junctum palea leonem
Pascere, & tutis cava viperarum
Pandere parvis. Et Paulo post:
Orbis in muta regione per te
Barbari discunt resonare Christum
Corde Romano, placidamque casti
Vivere pacem.

Porro quod de Getis ait, de Gothis esse intelligendum, S. Hieronymus (*a*) in Quæstionibus Hebraicis persuadet, dum tradit omnes eruditos per Getas intellexisse Gothos. Meminit alibi idem S. Hieronymus (*b*) de Gothis simul cum aliis Christiana religione philosophantibus. Quod autem ad Nicetam spectat; diversus esse Niceta Paulini ab illo ejusdem nominis martyre, qui hac persecutione durante, tempore tamen Imperii Gratiani, martyrio coronatus est, intelligi ex eo potest, quod ea a Paulino conscripta, post Gratiani Imperium contigisse videantur. Porro in Actis Nicetæ martyris, de quibus suo loco dicendum, dum agitur de bello Phritigernis adversus Athanaricum suscepto, hæc (*c*) leguntur: *Phritigernes Thraciæ exercitu accepto, & eo qui sibi remanserat, transmittit Istrum. Itaque ferentes divinam Christi Crucem milites præcedentem omnes suas copias, prælio confligunt cum adversariis, & eum qui vicerat, facile vincunt; & illius multitudo partim quidem cæditur, partim capitur, cum Athanaricus turpissime cum paucis sua vita fuga consuluisset.* Ita ibi. Ex quibus videas & intelligas, Athanaricum a gente Christiana & signis Christianæ religionis se superatum indigne ferentem, in Christianos Gothos sibi subjectos odium convertisse, in eosque furorem conceptum exercuisse. Sed jam ad Valentiniani rescripta ultimo loco anni hujus orationem convertamus.

Gothi signo Crucis prævio vincunt.

(a) Hieronymus Quæst. Hebraic. in Genes.
(b) Hier. epist. 3.
(c) Extant apud Metaphrast. die 15. Septemb. & eadem die apud Sur. tom. 5.

Hoc ipso anno, iisdemque Consulibus, CXVII.

Valentiuianus Imperator ad Damasum Romanum Pontificem ejusmodi rescriptum, dedit (a) quod in Codice Theodosiano positum his verbis descriptam legitur:

(a) l. 20. de Episc. & Cleric. C. Theod.

Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA.

Lege Valentiniani cohibita avaritia clericorum & monachorum.

Ecclesiastici, aut ex Ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillorum domos non adeant; sed publicis exterminentur judiciis, si posthac eos affines earum vel propinqui putaverint deferendos. Censemus etiam, ut memorati nihil de ejus mulieris, cui se privatim sub prætextu religionis adjunxerint, liberalitate quacumque vel extremo judicio possint adipisci. Et omne in tantum inefficax sit; quod alicui eorum ab his fuerit derelictum, ut nec per subjectam personam valeant aliquid vel donatione vel testamento percipere. Quin etiam si forte post admonitionem legis nostræ aliquid iisdem eæ fœminæ, vel donatione, vel extremo judicio putaverint relinquendum, id fiscus usurpet. Cæterum si earum qui voluntate percipiunt, ad quarum successionem vel bona jure civili, vel edicti beneficii adjuvantur, capiant ut propinqui. Lecta in Ecclesiis Romæ 3. Kal. Augusti Valentiniano, & Valente III. AA. Coss.

CXVIII. At quoniam de lege nova & parum æqua atque a Christiano Imperatore sancita agitur, de ea accuratius disquirendum, & in primis de causa ejus ferendæ, qua permotus Valentinianus Imperator hæc ipsa statuerit. Putas ne eadem peccata in Ecclesia desiisse, quæ etiam ipsis Apostolorum temporibus, iisdem licet ex adverso clamantibus, pravorum Christianorum studio in castra Fidelium irrepserunt? An non sumus memores, versatos inter eos, qui ex Evangelio conficerent mercaturam, quæstum (quod ait Paulus b) existimantes esse pietatem? An non de his est illa ejusdem Apostoli querela ad Titum (c) scribentis, qui turpis lucri gratia circuirent, atque domos subverterent; quique (quod Timotheum (d) admonet, ut hos vitet) speciem habentes pietatis, penetrarent domos, captivasque ducerent mulieres oneratas peccatis? Et sane non unum tantum vel alterum id genus homines reperire erat in Ecclesia illa Apostolorum manu plantata; sed adeo ubundanter ejusmodi mali frutices excrevere, ut eum non valuerint eorumdem Apostolorum falce succidi, eo angustiæ inter alios ipsum Paulum redegerint, ut manibus potius victum quæreret, quam a Fidelibus aliquid accipiendo, et eorum numero esse videri posset; cum alioqui victum sibi necessarium jure ex Evangelio accipere potuisset: nam sic ipse ad Corinthios (e): *Non usi sumus hac potestate; sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi.* At quanto pu-

Causa sanciendæ legis.

(b) 1. Tim. 6.

(c) Tit. 1.

(d) 2. Tim. 3.

(e) 1. Cor. 9.

tas pretio Paulus redemisset, si quod non Ecclesiastica disciplina compescere posset, non coercerent Apostolicæ minæ atque censuræ, hoc Pauli ipsius persuasione sæcularis judicii severitas sustulisset; amputassetque penitas infestos segetibus vepres gladius potestatis, quos Apostolica securis succidere minime valuisset? Duos plane gladios Ecclesiæ usui inservire, eosdemque sub Petri jure contineri sua sententia Dominus comprobavit (f). (f) Luca 22.

In quam autem densam latamque silvam excrevisse oportuit in Ecclesia ejusmodi spinas se invicem complectentes, ex eo saltem intueri licet. Etenim si Apostolorum temporibus ager ille Dominicus, sub Apostolorum cultu inter tot Gentilium ac Judæorum persecutiones, hisce tamen pravis germiuibus refertus erat; quid factum putandum tempore pacis Ecclesiæ, sub Christianis Imperatoribus, & in ea potissimum Urbe, in quam e toto Orbe divitiæ tamquam in mare flumina confluxissent? Ut non mireris, si Ammianus (g) dicat, adeo ditatam Romanam Ecclesiam oblationibus matronarum. Sed hujuscemodi nundinarionis hoc tempore Romæ exerceri solitæ, ex S. Hieronymo qui aderat, petita hic afferamus exempla de turpi clericorum quorumdam assentatione, qua aucuparentur munera feminarum: *Clerici*, inquit (h), *ipsi, quos & magisterio esse oportuerat & timori, osculantur capita matronarum, & extenta manu, ut benedicere eos putes velle, si nescias, pretia accipiunt salutandi. Illæ interim, quæ sacerdotes suo viderint indigere præsidio, eriguntur in superbiam; & quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem:* Et post multa: *Quidam in hoc omne studium vitamque posuerunt, ut matronarum nomina, domos, moresque cognoscant; ex quibus unum, qui hujus artis est princeps, breviter strictimque describam; quo facilius magistro cognito, discipulos recognoscas. Cum sole festinus exurgit, salutandi ei ordo disponitur, viarum compendia requiruntur, & pene usque ad cubicula dormientium senex importunus ingreditur; si pulvillum viderit, si mantile elegans, si aliquid domesticæ supellectilis; laudat, miratur, attrectat; & se his indigere conquerens, non tam impetrat, quam extorquet; quæ singulæ metuunt veredarium Urbis offendere, &c.* Fortasse hic ille Sophronius, de quo idem paulo superius: *Talem olim Antymum, talem nuper Sophronium Roma congemuit; qui postquam nobilium introierunt domos, & deceperunt (i) mulierculas oneratas peccatis, semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis pervenientes, tristitiam simulant, & quasi longa jejunia furtivis noctium cibis protrahunt.* At hi monachorum nomine vagabantur. Sed

CXIX.

(g) Amm. l. 17.

Clericorum & monachorum excrescens cupiditas coercenda.

(h) Hieron. epist. ad Eust. 22.

(i) 2. Tim. 3.

CXX. Sed quid ad Heliodorum? audi (*a*): *Alii nummum addant nummo, & in marsupium suffocantes, matronarum opes venentur obsequiis: sint ditiores monachi, quam fuerant saeculares; possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete diabolo non habuerant; & suspiret eos Ecclesia divites, quos tenuit mundus ante mendicos, &c.* Et ad Nepotianum, quanto studio solerent ejusmodi personas assectari, & quovis ministerio aucupari senum haereditates, haec habet (*b*): *Audio*, inquit, *praeterea in senes & anus absque liberis quorumdam turpe servitium. Ipsi apponunt matulam, obsident lectum; purulentiam stomachi & flegmata pulmonis manu propria suscipiunt; pavent ad introitum medici; trementibusque labiis an commodius habeant, sciscitantur; & si paulum senex vegetior fuerit, periclitantur; simulataque laetitia, mens intrinsecus avara torquetur: timent enim ne perdant ministerium; & vivacem senem Mathusalem annis comparant. O quanta apud Deum merces, si in praesenti pretium non sperarent! quantis sudoribus haereditas cassa expetitur! minori pretio margarita Christi emi poterat.* Hucusque Hieronymus. At dices: Cur haec resossa, ac in unum collecta, omnibus spectanda in Annalibus ponis, perpetuo obruenda silentio, quorum causa ipse S. Hieronymus complures in se stadia clericorum armavit? Ut ex his, lector, intelligas sanciendae ab Imperatore legis occasionem; neque (quod ingenui scriptoris est) veri amantis historici probe scias explere numeros, nec in gratiam hominum, vitia reticendo laudare virtutes.

(a) Hieron. epist. 3.

Turpitudo sordidorum clericorum.

(b) Hieron. epist. 2.

CXXI. At quam apposite ejusdem sanctionis editae Hieronymus in epistola ad Nepotianum (*c*) meminit, ex his accipe: *Pudet dicere: Sacerdotes idolorum, mimi, & aurigae, & scorta haereditates capiunt; solis clericis ac monachis hoc lege prohibetur, & non prohibetur a persecutoribus, sed a Principibus Christianis*; nempe Valentiniano, Valente, & Gratiano Imperatoribus; quorum nomina in sanctionis inscriptione legebantur, & subdit: *Nec de lege conqueror, sed doleo, cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est: sed quo mihi vulnus, ut indigeam cauterio? Provida severaque legis cautio; & tamen nec sic refrenatur avaritia. Per fideicommissa legibus illudimus; & quasi majora sint Imperatorum scita, quam Christi, leges timemus, & Evangelia contemnimus. Sit haeres, sed mater filiorum, id est gregis sui Ecclesia, quae illos genuit, nutrivit, & pavit: quid nos inserimus inter matrem & liberos?* Ex his videas Hieronymum eidem alludere sanctioni, qua quidem nequaquam prohibentur Ecclesiae haereditates accipere vel legata, vel quid hujusmodi; sed Ecclesiasticae personae, sive clerici sive monachi, qui continentiam nomine honestabantur: ut plane intelligas hosce nebulones privatim aucupantes haereditates, tamquam harpias quasdam inhiantes matronarum divitiis, & impuris moribus cuncta foedantes proscribere ab Urbe studuisse ipsos Imperatores: nam & de eisdem mox subdit: *Gloria Episcopi est pauperum inopiae providere; ignominia sacerdotis est propriis studere divitiis.* Et de aliis in sua persona, ut minus verborum flagra laesos cruentent: *Natus in paupere domo & in tugurio rusticano, qui vix milio & cibario pane rugientem saturare ventrem poteram, nunc similam & mella fastidio: novi & genera & nomina piscium: in quo littore concha lecta sit, calleo: saporibus avium discerno Provincias, &c.* Haec de helluonibus illis aliorum divitiis inhiantibus, quos Imperatorum lex sancita coercuit.

(c) Hieron. epist. 3.

Avaritia lege coercenda secutari, contempta habita lege divina.

CXXII. Meminit ejusdem quoque legis Ambrosius, dum ad Valentinianum juniorem scribens sic ait (*d*): *Nobis etiam privatae successionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non enim putamus injuriam, quia dispendia non dolemus:* Et paulo inferius: *Scribuntur testamenta templorum ministris, nullus excipitur profanus, nullus ultimae conditionis, nullus prodigus verecundiae: soli ex omnibus clerico commune jus clauditur, a quo solo pro omnibus votum commune suscipitur, officium commune defertur, nulla legata vel gravium viduarum, nulla donatio. Et ubi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio mulcta praescribitur. Quod sacerdotibus phani legaverit Christiana vidua, valet; quod ministris Dei, non valet. Quod ego, non ut querar, sed ut sciant quid non querar, comprehendi: malo enim vos pecunia minores esse, quam gratia. Sed referunt ea quae vel donata, vel relicta sunt Ecclesiae non esse temerata.* Haec Ambrosius cum agit adversus Symmachum postulantem sacerdotibus atque virginibus Vestalibus emolumenta restituenda esse: cum alioqui idem S. Ambrosius aeque ac S. Hieronymus alibi damnet clericos ex pietate quaestum captantes, his verbis (*e*): *Si enim non contentus stipendiis fuerit, quae de altario, Domino jubente, consequitur, sed exercet mercimonium, intercessiones vendit, viduarum munera libenter amplectitur; hic negotiator magis potest videri, quam clericus. Nam licet dicere possumus; nemo nos invasoris arguit violentiae, nullus accusat: quasi non interdum majorem praedam a viduis blandimenta eliciant, quam tormenta: non interest apud Deum, utrum vi, an circumventione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.*

(d) Ambr. epist. 31.

Lex probrosa ecclesiasticis personis.

(e) Ambr. Serm. 7.

Quod

CXXIII. *Consensu Damasi PP. lex illa sancita putatur.*

Quod autem tum Hieronymus tum Ambrosius eodem ferme tempore æque invehantur in clericos bonis viduarum anhelantes; quodque Damasus, ad quem Imperatorum rescriptum datum est, illud in Ecclesiis Urbis legi voluerit, cum tamen id minime reperiatur ab iisdem Augustis fuisse præceptum, nec exemplum ullum præcesserit, ut Imperatoriæ sanctiones in Ecclesiis legerentur, sed affigerentur illæ in Albo Prætoris; equidem verisimile est, ipso Damaso id agente, ab iisdem Imperatoribus ejusmodi fuisse editam sanctionem adversus divinorum decretorum contemptores, ad demoliendam clericorum, & monachorum ejusmodi quæstuariam ac sordidam officinam: ut qui contemnerent sancta Evangelii præcepta, & pro nihilo ducerent sacros Conciliorum canones, ipsorumque Romanorum Pontificum decreta quælibet deriderent, sic saltem iidem procaces ab ipso Imperatore Valentiniano compescerentur, quem constat in cæteris jura Ecclesiastica sarcta tecta servari voluisse: nam de eo S. Ambrosius (*a*) ad ipsius filium Valentinianum juniorem: *Nec quisquam*, inquit, *contumacem vocare me debet, cum hoc asseram, quod Augustæ memoriæ pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit; in causa fidei, vel Ecclesiastici alicujus ordinis, eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis.* Quod scilicet jura & causas, resque omnes Ecclesiasticas voluerit ab Ecclesiasticis pertractari, ut alias de his superius pluribus dictum est.

(a) Ambr. epist. 32.

CXXIV. *Valentiniani lex de duabus ducendis uxoribus*

Cæterum quod in hoc argumento versamur, ut de legibus parum æquis a Valentiniano Imperatore promulgatis agamus; de ea haud dissimulandum esse putamus, qua Socrates ait ipsum sanxivisse, ut quicumque vellet, duas posset uxores habere. At res magni momenti haud perfunctorie tractanda videtur; sed accurate de ejus veritate disquirere, operæpretium existimamus. Verum quoniam ejusmodi assertionis unus Socrates primus habetur auctor, hic verba singula ab eo descripta reddemus (*b*): *Justina*, inquit, *orbata patre Præfecto Provinciæ Picenæ sub Constantio, virgo permansit. Postea tempore progrediente, Severæ Imperatoris Valentiniani conjugi nota esse cœpit, crebroque cum illa venit in colloquium. Postquam vero crevit inter eas consuetudo & familiaritas, iisdem balneis pariter lavabant. Idcirco Severa, ubi Justinam in balneis lotam vidisset, virginis pulchritudine mire capiebatur; cœpitque de ea apud Imperatorem verba facere: Justi filiam virginem esse pulchritudine admodum admirabili, seque licet esset mulier, ejus forma adeo venusta vehementer oblectari. Imperator uxoris verba meate interiori recondens, consilium de Justina in uxorem ducenda iniit, Severa, de qua Gratianum, quem paulo ante Imperatorem declaraverat, susceperat, neutiquam repudiata. Quare legem tulit, ut cuique volenti liceret duas uxores habere legitimas, eamque in singulis Civitatibus divulgavit. Lege itaque divulgata, ipse Justinam duxit uxorem, ex qua Valentinianum juniorem, & tres filias, Justam, & Gratam, & Gallam procreavit, quarum duæ vitam in virginitate traduxerunt, Galla autem postea Theodosio Magno in matrimonium collocata fuit, ex qua Placidia filia ei nata est.* Hucusque Socrates.

(b) Socrat. l. 4. c. 26.

CXXV. *Refellitur falsa opinio de lege lata.*

At convincitur ex pluribus apertissimis mendaciis anilem vel ab eo concinnatam esse fabellam, vel potius ipsum ab aliquo a trivio acceptum ut verum, conscripsisse commentum. Unde, quæso, Socrati, Justinam fuisse virginem, cum eam Valentinianus accepit in conjugem, quam constat uxorem fuisse Magnentii tyranni? testatur id quidem inter hujus temporis scriptores Zosimus (*c*); qui certe quo non pretio redemisset, ut in Christianum Imperatorem proxime succedentem post Julianum, quem in odium Christianæ religionis adeo celebrat, potuisset tantum facinus exprobrare? Et quid dicemus de Ammiano æque Gentili, & in Christianos Principes (ut vidimus) parum æquo, qui tamen nihil adeo celebrat in Valentiniano atque commendat, ac castitatem? sed ejus verba reddamus (*d*): *Omnis pudicitiæ cultu domi castus & foris, nullo contagio conscientiæ violatus obscœnæ, nihil incestum: hancque ob causam tamquam retinaculis petulantiam refrenavit aulæ regalis, &c.* Hæc ad finem vitæ ipsius Ammianus. Appello nunc rectum eruditorum omnium sanumque judicium. Potuissent ne hæc de Christiano Principe a scriptoribus in Christianam religionem infensis adeo prædicari, si Valentinianus fuisset publica illa obscœnitate pollutus, quam scimus a Romanorum rerum historicis (*e*) in barbaris esse derisam, & in Romano (*f*) Imperatore id tentante magnopere improbatam?

(c) Zosim. l. 4.

(d) Amm. lib. 30.

(e) Sallust. de bell. Jugurt.

(f) Sueton. in C. Jul. cap. 52.

CXXVI. At quomodo non magis iidem scriptores Ethnici pudendum scelus voce præconis in unaquaque civitate Romani Imperii proclamatum fuissent invectivis gravissimis insectati? cum non solum id minime fecisse reperiantur; sed contra potius virtutem illam domi forisque lucentem, perspicuam conspicuamque omnibus factam, nulla valentem offundi caligine, castitatem tanti Principis tanto præconio efferant, quanto sciam nec antea nec postea quemquam eo nomine ab eis esse laudatum; cum alioqui si talia perpetrasset, turpior videri potuisset Commodo & Heliogabalo, qui licet impurissimi, num-

quam

quam tamen hujusmodi facinus pertentassent: Et quidem honestiores illó Valetianus & Gallienus Imperatores (*a*), qui suis legibus duas simul habentes uxores notarunt infamia: Quin & Valentiniano puriores ac justiores dicendi Diocletianus & Maximianus Augusti, qui hæc rescripsisse reperiuntur ad Sebastianum (*b*): *Neminem, qui sub ditione sit Romani nominis, binas uxores habere posse, vulgo putet; cum etiam in edicto Prætoris hujusmodi viri infamia notati sint. Quam rem competens Judex inultam esse non patiatur.* Hæc ipsi.

(*a*) *l. 18. C. ad leg. Jul. de adul.*

(*b*) *l. 2. C. de incest. nupt.*

CXXVII. At quantum re vera execrabilis fuerit Christianis Principibus ejusmodi polygamia, docuit Theodosius Imperator, qui post Valentinianum cum Gratiano regnavit: nam ejusmodi scelus sic persecutus est, ut correxerit in externis (*c*); prohibuit enim Judæos duas simul habere uxores; quod multo magis emendasset in Christianis, si talibus invenisset sordibus inquinatos; quorum innumera tunc plane multitudo fuisset, si quod vult Socrates, Imperator lata per Orbem lege, carnis immunditiis laxasset habenas, immo & nefandæ licentiæ justo prætextu viam aperuisset. Sed & quem tunc oportuisset concitatum esse per universum Romanum Imperium tumultum, cum abrogata turpi lege a successoribus Imperatoribus, quæ secundo loco ductæ erant uxores, dimittendæ fuissent? cum tamen nulla de his vel levis memoria habeatur, quod scilicet hæc omnia falso essent asserta.

(*c*) *l. 7. C. de Judæis.*

CXXVIII. Sed & quonam modo, quæso, res toto Romano Imperio diffamata, nonnisi uni, qui post hæc tempora vixit, innotuit Socrati? ex eo enim cæteri descripsere, Paulus Diaconus, Zonaras, qui uno eodemque tempore duas Valentinianum tradunt habuisse uxores, atque Nicephorus, & si qui alii qui inconsulte nimis prævium ducem cæcum secuti sunt. Non hæc Hieronymus, Orosius, non Severus, & alii plures Latini, qui his temporibus claruere scriptores, hujus ætatis eventa scribentes: neque penes Græcos Sozomenus, vel Theodoretus, qui ejusdem Imperatoris res gestas prosecuti sunt; qui de his ne verbum quidem vel nutum minimum edidere. Plus sane quam millies necessitas poposcisset, hujus sæculi Latinos Ecclesiasticos tractatores ejusmodi a Valentiniano editæ legis meminisse, Hieronymum, Ambrosium, & Augustinum, cum eos de polygamia frequenter disputare contigerit, & illud Pauli ad Timotheum (*d*) sæpe sæpius reciprocare: *Unius uxoris virum*: si aliquando edita illa fuisset; cujus quidem apud eos nec vel levis mentio reperitur; cum alioqui penes Hieronymum (*e*), Valentinianum ipsum ut austerum nimis vindicem violatæ castitatis videas in crimen adduci, dum agit de muliere septies icta. Sed & Ammianus (*f*) fidem facit sub ejus Imperio complures virgines & nuptas adulterii Romæ esse damnatas. At si cessarent hæc omnia; illud unum satis ad ejusmodi explodendum commentum. Passurus ne fuisset Damasus Papa, laturive id reliqui Catholicæ communionis Episcopi, a Christiano Imperatore promulgari legem, qua solveretur penitus Christianæ disciplinæ censura; atque hæresis sanciretur? Quotum causa obnitendum erat omnibus, ut generalibus coactis Conciliis, adversaria decreta ederentur, lagarenturque Episcopi, qui velut Joannes, Herodem redarguerent Imperatorem. At de his ne levis quidem rumusculus; cum alioqui, si vera fuissent; totus commovendus fuisset Catholicus orbis. Cesset igitur de infami lege suspicio, & de duarum simul uxorum conjugio sileat falso afferta calumnia, atque evanescat in auras qui summa levitare concinnatus & ab aliquibus acceptus est error. Duxit quidem Justinam, sed post Severæ prioris uxoris obitum, cujus nulla postea mentio prorsus habetur.

(*d*) *1. Tim. 3.*

(*e*) *Hieron. ep. 49.*

(*f*) *Amm. lib. 28.*

CXXIX. Quod rursum ad ejusdem Valentiniani rescripta hoc eodem anno data spectare videtur; laude plane dignum extitit illud, quo iis qui Romam se conferrent liberales disciplinas addiscendi causa, consuluit, eorumque vitæ moribus optime prospectum voluit. Est autem hujusmodi ad Olybrium iterum Urbanam præfecturam gerentem (*g*):

Quicumque ad Urbem discendi cupiditate veniunt; primitus ad magistrum census provincialium Judicum, a quibus copia est danda veniendi, ejusmodi litteras proferunt, ut oppida hominum & natales & merita expressa teneantur. Deinde, ut in primo statim profiteantur introitu, quibus potissimum studiis operam navare proponunt. Tertio, ut hospitia eorum solicite censualium norit officium, quo ei rei impertiant curam; quam se asseruerint expetisse. Iidem immineant censuales, ut singuli eorum tales se in conventibus præbeant, quales esse debent, qui turpem inhonestamque famam, & consociationes, quas proximas putamus esse criminibus, æstiment fugiendas; neve spectacula frequentius adeant, aut appetant vulgo intempestiva convivia. Quin etiam tribuimus potestatem, ut si quis de his non ita in Urbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum dignitas poscat; publice verberibus affectus statimque navigio superpositus abjiciatur Urbe, domumque redeat. His sane, qui sedulo operam professionibus navant, usque ad vigesimum suæ ætatis annum Romæ liceat commorari. Post id vero tempus qui neglexerit sponte remeare, solicitudine Præfecturæ etiam impurius

(*g*) *l. 1. de stud. liber. urb. Rom. C. Theod.*

Romanæ scholæ lege Valentiniani optime institutæ.

rius ad patriam revertatur. Verum ne hæc perfunctorie fortasse curentur; præcelsa sinceritas tua officium censuale commoneat, ut per singulos menses, qui vel unde veniant, quive sint, pro ratione temporis ad Africam vel ad cæteras provincias remittendi, Brevibus comprehendat; his dumtaxat exceptis, qui corporatorum sunt oneribus adjuncti. Similes autem Breves etiam ad scrinia mansuetudinis nostræ annis singulis diriguntur; quo meritis singulorum, institutionibusque compertis, utrum quandoque nobis sint necessarii judicemus. Dat. IIII. Id. Mart. Trev. Valentiniano & Valente III. AA. Coss.

CXXX. Ad hujus plane legis decreta spectat, quod S. Augustinus de se ipso in suis Confessionibus ait (a): *Non ideo Romam pergere volui, quod majores quæstus, majorque mihi dignitas ab amicis qui hoc suadebant, promittebantur (quamquam & ista ducebant animum tunc meum) sed illa erat tunc causa maxima & pene sola, quod audiebam quietius ibi studere adolescentes, & ordinatiore disciplinæ coercitione sedari, ne in ejus scholam, quo magistro non utuntur, passim & proterve irruant, nec eos admitti omnino, nisi ille permiserit. Contra apud Carthaginem fœda est & intemperans licentia scholasticorum. Irrumpunt impudenter, & prope furiosa fronte perturbant ordinem, quem quisque discipulis ad proficiendum instituerit. Multa injuriosa faciunt mira hebetudine, & punienda legibus, nisi consuetudo patrona sit, hoc miseriores eos ostendens, quo jam, quasi liceat, faciunt, quod per tuam æternam legem numquam licebit, & impune se facere arbitrantur, cum ipsa faciendi cæcitate puniantur, & incomparabiliter patiuntur pejora quam faciunt.* Hæc Augustinus; ex cujus quoque sententia atque aliorum, & illud probe prudenterque statuisse visus est Imperator, ut in eisdem scientiis addiscendis operam Romæ navantes adolescentes nequaquam post annum ætatis vigesimum diutius ibidem agere sinerentur; ne scilicet jam liberiores otio torpescentes urbanis irretirentur illecebris. Magno sane bene ante institutæ vitæ discrimine adolescentes desides Romæ morari, illud Paulini hujus quoque temporis viri ordinis Senatorii, postea vero Nolani Episcopi sanctitate clarissimi admonet, cum ad Licentium olim Romæ ab Augustino imbuto rhetoricis facultatibus ita versibus scribit (b):

(a) Aug. Confess. lib. 5. c. 8.

Augustinus cur se Romam contulit ad docendum.

(b) Apud Aug. ep. 30.

Roma incautis juvenibus damnosa.

Nunc te sollicitat variis male suada figuris
Heu validos etiam sternere Roma potens:
Sed tibi, oro precor, semper Pater Augustinus
Occurset cunctas Urbis ad illecebras:
Illum tanta inter fragilis discrimina vitæ
Aspicias, & habens pectore, tutus eris.

Ista Paulinus in epistola ad Romanianum. Et quidem quod ad hæc spectat (ex eo quod in hæc incidimus) illa de Roma mea sententia est, ut qualem quis eam velit, talem inveniat; instarque sit feracissimi agri, qui quodcumque suscipit semen, illud multiplicato reddit fœnore; adeo ut injusta plane & invidiosa appareat esse multorum querela quamvis occasionem captantium de Romana Ecclesia & de ipsa Urbe quasi omnium vitiorum altrice obtrectandi; cum fortasse Romæ versati, nullum penitus de viris spectata probitate atque litteris egregie excultis, quibus illa abundat; neque de locis delectum habentes, in quas semel incidere cloacas, in iisdem mersi, loco impudenter adscribant, quod suæ ipsorum vecordiæ in primis fuerat tribuendum. Mihi certe de Urbe illud liceat haud ingrato fateri, quod de Athenis Gregorius Nazianzenus affirmat, nimirum Roma ipsa etsi aliquibus fortasse perniciosa fuerit, mihi certe gemmea, omnique ex parte beata atque proficua semper extitit, utpote quæ me plenæ pubertatis adolescentulum vagum & insienem excipiens, mox sub Christi jugo redactum alumnum quem suscepit, edomuit, sedula magistra morum existens, ac litterarum: ut plane intelligam, quod minus in utrisque profecerim facultatibus, mihi cedere culpæ, non Urbi. At de his hactenus. Jam quæ anni hujus sunt reliqua prosequamur.

Romam qualem quis vult, talem habet.

CXXXI. Eodem quoque anno pro virginibus viduis, & pupillis Valentinianus legem sanxit, qua eos a censu plebis exemit; sic enim de his rescripsit ad Viventium Præfectum Prætorio (c) Galliarum: *Nulla vidua, nemo pupillus ex utroque sexu, donec eos ingrediatur annos, qui jam tutoribus, curatoribus, vel publicis non egeant, exactionem plebis agnoscat. Simili devotione habeantur immunes, & si quæ se sacræ legis obsequio perpetuo dedicarunt*, nempe moniales. *Dat. III. Kalend. Aprilis, Treveris, Valentiniano & Valente III. AA. Coss.*

Quibus capitationis census relaxatur.

(c) l. 6. de Censib. C. Theod.

CXXXII. Hoc ipso anno a S. Hieronymo basilicæ Apostolorum Constantinopoli dedicatio facta ponitur in Chronico, anno nimirum eorundem Impp. septimo, nisi magis placeat rejicere in annum sequentem, habita ratione ejusdem ordinis numerandi annos (quod attigimus) dictorum Imperatorum.

An-

I. Ursicini Schismatici in Gallias relegatio.

(a) l. 3. de denunciatione. C. Theod. (b) l. 1. de natur. fil. C. Theod. l 2. de Curs. pub. C. Theo. l. 3. de equis Curul. C. Theod. l. 10 de malef. C. Theod. l. 21. de epi. & cleric. C. Theod.

ANnus advenit Domini trecentesimus septuagesimus primus, Consulibus Gratiano secundum atque Anicio Petronio Probo: Quo, Ursicino schismatico jam (ut dictum est) sæpe damnato, sæpeque veniam consecuto, cum tandem ob ejus in scelere pertinaciam Valentinianus Augustus in Galliis eum jussisset exulare; eidem exilii indulgentiam impartiens Imperator, de eo ab exilio relaxando rescriptum dedit ad Ampelium Urbis Præfectum: hoc namque anno Ampelium ipsum Urbanam præfecturam gessisse sub Consulatu secundo Gratiani cum Probo, ejusdem Valentiniani rescriptum (a) ad eumdem Ampelium datum, & alia plura quæ habes in margine notata significant (b). Ad Ampelium igitur Præfectum Urbis de Ursicini indulgentia idem Valentinianus cum aliis Augustis ita rescripsit (c):

(c) Ex Cod. Vat. Episc. Rom. Pont.

Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. Ampelio P. V.

Rescriptum indulgentiæ ad Ampelium.

Jure mansuetudinis nostræ sensibus vel divinitus damnatum est, vel tranquillitate naturæ, ne cum delinquentium facinore legum severitate certemus, ac spe emendationis futuræ mitiorem esse velimus correctionis injuriam, quam provocat meritum nostrum, Ampeli pater carissime Augustorum. Dudum Ursicini inquietudine provocati, faventes concordiæ populi Christiani, quieti etiam Urbis sacratissimæ providentes, uno interim loco, intra Gallias dumtaxat, perturbatorem tranquillitatis publicæ statueramus jure cohiberi, scilicet ne applicatione morum late dissensionis incommodum spargeretur. Verum naturæ nostræ mansuetudine levigati, ita memo- rata

PAGIUS SÆ. IV. Anno Urbis 1124. Olymp. 287. an. 3. secundum Baronium. Olymp. 287. A. C. 371.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5864.

☉ 16. B. ☽ 22. P. 4. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 371.

DAMASI PAPÆ 6.

VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP. 8.

GRATIANI IMP. 5.

[1] AD num. I. & seqq. Coss. *Gratianus Aug. II. & Sextus Petronius Probus*, uterque Occidentalis. De ultimo, qui e familia Anicia erat, legendus Onuphrius in Fastis. Gratiani Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam sumtus; ejus enim Quinquennalia in hunc annum incidunt, quorum occasione datæ a Valentiniano Leges, de quibus in Annalibus num. I. & seqq.

I. *Consules Quinquennalia Gratiani Aug.*

Pleraque quæ hoc anno ex epistolis D. Basilii a Baronio narrantur, ad sequentes annos pertinent, cum Basilius circa hujus anni medium creatus fuerit Episcopus, eaque omnia Basilio jam Episcopatum adepto acciderint.

II. *Epistola Basilii loco non suo recitata.* Baron. n. VII. & seqq.

NOTÆ [1] COss. *Gratianus Aug.* II. & *Sex. Petronius Probus*. Relandus *Probo* addit *Anicii* quoque nomen. Gruterus, pag. CLXIV. 4.

CONSULATU. D. N. GRATIANI. AUG.
II. ET. PROBI. V. C.

Vetus inscriptio apud Boldettum in appendice monumentorum, pag. 808.

D.EP. XV. KAL. AUG. GRATIA. NO.
IIII. (mendose exscriptum) legendum II.
ET. PROBO. CONSS. IN. PACE.

Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Gratiano II. & Probo*.
Fabrettus, pag. 271. 272. & 237.

DEPOSITA. XVI. KAL. OCTOB. D. N.
GRATIANO. AUG. II. ET. PROBO. CON.

Item:

GRATIANO. ET. PROBO COS. TERT.
NON. FEB.

De *Sexto Petronio Probo* Ferrettus in Musis lapid. pag. 225. Vide Ausonium epistol. XVII.
Epigramma sepulcrale Petronii Probi extat apud Baronium, & apud Gruterum, pag. CCCCL. 4. 5. ubi *Probus* dicitur:

Fascibus illustris, Consule dignus avo.

Et

Consulibus proavis, soceroque & consule major,
Quod geminas Consul reddidit ipse domos.

Vide Prosopographiam Codicis Theodosiani in *Probo*, ubi *Probus, Sex. Anicius Petronius Probus* appellatur. Ejus paternus avus fuit *Petronius Probianus*, Consul A. D. 322. cujus filius *Celius Probinus* A. D. 341. consul fuit. Fasti Idatii: *Gratiano Aug. II. & Probo*. Prosperi Chronicon: *Gratiano & Probo*, omissa nota gemini consulatus in *Gratiano*.

vata abscedendi copiam dedimus, ne ad Urbem Romam, vel certa suburbicarias regiones pedem inferat, neque nequitiæ suæ contagionem conetur infundere.

II. *Id etiam de cæteris erroris sui consortibus, Gaudentio videlicet, Urso, Rufo, Auxanone, Auxanio, Adiedo, & Ruffino sancimus; at quos nequitiæ similitudo complectitur, eosdem etiam conditis emendatinis astringat. Quod si quispiam ex memoratis sacrilega intentione statutum mansuetudinis nostræ transgrediendum putaverit; non jam ut Christianus, sed ut legum ac religionis ratione seclusus, severitatem publicæ animadversionis agnoscat. De hac autem eadem observantia ad Maximinum Vicarium Urbis Romæ dedisse nos conducibilem jussionem, etiam censura tua volumus innotescere. Quo circa memoratorum personas ab his qui Reipublicæ nostræ præsident, proclivior statutis executio deferatur; majorque sit eorum moderatio, quam qualitatem morum suorum ad multorum sæcula senserint pertinere.* Hucusque ad Ampelium. Ad Maximinum autem sic;

Iidem AAA. Maximino Vicario Urbis Romæ.

III. *Est istud divinitus institutum mansuetudinis nostræ, ut etsi morum emendatis in hominum vita sufficiunt, nunquam tamen ab indulgendi studio & voluntate cessemus; mitioremque esse cupiamus correctionis injuriam, quam provocant merita delinquentium. Ex quo oritur ut Ursicino, quem propter quietem populi Christiani, & debitam religioni ac legibus disciplinam, uno interim loco morari intra Gallias jusseramus, discedendi copiam fecerimus sub ea conditione, ac vagandi arbitrium præberemus, neve ad Urbem Romam, vel regiones suburbicarias valeat commanere. Qui si ingrata pertinacia statutum mansuetudinis nostræ egrediendum putaverit; eumdem non jam ut Christianum, quippe quem a communione religionis mentis inquietudo disterminat, sed ut hominem factiosum, perturbatoremque publicæ tranquillitatis, legum & religionis inimicum juris severitas persequatur, Maximine carissime ac jucundissime.*

Rescriptum ejusdem ad Maximinum.

IV. *Sinceritas igitur tua, jussionis nostræ serie debita veneratione probata, singularum urbium atque regionum, quibus temporarie præest, primores atque incolas propria scriptione conveniat, quatenus sciant eta memorata egrediendi terminos circumscriptos una cum inquietudinis suæ erroris consortibus Gaudentio, Urso, Rufo, Auxanone, Auxanio, necnon Ruffino licentiam præbitam, ut ab interdictis locis incessu intelligant abstinendum. Sic enim mansuetudinis nostræ indulgentiam temperamus, ne occasione præstita, vicinitate inquietorum ad aliquam forsitan vociferationem religiosi populi studia provocemus.*

Hæc ad Maximinum. Excepimus ambo hæc rescripta ex citato superius codice Vaticano; & licet ejusdem argumenti eisdem ferme verbis concepta sint, venerandæ tamen antiquitatis ergo ad verbum voluimus descripsisse. Et quamvis careant die ac Consule, quos fortasse imperitus librarius putavit esse superfluos; tamen ex certa hujus anni Ampelii præfectura, hoc eodem anno data esse satis apparet.

V. At quid post hæc proscripti semel atque iterum legibus Ecclesiasticis atque Imperatoriis perfidi in incertum vagantes, errantesque & in errorem ducentes schismatici? Nihil sane, dum vixit Valentinianus, reperimus innovasse: eo autem vita functo, & Valentiniano juniore cum Gratiano imperante, iterum majores movisse turbas, & excitasse tumultus, rescripta dictorum Principum, quæ suo loco descripturi sumus, aperient. Quod vero pertinet ad nominatos in rescriptis socios Ursicini, Marcellinus presbyter recenset Lupum quemdam & Amantium, additque omnes tunc diaconos Ursicinum sectatos esse; quos, id enixius postulante plebe, sequenti anno, decimooctavo Kalend. Octobris restitutos fuisse tradit. At Ursicini associas una cum eo non semel, sed sæpius, pulsos esse, recitata Valentiniani rescripta docent.

Schismatici ad tempus tantum quievere.

VI. Hoc eodem anno ad eumdem Ampelium præfecturam Urbanam agentem, sub iisdem Consulibus, datum est ab iisdem Augustis rescriptum adversus Senatores maleficii accusatos (*a*). Est apud Ammianum (*b*) mentio de iisdem Ampelio Præfecto & Maximino Vicario simul judicantibus, & de Senatoribus maleficiorum insimulatis severas quæstiones exercentibus. Accidit namque ut quidam ex Senatoribus, qui in gratiam Imperatorum potius quam ex animi sui sententia religionem Christianam amplexi fuerant, haud ita digne ut par erat, eam colerent, sed pristinis idololatriæ usibus adhuc tenerentur impliciti, atque aruspicinæ ad divinationem, aliisque dæmonum invocationibus essent intenti; quos severitas Imperatoris invigilans Maximino omnium Judicum crudelissimo (ut Ammianus ait) puniendos tradidit. Sed & S. Hieronymus in Chronico hoc anno octavo Valentiniani Imperatoris hæc habet: *Maximinus Præfectus annonæ, maleficos ab Imperatore investigare jussus, plurimos Romæ nobilium occidit.* At de his Ammianus pluribus, nosque alias supra attigimus.

(*a*) *l. 10. de Malefic. C. Theod.*

(*b*) *Amm. lib. 18.*

Senatores magicis intenti dire vexati.

VII. Quod autem ad rerum Orientalis Ecclesiæ deploratissimum statum pertinet; maximis undique fluctibus agitatam fuisse liquet; adeo ut illud Propheticum (*c*) lugubre tunc occinere licuisset: *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrhæ simi.*

(*c*) *Isai. 1.*

similes fuissemus. Nempe penitus deleti atque consumpti. Divina enim factum est providentia, ut post tot tantaque naufragia Orientalium Ecclesiarum, liberi relinquerentur duo illi Magni, qui videbantur esse columnæ, Athanasius inquam, atque Basilius: quorum labores his temporibus pro Dei Ecclesia toleratos, narrare quisnam umquam pro dignitate sufficiet? Nos autem perpauca quædam ex ipsorum scriptis elicita, e quibus reliqua possint intelligi, quæ temporum delevit oblivio, in medium adducemus. Ac in primis in memoriam revocanda, quæ de S. Basilio iteratis litteris ab Athanasio auxilium implorante superius dicta sunt. Interpellatus itaque a Basilio Athanasius pro Ecclesia Antiochena, aliisque aliarum Ecclesiarum ærumnis, misit Petrum Ecclesiæ Alexandrinæ clericum (quem puto illum qui ei in sede Alexandrina successit Episcopus) ut lustraret Ecclesias, eisdemque pene prostratis, quas valeret suppetias ferret. De ejusmodi enim Petri legatione ab Athanasio missa meminit ipse Basilius ad eumdem Athanasium sic scribens: (a)

Athanasii ac Basilii labores pro Ecclesia.

(a) Basil. epist. 12.

VIII. *Quam de dignitate tua jam olim concepimus opinionem, ipsam semper ipse temporis progressus corroborat, immo & adauget accessionibus eorum, quæ per partes contigerunt. Quoniam aliorum quamplurimis satis habetur, si sibi ipsi quisque circumspiciat: at tibi istud haud satisfacit; sed tantum geris omnium Ecclesiarum curam, quantam ejus quæ tibi peculiariter a Domino nostro credita est: ita ut nullo non tempore de sacris disseras, admoneas, scribas, frequenterque mittas aliquos, qui undelibet, quid optimum sit, admoneant. Et jam quoque a sacro cleri tui cœtu missum venerandissimum fratrem Petrum multo cum gaudio excepimus, bonumque peregrinationis ipsius laborem probavimus, quem juxta dignitatis tuæ mandata executum se esse ostendit, concilians quæ erant contraria, ac conjunctis quæ erant divulsa*. Hactenus de legatione Petri Orientis Ecclesiis admodum proficua atque opportuna Basilius.

Petri Alexandrini ad Orientales Ecclesias ab Athanasio legatio.

IX. Cæterum etsi magno fuerit adjumento ejusmodi ab Athanasio in Orientem missa legatio; tamen quod immensæ cladi maximæque ruinæ impares vires Athanasii visæ essent, requiri necessario videbatur Pontificis omnium maximi, nempe Episcopi Romani subsidium, a quo dirigerentur Legati in Orientem, qui nutantia roborarent, prostrata erigerent, atque collapsa penitus ædificarent. Quod quidem licet ipse Basilius generalibus ad Occidentales datis litteris anno superiore (ut diximus) curavisset, misso in Occidentem Dorotheo presbytero una cum Probo Sanctissimo pro cæteris Orientis Orthodoxis Episcopis eadem legatione fungente; tamen id etiam per Athanasium agi rogat; eaque de causa Dorotheum alium nomine, Antiochenæ Ecclesiæ diaconum, ad ipsum mittit; & quid agere debeat, iisdem litteris admonet, cum hæc subdit (b): *Unde & nos ad rerum istarum studium nonnihil conferre cum voluissemus, accommodatissimum rebus istis tantum fore arbitrati sumus, si veluti ad omnium nostrum verticem, ad tuam integritatem refugiamur, teque & consultore & rerum gerendarum duce ac principe utamur. Hac de causa & fratrem nostrum Dorotheum ejus Ecclesiæ, quæ sub colendissimo Episcopo Meletio est, diaconum bono circa rectam fidem zelo usum, cupientemque & ipsam Ecclesiarum videre pacem, ad pietatem tuam remisi, ut consiliis tuis obsequentem (quæ in illo & tempore, & rerum experientia, & quod spiritu, consilii reliquos excellis, certiora reddere potest) ita rebus agendis ac prosequendis admoveas: quem absque dubio suscipies, oculisque pacificis aspicies, confortans ipsum precum tuarum auxilio, instituensque in litteris; immo & quibusdam illic tuorum studiosis adjunctum ad propositum duces*. Hæc ipse de legatione Dorothei diaconi, quibus subdit:

De legatione mittenda ad Occidentales.

(b) Basil. epist. 52.

X. *Visum est autem mihi consentaneum, ut scribatur Episcopo Romæ, ut quæ hic geruntur consideret, detque consilium. Et quoniam difficile est, ut communi ac Synodico decreto aliqui illinc mittantur; ipse sua auctoritate in ista causa usus, viros eligat ad ferendas quidem itineris molestias idoneos, verum juxta ad hoc quoque accommodatos, ut mansuetudine & facilitate ingenii eos qui distorti & obliqui apud nos sunt, corrigant, apte ac dispensatorie sermonem attemperantes; omniaque secum habentes, quæ Arimini ad necessariam solutionem gestorum illic facta sunt. Et hoc nemine sciente, absque strepitu tacite per mare ad eos qui hic sunt vadant: ne qui pacis sunt inimici, adventum ipsorum persentiscant. Quæritur autem & hoc a nonnullis illic, quod & nobis videtur necessarium; ut Marcelli hæresim illi, cum venerint, tanquam malam ac noxiam & a sana fide alienam exterminent. Quoniam ad hunc usque diem in omnibus quas scribunt litteris, pessime audientem quidem Arium sursum ac deorsum versantes anathematizare atque ex Ecclesiis exterminare non cessant; Marcellum vero, qui ex diametro respondentem Ario impietatem attulit, atque contra eamdem Unigeniti divinitatisque essentiam impie egit, Verbique appellationem male usurpavit, ne semel quidem accusare videntur: qui Verbum quidem Unigenitum vocari tradit ratione ministerii ac dispensationis, & quatenus in tempore natus prodiit; cæterum ad eum unde egressus erat, reversum,*

Quæ petenda essent a Romano Pontifice.

sum, nec ante egressum fuisse, nec post regressum subsistere. Et hujus quidem experimentum ac demonstrationem reconditi apud me iniqua illius syngrapha libri continent.

XI. *Attamen istum nequaquam reprobare visi sunt, & per hæc culpandi veniunt, ut qui ab initio illum per ignorantiam veritatis in Ecclesiasticam etiam communionem receperint. Igitur & illius decenter fieri mentionem, præsentia negotia exposcunt. Itaque ne occasionem habeant qui occasionem quærunt, ex eo quod sanctitati tuæ conjunguntur qui fide sani sunt, manifestandi sunt omnibus, qui ad veram fidem claudicant: & ut post hæc agnoscamus consentientes, & non perinde atque in nocturna pugna inter amicos & inimicos sine discrimine versemur.*

Tantum adhortare, ut mox cum prima quaque navigatione prædictus diaconus mittatur; ut sequenti anno fieri queant, quorum & ipse videlicet curam habes; & cum qui mittendi sunt, volente Deo advenerint, non inferant Ecclesiis schismata, sed magis idem sentientes, quovis modo ad unitatem pertrahant, etiam si quosdam invenerint qui peculiaria quadam dissidiis inter se argumenta præferant; ne populum Orthodoxum a præpositis suis separent, inque multas partes dividant. Curandum est enim, ut paci posthabeantur omnia, & cum primis Antiochenæ Ecclesiæ medeatur; ne in illa sincera pars imbecillis facta, personarum respectu scindatur. Tu vero tandem hæc omnia magis ipse quam nos curabis: quandoquidem (quod & auxiliante Deo precor) intelliges omnes tibi qui Ecclesiarum statum concernunt, permittere & commendare. Hactenus Basilius de legatione Romam mittenda, & Roma postea ad Orientalem Ecclesiam delegenda.

XII. Basilius tuetur causam Meletii contra Paulinum. Cæterum quod spectat ad causam Ecclesiæ Antiochenæ schismate afflictatæ Meletii atque Paulini, de quibus pluribus dictum est; Basilium adversus Paulinum studuisse Meletio, aliæ ipsius ad eumdem datæ litteræ per ipsum Dorotheum diaconum satis ostendunt; quæ sunt hujusmodi (a): *Mihi quidem superioribus ad dignitatem tuam litteris sufficere videbatur, si tantum ostenderem, quod populi sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ circa fidem robur ad unam oporteat concordiam & unitatem conciliare, ut declaretur quod piissimo Episcopo Meletio opus sit, quæ jam in plures partes dissecta sunt coadunare.* Quot enim illic sectæ, tot etiam Episcopi eisdem præfecti erant, nempe Arianis Euzoius, Apollinaristis Vitalis, Meletius vero atque Paulinus Catholicis schismate inter se divisis; quos in unum conciliandos esse Meletio, Basilius eidem favens existimavit; qui ut in suam sententiam Athanasium quoque traheret, hæc de eodem Meletio subdit:

(a) Basil. epist. 50.

XIII. *Quoniam vero ipse hic dilectus Syndiaconus noster Dorotheus dilucidiorem de rebus istis sibi memoriam quæsivit; necessario subscripsimus, quoniam & in universo Oriente per preces id agitur & nobis, qui quovis modo illi conjuncti sumus, ut desiderabilem hunc virum Ecclesia videat adhærentem Domino & fide irreprehensibilem & vita: cui & reliqui nulla ratione comparari queant; & ut universo (ut ita dicam) Ecclesiæ corpori ipse præsit: reliqua vero sunt tanquam desectæ particulæ: igitur undique & necessarium pariter est & frugiferum isti viro, ut reliqui, perinde atque magnis fluviis, minores concilientur.* Hæc Basilius, commendans Athanasii in fide Catholica tuenda studium & vigilantiam; quibus ut in universa Ecclesia recta fides firma perstaret, nervis omnibus contendebat, non quidem quod universalis Ecclesiæ idem Athanasius Episcopum ageret, quem ad tantam rem auxilio indiguisse Romani Pontificis, tum superioribus litteris, tum aliis postea datis apertissime declaravit.

XIV. Idemque Basilius ad Meletium ipsum scribens, de eadem Dorothei diaconi ad Romanum Pontificem legatione reddidit eum certiorem his verbis (b):

(b) Basil. epist. 57.

Meletius scribit litteras ad Occidentales.

Decretum est, ut hic ipse frater noster Dorotheus Syndiaconus Romamque proficiscatur, & permoveat quosdam ex Italia, ut nos invisant; idque per mare, quo eos effugiant, a quibus possent impediri. Intellexi enim, eos qui apud rerum dominos potentes sunt, nihil neque velle illis, neque posse de causa ejectorum suggerere, sed hoc lucro deputare, si nihil in Ecclesiis pejus geri videatur. Igitur si & prudentiæ tuæ consilium nostrum utile visum fuerit, dignaberis & epistolas formare, & monita dare, de quibus oporteat ipsum narrare, & ad quos, & quando, ut fidem habeant litteræ & auctoritatem, comprehendentes simul non admodum consentientes, etiam si non adsint. Hæc ad Meletium Basilius. Qui etiam antea egerat de his cum sanctissimo illo confessore Eusebio Samosateno; cujus quoque consilio illud decretum esset, ut litteræ ad Occidentalem Ecclesiam mittendæ a se scriberentur, subscriberentur vero ab aliis Episcopis Orthodoxis: significat enim hæc omnia Basilius, ad eumdem Meletium ita scribens (c): *Litteras accepi a piissimo Eusebio Episcopo, quibus mandatur, ut Occidentalibus iterum de quibusdam rebus Ecclesiasticis scribatur. Et voluit quidem, ut a nobis scribatur epistola, ab omnibus vero consentientibus subscribatur. Quoniam igitur non inveni quo modo de quibus il-*

(c) Basil. epist. 58.

le

le præcepit ut scriberem, commentarium pietati tuæ misi, &c. Extant ipsæ litteræ a Meletio quidem scriptæ, utpote primario totius Orientis Antistite, subscriptæ vero ab aliis Orthodoxis Episcopis, quas direxerunt per Sabinum in Occidentem, qui una cum Dorotheo Basilii Legato profectus est.

XV. Porro in dictis Meletii & collegarum Orthodoxorum litteris, sicut nonnisi Meletii, Eusebii, & Basilii nomina sunt expressa, reliqua vero brevitatis causa prætermissa esse in inscriptione videntur; ita & nomen Romani Pontificis desideratur, ad quem primo directas fuisse Romam, quæ dicta sunt nuper, satis ostendunt; sic enim se habent (a):

(a) Basil. epist. 69.

Italis & Gallis, Deo dilectissimis ac sanctissimis fratribus & coadjutoribus in Italia & Gallia unanimis & concordibus Episcopis, Meletius, Eusebius, Basilius in Domino salutem.

Epistola Meletii & aliorum Orthodoxorum ad Occidentales.

Sæpe etiam suspirium ex alta cordis editum, solatium aliquod animis indolescentibus affert, atque lacrimæ erumpentes afflictionis copiam discutiunt. Nobis autem, quod affectus nostros vobis aperimus, non tantum solatii experimur, quantum gemitus, & lacrymæ exhibent. Verum quænam nos spes etiam melior fovet. Nam forsan si vobis ea quæ molesta sunt nunciemus, incitabimus vos ad nostrum auxilium, quod jamdudum a vobis pro Orientalibus Ecclesiis expectavimus, sed nondum sumus assecuti, Deo plane nostra gubernante, secundum invisibilia ejus judicia, quis nos longiori tempore his infestari tentationibus voluit. Non enim ignoratis nostra negotia, fratres honore præcipuo digni, ut quæ extremi Orbis fines auditu perceperint; neque omnino alienos ab affectu fratrum unanimum vos autumo, cum sitis discipuli Apostoli docentis perfectionem legis esse proximi dilectionem. Sed verum quod diximus, justum Dei judicium impetum vestrum cohibuit, qui pro peccatis æquam afflictionem instituerit.

XVI. *Atqui nunc vos adhortamur, ut veritatis zelo incumbatis, & nostrum coadolentiæ, ubi didiceritis etiam quæ antehac vos latuerunt, a pio fratre nostro Sabino coadjutore; qui vobis poterit etiam quæ in epistolis non comprehensa sunt, commemorare; per quem, inquam, virum adhortamur vos, ut viscera miserationis induatis, omnique deposita segnitie, dilectionis studium recipiatis; neque viæ longitudinem, neque domus negotia, neque aliud quid humanum causemini. Neque enim una Ecclesia, neque duæ vel tres in gravem hanc tempestatem illapsæ periclitantur: sed a finibus Illyrici ad Thebaidem usque hæreseos malum depascitur; cujus prava semina prius quidem auspicatus Arius sparsit; radicitus autem fixa a multis in medio viris impietatem studiose colentibus, nunc perniciosos fructus generarunt. Eversa sunt pietatis doctrinæ, confusa solutaque pietatis vincula: dominandi libido eorum qui non timent Dominum, præfecturas invasit, & ex propatulo præmium impietatis præfectura proposita est. Qui in graviorem blasphemiam relapsus est, is in populi Episcopatum præ aliis eligitur.*

Miserandus status Orientalis Ecclesiæ.

XVII. *Periit gravitas Pontificum, pastores cum scientia gregem Domini reliquerunt, dum Præfecti distributiones pauperum in proprios usus donaque semper insumant. Canonum exacta observatio pessum ivit: multa peccandi libertas patet. Nam qui favore humano ad præfecturam devenerunt, eodem ipso favoris gratiam implent. Justum judicium periit; quisque cordis sui desideria ambulat; malitia immodica, populi immorigeri; præfecti non libere loquuntur; nam qui per homines potestatem acquisiverunt, servi sunt eorum, quorum favore adjuti sunt. Jam enim arma belli invicem (ultio videlicet sanæ doctrinæ) excogitantur; & privatas inimicitias occultantes, pro pietate odium gerere assimulant. Alii vero ob turpissima reprehensionem a se declinantes, populum in contentionem accendunt, ut communibus malis sua vitia adumbrent, abscondantque. Quare etiam bellum hoc prava operantium tritum est, dum communem pacem tamquam occultam ipsorum ignominiam detegentem fugiunt. Ob hæc rident infideles, imbecilles fluctuant, fides in ambiguo est, ignorantia animis offunditur; quod adulterantes verbum in malitia veritatem videantur imitari. Taceo enim impiorum ora. Omnis blasphema lingua soluta est: profanata sunt sacra: ex populo qui sanæ mentis sunt, deprecatorias domos, sive oratoria fugiunt, tamquam impietatis scholas: in solitudine vero ad cælestem Dominum cum suspiriis & lacrymis manus attollunt. Cæterum ad nos quoque venerunt, quæ in pluribus Civitatibus gesta sunt. Populus cum mulieribus & pueris ipsisque senibus ante portas effusus, sub dio preces fundunt, omnes aeris injurias cum magno animo sustinentes, & auxilium a Domino expectantes.*

Præfecturæ Ecclesiasticæ collatæ indignissimis.

XVIII. *Quæ deploratio his calamitatibus digna aut par esse possit? quales lacrymarum fontes his malis sufficient? Quamdiu igitur stare quidem adhuc videntur, tamdiu adhuc vestigium veteris status præservatur, priusquam consummatum Ecclesiis naufragium eveniat. Præsens instat jam nobis; instat, inquam, integerrimi fratres: porrigite manus, genua inclinate; commoveantur in vobis fraterna vestra viscera; profundatis lacrymas condolentiæ, & non negligite dimidium Orbis ab erroribus ab-*

Deploratus status Orientalis Ecclesiæ.

sor-

scriptum; non finite extingui fidem apud quos primum illuxit. Quid igitur facientes rebus occurretis, & quo modo erga appressos condolentiam ostendetis; id a nobis nequaquam vos discere oportebit, sed Spiritus ipse sanctus vobis suppeditabit; nimirum ut cito auxilium præstetis, quo comprehensos servetis incolumes, & qui adsunt fratres complures. Nam peregrinantes Synodi occisitant supplementum, ut non solum ex Legatorum gravitate, sed etiam proprio numero ad instaurationem fidei fiduciam habeant: qui etiam in Nicæa scriptam a Patribus vestris fidem renovabunt, & hæresim funditus exstirpabunt, & Ecclesiis pacifica prædicabunt; eos qui non idem sentiant, in concordiam ducentes.

XIX. *Hoc enim nimirum omnium miserrimum est, quod & pars quæ sanioris doctrinæ esse videtur, invicem divisa est; & circumstant nos persimiles afflictiones iis fame, quæ in Vespasiani obsidione urbi Hierusalem acciderunt. Hujus siquidem populus simul externo bello occupabatur, & simul intestina obsidione ejusdem tribus consumebatur. Nobis autem præter apertum hæreticorum bellum, adhuc etiam ille qui ab unanimis doctrina existimatis dissidet, ad extremam imbecillitatem Ecclesias deduxit; propter quæ a vobis potissimum desideramus, ut qui Apostolicam fidem profitentur, schismatibus quæ noverint dissolutis, deinceps auctoritati Ecclesiæ subjiciantur, ut sacrum Christi corpus fiant, omnibus membris ad integritatem redactis. At non solum aliorum bona laudibus extollamus, quod nunc facimus; sed & nostras quoque ipsorum Ecclesias inspiciamus, veterem integræ doctrinæ gloriam adeptas. Absque dubitatione enim summa laude dignum judico, quod vobis a Domino concessum est, ut fucatum a probato puroque discernatis, Patrum autem fidem sine ulla prævaricatione prædicetis, quam & nos suscepimus, cognovimusque ex Apostolicis characteribus formatam, conjuncti quoque ipsi & omnibus, quæ Synodi scriptura regulariter, & legitime sunt instituta.* Hucusque Meletii & collegarum epistola, cui subscripserunt reliqui Orthodoxi Orientales Episcopi: nam de ipsis hæc Meletium ipse Basilius (a) ante monuerat his verbis: *Itaque, si videtur epistola ad Orientales necessarium quid complecti, postquam eam fide dignum scripseris, ad nos transmitte; ut curemus ab omnibus consentientibus subscribi; & charta quam effomaris, locum habeat subscriptionibus accommodatum, quam conjungere possumus ei, quæ a fratre sympresbytero * circumfertur.*

Catholici inter se scissi.

(a) Basil. epist. 59.

* syndiacono.

XX. Præter has litteras erat iisdem annexus libellus petitionum, quo explicabatur quid vellent iidem Orientales præstari ab Occidentalibus; quo a Meletio misso, atque a Basilio perspecto, quid amplius illi esset addendum, sic Basilius admonet eadem epistola: *Ego siquidem quoniam causæ summam in commentaria inveni.* Sic enim libellum nominat quod & alii *Breve* dixere, *Indiculum* vero alii; & paulo post: *Illud vero mihi argumentum velut intactum adhuc esse, locumque dare scribendi visum est; admonere illos ne sine discrimine quorumvis communionem ex Oriente venientium accipiant; sed una semel electa parte reliquos ex consentientium testimonio admittant, & non cuivis sub prætextu Orthodoxæ doctrinæ fidei formulam scribenti adstipulentur. Nam isto pacto deprehenduntur cum adversariis facientes, qui eadem sæpenumero verba prætexunt quidem, inter se vero pugnant, ut qui plurimum divisi dissidentesque fuere. Ne igitur amplius hæreses eorum qui inter se mutuo dissident, per ipsorum scripta, quæ prætexere & objicere solent, incautos seducant; admonendi sunt, ut arcanas accedentium communiones, & scriptis juxta formam Ecclesiasticam comprehensas faciant.*

Libellus petitionum junctis litteris.

XXI. Hæc Basilius scribens, caveri cupit ab ipso Romano Pontifice damnum illud, quod sub Liberio illatum est Ecclesiæ Orientali, cum recepisset Eustathium Sebastenum & collegas, eosdemque omnes hæreticos, sed dolose professos Nicænam fidem: nam illi in Orientem reversi, quasi Auctoritate Romani Pontificis roborati, hæresim, quam fovebant, liberius prædicarunt. Optat igitur S. Basilius non communicandum facile omnibus ex Oriente Romam accedentibus, etiamsi viderentur profiteri Catholicam fidem, nisi secum litteras afferrent partis illius, quam Pontifex ipse probarit; nec eosdem recipi debere, nec item dimitti sine arcanis litteris, nempe Formatis. Porro eodem petitionum libello contenta esse ea quoque capita, quorum meminit litteris ad Athanasium scriptis, existimamus.

Basilii admonitio unde.

XXII. Scripsit & tunc suas privatim Basilius litteras, quas perferendas tradidit eidem sæpius nominato Dorotheo; sed sicut præstabat cæteris in scribendo Basilius, ita eisdem litteris eloquentius atque nervosius calamitosus Orientalis Ecclesiæ status ab ipso describitur; quas, ut exactissima tantæ legationis cognitio habeatur, & quo loco repositæ essent hoc tempore res Orientalis Ecclesiæ, plenius intelligatur, hic intexere operæpretium existimamus; sunt vero hujusmodi (b):

(b) Basil. epist. 70.

Dominus noster Jesus Christus, quoniam omnem Ecclesiam Dei suum ipsius corpus nominari sustinuit, & unumquemque nostrum alterius esse membrum declaravit, dedit quoque nobis, ut erga omnes juxta membrorum consensum amice simus affecti.

Basilii legatio, & litteræ ad Occidentales.

Qua-

Quapropter etiam si habitationibus sumus alter ab altero quam longissime dissiti ac dirempti, ratione tamen conjunctionis hujus, propinqui sumus invicem.

Quoniam igitur pedibus caput dicere non potest: Non estis mihi necessarii: plane neque vos amicitiam nobis renunciare sustinebitis; sed tantum vos ad commiserationem movebunt afflictiones nostræ, quibus propter peccata nostra traditi sumus, quantum nobis congratulationis affert, quod in pace quam vobis largitus est Dominus, celebres estis. Hac itaque ratione & nunc, & alias dilectionem vestram voce lugubri imploravimus, ut nostræ miseriæ condoleatis ac succurratis. Verum plane prohibiti estis, ne ad juvandum nos excitaremini: propterea quod ultio divina, qua castigandi eramus, nondum esset impleta. Nam hoc potissimum est, quod requirimus, ut ipsi quoque Imperatori per vestram pietatem innotescat Orbis nostri perturbatio confusioque. Hoc si factu difficile fuerit, at vel aliqui vestrum ad visendum, & consolandum afflictos veniant, qui ipsis oculis aspiciant calamitatem Orientis, quæ audita percipi nequit; propterea quod nulla vobis sermone res nostras dilucide exprimere possumus.

XXIII. Persecutio nos apprehendit, fratres colendissimi, persecutionum omnium gravissima. Abiguntur enim pastores, ut greges dispergantur: & quod omnium est durissimum, neque qui affliguntur, per martyrii certitudinem illatas passiones tolerant, neque plebs martyrum loco athletas habet ac veneratur, propterea quod Christianorum nomine tecti sunt persecutores. Unum jam crimen est, quod vehementer punitur, si paternas quis traditiones diligenter observet. Ob hanc causam paternis sedibus abiguntur pii, & ad solitudines migrare coguntur. Nulla est apud Judices iniquos canis capitis reverentia: non jam ulla conspicitur religiosæ pietatis exercitatio; nulla conversationis initur ratio, quæ ad Evangelii normam ab adolescentia ad senectam usque legitime perficiatur. Sed cum nemo sceleratus sine certis indiciis condemnetur; Episcopi sola intercedente calumnia damnantur, & nulla evidenti probatione assertis ac corroboratis criminationibus, suppliciis traduntur. Nonnulli ne noverunt quidem accusatores suos, neque tribunalia viderunt, neque delati sunt primum; sed nocte intempesta abrepti, in exilium fugati sunt, solitudinis calamitatibus ad mortem usque traditi.

Persecutio Arianorum acerbissima.

XXIV. Quæ vero ista concomitentur, neminem latent, etiam si nos sileamus; exilia presbyterorum, exilia diaconorum, totiusque cleri depopulationes: necesse enim est, vel adorare imaginem, vel sævæ flagitiosorum flammæ tradi. Gemitus plebes, lacrymæ continuæ, & per singulas domos, & publice omnibus quæ patiuntur inter se complorantibus. Nemo enim corde est adeo usque lapideo, ut patre privatus placide ferat se orphanum. Sonitus lamentantium in Civitate, sonitus in agris, in viis, in solitudinibus; vox una omnium miseranda ac tristia loquentium. Sublatum est gaudium & lætitia spiritualis; in luctum mutatæ sunt festivitates nostræ. Domus precationum clausæ sunt; altaria cultu spirituali vacant; nulli amplius Christianorum cœtus: nulla amplius doctorum præsidentia; cessarunt doctrinæ salutares; cessarunt panegyres ac festivi conventus publicique; hymnodiæ nocturnæ non habentur; neque superest beata illa exultatio, qua Domino credentium animæ in synaxi ac communione spiritualium charismatum exhilarantur.

Lugubris facies Orientalis Ecclesiæ.

Nobis autem dicere licet, quod in hoc tempore sit neque Princeps, neque propheta, neque præses, neque oblatio, neque incensum, neque locus ubi coram Domino possit offerri sacrificium, ac misericordia acquiri. Hæc scientibus scribuntur; propterea quod nulla Orbis pars est, quæ calamitates nostras ignoret. Quare non putabitis, quod ista vobis docendi vel admonendæ diligentiæ vestræ gratia loquamur: novimus enim quod nostri numquam sitis obliti, non minus quam mater filiorum uteri sui. Sed quemadmodum qui dolore aliquo occupantur, per gemitus solent relevare mærorem; ita & nos facimus: Ut mæstitiæ gravitatem nonnihil rejiciamus, multiformes nostras calamitates vestræ dilectioni narramus, si quo pacto ad precandum pro nobis aliquanto ferventius permoti, impetretis a Domino, ut nobis placatus conciliętur. XXV.

Quod si hæ tribulationes nos solos pressissent; visum nobis utique fuisset, & silentio has obtegere, & de afflictionibus pro Christo illatis gloriari; quoniam præsentis temporis afflictiones non sunt pares ad gloriam quæ futura est, ut reveletur in nobis. Nunc autem metuimus, ne quandoque malum hoc acceptis viribus, instar flammæ per accensam & ardentem materiam serpentis, seseque effundentis, si quæ vicinia sunt corripuerit & absumpserit, corripiat & remotiora. Hoc enim hæreseos malum cuncta depascitur; ac periculum est, ne vastatis nostris Ecclesiis, & ad sanam incolatus vestri partem serpat. Nos enim forsan primi quidem propter exuperans peccatum nostrum trades istis bestiam Christi dentibus, ut absumamur, sumus objecti. Fortassis autem (quod vero propius est) quoniam a nostris locis exortum Evangelium regni in totum Orbem egressum est; hac ratione communis animarum nostrarum hostis defectionis quoque seminaria, quæ in eisdem nostris locis initium cœperunt, ea universum Orbem transmittere contendit: nam quibus illuxit cognitionis Chri-

XXVI. Imminens majus periculum.

Christi lumen, super eosdem & impietatis tenebras inducere cogitat.

XXVII. *Afflictiones itaque nostras, vestras reputate, tamquam germani Domini Discipuli. Non impugnamur propter pecunias, non propter gloriæ splendorem, non propter aliquid aliud rerum temporalium; sed propter communem thesaurum, propter hereditatem paternam, propter sanam fidem in certaminis procinctu consistimus arrecti. Lugete nobiscum, o fratres amantes. Occlusa namque apud nos sunt piorum ora, reserata vero est qualibet audax blasphemaque lingua eorum qui adversus Deum loquuntur injustitiam; columnæ & stabilimentum veritatis dissipantur. Nos, qui tenuitatis gratia despicimur, fiducia loquendi destituti sumus. Ipsi, quæso, & pro isto populo decertatote, & non vestra tantum spectate; quoniam ad portus appulistis tranquillos per gratiam Dei, quæ vos a turbine malorum spirituum protegit: sed & Ecclesiis illis, quæ per tempestatem jactantur, manus porrigite, ne quando omni prorsus destitutæ auxilio, fidei naufragium patiantur. Ingemiscite nostri gratia. Nam Unigenitus blasphematur, & nemo est qui contradicat: Spiritus sanctus dehonestatur; & qui reprehendere posset, fugatur. Error multorum deorum obtinuit; magnus apud illos Deus est parvus: Filius non naturæ nomen, sed honoris appellatio reputatur: Spiritus sanctus nec ad Sanctæ Trinitatis complementum pertinere, nec divinæ beataque naturæ consors, sed ex creaturarum numero temere & utcumque Patri, & Filio adjectus esse docetur. Quis dabit capiti meo aquam, & palpebris meis fontem lacrymarum? & deplorabo complures dies populum perversis istis doctrinis ad perditionem adactum.*

Digna causa cui opem ferant.

Arianorum Blasphemiæ.

XXVIII. *In transversum rapiuntur simpliciorum aures, ac deinceps in consuetudinem transeunt hereticæ impietatis: en istiusmodi sermonibus doctrina plusquam impiæ educantur Ecclesiæ infantes. Nam quid aliud etiam facient? Baptismata sunt apud hereticos; illi deducunt peregre quovis progredientes, invisunt infirmos, solantur mæstos, adjuvant laborantes & pressos, omnis generis opem afferunt, mysteriorum communionem administrant. Quod omnia per illos dispensantur, & perficiuntur, quasi retinaculum quoddam est plebis, quo ad illorum concordiam astringuntur; ita ut brevi temporis discursu, etiam si restituatur aliqua libertas, nulla tamen spes reliqua futura sit ad veritatis iterum agnitionem reducendi eos, qui diuturnæ dilectionis vinculo hereticis obstricti sunt.*

Irreparabile malum ex heresi.

XXIX. *Quapropter complures ex nobis oportebat ad gravitatem vestram accurrere, & unumquemque rerum suarum expositorem fieri. Jam vero & hoc ipsum documentum vobis sit afflictionis ejus, in qua vitam vivimus plane miserabilem; quod ne ad vos quidem detur viam capessere & proficisci. Nam si quis Ecclesiam suam vel brevissimo momento deseruerit, plebem confestim insidiatoribus expositam relinquet. Verum per gratiam Dei unum misimus pro multis, pientissimum hunc & dilectum fratrem nostrum Dorotheum sympresbyterum**; *qui & quæcumque litteris nostris non satis exprimuntur, sua ipsius poterit narratione adimplere; quia & cuncta diligenter pervestigavit, & zelo rectæ fidei ducitur. Quem ubi pacifice susceperitis, propere ad nos bona nobis studii vestri, quo ad juvandam fraternitatem præditi estis, nuncia referentem remittite.* Hactenus ad Occidentales Basilius. At hæc Dorothei legatio fuit privatim a Basilio missa.

Dorotheus presbyter legatus.

* al. syndiaconum.

XXX. Præter autem Sabinum directum a Meletio, & Dorotheum Legatum a Basilio, his junctum fuisse quoque presbyterum nomine Probum Sactesimum, ejusdem Basilii epistolæ indicant (*a*). Porro omnes hæ litteræ etsi ad Occidentales vel Occidentis diversas Provincias habeantur inscriptæ; tamen ad ipsum in primis communem Pontificem datas esse, quæ recitata sunt superius ex litteris S. Basilii ad Athanasium, plenissimam fidem faciunt. Desiderantur autem litteræ Athanasii ad ipsum Romanum Pontificem, quarum superius mentio facta est. Quid vero actum sit hac legatione, illud tantum potuimus invenire; Occidentales scilicet, redditis ad Orientales litteris, eos consolatos esse, bonaque spe pariter roborasse; quod quidem in primis ex ejusdem Basilii litteris ad eosdem postea datis significatur, cum ait (*b*): *Tantum cuique vestrum Dominus Deus noster, in quem speravimus, largiatur gratia, ut proposita spe potiamini, quanto ipsi gaudio pectora nostra replestis tum per litteras, quas per desideratissimos sympresbyteros nostros scripsistis, tum ex eo quod calamitatibus nostris, tamquam viscera commiserationis induti, condoletis, quemadmodum nobis prædicti fratres indicarunt. Nam etsi vulnera nostra eodem modo perseverant; nonnihil tamen inde relevamur, quod paratos habemus medicos, qui velocem ac maturam possunt, si detur opportunitas, doloribus nostris afferre medelam.* Hæc ibi. Et ad Antiochenos (*c*): *Solicitudinem illam, quam pro Ecclesiis Dei geritis, ex parte recreabit desideratissimus, ac religiosissimus frater & comminister noster Sactesimus**, *qui vobis Occidentis erga nos charitatem & affectum exponet; & rursus ex parte animos vestros excitabit, & adhuc amplius provocabit, dum vobis per se ipsum luculenter declarabit, quantum studii ac diligentiæ res præsentes exposcant. Etenim aliorum quilibet veluti dimidiato de sententiis virorum Occidentalium & sta-*

Legatio Sactesimi presbyteri.

(*a*) Bas. ep. 10. & 58. & in addit. ep. 18.

(*b*) Basil. epist. 74.

Damasus consolatus est litteris Orientales.

(*c*) Basil. ep. 18. in add.

* Sanctesimus.

tu

tu rerum narravit; ipse vero quoniam sufficiens ad hoc fuit, ut & voluntatem virorum cognosceret, & de statu rerum exacta inquireret, narrabit vobis omnia, & bonum vestrum studium ad cuncta velati manu ducet; quo materiam convenientem ad hoc habeatis, ut propositum vestrum perficiatis, quod indesinenter pro Ecclesiis Dei salicitis ostenditis. Hucusque Basilius.

XXXI. Quid ad Athanasium Damasus rescripsit.

Rescripserunt pariter Romanus Pontifex Damasus & alii Episcopi ad Athanasium: quas acceptas ipse litteras, ad Basilium, quo eum consolaretur, in Cappadociam misit. Id quidem ex aliis post hæc ejusdem Basilii ad Occidentales iteratis litteris accipimus, quibus dicitur (a): *Bonus ille Deus, qui afflictionibus semper solatium adjungit, dedit etiam nunc nobis inter varios dolores modicam quamdam consolationem ex litteris, quas a vobis acceptas carissimus Pater noster Athanasius Episcopus nobis tradidit, sanæ fidei testimonium, & inoffensæ unanimitatis, & conspirationis demonstrationem referentes: & ut pastores ostenderet Patrum insistere vestigiis, & populum Domini cum scientia pascentes. Hæc omnia me tantum exhilararunt, ut mærorem nostrum omnino discusserint, & risum quemdam exiguum animis nostris infuderint a tetrico hoc rerum statu, in quo nunc agimus. Auxit autem nobis solatium Dominus per apprime religiosum filium coadjutorem nostrum Sabinum; & relatione eorum, quæ apud vos honeste aguntur, animas nostras pavit.* Hæc de his quæ spectant ad præsentis anni a Basilio & aliis Orientalibus Orthodoxis Episcopis ad Damasum Papam, & cæteros Occidentales Antistites legationem: de aliis autem postea ab eodem Basilio datis ad eosdem Occidentales litteris agemus annis sequentibus, quibus scriptæ fuisse videntur.

(a) Basil. epist. 61.

XXXII. Officia Athanasii erga Basilium.

Jam vero quæ reliqua sunt Magni Athanasii erga Magnum Basilium officia, ut hic ante obitum ipsius Athanasii recenseamus, ratio a nobis postulat; quæ sine in medium afferemus, prout ea cum ex ipsius Basilii, tum etiam Athanasii scriptis licuit expiscari. Scribens enim ipse Athanasius ad Joannem & Antiochum presbyteros, hæc de Basilio in fine habet (b): *Valde autem admiror audaciam eorum, qui non reformidant oblatrare dilecto nostro & vere Dei famulo Episcopo Basilio; cum ex hujusmodi oblatratione deprehendi & convinci possint, quod ne Patrum quidem confessionem aut ament, aut amplectantur:* idemque rursum ad Palladium presbyterum (c): *Quod de monachis Cæsariensibus significasti, hoc ipsum quoque didici a dilecto nostro Dianeo, quod graventur, & resistant dilecto nostro Episcopo Basilio. Tibi certo, quod mihi rem indicasti, gratias ago; illis vero quæ decuit scripsi, ut veluti filii obsequantur patri; nec iis, quæ ille probat, contradicant. Nam si suspectus esset in negotio veritatis, recte pugnarent: Sin autem confidunt, ut nos confidimus, eum esse gloriam Ecclesiæ, dum ea decertat pro veritate, & docet eos qui indigent doctrina; non fas est cum tali homine pugnas conserere; sed amandus est potius ob pium animum. Nam ex iis quæ cognovi ex dilecto nostro Dianeo, nulla de causa eum gravatim ferunt. Ipse enim (ut plane mihi persuadeo) infirmus efficitur apud infirmos, ut infirmos lucretur. Dilecti autem fratres nostri respicientes ad scopum ejus, quo ad veritatem tendit, glorificent Dominum, quod talem Episcopum Cappadociæ dederit, qualem singulæ Provinciæ sibi optant. Tu autem, dilecte, velis eis indicare, ut credant me hæc scripsisse: id enim vos erga patrem benevolentes reddet, & pacem in Ecclesiis conservabit.* Hactenus Athanasius de Basilio ad Palladium. Quæ autem hæ fuerint turbæ & malæ suspiciones adversus Basilium a suis Cæsariensibus monachis atque aliæ ab aliis excitatæ, dicemus suo tempore.

(b) Ath. ep. ad Jo. & Antioch.

(c) Ath. sequenti ep.

XXXIII. Athanasius usus Basilii opera in rebus magni momenti.

Talem vero tantamque fidem de Basilio Athanasius concepit, ut eidem injunxerit visitationem Episcoporum extra Provinciam Cappadociæ positorum, nempe Macedoniæ & Achajæ; cui & in mandatis dedit, ut lapsos omnes reciperet cum fidei Nicænæ confessione. Testatur id quidem ipse Basilius ad Neocæsarienses scribens, cum ait (d): *Hac in re non nostro ipsorum erga tales usi sumus judicio; sed magis decreta Patrum nostrorum, quibus illi de talibus jam olim quid faciendum sit*, nempe in recipiendis lapsis, *statuarunt, secuti sumus. Ego enim cum accepissem beatissimi Patris Athanasii Alexandrini Episcopi litteras, quas etiamnum in manibus habeo, & requirentibus legendas objicio; quibus ille manifeste edixit, quod si quisquam ex Arianorum hæresi ad nos transire voluerit, admittendum esse, nec quicquam in illo assumendo hæsitari debere, si Nicæni Concilii fidem confiteatur, & dogmatis hujus consortes: ille cum mihi omnes tum Macedoniæ, tum Achajæ Episcopos allegasset; necessario arbitratus sum, ut tanto viro propter fide dignam auctoritatem eorum qui id decreverunt* (nimirum in Concilio Alexandrino) *obsequerer; simulque præmium pacis studiosis destinatum adipisci cupiens, eos qui fidem istam confitebantur, communicantium parti adscripsi.* Hæc Basilius. Sed unde ipsi & a quibus de re adeo bene gesta negotium facessitum est, vel quanam occasione? Rem gestam hic referemus.

(d) Basil. ep. 73.

XXXIV. Cum Sanctus Basilius minorem Armeniam visitaret, ut gregibus pastoribus destitutis daret Episcopos, aliaque ad pie-

tatem ſpectantia ſedulus obiret officia, nempe lapſos in hæreſim pœnitentes Catholicæ conciliaret Eccleſiæ; accidit, ut cum in Nicopolitano in Armenia conventu Euſtathium Epiſcopum Sebaſtenum fidem Catholicam profitentem ac ſubſcribentem in communionem acceperit, ab illius loci Epiſcopo primum, deinde ab aliis in ſuſpicionem colluſionis cum Euſtathio adduceretur. Re igitur undique diffamata, atque pro monſtro habita, opus habuit Baſilius ſcribere apologiam, quam ad Terentium Comitem miſit, quem ex Ammiano diximus his temporibus ad cohibendos Perſas in Armenia cum exercitu in jugi procinctu ſtetiſſe. Ex quibus quidem litteris cum hiſtoria ipſa exactiſſime deſcribatur; aliunde petere, vel aliis enarrare verbis otioſum putamus. Ait ergo Baſilius paulo poſt exordium ejus epiſtolæ ad Terentium ſcriptæ (a):

Baſilius viſitat Armeniæ Eccleſiam.

(a) Baſil. epiſt. 60. in addit.

XXXV. *Alienatus a nobis eſt Epiſcopus ille, qui nobis cooperationis eſt gratia datus. Haud enim novi quid reverendiſſimo fratri noſtro Theodoto acciderit; qui cum nobis initio pollicitus eſſet, quod in cunctis adjutor eſſe vellet, & a Geraſibus nos Nicopolim deduxiſſet, ubi nos in civitate vidit, ita eſt abominatus, & ſic ſibi a peccatis noſtris metuit, ut nos nec ad matutinas, nec ad veſpertinas preces aſſumere ſuſtinuerit. Qua in re quod ad nos quidem attinet, juſte & vitæ noſtræ convenienter egit: verum haud utiliter communi Eccleſiarum conſtitutioni conſuluit. Hujus autem nobis cauſam aſſignavit, quod venerandiſſimum Epiſcopum Euſtathium in communionem receperimus. Eſt autem quod nos fecimus hujuſmodi.*

XXXVI. *Cum ad Synodum, quæ a fratre Theodoto celebratur, vocati, illoque profecti eſſemus, ut vocationi propter charitatem obtemperaremus; ne ignavi illic & otioſi videremur, ſtudioſe curavimus, ut colloquium cum prædicto fratre Euſtathio miſceremus; propoſuimuſque illi, quæ in cauſa fidei a Theodoto illi objiciebantur, ac ſimul ab eo petivimus, ut manifeſtum nobis faceret, rectam ne fidem ſequeretur, quo conſortes eſſe poſſemus; ſi vero alienatus eſſet, ut perſpicue ſciret nos quoque a ſe fore abalienatos. Igitur cum multis inter nos ea de re contuliſſemus, totumque diem illum cauſam hanc inquirendo conſumpſiſſemus; appetente veſpera, alius ab alio avellimur, nulla dum certa colloquii noſtri concluſione poſita.*

Baſilius recipit Euſtathium Catholicam fidem profitentem.

XXXVII. *Sequenti die curſus mane conſidentes, iiſdem de rebus diſſerere cœpimus: Cum autem & Pœmenius & frater, Sebaſtenæ Eccleſiæ presbyter acceſſiſſet, & adverſaria nobis doctrina vehementer urgeret; paulatim nos & ea diluimus, quæ nobis objicere videbatur: & illos ad conſenſionem eorum quæ a nobis quærebantur, induximus; ſic ut per gratiam Domini, ne in minimo quidem a nobis invicem diſſidere deprehenderemur. Igitur circa nonam horam ad precandum ſurreximus, ac Domino gratias egimus, qui dediſſet nobis idem & ſentire, & loqui. Propterea oportebat me ſcriptam quandam ab eo viro confeſſionem accipere, quo & adverſariis illius manifeſtaretur conſenſus, & reliquis ſufficientes viri hujus propoſitum monſtraretur. Verum volebam ipſe, multa diligentia cum fratribus, qui circa Theodotum ſunt converſans, ſcriptum fidei ab illis accipere, & dicto Euſtathio proponere, ut utraque iſta fierent; ipſe videlicet rectam fidem confiteretur, & illi de veritate hac perſuaſi nullam retinerent contradictionis occaſionem, ſi ab ipſis propoſita fuiſſent accepta.*

XXXVIII. *At Theodotus, priuſquam cognoviſſet quam ob cauſam conveniſſemus, & quidnam eo colloquio effeciſſemus, dedignatus eſt nos amplius vocare ad Synodum. Itaque e medio itinere reverſi ſumus triſtes, quod labores noſtros pro pacandis Eccleſiis ſuſceptos, inefficaces reddidiſſet. Poſtea cum in Armeniam neceſſario proficiſcendum eſſet, ſciremque viri hujus mores & ingenium, ac ſub fide digno teſte & geſtorum reddere rationem & illi ſatisfacere vellem; veni Geraſa in agrum Deo dilectiſſimi Epiſcopi Meletii, ubi & ipſe dictus Theodotus compacebat; atque ibi, quoniam ab ipſo fueramus propter Euſtathii conjunctionem accuſati, quid eo congreſſu effeciſſemus, expoſui, quod videlicet deprehenderim eum nobiſcum ſentire per omnia. Cum autem ille affirmaret, eum poſt diſceſſum noſtrum conſenſum hunc abnegaſſe; & ſuis diſcipulis affirmaſſe, quod haud quaquam nobis in cauſa fidei conſenſiſſet; reſpondi ad iſta (tu autem celeberrime virorum conſidera, an non juſtiſſime & irrefragabiliter reſponderim.) Ego, inquam, hoc mihi perſuadeo, conjectura ex reliqua viri hujus conſtantia ſumpta, haud ita leviter virum illum in contrarium mutari, ut jam confiteatur, jam quæ dixerit, neget; qui etiam in vulgaribus rebus mendacium, perinde ac rem horrendam, averſatur: tantum abeſt, ut in rebus tanti momenti, & ſic apud quoſvis celebratis, veritati ullo pacto adverſari velit.* Hæc quidem de Euſtathio cum dicat Baſilius, haud ita probe tunc hominem noviſſe viſus eſt, ac poſtea perſpectum habuit: ejus enim deinceps cum mores deſcribit (ut ſuo loco dicemus) nihil magis eidem atque inconſtantiam inhæſiſſe, conſtanter exprobrat. Sed addidit hæc tunc Baſilius ad Terentium:

Theodotus Epiſ. Nicopol. infenſus Baſilio ob receptionem Euſtathii.

XXXIX. *Eſto tamen vera ſint quæ a vobis ſparguntur; oportet illi ſcriptum proponere, quod cunctam rectæ fidei apodixim contineat. Quod ſi eum dato reſcripto conſentientem reperero, manebo in illius communione. Si vero recuſantem deprehendero,* de-

Theodotus iterum Basilium respuit.

deficiam ab illius consortio. Cum ista probaret Meletius Episcopus, qui Antiochia pulsus illic exul agebat, *& frater Diodorus sympresbyter (nam & ille aderat) consentiens esset; venerandissimus frater Theodotus hortabatur nos, ut Nicopolim descenderemus, & Ecclesiam ipsius inviseremus, ac Satalos usque comitem ipsum itineris reciperemus, sic ut nos Gerasis relinqueret. Ubi vero Nicopolim venimus, ablitas eorum quæ a nobis audierat, & quæ nobis pactus fuerat; contumeliis illis ac probris, quorum paulo ante mentionem feci, nos iterum affecit, & a se dimisit.*

XL. *Quomodo igitur venerandissimum caput, fieri potuisset, ut aliquid eorum quæ injungebantur, efficerem, & Episcopos Armeniæ darem, cum ad hunc modum affectus erga me sit is, qui curarum debebat esse consors, & particeps? apud quem ego me viros aptos, & commodos inventurum sperabam, quod sint in ipsius parœcia & religiosi & prudentes, ac simul linguæ hujus periti, & qui reliqua gentis hujus idiomata sciant: quorum nomina cognita volens tacebo, ne quid impedimenti nascatur, quo minus alio saltem tempore Armeniæ prosim.* Subdit mox de aliis ad eam visitationem spectantibus.

XLI. Quod autem ad Eustathium in communionem receptum pertinet; extat apud eumdem S. Basilium fidei libelli exemplum, quem ipse tunc Eustathio subscribendum obtulit; cujus est exordium (*a*): *Tam illi qui alia hactenus fidei confessione præoccupati ad Orthodoxorum jam unitatem transire volunt, quam qui nunc primum ad veritatis doctrinam & instructionem assumi desiderant, eam fidem docendi sunt, quæ in Synodo Nicææ olim collecta a beatis Patribus conscripta est, &c.* Subjicitur ibi non ipsum tantum Nicænum symbolum, sed specialis damnatio Marcelli hæresis atque Sabellii, aperiunturque abditissimæ Arianorum latebræ, ne quid subterfugii esse posset dolosæ impietati: necnon blasphemiæ condemnantur in Spiritum sanctum; in cujus libelli fine adjacet ipsius Eustathii tunc his verbis concepta subscriptio: *Eustathius Episcopus tibi Basilio. Legi, agnovi, & probavi hæc præscripta. Subscripsi autem cum his qui mihi aderant fratribus, Phortone, & Corepiscopo Severo, atque aliis nonnullis clericis.* Hæc ibi; ex quibus videas haud imprudenter a Basilio Eustathium fuisse receptum.

(*a*) Basil. epist. 78.

Professus Eustathius fidem Catholicam.

XLII. At quid post hæc accidit? Cum Eustathius atque Socii viderent Basilium a Theodoto in communionem minime recipi, seque eum suis æque repelli; quod spe frustratus esset, nec ex ea a se subscripta fidei professione, quam aucupatus fuerat, gloriam consecutus esset; terga impudenter vertit, & in Basilium verbis jactare convicia, & scriptis quoque in eum disseminare calumnias aggressus est, quasi de fide haud recte sentiret; hanc suæ ipsius rationis causam sæpe prætexens, ne levitatis argui posset, curavitque ejusmodi a se scriptas adversus Basilium litteras circumferri. Testatur id quidem ipse Basilius ad eumdem Eustathium data epistola, qua suam parat defensionem; ubi hæc ad finem ipsius (*b*): *Putarunt suaves isti homines impedimenta sibi ad acquirendum potentatum nostram fore communionem. Et quoniam quadam fidei subscriptione præoccupati sunt, quam nos illis protulimus, non quod ipsi de illarum sententia hæsitaremus (fateor enim) sed quod suspicionibus, quibus apud complures fratres nobiscum concordes laborabant, mederi cuperemus: ne quid ipsis ex ea confessione impedimenti ad hoc, ut ab iis qui nunc dominantur susciperentur, videretur occurrere, communionem nobis denegarunt, & pro separationis hujus causa litterarum istarum prætextum commenti sunt. Evidentissimum vero eorum quæ dico, indicium est, quod cum a nobis deficerent, accusationesque quas volebant contra nos fingerent, litteras circumquaque ad omnes, antequam ad nos miserunt. Septem namque dies priusquam in nostras manus veniret, visa est illorum epistola; & qui illam ab aliis receperant, ad alios quoque illam missuri erant. Nam ita instituerant, ut unus alteri illam traderet, quo protinus in universam regionem distribueretur.* Hæc ipse de vulgatis ab Eustathio & sociis contra se litteris.

Eustathius in deterius lapsus struit calumnias Basilio.

(*b*) Basil. epist. 79.

XLIII. Quod igitur Basilius tardius sceleratorum hominum fraudes dolosque sensisset, nec Theodoto Episcopo Nicopolitano ista monenti acquievisset; facti sero pœnitens, hujusmodi ad eumdem Theodotum litteras dedit (*c*):

(*c*) Basil. ep. 15. in edit.

Recte nos & competenter reprehendis, venerandissime & re vera desideratissime frater, propterea quod ab eo tempore, quo a reverentia tua propositiones illas de fide ad Eustathium ferentes discessimus, nihil tibi nec modicum nec magnum de causa illius significavimus. Ego vero id non ob eam causam feci, quod susque deque faciam, quasi contemptibilia, quæ in nos ille commisit; sed quod fama illorum apud quosvis passim pervagata est; & nemo sit qui opus habeat, ut a nobis, quodnam sit viri hujus propositum discat. Nam hoc & ipse curavit, velut metuens, ne paucos habeat sententiæ suæ testes ac conscias: ideoque & ad quosvis confines epistolas suas adversus nos scriptas emisit. Itaque a communione nostra se ipse avulsit; quandoquidem nec in locum determinatum convenire nobiscum sustinuit, nec discipulos suos (quod tunc pollicitus fuerat) adduxit. Sed nos etiam in frequentissimis Synodis perstrinxit una cum Theophilo Cilice, nuda & manifesta bla-

Basilii epistola ad Theodotum de rebus gestis ab Eustathio.

blasphemia, quasi aliena a doctrinis sua animis plebis insinuet dogmata. Sufficiebant quidem & ista ad dissolvendam omnem nostrum conjunctionem. Postquam vero & in Ciliciam venit, ibique cum Gelasio quodam degens, fidem illi exposuit, quæ a solo Ario, vel germano aliquo ejus discipulo conscribi debuisset; tum adhuc amplius ad separationem & disjunctionem obfirmati sumus, cogitantes fieri non posse, ut vel pellem suam unquam mutet Æthiops, vel maculas suas pardus; vel qui perversis est dogmatibus innutritus malum hæreseos abstergere queat.

XLIV. *Et tamen ultra hæc & illud temeritatis ausus est. Scripsit contra nos, immo conscripsit sermones prolixos, omnis generis conviciis & sycophantiis refertos: quibus hactenus nihil respondimus, propterea quod ab Apostolo docemur ne nos ipsi ulciscamur, sed locum iræ demus. Et simul ubi de profunditate hypocriseos cogitamus, qua se nobis toto tempore blandiuscule insinuavit, stupore quodam præ consternatione corripimur. Nam etiamsi nihil illorum esset; tamen quod jam recens ausus est, cui non horrorem, & omnimodam viri hujus abominationem incuteret? qui, sicuti audio (modo verus est rumor & non figmentum delationis gratia compositum) etiam manum quibusdam denuo imponere præsumpsit; quod nemo unquam ex hæreticis fecisse videtur. Itaque quomodo fieri potest, ut tales placide feramus, & viri hujus delicta curabilia esse putemus? Quare videte ne falsis sermonibus seducamini, neve prætextibus virorum istorum omnia ad malum facillime excipientium fidem accommodetis. Ista qui modo in nullo discrimine ponemus? Scias itaque, desideratissime ac venerandissime, haud conscium me esse, quod unquam tantum doloris animo meo conceperim, quantum nunc ex eo patior, quod Ecclesiasticas leges confundi percipio. Verum id unice precare, ut largiatur nobis Dominus, nihil ex affectibus iræ moliri, sed retinere dilectionem, quæ nihil agit perperam, nec inflatur. Etenim vide, quo modo qui illa carent, supra humanæ mediocritatis mensuram elati turpiter & indecenter vivant, ea facere præsumentes, quorum nulla præteritum tempus habet exempla.* Hactenus ad Theodotum Basilius, quem ei minime auscultasse pœnituit.

Eustathii Sebasteni simulata fides detecta.

XLV. Vix credi potest, quantum hæc ad aliquod spatium temporis Basilii famæ attulerint detrimenti; quod & ex eo probe possumus intelligere: Nam si qui plus satis perspectum habuere Basilium, nempe monachi ipsius alumni, scandalum haud leve passi sunt; atque adeo, ut opus fuerit (quod nuper dictum est) Athanasium ad eosdem atque alios pro Basilii integritate litteras dare, ut eos retineret cum Basilio communione conjunctos; quid putas ceteris evenisse, quibus Basilius fama tantum cognitus esset? Quid vero de eo existimasse censes qui fluctuarent? Quid denique ipsos hostes Basilii his adjecisse credendum, quod infensorum animorum sit levia reddere gravia, & parva maxima? Sed illud plane in Basilio admirandum apparuit, absolutissimo Christiano philosopho dignum, cujus est dare locum iræ, nec proprias ulcisci injurias: Cum se (quod fatetur in recitatis litteris ad Theodotum) adversus Eustathium mirum in modum animo exacerbatum sentiret; ne suam defensionem ira percitus institueret (probe noscens, quod ira viri justitiam Dei non operatur) triennio se continuit, stylumque incitatum repressit, ne in Eustathium præceps excurreret.

Calumniæ in Basilium plurimos commovere.

XLVI. Id quidem ipse Basilius ea de re ad suos Monachos scribens testatur his verbis (a): *Tertius jam annus hic est, ex quo a calumniatoribus notatus accusationis flagella sustinere cœpi; hoc uno contentus, quod Dominum habeo secretorum cognitorem, ac calumniæ istius testem. Quoniam vero multos jam silentium nostrum eo rapuisse video, ut ex illo intentatas calumnias confirmarint; nosque non lenitatis ac patientiæ gratia, sed quod ad exprimendam veritatem os aperire nequiquam ausim, eaque silere me arbitrentur; ob eam vobis causam scribere conatus sim, &c.* Sed & ad ipsum nebulonem Eustathium tandem scribens (b) sic exorditur: *Tempus esse tacendi, & tempus loquendi, sermo est (c) Ecclesiastes. At nunc igitur quoniam abunde satis silentii hactenus processit, opportunum deinceps erit, ut ad patefactionem eorum quæ ignorantur, os nostrum aperiamus:* & paulo post: *Nobis igitur jam in tertium usque silentii annum imitabilis visa est Propheta gloriatio illa, quæ dicit (d): Factus sum quasi homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Quocirca in profundo pectoris nostri dolorem, quem incussit calumnia, inclusum tenemus, &c.*

(a) Basil. epist. 73.

Admiranda Basilii patientia.

(b) Basil. epist. 79.

(c) Eccl. 3.

Basilius quid tandem ad Eustathium.

(d) Psalm. 37.

XLVII. At id tolerandum plane videri potuisset, si Orientales tantum oras ejusmodi de Basilio conflata calumnia pervasisset; sed fama volans, terras oberrans, trans mare quoque penetrans, oras Occidentales etiam velocior vento pertigit. Unde evenit, ut studium illud Damasi Romani Pontificis erga Basilium, quod litteris demonstrarat, & officium quod pollicitus fuerat, nonnihil refrixerit; adeo ut sæpe ipsum, clamantem licet, minime exaudierit, accedentibus aliis insuper adversus eumdem Basilium sparsis haud levioris momenti rumoribus, de quibus singulis modo opportuna occasione dicendum.

Damasi studium erga Basilium relaxatur.

XLVIII. Atque in primis illud in medium adducere

ducendum, eumdem Basilium ab Arianis accusatum, quod litteras dederit ad Apollinarem: hoc namque anno, nempe sequenti a gravissima illa, quam passus est ægritudine, id accidisse, idem Basilius ad Patrophilum scribens affirmat (a); adeo ut eodem ferme tempore ipse in crimen adductus sit de communicatione inita cum Eustathio, & de scriptis litteris ad Apollinarem; cujus rei causa complures se a Basilii communione subtraxerunt. Agit de his ipse in dicta epistola ad Patrophilum, hisce scilicet verbis: *Haud vero multum temporis intercessit, confestim in Ciliciam legatio, atque inde reditus, moxque litteræ adsunt, communionem nobis denegantes. Abruptionis autem hujus ac secessus causam assignarunt, quod Apollinari scripserimus, & quod sympresbyterum nostrum Diodorum habeamus consortem.*

(a) Basil. epist. 82.

Accusatur Basilius de communione cum Apollinare.

XLIX. *Ego vero Apollinarem quidem numquam putavi inimicum esse; immo sunt quædam, quorum gratia virum veneror etiam; at me homini non ita conjunxi, ut ipsius velim in me recipere crimina, cum & ipse quædam habeam, quæ in illo reprehendo propter nonnullos illius codices, quos legi. De Spiritu sancto vero non novi me vel petiisse ab ipso vel ultro missum accepisse librum. Audio tamen ipsum, omnium eorum qui libros conscribunt, esse verbosissimum. Legi autem paucos illius commentarios: non enim mihi qui hujusmodi sunt, scrutari vacat. Et alioqui eo sum ingenio, ut haud facile neoterica admittam; quemadmodum & corporis mei imbecillitas haud patitur, ut vel divinis scripturis cum diligentia, & ut dignum est, immorer. Quid ergo mea interest, si quisquam aliquid conscripsit, quod cuipiam displicet? Quamquam, si ita fieri oportet, ut alius pro alio rationem reddat; qui me propter Apollinarem culpat, rationem nobis reddat pro Ario præceptore suo, & pro discipulo suo Ætio. Nos vero neque præceptoris neque discipuli loco umquam fuimus isti viro, cujus in nos vitia contorquent & revolvunt.* Hæc de Apollinare, ad quem scripserat Basilius, quod nondum damnatus esset; sed de consuetudine cum Diodoro hæc subdit: *Porro Diodorum, tamquam beati Silvani alumnum primum suscepimus, nunc vero diligimus & complectimur propter sermonis quem habet gratiam, per quam multi eorum qui virum audiunt, meliores redduntur.* Hæc de his Basilius.

Quomodo Basilius se excuset.

L. Quod autem ad Apollinarem spectat; antequam Romæ, in Concilio damnaretur a Damaso, nequaquam ut hæreticus vitabatur: nam de eodem S. Hieronymus sic ad Pammachium (b): *Apollinarium Laodicenum audivi Antiochiæ frequenter & colui; & cum me in sanctis scripturis erudiret, numquam illius contentiosum super sensu dogma suscepi, &c.* Eum enim in divinis litteris suum fuisse magistrum, ingenue profitetur. Immo &, quod his amplius existimari debet, ipse Damasus Vitalem primarium Apollinaris discipulum, ab ejusque sectæ hominibus factum postea Episcopum Antiochenum, dolose profitentem Romæ Catholicam fidem, recepit, eidemque litteras communicatorias tradidit: sed postquam rem scivit, perspectamque habuit illius hæresim, ipsum cum suis omnibus Romæ damnavit, ut Gregorius Nazianzenus testatur, cum de sua cum Vitale vel Apollinare consuetudine se excusat: nimirum quod eo tempore illos receperit, quo & a Damaso Vitalis admissus fuerat; rejecerit autem, cum ab eodem Romano Pontifice pariter damnatus fuit: hæc ipse pluribus ad (c) Cledonium; sed de his fusius agendum inferius. Modo pro his omnibus Justiniani Imperatoris sententia satisfaciat ita dicentis (d): *Invenimus quod multi sanctorum Patrum quosdam hæreticos collaudaverunt, sicut & S. Damasus & Athanasius & Basilius Apollinarem, & S. Leo Eutychen; & non propter hoc hæretici facti sunt; sed cognita eorum impietate, anathemate condemnarunt.* Hæc Justinianus.

(b) Hieron. epist. 65.

Apollinaris antequam damnaretur ab omnibus æque receptus.

(c) Gregor. Nazianz. epist. 1. ad Cledon. adv. Apollinar.

(d) Justin. Imp. in edicto fid. confess. ad Joannem Papam.

LI. Rursum vero ad cumulum id genus ærumnarum Basilii illud accessit, quod Athanasius Ancyranus Episcopus, spectatæ fidei vir & integritatis, in ipsum vehementer commotus est; adeo ut etiam illi graviter fuerit comminatus, quod audisset quædam ab eo esse conscripta fidei Catholicæ adversantia. Quod cum rescivisset Basilius, & quænam illa essent scripta ignoraret; cupiens de his reddi certior, ad ipsum litteras dedit, in quibus hæc (e) inter alia: *Nunc vero cujusnam auribus non obstrepit eorum, qui negotiorum quorumdam gratia quandoque ad vos accedunt, quasi noxia quædam scripserimus, aut scribentibus aliis subscripserimus? Nam isto te verbo usum esse ferunt, qui tua ad verbum referunt. Me sane, quæ mentem meam multis ac variis cogitationibus distrahunt, nihil magis quam stupidum relinquunt. Itaque & tale quid suspicari cœpi, ne forsan hæreticorum quisquam nomen meum commentationibus suis subdole adscripserit, atque ita rectitudinem tuam contristarit, & ad istam vocem,* nempe comminationis, *emittendam induxerit*: & in fine: *Liberabis autem nos ab hoc stupore, si quibus de causis ad istam adversus nos injuriam permotus sis, aperte significare volueris.* Et aliis rursum ad eum datis litteris (f) de calumniis quibus undique exagitatur, illud Athanasio ingerit, ne adeo facile absque alterius partis defensione in quemquam sententiam ferat, ista perbelle suggerens: *Cum*, inquit, *omnino audiverimus; si nihil*

Athanasius Ancyranus adversus Basilium commotus.

(e) Basil. epist. 54.

(f) Basil. epist. 54.

hil aliud, vel illud Alexandri ſaltem dicemus: Alteram auriculam delato, ſive calumniam perpeſſo, ſinceram & integram conſervamus. Hæc ipſe. Certe quidem magna erant hæc cruciamenta Baſilio. Nam male audire apud hæreticos, gloriæ loco ducendum erat; ſed apud præclaros fidei Catholicæ defenſores ejuſmodi dictari atque credi, his præſertim temporibus, cum hujuſcemodi diſſeminatæ calumniæ in grave totius Catholicæ Eccleſiæ præjudicium verterentur, intolerandum plane & quovis ſupplicio gravius videri poterat.

LII. Qualis enim quantuſve fuerit Athanaſius iſte Epiſcopus Eccleſiæ Ancyranæ poſt Baſilium illum hæreticum ſæpe damnatum, cum a Sozomeno (*a*) inter præclaros fidei Catholicæ defenſores adnumeretur: quæ de eodem poſtea luculento ipſius Baſilii ſtylo deſcribantur, accipe: Baſilius enim ubi audiſſet eum vita functum, ad Ancyranam Eccleſiam de ejus obitu conſolatorias ſcribens litteras, hæc inter alia de ipſo habet (*b*): *Mortuus eſt qui columna erat & ſtabilimentum Eccleſiæ; immo magis ad beatam vitam ſublatus, a nobis abſceſſit. Haud parum autem periculi eſt, ne ſubtracto hoc fundamento, ſimul cum illo multi decidant; & quæ in nonnullis ſunt putrida ac mercida, manifeſta fiant. Clauſum eſt os, quod hactenus & competenti fiducia & ſermonibus gratiæ ad fraternitatis ædificationem ſcaturivit. Ablata ſunt conſilia mentis, quæ re vera divinitus agitabantur. O quoties animum meum (accuſabo enim me ipſum) nonnihil contra hunc virum indignationis ſubiit, quod totus hoc deſiderio tenebatur, ut diſſolveretur & eſſet cum Chriſto, nec hoc pluris faciebat; ut diutius propter nos in carne maneret!* Hæc & alia plura Baſilius, dum ægre ferret, nulla admiſſa animi conſolatione, tantum virum abreptum; ex quibus plane ejuſdem Baſilii mentis candorem animumque Chriſtianum inſpicias, e quo omnis confeſtim injuſte ab eo paſſæ calumniæ excuſſus eſt pulvis, & irrogatæ comminationis livor exterſus, cum eumdem de veritate redditum certiorem ac perſuaſum coluerit poſtea, ampliuſque dilexerit.

(*a*) Sozom. l. 6. c. 14.
(*b*) Baſil. epiſt. 67.
Athanaſii Ancyrani laudes.

LIII. At an hic finis calumniarum undique in Baſilium congeſtarum? minime gentium; immo his acerbiores ipſum excruciarunt: ſiquidem illæ magis urgent vexationes, quæ a propinquioribus irrogantur; quæ & eo redduntur acerbiores, quo diuturnius in adverſantium animis inſidentes, duritiem quamdam, lapidum inſtar contrahunt, ut frangi quavis arte minime valeant. Ex quo enim (ut diximus) Baſilius cum Gregorio agebat in Pontica ſolitudine, hæreticorum quorumdam calumniis factum eſt, ut ſuorum Neocæſarienſium, penes quos educatus fuerat, ex quibus & paternum genus ducebat, grave expertus ſit odium; quod cum nullo litterarum internuncio potuerit delinire, jam factus Epiſcopus acerbius recruduiſſe ſenſit; utpote qui vitaretur ab illis ut hæreticus & conſortio pollutus hæreticorum. Cujus rei cauſa egregiam illam ad eos epiſtolam (*c*) ſcribere, qua ſe illis Catholicæ eſſe fidei integerrimum profeſſorem argumentis plurimis demonſtraret, coactus eſt; ac primum illo: *Sunt*, inquit, *iidem & nobis & vobis doctores myſteriorum Dei, & ſpirituales patres, qui veſtram ab initio fundaverunt Eccleſiam; Gregorium dico priſcum illum*, cognomento Thaumaturgum, *& quotquot poſt ipſum Epiſcopalem apud vos ſedem ſuſceperunt; qui ordine ſuccedentes, inſtar aſtrorum exorti, iiſdem ingreſſi ſunt veſtigiis, ita ut haud facile ſit volentibus converſationi ipſorum indicia deferere:* & poſt multa hæc ſubdit: *Fidei vero noſtræ qua potuit evidentior eſſe probatio, quam quod a nutrice beata femina, quæ ex veſtro gremio progreſſa eſt (Macrinam dico, illuſtrem illam) educati fuimus, a qua & beatiſſimi Gregorii verba, quæ memoriæ beneficio ad illius uſque ætatem ſerva a ipſa retinuit, edocti ſumus, quibus illa nos adhuc infantes tamquam pietatis dogmatibus finxit atque formavit?* quam quidem fidem ſemper ſervaſſe impollutam oſtendit, cum addit:

Baſilius a Neocæſarienſibus ut hæreticus habitus.
(*c*) Baſil. epiſt. 75.

LIV. *Neque*, inquit, *mentem noſtram umquam execranda Arianorum blaſphemia polluimus; ſed ſi nonnullos aliquando Arii diſcipulos ad communionem aſſumpſimus; ita illos admiſimus, ut morbum ſuum quam intime celantes, pietatis verba loquerentur, vel certe doctrinæ noſtræ nihil obluctarentur.* Seque in his addit ſecutum canones ſanctorum Patrum, necnon juſſionem Magni Athanaſii Epiſcopi Alexandrini. Denique ex communione Epiſcoporum totius Eccleſiæ ſe eſſe Orthodoxum docet, hiſce ad poſtremum poſitis verbis: *Fuerat*, inquit, *juſtius res noſtras æſtimare, non ex uno aut altero eorum qui ad veritatem haud recto pede ingrediuntur, ſed ex multitudine totius Orbis Epiſcoporum, qui gratia Chriſti conjuncti ſunt nobis. Requirantur vero Piſidæ, Licaones, Iſauri, Phryges, & qui utriuſque ſunt Armeniæ, quotquot vicini nobis ſunt, Macedones, Achæi, Galli, Illyrici, Hiſpani, tota ſimul Italia, Siculi, Afri, & qui in Ægypto adhuc ſani ſunt, & quæ reliqua portio eſt Syriæ; qui quidem litteras ad nos mittunt*, nempe communicatorias, *& viciſſim a nobis recipiunt; ex quibus cum quæ illinc ad nos feruntur, tum quæ vice verſa iſtinc ad ipſos mittuntur, cognoſcere poteſtis, quod unanimes omnes eodemque ſenſu præditi ſumus. Itaque ſi quiſquam communionem noſtram fugit, ne prudentiam veſtram lateat ab univerſa illum Eccleſia*

ſeſe

Baſilius ſemper & ubique catholicus.

sese divulsisse. Attendite igitur, fratres, cum quibus communicetis; postquam a nobis excludimini, quis deinceps vos sit agniturus. Hæc & alia ad suos Neocæsarienses Basilius calumniis undique obrutus.

LV. Gravior tentatio Basilio paratur.

Sed quid his deterius accidit Catholicam fidem defendenti Basilio? Dum adversus Sabellium atque Marcellum concionibus sæpe dimicans, tres in Trinitate distinctas hypostases, sive subsistentias ad invicem per se singulas distinctas niteretur demonstrare; qui adstabant auditores, ut eum carperent, non ut discerent, inde arripientes occasionem diffamandi Basilium, ajebant ipsum esse trium deorum assertorem. Unde cum hæc in fidelium aures illapsa, audientium animos nonnihil admiratione percuserint; opus fuit, ut frequenti populo ambonem conscendens, se deorum trium cultorem numquam fuisse vel assertorem, publica assertione omnibus redderet exploratum; extat ipsa Basilii oratio, cujus est titulus: *Adversus eos qui calumniantur, quod tres deos colamus, &c.*

LVI. Basilius maximam calumniam passus.

His accessit calumnia alia huic minime impar, qua adversarii Basilio turpissimam notam inusserunt: ipsum nempe contra Catholicam assertionem male credere de Spiritu sancto: quæ quidem Basilio infamia irrogata, non tantum in civitatum populis jactabatur, sed ipsos in Ponticis desertis latentes monachos ejusdem Basilii alumnos pervaserat: hæc enim una cum aliis, quorum fusetius facta mentio est, adeo Basilii monachos perturbavit, ut parum abfuerit, quin ab ejus communione, tamquam hæretici, se divulserint. Penes quos de omnibus idem Basilius defensionem litteris instituens, inter alia de his quæ ad rem hanc spectare videbantur, hæc habet (a): *Traducunt*, inquit, *nos, quasi insolens ac novum quiddam de Spiritu sancto doceamus. Rogate igitur ipsos, quæ sit illa nostra insolentia. Nos enim, quod & accepimus, Paracletum Patri & Filio conjunctum, non creaturæ connumeratum esse, confitemur. In Patrem namque & Filium ac in Spiritum sanctum credimus. Denique in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizamur. Quapropter numquam a conjunctione Patris & Filii Paracletum separamus, &c.* Plura subjungit de conglorificatione in una Deitate Spiritus sancti cum Patre & Filio: aliaque addens ad suam defensionem, demum eos admonens, ne calumniantibus aures præbeant, hæc subdit: *Si vero nos in reddenda ratione deficere senseritis, tum demum accusatoribus nostris tamquam veracibus fidem habebitis. Vigilant illi in hoc ut nobis noceant, &c.* Sic namque Basilius justissimæ causæ fidens, innocentiæ protectione securus suam parat defensionem.

(a) Basil. epist. 73.

LVII. Basilius scribit libellum de fide.

At res tanta haud ita levioris negotii videbatur, quæ brevibus litteris curari posset. Quamobrem exigentibus illis, scripsit ad eosdem Basilius libellum de vera ac pia fide (ut ejusdem præsefert titulus) egregium sane opus: quo quidem quantum abhorruerit a novitate, cujus ab adversariis insimulabatur, in primis declarat his verbis (b): *Quæ ejus generis essent, ut præter vocis novitatem, sensum etiam nobis novum atque inusitatum afferrent, & apud sanctos viros nusquam in usu fuisse reperirentur, hæc omnia veluti peregrina atque a pia fide penitus aliena repudiarem atque aversarer.* Sic ipse; atque demum ad calcem operis: *Hæc*, inquit, *sunt quæ a vestra pietate admonitus necessaria mihi duxi faccienda, ut ad vos in postremis perscriberem, sensumque animi super his rebus mei vobis & per vos fratribus iis qui in Christo sunt explicarem; utque & vestris & illorum animis omni ex parte satisfieret in nomine Domini nostri Jesu Christi: quo omnis prorsus omnibus de fide nostra dubitatio tolleretur, orta fortasse propter diversam rationem eorum, quæ alias alio modo exposita a nobis sunt. Quæ res eo nimirum usu venit, quod necessariis assidue cogebamur adversus proposita nobis a pietatis veræ impugnatoribus argumenta, quæque ab ipsis in medium afferebantur, depugnare; neque cuiquam esset causa cur fluctuaret; summe contra adnitentibus illis, qui quæ aliena sunt, nobis attribuunt; aut sæpenumero etiam quo facilius simpliciores in sententiam suam rapiant, depravata suæ ipsorum mentis flagitiosa commenta falso nobis affingunt, &c.*

(b) Basil. de vera ac pia fide.

Traditionibus inhærendum, novitas explodenda.

Sane quidem calumnia hæc erat ingens, ut Basilio Eunomiani impingerent doctrinæ novitatem; cum e contra ipsi more hæreticorum, se docere quæ a majoribus accepissent, magna ostentatione jactarent. Erant enim hæc verba Eunomii (c) hæresiarchæ in sermonis ipsius exordio: *Eam quæ jamdiu apud Patres obtinuit pia traditio, tamquam amussim quamdam & regulam exponendo præmittimus, &c.* Peculiare sane est hæreticis, cum impugnent traditiones antiquas, nihilominus se earumdem vindices profiteri, quod sciant novitatem fore ab omnibus explodendam.

(c) Apud Basil. adv. Eunom. l. 1.

LVIII. Oppressus calumniis Basilius de fide omnium dubitat.

Porro quod ad Basilium pertinet; dum undique in se conflari calumnias, & non ab hostibus tantum, sed a proxime sibi studio atque affectione conjunctis, fideique professione cohærentibus in suspicionem hæreseos adduci videret; factum est (quod ipse testatur) ut nemini jam se propemodum crederet, omnesque pariter vereretur, ac dolorem immensum in penetralibus cordis occultans, illum mærore decoqueret: quod cum nihil penes se ab ipsis cunabulis antiquius fuerit, quam Catholicam fidem illibatam in omnibus conser-

servare, ejus tamen prævaricator desertorque sæpius & a pluribus accusaretur. Deplorat ipse ejusmodi suæ ipsius vitæ infelicem conditionem in litteris ad Eustathium redditis, cum hæc ait (a): *Posteaquam vero ad gubernandam Ecclesiam vocati sumus; qui nobis quasi prætextu adjutorii, & communionis charitatem concernentis, additi sunt custodes & speculatores, tacebo; ne videar vel me ipsum traducere, quasi qui nulli fidem habendam pronunciem; aut certe si persuaderem, inhumanitatis causam darem credentibus: quod & mihi ipsi prope accidisset, nisi me propere miserationes Dei præservassent. Nam parum aberat, quin erga quosvis in id suspicionis incidissem, ut putassem nihil in quoquam esse fidei; propterea quod animus meus subdolis quorumdam actionibus perculsus erat; attamen videbatur interea nobis aliquis esse prætextus ejus necessitudinis, quam cum illis habebam. Contulimus vero semel atque iterum de dogmatibus; nec putavimus fugiendos esse una nobiscum consentientes. Nam deprehendi nos utrinque idem loqui de fide in Deum, quod illi perpetuo ex nobis audierunt. Licet enim reliqua vita nostra digna sit cujus gratia ingemiscamus; de hoc tamen uno in Domino gloriari ausim, quod numquam falsas opiniones habuerim de Deo, neque aliter sentiendo animi postea judicium mutaverim; sed quam a puero sententiam de Deo a beata matre, deinde & nutrice mea Macrina recepi, illam justis incrementis auctam & adultam in me ipso conservarim.* Hæc & alia id genus Basilius.

(a) Basil. epist. 79.

LIX. Juges exploratores doctrinæ Basilii.

Quod autem spectat ad circumstantes & observantes cum semper exploratores, ut ipsum caperent (quod Pharisæorum muneris erat, cum inter eos Dominus Jesus Christus versaretur) in sermone; cum iidem aliquando concionanti Basilio arrectis auribus astarent, verbaque singula expenderent iniqua lance, unde ipsum calumniandi quamlibet occasionem captarent: detegens eos Basilius, adversus Sabellianos pro concione disserens, inter concionandum sic eos affatus est (b): *Ego vero absque ulla curiosa vestigatione assensum illis præbui; ita & auditoribus tradere vellem, ut non semper de iisdem reddenda mihi esset ratio; sed ut ex una confessione persuasos haberem discipulos. Quoniam vero nos circumdatis judices magis quam discipuli, ut experimentum de nobis capiatis, non ut aliquid a nobis discatis; necessarium est, ut objectionibus quidem, velut in jus vocati, respondeamus.* Idemque sæpe alias conqueritur de circumstantibus in auditorio exploratoribus; sicuti illa oratione, quam habuit adversus calumniatores, ubi ait: *Plurimi præsentium exploratores magis sunt eorum quæ dicuntur, quam discipuli eorum quæ docentur; & doctrina verbi non requiritur ad ædificationem præsentium, sed ad calumnias insidiantium.* Hæc ipse. Ceterum se in omnibus custodem esse antiquarum traditionum, post assertam in dicta oratione contra Sabellianos, testatamque divinitatem Spiritus Sancti, hæc subdit: *Dominus ita docuit, Apostoli prædicaverunt, Patres observarunt, Martyres confirmarunt; satis tibi sit ut dicas quemadmodum edoctus es.* Appendicem autem hanc ad argumenta apposuit sanctus Basilius, ut coram ipsis illatam calumniam refelleret, qua illi dicere consueverant, novitate vocum delectari Basilium, quem constaret esse antiquitatis Ecclesiasticæ observantissimum: quippe qui perstringens Eunomianos hæreticos impugnantes divinitatem Spiritus sancti, totus in eo est, ut demonstret eam semper fuisse in Ecclesia prædicatam, in sacro nimirum hymno glorificationis, atque ipsa forma baptismi.

(b) Basil. orat. contra Sabell.

LX. Sed quid accidit his circumdato, dum concionaretur, feris bestiis S. Basilio? Equidem licet prudentis ac sanæ mentis hominis sit, omne in dicendo cavere mendacium, errorem que vitare; haud tamen in cujusquam sapientis viribus repositum est (quod id in aliena potestate situm sit) a calumniis esse liberum. Etenim præter alias ab adversariis illatas illi calumnias, ea recens accessit, quæ plus ceteris ipsum exagitavit; cum unius voculæ, minimæ scilicet dictionis occasione ab eodem Basilio pro concione prolatæ, ab adversariis vero tamquam lucrum ingens obviis arreptæ manibus, ingentes in eum concitatæ sunt turbæ. Quomodo autem res se habuerit: Gregorius Nazianzenus, scripta eo argumento ad ipsum epistola, exacte recenset: quæ sic se habet (c):

(c) Gregor. Nazianz. epist. 26.

LXI. Admonet Basilium Gregorius.

Ego te pro vitæ duce, pro fidei ac dogmatum magistro, & quicquid præclari a quoquam dici potest, tum antiquitus habui, tum nunc habeo. Et si quis alius tuarum laudum prædicator est, omnino vel mecum est, vel post me. Usque adeo me tibi devinxit pietas tua, atque adeo sincere & ex animo sum tuus. Nec vero hoc mirum videri debet; nam ubi amplior vitæ consuetudo est, illic quoque amplius est experimentum, ubi autem uberius est experimentum, illic etiam perfectius est testimonium: & siquidem alium ex hac vita fructum capio, hunc ex amicitia tua & contubernio colligo. At de his rebus ita sentio, utinamque sentiam. Quæ autem nunc scribo, invitus quidem scribo, sed tamen scribam.

Gregorius simul cum Basilio accusatur.

Ac mihi eo nomine minime succenseas velim: aut admodum ipse acerbe feram, si fidem tibi non fecero, me hæc benevolo animo loqui, atque ad te scribere. Multi nos ut circa fidem parum firmos accusant.

sint, quotquot nimirum (idque merito) res nostras communes utriusque esse censent. Atque alii quidem plane nos impietatis insimulant, alii timiditatis: impietatis quidem, qui nec sanam doctrinam a nobis promulgari credunt, sibique persuadent: timiditatis autem, qui nobis dissimulationis prævaricationisque crimen impingunt. At aliorum sermones quid referre attinet? Quod vero nuper accidit, tibi exponam.

LXII. Convivium celebrabatur, cui non pauci illustres viri intererant, nobisque amicitia conjuncti, atque inter eos vir quidam pietatis nomen habitumque præseferens. Nondum compotatio cœptum erat, cum, ut in conviviis accidere solet, de nobis sermo excitatur, instar cujusdam adventitiæ rei in medium propositus. Omnibus porro virtutes tuas magnifice prædicantibus, nosque etiam, ut iisdem vitæ studiis deditos adjungentibus, amicitiamque nostram & Athenas commemorantibus, in rebusque omnibus concordiam, animorumque conspirationem: grave quoddam facinus hic philosophus edit.

Basilius cum Gregorio in convivio acerbe taxatur. - Quidnam hoc (inquit admodum furiose exclamans) o viri, quam insigniter mendaces & assentatores estis? Cætera quidem laudentur viri isti, si ita lubet, nec ipse sane contradico: cæterum, quod maximum est, non illis concedam. Orthodoxiæ nomine frustra laudatur Basilius, frustra Gregorius: ille quidem, quia veritatem suis disputationibus prodidit; hic quia tolerantia sua proditionis socium se præbet. Hic ego: Unde hoc, o homo vane, atque amentia nove Dathan, & Abiron? Unde nobis dogmatum promulgator venis? Quomodo tantarum rerum judicem te ipsum facis?

LXIII. Objicitur Basilio de Spiritu Sancto error. Tum ille: Ex Eupsychii martyris conventu nunc venio, cumque dicti mei testem habeo (sic enim se res habebat) atque illic Basilium Magnum audivi de Patre quidem & Filio optime ac præstantissime, atque ut vix quisquam alius facile queat, disserentem, Spiritum sanctum autem convellentem ac disjicientem. Ac similitudinem quandam adjiciebat a fluviis petitam, qui rupes cursim prætereuntes arenosa loca excavant. Et cur tandem, vir egregie (inquit me intuens) tu quidem jam perspicuis verbis Spiritum sanctum Deum esse doces (simulque vocem quamdam meam commemoravit, cum ego ut in frequentissimo cœtu de divinitate verba faciens, pervulgatum illud de Spiritu sancto interfatus essem: Quousque lucernam sub modio abscondemus?) Basilius autem fidei doctrinam obscure subindicat, ac velut adumbrat, nec veritatem libere profitetur, oratorie magis quam pie auditorum aures obruens, dicendique facultate subdolum animi consilium tegens?

LXIV. Quoniam, inquam, ego in obscuro positus ac plerisque incognitus, sic ut nec quæ loquar, nec an loquar, ferme homines sciant, tuto philosophor: illius autem major habetur ratio, utpote cujus nomen tum ob ipsius virtutem, tum ob Ecclesiæ splendorem multo sit illustrius; tum etiam quod id omne quod dicit, in publico hominum cœtu dicit, gravique hæreticorum bello urgetur, nudam præsertim a Basilio vocem arripere quærentium; ut eo (qui solus ferme reliquus est veritatis fomes, visque vivifica, vicinis omnibus captis ac subjugatis) ab Ecclesia pulso & exturbato, malum istud in civitate radices agat, atque ab Ecclesia non secus atque ex aggere quodam & propugnaculo, terrarum orbem pervastet ac populetur. Quid Gregorius in defensionem Basilii. Præstare itaque veritatis doctrinam cautius aliquanto, minusque libere profiteri, temporique quasi nubeculæ eidam cedere, quam eam aperta prædicatione opprimere. Nos enim ea ex re nihil damni facere, si ex aliis quoque dictionibus, quibus id certo colligatur, Spiritum sanctum Deum agnoscamus: neque enim in sono verborum potius, quam in mente & sententia veritatem esse sitam: Ecclesiam autem grave detrimentum accepturam esse, si unius hominis appressione veritas profligetur.

LXV. Gregorii defensio pro Basilio haud accepta. Hoc consilium ii qui aderant, tamquam vanum ac frigidum, ipsosque ludificans, non modo non comprobarunt, sed etiam nos clamoribus insectati sunt, ut ignaviæ nostræ potius quam Orthodoxæ doctrinæ consulentes: longe enim præstantius esse nostros per veritatem tueri atque conservare, quam hujusmodi cautione & dispensatione eos inutiles reddere, nec interim alienos elucrari. Hucusque de rebus tunc gestis dictisque Gregorius; atque mox subdit: Enimvero quæ & dixi, & audivi, & quam immodice, & præter mores meos adversus eos qui contra nitebantur, stomachatus sum, sigillatim exponere, prolixum nunc fuerit, minimeque fortasse necessarium. Ut autem finem dicendi faciam, sic eos amandavi. Tu vero, divine vir ac sacrosancte, facito ut nos doceas, quousque in disputatione de Spiritus sancti divinitate progredi, quasque voces usurpare, & quousque cautione certaque dispensatione uti debeamus, ut ea adversus illos qui contradicunt, in promptu habeamus. Nam si hoc nunc ipse abs te discere postularem, cum te resque tuas omnium mortalium maxime perspectas habeam, ac certissimum de his rebus fidem sæpius dederim, vicissimque acceperim; omnium profecto stolidissimus essem atque miserrimus. Hactenus de his Gregorius ad Basilium. Quid ad hæc autem ipse rescripserit, paulo post dicturi sumus.

LXVI. Interea vero (quod ea res maximi momenti habita fuerit) hic repetamus necesse est quæ idem Gregorius Nazianze-

nus

nas eadem ipſa tractans de Baſilii conſilio, ejuſdemque integerrima fide Catholica pluribus differit. Sed quo cuncta abſque offenſa alicujus accipiantur; illud in primis exemplum de eo, quod tertio tomo fuſius eſt pertractatum, in medium adducere, operæpretium ducimus; firmatum ſtabilitumque ſuperius ſententia ſanctorum Patrum Hilarii, Auguſtini, & aliorum; nimirum haudquaquam confeſſionem illam fidei dicendam fuiſſe hæreticam, in qua divinitas Filii Dei cum Patre æqualis, aliis vocibus, quibus & Ariana hæreſis condemnaretur, haberetur expreſſa; etiam ſi in Niceno Concilio decretum nomen CONSUBSTANTIALIS eſſet ſilentio prætermiſſum; quod pluribus eſt demonſtratum, cum egimus de Liberio, deque Concilio Ariminenſi. Atque adeo ſi quis pro concione Filii Dei æquam cum Patre divinitatem aliis plerique vocibus audientium animis inſinuaſſet, erroremque Arii pariter convulſiſſet; haud jure in crimen adduci potuiſſet, quod CONSUBSTANTIALIS vocabulum ex cauſa aliqua tunc temporis prætermittendum exiſtimaſſet. Quod ſi abſque veræ pietatis offenſa ſilentio liceat præterire vocem contentioſam alioqui a ſanctis Patribus in Niceno Concilio conſilio divino decretam; cur crimini dandum Baſilio fuit, vocem unam, non tamen a Synodo aliqua definitam, pro ratione temporis ſilentio ab ipſo prætermiſſam, cum, aliis illi æque pollentibus, pro aſſertione divinitatis Spiritus ſancti tunc juſta de cauſa uſus fuerit? His non tam ad defenſionem Baſilii, quam ad elucidationem eorum quæ de Baſilio S. Gregorius pluribus narrat, in hunc modum præmiſſis, cum per ſalebros incedendum ſit, facilior fiet de Baſilii defenſione ipſius Gregorii enarratio, quæ ſic ſe habet (a):

Ad defenſionem Baſilii manuductio.

(a) Gregor. Naz. orat. in laud. Baſilii.

LXVII. *Sermones cum judicio diſpenſare, de Davidis (b) conſilio & ſententia neceſſarium eſſe judicabat, atque aliquantiſper belli tempus & hæreticorum principatum tolerare, quoad libertatis tempus tranquillitatiſque ſucceſſiſſet, linguæque libertatem ac licentiam attuliſſet. Illi enim nudam atque apertam vocem, quæ Spiritui ſancto divinitatem tribueret, arripere cupiebant (quod quidem tametſi verum erat, impium tamen illis ac nefario impietatis Antiſtite videbatur) ut eo cum ſumma Theologica lingua a civitate pulſo, Eccleſiam ipſi occuparent, eamque ſceleris ſui propugnaculum præſidiumque facerent; unde poſtea, velut ex arce quadam, omnia quæ reliqua erant, popularentur, atque incurſionibus pervaſtarent. Quas eorum inſidias ut eluderet Baſilius, aliis quidem vocibus e Scriptura petitis, teſtimoniiſque minime dubiis eamdem vim habentibus, neceſſariiſque argumentis adverſarios ita comprimebat, ut nulla modo repugnare, atque in contrarium niti poſſent: ſed quæ maxima diſputationis & ingenii virtus eſt, propriis vocibus conſtringerentur; quemadmodum is liber, quem hoc argumento edidit perſpicue oſtendet, in quo calamum quaſi ex Spiritus pyxide movet.*

(b) Pſalm. 111.

Baſilii in concionando diſcretio.

LXVIII. *Sed tamen propriam & apertam vocem interim uſurpare differebat, tum ab ipſo Spiritu, tum ab aliis etiam ſinceris ipſius propugnatoribus gratiam petens, ac rogans ne hoc ſuo conſilio offenderentur; nec committerent, ut dum unam voculam mordicus retinere conarentur, propter inexplebilem cupiditatem omnia perderent, convulſa nimirum turbulentiſſimo tempore ac diſtracta pietate. Ipſos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, ſi dictiones paululum immutentur, modo aliis verbis eadem doceantur: neque enim ſalutem noſtram in ſermone magis, quam in rebus conſiſtere; quippe cum ne Judæi quidem rejiciendi ſint, ſi ad aliquod tempus pro Chriſto, vocem* Ucti *ſibi concedi poſtulantes, religioni noſtræ aſſentiri vellent. At Reipublicæ non poſſe majorem peſtem ac perniciem afferri, quam ſi ob hæreticis occuparetur Eccleſia. Nam quod alioqui melius, quam quivis alii, Spiritum ſanctum Deum noſſet, cum perſpicue ex eo conſtat, quod & hoc ſæpe de loco ſuperiore, quoad per tempus licebat, prædicavit, & privatim apud eos, a quibus interrogabatur, haud cunctanter confeſſus eſt; tum vero in ſuis ad me ſermonibus apertius id oſtendit (neque enim quicquam umquam, cum de his rebus mecum colloqueretur, animum tectum occultumque habuit) non ſimpliciter hoc affirmans; ſed quod antea ipſi perraro acciderat, ſibi rem omnium maxime horrendam imprecatus, nempe ut ab ipſo Spiritu ſancto excideret, niſi cum Patre & Filio, Spiritum ut conſubſtantialem & æqualem coleret.*

Tacere aliquid interdum abſque fidei jactura licere.

Et paulo poſt:

LXIX. *Nec vero hæc a me ea commemorata ſunt, ut illius gloriam oratione mea defenderem (præſtantior enim eſt, quam ut accuſatoribus, ſi qui tamen ſunt, in ipſius famam quicquam liceat) ſed ne iis ſolis vocibus, quæ in illius libris reperiantur, pietatem circumſcribentes, imbecilliori fide nitantur; eamque de divinitate diſſerendi rationem, quam et tempus illud non ſine Spiritus numine afferebat, verſutæ malitiæ ſuæ prætexant: verum eorum quæ ſcripſit, ſenſum ac ſcopum, quem ſibi in ſcribendo proponebat, expendentes, ad veritatem magis accedant, atque impiæ doctrinæ profeſſoribus os obſtruant. Mihi quidem, omnibuſque qui me carum habent, utinam adſit illius Theologia. Atque adeo tam certam de ipſius circa hanc rem animi puritate fiduciam habeo, ut præter alia omnia, hæc quoque cum eo habere com-*

Conventio Baſilii cum Gregorio.

mu-

miune n n recusem; ita ut illi mea, mihi vicissim illius omnia & apud Deum & apud candidissimos quoque homines adscribantur: nam neque Evangelistas idcirco inter se pugnare dixerimus, quoniam alii in exponenda Christi humanitate plus operæ posuerunt, alii ad explicandam divinitatis materiam se contulerunt &c. Hæc Gregorius pro Magno Basilio.

LXX. Apologiæ complures pro Basilio. Quæ licet certa veraque essent, & quæ esse satis possent ad tanti viri excusationem, animique consilium penitus aperiendum; tamen ejus hostes, qui ipsi viventi de his negotium facessere non sunt veriti, haudquaquam eidem mortuo pepercerunt; unde opus fuit viros insigniter eruditos pro eodem Basilio defensionem parare, scribereque apologias. Præstitisse id quidem in primis ejus germanum Gregorium Nyssenum, qui libros Basilii adversus Eunomium scriptos ab adversariorum calumniis vindicavit, auctor est Photius in sua Bibliotheca: post Gregorium vero id ipsum egisse Theodorum Antiochenum, necnon Sophronium, idem auctor affirmat, dum eorumdem Ecclesiasticorum virorum lucubrationes recenset: Ut plane intelligas viros improbos ac refractarios minime acquievisse Gregorio Nazianzeno, Ecclesiæ Theologo, dignissimo viro de Basilio summa fide exhibenti testimonium; qui rursum hæc de eodem Basilii commentario (*a*): *Cum*, inquit, *tractatum, quem de Spiritu sancto conscripsit, evolvo; Deum quem habeo, nanciscor, ac libero & præsidenti animo veritatem confiteor, illius videlicet & Theologiæ & speculationi insistens*: Hæc ipse.

(a) Gregor. Nazian. orat. in laud. Basil.

LXXI. Basilius in quo reprehensus. At sentio curiosum lectorem avide a nobis exigere, quænam esset vocula illa, immo dictio brevis vel syllaba, cujus causa cum a Gregorio, tum etiam ab eodem ipso Basilio & aliis clarissimis viris fuerint elucubratæ apologiæ. Dicam equidem eodem ipso Basilio auctore; qui cum eadem ex causa ab amicissimo Amphilochio Iconii Episcopo interpellatus esset, ut obortam de syllabis quæstionem in causa gravissima, nempe de Spiritus sancti divinitate elucidaret; obtemperans ei, peregregium commentarium eo argumento conscribens, in fine præfationis hæc habet (*b*): *Ad hujus quæstionis originem me paulisper convertam. Nuper oranti mihi apud populum, & utroque modo glorificationem absolventi*, Deo ac Patri, *interdum* cum filio *ipsius* ac Spiritu sancto; *interdum*, per Filium in Spiritu sancto; *cum alii quidam ex iis qui tum aderant, id observaverant, dicentes, nos non modo peregrinis ac novis usos vocibus, verum etiam inter se pugnantibus; tum tu præcipue adeas, nimirum consulens illorum utilitati.* Hactenus Basilius de origine quæstionis. Viguit enim ea semper in Ecclesia consuetudo, ut concionator in absolutione sermonis, invocatione sanctissimæ Trinitatis cum gratiarum actione orans concioni finem imponeret, non tamen ut eadem semper uteretur præscripta forma verborum.

(b) Basil. ad Amphiloc. c. 1.

LXXII. Sed unde pii, fideque præstantes qui tunc erant, scandalum passi sint, id primum intelligendum. Antiochiæ olim obortam esse dissensionem inter Catholicos & Arianos, superius dictum est ex Theodoreto (*c*) atque Sozomeno (*d*), dum illi hymnum glorificationis occinentes dicebant: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.* Ariani vero aliter, nempe: *Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto.* Quod igitur S. Basilius in hymno glorificasset *Patrem per Filium cum Spiritu sancto*, magnam attulit Orthodoxis admirationem & scandalum. Porro ut eo modo Catholici hymnum dicerent; non quidem, ut multi putant (quod diximus) ex præscripto venit Nicæni Concilii: quid enim ea de re decreverit S. Synodus, suo loco superius demonstratum est. Nec rursum ex canone aliquo postea edito usque ad hæc tempora, statuta forma aliqua reperitur, quam qui non servaret, excidisse dici posset a Catholica fide, & inter Arianos adnumerari: adeo ut illud esset servandum, istud vero evitandum; illudque demonstraret quempiam esse Catholicum, hoc vero hæreticum: sed erat illud in usu in Antiochena tantum Ecclesia, nec alibi (quod legatur) quam Antiochiæ observatum.

(c) Theod. l. 2. c. 24.
(d) Sozom. l. 3. c. 19.
Unde occasio scandali contra Basilium.

LXXIII. Dictiones per, in, cum, licite in glorificatione poni. Cæterum S. Basilius, quod optime sciret, tum divinæ scripturæ auctoritate, tum antiquæ traditionis exemplo, tum denique sanctorum Patrum testificatione id absque dispendio Catholicæ fidei licenter dici posse, ad optimum finem ea licentia usus est. Cujus quidem rei causa probandæ, præclarum illum atque eruditum commentarium scripsit ad Amphilochium; quem consulat, qui hæc ab eo exacte probata optat plene cognoscere. Sed quod pertinet ad antiquam traditionem atque majorum consuetudinem, qua diceretur, *Gloria Patri, & Filio cum Spiritu sancto*; ita ipse (*e*): *Mentiuntur & illud*; *hanc vocem*, Cum quo, *ab usu piorum alienam esse. Quotquot enim morum constantia, antiquitatis majestatem novis ornamentis prætulerunt, ac majorum traditionem citra mutationem conservarunt, singulis cum regionibus, tum civitatibus hac voce sunt usi.* Et paulo post: *Itaque videas & hodie a rusticanis hanc vocem more veterum pronunciari.* Ac rursum: *Proinde quod a majoribus nostris dictum est, & nos dicimus, gloriam esse communem Patri cum Filio, &c.* Quod enim Basilius a Patribus accepit traditum, id ipsum ex divina etiam scriptura vendicare sibi auctoritatem

(e) Basil. ad Amphiloc. c. 7.

ctoritatem pluribus docet. Sed & quod æque divina scriptura usa sit, *in*, *per*, *cum*; sicut recte dici, *Cum Spiritu sancto*, ita etiam æque bene proferri, *In Spiritu sancto*, pluribus probat (*a*); & quid inter se differrent, luculenter elucidat; atque post multa:

(a) Basil. ad Amphiloc. c. 25. & 27.

LXXIV. *Veneranda sunt*, inquit (*b*), *vetusta dogmata, quod ob antiquitatem cen canitiem quamdam habeant quiddam reverendum. Enumerabo itaque vobis hujus sermonis auctores.* Atque subdit: *Ipse quidem (si de me proprie quid loquendum est) vocem hanc tamquam hæreditatem paternam consecuto acceptam a viro multo tempore in servitio Dei versato, per quem baptizatus sum, & Ecclesiæ ministerio admotus, &c.* Citatque antiquos Patres in glorificatione sanctissimæ Trinitatis usos utroque more dicendi, nempe Clementem Romanum, & Alexandrinum, Irenæum, Dionysium Alexandrinum, Africanum, Athenogenem, Gregorium Thaumaturgum, Firmilianum magni nominis antiquum suum prædecessorem, necnon præstantem illum Meletium Ponticum.

(b) Basil. ad Amphiloc. c. 29.

Majorum auctoritatem Basilius secutus est.

LXXV. At ne quis putaret exolevisse ejusmodi veterem morem, antiquataque tot majorum exempla; de his quæ tunc temporis omnibus ferme in locis agerentur, ejusmodi affert testificationem (*c*): *Sed quid*, inquit, *opus est vetera commemorare? Immo qui nunc sunt Orientales, nonne hoc uno potissimum pie sentientes agnoscunt, hac voce veluti signo suos ab alienis dijudicantes? Ut autem ego a quodam Mesopotamio audivi, viro & linguæ erudito, & mentis integræ; ne licet quidem illis, etiam si velint, aliter sonare vocem eo loco receptam, sed necesse est illis per vocer idem cum hac pollentes juxta quamdam majorem proprietatem glorificationem offerre. Quin & Cappadoces sic juxta regionis morem loquimur, jam tum in linguarum divisione dictionum usum providente Spiritu. Quid porro Occidens totus, propemodum ab Illyrico usque ad fines nostri Orbis, nonne per hanc vocem orat? Qui fit igitur, ut ego sim innovator, & recentiorum verborum architectus, cum omnes nationes, & civitates, & consuetudinem omni hominum memoria vetustiorem, insuper & viros Ecclesiæ columnas, & omni scientia & virtute spiritus venerandos, duces & auctores hujus vocis exhibeam?* Hæc & alia plura Basilius.

(c) Basil. ad Amphiloc. c. 29.

Recentiores eodem modo quo Basilius Trinitatem glorificant.

LXXVI. Quibus plane vides Antiochenæ Ecclesiæ ritum illum, & contentionem adversus eos qui glorificarent Patrem per Filium in Spiritu sancto, fuisse ipsius tantum peculiarem, cum liceret Catholicis ubique positis absque detrimento Catholicæ veritatis iisdem uti in glorificatione atque gratiarum actione dictionibus: cujus rei de Romana Ecclesia ex disertissimo ac pariter sanctissimo viro ejus Episcopo satis esse potest exemplum. Etenim S. Leo Papa concionatus in die Natalis Domini (*d*), his verbis ad agendas Deo gratias populum invitavit: *Agamus ergo, dilectissimi, gratias Deo Patri per Filium ejus in Spiritu sancto &c.* Vitium plane fuit Arianorum, ut ea textura verborum uterentur in sancto baptismo, adulterantes formam ipsam a Christo præscriptam: a quo quidem Arianorum usu Orthodoxi penitus abhorruerunt, nefas existimantes aliter illa pronunciare verba, quam a Domino fuerint imperata. Quonam modo autem eadem verba in glorificatione dicentes Ariani blasphemarent, Catholici vero laudarent sanctissimam Trinitatem, idem Basilius pluribus docet (*e*).

Leonis Papæ exemplum.

(d) Leo serm. 7. in die Nat. Dom.

(e) Basil. de Spir. sanct. ad Amphiloc. c. 4. 5. 8.

LXXVII. Ipse igitur ubi gravi fortique apologia de objectis criminibus ab amicis & adversariis se purgavit; quod videlicet undique in se certamina concitari, & cum hostium, tum amicorum jaculis confodi sentiret; præsentis temporis statum Ecclesiæ Orientalis, tamquam in tabula imaginem coloribus pictam, stylo reddit his verbis (*f*): *Cui*, inquit, *comparabimus præsentem statum? Profecto similis bello navali, quod ex multo odio, ex veteribus offensis inter ipsos per longum tempus alito, naumachi quippiam ac bellaces instruerunt. Nunc igitur in hac imagine mihi specta terribilem utrinque concursum, mox ira jam eo erumpente, ut sit immedicabilis, utramque partem simul prostratam confici. Pone, si vis, violento turbine circumagi classem, caliginemque densam e nubibus incumbere, adeoque obscurare rerum visibilium species, ut nulla sit amicorum & hostium discretio; propterea quod ob confusionem symbola militaria sint ignota. Huic imagini propter evidentiam addamus etiam mare intumescere, atque ab imo subverti, rapidumque Aquilonem e nubibus deorsum erumpere, horribilemque procellam ingentibus fluctibus, quos tricymias vocant, exurgere. Post hæc ventis undique concursantibus, totam classem inter se cum fragore collidi; atque in conflictu alios quidem velut sui proditores ad ipsam desperationem ultro transfugere, alios cogi, ut pariter & scaphas impellant a ventis actas, & occurrant irrumpentibus, seseque mutuo per seditionem trucident; quam seditionem partim jam ad extremum provecta invidia, partim quæ singulis adest vincendi cupiditas excitavit. Ad hæc cogita confusum quemdam & indiscretum clamorem per universum illud mare resonantem, partim e ventorum strepitu, partim e collisione navium, partim ex undarum impetu ferventium, partim ex vociferatione præliantium varias voces pro singulorum affecti-*

Descriptio status Orientalis Ecclesiæ.

(f) Idem cap. ult.

Egregia collatio navalis pugnæ cum tempestate Ecclesiæ.

bus

bus emitti, ut neque nautleri, neque gubernatoris vocem exaudire liceat, sed prodigiosam quamdam mixturam, confusionemque incredibilium malorum, dum ob omnem vitæ spem ereptam prorsus non timent peccare. Adjice iisdem & immedicabilem quemdam morbum, ac insanabilem præ gloriæ cupiditate insaniam, ut cum navis jam in fundum maris defertur, tamen nautici duces primum assequendi laudem contentionem non remittant. Transi jam ab imagine ad ipsum mali archetypum, &c.

LXXVIII. Convenientiam imaginis hujus cum Ecclesiæ hujusce temporis statu in omnibus recte respondentem idem post hæc exacte demonstrat; quæ omnia brevitatis causa hic describere prætermittimus; cum ex his quæ dicta sunt, atque dicentur, veritas ipsa satis descripta noscatur. Porro idem Basilius ad Athanasium scribens (*a*), eadem collatione atque imagine statum orientalis Ecclesiæ repræsentat. Sed & Gregorius Nazianzenus (*b*) nulla aptiori comparatione visus est sibi describere valuisse mutuo inter se digladiantium Orientalium Ecclesiarum faciem, quam exemplo navalis nocturnæ pugnæ. Quamobrem æque Basilio accidit atque Eliæ, qui tædio jam victus mortem vitæ præfert, & sicut Paulo dicenti: *Tentati* (*c*) *supra modum, ita ut tæderet non vitæ:* Nam ad Demophilum scribens ait (*d*): *Anno præterita cum ex gravissima febri ægrotassem, & prope ad ipsas portas mortis devenissem, bonitate vero Dei revocatus essem, ægre ferebam illam mei restitutionem, expendens ad quæ mala iterum reversus essem.*

(*a*) Basil. epist. 51.

(*b*) Greg. Naz. Apolog. 2.

(*c*) 2. Cor. 1.

(*d*) Basil. epist. 82.

LXXIX. In tot tantisque ærumnis Basilio constituto, unum illud sibi relictum videbatur esse confugium, ut Magni Athanasii auxilium litteris absens expeteret, cujus & ad Deum precibus fulciretur; ad quem hoc tempore perbreves has ea de causa litteras dedit (*e*):

(*e*) Basil. ep. 49.

Basilius pressus malis Athanasium interpellat.

Quanto Ecclesiarum languores auctiores evaserunt, tanto universi ad tuam convertimur integritatem, unam nobis malorum consolationem in tua tutela relictam esse credentes, qui & precum virtute & scientia rerum gerendarum, qua quid optimum factu sit admonere potes, ex horribili ista tempestate conservare nos, ab omnibus qui aliquantulum integritatem tuam vel auditu vel experientia cognoverunt, crederis. Quocirca ne cesses orare pro animabus nostris, excitareque litteris; quarum si agnosceres quantus sit usus, nullam umquam, si qua daretur, scribendi ad nos occasionem negligeres. Si vero digni habemur adjutorio precum tuarum, ut & videamus te, & bonis quæ in te sunt perfruamur, & ad historiam vitæ nostræ congressum cum magna vere & Apostolica mente tua adjiceremus; omnino & ex æquo respondentem totius vitæ nostræ afflictionibus consolationem nos Dei solita benignitate accepisse reputabimus. Hactenus ipse ad Athanasium.

Sed & quem sciebat sibi esse fidelem Gregorium Nazianzenum, qui ipsum de his primus admonuerat; cum ad eum rescribit, inter alia, ut sit sibi auxilio, ad se vocat non sine querela, quod a se recedens minime stetisset pactis conventis; nam ait (*f*): *Si ut inter nos olim convenerat, & cura & sollicitudo, quam nunc Ecclesiis debemus, efflagitat, bonam anni partem simul traduxissemus, ansam atque aditum obtrectatoribus haudquaquam dedissemus. Tu vero (si ita videtur) hoc valere sine, nostrisque precibus adductus, nos in præsenti certamine laborantes adjuva, simulque cum eo qui adversus nos cum exercitu grassatur, manus consere. Nam si vel solus conspectus fueris, ejus impetum infringes; eosque, qui ad patriæ res enervandas instructi sunt, fundes ac dissipabis: perspicuum videlicet eis faciens, te cœtus nostri ducem futurum, atque ac omne injustum hominum iniquitatem adversus Deum loquentium obstructurum. Quod si contigerit, res ipsa declarabunt quis ille erit qui te ad præclara negotia sequetur, quis rursum claudicet, ac veritatis doctrinam ignavia prodat, &c.* LXXX.

Basilius Gregorium Nazianzenum accersit.

(*f*) Greg. Naz. ep. 20.

His, ut ita dicam, Basilii dolentis clamoribus Gregorius interpellatus, ad eum rescribens, suum pollicetur adventum, ubi ait ad finem (*g*): *Hoc autem habeto, me Deo aspirante, & tibi affuturum, simulque dimicaturum, virilemque operam impensurum esse. Quis enim languescet, immo quis non magno & fidenti animo futurus est, te duce ac socio de veritate disputans ac certamen conferens?* Hæc ipse. Porro magnum emolumentum ac robur prædicationi Evangelicæ accessisse, perspicuum fuit, ubi simul juncti Basilius atque Gregorius adversus hæreticos dimicarunt. Quomodo autem in eo certamine inter se partiti sint munera, idque magno consilio, Gregorius tradit his verbis (*h*): *Quod si quis in hujusmodi rebus me illius socium admiserit; aliquid quod plerisque incognitum ante fuit evulgabo. Nam cum temporis angustiis premeremur, hanc ipse rationem inibat; ut sibi quidem verbi dispensationem; nobis autem, quos ob nominis obscuritatem nemo accusaturus, patriaque ejecturus esset, loquendi libertatem committeret. Atque ita Evangelium nostrum firmum validumque erat utrinsque auxilio suffultum.* Hæc Gregorius. LXXXI.

(*g*) Greg. Naz. ep. 23.

Basilii, & Gregorii in prædicatione distincta munera.

(*h*) Greg. Naz. orat. in laud. Basilii.

Ceterum non adversus hæreticos solum reprimendos eo modo usus est Basilius Gregorii opera; sed etiam adversus secundæ Cappadociæ Metropolitanum Anthimum alienæ invasorem diœcesis, primæ nimirum Cappadociæ, cui præerat ipse Basilius LXXXII.

Altercationes Basilii cum Anthimo.

lius, usus est administro, quem velori aggerem opponendum Anthimi temeritati putavit. Quonam autem modo ista acciderint, & quem finem fuerint consecuta, ab ipso Gregorio petitam integram rei gestæ seriem recitemus: *Hinc*, inquit (*a*), *jam Episcoporum, & eorum qui militiæ societatem cum illis inierant, bellum incipit: bellum cum per se admodum turpe & ignominiosum, tum subditis ipsis non minus perniciosum. Quis enim alios ad moderationem ac tranquillitatem inducere queat, sic affectis Præsulibus? At tres quidem erant causæ, cur multi etiam ante parum æquo & amico erga eum animo essent. Prima quod in fidei negotiis nequaquam cum eo sentiebant, nisi quantum id ipsis, cogente multitudine, necessario faciendum erat. Altera, quod dolorem ex ipsius electione conceptum ex animis nondum penitus ejecerant. Postrema, quod se longe multumque ab eo gloria superari acerbissime ferrent, tametsi id confiteri turpissimum esset. Orta est & alia quædam simultas, quæ hæc omnia redulceravit.*

(a) Greg. Naz. orat. in laud. Basilii.

LXXXIII. *Nam cum patria nostra in duas provincias & metropoles divisa esset, ac multa ex priori novæ metropoli adjungerentur; ea de causa inter illos dissidium excitatum est. Hic enim æquum esse dicebat, ut cum publicis diœcesibus nostræ quoque simul dividerentur: ob eamque causam eas parœcias, quæ novæ provinciæ nuper adjunctæ fuerant, ut jam ad se pertinentes atque ab illo distractas, vendicabat. Basilius contra veteri consuetudine nitebatur, atque huic divisioni, quæ olim a Patribus facta fuisset, inhærebat.* & optimoquidem jure. *Atque ex hac contentione permulta mala partim jam accidebant, partim impendebant. Episcopos subdole ad se pertrahebat novus Metropolites, proventus diripiebat; Ecclesiarum presbyteros partim oratione inflectebat, partim subrogatis aliis ejiciebat. Ex quo efficiebatur, ut Ecclesiarum negotia deterius se haberent, utpote quæ in partes ac studia scinderentur. Homines quippe rerum novatione quodammodo delectantur, ac libenti animo noxas suas obiter eluctantur; faciliusque est instituta labefactare, quam labefactata in pristinum statum reducere.*

LXXXIV. *Quod autem illum magis in furorem agebat, Taurici reditus ab ipso quidem absiter cernebantur, verum ad Cæsariensem devehebantur. S. Orestis proventus colligere maximi æstimabat; adeout ipsius etiam iter facientis mulos aliquando corripuerit, ac ne ultra progrederentur, cum prædatoria manu prohibuerit. Et quam speciosus his rebus prætextus adhibebatur! Filii spirituales, & anima, & fidei doctrina, cæteraque hujusmodi cupiditatis inexplebilis integumenta (res inventu perfacilis) itemque illud: Vectigal hæreticis persolvendum non esse. Quisquis enim illi molestiam exhibebat, in hæreticorum numero habebatur.*

Nec tamen ille Dei sanctus sublimisque Hierusalem vere Metropolites, nempe Basilius, *aut errantes secutus est, aut hoc dissimulare sustinuit, aut parvum hujus mali remedium excogitavit: sed perspiciamus, quæso, quam magnum & admirandum, & illius (quid enim aliud dicam?) anima dignum. Etenim dissidium hoc in Ecclesiæ lucrum emolumentumque convertit, ex eaque calamitate insignem utilitatem traxit, patriam nimirum pluribus Episcopis communiens. Ex quo tres præclarissimæ res secutæ sunt: nam & animarum cura major suscepta est, & quælibet civitas proventus suos habuit, & bellum hac ratione compressum & extinctum est.* Creavit enim Basilius inter alios novum Episcopum, cui Tauricæ regionis S. Orestis martyris redditus tunc adscripsit, quos Anthimus sibi manu prædatoria vendicabat. LXXXV.

LXXXVI. Quod vero ad divisionem Cappadociæ spectat; una in duas provincias partita est, quarum altera Cappadocia prima, secunda altera dicebatur. Potior autem prima erat, in qua Cæsarea, cui S. Basilius præerat Episcopus, secunda vero metropolis Tyana, cui Anthimus præsidebat. Rursum sub secunda Cappadocia situm erat Nazianzum, & Arianzum, ubi natus est Gregorius cognomento Nazianzenus. Id quidem testatur Justinianus Imperator in edicto de fide ad Joannem Romanum Pontificem, cujus est exordium: *Scientes quod nihil aliud, &c.* ubi prope finem habentur quæ diximus de Nazianzo & Arianzo Cappadociæ secundæ subjectis sub metropoli Tyanensi. Cum igitur ita inter se altercarentur Anthimus atque Basilius, salubre hoc (inquit Gregorius) consilium excogitavit, ut plures in sua diœcesi crearet novos Episcopatus; sed illud plane salubrius, at a ditione Anthimi vendicaret sibi Gregorium, quem novæ institutæ sedi Sasimorum crearet Episcopum; qui & compescere posset Anthimum ab alienæ invasione diœcesis. Id sane quantumlibet honestissima de causa a Basilio factum fuerit, ægro tamen animo ipse Gregorius pertulit; qui de his agens ita conqueritur (*b*):

Divisione Cappadociæ Nazianzum erat sub Anthimo.

(b) Greg. Naz. orat. in laudem Basil.

LXXXVII. *Hujus consilii vereor ne velut appendix quædam ipse fuerim: neque enim honestius ac speciosius verbum, quo utar, occurrit. Nam cum cætera omnia hujus viri facta supra quam dici queat, admirer; unum hoc laudare nequeo (affectum enim animi confitebor; alioqui nec multis incognitum) eam nimirum, quam in nos adhibuit novationem ac diffidentiam.* Ita Gregorius, quod Basilius veritus ne ab ipso desereretur, arcto eum vinculo ligandum pu-

Basilius agit de præficiendo Gregorio Ecclesiæ Sasimorum.

putavit; sed subdit: *Hujus rei mærorem ne tempus quidem adhuc exhaurire potuit, Hinc enim mihi omnis vitæ inconstantia, & perturbatio manavit, quodque philosophari nequiverim, aut certe non existimer, tametsi de posteriori non magnopere laborem. Nisi quis tamen hoc a me pro illius purgatione accipiat, quod sublimiora, quam pro hominis conditione sentiens, atque hinc priusquam etiam e vita excederet, digressus, omnia ad Spiritum referebat; atque amicitiæ officia, quæ alioqui sancte colebat, hic solum aspernebatur, ubi Deum anteponi oportebat. atque antiquiores habere res in spe positas quam fragiles & caducas.* Hæc Gregorius de Basilii consilio in præficiendo ipsum Ecclesiæ Sasimorum; quod quidem viribus omnibus contendit ut faceret, cupiens Gregorium adsciscere sibi collegam, operaque tanti viri uti ad comprimendos nimia temeritate insolescentes Episcopos, sciens ipsum præ excellenti virtute atque doctrina ab omnibus fore colendum.

LXXXVIII. Absens erat Gregorius, dum hæc per Basilium agerentur; quæ cum internuncio litterarum ipse Gregorio significasset, restitit ille, obfirmatoque animo tenuit: cumque nullo persuadendi genere inflectere posset. neque eum adducere ut acquiesceret; ad ipsum rursum scribens, amicabili quadam fiducia durius increpavit, usque adeo, ut rusticum, asperum, durumque moribus nominaret; quibus Gregorius acceptis a Basilio litteris; pari fiducia, magnaque animi ingenuitate ita

(a) Gregor. Naz. ep. 31. rescripsit, non tamen sine stomacho (a):

Gregorii querela de Præfectura Sasimorum. *Desines ne nos tandem maledictis incessere ut insulsos, & rusticos, & ab amicis inopes, ac ne vita quidem dignos, quoniam ea quæ passi sumus, intelligere ac persentire ausi sumus? Neque enim quidquam aliud proferre queas, in quo a nobis læsus sis; nec ulla in re omnino nobis conscii sumus, nos inquam aliquid in te admisisse (atque utinam numquam conscii simus) nisi quod fraudem in quam inducti sumus, serius quidem quam oportuit, sed tamen aliquando cognovimus; atque hujus rei culpam in Episcopalem thronum conferimus, utpote qui te repente supra nos evexerit. Ac vehementer fatigamur, dum tua nobis objiciuntur, eaque apud illos, qui & pristina nostra ac præsentia perspicue norunt, defendimus. Hoc enim omnium quæ patimur, maxime ridiculum est, vel potius miserandum, nimirum quod iidem & injuria afficiuntur & accusantur; id quod nobis hoc tempore accidit. Objiciunt porro alii aliud quippiam & quicquid uniuscujusque voluntas tulerit, prout vel moribus comparati sunt, vel nostra causa irascuntur: benignissimi autem quique neglectum & contemptionem, & quod nos, postea quam opera nostra usus fueris, veluti sordidissima vasa & instrumenta projeceris, vel tamquam adminicula ea quæ in fornicibus supponuntur, ac simul atque structura firmata atque compacta est, subduci ac pro nihilo haberi solent.*

Verum hoc sane valere sinamus, & quæ dicunt, dicere: Nemo linguæ libertatem coercebit. At tu beatas illas spes & mutuos mercedis loco persolve, quas adversus eos excogitasti, qui te eo nomine lacerant, quod per honoris speciem leves nos atque ad res hujusmodi promptos & obvios contumeliose protriveris. Ego vero quid animi habeam, explicabo; nec mihi propterea irascaris. dicam enim quæ flagranti etiam dolore prælocutus sum, non usque adeo vel ira æstuans vel rei eventu perculsus & attonitus, ut ratio se subduceret, ac quid dicerem ignorarem. Non arma comparabo, nec rei militaris artem discam, quam prius non didici, cum hujus rei commodius tempus videbatur, omnibus videlicet arma induentibus & furiose inter se congredientibus (nosti infirmorum morbos) nec Martium Anthimum certamine excipiam, quamvis alioqui immaturum bellatorem, nimirum ipse rei bellicæ ignarus, vulneribusque magis expositus. Quin tu potius (si ita videbitur) cum eo bellum gere: nam infirmos quoque sæpe necessitas ipsa pugnaces efficit; aut quære qui bellum gerant, cum ille mulas tuas arripuerit, locorum angustias observans, quemadmodum ille Amalec, cum transitu Israelem arceret. Nobis autem aliarum rerum omnium loco quietem concede. Quid enim opus est pro lactentibus & avibus & quidem alienis, non secus ac pro animabus & canonibus digladiari? Quid etiam splendidis illis Sasimis Metropolitanam urbem privare, ac mentis arcanum, quod premendum & occultandum erat, detegere? Quocirca tu quidem viriliter age, & confortare, omniaque ad tuam ipsam gloriam (quemadmodum fluvii torrentes) trahe, nec amicitiam nec vitæ consuetudinem & familiaritatem virtute ac pietate potiorem habens, nec quæ ex his rebus hominum opinio de te futura sit, quicquam curans, sed uni dumtaxat Spiritui te addicens. Nos vero id dumtaxat lucri ex amicitia tua capiemus, ut amicis posthac minime fidamus, nec Deo quicquam præferamus. Hactenus ad Basilium Gregorius juste ut sibi videbatur, expostulans.

LXXXIX. Gregorius recusat omnino Præfecturam.

XC. Quod autem ait complures succensuisse Basilio, quod ipsum tentarit præficere Sasimis loco humillimo atque Gregorio prorsus indigno; in hanc sententiam Cyrus Theodorus jambos illos admirans occinuit:

Querelæ de Episcopatu Sasimorum.

Quid hoc, Basili, sacrum & venerandum caput,
Quod Sasimorum collocas in oppido
Vilissimo Gregorium maximum virum?
Non mente dignum facinus hoc reor tua. Hæc ille.

Qua-

Qualis autem esset Sasimorum locus, ipse Gregorius describit his versibus (a):

(a) Gregor. Naz. in Carm. de Vit. sua.

In Regiæ medio via est vicus situs,
Qui scindit in tres se vias, lymphis carens,
Exors viroris, libero indignus viro,
Arctumque prorsus oppidum, triste & humile.
Hic cuncta strepitus, pulvis hic cum curribus,
Lamenta, fletus, carnifex, & compedes,
Tormenta, cives, hospites hic & vagi.
Erat hæc meorum Sasimorum Ecclesia.
His liberalis scilicet vir me dedit,
Denos haberet quinquies cum Antistites
Sub se: & quidem, vi vendicante at altero,
Victor maneret, erigens sedem hanc novę, &c.

At Gregorii recusantis animus ille fuit, non ut humilem locum despiceset; sed (quod sæpe refricat) quoniam locus ille cujusnam esset, primæ ne an secundæ Cappadociæ, inter Anthimum atque Basilium in magna controversia positum esset; ipseque Anthimus furore percitus, ducis exercitus potius, quam pastoris speciem præseferret, quam ob causam eum idem Gregorius Martium Anthimum nominat. Porro bis se immiscere turbis admodum præter institutum Gregorius sibi videbat accidere, qui tenebatur quietis amore.

XCI. Sed urgente adhuc Basilio, atque litteris expostulante; rursus idem Gregorius litteris pariter redditis, firmiori mentis proposito oblatam sedem Sasimorum recusat, ad ipsum ita rescribens quam brevissime fieri licuit (b):

(b) Greg. epist. 32.

Perstat Gregorius in sententia de præfectura Sasimorum.

Desidiam & inertiam nobis objicis, quia Sasima tua recusavimus, nec Episcopatus cupiditate incitamur; vobis, non secus atque esca canibus in medio projecta, arma cadentibus. Mihi vero maxima actio est otium. Atque ut quippiam laudum mearum intelligas; usque adeo quiete atque otio glorior, ut me mutuo adversus vos animi magnitudinis ejus, quæ hic sita est, legem omnibus esse putem. Quod si nostrum exemplum omnes sibi imitandum proponerent; nec Ecclesiæ quidem negotii quicquam haberent; nec fides, quæ propriarum cuique contentionum telum est, misere distraheretur. Hæc ipse.

XCII. Duabus hisce litteris, & fortasse aliis quæ non extant, eodem argumento intercedentibus, perculsus nonnihil Basilius animo est, quod apud Gregorium paulo liberius hæc scribentem videretur ipse contemptui esse, dolens plurimum se adeo ab eo vilipendi, ac pro nihilo prorsus haberi: hæcque alia id genus miscens querelarum, eadem Gregorio significavit. Quæ cum ille accepisset, ut suspicionem hanc a Basilii animo dimoveret, officii plenas ad eum reddidit litteras; illud obtexens, quod non contemptus causa, sed amore tranquillioris vitæ parere penitus recusasset. Extant ipsæ litteræ & alio loco perperam collocatæ, alioque illis indito argumento; quas necessario hic putavimus esse reddendas, quo ex ipsis omnibus innotescat, Gregorium paulo licentius apud Basilium agentem, haud fastu tumidum ejus spernendi causa fecisse, sed optatæ quietis amore. Sic enim illæ se habent (c):

Basilius cum Gregorio acrius expostulat.

(c) Greg. epist. 30.

Quomodo exiguæ nobis, & viles res tuæ sunt, o divinum & sacrum caput? Quodnam hoc effugit verbum dentium septa? Aut quomodo hoc dicere ausus es? (ut ipse quoque audacter aliquid dicam) Quomodo vel animus id proposuit, vel atramentum scripsit, vel charta excepit? O studia, & Athenæ, & virtutes, & litterarii sudores! Me enim litteris tuis pene tragicum facis. Utrum nos, an te ipsum ignoras? tu, inquam, Orbis lumen, magna vox & tuba, doctrinæ palatium? Tua ne Gregorio parva sunt? Quid igitur aliud quispiam admiretur eorum, quæ in terra sunt, nisi te Gregorius? Unum ver inter anni partes, unus Sol inter sidera, unum cœlum omnia complexu suo coerceat, una vox tua de omnibus triumphans; si modo satis meus sum qui de hujusmodi rebus judicium feram, nec mihi amor imposturam facit; quod non existimo. Quod si nobis hoc nomine succenses, quod te minus, quam tua virtus meretur, suspicimus & admiramur; omnibus quoque mortalibus succenseas oportet: neque enim alius quisquam satis digne te laudavit aut laudaturus est, præter te, tuamque in dicendo libertatem, siquidem fieri posset, ut quispiam laudes ipse suas prædicaret, idque sermonum lex ferret. Quod si contemptum tui nobis objicis; ipse prius insaniam. At quod philosophamur, indignaris? liceat mihi cum bona tua venia dicere: hoc unum doctrina quoque tua & eruditione sublimius est & præstantius. Hucusque Gregorius. At inconsulte quidem putat aliquis has a Gregorio scriptas esse litteras, cum a Basilio in Ponticam eremum vocatus venire recusaret; cum contrarium penitus appareat; siquidem philosophiæ amor, quem prætexit Gregorius, ad Basilium accedendi, ipsum potius impulisset. XCIII.

Gregorius se excusat apud Basilium.

Perstans tamen adhuc Basilius in sententia, ut Gregorium Sasimorum crearet Episcopum, usus est ad huc opera parentis ipsius, qui adhuc superstes erat, & Nazianzenam curabat Ecclesiam in extrema senectute constitutus; cujus tandem Gregorius cessit imperio, de quo ipse sic his versibus (d): XCIV.

—— *ipse me tamen vi præsulem*
Facit, atque fallens rursus hic natum pater.

(d) Greg. Naz. carm. de vit. sua.

Sic-

XCV. Gregorius ordinatur Episcopus Sasimorum.

Sicque tandem patitur Gregorius se Sasimorum Episcopum ordinari. Conveniunt igitur ordinantes Episcopi, ipseque inprimis S. Basilius, ac pater Gregorii; advenit vero postea Basilii germanus Gregorius Nyssenus, qui ex Ecclesia (ut dictum est) opera Arianorum vagabatur extorris. Ubinam vero locorum ejusmodi ordinatio facta fuerit, haud compertum habeo: Nazianzi non puto, quod, ut diximus, Civitas illa ad Anthimi Diœcesim pertinere dicebatur, probibentibus canonibus in aliena ditione haberi ejusmodi functiones.

Cum autem Gregorius Sasimorum ordinatus est Episcopus, apologeticam habuit coram Episcopis ipsum ordinantibus orationem, quam sic exorditus est (a): *Super me rursus unctio & Spiritus, & rursus mærens & tristis incedo.* Iteratam dicit unctionem respectu illius, quam, cum presbyterio fuit initiatus, suscepit. Qua oratione iterum de Basilio queritur, sed perquam modeste, cum ait: *Verum nonnihil habeo quod cum amico expostulem. Quis ex communibus amicis hanc causam disceptabit? quis incorruptus erit judex, ut justam sententiam ferat, ac non quod plerique facere solent, plus gratiæ, quam veritati tribuat? Vis crimen proferam, nec propterea orationis tuæ aculeum in me rursus immittes? Fuit quondam tibi nobiscum arcanum, vir clarissime, arcanum vere, fidemque superans, nec antehac de nobis umquam fando auditum.* At quodnam hoc? aperit ipse sic in carmine de vita sua.

(a) Gregor. Naz. orat. ad patrem.

Qui sæpe vocem hanc ore de nostro legens,
Animo ferenda cuncta nunc æquo mihi:
Ac si parentes clauderent vitæ dies,
Negotiorum linquerem ut molem, fore,
Quo ferre fructum quempiam vitæ foco
Possem carentis, Cives in quovis loco.
Hæc cum audiisset sæpius, dicta & mea
Probaret; ipse me tamen vi Præsulem
Facit, &c.

Se enim vim passum pluribus dolet; hæc quidem ipse cum jam Episcopus ordinatus fuit; postridie autem ejus diei, iterum in adventu Gregorii Nysseni coram iisdem concionatus, de Basilio atque ejus fratre Gregorio Nysseno hæc habuit (b): *Horum alter nos unxit, latentesque in medium produxit; quod quid ei acciderit ut faceret, aut quid cum ad hanc rem impulerit, haud scio, certe non ut dignum erat eo spiritu, qui in ipso est; dicam enim, etsi durior sit hæc oratio; omnia perferet amicitia, sive quid duri patiatur, sive audiat: Alter hanc causam huc veniendi habuit,* nempe Gregorius Nyssenus, *ut nos consoletur, ac per spiritum componat, spiritusque mansuetos sistat.* Hæc tunc Gregorius.

(b) Gregor. Naz. orat. ad Gregor. Nyssen.

XCVI. Gregorius publica concione se excusat.

Quo itidem tempore eodem ferme argumento eam dixit orationem, in qua, de causa cur cesserit tandem, ita præfatur (c): *Nihil senectute fortius, nihil amicitia venerabilius: Ab his ad vos ductus sum ego vinctus in Christo, non catenis ferreis, sed tenacissimis spiritus vinculis constrictus.* Et inferius: *Amicitia me subegit,* nempe Basilii; *patris canities in potestatem redegit; senilis inquam prudentia, vitæ limes, portus tutior, atque illius amicitia, qui & apud Deum ipse dives est, & alios divites efficit. Jam enim iram abjicio, audiant mansueti & lætentur; manumque hanc, quæ mihi vim attulit, placido vultu aspicio, &c.* Palinodiam enim recantat de his quæ dixerat in Basilium, quæ aspera ac dura ibi commemorat; atque de unctione sacerdotali rursum his verbis: *Idcirco me Pontificem ungis, ac podere cinges, capitique cidarim impones; atque holocausti spiritualis altari admoves, & sacrificationis vitulum mactas, manusque Spiritui consecras, & sancta sanctorum spectatum introducis, verique illius tabernaculi, quod non homo, sed Dominus construxit, ministrum facis, &c.* Hæc ipse, alludens ad sacras Ecclesiæ cerimonias, quarum in antiqua lege figura quædam erat expressa, ritusque insinuans ordinandorum Episcoporum, quos adhuc Ecclesia a majoribus acceptos custodit.

(c) Gregor. Naz. Apolog. 3.

XCVII. Anthimus convenit Gregorium Nazianz.

At quid post hæc? Simulac Anthimus Episcopus Tyanensis secundæ Cappadociæ Metropolitanus de ordinatione Gregorii certum accepit nuncium; quamprimum Nazianzum se contulit, alio quodam prætextu, quasi Gregorium seniorem ægrotantem inviseret, re vera tamen ut ipsum Gregorium nuper ordinatum tentaret, atque divelleret a Basilio. Quæ autem tunc inter eos gesta fuerint, ipse Gregorius scriptis litteris reddidit Basilium (d) certiorem, in quibus hæc inter alia: *Ut autem brevi declarem, fortissimus Anthimus ad nos cum Episcopis quibusdam venit, sive ut patrem meum inviseret (nam id quoque præseferebat) sive ut ageret quæ egit. Cumque multis modis animum nostrum tentasset, parœcias commemorans, & Sasimas paludes, nostrique electionem, nunc blande nos alloquens, nunc precibus contendens, nunc minitans, nunc expostulans, nunc laudans, nunc vituperans, variis denique orationis circulis, strophis & ambagibus utens, tamquam is solus nobis intuendus esset, novaque metropolis, utpote magnitudine amplitudineque superior: Quid inquam, civitatem nostram intro circumscribis, cum ipsi quoque Ecclesiam faciamus, utpote Ecclesiarum vere & jam olim matrem?* Hæc de Cæsariensi Ecclesia Gregorius, & quidem nobilissima, ut nulla ex parte Tyanensis ei fuerit comparanda; matremque nominat Ecclesiarum

(d) Gregor. Nazianz. epist. 33.

(a) Justinian. novell. 30. de Proconsul. Cappad.

Cappadociæ, sicut & Solinus matrem Cesaream vocat urbium Cappadociæ, cujus laudes celebrat Justinianus Imperator (a); sed de his alias. Subdit Gregorius de eodem Anthimo:

Anthimus in Gregorium infensus.

XCVIII. *Postremo, negotio infecto, abscessit, crebris spiritibus interruptis, ac Basilisinum nobis, quasi Philippisinum quemdam objiciens.* Nempe quod Gregorius Basilio deditus omnia in ejus gratiam loqueretur, sicut olim falsa oracula sacerdotum in gratiam Philippi Macedonum Regis composita. Sed post hæc Gregorius addit de epistola ab Anthimo ad se scripta, cum ait: *Jam etiam quo pacto nostra illa*, ad nos scilicet scripta, *hoc est hominis insolentis & contumeliosi epistola se habuerit, expende. Evocationem Synodalem exculptam ad nos miserant. Me vero contra repugnante, contumeliamque nobis fieri contendente, secundo loco postularunt, ut hortatu meo & rogatu de his rebus consultationem haberetis. Id quod ego, ne quod prius molirebantur, fieret, me recepi facturum, rem tamen arbitrii vestri faciens, an eos colligere ac congregare velitis, & ubi, & quando: quod quidem hominis erat non contumelia, sed honore vos afficientis.* Et paulo post de eadem epistola Anthimi: *Ipsam Anthimi epistolam vobis perlegam, quam cum paludes nobis probibentibus & adimnantibus invasisset, ad nos misit, probris contumelisque nos proscindens, ac velut triumphum quemdam adversus nos ut victos & profligatos canens. Quam autem rationem habet, ut cum tua causa illius offensionem incurramus, tibi rursus displiceamus, velut, illi faventes?* Hæc & alia Gregorius pluribus, & quidem subinfense, quod apud Basilium in suspicionem adduci videretur, ne Anthimo adhæsisset.

XCIX. Quod igitur ipse Anthimus Sasima occupasset, ne illuc eundi Gregorio facultas daretur; quodque insuper Basilium pateretur subinfensum, ab Anthimo autem minas ac jurgia experiretur; magna animi afflictione confectus, in tanta tempestate cum quid faceret non haberet, omni navigandi spe ablata, in tranquillitatis portum se recipere, consilium iniit: quando & ad Bosphorium postea Coloniæ in Cappadocia civitatis Episcopum, qui & interfuit Constantinopolitano Concilio, hæc pauca animo nonnihil commoto perscripsit (b):

(b) Gregor. epist. 25.

Hoc jam secundo a vobis supplantatus atque deceptus sum (quid dicam nosti) ac siquidem juste, odoretur a vobis Deus odorem suavitatis; sin autem injuste, hanc noxam vobis Dominus condonet. Sic enim me de vobis loqui æquum est, quandoquidem injurias acceptas ferre jubemur. Ceterum ut penes vos est voluntatis vestræ potestas, sic mea quoque penes me est. Non ultra vobis gravis erit ille Gregorius. Ad Deum secedam, qui solus purus est & a fraude alienus; in me ipsum colligar. Hac mihi ipsi consului. Bis enim in eumdem lapidem impingere, vecordibus solum tribuit parœmia. Hactenus ad Bosphorium Gregorius.

Gregorius fugit in solitudinem.

C. Quidni hoc faceret Gregorius, cui nulla spes amplius, vivente Anthimo sedis Sasimorum invasore, ut Sasima vel saltem inviseret, relicta erat, cum & ille occupasset redditus omnes, adeo ut nec cibus adesset, quo vesceretur, nec alio aliquo modo sibi illum comparare posset? exprimit quidem hæc ipse eleganter illis versibus (c):

Cur Gregorius non adivit Sasima.

(c) Gregor. Naz. in carm. de vita sua.

Quid facere, quæso, per Deum, par hic erat?
Retinere sedem? tam graves ferre impetus?
Telis feriri? sordidis immergi luti?
Cum nec ubi senium ponerem locus foret,
Tectis subinde sed meis extruderet:
Nec panem haberem, quem ministrarem hospiti,
(Ut rector ipse pauperis pauper gregis)
Nec quid labore consequi possem meo,
Viderem, &c.

Unde accidit, ut ne invisere quidem Sasima ipsi licuerit. Quamobrem & hæc idem inferius.

Datam quidem mihi Sasimensem Ecclesiam
Non attigi; sic ut sacrum nec unicum
Illic obirem, jungerem uni preces meas
Cum plebe, cuiquam vel manus imponerem.

Hæc quidem Gregorius, haud contemnens sedem exiguam, ut haberet maximam, omnibus penitus carere cupiens; sed quod vilis sane causa videretur, nec digna ut inter Catholicos, eo potissimum tempore, tot tantaque miscerentur certamina: non enim hæc agebantur pro salute animarum, aut fide Catholica tuenda, quorum quisque causa in hostes alacris deberet irrumpere: Anthimus enim Catholicus erat; sed quod ditionis tantum suæ defendendæ causa inter Episcopos ejusmodi implacabilia dissidia fuerant concitata, magis magisque augenda illa fuissent, si obstinata mente illic, Anthimo invito, contradicente, minante, bellumque ciente, consistere statuisset. Inter hæc igitur tot tantaque discrimina, in solitudinem secedere ad tempus saltem, sibi visum est optimum; sed haud diu licuit solitarium agere: accersitus enim coactusque est patris nonnihil subirascentis imperio, quod ipse testatur his jambis (d):

Gregorii fuga in solitudinem.

(d) Gregor. Naz. in carm. de vita sua.

Quid dicam? & omnem quo tibi pacto meum

Pan.

Pandam dolorem? Pungor hic rursus, fugam
Conscisco rursum, ac celer montem peto,
Dulcesque furtim persequor vitæ genus.
Quid juvit hoc me? Non enim constans eram
Profugus: in aliis rebus at firmus licet,
Ignavus hic sum, patris haud iram fero:
Ac primo tentat Sasimis me figere.

CI. *Gregorius a patre revocatur ad curam Ecclesiæ Nazianzi.* His autem cum dictis ex causis Gregorius patri minime acquiesceret; ille neque quem sibi obtemperantem revocaverat a solitudine, nimia faceret asperitate iterum in eremum perfugam, aliud animo consilium agitat, nempe ut demulceat filium, ac precibus agat, suadeatque curæ pastoralis coadiutorem sibi senio jam fatiscenti assistere. Ad hæc persuadenda non defuerunt seni verba gestusque ad deliniendum quemvis licet animo durissimum comparata. At qualia ista fuerint, jucundum fore putamus ab ipso Gregorio hæc cuncta carmine præcinente audire, cum ait (a):

(a) Gregor. Naz. in carmin. de vita sua.

Quod cum negarem pertinax, cursum alterum
Tenet, rogatque sede ne maneam infima,
Sed collaborem (namque erat gravis admodum
Ætate) pondus & levem promptus suum.
Manusque tendit, at meam barbam simul
Capessit, ad me vocibusque his utitur:
O care fili, te pater supplex rogat,
Senex vigentem, dominus & famulum suum:
Natura enim te & lex duplex subdidit mihi.
Non posco nummos, non lapillos fulgidos,
Agrosve, mollis quicquid & luxus jubet,
Cupio te Aaroni jungere, atque Annæ suto,
Ut præpotenti semper assistas Deo.
Te, qui dedit, habet, nate, ne spernas patrem:
Sit solus ille sit tibi facilis pater.
Honesta posco: sin minus, pater petit.
Nondum tot anni sunt tui, quot jam in sacris
Mihi sunt peracti victimis. Da quod peto &c.

Verba Gregorii senioris ad Gregorium filium.

multis enim illud ipsum inculcat argumentis, quo Gregorium domi sistat, qui sibi comminister assisteret.

CII. *Gregorii natalis tempus.* At cave lector, hyperbolem in historia; in preceps enim ferreris currens, nisi ubi vestigia figas, caute consideres. Quidnam est dicere, plures habuisse annos in Episcopali functione Gregorium seniorem, quam Gregorius filius ætatis esset; nisi necessario affirmare, ipsum genitum esse, cum jam pater esset Episcopus? Quam enim caro pretio sibi emerent ejusmodi exemplum tum recentiores Græci, tum Latini incontinentes, atque ii potissimum qui a fide Catholica exulant hæretici cœlibatus hostes? Cæterum id hyperbolice dictum esse; etsi aliæ rationes ad manifeste probandum deessent, illud perspicue omnino demonstrat, quod generare filios in Episcopatu, procul a moribus legibusque Ecclesiasticis esset, tamque in Occidentali, quam etiam in Orientali Ecclesia, hoc potissimum sæculo, firmiter custoditum; quod quidem certum exploratumque haberi, quæ primo Annalium tomo, ubi de his fusius actum est, aliisque in locis sæpe dicta sunt, luce clarius manifestant. At quonam modo vel fingi potest, Gregorium seniorem adeo ignominiose leges Ecclesiasticas proculcasse, quem etiam adhuc Ethnicum virtutibus egregie excultum Gregorius filius prædicat, factumque Christianum omni studio mores fidei adæquasse (b) commendat? Vel quonam pacto ejusmodi suorum natalium labem sic ipse Gregorius propalare non veritus esset, quæ divinitus accidisse tantopere prædicat (c)

(b) Gregor. Naz. orat. in fun. patris.
(c) Gregor. Naz. in carm. de vita sua & in carm. de reb. suis.

CIII. Sed & præter hæc quæ sufficere satis possent, fortiori adhuc argumento res tanta demonstranda est. Revocemus itaque orationem ad ipsius Gregorii junioris ætatis annos; ut ex his, ratione numeri recte subducta, intelligere valeamus, ipsum non solum ante parentis Episcopatum natum esse, sed etiam antequam ille fieret Christianus. Testatur namque ipse de se; cum Athenis esset una cum Basilio, se fuisse ætatis annorum triginta; ait enim (d):

(d) Gregor. Naz. in carmin. de vita sua.

Nam tempus ingens fluxerat jam in litteris,
Triginta & annos pene tunc exegeram.

Erat autem id tempus, quando Julianus Apostata (ut idem Gregorius tradit e) Athenas se contulit, nempe Consulibus Constantio septimum & Gallo tertium, est is annus Domini trecentesimus quinquagesimus quartus, ut superius suo loco demonstravimus. Quod si tunc erat Gregorius annos triginta natus; fateri opus est, natalem ejus contigisse anno Domini trecentesimo vigesimo quarto, nempe anno ante Nicænum Concilium, quo tempore Gregorius parens Ethnicus adhuc erat; quem baptizatum fuisse idem Gregorius minor tradit eo tempore, quo celebratum est ipsum Nicænum Concilium, nempe anno Domini trecentesimo vigesimoquinto. Quanto autem tempore vixerit laicus, antequam initiaretur sacris ordinibus, vel postea eligeretur Episcopus, igno-

(e) Ammi. Marcellin. lib. 15. & Gregor. Naz. orat. in Julian.

Ætas Gregorii Nazianzeni.

ignoraret. Ut plane intelligas, longe abeſſe, ut parente Epiſcopo ipſe Gregorius naſceretur; ſi præſertim his conſuntientia jungas quæ habet idem ipſe Gregorius in oratione habita in funere patris, ubi adeo manifeſte natalem ſuum recenſet, antequam pater initiaretur ſacro baptiſmo. At hæc de his ſatis. Erat igitur Gregorius hoc anno, ſecundum initam a nobis ejus natalis temporis rationem, ætatis annorum quinquaginta & unius, pater vero agebat in Epiſcopatu annos circiter quadraginta tres, vel quatuor; qui (ut dicemus) functus jam Epiſcopatu annis quadraginta quinque ex hac vita deceſſit.

CIV. Quo conditione Gregorius ſuſcepit regimen Eccleſiæ Nazianzenæ.

Tunc temporis igitur ipſe Gregorius Saſimorum Epiſcopus, quod in ſede ſua agere minime ſibi conceſſum eſſet, poſt fugam (ut dictum eſt) revocatus patris imperio, ipſi roganti inhæſit in Epiſcopalibus functionibus adjutor; ea tamen lege, ut quoadeſque pater viveret, ipſi inhæreret, poſtea vero, quo vellet, liberum eſſet abire; quod ipſemet in primis in Vita ſua his Jambis expreſſit, ubi egit de patre rogante, cui tandem ipſe aſſenſus fuerit:

Hæc cum audiſſem: jamque, Sol nubem velut,
Mens depuliſſet nonnihil pondus grave:
Quid fit? meorum & quæ malorum clauſula?
Sic cogitavi, nil mihi hinc damni fore,
Adusque ſolium vota ſi explerem patris.
Nec enim, inquiebam, me reluctantem iſta res
Stringet, liget me nulla cum promiſſio.
Sic me reduxit obtinens palmam timor.

Hæc de animi ſui conſilio Gregorius, quod & publica concione etiam omnibus notum teſtatumque voluit.

CV. Cum enim ipſe Nazianzum rediiſſet, illam coram patre publice habuit orationem, cujus eſt exordium: *Os meum aperui & attraxi ſpiritum;* quam hoc ipſo tempore ab eo dictam eſſe, non autem antea, poſt priorem fugam, ſcito: licet enim ex ea fuerint aliqua ſuperius recitata ad declarandum mentis ejus juge propoſitum; ex iis tamen quæ idem ipſe habet in carmine de Vita ſua, ad hæc ipſa tempora eadem oratio eſt neceſſario referenda, qua primo de illata vi queritur, ſed quanam? audi: *Vis*, inquit, *nobis illata eſt, fratres & amici (veſtram enim fidem, ſi non eo tempore, nunc certe implorabo) vim iniquam nobis attulit tum patris ſenectus, tum amici, ut leviter dicam, benignitas. Ac mihi, quæſo pro veſtra quiſque facultate opem afferte, ac manum porrigite oppreſſo, atque a cupiditate & ſpiritu valde diſtracto: Illa fugam ſuadet & montes & ſolitudines, & corporis animique tranquillitatem, & cætera: Hic contra, ut in medium prodeam, hortatur, publicæque utilitati conſulam.* Ac poſt alia demum conteſtatur, ſe ejus ſedis ſuſcipere miniſterium, quouſque pater vivat, poſtea autem, quo velit, ſibi migrandum; ait enim: *Proinde nunc quidem cum præclaro parente curam hanc ſuſcipere non recuſo, veluti magnæ aquilæ & altiſſime volanti pullus non incommodus e propinquo advolans. Poſtea vero pennam meam ſpiritui, quo volet, & quomodo volet, ferendam dabo; nec quiſquam erit, qui me cogere, aut aliorſum traducere poſſit cum eo conſultantem. Nam etſi paternis laboribus ſuccedere dulce eſt, ac noto & familiari gregi præeſſe jucundius eſt, quam externo & alieno, addam etiam Deo carius (niſi me amor fallit, & mentem eripit conſuetudo) non tamen conducibilius eſt, nec tutius, quam ut volentes volentibus præſint; quandoquidem neminem vi duci vult lex noſtra, ac coacte & non ſponte gubernari.* Et paulo poſt ad populum: *Hæc*, inquit, *habui, viri Nazianzeni, quæ ſimplici animo benevolentiæ pleno ad vos dicerem: habetis occultum animi mei conſilium, &c.*

CVI. Gregorius an fuerit ordinatus Epiſcopus Nazianzi.

At illud de Gregorio plane accidit admiratione dignum, quod omnes ipſum Epiſcopum Nazianzenum affirment, hæcque opinio apud omnes ferme adeo invaluerit, ut nec ea de re dubitandi ſaltem locum admiſerint. Et quid mirum ſi poſteri eo errore lapſi ſunt, cum hoc ipſum crediderint homines hujus temporis, iique præſertim, qui in Concilio Conſtantinopolitano eidem refragati ſunt, dicentes ipſum trium ſedium Epiſcopum eſſe, nempe Saſimorum, Nazianzi, atque Conſtantinopolis? Cum igitur id de eo creditum atque ſcriptum appareat, & ejuſmodi cauſa eo ſtatu collocata eſſe videatur, ut contrarium teſtem admittat neminem, in aliorum quoque ſententiam & ego pedibus irem, niſi (quod inſtar omnium eſt, & plus omnibus æſtimari debet) ipſemet Gregorius contrarium affirmaret. Quis enim contra S. Hieronymum (*a*) (ut omittamus Gregorium presbyterum auctorem Vitæ ejus, itemque Ruffinum (*b*), Socratem (*c*), Sozomenum (*d*), & alios fere innumeros) id affirmare auderet, niſi fortiori certiorique fide eſſet de adverſantium errore perſuaſus? Ipſe enim Gregorius Nazianzenus cum in primis expreſſe conteſtatus ſit publica oratione (ut modo dictum eſt) ſe ad tempus, uſque ad obitum videlicet patris, illam præfecturam adminiſtraturum fore; poſtea vero alio ex voluntatis arbitrio migraturum; plane conſtat, nequaquam fuiſſe ordinatum ejus

(*a*) Hieron. de Script. Eccl. in Gregor. Nazianz.
(*b*) Ruffin. l. 2. c. 9.
(*c*) Socrat. l. 3. c. 35.
(*d*) Sozom. l. 6. c. 17.

Eccle-

Gregorius ad breve tempus Nazianzenæ Ecclesiæ præfuit adjutor.

Ecclesiæ Episcopum: temporariæ enim & conditionales Ecclesiarum præfecturæ nequaquam conferri solebant. Quid amplius. Si ipsius pater ejusdem Ecclesiæ agebat Episcopum, ut ex locis nuper citatis satis evidenter colligi potest: quonam pacto, quæso, accidisse potuit, ut ejusdem Ecclesiæ uno eodemque tempore duo simul præfecti essent Episcopi, refragante præsertim Nicæno canone, qui ordine habetur octavus? Insuper quid manifestius dici potest, quam quod ipse Gregorius Nazianzenus ad Gregorium Nyssenum scribit, cum de subrogato Eulalio in locum patris sic ait (a): *Inter omnes enim constat, me non Nazianzi, sed Sasimorum Antistitem creatum fuisse; tametsi patris reverentia, & eorum qui supplices hoc a me contenderunt, ad breve tempus præfecturam quasi hospites acceperimus*. Nimirum administrationem ejus Ecclesiæ ad modicum tempus, usque scilicet ad patris obitum; quem haud diu post supervixisse ab hoc tempore, non tantum hic Gregorius significare videtur, sed & in carmine de Vita sua iisdem ferme verbis ad Jambi metrum accommodatis affirmat:

(a) Gregor. Nazianz. epist. 42.

Ut hospitem alienæ brevi me tempore
Gessisse curam non nego.

CVII. Sed & ad Philagrium scribens, cum ab eo redargueretur, quod post mortem patris Ecclesiam reliquisset Nazianzenam, sic se excusat (b): *Quod si Ecclesiam relinquere periculosum est, ut scribis; quam tandem? si nostram, recte dicitis, eamque ipse nostra; si vero nihil ad nos attinentem, nec nobis assignatam atque decretam; culpa vacamus. Quod si idcirco tenemur, quia ipsius curam aliquantisper gessimus; multi utique alii eadem ratione tenentur, quotquot nimirum hospitum curam habuerunt*. Hæc ipse; ex quibus illud exploratum perspicuumque redditur, Gregorium nequaquam creatum fuisse Episcopum Nazianzenum, sed ad breve tempus, patre vivente: eo vero paulo post ex hac vita decedente, Gregorium pariter administrationem cessisse. Quando autem id contigerit, dicemus anno sequenti: interlapsus enim putatur annus, ex quo Gregorius rediit Nazianzum, usque ad obitum patris. Sed quod de Sasimorum Ecclesia nulla posthac mentio habeatur; id inde evenisse existimamus, quod Anthimus alium Sasimis, quæ sibi vendicasset, Episcopum ordinaverit; & Basilius ad dirimendas Ecclesiæ controversias inter Catholicos periculoso illo tempore obortas, Anthimo pugnaci homini loco cesserit. His de Gregorio atque Basilio enarratis, ad res gestas Valentis Imperatoris jam revocemus orationem.

(b) Gregor. Nazianz. epist. 63.

Altercationes de Sasimis sublatæ.

Meminisse oportet, dictum esse anno superiori, ipsum se Antiochiam contulisse, nonnihilque Ecclesiam illam vexasse, atque inde peregrinatum esse in superiorem Syriam, inventosque ibi Catholicos dire exagitasse, quod hoc ipso anno contigisse videtur. Nos vero de his in primis quæ facta sunt Edessæ, agere aggrediamur, & primum de causa Valentis in eam civitatem profectionis; de qua sic Socrates (c): *In ea civitate templum magnificum & egregium est S. Thomæ Apostolo dedicatum, crebraque hominum multitudo eo propter loci sanctitatem confluit; quod quidem Valens videre cupiens, illuc contendit*. Quid autem egerit, cum frequentem Orthodoxorum multitudinem eo accedentem conspexisset, idem auctor narrat, necnon Sozomenus, cujus hic verba reddemus; ait enim (d): *Qua in urbe omnibus Ecclesiis Orthodoxorum ablatis, cum vidisset populum Ecclesiæ Catholicæ in campo ante civitatem conventus egisse, dicitur verbis contumeliosis Præfectum generalem arguisse, & pugnum in maxillam ejus inflixisse, propterea quod contra suum mandatum ejusmodi conventus fieri permis-* CVIII.

(c) Socrat. l. 4. c. 14.

Quid in Edessæ Ecclesiam Valens.

(d) Sozom. l. 6. c. 18.

PAGIUS

III. Ad num. CVIII. Scribit Baronius, cum Valens Antiochia recedens in Syriam superiorem peregrinaretur, *Edessam profectum*, Orthodoxos ibidem variis modis afflixisse. Verum *Valens* Augustus ante anni insequentis initium Antiochiam non pervenit. Substitit itaque Constantinopoli ad mensem saltem Maium. Nam in ea urbe VIII. Kal. Feb. dedit Legem Cod. Theod. 7. *De censu ad Modestum Pf. P.* Dein XII. Kal. Feb. dedit ibidem Legem 2. Cod. Justinianei *De sententiis ex periculo recit*. Tum tertio Id. Feb. Legem Cod. Theod. 14. *De navicularis*. VII. Id. April. Legem ejusdem Codicis 1. *De consulat. arit*. Et denique Kal. Maii Legem ejusdem Codicis 14. *De annona & tributis*. Quæ omnia rescripta Constantinopoli hoc anno a Valente data, & ad Modestum Præfectum Prætorio directa. Inde *Valens* discedens *Ancyram* Galatiæ primariam venit, ubi tertio Idus Julias emisit Legem Codicis Theod. 76 *De Decurionibus*, ad Modestum Pf. P. Quo postea Valens profectus fuerit, incompertum. Eum tamen neque Cæsaream, neque Antiochiam se contulisse, certum. Cæsareæ enim hoc anno esse non potuit Valens, cum, ut anno præcedenti ostendimus, in eam urbem venerit mense Januario, quo mense hoc anno adhuc Constantinopoli constitit. Præterea Valens ea urbe Antiochensi Cæsaream abiit, ut anno superiori ostendi. Antiochiam autem ante anni insequentis initium non pervenit, ut tunc demonstrabo. Quare pro certo tenendum, hallucinatos esse Viros doctissimos, qui scripsere, *Valentem hoc anno Cæsaream profectum esse, & Basilium jam Episcopum ad suam sectam pertrahere conatum esse*. Id enim longe post hunc annum factum. De persecutione Ecclesiæ Edessenæ agemus anno sequenti.

Valens Antiochiam hoc anno non pervenit.

(a) Theod. l.4. c.16.

Egregium exemplum mulieris Christianæ.

(b) Sozom. l.6. c.18.

missset. *Ac eidem Præfecto* (inquit Theodoretus *a*) *cui Modestus nomen erat, imperat, suos milites qui tributa solebant exigere, in unum cogat, & reliquas copias quæ aderant, assumat, quo multitudinem congregatam dissipent, virgis fustibusque cædant, & aliis instrumentis bellicis, si opus sit, castigent. Itaque Præfectus prima luce imperatum facit. Qui dum per forum transibat, mulierculam infantem gestantem manibus & admodum properantem videt: Quæ* (inquit Sozomenus *b*) *præ celeritate amiculum, contra quam sexum muliebrem deceret, negligenter sibi circumjecerat: nam militibus omnibus contemptis, primum eorum perrupit agmen; quandoquidem animus ejus divino amore succensus hominum violentiam nihil extimuit; sed hujusmodi terrores pro risu habuit ac ludibrio. Quam tum conspicatus Præfectus, cum quid factum esset, intellegeret, eam jubet ad se adduci; rogat quo se conferre velit. Tum illa: Cognovi, inquit, insidias contra famulos Dei paratas, & in animo est ad fratres fide mecum consentientes contendere, magno flagrans desiderio cædem a vobis intentatam una cum illis subeundi. At infantem, inquit Præfectus, quorsum tandem tecum fers? Ut mecum, inquit, mortis optatissimæ particeps fiat. Quæ cum Præfectus a muliere accepisset, & ex ejus animo aliorum omnium alacritatem perspiceret, refert ad Imperatorem, & cædem illis frustra illatum fore, docet: Nam & ipsi, inquit, nihil præter dedecus inde consequemur, & eorum tamen propensum ac paratum studium haudquaquam extinguemus.* Hactenus de his Theodoretus & alii.

CIX. Barsæ Episcopi Edessæ exilium.

(c) Theod. l.4. c.15.

At de Edessæ Episcopo jam ante adventum Valentis in exilium misso, aliisque ejusdem Ecclesiæ clericis tunc exulare jussis atque male habitis, hæc idem scribit Theodoretus (*c*): *Barsen præterea, cujus gloria etiam hoc tempore perillustris est non Edessæ solum, quam gubernabat, & in civitatibus ei finitimis, verum etiam in Phœnicia, Ægypto, & Thebaide (per has namque nationes universas fama ejus propter virtutis splendorem permanaverat) primum Valens Aradum insulam incolere mandavit. At ubi intellexit infinitas hominum multitudines ad eum confluere (etenim Apostolica repletus gratia morbos verbo depulit)* Oxyrinchum, *quod est oppidum Ægypti, relegavit. Rursum postquam ejus gloria omnes etiam eo frequentes pertraxit, ad castellum misit in extremis oris illius regionis positum, vicinumque barbaris, qui illic habitant, cujus nomen Phœno est. Valens senem illum, idoneum sane regno cælorum incolam, abducendum curavit. Ferunt ejus lectum in Arado insula ad hodiernum diem remanere, multa sane honore decoratum: nam multi morbis vexati, ubi in eo decubuerint, ad integram valetudinem per fidem restituuntur.*

CX. Lupus Arianus Episcopus Edessæ.

Valens autem, grege pastore orbato Lupum in pastoris locum substituit. Et quoniam omnes, urbe relicta, extra mœnia conventum agebant; ipse Edessam proficiscitur. Ubi viso spectaculo multitudinis Orthodoxorum in agro convenientium, flagrantique studio martyrium expetentium, uniusque mulieris illius perculsos exemplo, sicut abstinere præcepit a nece populi, ita in Ecclesiæ ministros qui aderant, iram convertit. Quid autem in eos decreverit, idem auctor sic narrat (*d*):

(d) Theod. l.4. c.16.

Ejus Præsides (Presbyteros dico & diaconos) jubentur abduci, & alterum e duobus præstare, nempe vel communicare cum Lupo, vel in ultimas Imperii oras relegari. Itaque ut primum omnes in unum Præfectus coegerat, leni & blanda oratione conatur persuadere uti legibus Imperatoris morem gerant: Num est, inquit, extremæ dementiæ, ut pauci homines Imperatori tam multis atque præpotentibus viris moderanti resistant. At quoniam omnes taciti constitere, Præfectus Eulogium, eorum presbyterum primarium, virum sane magna laude prædicandum, sic alloquitur: Cur tandem non respondes ad ea quæ modo dixi? Sane inquit, non putabam, me minime rogatum, quicquam debere respondere. Atqui, inquit Præfectus, multa verba feci, quo vos ad ea quæ sunt vobis emolumenta futura cohortarer. Tum Eulogius: Est, inquit, tua ad omnes habita oratio, & propterea absurdum certe putavi, ut ipse, aliis a respondendo exclusis, solus responderem. Verum si a me libet quicquam sciscitari, non te celabo quid sentiam.

CXI.

Octoginta confessores exules.

Cui rursus Præfectus: Proinde, inquit, communica cum Imperatore. Ad quem Eulogius dissimulanter quidem, sed valde facete respondit. Numquid cum imperio est etiam sacerdotii dignitatem consecutus? Præfectus igitur intellecta ironia, cœpit graviter succensere, convicia in presbyterum jacere, & hæc quoque verba addere: Non istud dixi, o stupide: sed vos uti quibuscum communicet Imperator, cum iisdem communicetis, hortatus sum. Atque simul ut senex dixerat se habere pastorem, cujus nutum sequerentur, Præfectus octoginta pariter comprehensos in Thraciam amandavit. Irrumpentibus enim (ut dictum est) in earum regionum partes Gothis, insanienteque Athanarico eorum Rege in Christianos, ad necem potius, quam ad exilium iidem missi esse videbantur. *Qui cum abducerentur* (subdit Theodoretus) *in exilium, cultu & observantia summa dignati sunt. Nam civitates & pagi processerunt illis obviam, & maximum honorem, utpote invictis Christi athletis, deferunt. Sed adversarii invidia armati referunt ad*

Im-

Imperatorem, idem ipsum quod hisce hominibus dedecori fore putabatur, summum honorem attulisse. Qua re cognita, Valens dat mandatum, ut bini dumtaxat simul eant, & pars in Thraciam, pars ad extremos Arabiæ fines, alii in quædam Thebaidis oppidula dispergantur. Ferunt

Eulogii & Protogenis exilium.

autem, crudelissimorum quorumdam opera, tum eos quos natura conjunxerat, distractos fuisse, tum qui fratres erant, ab se mutuo segregatos: Eulogium vero, qui aliis præfuit presbyteris, & Protogenem secundum ab eo, in Antinoem, quæ est in Thebaide, relegatum; quorum virtutem oblivione obrui non sinam.

CXII. *Postquam enim compererunt Episcopum illius urbis eamdem secum fidem amplexantem, Ecclesiasticis conventibus communicarunt illi quidem; sed cum viderent paucos admodum in unum coeuntes, & civitatis habitatores Gentiles esse accepissent, doluerunt certe plurimum, ut par erat, & eorum infidelitatem graviter lamentati sunt; attamen non satis esse censuerunt dolore propterea tangi; sed quoad poterant, eorum animos sanare laborarunt. Nam sanctus Eulogius in cella conclusus, dies noctesque totas universitatis gubernatorem Deum oravit. Protogenes autem vir apprime admirabilis, in litteris educatus ab Eunomio, & in celeriter scribendo exercitatus, cum locum reperisset idoneum, ludum aperuit, & pueris docendis operam dedit, atque eos non modo exercuit ad celeri manu scribendum, verum etiam sacra Dei eloquia edocuit. Nam hymnos Davidis, tanquam dictata, illis proposuit; & eas Apostolicæ doctrina scatentias, quas eorum ingeniis accommodatas putabat, ediscendas tradidit.*

CXIII. *At cum unus ex pueris in morbum esset delapsus, venit ad domum ejus, & dexteram ægrotantis tangens, precibus morbum depulit. Qua re intellecta, aliorum puerorum patres eum ad suas quoque ædes*

Protogenes convertit Gentiles ad fidem.

deducunt, orantque ut liberis morbo vexatis opem ferat. At ille respondit, se non prius Deum deprecaturum uti morbum depellat, quam qui ægrotaret baptismi lavacro tinctus esset. Cui rei a patribus libenter assensum est: nam sanitatis desiderium eos ad istud faciendum impulit; & simul tum animo, tum corpore sanati sunt. Verum siquando quemquam ex numero ægrotantium ad divinam Spiritus Sancti gratiam recipiendam induxisset; eum ad Eulogium deducit, pulsat ostium, orat uti tum aperiat, tum sigillum Dominicum ei, quem verbo Dei ad fidem traxisset, imponat. At cum Eulogius ægre ferret, velut precibus interruptis; tum Protogenes: est, inquit, errantium salus magis necessaria. Itaque mirari omnes Protogenem, cum eam hujusmodi miracula edere, & tam multis lucem divinæ cognitionis impertire cernerent, primas Eulogio concessisse, & eos quos verbo Dei ceperat, ad illum deduxisse. Merito igitur multo majorem præstantioremque virtutem in eo esse suspicati sunt. Postea vero quam persecutionis tempestas sedata fuit, &

Exules reversi postliminio.

Ecclesiis allata tranquillitas, istique duo jussi domum reverterunt; omnes eos producere, lamentari eorum discessum, lacrymas fundere cœperunt, & maxime omnium Ecclesiæ illius Antistes, quippe qui illis in agro Dominico colendo deinceps careret. Ubi in patriam venerunt; sanctus Eulogius, Barsa illo magno ad vitam nullis aspersam molestiis translato, Ecclesiæ ab eo gubernatæ clavum obtinet. Protogeni autem illi admirabili dabatur in mandatis, uti Charras coleret, urbem sane incultam, & spinis Gentilium refertam, multosque & graves requirentem labores. Atque hæc quidem, pace in Ecclesiis constituta, acciderunt. Hactenus de his Theodoretus. Porro horum illustrium confessorum Barsæ & Eulogii Edessæ Episcoporum, nec non Protogenis Charris Præfecti viget in tabulis Ecclesiasticis (*a*) memoria diversis diebus annotata, quibus ex hac vita eos feliciter migrasse contigit.

(a) Martyrol. Rom. die 30. Januar. 5. & 6. Maji.

Jam quod reliquum est peregrinationis & persecutionis Valentis Imperatoris simul absolvamus: utrumque enim ipse una simul conjunxit, nempe peregrinari & persequi; instarque impetuosi torrentis, per fines quos transiit, omnia devastavit. CXIV.

Quid in Scythiæ Ecclesiam Valens.

Quid autem cum pervenisset in Scythiam, adversus ejus provinciæ Ecclesiam egerit, Sozomenus ita describit (*b*): *Prædicant fideles Scythas simili de causa in ea ipsa fide persistere. Gens ista multas quidem habet urbes, pagos, & castella, sed principatum obtinet Tomis, quæ est urbs magna & opulenta prope mare sita ad lævam, cum quis ad pontum Euxinum navigat. Vetus consuetudo est, quæ ibi etiamnum servatur, ut unus Episcopus totius illius gentis Ecclesiis præsit. Itaque tempore de quo jam loquimur, illas administravit Bretannio, quando etiam Imperator Tomim advenit. Postquam autem accessit ad Ecclesiam, & pro more suo ei persuadere conatus est, ut cum Arianis communicaret; Bretannio constanter admodum apud Imperatorem & libera pro doctrina Concilii Nicæni locutus, recessit ab eo, & ad alteram Ecclesiam se contulit; quem populus quoque secutus est. Fere autem ab universa civitate eo concursum est, partim quo Imperatorem viderent, partim quo aliquid novarum rerum cum molesturum expectarent.*

(b) Sozom. l.6. c.21.

CXV. *Valens igitur cum suis derelictus, illud velut contumeliæ loco factum, graviter tulit; atque Bretannionem comprehensum*

Volens vestrus Scythas, revocat eorum Episcopum ab exilio.

sum in exilium deduci mandavit; quem non multo post denuo reduci permisit. Nam cum videret, credo Scythas Episcopi exsilium iniquo animo pati, non parum veritus est, ne novis rebus studerent; quos quidem & fortes esse sciret, & ipso locorum situ Imperio Romano necessarios, quippe qui impetum barbarorum illam Orbis partem incolentium propulsarent. Itaque Imperatoris conatus sic a Bretannione compressus est viro cum in aliis rebus spectato, tum ob divinam virtutem adeo insigni, ut etiam ipsi Scythæ laudis testimonium ei tribuerent. His ergo de causis Imperatoris ira in cunctum totius Orbis terræ clerum, Ecclesiis solum Occidentis exceptis, suam vim exercuit. Hactenus Sozomenus. Est celebris Bretannionis memoria in Ecclesia Dei, ex tabulis Ecclesiasticis quolibet anno VIII. Kalendas Januarii rediviva. Successit Bretannioni Gerontius, qui interfuit Concilio Constantinopolitano œcumenico sub Theodosio Imperatore.

CXVI. Eusebii Vercellensis obitus tempus.

Hoc item anno relata habetur in sancti Hieronymi Chronico mors sancti Eusebii Episcopi Vercellensis: nam licet sub septimi anni horum Imperatorum laterculo posita reperiatur; quod tamen idem Hieronymus incipiat numerare annos eorumdem Augustorum ab anno sequenti eorum electionis, in hunc ipsum incidit annum octavum eorumdem Imperii, qui ab ipso septimus numeratur. Cæterum quod in primis ad tempus obitus spectat; haud hæc sine dubitatione pertranseunt; cum tamen absque controversia recipiendum sit, quod idem Hieronymus (*a*) testatur alibi, ipsum Eusebium sub iisdem Imperatoribus ex hac vita migrasse. Quod enim retardare maxime potest animum, ne hoc anno, sed ut longe post præsens tempus putemus Eusebium diem obiisse, illud est; quod S. Ambrosius, qui nonnisi post triennium, anno nimirum Domini trecentesimo septuagesimo quarto creatus est Episcopus Mediolanensis, ad Vercellenses scribit (*b*) litteras, cum adhuc ipsa Vercellensis Ecclesia esset destituta Episcopo successore. Cæterum hæc facile refelluntur, si quis recte consideret, non fuisse epistolam illam ab Ambrosio scriptam, cum vacaret sedes ob mortem Eusebii, sed obitu successoris ejus Limenii, qui reperitur interfuisse Concilio Aquilejensi sub Damaso; cum tamen illa epistola data appareat tempore Siricii Papæ, ipso ortu hæresis Joviniani, ut quæ præcedunt eorumdem Ambrosii atque Siricii epistolæ declarant.

(*a*) *Hieron. de Script. Eccl. in Eusebio Vercellens.*

(*b*) *Ambro. epist. 82.*

CXVII. His de temporis ejus obitus ambiguitate dilutis, de mortis genere pervestigandum est. Haud enim levis est hæc controversia, num re vera martyrio occubuerit, quo titulo in Ecclesia sua colitur, & in tabulis Ecclesiasticis adscriptus habetur; cum tamen S. Ambrosius eumdem sæpe confessorem tantum appellet, immo & a martyrio disertis verbis excludat, cum in nuper citata epistola ad Vercellenses hæc dicat: *Itaque ut S. Eusebius prior levavit vexillum confessionis, ita B. Dionysius in exilii locis propriore martyribus titulo exhalavit.* Hæc ipse. Quid igitur pro priore martyrii titulo Dionysius Mediolanensis Episcopus mortuus dici potest, si & ipse Eusebius æque ab Arianis occisus interiit? Quin si (ut volunt) idem Eusebius ab Arianis impetitus lapidibus necatus est; certe propriore titulo martyrii dicendus erat Eusebius occubuisse, quam Dionysius, qui in exilio positus, absque vi alia adhibita, quievit in Domino. Sed & Gregorius Turonensis (*c*) cum agit de miraculis in ejus ecclesia fieri solitis, confessorem appellat, & inter confessores adnumerat; cum alioqui nec indignus fuerit martyris titulo, secundum veterem loquendi usum, quo (ut superius dictum est secundo Annalium tomo) illi etiam martyres dicebantur, qui fidei causa post confessionem aliquid in corpore passi essent, etiamsi ex illatis pœnis minime contigisset, spiritum exhalare.

Eusebius Confessor a majoribus dictus.

(*c*) *Gregor. Tur. de gloria confes. c. 3.*

CXVIII. Cæterum ipsum etiam præter graves illas, quas exulans passus est ærumnas, post sævam illam sub Constantio factam sanctissimi viri per scalas protractionem, postquam est reversus in patriam, Arianorum insultu, lapidum ictibus morte affectum, monumenta Vercellensis Ecclesiæ docent; quæ eum magis proprio titulo martyrem dicunt; & a confessore distinguunt. Quæ enim sub Bonomio ejus Ecclesiæ Episcopo, & Gregorio Papa XIII. ejus vita conscripta est, hæc de Eusebii martyrio habet: *Aliquot vero post diebus, domum ubi sanctus Episcopus habitare consueverat, Ariani confertissimo agmine veniunt; a quibus is primum raptatus, mox cruciamentis varie tortus, tum lapidibus, quorum aliqui adhuc sanguine aspersi in sepulcro ejus nuper inventi sunt, obrutus, capite confracto, martyrii cursu egregie confecto, superatisque importunissimis religionis Catholicæ hostibus, victor, & rerum cum primis admirandarum nomine maxime illustris, annos octoginta octo fere natus, in cælum migravit ad Dominum, pro cujus divina gloria perpetuo dimicavit.* Hæc auctor, qui & hujus martyrii generis ante recensuit hos astipulatores, Antoninum Archiepiscopum Florentinum, Volaterranum, & ipsius Ecclesiæ Vercellensis Ecclesiasticum officium; quorum omnium testificatione cum illud asseritur, adeo audax facinus Arianos aggredi præsumpsisse, quod Valens Arianus Imperator regnaret, narratæ historiæ fi-

Eusebius a scriptoribus martyr etiam nominatus.

des

des minuitur; siquidem Valens nonnisi Orientis Imperii habenas moderabatur, Occidentis vero Valentinianus, quem omnes veteres historici Catholicum fuisse dicunt. Optassem hæc de martyrii genere ex antiquioribus esse deprompta scriptoribus. Magna enim admiratione sum affectus, quod in his quæ collegit diligens auctor cuncta ejus Ecclesiæ monumenta, & inter alia octo sermones ab antiquis Episcopis in Eusebii anniversariis natalitiis ad populum dictos, aliisque quæ idem Eusebius ab Arianis fidei causa passus fuerit, summo studio in memoriam restitutis; de hujusmodi tamen martyrii genere, quod lapidibus obrutus finem vivendi fecerit, nihil prorsus habeatur, nisi in novissimo tantum illorum; cum alioqui & in aliis sermonibus interdum confessor, & martyr aliquoties appelletur; eo (ut diximus) titulo dignus, quod tormenta & carceres sub Constantio expertus fuerit, etiam si nihil præterea pati contigisset: quandoquidem in primo eorum sermone, qui sub nomine Ambrosii aliquando editus fuit, ex diro illo supplicio, quo per scalas tractus quassatus est capite, & membris confractus, martyris nomen consecutus ostenditur.

CXIX. Eusebius Vercellensis in epitaphio versibus acrostichis martyr dictus.

Sed & in epitaphio ad sepulcrum ejus invenio, acrostichis versibus cum martyrii titulus egregie habeatur expressus; quod autem lapidibus consummarit, ne verbum quidem; dici posse videtur inde martyrii titulus comparatus, quod haud dubium constet ipsum fudisse sanguinem, sed infecisse etiam tunc cruore fracto capite lapideos gradus, vel alios deorsum, ut assolet, in via positos sparsos lapides sanguine conspersisse; quos a suis collectos, & ad sepulcrum, tamquam victoriæ tropæa positos, æquum est existimare, atque etiam asserere poterit, qui affectam de lapidatione sub Catholico Principe historiam, contra Ambrosii sententiam recitatam, haud facile admittendam putarit. Sed quid interest, num illiso lapidibus capite, sparsoque cruore, vel ictibus lapidum fracto itidem capite, fuso sanguine, fuerit Eusebius martyrii titulum consecutus; cum alioqui licet priori illo supplicio & aliis in Palæstina additis pœnis minime contigerit ex hac vita migrare; tamen ipsum dignum titulo martyrii omnis antiquitas prædicet? At de his hactenus: ad hæc enim digressi sumus occasione S. Ambrosii præferentis martyrium Dionysii, qui exul finem vivendi fecit, Eusebio qui in suam Ecclesiam rediit postliminio. Quod autem ad lucubrationes ejus spectat; cum Græcarum æque ac Latinarum litterarum fuerit callentissimus, haud otiosus absque scriptione vitam exegisse creditur, urgentibus præsertim ad hoc eum quotidie adversariis; verum de illis nulla est memoria, nisi de translatione in Latinum facta commentarii Eusebii Palæstini super psalmos, quæ & excidit. Cæterum sic ipse hæretici hominis commentarium Latinitate donavit, ut tamen (quod idem Sanctus Hieronymus (*a*) testatur) quæ ad hæresim pertinerent, omitteret, quæ vero pia sanctaque esse viderentur, acceperit. Sed dolemus nobilissimi ingenii nihil aliud superesse, nisi epistolam illam ad suos e carcere Scythopoli datam, quam suo loco superius recitavimus. Porro ejus memoria tam in Occidentali, quam in Orientali Ecclesia ubique semper clara refulsit, quæ Kalendis Augusti anniversaria celebritate recurrit.

(a) *Hieron. epist. 65. advers. Vigilant.*

CXX. Miracula fieri solita in Ecclesia S. Eusebii.

Quanta autem miraculorum effulserit post obitum gloria, adeo ut oleum lampadum in Ecclesia ipsius ex more ardentium dæmones ab energumenis pellerentur, Gregorius Turonensis certam fidem reddit, dum hæc de eo in libro illo de Gloria Confessorum describit (*b*): *Eusebius Vercellensis Episcopus magnum huic Hilario adjutorium contra hæreses fuit, qui vivere se post tumulos, præsentibus virtutibus manifestat. Nam in die natalis sui cum multi infirmi salventur; energumeni tamen rotatu valido per totam Ecclesiam debacchantes, & nimio confitentes se torqueri cruciatu, elevati in aera lychnos qui ad officium luminis succenduntur, manu verberantes effringunt; de quorum perfusi liquore, illico discedente dæmone, personæ purgantur; scitque tunc populus tot infirmos esse mundatos, quot viderit lychnos effractos. Sed & omnia quæ sub ditione Basilicæ ejus habentur, ita pia protectione conservat, ne exinde quicquam auferatur ab aliquo. Nam videres inter hostes iniquos greges pecorum, jumentorumque, & ovium, nec penitus a quoquam attingi, cum vox sonuerit,* Confessoris hæc sunt Eusebii. *Hujus Sancti reliquias mater mea in oratorio domus suæ locavit. Factum est autem quadam die per hiemem, dum collocutione hilari pro longitudine noctis diutius ante focum, qui multa lignorum strue compositus fuerat, resideret; familia jam dormitante, surrexit, & se lectulo haud procul ab ipso igne locavit. Dormientibus autem cunctis, scintillæ flammarum ad trabes usque conscendunt, de quibus apprehensa una earum valide cœpit flammas spargere; sed credo virtute sancti illius, cujus reliquiæ propinquæ erant, flamma contra naturam desursum incurvata retorquetur; nec ad tectum, ut mos est, extenditur, sed deorsum fluit, ut putares non flammam, sed vellera lanæ de trabe pendere; nec exurebat trabem, nisi tantum ardens per ipsam vagabatur; donec expergefacta mater familias, vocatis servientibus, aqua superposita, restinxit*

(b) *Gregor. Turon. de Glor. confess. c. 3.*

incendium, quo facile omnis domus, cunctis dormientibus, exuri potuisset, si virtus beati defuisset. Hæc Gregorius, atque de Eusebio hactenus.

CXXI. Obitus Luciferi Episcopi Calaritani. Eodem quoque anno, quo Eusebii obitus a S. Hieronymo in Chronico ponitur, æque & ejus gentilis, licet communicatione divisi, recensetur interitus Luciferi Episcopi Calaritani in Sardinia, de cujus obitu superius egimus, cum ejus in schisma lapsum suo loco mærentes deploravimus. De quo tamen cum dicat S. Hieronymus: *Lucifer Episcopus Calaritanus moritur, qui cum Gregorio Episcopo Hispaniarum, & Philone Libyæ numquam Arianæ se miscuit pravitati.* Non sic quidem hæc accipienda quis putet, ut hi dumtaxat ex omnibus Episcopis immunes fuerint ab Ariana hæresi: nam in Occidente vix aliquem Episcopum, præter Auxentium & paucos illos damnatos in Concilio Aquilejæ, fuerit facile reperire, qui ejusmodi fuerit sectator impietatis; sed ita dictum, quod iidem nominati Episcopi abstinuerint a communicatione Episcoporum illorum, qui cum Arianis quantumlibet pœnitentibus communicarant; hoc enim sensu accipienda esse S. Hieronymi verba, quæ superius de Lucifero dicta sunt, manifeste declarant.

Adversus Johannem Arcam, qui Luciferum Calaritanum Episcopum schismaticum Sanctorum numero adscribit. ☞ Quod autem secundum Apostolum, sapientibus & insipientibus debitor sum; hic, ubi agitur de Luciferi obitu, quod contemnens omiseram, addere, impulsus ab amicis, non prætermittam adversus delira prorsus scripta cujusdam Joannis Arcæ natione Sardi, qui dum de Sanctis Sardiniæ insulæ volumen edidit, in tertio ejus libro, ubi agit de Lucifero Calaritano, eum novo miraculo ex schismatico conflat in Sanctum, sed in conflatorio mendaciorum conflator ipse apertissimus falsitatum. Nam in primis cum hæc ait: *Calaritana Ecclesia, in qua mortuus & sepultus, suum tam sanctum venerata Præsulem, natalem ejus celebravit sanctissime, erecto sub ejus nomine prope Calarim templo, in quo sancti martyres jacent Cesellus & Camerinus. Sic enim habet de martyribus istis vetustissimus codex.* Hæc dum dicit ipse, quem citat antiquum codicem, ubi locorum esset, significare debuisset, sed voluit ejusmodi verborum involucro mendacia quæ texuit operire. Sed nolens idem ipse illa detexit, ubi in fine ejus opusculi, cum recitat Kalendarium Sanctorum Sardiniæ Insulæ, ab omnibus hactenus receptum & custoditum, in quo per singulos menses certis diebus Sancti qui ibi coluntur, positi annotantur; cum in nullo totius anni curriculi die viderit legi Luciferum, ad calcem ista ipse addidit temere admodum: *Sanctus Lucifer. Quo mense tamen, nescimus.* Hæc audax homo, addere præsumens Sanctum Kalendario, quod nec ejus loci Archiepiscopo facere licuisset, Sede Apostolica inconsulta. Sed attende quomodo mendacia dum tegit, detegit: Qui nuper dixerat, ac mentitus fuerat, Calaritanam Ecclesiam veneratam esse Luciferum, natalemque ejus sanctissime celebrasse; quomodo non solum quo die celebrandus fuerit ejus Natalis, sed nec quo mense, notum esse, negavit? Sed & si verum esset, quod numquam probare poterit, celebratum ibi natalem Luciferi statim post obitum ejus, & tunc certa sciretur dies, sed intermissa fuerit oblivione deleta; tunc ipsum rogo, dicat, quæ potuit causa intercessisse intermissionis hujusmodi specialis in Lucifero, cum de nullo alio Sanctorum illorum, qui in eadem coluntur Insula, id factum appareat? nisi quod si quando ibi ejus solemni cultu dies natalis fuerit celebrata, eadem jure vetita penitus exoleverit, ut etiam ab omnium memoria omnino recesserit. Verum nec celebratam aliquando, vel semel saltem quis poterit demonstrare, quod ipse asseruit mentiendo. Sed & turpius mentitus convincitur, cum ait, ejusdem Luciferi nomine erectum fuisse templum, ipsi tribuens quod in Martyrum memoriam longe ante Luciferum fuerat ædificatum. Absque memoria autem, sine Ecclesia, inquam, illic peculiares loci Martyres cultos esse, quis dixerit? Porro ab ipsis Gentilibus suis Romæ degentibus, quos de his rogavi, mendax idem conclamatur auctor, atque vesanus, qui ista finxerit de templo Luciferi, quod numquam extiterit. Quod ut credamus, inde magis inducimur, dum & in his quæ ibidem scribit de Vercellensi Ecclesia, reperimus insigniter esse mentitum; ait enim: *Conjuncta Calaritanæ Vercellensis Ecclesia, divinas laudes in hymnis Eusebii persequens, auxilium a Lucifero implorare consuevit, & opem.* At adversus ista adeo falsa reclamat, & exclamat eadem ipsa Vercellensis Ecclesia, querens se pari calumniam. Nam qui & hodie in Urbe est ipsius Ecclesiæ Episcopus Johannes Stephanus Ferrerius, vir præstanti fide atque doctrina, qui res S. Eusebii, & aliorum ejusdem Ecclesiæ Episcoporum digne conscripsit, his auditis, exhorruit, mendaciumque pudentissimum id esse testatus, & detestatus, asseruit nullam mentionem prorsus in Vercellensi Ecclesia de Lucifero, nisi historice fieri, in precibus nullo modo ejus opem, & auxilium implorari. Explosis igitur falsis ab auctore prolatis, exufflemus jam inania ad suam vanam sententiam probandam adducta. Nititur auctoritate Petri de Natalibus qui Luciferum in suo Sanctorum catalogo scripserit; sed non ejus est facultatis, non sanctos sua scriptione reddere sanctos, quem in Notis redarguimus etiam hæ-

hæreticos in illo suo catalogo miscuisse cum Sanctis. Nec sunt majoris auctoritatis quos citat dixisse, Luciferum defunctum esse Catholicum; cum alioqui respectum iidem habuisse potuerint ad successores Luciferianos, qui ex schismate transierunt in hæresim, a qua Lucifer abhorruisse sciatur. Somniat vero cum ceteris qui dixere, Luciferianos non a Lucifero Calaritano esse denominatos, sed a conficto quodam Lucifero Smyrnensi Episcopo, antiquioribus penitus refragantibus, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Ruffino, Socrate, & etiam Marcellino ejusdem scholæ professoribus, ejusdem sæculi scriptoribus, & aliis innumeris hos secutis. Delirat magis, cum ait, Luciferum errorem suum deposuisse in Synodo Alexandrina, quem constat ad illud usque tempus numquam errasse, postea vero schismate deviare cœpisse. Sed & frustra in subsidium S. Hieronymum nominat, quod aliquando Luciferum beatum dixerit: nam ad illa priora Luciferi tempora ipse respectum habuit, cum ille omni gloriæ titulo dignus esset; quem idem paulo post, ab Ecclesia scissum schismate docet, dolens viri tanti naufragium. Quem utinam ostendi posset non errasse, vel de errore palinodiam recantasse. Quam mihi jucundum & optatum foret, offusam caligine stellam iterum suo nitore fulgentem in Regno cœlorum (quod est Ecclesia) cernere; & quod cecidit potius quam occidit Lucifer astrum iterum post mille ducentos atque triginta annos novum inferens orbi Catholico diem conspicere. Sed Dei non hominis arbitrio cœlum hoc vertitur, cujus est (quod ait Sanctus Job *a*) stellas claudere quasi sub signaculo; ipseque *clavis David, qui claudit, & nemo aperit*. Quod autem ad ejusdem Luciferi consortes schismatis pertinet, præcipue vero quod ☞ spectat ad Gregorium, quem Hispaniarum Episcopum nominat; hunc fuisse Episcopum Eliberi, quæ de eo extant scripta in libello Marcellini atque Faustini schismaticorum significant: siquidem hic olim pariter ibi dicitur esse execratus quos & Lucifer detestabatur Episcopos: qua ratione a Catholicæ communionis Episcopis una cum aliis nonnihil exagitatus est; quam ob causam pro eo supplicatum fuit Theodosio Imperatori; qui cum de ipso Gregorio, tum de aliis ad Cynegium in hæc verba rescripsisse reperitur (*b*):

(*a*) *Job. 9.*

Gregorius Eliberinus Episcopus consors schismatis.

(*b*) *Extant in libel. Marcellini.*

CXXII. Quid Theodosius Imp. pro Gregorio, & collegis.

Fisi nulla humanis: Et infra: *Cynegi carissime & pater amantissime, sublimitas tua præceptum nostræ serenitatis, quo Catholicam fidem omni favore veneramur, & sine qua salvi esse non possumus, ita jubeat custodiri, ut Gregorium & Heraclidam* (erat hic Episcopus Oxyrinchi in Ægypto) *sacræ legis Antistites cæterosque consimiles sacerdotes, qui se parili observantiæ dederunt, ab impiorum hominum atque hæreticorum tueatur ac defendat injuriis; sciantque cuncti ita sedere animis nostris, ut cultores omnipotentis Dei, non alios nisi Catholicos esse credamus*. Hæc Theodosius de Gregorio atque sociis, quod pro iisdem querelæ schismaticorum fuissent, ab hæreticis male habitos esse; illos nimirum sugillantium, qui ex Ariana hæresi ad Ecclesiam rediissent. Nam eodem libello explicuerunt hos ab Arianis Episcopis in Ecclesiam receptis multa passos eam ob causam, quod nollent illis communione misceri. Mentio quoque in eodem libello de Vincentio quodam Hispano presbytero habetur, qui etiam eo quod communicare cum hujuscemodi Arianis recusasset, a Lucioso & Hygino Episcopis gravissima passus fuerat: cum (ut eodem libello testantur) iidem cum fustibus in Ecclesiam irruentes, ubi plebs illi commissa convenerat, nonnullos illic occiderint; ex quibus quidam, licet decurionatus honore insigniti, nihilominus in carcerem detrusi fuerint, unusque ex iisdem peremptus. Rursum vero de iisdem addiderunt eo libello, eosdem, cum idem Vincentius cum suis in agro synaxes haberet, in eos irruentes, adeo deturbasse, ut altare sublatum contemptus gratia sub pedibus posuerint idolorum.

CXXIII. Quæ passi sunt schismatici.

Habet libellus & illud, Aurelium quemdam Episcopum, ex eo quod cum dicto Gregorio communicasset, Romæ pœnas dedisse; sed & de Macario presbytero illud additur, eum cum ejusdem esset cum Gregorio communionis, Romam quoque vocatum, fuisse supplicium, atque a Damasi Papæ communione abhorrentem, ab Urbis Præfecto, fuisse exilii sententia condemnatum; atque a militibus acceptam cum perductus fuisset ad Ostia Tiberina, illic animam exhalasse. Meminit & de aliis Luciferianæ communicationis hominibus Romæ male mulctatis a militibus, & ut mentitur, Damaso impellente. Ita plane schismatici illi apud Theodosium agentes, Imperatoris invidiam in Romanum Pontificem concitare studuerunt, sibi vero inde gratiam conciliantes, quasi essent fidei Catholicæ acerrimi defensores; quos scimus (ut superius est manifestissime demonstratum) in sanctissimos probatosque Catholicæ religionis Episcopos plurimas easdemque ingentes coacervasse calumnias. Sæpe enim Romæ (ut vidimus) ejusmodi schismatici ab Urbana præfectura pulsi atque repulsi, indeque diversa loca in exilium acti; cum omni destituerentur auxilio, ex calumniis in diversos consarcinatis sibi patrocinium quæsivere.

CXXIV.

Cæterum quod ad Gregorium spectat, qui ex Theodosii rescripto liber dimissus est; ipsemet in commentario illo,

Gregorius Eliberinus gloriatur de fide sincere servata.

quem de Fide scriptum ad Gallam Placidiam dedit, de incorrupta fide servata, nec umquam communione se pollutum hæreticorum magnopere gloriatur, cum ait (a): *Piam confessionem in nobis ex Dei gratia præstitam sapimus usque ad mortem, auxilio ejus qui præstitit, vindicare sine labe communionis hæreticorum atque prævaricatorum; quia, & Deo teste, metuimus eorum damnationis participes inveniri. Viderit, si quis putat se de eorum societate reum non posse fieri, habens conscientiæ propriæ fiduciam, quia fidem integram vindicat ita, ut numquam ejus fidei prævaricator extiterit. Tamen ego in causa Dei cautius timere compellor; siquidem & de ipsis cautum legimus* (b): *Hæreticum hominem post unam correctionem devita, sciens quoniam perversus est hujusmodi, & peccat, & est a semetipso damnatus. Sed & de pœna prævaricatorum legimus, dicente Isaia* (c): *Et veniet omnis caro in conspectu meo adorare in Hierusalem, dicet Dominus Deus, & procedent sancti, & videbunt membra hominum qui prævaricati sunt in me: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in visione omni carni. Sed & Apostolus ait* (d): *Nolite jugum ducere cum infidelibus: Quin & alibi idem Apostolus post descriptionem malorum: Non solum, inquit* (e), *qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus ea; & multa alia testimonia divina, quibus supradictarum consortium prohibetur. Sed ego hæc ipsa, licet breviter, intimavi; ne nos de vana superstitione credat aliquis nolle communicare cum talibus, quos perspicit per divinam sententiam reprobari.* Ista Gregorius Eliberinus pro sua defensione, causam reddens cur noluit cum Arianis communicare, qui ad Ecclesiam reversi essent: nam de aliis in hæresi permanentibus, nemo Catholicorum ab eo umquam potuit dissensisse. Hæc igitur cum ea Marcellino atque Faustino collega, tum etiam ejusdem ipsius Gregorii scriptis deprompsisse voluimus, ut locus citatus S. Hieronymi in Chronico, quo ait, tum Luciferum, tum Gregorium, & Philonem numquam communicasse cum Arianis, cunctis elucidatus atque perspicuus redderetur.

(a) *Gregor. de fide ad finem.*
(b) *Tit. 3.*
(c) *Isai. 66.*
(d) *2. Cor. 6.*
(e) *Rom. 1.*

CXXV. Porro Gregorius creditur postea saniori menti redditus, duramque austeritatem illam flexisse in Catholicæ observantiæ rectitudinem: nam Orthodoxorum nonnullorum præconiis celebratus habetur; nisi hæc quis dixerit eo turpiter ignorasse; quod affirmare numquam auderem. Quæ autem spectant ad ejus res gestas cum Osio, quas ex eorumdem schismaticorum libello recitat Isidorus; cujusnam fidei sint, superius est demonstratum. Sed & quod de eodem Isidorus ait in Osio, Gregorium fuisse ex numero vindicantium fidem integram; ea verbis S. Hieronymi petenda est verborum horum interpretatio; nimirum significatum, eum aliquando fuisse ejusdem cum Lucifero sententiæ.

CXXVI. Post Luciferi exitum, qui ante illi inhæserant pertinacius in sententia perstitere, ut affirmarent non communicandum cum illis qui Arianos Episcopos vel inferioris ordinis clericos ad Ecclesiam redeuntes, cum honoribus & ordinibus, quibus antea ministrassent, in communionem recepissent; quam quidem quæstionem parvi momenti fuisse ait S. Hieronymus (f), dum verbis, & non rebus a nobis iidem dissentirent, nec dignam quidem ut ab Ecclesia ea de causa se dividerent. Erat autem horum numerus sane exiguus, qui se in Hispaniam receperunt: ibique ut solos sanctos & puros a reliquis omnibus Orthodoxis divisos consedisse, idem S. Hieronymus docet, his verbis (g) per ironiam illis exprobrans, qui se solos mundos prædicabant: *En si Britannias, Gallias, Orientem, Indorum populos, barbaras nationes, & totum simul mundum possidet Satanas; quomodo in angulum universæ terræ Crucis trophæa collata sunt? Nimirum adversarius potens concessit Christo Hiberiam & Celtiberas; luridos homines, inopemque Provinciam dedignatus est possidere.* Quasi hi soli a Christo in hæreditatem fuerint vindicati, qui & veritatis vindices dici volebant. Hos quidem, quod refugerent Catholicorum communionem, nonnihil vexatos esse a vicinis Episcopis, libellus Theodosio datus (ut superius dictum est) indicat.

(f) *Hieron. adv. Luciferian.*
Luciferiani in angulo Hispaniarum collecti.
(g) *Hieron. adv. Luciferian.*

CXXVII. Porro hos ut schismaticos non solum vicini cavebant Episcopi, sed & alii omnes Catholici; cujus rei experimentum præstitit Satyrus S. Ambrosii (h) Mediolanensis Episcopi frater, cum ex Africa in Italiam navigans, ad horum oram maris tempestate delatus, baptismi cupidus exhorruit ab ipsorum Episcopo baptizari; quod & superius, dum de ejus in Italiam ex Oriente reditu egimus, verbis ejusdem Ambrosii enarravimus, deque ejusdem Luciferi obitu egimus, & cujus æstimationis apud posteros fuerit pariter cum luctu ob lapsum ejus ingessimus; ut non sint iterum hic repetenda, ubi de Luciferianis quæ reliqua sunt, tantummodo sermo est. Sed & hi ipsi, licet turbas plurimas in Ecclesiam concitaverint, & apud Imperatores adversus Catholicos obstrepuerint; tamen quod post Theodosium Augustum de Luciferianis nulla sit mentio, eos hoc ipso, quo oborti sunt sæculo extinctos esse putamus.

(h) *Ambr. orat. in funer. fratr.*
Luciferiani rejecti ab omnibus cito extincti.

CXXVIII. Eodem anno Valentinianus Imperator de Scœnicis pœnitentibus, & Christianos fieri cupientibus, ita rescripsit (i): *Scænici*

(i) *l. 1. de Scænic. C. Theod.*

Quid de Scænicis conversis in fine vitæ.

nici, & Scænicæ, qui in ultimo vitæ, necessitate cogente interitus imminentis, ad Dei summi sacramenta properarunt, si fortasse evaserint, nulla posthac in theatralis spectaculi conventione revocentur. Ante omnia tamen diligenti observari ac tueri sanctione jubemus, ut vere, & in extremo periculo constituti id pro salute poscentes (si tamen Antistites probant) beneficii consequantur. Quod ut fideliter fiat, statim eorum ad Judices, si in præsenti sunt, vel curatores urbium singularum, desiderium perferatur: Quo inspectoribus missis, sedula exploratione quæratur, an indulgeri his necessitas poscat extrema suffragia. Dat. III. Idus Februarii Trever. Gratiano A. II. & Probo Coss. Erant Scænici, & Scænicæ servi publici ad lætitiam publicam theatricis spectaculis mancipati. Quod autem legibus Ecclesiasticis veritum erat Christianos theatrales esse; ac proinde qui ejusmodi essent, simulac per baptismum Christiani efficerentur, Scænicum munus exercere amplius non valerent: vetuit Imperator, haud quidem pie, ejusmodi homines nonnisi in mortis articulo baptizari. Vides quam perperam & inconsulte Principes, ea quæ sunt Ecclesiastici muneris, tractare consueverint.

CXXIX. Arufpicina concessa Gentilibus.

Sed his haud justiora idem Valentinianus sanxit, cum licentiam Gentilibus dedit aruspicinam exercendi, dummodo id facerent absque magia, ita ad Senatum ignominiose rescribens (*a*) de impertita colendi deos patrios facultate:

(*a*) *l. 9. de malefic. & mathemat. C. Theod.*

Aruspicinam ego nullum cum maleficiorum causis habere consortium judico, neque ipsam aut aliquam præterea concessam a majoribus religionem genus esse arbitror criminis; testes sunt leges a me in exordio Imperii mei datæ, quibus unicuique quod animo imbibisset, colendi libera facultas tributa est. Nec aruspicinam reprehendimus, sed nocenter exerceri vetamus. Dat. IV. Kalen. Junii Trever. Gratiano A. II. & Probo Coss. Ex his quidem & aliis ab eodem Imperatore Gentilibus concessis indulgentiis factum est, ut ab iisdem ipse fautor eorum superstitionis sit habitus: nam Symmachus in relatione ad ejus filium Valentinianum juniorem missa sic habet in fine: *Eum religionum statum petimus, qui divo parenti culminis vestri servavit Imperium, qui fortunato Principi legitimos suffecit heredes. Spectat senior ille divus ex arce siderea lacrymas sacerdotum, & se culpatum putat, more violato, quem libenter ipse servabat.* Hæc Symmachus pro Gentilicia superstitione causam agens.

CXXX. Permisit & iste, sicut alias, aram Victoriæ in Capitolio stare, illicque Senatores Gentiles sacra facere; licet eum S. Ambrosius, quod tantum nefas ignoraverit, excuset, eum ait (*b*): *Quid respondebis etiam patri? qui te maiore dolore conveniet, dicens: De me, fili, pessime judicasti, qui putasti quod ego Gentilibus conniventiam præstitissem. Nemo ad me detulit, aram esse in illa Romana curia; numquam tantum nefas credidi, quod in communi illo Christianorum Gentiliumque concilio sacrificarent Gentiles, hoc est, insultarent Gentiles præsentibus Christianis, & inviti Christiani interesse sacrificiis cogerentur. Multa & diversa crimina, me imperante, commissa sunt; ultus sum quæcumque sunt deprehensa. Si quis tunc latuit, debet ergo dicere, me probasse quod ad me nemo detulerat? De me pessime judicasti, si mihi superstitio aliena, non fides mea servavit Imperium.* Hæc Ambrosius, & puto quidem rhetorice potius ad deliniendum Valentiniani junioris Imperatoris animum, atque revocandum ne paterno exemplo permitteret Gentilibus aram Victoriæ; quam publico loco expositam, Orbi ob frequentiam accedentium notam, Imperatorem dumtaxat ignorasse, haud fidem invenit. Sed & hoc eodem anno ejusdem Valentiniani rescriptum legitur pro sacerdotibus Gentilicii ritus, quibus privilegiam indulsit, honoremque Excomitibus exhiberi solitum iisdem impertiit, prout ejus rescriptum sub hujus anni Consulibus ad Viventium Præfectum Prætorio datum docet; sic enim se habet (*c*):

Valentinianus permisit aram Victoriæ

(*b*) *Ambros. epist. 30.*

(*c*) *l. 75. de Decurion. C. Theod.*

CXXXI. Favit Valentinianus sacerdotibus Gentilium.

Qui ad sacerdotium Provinciæ & principalis honorem gradatim & per ordinem muneribus expeditis, non gratia emendicatisque suffragiis, & labore pervenerint, probatis actibus, si consona est civium fama, & publice ab universo ordine comprobantur, habeantur immunes, otio fruituri, quod continui laboris testimonio promerentur; liberumque sit corpus eorum ab his injuriis, quas honoratos non decet sustinere: Honorem etiam eis Excomitibus addi censemus, quem ii consequi solent, qui fidem diligentiamque suam in administrandis rebus publicis approbarint. Dat. IV. Kalen. Julii Trever. Gratiano II. & Probo Coss. Et ne quis putet de sacerdotibus hic agi Christianæ religionis, legat ejusdem Imperatoris rescriptum datum item Treveris sequenti anno ad Probum Vicarium (*d*). Sic igitur videas Symmachum, qui Gentiliciæ superstitionis majorem gerebat Pontificatum, jure appellasse Valentinianum seniorem ritus veteris conservatorem; utpote quod (ut dictum est superius, diciturque alibi pluribus) ipse Imp. Valentinianus siverit Gentiles pro arbitrio deos colere. Unde quidem errare eum facile contingeret, qui legens Prudentii carmen adversus Symmachum in fine viderit commendari fidem antecessoris Imperatoris, quod vetuerit sacrificia, cum ait (*e*) *Ille*

(*d*) *l. 77. de Decurion. C. Theod.*

(*e*) *Prudent. l. 2. cont. Symmach.*

Ille Urbem vetuit taurorum sanguine tingi.

Putans ad Valentinianum juniorem esse sermonem illum, quem constat dictum esse ad Honorium imperatorem de Theodosio patre, cujus tempore (ut suo loco dicetur) Prudentius adversus Symmachum scripsit.

JESU CHRISTI ANNUS 372. | DAMASI PAP. ANNUS 6. | VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 9.

I. *Quales Consules Modestus & Arintheus.*

CHristi annus trecentesimus septuagesimus secundus ingreditur una cum Consulatu Modesti atque Arinthei; amboque Consules ex Valentis familia, iidemque fama notissimi, sed diversi inter se studiis fuere: nam horum alter Arianus, ad insequendos Orthodoxos (ut vidimus) Valenti usui erat; alter vero, nempe Arintheus, pius & de Ecclesia Catholica benemeritus. At qualis hic fuerit, dicamus aliqua, & in primis quæ de ejus obitu ex litteris (*a*) S. Basilii datis ad ipsius conjugem consolatoriis produntur; ut cum ait: *Me vero præcipua quædam tristitia replevit recogitantem, quo me vir ille sit honore prosecutus, tum quæ sit Ecclesiis communiter adempta gubernatio:* nimirum quod Arianis quibusdam pulsis, his Catholicos subrogavit; at de eodem rursus inferius: *Erat quidem ille honestus, magnus, celebris, & animi virtutem robore corporis adæquabat, quod & ipse fateor, & utroque nomine excellebat; attamen homo erat, & mortuus est, sicut Adam, sicut Abel, sicut Noe, sicut Abraham, sicut Moyses, & si quem alium ejusdem naturæ consortem nominaveris.* Hæc Basilius. Prævalidus quidem dux erat, de quo plura Ammianus (*b*), & inter alia quod exercitu cohibuisset Persas invadentes Armenos; nam hæc de eo: *Hac clade late diffusa, Armenia omnis periisset, ni propugnatoris Arinthei adventu territi Persæ tam incursare denuo distulissent.*

(*a*) *Basil. epist. 5. in addition.*

(*b*) *Amm. l. 27. in fin.*

II. Per ejus uxorem hunc redditum Christianum, inque vitæ finem baptizatum esse, idem Basilius tradit, cum ait (*c*): *Decessit moriens splendide, nec senectute decrepitus, nec aliqua parte celebritatis suæ diminutionem passus, sed magnus adhuc in præsenti hac vita, & magnus in futura, nec ex præsenti splendore damni quicquam in futura ac sperata gloria expertus; propterea quod in ipso vitæ exitu cunctam maculam lavacro regenerationis accepto purgavit; cujus rei cum illi conciliatrix & operatrix fueris, maximam ex ea consolationem cape.* Hæc quidem de Arintheo hoc anno Consule, Catholicæque Ecclesiæ defensore.

(*c*) *Basil. ead. ep. 5*

III. *Terentii ducis spectata pietas.*

Quoquidem tempore, magna Dei dispensatione, huic sicut pietate non impar, ita & munere haud inferior Terentius extitit, cui (ut idem Ammianus (*d*) est auctor) duodecim parebant legiones, qui sancto Basilio æque familiarissime usus est, ut ex ipsius litteris ad eum datis, de negotiis Ecclesiasticis constat. Horum Basilius vallatus præsidio, invitis non Arianis cæteris tantum, sed ipso quoque Valente Imperatore, non solum in sua Ecclesia tutus agebat, sed & aliis etiam longe positis suppetias prompte ferebat. At hic opportune egregium facinus ejusdem ducis maxime pii ex Theodoreto narrare, pergratum erit, ait (*e*) enim: *Cum Terentius dux longe præstantissimus, & pietatis insignibus egregie exornatus, ab Armenia, erectis victoriæ trophæis, revertisset; Valensque ei imperasset, uti donum aliquod pro labore peteret; ipseque donum quod cupiebat, dignum homine pietatis institutis educato, Valenti indicasset (petebat enim non aurum, non argentum, non agros, non domum, sed ut una ecclesia illis qui pro doctrina Apostolica se in discrimen obtulissent, concederetur) Valens accepto libello supplici, & cognitis rebus quæ in eo continebantur, admodum stomachatus, il-*

(*d*) *Amm. l. 27.*

(*e*) *Theod. l. 4. c. 28.*

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1125. Olymp. 287. an. 4. A.C. 372.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5865.

☉ 17. AG. ☽ 12. P. 8. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 372.

DAMASI PAPÆ 7.

VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP. 9.

GRATIANI IMP. 6.

I. *Consules.* [1] AD num. I. Coss. *Modestus* & *Arintheus*, uterque Orient. ut ex Onuphrio in fastis, & Gothofredo in Prosopographia Cod. Theod. constat.

NOTÆ [1] COss. *Modestus*, & *Arintheus*. Relandus Modesto dat *Domitii* nomen; ut ex Idatio observavit Gothofredus. Vulgati Fasti: *Modesto* & *Arintheo*. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Modesto* & *Arintheo*. Utrique consuli *Flavii* prænomen quidam addunt.

illum dilaceravit, jussitque ut alias res peteret. Terentius vero collectis laceris libelli particulis: Accepi, inquit, jam abs te, o Imperator donum, habeoque, neque aliud petam. Nam quid ego animo instituerim, judicet ille qui hujus universitatis judex est. Hæc Theodoretus. De epistola autem ad hunc ipsum Terentium a Basilio scripta, suo loco agemus, nunc vero de tertia ejusdem Basilii ad Damasum Papam & omnes Occidentales Episcopos epistola missa dicendum.

IV. Tertia legatio Basilii ad Occidentales.

Meminisse debemus, anno superiori ad datas ab eodem Basilio & aliis Orthodoxis Orientis Episcopis ad Damasum & cæteros Occidentis Antistites, ab eisdem officii plenas litteras redditas esse. At quoniam sub Ariano Imperatore Ariani magis magisque adversus Catholicos insolescerent; idem S. Basilius alios rursus Legatos in Occidentem mittit: qua quidem legatione quid ab eis ipse optaret perfici, datis litteris significavit, quas pro certiori rerum notitia hic describemus. Deest illis germana inscriptio, sed tantum, *Ad Occidentales*, titulus ponitur, cum tamen primo loco eas ad ipsum Damasum Romanum Pontificem esse conscriptas, quæ superius dicta sunt atque dicentur, evidentissime doceant. Litteræ autem sic se habent (a):

(a) Basil. epist. 74.

V. Basilii epistola ad occidentales.

Tantum cuique vestrum Dominus Deus noster, in quem speravimus, largiatur gratiæ, ut proposita spe potiamini, quanto ipsi gaudio pectora nostra replestis, cum per litteras quas nobis per desideratissimos compresbyteros nostros scripsistis, tum eo, quod calamitatibus nostris, tamquam viscera commiserationis induti condoletis, quemadmodum nobis prædicti fratres indicarunt. Nam etiam si vulnera nostra eodem modo perseverant, nonnihil tamen inde relevamur, quod paratos habemus medicos qui velocem ac maturam possunt, si detur opportunitas, doloribus nostris afferre medelam. Quapropter jam denuo vos per dilectos hosce fratres compellamus & obsecramus, ne, si dederit vobis Dominus copiam ac securitatem accedendi, invisere nos detrectetis: maximum enim Domini mandatum est infirmorum visitatio. Si vero optimus Deus ac sapiens vitæ nostræ moderator hanc gratiam ad aliud tempus rejecit; saltem scribite nobis, quæ vos cum ad consolationem afflictorum, tum ad erectionem confractorum scribere decet. Plurimum enim jam confracta est Ecclesia, cujus nomine & nos multum in modum contristamur. Non est autem quod aliunde opem expectemus, nisi per vos Dominus, a quibus & sincere colitur, curationem miserit. Hæc præfatus Basilius admonet de Eustathio Sebasteno dolose inter Catholicos agente, cujus ipse Basilius (ut anno superiori vidimus) simulatione deceptus eidem communicationem fuerat impertitus; qua de causa in suspicionem haud levem ac reprehensionem Orientalium Orthodoxorum Episcoporum inciderat. Ne igitur adversariorum calumniis eadem infamia laboraret apud Romanum Pontificem & alios Occidentis Episcopos, prudenter profecto de Eustathio meminit, ejusque scelera commemorans, ejusdem criminum accusatorem agit, atque ait:

VI. Basilius defert Eustathium Damaso & aliis Occidentalibus episc.

Improba quidem & imprudens Arianorum hæresis manifeste ab Ecclesiæ corpore divulsa proprio immoratur errori, parumque nos lædit, propterea quod illius impietas omnibus nota est. Qui vero ovinam pellem induti, mansuetudinem ac placiditatem externe quidem simulant, interne vero gregem Christi crudeliter lacerant; & hoc nomine quod ex nostro gremio progrediuntur, simpliciores facile lædunt; ii sunt perniciosi illi, & qui non ita facile caveri possunt; quos per vestram diligentiam omnibus Orientis Ecclesiis publicari ac manifestari petimus, ut vel recta gradientes sincere nobis conjuncti sint, vel si perversi esse perrexerint, pestem suam sibi ipsis solis contineant, nec posthac per incautam communionem morbum suum vicinioribus affricare possint. Puto te, lector, hæc prudenter attendere, maximi ponderis a Basilio æstimari judicium Apostolicæ sedis, ipsius inquam Romani Pontificis, cujus sententia damnari Eustathium petit, ejusque judicii calculum Orientalibus omnibus innotescere; cum alioqui deterrimus homo in pluribus Synodis fuerit prædamnatus: hæc sane enixius a Damaso Basilius petit, quod probe sciret, illos omnino ab omnibus esse habendos hæreticos, atque vitandos absque aliqua tergiversatione vel controversia, quos ab Apostolicæ primæ sedis Antistite constaret esse rejectos: nam Synodis aliis aliæ adversæ Synodi objici potuissent, & Episcopis Episcopos contradicere, quod autem a summo totius universalis Ecclesiæ Præsule factum esse sciretur, omnes, nisi qui extra Ecclesiam esse vellent, amplecterentur; cum (ut sæpe superius demonstratum est) ejusdem Romani Pontificis Formatarum communione, quis Catholicus, quisve esset hæreticus, tantummodo intelligi posset. Sed cursum ibi Basilius:

VII. Eustathii causa ab exordio repetita.

Necessarium vero est, ut mentionem istorum nominatim faciam, ut & ipsi cognoscatis eos qui nos conturbant & offendicula gignunt, illosque Ecclesiis vestris manifestos, ut vitari possint, faciatis. Quæ enim nos loquimur, multis suspecta sunt, quasi propter privatas quasdam contentiones, metum & pusillanimitatem illis incutere velimus. Vos vero quanto ab his remotiores estis, tanto plus apud plebem habetis fidei; ad quod & hoc accedit, quod ad curandos oppressos adjumento vobis

bis est gratia Dei. Quod si plures quoque unanimes eadem decreveritis; manifestum est, quod multitudo eadem decernentium indubitatam omnibus efficiet dogmatis susceptionem. Est itaque unus ex illis, qui plurimum excitaut turbarum, Eustathius ex Sebastia minoris Armeniæ. Hic olim institutus ab Ario, cum is Alexandriæ florens impias adversus unigenitum Dei blasphemias strueret, sectator illius, & inter selectissimos discipulos connumeratus fuit. Posteaquam vero ad suos reversus, cum a beatissimo Hermogene Cesarea Episcopo propter impiam opinionem condemnaretur; confessionem illi obtulit sanæ fidei, atque ita manus impositionem ab ipso obtinuit. Ubi vero dormitionem accepit Hermogenes, mox ad Eusebium Constantinopolitanum sese contulit: (fuerat hic antea Episcopus Nicomediæ) *qui & ipse nihilominus impium Arii dogma tuetur. Inde postea quibusdam de causis pulsus, ad patriam se recepit, illique denuo erroris purgationem obtulit, sed ita ut celata & obtecta mentis impietate, quandam exhiberet verborum rectitudinem. Mox vero ubi utcumque adeptus esset Episcopatum, anathematismum contra homousion in Synodo Ancyræ habita scripsisse deprehenditur; & ex illa ad Seleuciam profectus, cum illis quos ejusdem habet opinionis, ea gessit, quæ omnes norunt. Constantinopoli vero iterum ad ea quæ ab hæreticis proposita sunt, consensit. Atque ita Episcopatu ejectus, propterea quod jam in Meletina Synodo depositus esset; viam sibi ipsi, per quam restitueretur, excogitavit, eam videlicet, ut ad vos proficisceretur. Quæ vero sint illi a beatissimo Liberio Episcopo proposita, & ad quæ consenserit, nobis clam est, nisi quod epistolam attulit, per quam restitueretur; eam ubi Tyanæ Synodo exhibuit, in suum locum restitutus est.*

VIII. *Iste quidem jam fidem eam, in qua receptus est, depopulatur, cumque illis foret qui homousion anathemate percellunt. Deinde & hæresi patrocinatur eorum, qui Spiritum sanctum spoliant divinitate. Quoniam vero istinc vires accepit lædendi Ecclesias, ac publicandæ impietatis fiducia, quam vos dedistis, ad subversionem multorum usus est; necesse est, ut istinc quoque veniat malorum istorum correctio, scribaturque Ecclesiis; quibus quidem conditionibus ad communionem susceptus sit; simul vero adjiciatur, quomodo jam immutata sententia, gratiam a Patribus qui tunc erant acceptam irritam reddat.* Hactenus de Eustathii causa Basilius, qui eadem plane de eodem habet in epistola ad Patrophilum (*a*). At nemo putet hanc ab eo epistolam scriptam antequam ab ipso Eustathius reciperetur, eo quod nullam ejus rei faciat mentionem: nam

(a) Basil. epist. 82.

cum hac eadem epistola inferius damnandum dicat Apollinarem, cui tunc temporis ipse nesciens communicabat; satis perspectum habetur, illa antea accidisse, quam hæc epistola scriberetur.

IX. Tacuit prudenter de Eustathio Basilius, quod contigit in Nicopolitano conventu, ubi idem Eustathius, edita sincera fidei professione, ab ipso Basilio susceptus fuit, reclamantibus Orthodoxis, ut anno superiori fusius dictum est: idcirco enim ista tacuit, quod jam apud Occidentales communicationis cum Eustathio fuerat in suspicionem adductus; qua ut se purgaret, atque ostenderet Eustathio præ cæteris adversari, tot tantaque adversus eum hac epistola voluit congessisse. Nam ad Eusebium Samosatenum ipse scribens, hæc de Occidentalium conflata adversum se suspicione habet (*b*): *Senior Evagrius filius Pampiani Antiochensis, qui quondam migravit cum S. Eusebio versus Occidentem, rediit nunc Romam, petens a nobis litteras eadem illorum scripta ad verbum continentes: Vicissim retulit quæ nostra non probantur a doctoribus qui illic sunt, & legationem quandam per viros fide dignos jam adornare, ut coram sit occasio nos inspiciendi. Qui nostram doctrinam profitentur, Sebasteni Eustathii improbatæ doctrinæ ulcus retegentes purulentum, petunt a nobis quandam Ecclesiasticam procurationem.* Hæc ipse. Porro Evagrium istum, quem tradit profectum esse cum Eusebio in Occidentem, illo scilicet Eusebio Vercellensi Episcopo, ut alias diximus, eumdem esse cum Evagrio illo putamus, qui ex sententia S. Hieronymi ad Innocentium, valide oppugnavit Auxentium Arianum Mediolanensem Episcopum. Hic enim Vercellis apud Eusebium fuisse videtur usque ad ejus obitum, eoque defuncto rediisse in Orientem, atque ea Basilio significasse.

(b) Basil. epist. 8.

Basilius laborans suspicione apud Occidentales se purgat.

X. Rursum vero, quod idem Basilius apud nonnullos in crimen adductus fuisset, quod litterarum consuetudine cum Apollinari hæresiarcha communicasset; ipseque se pariter excusasset, nescisse hominem alicujus esse pravæ opinionis auctorem; re tamen postea comperta, tum ut se suspicione initæ cum eo communionis penitus liberaret, tum etiam ut latentem adhuc sub Catholico nomine hæresiarcham omnes agnoscerent damnatum esse ab Apostolica sede; Damasum rogat ut cum suis Episcopis istud ipsum agat, ita subdens (*c*): *Alter ex illis, de quibus vos admonemus, est Apollinaris, haud parum & ipse Ecclesias contristans; facilitate namque scribendi, quæ per occasionem ad quosvis irrepit, conjunctam habens sufficientem linguæ facultatem. Orbem libris suis replevit contempto Ecclesiaste* (*d*), *qui cavendum esse dicit, ne multi fiant*

De causa Apollinaris.

(c) Basil. epist. 74.

(d) Eccl. 12.

libri

libri. In multitudine autem certum est quod multa delinquantur: nam quo modo potest in multiloquio vitari peccatum? Sunt vero quæ scribis, etiam ad Theologiam pertinentia, non ex Scripturæ probationibus, sed ex humanis argumentis astructionem babentia. Scripsit & de resurrectione quædam fabulose, immo Judaice composita; in quibus dicit, nos iterum ad cultum a lege præscriptum reversuros, étant iterum & circumcidamur, & sabbatum observemus, & a cibis a lege probibitis abstineamus, sacrificiaque Deo offeramus, & in templo Hierosolymis adoremus, atque prorsus ex Christianis Judæi reddamur; quibus quidnam poterit ridiculum magis, magisque alienum ab Evangelico dogmate dici? Deinde & de incarnatione tantam movit fratribus perturbationem, ut pauci eorum, quibus colloquii cum illo nonnihil intercessit, priscum pietatis characterem conservent: multi vero rerum mutationi attendentes, ad quæstiones & contentiosas inutilium verborum hæreses aversi sint. Hæc de Apollinari Basilius. At cur Apostolicæ sedi defert damnationem Apollinaris hæresiarchæ, cur non ipse Cappadociæ Metropolitanus eam hæresim cum auctore damnavit? Nosti causam, lector, si memoria tenes quæ superius sæpe sunt repetita atque exemplis sæpius demonstrata; nimirum illum viguisse usum ab ipsis Apostolorum temporibus, ubi primum sedes Petri Romæ locata est, ut nova hæresis, recensque emergens hæresiarcha, non ab alio quopiam cujusvis auctoritatis Episcopo, quam a Romano Pontifice, causa exacte pervestigata, Apostolica damnarentur auctoritate. Quomodo vero Damasus, his a Basilio acceptis de Apollinari atque ejus erroribus Romæ coegerit Synodum, atque eamdem hæresim cum auctore damnarit, dicemus suo tempore.

Romanus Pontifex solus damnat novas hæreses cum hæresiarchis.

XI. At quid insuper egit apud Damasum hac missa Legatione Basilius? Ipse subdit, cum ait: *Paulinus vero an aliqua in re, quod manus impositionem concernit reprehendendus sit, vos ipsi dicetis.* Parcius hæc Basilius atque modestius, quod de insignis nominis viro ageret, eodemque Antiocheno Antistite instituto a Lucifero Episcopo Calaritano Apostolica legatione fungente; cum ante ipsum (ut suo loco dictum est) Meletius ab Arianis olim præfectus, conversus ad fidem Catholicam, ibi eadem valide propugnaverit, cujus causa exilia passus antea fuerat, atque hactenus pateretur; cui quidem (ut diximus) Basilius studebat, utpote illi intima familiaritate conjunctus, stantibus Occidentalibus a parte Paulini, ut paulo inferius dicturi sumus.

De causa Paulini Episcopi Antiocheni.

XII. Insuper eadem legarione Basilius de Marcelli hæresi hæc ad Damasum habet in fine: *Nos sane contristat, quod Marcelli dogmatibus fidem habet, & sectatores illius sine discrimine ad communionem admittit.* De Marcelli causa pluries superius actum est. Invenit ille fidem dum vixit, quod ejus causa cognita in Romano Concilio, necnon œcumenico Sardiceno, semper magna gloria fuerat absolutus, adverfariotum vero repulsæ atque confutatæ calumniæ; nec alia postea reperitur ab Orthodoxis habita esse Synodus, in qua fuerit Marcellus condemnatus; cum præsertim Athanasius eumdem numquam condemnare præsumpserit, utpote (quod refert Epiphanius *a*) qui habuerit ipsum qui se purgasset, & haud vehementer errasset: subdit tamen de eo Basilius enormia, quæ vera ne essent, an ab adversariis calumniose composita, haud satis exploratum est nobis: nam si verum Marcelli illud dogma fuisset, non ita perfunctorle a quoquam dissimulari potuisset, præsertim a Magno Athanasio cujusque hæresis infensissimo hoste, ac veritatis Catholicæ acerrimo propugnatore. Porro hæc addit de eo Basilius (*b*):

De hæresi Marcelli Ancyrani Episcopi.

(a) Epiph. hæres. 72.

(b) Basil. epist 74.

Scitis, colendissimi fratres, quam omnem spem nostram irritam faciat dogma Marcelli, quod neque Filium propria ac discreta hypostasi præditum confitetur, sed productum, & in eum ipsum iterum conversum, ex quo venerat, tradit. Neque Paraclitum propriam habere hypostasim contendit. Ita ut non aberret, si quisquam hanc hæresim prorsus esse alienam a Christianismo determinet, ac corruptum quemdam Judaismum appellet. Horum curam a vobis requirimus: Eam adhibebitis, si universis Orientis Ecclesiis scribere dignabimini, ut eos qui veritatis doctrinam ad hunc modum adulterarunt, tum demum ad communionem admittant, si quando errata correxerint; si vero contentiose rerum novationi immorari voluerint, ab illis secedant. Ceterum haud ignoramus & ipsi, quod oportuerat nos vestræ prudentiæ assessores, communi de his rebus consideratione tractare; verum quoniam nec temporis id ratio permittit, & dilatio perniciosa est, propterea quod hominum istorum pestis radices altius infixit; necessitate adacti fratres hosce misimus, ut simul quacumque litteras fugiunt, denuo vos perdocentes, pietatem vestram eo invitent, ut quæsitum Ecclesiis Dei auxilium exhibeatis. Hactenus Basilius. XIII.

XIV. Quod insuper ad Marcellum Ancyranum pertinet; ex Epiphanio datur colligere, hoc eodem ipso anno illum ea hac vita desiisse; siquidem cum de eo agit, hæc habet (*c*): *Marcellus fuit in Ancyra, qui sane hucusque pervenit, & duobus plus minus annis ante hunc annum e vita dis-*

Marcelli Ancyrani obitus tempus.

(c) Epiph. hæres. 72.

cessit. Hæc ipse. Porro cum ea scriberet (ut idem testatur ipso exordio (*a*) operis) anno undecimo Valentiniani Imperatoris, Gratiani autem septimo; plane opus est asserere, hoc ipsum anno defunctum, addito tamen illo, *plus vel minus*, ab Epiphanio posito.

(*a*) *Epiph. l. 1. circa princ.*

XV. *Basilius male audivit apud Romanum Pontificem.* At quid hac legatione Basilii actum est? nihil penitus. Accidit enim, ut ipsius Basilii adversarii, qui tot calumniis, quas anno superiori recensuimus, eum obruere conati sunt, haud satis habuerint, illum ipsius gentilibus fidei dubiæ immo & hæresis (ut vidimus) suspectum reddere; quin etiam easdem in eum Romam intulerunt ad Romanum Pontificem, nec illas quidem leviter effusas, vel ab hæreticis diffamatas, ut in ventum dissipatas, quæ nullam apud audientes invenirent fidem, sed plane ejusmodi, ut Catholici Episcopi, iidemque Basilio familiaritate conjuncti, immo & ejus alumni sanctissimi monachi, fidem eas dictitantibus (ut superius demonstratum est) adhibuerint. Quam ob causam Damasus his acceptis, dignum existimavit ad aliquod temporis spatium, quousque videlicet de his adversus Basilium prolatis certior redderetur, abstinere a consuetudine litterarum; & quamvis a Basilio scripta minime spreverit (nam de cogenda Synodo adversus Apollinarem, ex ejus sententia in animum induxit) nihil tamen per Legatos rescripsit: plura enim erant, quæ ipsum Romanum Pontificem cautius agere cum Orientalibus admonebant.

XVI. *Basilius mittit Petrum legatum ad Romanum Pontif.* Hæc sane cum Basilius rescivisset, magno animi dolore confectus, quod res maximi ponderis videretur, alienarum a se experiri Romanum Pontificem; iterum ad eumdem legationem mittit, nec eam cuicumque credidit, sed Petro suæ Ecclesiæ presbytero; quem ejusdem nominis germanum ipsius existimamus, ex monacho (ut dictum est ex Gregorio Nysseno) creatum ab eo presbyterum Cæsariensis Ecclesiæ mox ut Episcopatum accepit; cui ejusmodi functionem delegavit, eidemque litteras ad Romanum Pontificem & alios collegas Episcopos dedit; quas hic recitare, dignum existimamus: magni enim momenti legationum vel apicem prætermittere, religionem putamus; sic autem se habent (*b*):

(*b*) *Basil. epist. 77.*

XVII. *Basilii epistola ad Damasum Papam, & alios Occidentis Episcopos.* *Magno desiderio congressum vestrum expetenti, semper impedimenti aliquid accidit, unde prohibeor ne voti compos evadam. Aut enim corporis imbecillitate impedior, quam plane haud ignoratis, quanta mihi sit a prima ætate ad istam usque senectam una mecum educata, nempe juxta justum Dei judicium, qui omnia sapienter disponit, castigans & erudiens; aut sollicitudo nos Ecclesiarum, vel certamina, quibus resistendum est veritatis sermonem impugnantibus, remorantur. Quocirca in hunc usque diem, in multa tristitia & mæstitia dego, sciens, quod ope vestra destituor. Ego enim quoniam audivi a Deo, qui ob id per carnem ad nos accessit, ut & factorum suorum exemplis vitam nostram instrueret, & voce sua Evangelium regni nobis annunciaret (c): In hoc cognoscent omnes quod mei discipuli eritis, si dilectionem habueritis adinvicem; & quod pacem suam veluti extremum munus discipulis suis, cum jam dispensationem, quam in carne obibat, absoluturus esset, reliquerit dicens (d): Pacem relinquo vobis; pacem meam do vobis: non possum mihi ipsi persuadere; quod sine mutua charitate, & nisi quantum in me est, paci erga quosvis studeam, servus Jesu Christi digne vocari queam.*

(*c*) *Joan. 13.*
(*d*) *Joan. 14.*

XVIII. *Multum jam temporis expectavi, an aliquando & a vestra dilectione aliqua nostri habeatur ratio. Non enim clam vobis est, quod publice quibusvis expositi, velut eminentes maris scopuli, furias hæreticorum fluctuum excipimus; qui ubi nobis illisi infringuntur, quæ retro nos sunt, haud quaquam redundant, aut alluunt. Quando vero de nobis dico, non ad humanas vires refero, sed ad gratiam Dei, qui in mortalium imbecillitate potentiam suam declarat: quemadmodum Propheta sub persona Domini loquitur dicens (e): An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui? Arena namque, re omnium infirmissima & nullius momenti, amplitudinem ac magnam molem maris cohibuit potens Deus. Cum itaque ad hunc modum se habeant res nostræ; debebant continuo a vestra dilectione ex sinceris fratribus aliqui mitti, qui nos afflictos & oppressos inviserent, & multo crebrius amicæ ad nos vestræ destinari litteræ, quibus vel in proposito confirmaremur, vel si qua in re offendimus, corrigeremur: non enim negamus innumeris nos erroribus obnoxios esse, cum homines simus, & in carne vivamus.*

(*e*) *Job. 26.*

XIX. *Verum quoniam superiori tempore, fratres colendissimi, vel quia quid ex decoro faciendum fuerit, ignorastis, debita nobis obsequia exhibita non sunt,* nempe per pacificas litteras communicatio; *vel quia quorumdam malitia factum est, ut in calumnias, quibus traducimur, abrepti & præoccupati, indignos nos amica visitatione judicaveritis: ecce jam litteris vos ipsi provocamus, & causas hujus rei quæ nobis adscribuntur, fatemur, parati vestram hac in re institutionem amplecti; hoc tantum orantes, ut si quos admiseritis, qui nos traducant ac vituperent, in conspectu nostrum coram vestra pietate constituantur. Nos enim si convincemur, peccatum nostrum cognoscemus; & vobis post eam reprehensionem a Domino non im-*

imputabitur, si communionem nostram tamquam peccatorum declinaveritis; deinde & præmium habebitis, si nos reprehenderitis, ut qui occultam nostram malitiam patefeceritis. Sin vero antequam convincamur, nos condemnaveritis; equidem nos nihil inde dispendii accipiemus; propterea quod omnium pretiosissimum bonum nostrum, charitas videlicet, qua erga vos præditi sumus, lædi nequit: vos autem & hoc ipsum nobis amissis patiemini, & Evangelio repugnare videbimini dicenti: Num lex nostra judicat (a) hominem, nisi primum audiverit, cognoveritque quid faciat?

(a) Joan. 7.

XX. *Qui vero nobis calumnias quidem offundit, non autem quæ dicit, certo probat; videbitur sibi ipsi mali nominis accersere appellationem, ex eo quod verbis inique & absurde utitur. Quo namque alio nomine delatorem vocare conveniet, nisi ea appellatione, quam ex re ipsa, cui studet, sibi ipse imponit? Neque igitur qui nos vituperas diabolus sit, sed accusator; immo neque accusatoris nomen accipiat, sed frater sit in dilectione nos admonens, & ad emendationem reprehensionem nostri inducens: nec vos auditores sitis conviciorum, sed redargutionum probatores & examinatores: neque nos sine remedio relinquamur, nondum patefacto nobis quid deliquerimus. Nolim enim vos hac teneri cogitatione, qua dicatis: Quoniam loca transmarina inhabitamus, extra periculum sumus earum afflictionum, quæ complures occupant, neque opus habemus aliorum auxilio; itaque quid proderit nobis, ut cum aliis communicemus? Nam insulas quidem Dominus a continenti per maris interstitium divisit; insulanos vero cum his qui terram continentem & firmam inhabitant, per charitatem conjunxit. Nihil nos separat, fratres, nisi animi proposito separationi causas roburque demus.*

XXI. *Unus nobis est Dominus, una fides, spes eadem. Sive caput vos ipsos universalis Ecclesiæ reputatis; non potest pedibus dicere caput: Non est mihi opus vobis. Sive in reliquum vos Ecclesiasticorum membrorum ordinem locatis; non potestis nobis dicere, qui in eodem vobiscum corpore constituti sumus: Non estis nobis necessarii. Nam & manus mutuam inter se operam necessariam habent, & pedes mutuo sese firmant, & oculi per concordiam habent, quod objecta clare & dilucide apprehendunt. Nos quidem nostram ipsorum imbecillitatem agnoscimus, & vestram avide concordiam requirimus. Novimus enim, quod etiam si corpore non adfueritis, precum tamen auxilio magnum nobis gravissimis istis temporibus emolumentum afferre poteritis. Vobis vero nec coram hominibus decorum erit, nec eorum Deo gratiæ quicquam conciliabit, si talibus volueritis uti vocibus, quibus nec gentes, quæ Deum non noverunt, usæ hactenus sunt. Nam & illas audimus etiam, ubi pro anni sufficientia agrorum fructus demetunt, propter futurorum incertitudinem, mutuum obsequium amica invicem salutatione offerre, & mutuum commercium inter se tamquam rem utilem sectari. Nos vero cum simus ex illis patribus, qui vel modicis indiciis consortii symbola de terræ finibus ad fines usque circumferenda, & quosvis ejusdem fidei pro civibus & familiaribus habendos esse putarunt; jam nos ipsos a reliquo Orbe separamus, & neque de singularitate erubescimus, nec damni quicquam concordiæ diruptionem afferre putamus; neque horremus quod in nobis formidanda Domini prophetia adimpletur, qua dixit (b), quod propter iniquitatis abundantiam refrigescet charitas multorum?*

(b) Matt. 24.

XXII. Contestatio Basilii de retinenda semper Charitate.

Nolite fratres colendissimi, nolite hoc perpeti; sed cum propter præcedentia nos litteris pacificis consolemini, & amicis salutationibus, veluti miti quadam & blanda contrectatione pectoris nostri ulcus, quod ipsi nobis præterita nostri negligentia infixistis, mitigate: tum sive volueritis ad nos proficisci, & per vos ipsos infirma nostra scrutari, an vere ita se habeant, ut auditis, vel ex falsis adjectionibus graviora de nobis sint ad vos relata delicta; fiat & hoc. Parati namque sumus obviis manibus vestrum excipere adventum, nosque ipsos diligenti sistere examini; dumtaxat in his quæ fiunt, superiores habeat charitas. Sive vestro judicio locum quemdam designare placuerit, in quo & quod nos concernit, visitationis debitum implebimus, & quantum fieri potest, nostri experientiam offeremus, ut & præterita curentur, & nullus deinceps calumniæ locus relinquatur, per nos licebit, ut & hoc fiat: nam omnino, licet infirmam circumferamus carnem; tamen donec spirare datur, nostri est officii, ut nihil omittamus eorum, quæ ad Ecclesiarum Christi ædificationem pertinent.

XXIII. *Ne velitis igitur astutis nos rationibus hac, quam petimus, consolatione fraudare; ne in eam nos necessitatem constituatis, ut & aliis nostrum revelare dolorem cogamur. Nam hactenus, ut scitis, fratres, mæstitiam nostram in nobis ipsis contegimus, pudore prohibiti, quo minus consortibus nostris procul dissitis vestram erga nos abalienationem significemus; ne & illos tribulemus, & iis qui nos odio prosequuntur, gaudendi occasionem demus. Hæc quidem solus jam, attamen ex omnium Cappadociæ fratrum sententia scripsi, qui me & hoc rogarunt, ne quovis tabellione ad vos utar, sed virum mittam, qui quæcumque per epistolam assecuti non sumus, veriti ne ultra competentem mensuram ser-*

monem extendamus, sua prudentia, quam ex gratia Dei habet, ipse sufficienter exequi valent: Dicimus autem desideratissimum ac religiosissimum fratrem & sympresbyterum nostrum Petrum; quem & in charitate complectimini, & cum pace ad nos, ut rerum secundarum sit nuncius, ante vestrum adventum præmittere dignabimini. Hactenus Basilius, expectans & expetens adhuc quod aliis litteris efflagitarat, ab Ecclesia Romana mitti in Orientem Legatos.

XXIV. Simultas inter Orientales & Occidentales.

Quid autem ad hæc rescripserint Damasus & alii Episcopi Occidentales, vel an rescripserint, haud apparet; illud quidem certius, eosdem minime rescripsisse: nam quæ anno sequenti ad Occidentales ejusdem Basilii datæ sunt litteræ, eamdem querelam ingeminant, nullas litteras ab eis datas, nullosque Legatos fuisse missos. Sane quidem nonnihil diffidentiæ, ne dicam simultatis & odii (nam salva charitate, hæc omnia acitata esse, Basilii modo recitatæ litteræ indicant) inter Basilium & Occidentales intercessisse, certum est; ut licet inter eos communicatio ablata minime fuerit; usum tamen ejus, quousque omnia exploratiora haberentur, fuisse intermissum, ex iisdem ad eos Basilii litteris possimus intelligere. Jam ante auguratus hæc ipse Basilius fuerat, ex eo tempore, quo edicto Valentis cœperunt Orientales Episcopi exulare, cum Gregorius Nyssenus ab Ecclesia pulsus est, ut ejus litteræ ad Eusebium (a) datæ significant, quibus postquam de exilio fratris & aliis egit, hæc de Occidentalibus subdit:

(a) Basil. epist. 10.

XXV. Sugillantur torpi nota Occidentales.

Etenim si Dominus sit nobis propitius, quali adminiculo indigemus? sin autem ira Dei permanserit, quale nobis auxilium ab Occidentalium supercilio & fastu aderit? qui veritatem neque norunt, neque discere sustinent; verum falsis opinionibus præpediti, illa nunc faciunt, quæ prius in Marcello patrarunt; nempe cum iis qui veritatem ipsis annunciant, contendentes, hæresim autem per se ipsos stabilientes. Ego sane ipse absque communi litterarum figura volebam ad eorum antesignanum scribere; de Ecclesiasticis quidem nihil nisi per ænigmata; quoniam nec intelligunt nostratium veritatem; neque viam, qua possunt addiscere, amplectuntur. In universum hoc litteris volebam significare, non per afflictiones oppressis humiliatisque pœnam esse irrogandam, neque dignitatem æstimandam superbiam; quod etiam solum peccatum Deum inimicum reddere sufficit. Hucusque ipse. Cæterum ab hac sententia recessisse, suæ ipsius ad Occidentales datæ post hæc litteræ officii plenæ aperte demonstrant; ut videas sanctissimos viros interdum impetu haud omnino in omnibus rationi consentaneo commoveri, & quod naturæ est, facere; mox vero, quod virtutis est, eumdem motum antequam exiliat, carceribus coercere. Quænam, rogo, officiosiores, animoque submissiori a quovis scribi litteræ potuerunt, quam illæ a Basilio datæ postea ad Occidentales?

Sed plane maxima ex verbis Basilii instat objectio; cujusnam rei occasione, quæve sint istæ querelæ ab ipso Basilio utcumque prolatæ. Sunt hæc magna consideratione pervestiganda, ac pariter expendenda. Quis enim Novantium hæreticorum ista perlegens, non continuo, & manu plaudet, exclamabitque Basilii sententia Occidentales omnes, ac potissimum ipsum Romanum Pontificem veritatis desertores haberi, atque hæresis condemnari? At bona verba quæso (ut Comici istud usurpem) sed accommodatius hoc Evangelii (b): *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi;* & quidem non sine fœnore. Ad hos isthæc clamorose & insulse objectantes uno ictu penitus prosternendos, atque inscitiæ insanæque temeritatis arguendos, illud unum sufficere posset argumentum, si dixerimus: Quonam pacto habuit Basilius re vera Occidentales omnes hæreticos, si crebsis cum publicis, tum privatis legationibus, atque litteris tam suis, quam Athanasii & aliorum procuraris, adeo avide tantoque studio, dixerim & importune interpellarit, expetieritque ipsorum opem, litteras, & Legatos; & retardantes illos litteris ardentioribus excitarit; cum alioqui hæreticorum communio a Catholicis rejiciatur etiam oblata? Sed perquiramus quid sibi velint verba Basilii.

XXVI. Novantium fortis objectio diluitur.

(b) Matt. 18.

Quid est igitur quod Basilius ait: *Ut olim factum est in causa Marcelli, Occidentales contendere cum his qui annunciant veritatem, atque hæresim stabilire?* Quod ad Marcellum cum Romæ, tum in Concilio Sardicensi absolutum spectat, satis ea sunto, quæ haud pridem & alias sæpe ante diximus, ne tædio legentium eadem crebrius repetamus; sed in eo quod sequitur, versemur. In quibusnam, rogo, Occidentales altercantes cum iis qui veritatem annunciant, hæresim stabilitere? Hæc est illa, lector, vetus controversia inter Orientales & Occidentales de vocibus, *substantia*, & *subsistentia*: de qua fusius actum est superius ex Actis Concilii Alexandrini anno Domini trecentesimo sexagesimo secundo, cum ex harum vocum diverso modo facta interpretatione pars altera adversariis impingeret Arianismum, Sabellianismi vero altera alteram redargueret; cum tamen (ut idem testatur Theologus c) ambæ partes id ipsum re vera sentirent, & æque Catholicæ essent, prout S. Athanasio satis exploratum fuisse confirmat.

XXVII. Controversia de hypostasis nomine.

(c) Greg. Naz. orat. in laud. Athanas.

Sed

XXVIII. *Verborum non sensus discrepantia.* Sed ex plurimis quæ superius dicta sunt, hic satis erit repetere dumtaxat verba Gregorii Nazianzeni, quæ sic se habent: *Cum essentia una & tres hypostases a nobis pie dicerentur, quod alterum divinitatis naturam, alterum personarum trium proprietates declaret; ac simili quidem modo apud Romanos intelligeretur: cæterum ob linguæ illius angustiam, verborumque inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non possent, eamque ob causam in illius locum, personarum adjunxissent nomen, ne tres substantias admittere viderentur. Quid tandem contigit? res profecto ridicula, vel potius miseranda. Diversæ fidei speciem præbuit levis illa circa voces sonum contentio. Hic deinde alii Sabellii errori adstipulari visi sunt, quod tres personas dicerent: alii impietatem amplecti visi sunt Arii, quod rejectis personis, tres hypostases nominarent; quorum utrumque pertinax contendendi studium effinxerat. Quid postea? Cum parva quadam (ut in contentione fieri solet) molestia causa semper accederet; eo tandem res adducta est, ut periculum esset, ne orbis terrarum fines una cum syllabis a se invicem distraherentur & abrumperentur, &c.* Subdit de S. Athanasio ejusmodi ambarum partium sententiam pervestigante, & inter se eas simul conciliante: *Utraque parte*, inquit, *leniter & humaniter accersita, verborumque sententia diligenter & accurate perpensa, postquam concordes reperit, nec quantum ad doctrinam quicquam inter se dissidentes; ita negotium transegit, ut nominum usum ipsis concedens, rebus eos constringeret.* Hæc Nazianzenus.

XXIX. Rursum vero quod apud Latinos (ut S. Augustinus (a) testatur) idem esset nomen *hypostasis*, quod *substantiæ*; ac dicere *unam usiam* & *tres hypostases*, nihil aliud esset, quam affirmare unam essentiam & tres substantias; abhorruisse Latinos tradit ab hypostasis nomine, & tutius tres professos esse personas. Et hoc ipsum profecto est, quod S. Basilius ubi supra de Occidentalibus ait, quod veritatem ignorent, nec discere velint, utpote qui haud facile admitterent nomen *hypostasis*, quasi ejus vocis ignari. At licet Latini callentes præsertim Græcas litteras, differentiam inter *usiam*, *substantiam*, & *hypostasim*, idest subsistentiam, optime nossent; tamen quod apud ipsos Latinos (ut testatur Victorinus, & ita obtinuisse usum loquendi affirmat S. Augustinus) idem esset *hypostasis*, quod *substantia*; scite quidem jureque a nova voce abstinere satius judicarunt: qua etsi uterentur, æque penes Græcos scientes illud nomen apud Latinos pro substantia usurpari, suspecti essent, quod docuit experimentum: nam de se, cum in Syriæ eremo S. Hieronymus ageret, ad Damasum scribens, sibi hæc his prope temporibus contigisse testatur (b): *Nunc igitur*, inquit, *proh dolor! post Nicænam fidem, post Alexandrinum junctio pariter Occidente decretum, trium hypostaseon ab Arianorum Præsule* (hic erat Euzojus Episcopus Antiochenus) *& a Campensibus* (hi erant Catholici partis Meletii, sic dicti, ut vidimus, quod pulsi Antiochia in campis synaxes agerent, quibus Basilius communicabat) *novellum a me homine Romano nomen exigitur. Qui, quæso, ista Apostoli prodidere? Quis novus magister gentium Paulus hæc docuit? Interrogamus: Quid tres hypostases posse arbitrentur intelligi? Tres personas subsistentes, ajunt. Respondemus, nos ita credere. Non sufficit sensus; ipsum nomen efflagitant, quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus: Si quis tres hypostases, aut tria enypostata, hoc est, tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit. Et quia vocabula non edíscimus, hæretici judicamur. Si quis autem hypostasim usiam intelligens, non in tribus personis unam hypostasim dicit, alienus a Christo est. Et sub hac confessione nobiscum pariter cauterio unionis inurimur.* En quam perspicue vides, lector, cujus rei causa una cum S. Damaso Hieronymus in crimen hæresis adducebatur.

Hypostasis quid apud Latinos.

(a) August. de Trin. l. 5. c. 8. 9.

(b) Hieron. epist. 57.

XXX. *Hypostasis nomen ambiguum & suspectum.* At quam juste, id docet, quod subdit: *Tota sæcularium litterarum schola nihil aliud hypostasin, nisi usiam novit: & quis rogo, ore sacrilego tres substantias prædicabit?* At inferius: *Quisquis tria esse, hoc est, tres esse hypostases, idest, usias, dicit, sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Si ita est, cur ab Ario parietibus separamur perfidia copulati?* & paulo post: *Sufficiat nobis dicere, unam substantiam, tres personas subsistentes, perfectas, coæquales, coæternas. Taceantur tres hypostases, si placet, & una teneatur. Non bonæ suspicionis est, cum in eodem sensu verba dissentiunt; sufficiat nobis memorata credulitas. Aut si rectum putatis tres hypostases cum suis interpretationibus debere nos dicere, non negamus; sed mihi credite, venenum sub melle latet; transfiguravit se angelus satanæ in angelum lucis. Bene interpretantur hypostasin; & cum id quod ipsi exponunt, habere me dicam, hæreticus judicor. Quid tam anxie unum verbum tenent? quid sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt ut interpretantur, non damno quod retinent; si sic credo, &c.* Ecce tibi tamquam in tabula pictura, ex verbis rebusque gestis S. Hieronymi causa omnis Occidentalium, ipsiusque Romani Pontificis Damasi ob oculos posita; judica, quæso, quisquis es, num hæresis crimen jure objecerint illi Hieronymo, vel Basilius Occidentalibus omnibus, vel inscitiæ nomi-

ne

ne iidem jure redarguendi essent.

XXXI. Tandem nomen hypostasis receptum. Accidit autem deinde, ut post editas a S. Basilio, Theodoreto, & aliis de nominis hypostasis interpretatione scriptiones, atque agitatas ea de re controversias, velut assidua confricatione, quod novum, asperum, & ambiguum videbatur nomen hypostasis, redditum fuerit tandem ex usu jam vetus, lene, facile, atque certum; ut vox hypostasis, æque ac personæ, a Latinis omnibus intrepide secureque fuerit usurpata. At vero, ut demum his finem imponamus, re a S. Basilio accuratius considerata, tantum abest ut Occidentales hæresis suspectos habuerit, ut eos solos puriores remansisse prædicet Orthodoxos ultimis litteris ad ipsos anno sequenti datis, in quibus hæc verba leguntur (a): *Cunctis mortalibus prædicamus, quod in fide illibati permanseritis, & Apostolicum depositum illæsum servetis; non sic habent res nostræ &c.* Hæc Basilius; describemus autem eam epistolam integram suo loco. En quam probe intueris, lector, sublimes illos Novantium fluctus, cum ad litus veritatis adhæserint, in spumas graciles disjici atque resolvi.

(a) *Basil. epist. 1. in addition.*

XXXII. Objectio de fastu diluitur. At quid (dicet aliquis) cum idem S. Basilius erecti supercilii æque insimulet Occidentales? & alibi de Romana Ecclesia dicat: *Odi fastum illius Ecclesiæ;* utpote quæ ex dictis superius causis detrectaret Legatos in Orientem mittere, suppetias ferre, atque demum pacificas litteras reddere? Condonandum quidem esse etiam sanctissimis viris afflictis animo, ærumnis pressis, oppressisque densa molestiarum caligine, si in aliquod interdum verbum erumpant exorbitans, facile judicabunt, qui præstantissimos illos Job atque Hieremiam considerant, veniamque puto concedent. Absit tamen omnino, ut in Basilium, dum fastum Romanæ exprobrat Ecclesiæ, in ipsum inquam maxime pium, maxime sanctum, illud Platonis in Cynicum calcantem ipsius fastum scomma retorqueam: *Sed majori fastu:* quamvis Gregorius Nazianzenus de eodem Basilio testetur, ipsum fastus atque supercilii nomine ab aliis reprehensum; cum tamen ipse eum excusans hæc dicat (b): *Quid ad hæc nobis dicturi sunt, qui homini fastum superciliumque objiciunt? iniqui sane, & acerbi rerum hujusmodi judices, &c.* At quod mireris, idem ipse Gregorius, qui modo Basilium ait fastus expertem, eumque excusat atque defendit; alibi tamen, cum ab eo invitus Sasimis præficeretur Episcopus, non sine stomacho illum fastus insimulat, cum de eo sic ait (c):

(b) *Gregor. Naz. orat. in laudem Basil.*

— An te, summe vir, potius notem,
Tuumque fastum, quem tibi invexit thronus?

(c) *Gregor. Naz. in carm. de vita sua.*

Ex quibus evidenter lector intelligis, quod nuper diximus, sanctorum quoque virorum animos interdum ex perturbatione, instar Solis alioqui semper effulgentis, ad breve temporis spatium pati deliquium. At de his hactenus.

XXXIII. Jam ad S. Hieronymum ad Damasum ex Syriæ eremo scribentem redeamus, & de tempore ejus illuc accessus pariter pervestigemus. Hoc namque anno, quo (ut dicemus) defuncto Magno Athanasio, dira persecutio exagitavit Ecclesiam Alexandrinam, totamque Ægyptum, ipsum Hieronymum ex Syriæ solitudine ad Ruffinum Ægyptum petentem, & monachos illic confessores invisentem, scripsisse, litteræ tunc ab eo datæ significant (d). Sed quando illuc contigerit proficisci Ruffinum, ut ex iis pariter intelligamus Hieronymi in eremo incolatum, exquiramus. Instituisse vero ejusmodi peregrinationem Ruffinum una

(d) *Hieron. epist. 41.*

Melaniæ & Ruffini peregrinatio.

PAGIUS II. Floret S. Theodosius Abbas in Scopulo. Ad ann. XXXIII. & seqq. Jam hoc tempore mortuus erat *Sanctus Theodosius* Antiochenus, Abbas *Monasterii in Scopulo* (est mons inter Seleuciam & Rosum Ciliciæ) qui deprecatione & hymnodia assidue utebatur, & cujus Vitam scripsit Theodoretus in Historia Religiosa cap. 10. Divus Hieronymus ad vitam monasticam anhelans ad eum, & alios Anachoretas scripsit epistolam XXXVIII. petens eorum precibus solvi vinculis sæculi, quibus adhuc se detentum fatetur. Isauri, *qui nec urbi alli, nec vico pepercerant, sed quotquot capere licuit, direptioni flammisque tradiderant, hominem ullum veriti sunt, & panem tantum poscentes, & ut pro se orarent innuentes, intactum illud monasterium, non semel, sed iterum reliquerunt. At tamen veriti Ecclesiarum Antistites, ne diabolus pecuniarum cupiditatem Barbaris injiciens, auctor esset, ut magnum Lumen illud captivus abduceretur,* hortata suo persuaserunt, ut se conferret Antiochiam, ubi in Lucem prodierat. *Jam enim captivos egerunt duos Ecclesiarum Præsules*, & XIV. aureorum millia ab utroque acceperant, antequam eos dimitterent. Ubi Antiochiam advenit, monasterium condidit; *sed brevi apud Antiochiam tempore superstes, in Angelorum cœtum receptus est* inquit, Theodoretus.

Baron. n. XLIV.

III. Investigatur annus emortualis S. Theodosii Abbatis. Isauros vicinas provincias, veluti Lyciam, Pamphyliam, Ciliciam, Lycaoniam & Pisidiam sæpe infestasse Historiæ Augustæ Scriptores nos edocent. Ammianus lib. 27. cap. 9. loquens de gestis circa annum CCCLXVI. scribit: *In Isauria globatim per vicina digressi prædones, oppida, villasque uberes libera populatione vexantes, magnitudine jacturarum Pamphyliam affligebant & Cilicas.* De qua Isaurorum irruptione Theodoretum intelligendum non dubito. Neque enim *Sanctus Theodosius* ad hunc Christi annum, quo de eo loquitur Baronius, pervenire potuit; cum Theodoretus narrata ejus morte habeat: *Gregis præfecturam suscepit admirandus Helladius, qui per annos sexaginta laboribus illis defunctus, Cilicum divinitus postea factus est* Anti-

unâ cum Melania Romana clarissima femina Hierosolymam, sed in Ægyptum, primo ad invisendos illic agentes sanctos monachos navigasse, idem S. Hieronymus ad Florentium, necnon ad Ruffinum scribens (a), duabus epistolis declaravit, quas ea Syriæ solitudine dedit: accedunt his alii testes; confirmat enim hoc ipsum de peregrinatione Ruffini cum Melania S. Paulinus (b) in epistola ad Severum, necnon Palladius de eadem Melania agens.

(a) *Hieron. epist. 5. & 41.*

(b) *Paulin. epist. 9.*

XXXIV. Quonam vero potissimum tempore ejusmodi Ruffini cum Melania peregrinatio acciderit, diversæ ea de re reperiuntur sententiæ: nam Palladius (c) ipso exordio Valentis Imperii id factum esse affirmare videtur; sed apud S. Hieronymi Chronicon anno decimo ejusdem Imperatoris hæc leguntur: *Melania nobilissima mulierum Romanarum, & Marcellini quondam Consulis filia, unica Prætore tunc Urbano filio derelicta, Hierosolymam navigavit; ubi tantum virtutum præcipuæque humilitatis fuit miraculum, ut Theclæ nomen acceperit.* Hæc ibi: quæ intelligenda putamus, non cum primum Roma profecta est, sed cum ex Ægypto Hierosolymam pervenit. Nam quod spectat ad profectionem in Ægyptum; cum ipsius Ruffini, necnon Palladii assertione constet Melaniam ac ejus comites, vivente adhuc Athanasio, fuisse Alexandriæ, quem liquet hoc ipso anno ex hac vita migrasse, utique ante decimum Valentis annum eam cum suis in Ægyptum profectam esse, affirmare necesse est. Quod enim contigerit, ipso vivente adhuc S. Athanasio, Melaniam Alexandriam pervenisse, Palladius ex eo perspicue demonstrare videtur, cum ait Melaniam ab ipso Athanasio donatam esse ovina pelle, quam dono acceperat a Macario Abbate, oblata ipsi munere a leone pro gratiarum actione de catulis cæcis ab ipso luci redditis: cujus rei adeo admirandæ Ruffinus (d) historiam narrat; qui & ait, se præsentem fuisse, cum persecutio est illata monachis post Athanasii obitum ab Arianis: *Ea enim*, inquit, *quæ præsens vidi, loquar, & eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui.* Hæc ipse: de eadem Melaniæ peregrinatione dum Palladius agit (e), ait eam duce Isidoro eremum Ægypti lustrasse, & inter alios magni nominis monachos invisisse Pambonem, eidemque pro monachorum usu donasse trecentas libras argenti. Cum autem (quod diximus) tunc contigerit Hieronymum eam epistolam scribere ad Ruffinum, cum ille inviseret monachos persecutione vexatos (quod hoc ipso anno factum est post obitum Athanasii, de quo paulo post dicturi sumus) affirmandum esse videtur, hoc eodem quoque anno a S. Hieronymo ad Ruffinum eas litteras datas esse; ubi inter alia (f): *Audio te*, inquit, *Ægypti secreta penetrare, monachorum invisere choros, & cælestem in terris circumire familiam.* Et inferius: *Rursum suspensam voto nutante mente, quidam Alexandrinus monachus, qui ad Ægyptios confessores & voluntate jam martyres pia plebis jamdudum fuerat transmissus obsequio, manifestius ad credulitatem nuncii auctor impulerat.* Et paulo post: *Ruffinum Nitriæ esse, & ad beatum perrexisse Macarium crebra commeantium multitudo referebat.* Hæc ipse.

(c) *Pallad. in Lausiac. cap. 33.*

Melania ab Athanasio donata pelle ovina.

(d) *Ruffin. l. 2. c. 4.*

(e) *Pallad. in Lausiac. c. 2. Lipom. tom. 3.*

(f) *Hieron. epist. 41.*

XXXV. Quibus omnibus redditur manifestum, Melaniam cum Ruffino hoc anno, superstite adhuc Athanasio, Alexandriam pervenisse, & S. Hieronymum (ut dictum est) post Athanasii obitum, excitata hoc anno ab Arianis persecutione in Ecclesiam Alexandrinam, & incolas eremi, illam ad Ruffinum epistolam conscripsisse ea Syriæ eremo, ubi agebat subægrotans; nam

Hieronymus ex Syriæ eremo scribit ad Ruffinum.

PAGIUS *Antistes*, idest Metropolita Tarsi in Cilicia prima, interfuitque Concilio Ephesino anno CCCCXXXI. celebrato, qui ideo ante annum CCCLXX. Abbas creatus fuerat; sed de eo pluribus suo loco agetur. Bollandus quidem ad diem XI. Januarii, quo Theodosius a Græcis colitur in Menæis, vitam ejus ad annum circiter CCCCXII. protrahit, quia Theodoretum explicat de infestatione Isaurorum, quæ anno CCCCV. contigit. Sed opinionem hanc Sancti Hieronymi Monachatus, & Helladii Episcopatus plane evertunt.

IV. Hieronymus enim qui in Syria erat, ubi *Theodosius Abbas* Antiochiam venit, laudatam ad eum epistolam dedit, neque ejus monachatus post annum CCCLXVIII. differri, aut citius quam ab anno CCCLXVII. inchoari potest. Ipsemet quippe testatur se Romæ fuisse quando *Juliani Apostatæ* mors nunciata, anno scilicet CCCLXIII. deinde in Gallias venit, ubi per aliquot annos commoratus est; tandemque in Orientem profectus ibi Monachum induit, quod contingere non potuit, nisi sub finem anni CCCLXVII. aut insequentis initio, quidquid Baronius in contrarium afferat. Certe quando *Rufinus & Melania* Alexandriam venere, sub finem scilicet currentis Christi anni, Hieronymus jam monachus erat; & Ammianus citatus, postquam de Isaurorum prædationibus locutus est, subdit: *Hac inter Prætextatus Præfecturam urbis sublimius curans*, &c. Ursinum Roma expulit. Liberio autem Damasus die prima Octobris anni CCCLXVI. successit, dum Viventius Præfecturam Urbanam administraret, ut ex Ammiano Baronius anno CCCLXVII. num. VII. ostendit. Viventius Lupicino & Jovino Coss. anno sc. CCCLXVII. III. Non. Maii adhuc Præfectus Urbi erat, ut liquet ex L. 3. Cod. Theod. *de indulg. Criminum*, eodemque anno, mense incerto Prætextatum successorem habuit, ut docent Leges Cod. Theod.

Investigatur initium Monachatus S. Hieronymi.

Baron. n. xxxvii. & seqq.

V. Verum est in eodem codice Legem 10. *De pœnis* datam *VIII. Idus Octob. Remis*, dirigi *ad* Præ-

nam ait: *Ægrotum esse me dolui; & nisi me attenuati corporis vires quadam compede præpedissent; nec media fervor æstatis, nec navigantibus semper incertum mare pia cum festinatione gradienti valuisset obsistere.* Hæc ipse. At de rebus magna laude dignis a Mulania gestis ejusmodi persecutionis tempore, inferius sermo erit: hæc enim non ad insinuenda Acta Melaniæ atque Ruffini; sed ux eorumdem peregrinationis tempore, incolerus tempus Hierouymi in eremo voluimus demonstrasse: etenim sic ex longe petitis sæpe contigit tempora reddi certa.

XXXVI. Quam autem diximus Melaniam cum Ruffino atque sociis ante obitum Athanasii certum esse Alexendriam ax Urbe venisse; quonam potissimum tempore id accidisse putandum? Si Palladio assenserimus affirmanti id factum circa exordia Valentis Imperii, ipsum Ruffinum (a) adjungere possemus edstipulatorem, ubi ait annis sex se Alexandriæ commoratum esse, & postea iterum ad aliquot dierum spatium illuc reversum commorari contigisse: Sed hoc rursum dissuadet ut credamus, quod ex nuper citata Hieronymi epistola ad Ruffinum inauditus antea & inopinatus adventus ejus in Ægyptum & quam recentissimus fuisse videtur, ut superius dictum est.

(a) Ruffin. in Hieron. invect. 2.

XXXVII. Sed ad Hieronymi in Syriæ eremum accessum redeamus. Quando autem contigerit, ut ipse sic monasticæ vitæ arripuerit institutum, diligenti rerum ac temporum discussione pervestigandum est. Cæterum quod in re dubia, & incerta versemur, nitendum est conjecturis, eisque argumentis, quantumlibet videri possint a longe petita: sic enim sæpe accidit per angustas rimulas perspicere, quæ indagetur solicite veritas. At quod ad hanc rem pertinet; haud assentiri possumus affirmanti, (b) Hieronymum cum Ruffino atque collegis itineris sociis primum Hierosolymam petiisse, inde vero inter se divisos, Ruffinum in Ægyptum, Hieronymum autem in diversas Provincias peregrinationem instituisse, atque illinc deserta Syriæ petiisse. Nam Ruffinum Roma recessisse cum Melania, profectumque in Ægyptum, indeque Hierosolymam pervenisse, cum jam S. Hieronymus in Syria monachus degeret; tum quæ superius dicta sont, tum quæ dicentur inferius, perspicue demonstrabunt. Ex peregrinatione vero ipsius Hieronymi a se descripta possumus pariter intelligere tempus ipsius ex Occidente in Orientem migrationis: ad Ruffinum enim, cum ille jam pervenisset in Ægyptum, ex eremo Syriæ scribit (c), se primo profectum in Thraciam, inde in Pontum atque Bithyniam, postea in Galatiam & Cappadociam, deinde per Ciliciam in Syriam descendisse, ubi consedit in solitudine monachus: hic totius ejus est peregrinationis periodus, una cum fidissimis comitibus Evagrio presbytero Antiocheno, Innocentio, Heliodoro, &, ut ait, cum Hyla S. Melanii famulo.

(b) Marian. Victor. in vit. S. Hier.

(c) Hieron. epist. 4.

XXXVIII. At quod primum ad Evagrium Antiochenum spectat, hunc insigniter eruditum diximus jam superius temporibus Juliani Apostatæ, eumque una cum S. Eusebio Episcopo Vercellensi in Occidentem venisse: idque testificatione S. Basilii de eo ita testantis in epistola ad Eusebium Samosatenum (d), ubi ait ipsum redeuntem ex Italia ad se litteras attulisse. Cum igitur reperiamus Evagrium individuum comitem fuisse S. Hieronymi; æque etiam cum eo Hieronymum peregrinatum ex Occidente in Cappadociam, par est credere; cum de se tradat ipse Hieronymus, cum eo profectum esse in Cappadociam. Hæc igitur, ut asseramus, eadem certa Hieronymi atque Evagrii in Cappadociam per-

(d) Basil. epist. 8.

Peregrinatio Hieronymi & Evagrii eadem.

PAGIUS *Prætextatum P. V.* & subscribi *Gratiano A. I. & Dagalaifo Coss.* qui Consulatus in annum CCCLXVI. cadit. Verum error est in inscriptione, legendumque *ad Viventium P. V.* Cum certum sit hunc dignitatem illam obtinuisse die prima Octobris illius Christi anni, quando Damasus ordinatus est Pontifex Romanus; eam adhuc exercuisse initio mensis Maii anni CCCLXVII. eodemque anno Prætextatum ei successisse. Vidit Gothofredus legem illam tit. *de Pœnis* in aliqua parte mendosam esse; cum Gratianus dicatur Augustus, qui tamen anno tantum CCCLXVII. hunc honorem assecutus est, atque mendum cubare in Consulatu, legendumque, *post Consulatum Gratiani & Dagalaiphi*, qua formula annus prædictus notatus fuit. At hoc pacto ordinem Legum invertit, & quæ est decima de Pœnis, rejicitur post undecimam. Quare non dubium quin error in inscriptione versetur, & quin littera illa A ibi intrusa sit. Ex quibus tandem omnibus sequitur anno CCCLXVII. *Prætextatum* Urbis Præfectum renunciatum esse. Secundo motus *Isaurorum* ab Ammiano narratos eodem etiam anno accidisse. III. *Sanctum Theodosium* Abbatem Antiochiam secessisse. IV. *divum Hieronymum* citatum epistolam ad eum tunc dedisse. Et denique eumdem sub illius anni finem, aut insequentis initio monasticæ vitæ sese addixisse.

Corrigitur inscriptio Legis 10. Codicis Theod. de pœnis.

VI. Valens Imp. hujus tantum anni initio Antiochiam pervenit. Adeo enim intolerabilis in Cilicia, qua transeundum erat, æstus invaluerat, ut anno trecentesimo sexagesimo quinto *Valens* Antiochiam proficiscens, Cæsareæ constiterit, *donec vaporati æstus Cilicia jam leniti essent*, ut ait Ammianus lib. 26. cap. 7. Quam etiam in rem Quintus Curtius scribit: *Et tunc æstus erat, cujus calor non aliam magis quam Ciliciæ oram vapore Solis accendit.* Denique Hieronymus in epist. ad Rufinum anno præcedenti scripta, ait: *Cum me Thracia, Pontus, atque Bithynia totum Galatiæ & Cappadociæ iter, & fervido Cilicum terra fregisset æstu, Syria mihi velut portus occurrit.* Ex quo penitus evertitur do-

Valentis Imp. Antiochiam adventus.

Baron. an. 370. num. LXIII.

peregrinatio persuadet: huncque ipsum Evagrium, de quo Sanctus Basilius meminit, eumdem esse cum Evagrio Hieronymi socio atque comite, cum nomen, tum munus presbyterii, tum patria, nempe Antiochia, necnon locus ipse unde venit, nimirum ex Italia, æque demonstrant; eumdemque Evagrium illum esse, qui egregiam navaverat operam Mediolani adversus Auxentium, de quo ad unum ex comitibus Innocentium ante Hieronymus scripserat (*a*), nos suo loco retulimus.

(*a*) *Hieron. epist.* 49.

XXXIX. Quando autem acciderit Evagrium ad Sanctum Basilium in Cappadociam pervenisse ex eadem Basilii epistola possumus intelligere; qua, antequam de Evagrio faciat mentionem, de vehementi morbo in quem tunc inciderat, agit, cum ait (*b*): *Quinquaginta bis diebus æger decubui, quibus mihi sedulo affuit dilectus & omnium studiosissimus frater noster, & cooperator Elpidius. Multum enim febre consumptus, penuria nutrientis materiæ, arida hac carne ceu lucernarum papyro circumdatus, marcida longaque ægritudine laboravi: antequam vulnus huic accedens, a cibis me abstraxit, oculis somnum ademit, tandem morti & vitæ confinem me effecit, tantum vivere permittens, quantum ad dolorem sentiendum opus est.* Hæc & alia plura de eadem corporis infirmitate Basilius, quam ei contigisse superius diximus anno quo creatus est Cæsareæ Episcopus, qui numeratur Domini trecentesimus septuagesimus: quo pariter dixerimus Hieronymum eum eodem Evagrio, & aliis sociis devenisse in Syriam, inde vero ejusdem Provinciæ deserta petiisse, non ante (mea sententia) annum Domini trecentesimum septuagesimum primum; quod quidem & insinuare videotur citatæ ejusdem superius litteræ ad Ruffinum. Ex his igitur inducimur, ut credamus præsentem annum esse secundum ejus in eremo incolatus. Quonam autem suadente, Hieronymus ad habitandum Syriæ eremum elegerit, paulo post dicturi sumus.

(*b*) *Basil. epist.* 8.

Quando Evagrius & Hieronymus in Cappadociam profecti.

XL. S. Hieronymi primordia.

Decens est enim, ut antea tanti Patris hic summatim in hanc diem vitæ cursum recenseamus, ex suis ipsius scriptis elicitum. Natus est Stridone oppido in Dalmatia, honestis quidem parentibus, & substantiis haud infimis, quas postea pro ædificatione monasterii per Paulinianum fratrem distraxit (*c*): non enim de se ipso, sed de voluptuosis clericis atque monachis, ex persona tamen sua illa ait (*d*): *Natus in paupere domo, & in tugurio rustico, qui vix millio & cibario pane rugientem saturare poteram ventrem, nunc similam & mella fastidio, &c.* Bonosum habuit collactaneum (*e*), & cum eodem coaluit in liberalibus disciplinis, prædivite adolescente: a puero enim excolendus bonis litteris traditus est præceptori; de quo ipso (*f*): *Memini me puerum cursitasse per cellulas servulorum, diem feriatum duxisse lusibus, & ad Orbilium sævientem de aviæ sinu tractum esse captivum.* Romam veniens cum eodem ipsius gentili Bonoso Donatum audivit; ipsum enim suum nominat (*g*) præceptorem: tum, ut ipse tradit (*h*), scholastico more lusit in controversiis declamandis. Ibi adulta ætate sacro baptismo initiatus (*i*) est; quo suscepto, paulo solutiorem vitam, quam gesserat, continuo emendavit: nam priori amissa corporis integritate, secundam quam vocat continentiam, post baptismum servavit immaculatam (*k*).

(*c*) *Hieron. epist.* 26.

(*d*) *Hieron. epist.* 2.

(*e*) *Hieron. epist.* 41.

(*f*) *Hier. Apolog. adv. Ruffin.*

(*g*) *Hieron. in Chron. anno* 20. *Constantii.*

(*h*) *Hier. l.* 1. *contra Pelag. & in epist. ad Galat. c.* 1.

(*i*) *Hieron. epist.* 57.

(*k*) *Hier. Apol. pro l. advers. Jovin.*

PAGIUS doctorum Virorum sententia, quæ fert, anno CCCLXX aut CCCLXXI Valentem Antiochiam venisse: hoc enim pacto æstivis caloribus Cilicia ei pertranseunda fuisset. Et tamen Valentem hieme Antiochiam pervenisse, ostendit etiam Lex Codicis Theod. unic. *Ne collusio per Logographos celebretur*, data *pridie Nonas Aprilis Seleucia*, quæ haud procul Antiochia. Tum Idibus Aprilis Lex 10. ejusdem Codicis *De Prætoribus*, *Antiochia* emissa. Currentis itaque anni initio Valens Antiochiam ingressus est. Certe Libanius in Vita sua se quinquagenarium fuisse Joviano imperante testatur pag. 46. postea pag. 48. annum ætatis octavum & quinquagesimum egisse se dicit, tum cum Valens Antiochiam venit. *Jovianus Augustus* Antiochiam profectus est sub finem anni trecentesimi sexagesimi tertii, teste Ammiano lib. 25. Quare, si eo anno Libanius quinquagenarius erat, præsenti quinquagesimum octavum compleverat, ideoque non alio anno Valens Antiochia advenit. Quod si jam antea ad eandem urbem is accessisset, prioris illius adventus mentionem Libanius fecisset. Interim obiter observandum, Imperatores nonnisi per hiemem in Cilicia iter habuisse. Ammianus enim laudatus, ubi dixit, Jovianum Antiochiæ paulisper moratum esse, addit: *Flagrante hieme, inde profectus, Tarsum urbem Ciliciæ nobilem introiit: & cum introisset Ancyram Imperator Consulatum iniit*, Kalendis nempe Januariis anni CCCLXIV.

VII. *Ante hunc annum Valens Antiochiam non venit.*

Quæ Zosimus lib. 4. pag. 742. de *Valente* Imp. scribit, Viris eruditis ansam dedere existimandi, eum & anno CCCLXX. Antiochiam venisse, & illuc postea anno præcedenti vel correnti rediisse. Verumenimvero non solum hoc Zosimus non insinuat; sed etiam nostram sententiam aperte confirmat. Hæc Zosimi verba: *Valens Imperator contra Persas in Orientem, quo tendebat initio, se parat; ac lente progressus*, (annis nempe CCCLXX. & CCCLXXI.) *oppidis Legatos ad se mittentibus, ubi posceret usus, opitulatur; aliaque multa ista administrat, æqua petentibus facile postulata concedens. Antiochiam cum pervenisset* (præsenti sc. anno), *omnino caute res bellicas administrat. Et hieme quidem in Antiochena Regia commoratus, Hierapolim verno tempore proficiscitur:* (Hierapolim nempe Syriæ non longe ab Antiochia positam) *atque inde contra Persas ducens exercitus, instante rursus hieme, revertitur Antiochiam. Ac bellum quidem Persicum in hunc modum extrahebatur.* Gothofredus in Chronologia Cod. Theod. eo Zosimi loco abutitur, ut ostendat, *Valentem* anno CCCLXX

(a) Hieron. in Ezech. c. 20.
(b) Hieron. epist. 21.
(c) Hier. ep. 6. & 41.

Totus piis officiis deditus una cum ejusdem instituti sodalibus, singulis diebus Dominicis (ut ipse tradit *a*) invisebat in subterraneis cœmeteriis reliquias sanctorum martyrum. Nihilque cæteris diebus otii sibi relinquens totus erat in describendis libris; sic enim bibliothecam Romæ summo studio atque labore sibi confecisse testatur (*b*). In Gallias post hæc peregrinatus cum ipso Bonoso, eadem siti librorum, Treveris S. Hilarii libros de Synodis manu sua descripsit; aliosque ibi positos antiquos codices, usus opera amicorum atque inter alios Florentii, describendos curavit (*c*).

XLI. Contigit autem post hæc, ut qui semel peregrinari cœperat, proficisci quoque in Orientem, in animum induxerit: id quidem cum eruditionis, tum etiam religionis causa; ut ex his quæ gessit, inspicere licet. Porro peregrinationis ejus quæ remanent vestigia affectantes, dicimus eum cum Bonoso comite e Galliis revertentem, Aquilejam pervenisse, consedisseque ibi aliquo temporis spatio fruiturus consortio sanctissimorum virorum, nimirum S. Valeriani ejus Civitatis post Fortunatianum Episcopi, Heliodori, Nepotiani, Ruffini, Chromatii, Jovini, Eusebii, Bonosi, Florentii, Nicææ subdiaconi, Chrysogoni monachi, ad quos omnes intimæ necessitudinis testes ejusdem Hieronymi litteræ (*d*) extant.

(d) Hieron. ep. 41. 42. 43. 44.

XLII. Ecclesia Aquilejensis florentissima.
(e) Hieron. epist. 43.

Summa quidem laude florebat tunc Aquilejensis Ecclesia, ubi extincto Fortunatiano Episcopo Arianæ sectæ fautore, eam Arianorum labe fœdatam Valerianus vir sanctissimus ab omni prorsus impietatis fæce purgavit, ut idem S. Hieronymus tradit (*e*); adscitisque ad officia Ecclesiastica viris optimis ac eruditis, sic claruit, ut de eis ipse Hieronymus in Chronico ita digne meminerit: *Aquilejenses clerici, quasi chorus beatorum habentur; per quos omne Ariani quondam dogmatis* (*f*) *virus exclusum est*: sed & quod qui ibi erant clerici essent & monachi, hoc præconio ex iisdem tres potissimum laudantur in Chronico, cum ait: *Florentius *, Bonosus, & Ruffinus insignes monachi habentur; ex quibus Florentius tam misericors in egenos fuit, ut vulgo Pater pauperum nominatus esset.* Ab hoc adjutum Heliodorum in Orientem peregrinationem confecisse, ejusque expensis Hieronymum complures libros exscribendos curasse, ejusdem litteræ ad eum datæ (*g*) significant, quibus rursus ejusdem viri misericordia erga pauperes commendatur illis potissimum verbis: *Prætermitto innumerabiles, in quibus Christum sustentasti, pavisti, vestisti, visitasti, &c.* Horum igitur suavissima consuetudine aliquantisper detentus est S. Hieronymus Aquilejæ, cum inde recedere cogitur nescio quo improviso rerum eventu, ut ipse ea eremo ad Ruffinum scribens testatur verbis illis (*h*): *Postquam me a tuo latere subitus turbo convulsit, postquam glutino charitatis hærentem impia distraxit avulsio, &c.* Tunc Aquileja recedens, in Dalmatiam patrium solum veniens, sororem juvenculam ætatis lubrico lapsam, primum viro maxime pio Juliano diacono, qui eam ad meliorem frugem restituit, deinde etiam per litteras Chromatio commendavit (*i*). Post hæc autem una cum dictis supra comitibus recensitas Provincias peragravit, nempe Thraciam, Pontum, Bithyniam, Galatiam, Cappadociam, Ciliciam, atque Syriam, ubi cum Evagrio Antiocheno in via comite, Antiochiæ consedit.

(f) Hieron. epist. 41.
* Florentinus.
(g) Hieron. epist. 5. 6.
(h) Hieron. epist. 41.
(i) Hieron. epist. 37. & 41.

XLIII. Quid Hieronymus Antiochiæ.

Erat Evagrius prædives ac nobilis, dominusque villæ, Maronia dictæ; ubi aliquando agens Hieronymus cum eodem Evagrio, nactus ibi sanctissimum illum Malchum monachum, totius vitæ ipsius cursum, quam postea factus senex conscripsit, accepit; testatur id quidem Hieronymus ipse

PAGIUS

Antiochiæ fuisse, quia eo anno aliquas Leges Hierapoli dedit, ut suo loco dixi. Verum Leges illæ Hierapoli Phrygiæ, & quidem ante hiemem emissæ. Quare, cum ipsemet Gothofredus fateatur, *Valentem* sub finem anni CCCLXX Constantinopolim rediisse, liquet, eum illo anno Antiochiam non venisse; & ex dictis, nec etiam anno CCCLXXI. illuc pervenisse.

VIII. *Valens*, dum Antiochiæ moratur, eos qui Arianam opinionem aversabantur, hostiliter vexavit, ut narrat Socrates lib. 4. cap. 17. qui cap. sequenti recitat quæ *Edessa* in Mesopotamia facta sunt adversus Orthodoxos. In Palæstina Orthodoxi non minus quam in Mesopotamia vexati, ut testatur Epiphanius hæresi LXXIII. & Hieronymus epist. 61.

Persecutio grassatur.

IX. [1] Magna hucusque de anno emortuali S. *Athanasii* controversia fuit. Socrates lib. 4. cap. 20.

NOTÆ

[1] Quamquam adducta Pagii argumenta pro assignando anno obitus S. Athanasii valida sunt; adhuc tamen illa non plane inepte diluit P. Sollerius in Historia Patriarcharum Alexandr. præfixa *tomo V. Junii Actorum SS. pag.* 40. Ad Epistolam enim S. Proterii respondet illam, sicut aperte mendosa est dum nomen *Anastasii* pro *Athanasio* præfert; ita forte & mendose legere ἐπιζῶντος *superstite* pro ἀναπαύσαντος *defuncto*. Illud Cyrilli de annis 46. integris in Episcopatu actis ex genio linguæ Græcæ non semper annos completos designat, ut Pagius ipse non semel agnoscit. Hieronymi Chronicon ex editione Scaligeri ordinationem Petri illius, qui Athanasio successit, non decimo, ut est in multis editionibus, sed nono anno Valentiniani & Valentis illigat, idest anno 372. Chronicon autem illud eo in loco menda plura chronologica præferre notat. His late deductis, Athanasii obitum anno 373. diei 2. Maii assignat.

(a) Hier. in vit. Malchi. ipse, cum ait (a): *Maronia triginta fere millibus ab Antiochia urbe Syriæ haud grandis ad Orientem distat viculus: hic post multos vel dominos, vel patronos, dum ego adolescentulus morarer in Syria, ad Papæ Evagrii necessarii mei possessionem devolutus est; quem idcirco nunc nominavi, ut ostenderem unde nossem quod scripturus sum.* Nominat Hieronymus Evagrium Papam, quod eam ipse senex eam scriberet, jam ipse Evagrius factus fuerat (ut suo loco dicemus) Episcopus Antiochenus; post vero descriptam egregie vitam Malchi, ista ad postremam: *Hæc*, inquit, *mihi senex Malchus adolescentulo retulit, hæc ego vobis narravi senex, & castis historiam castitatis expono.* Quo plane Malchi exemplo, & aliorum plurimorum monachorum, quibus (ut vidimus) Syria tunc florebat, incaluit cor ejus ad consectandum vitæ monasticæ institutum; cum & ad Theodosium magni nominis virum, & alios præclaros anachoretas litteras (b) dedit, petens eorum precibus solvi vinculis sæculi; ubi hæc inter alia: *Nunc vestrum est, ut voluntatem sequatur effectus; meum est, ut velim; obsecrationum vestrarum est, ut quod velim & possim.* Inter hæc temporis spatia, cum quid esset decernendum de statu suo, Deum servosque Dei ita consuleret, agens Antiochiæ docentem audivit Apollinarem, de quo ipse ad Pammachium (c): *Apollinarem Laodicenum audivi Antiochiæ frequenter & colui; & cum me in sanctis Scripturis erudiret, numquam illius contentiosum super sensu dogma suscepi.* Hæc ipse. Porro cum (ut superius dictum est) Apollinaris nondum perfecte cognitus, neque damnatus esset, licenter docebat, audiebaturque licentius.

(b) Hieron. epist. 38.

(c) Hieron. epist. 65.

XLIV. Hieronymus cultor eremi factus.

Quod autem ad Theodosium anachoretam spectat, cujus precibus adjutus S. Hieronymus monasticæ vitæ arduum institutum animo ardenti arripuit; idem ille est, qui hoc tempore in iis regionibus egregia claruit sanctitate; cujus res præclare gestas Theodoretus (d) conscripsit; eumque patria Antiochenum, eo sanctitatis pervenisse tradit, ut nautæ, ejus nomine invocato, tempestatem maris ingruentem sedarent; quem Antiochiæ defunctum affirmat, sepulturaque sanctorum honorifice tumulatum. De loco vero a S. Hieronymo in Syriæ solitudine ad habitandum delecto, ad Chromatium (e) scribens ita ipse meminit: *In ea eremi parte delatæ sunt*, tuæ scilicet litteræ, *quæ inter Syros, & Sarracenos vastum limitem ducit.* Eadem habet ad Florentium (f). Chalcidis Provinciæ ea erat (ut alibi (g) ipse testatur) solitudo. Fuere ejus comites Innocentius atque Hylas, accessitque postea Heliodorus. His omnibus Evagrius Antiochenus cuncta necessaria ministrabat (h), quin & ejus impensis Hieronymo ad scribendos libros suppeditati sunt antiquarii; illis enim se ibi abundasse testatur (i); ejusdemque Evagrii opera, litteræ quæ diversis ex locis Antiochiam afferebantur, eidem reddebantur, vicissimque ad alios mittendas ab ipso ille accipiebat.

(d) Theod. in Philoth. c. 10.

(e) Hieron. epist. 43.

(f) Hier. epist. 6.

(g) Hieron. præfat. in Abdiam.

(h) Hieron. ep. 42. 43.

(i) Hieron. epist. 6.

XLV. Sed rebus in hunc modum probe dispositis, illud funestum in primis accidit, ut dulcissimo comite Innocentio morte extincto privaretur (k), Heliodorusque cito recesserit (l), spe tamen redeundi; ipse vero crebris (m) laboraret corporis infirmitatibus, quod sæpe queritur ad diversos amicos scribens (n). Quas insuper præter hæc passus sit impugnationes dæ-

(k) Hieron. epist. 42.

(l) Hieron. epist. 1. 37.

(m) Hieron. epist. 3.

(n) Hieron. ep. 37. 42.

PAGIUS

S. Athanasii obitus.

Baron. n. LXIII. & seqq.

20. cum Gratiano iterum & Probo Coss. præcedenti nempe anno, mortuum scribit, eumque Hermantius in Vita S. Athanasii, & Papebrocius die secunda Maii in ejusdem Sancti Vita sequuntur. Imo Petavius in Notis ad epistolam *Proterii* Episcopi Alexandrini, quam in fine tomi secundi de Doctrina Temporum recitat, eandem sententiam tuetur, & in Dissert. de Photini damnatione cap. 2. inquit, Socratem numquam temere, aut falso notas Consulares adhibere. Sed Episcopatus *S. Basilii* initium anno suo redditum, & adventus *Valentis* Antiochiam hoc anno consignatus, Socratis errorem manifestum faciunt, evincuntque, Sanctum Præsulem anno tantum sequenti ad Deum migrasse. Cum enim dies mortis ejus certus sit, secunda nempe mensis Maii, quo colitur, ipseque Basilium Episcopum in suis Operibus vocet, mors ejus die secunda Maii anni trecentesimi septuagesimi primi contingere non potuit, sive Basilius die XIV. Junii ejusdem anni Cæsareæ Episcopus dictus sit, sive alio die ordinatus fuerit; cum certum sit, eum nonum Sedis annum tantum inchoasse. Ad hæc Socrates lib. 4. cap. 21. narrata Athanasii morte, ait: *Confestim igitur Ariani animos resumsere ob Imperatoris Religionem insolentia elati. Et absque mora Valenti, qui tunc Antiochiæ versabatur, rem significarunt.* Quare, cum currenti tantum anno Valens Antiochiam advenerit, non potest dici, Athanasium anno præcedenti mortuum esse; constatque, fidem Socrati in morte Athanasii narranda adhibendam non esse, cum ipsemet fateatur, *Valentem* Antiochiæ versatum esse, quando Ecclesia magnum illud lumen amisit.

X. Certum testimonium mortis Athanasii.

Recte itaque S. Proterius, unus ex successoribus S. Athanasii, anno sequenti *Athanasium* mortuum tradit; quæ & Hieronymi & Theophanis in Chronicis sententia fuit. Proterius in epist. quam anno CCCCLIV. ad S. Leonem PP. scripsit de Paschate, inquit: *In octogesimo anno ab Imperio Diocletiani superstite beatæ memoriæ Patre nostro & Episcopo Anastasio* (legendum, Athanasio) *cum XIV. Luna Paschalis XXVIII. die mensis Phaminoth* (id est, *nono Kalendarum Aprilium*) *die provenisset, die Dominico, in subsequentem translatum est Dominicum, ita ut quinta die mensis Pharmuti* (hoc est, *pridie Kalendarum Aprilium*) *celebraretur Pascha Dominicum.* Quos characteres omnes annum CCCLXXIII. notare, nullus inficias ierit. I-

dem

monum, & quæ cum exercuerint prœlia carnis, hic retexam ex ejusdem epistola ad Eustochium (a): *O quoties ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta Solis ardoribus horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse deliciis! Sedebam solus, qui amaritudine plenus eram; horrebant sacco membra deformia, & squallidam cutis situm Æthiopicæ carnis obduxerat: quotidie lacrymæ, quotidie gemitus; si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam. De cibis vero & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius, & ferarum, sæpe choris intereram puellarum: pallebant ora jejuniis, & mens desideriis æstuabat in frigido corpore, & ante hominem sua jam carne præmortuum sola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus, ad Jesu jacebam pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subjugabam. Non erubesco confiteri infelicitatis meæ miseriam; quin potius plango me non esse quod fuerim. Memini me clamantem diem crebro junxisse cum nocte, nec prius a pectoris cessasse verberibus, quam rediret, Domino increpante, tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam, quasi cogitationum mearum consciam pertimescebam; & mihimet iratus, & rigidus solus deserta penetrabam; & sicubi concava vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi meæ orationis locus, ibi illud miserrimæ carnis ergastulum; & ut ipse testis est Dominus, post multas lacrymas, post cœlo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum; & lætus gaudensque dicebam (b): Post te in odorem unguentorum tuorum currimus.* Hactenus ipse.

(a) Hieron. epist. 22.

Hieronymus, quæ sit passus in eremo.

(b) Cant. 1.

XLVI. Verum non jejunia solum, aliasque afflictiones ad carnis impetus infrœnandos adhibebat, sed & juge studium litterarum; unde ipse ad Rusticum scribens hæc ait (c): *Dum essem juvenis & solitudinis me deserta vallarent, incentiva vitiorum, ardoremque naturæ ferre non poteram; quem cum crebris jejuniis frangerem, mens tamen cogitationibus æstuabat; ad quam edomandam, cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi, ut post Quintiliani acumina, Ciceronis fluvios, gravitatemque Frontonis, & lenitatem Plinii, alphabetum discerem, & stridentia anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperaverim, quoties cessaverim, & contentione discendi rursus inceperim, testis est conscientia tam mea qui passus sum, quam eorum qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago Deo meo, quod de amaro semine litterarum dulces fructus carpo.* Hæc ipse.

(c) Hieron. epist. 4.

Hieronymus in eremo vacat litteris Hebraicis.

XLVII. Ex multis vero ærumnis, quibus ibi graviter afflictatus est, illæ quidem sibi maximæ visæ sunt; quod Occidentalis ipse homo, collegis parum cognitus, suspectæ illis fidei haberetur; cumque scissa esset schismate Ecclesia Antiochena, totaque illa Provincia; ipse pariter invitaretur in schisma, atque cogeretur alteri saltem partium inhærere, sive Paulini, sive Meletii, Orthodoxis ambobus Episco-

Hieronymus a schismaticis in diversa distrahitur.

PAGIUS

dem scribit Auctor Historiæ Patriarcharum Coptitarum, quam Abrahamus Ecchellensis Latinam fecit & vulgavit: ait enim, obiisse S. Patriarcham *septimo Besciuas die Jovis*. Est mensis Ægyptiacus, cujus dies septimus cum die secunda Maii concurrit. Quare cum anno trecentesimo septuagesimo tertio dies secunda Maii in feriam quintam inciderit, (erat enim littera Dominicalis F) S. Athanasii mors accurate in eo Chronico consignata. Respondet Papebrocius loco laudato, Auctorem illum feriam ex suo calculo addidisse. Sed *Basilii* Episcopatus exordio, & *Valentis* Antiochiam adventu exacte constitutis, manifestum est, illum Anonymum ex veteri aliquo monomento eam feriam mutuatum esse.

XI. His accedit auctoritas D. Cyrilli Alexsndrini in epist. prima ad Solitarios, qui tradit, hunc Christi Athletam *integros quadraginta sex annos* Ecclesiam Alexandrinam moderatum esse: quod verum esse non potest, nisi usque ad annum sequentem vitam produxerit. Vanæque quæcumque horum verborum interpretationes a contrariæ sententiæ assertoribus in medium adducuntur. Denique Theophanes non tantum anno Christi CCCLXXIII. Athanasium mortuum dicit; sed etiam addit, *post gesti Episcopatus annos sex & quadraginta, quorum integros quadraginta in persecutionibus, periculisque pro Fide & pietate susceptis peregerat*. Athanasius anno CCCLXVII. mense circiter Junio, in Ecclesiam suam revocatur, ut anno CCCLXX. monstravi. Quare ab eo anno ad initium insequentis, sex illi anni, quibus in tranquillitate vixit Athanasius, sunt numerandi. Nicephorus Patriarcha in Chronico post priores viginti Episcopos Alexsndriæ memoratos, scribit: *XX. Athanasius Martyr, ab Arianis frequenter a Sede pulsus, in cujus locum Gregorius Arianus suffectus annis.* ... *XXI. Athanasius secundo, eoque Constantini* (id est Constantii) *jussu expulso. XXII. Georgius Cappadox Arianus annis*...... *Athanasius tertio, itemque quarto, & etiam quinto Sedi restitutus: ejus anni universi XLVI.* Ubi Nicephorus ab Athanasii expulsionibus ad ejus restitutiones transit, & primam restitutionem, quæ post Constantini M. mortem, ab hujus filiis facta est, prætermittit; quæ tamen numeranda fuisset. Secunda enim restitutio anno CCCXLIX. a Constantio Aug. peracta. Tum Athanasius tertium a Juliano Aug. anno CCCLXII. Ecclesiæ suæ redditus. Rursus quarto anno CCCLXIII. a Jo-

Quot annis sedit Athanasius.

ſcopis, aliis cum Paulino communicare ipſi ſuadentibus, cum Meletio aliis, aliis inſuper cum Vitale anteſignano hæreſis Apollinaris; magnumque etiam illi a Syriæ monachis factum eſt negotium (ut diximus) ob nomen hypoſtaſis: cum ipſe tunc his vallatus anguſtiis, quid acturus eſſet conſulit Romanum Pontificem Damaſum (a), quem hiſce primum vocibus interpellat:

(a) Hieron. epiſt. 57.

XLVIII. *Quoniam vetuſto Oriens inter ſe populorum furore colliſus, indiſciſſam (b) Domini tunicam & deſuper textam minutatim per fruſta diſcerpit, & Chriſti vineam exterminant (c) vulpes; ut inter lacus contritos, qui aquam non habent (d), difficile ubi fons ſignatus, & hortus ille concluſus ſit (e), poſſit intelligi: Ideo mihi cathedram Petri, & fidem Apoſtolico ore laudatam cenſui conſulendam; inde nunc meæ animæ poſtulans cibum, unde olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi. Neque vero tanta vaſtitas elementi liquentis, & interjacens longitudo terrarum, me a pretioſæ margaritæ potuit inquiſitione prohibere. Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ; (f) profligato a ſobole mala patrimonio, apud vos ſolos incorrupta patrum ſervatur hæreditas. Ibi cæſpite terra fœcunda, dominici ſeminis puritatem centeno fructu refert; hic obruta ſulcis frumenta in lolium avenaſque degenerant. Nunc in Occidente Sol juſtitiæ oritur; in Oriente autem Lucifer ille qui ceciderat, ſupra ſidera (g) poſuit thronum ſuum. Vos (h) eſtis lux mundi, vos ſal terræ: Vos aurea vaſa & argentea; hic teſtacea vaſa, vel lignea virgam ferream & æternum operiantur incendium. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, invitat tamen humanitas. A ſacerdote victimam ſalutis, a paſtore præſidium ovis flagito. Faceſſat invidia, Romani culminis recedat ambitio; cum ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo Crucis loquor. Ego nullam primum, niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, ideſt, cathedræ Petri communione conſocior; ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio (i). Quicumque extra hanc domum agnum comederit (k), profanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit, regnante diluvio. Et quia pro meis facinoribus ad eam ſolitudinem commigravi, quæ Syriam juncto Barbariæ fine diſterminat; nec poſſum ſanctum Domini, tot interjacentibus ſpatiis, a ſanctimonia tua ſemper expetere; ideo hic collegas tuos Ægyptios confeſſores ſequor, & ſub onerariis navibus parva navicula delitesco. Non novi Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, ſpargit; hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt, &c.* Quæ enim ſubdit poſt hæc de controverſia vocis hypoſtaſis, jam ſuperius ſunt recitata. Rogat demum, ut cuinam illarum trium ſectarum auctoribus communicare debeat, litteris ſignificet Antiochiam ad Evagrium dandis.

(b) Joan. 19. (c) Cant. 2. (d) Jer. 2. (e) Cant. 4. Hieron. conſulit Damaſum, cum quo Antiochiæ debeat communicare. (f) Luca 17. (g) Iſai. 14. (h) Mat. 5. (i) Mat. 26. (k) Exod. 12.

XLIX. Quod autem diu expectans, nondum tamen cui communicare deberet, Damaſi reſponſum acciperet, atque interim factio ſchiſmaticorum magis magiſque ipſum urgeret; rurſus ad eumdem Romanum Pontificem eodem argumento litteras dedit (l), quibus hæc inter alia: *Ita me inceſſabilis inimicus poſt tergum ſecutus eſt, ut majora in ſolitudine bella nunc patiar. Hinc enim præſidiis fulta mundi Ariana rabies fremit: hinc in tres partes ſciſſa Eccleſia ad ſe rapere me feſtinat. Monachorum circa manentium antiqua in me ſurgit auctoritas. Ego interim clamito: Si quis cathedræ Petri jungitur, meus eſt. Meletius, Vitalis, atque Paulinus, tibi hærere ſe dicunt. Poſſem credere, ſi hoc unus aſſereret, nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Idcirco obteſtor bea-*

(l) Hieron. epiſt. 58.

Rurſus de iiſdem Hieron. ad Damaſum.

PAGIUS x Joviano Aug. in Sedem reſtitutus. Quinto & ultimo, anno CCCLXVII. a Valente Aug. Alexandriam redire juſſus. In Martyrologio Hieronymiano ad diem XIII. Octobris legitur: *In Alexandria Athanaſii Epiſcopi*. Sed is dies ad aliquam Tranſlationem referendus; quamvis Florentinius in Notis ſuſpicetur, hunc eſſe ejus diem natalem, quod Genebrardus die ſecunda Maii, qua Athanaſium mortuum diximus, habeat: *Tranſlatio Reliquiarum Athanaſii Magni*. Nam corpora Sanctorum ſæpe die eorum natali tranſlata fuiſſe, aliquot exemplis oſtendimus.

XII. Perſecutio poſt Athanaſii obitum adverſus Orthodoxos in Ægypto ſuſcitata ad annum ſequentem revocanda, quo *Athanaſium* e vivis exceſſiſſe mox demonſtravimus. Ex Farragine Alexandrina, quam Scaliger publicavit, diſcimus, *Publium* anno Chriſti trecenteſimo ſeptuageſimo tertio Auguſtalem Ægypti fuiſſe, & *Tatiano* Orthodoxorum perſecutori ſucceſſiſſe. Sed loco *Publii*, reponendum, *Palladium*, quem Theodoretus lib. 4. cap. 22. Ægypti Rectorem, dum de ea perſecutione loquitur, vocat. *Petrus* D. Athanaſii ſucceſſor ſtatim literas Synodicas ad Damaſum PP. miſit, quibus perſecutiones Arianorum, ac Gentilium adverſus ſe excitatas narravit. His literis *Damaſus* reſpondens, literas communicatorias ſimul & conſolatorias ſcripſit ad Petrum, ut is teſtatur apud Theodoretum loco laudato. Ex quo apparet, inquit Valeſius in Notis ad eum locum, inter ordinationem Petri, ac fugam ſatis longum temporis ſpatium interceſſiſſe: nec probabilem eſſe Baronii ſententiam, qui ordinationem, ac fugam *Petri* in eundem annum conjicit, nempe præſentem, quo Athanaſium mortuum credidit.

Ægyptus poſt Athanaſii mortem vexata.

Baron. n. LXVII. & ſeq.

XIII. *Rufinum Aquileienſem* anno ſuperiori in Syriam, *Melaniam* vero currenti Hieroſolymam advenisse, Baronius alias mihi penitus perſuaſerat. Verum utrumque anno ſuperiori ex Occidente ſolviſſe, & in Ægyptum tunc perveniſſe certia tandem argumentis deteni, omniaque de Melania, hucuſque dubia in bono lumi-

beatitudinem tuam per Crucem Domini, per necessarium fidei nostræ decus, per passionem Christi, ut qui Apostolos honore sequeris, sequaris & merito. Ita in solio cum duodecim judicaturus sedeas; ita tu alius senem cum Petro cingat, ita municipatum cæli cum Paulo consequaris; ut mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare, significes. Noli despicere animam, pro qua Christus mortuus est. Hæc ad Damasum Hieronymus, at non hoc anno, sed saltem post biennium ambæ hæ scriptæ sunt a Hieronymo epistolæ ad Damasum, nimirum, cum jam S. Ambrosius creatus fuisset Episcopus: nam in superiori ad Damasum epistola meminit de Auxentio atque Ambrosio, quem constat anno undecimo Valentiniani fuisse factum Episcopum, post sequentem videlicet annum, de quo suo loco dicturi sumus.

L. *Cum quo communicandum decreverit Damasus.* Quid autem ad hæc responderit Damasus; licet litteræ ejus non extent; tamen ex multis constat ipsum respondisse, ut cum Paulino communicaret; id quidem primo ex eo redditur manifestum, quod idem S. Hieronymus ab eodem presbyter ordinari voluit, quod certe minime facere ausus fuisset, nisi scisset Romanum illi Pontificem litteris pacificis communicare. Rursum vero ex his quæ S. Basilius ad Terentium scribit (a), liquet Damasum ad Orientales dedisse litteras pro Paulino; nam ait: *Super istam autem famam iterum apprehendit nos auditus, quod & fratres, qui cum Paulino constituti sunt, colloquuntur aliqua tuæ rectitudini de ea quæ nobiscum est unitione: nos autem dico partis hominis Dei Meletii Episcopi.* * *Quos audio & litteras nunc Occidentales alium circumferre, præcipientes eos alium habere Episcopum Antiochenæ Ecclesiæ, rejicientes admirabilem Episcopum veræ Dei Ecclesiæ Meletium. Et non admiror istud. Quidam enim omnimodo ignorant ea quæ in istis sunt partibus; quidam autem etsi videntur scire, concertando magis, quam veritatem dicendo, eis referunt. Et illos quidem nihil mirum est aut ignorare veritatem, aut occultare causam, propter quam ad scribendum Paulino perductus est beatissimus Episcopus Athanasius. Tuam autem perfectionem ibi agentem, quæ postea sub Principatu Joviani inter Episcopos facta sunt, integre referre rogamus, ut ab ipsis quæ facta sunt discas. Verumtamen quia nullum accusamus; oramus autem magis ad omnes habere charitatem, & maxime ad domesticos fidei; congratulamur iis qui apportaverunt de Roma litteras; & si magnam aliquam & venerabilem habent eorum testificationem, & oramus illum verum esse, & ex operibus ipsis confirmari. Non autem propter hoc possumus nobismetipsis aliquando suadere, quia Meletium ignoremus, aut ut eam quæ sub ipso est Ecclesiam obliviscamur; aut inquisitiones, pro quibus ab initio dissensio facta est, minimas arbitremur, aut putemus modicam habere differentiam ad eam quæ de pietate est, intentionem.* Hæc Basilius de his quæ spectant ad causam Meletii.

(a) *Extat in ultima edit. nuptiana aucto eamonicas epist.*

Paulinus præfertur Meletio.

LI. Ex his in primis videas Athanasii cum Paulino communione persuasum inductumque Romanum Pontificem cum eodem Paulino communicasse. Quod autem expectat a Terentio perquiri mittique ad se Acta Concilii Antiocheni sub Joviano; illam puto causam, quod in eo Concilio cognitus fuit Meletius ejus Ecclesiæ Episcopus, in cujas Synodali epistola primo loco ille subscriptus habetur. (b) Vides ex his etiam Basilii modestiam, qui licet eidem plurimum deferret Meletio, excusat tamen judicium de Paulino Romæ prolatum, nimirum haud vera illac de Meletio esse perlata. Cæterum non sic exclusus Meletius, & Paulinus receptus fuisse videtur, ut tamen Meletio communicantes anathematis damnatione ferirentur, & ita extorres fierent ab Ecclesia; id quidem haud Basilius tacuisset, cujus sententia in primis veniret ipse damnandus; immo nec Meletius ipse, licet privatus sede illa, fuit sententia Damasi excommunicatus,

(b) *Socrat. l. 3. c. 21. & Sozom. l. 6. c. 4.*

Qualis fuerit sententia Damasi Papæ de Meletio.

PAGIUS

mine collocavi. Romam Melania ipsumque etiam parvulum filium reliquit, ut imposterum Hierosolymis vitam traduceret; indeque Hieronymus magnus tunc ejus amicus in Chronico anno Abrahami 2390. secundum editionem Scaligeri scribit: *Melania nobilissima mulierum Romanarum, & Marcelli quondam Consulis filia, unico Pratore tunc Urbano filio derelicto, Hierosolymam navigavit, ubi tanto virtutum, præcipueque humilitatis fuit miraculo, ut Tecla nomen acceperit.* Quare licet Melania in Ægypto primum fuerit, ibique per menses sex, antequam Hierosolymam veniret, commorata sit, ut statim ostendam, ea tamen mente Roma digressa est, ut reliquum vitæ Hierosolymis traduceret.

Melania & Rufinus exeunte anno CCCLXXI. in Orientem profecti.

Baron. n. XXXIII. & seqq.

XIV. Negari tamen non potest, quin Hieronymus memoriæ lapsu adventum Melaniæ in Orientem cum anno Abrahami 2390. qui Kalend. Octob. anni Christi CCCLXXIII. exorditur perperam alligarit; & quia in eodem Chronico in Chronologiam sæpe peccarit; cum eam ante *Sancti Athanasii* mortem in Oriente fuisse, indubitatum esse debeat. Nec enim existimandum Librariorum culpa hunc locum transpositum esse; cum numero sequenti ibidem *mortuus divi Ambrosii* Mediolanensis ordinatio anno CCCLXXIV. peracta, & altero post istum numero *Valentiniani senioris* Mors, quæ ad annum CCCLXXV. pertinet. Numeri quidem, seu anni Abrahami, Librariorum oscitantia, sæpe loco moti, uti in editione Pontacena, ubi de Melania agitur; in ea enim laudata Hieronymi verba cum anno Abrahami 2391. magno errore copulantur, sed cum Melaniæ Hierosolymam adventum ante mensem Octobris anni

Annus discessus Melaniæ ex Occidente mendose collocatur in Chronico Hieronymi.

eus, utpote vir Catholicus probe notus, deque Catholica veritate optime meritus.

LII. Sed quid accidit? Cum omnes ferme Orientales Episcopi Catholicæ religionis reperirentur studere Meletio, atque aversari Paulinum, indigneque ferre, Episcopum ob fidem Catholicam sæpe exulem, post immensos perfunctos labores ignominiose sede privari; resque jam eo statu reposita esset, ut nonnisi magno scandalo quæ decreta fuerant, perfici possent; placuit, & quidem puto assentiente, vel saltem ratum habente ipso Romano Pontifice, ut amicabili transactione inter eos intercedente, res ita componeretur, ut sic ambo sederent, regens quisque illorum gregem sibi subjectum; ut tamen alterutro ex hac vita migrante, nullo ai substituto alio Episcopo successore, qui superesset alteri, solus universam illam curaret Ecclesiam: quando autem id fieri contigerit, suo loco dicetur ex Socrate (a) atqua Sozomeno (b), refelleturque Theodoreti commentum. Porro Hieronymus postea admonitus litteris Damasi Papæ, Paulini communionem amplexus est, cui & inhærebat Evagrius ejus pernecessarius, & ejusdem Paulini deinde in sede successor.

Transactum inter Meletium & Paulinum.

(a) Socrat. l. 5. c. 5.
(b) Sozom. l. 7. c. 3.

LIII. Quid autem ad eumdem S. Hieronymum de tribus hypostasibus exquirentem Damasus Papa rescripserit, licet ejus non extent litteræ, tamen nonnisi ex sententia ejusdem Hieronymi respondisse videtur; nempe confitendum tres in Trinitate personas, tacendumque nomen hypostasis: id sane assequi possumus ex Cyrillo Alexandrino Episcopo inter alia ita scribente ad Acacium (c): *Quod beato Paulino accedit, qui detrectabat tres dicere hypostases, diserte cum virtute & veritate eadem sentiens ac tractans. Adhæsit autem Occidentalibus Deo dilectissimis Episcopis; propterea quod angustior est Romana lingua, quam qua juxta nostram Græcorum phrasin tres hypostases dicere queat. Verum quoniam nos omnes, qui Ecclesiæ Dei & condolere, & compati possumus, magni æstimare debemus, si vox illa expresse pronunciata reprimi possit, ne occasio detur iis qui ad hoc parati sunt, ut Ecclesiam Dei dividant ac scindant, &c.* Hæc Cyrillus, plane docens eam Occidentalium de tacendo hypostasis nomine fuisse sententiam, quam ipse Paulinus ex eorum præscripto fuerit amplexatus. Verum (ut dictum est superius) cum ex pluribus Orientalium scriptionibus innotesceret, nomen hypostasis nullam in eo pronunciando habere fallaciam; sicut a Græcis, ita quoque a Latinis susceptum esse, atqua usu frequentatum apparet, adeo ut vox Græca in Latinitatem frequenti usu transierit.

Quid de tribus hypostasibus Damasus

(c) Cyrill. Alex. epist. 25.

LIV. Cæterum etsi Meletius laude dignissimus haberetur, cui merito favissent magni nominis Orientales Episcopi; tamen eo absente his temporibus, exule (ut vidimus) causa fidei, illi qui ab eo dicti sunt Antiochiæ Meletiani, illa quidem culpa minime caruere, cum ut præstarent viribus pollerentque multitudine, conjunxerunt se, Tarsensibus, sic dictis, hæreticis: Erant hi Semiariani a Silvano (d) ipsorum Episcopo ita instituti, qui cum horrere Arianos profiterentur, confitentes in Dei Filio divinam substantiam, nolebant tamen cum Orthodoxis asserere ejus consubstantialitatem, iis de causis, quæ superius sunt memoratæ. Attameo non omnes qui Meletio communicabant, cum Meletianis pariter juncti cum Tarsensibus participationem habebant: siquidem S. Basilius exhorrebat Tarsenses hæreticos; hinc illa ejus deploratio de Tarsensi Civitate ab hæreticis occupata, ut suo loco superius dictum est. Porro licet sic divisi inter se essent Catholici Antiocheni; in eo tamen haud inviti convenie-

bant

Meletiani juncti Tarsensibus.

(d) Sozom. l. 6. c. 4.

PAGIUS anni Christi CCCLXXIII. in suo Chronico consignasse, dici minime potest. Quando itaque certiora monumenta suppetunt, ejus Chronico minime adhærendum; cum ex ipsis Sancti Doctoris Operibus constet res in eo suis temporibus non raro redditas non esse.

XV. Præterea laudatus Hieronymi locus in eo corruptus, quod in editione Scaligeri Melania dicatur filia Marcelli Consulis, loco Marcellini, ut recte in editione Pontacena, & in Historia Lausiaca Palladii cap. 117. editionis sc. Græco Latinæ, Parisiis anno MDLXX. prodiit, Melania dicitur *Marcelli* filia. Verum hæc inter se non pugnant, ut multi arbitrati sunt. Melania enim neptis quidem erat Marcellini anno CCCXLI. Consulis ordinarii; sed Hieronymus & Palladius eam ejus filiam appellant eo modo quo divus Gregorius Nazianzenus in suo testamento neptes suas filias vocat, ut observat Baronius anno CCCLXXXIX. num. XXXV. & seqq. Ima in Galliis neptes vulgo *petites filles* nuncupamus, ut subodoratus est Pontacus in Notis ad citatum Hieronymi locum. Hanc nostram conjecturam certam reddit Rufinus laudatus, qui exprobrans Hieronymo quod tunc aversus esset a Melania, quam in suo Chronico laudarat, verba Hieronymi refert ac filiæ nomine Hieronymum neptem denotasse indicat: *Et jam nec illud admirabile factum silendum est, ne pudorem incutiamus audientibus, quod Marcellini Consulis neptem, quam Romanæ nobilitatis primam, parvulo filio Romæ derelicto Hierosolymam petisse, & ibi ob insigne meritum virtutis Teclam nominatam in ipsis Chronicis suis scripserat* &c.

Melania neptis fuit Marcellini Exconsulis non vera filia.

XVI. Verum hæc verba *unico Prætore tunc Urbano filio derelicto*, in omnibus editionibus depravata, legendumque, *unico Prætori tunc Urbano filio derelicto*. Et ratio est quia Rufinus loco laudato dicit Melaniam *Parvulo filio Romæ relicto Hierosolymam petisse* Ad hæc Paulinus citatus insinuat hunc Melaniæ filium ex tribus quos pepererat minorem fuisse: *Ita crevit ærumnis*, inquit, *ut duos filios & maritum intra unius tempus amitteret; unico tantum sibi parvulo ad memo-*

Melania filium Romæ reliquit parvulum non vero urbis prætorem.

bant in unum, ut Euzojum illic Episcopum Arianum execrarentur, qui pulso olim Meletio ab Arianis favore Imperatoris fuerat institutus ipsorum Antistes; de quo Gregorius Nyssenus (a): *Jam*, inquit, *multum temporis intercesserat, cum quidam adulterandi animo immaculatum lectum conjugalem aggreditur; sed sponsa non poterat corrumpi, &c.* De hæretico enim illic instituto Episcopo ipsum intelligere, quæ subdit ibi significant.

(a) *Greg. Nyss. orat. in funere Meletii.*

LV. Hieron. tricenarius scribit super Abdiam.

Sed de rebus Antiochenis hactenus: redeamus ad S. Hieronymum in ejusmodi Provinciæ eremo commorantem, recenseamusque ejus illic lucubrationes elaboratas. Cœpit ibi primum ipse sui experiri vires ingenii, atque ut pullus aquilæ primo volatu celsa petens, culmen propheticæ eminentiæ ausus est penetrare: cui tamen ætate grandiori sublimiora scandenti, humilia sunt visa, ita ut illa ante elucubrata omnino despexerit, posterioribus priora emendans. Fuit hic Commentarius in Abdiam Prophetam, quem cum juvenis elaborasset, erubuit postea senex audiens per Italiam circumferri, quem oblivione putabat esse deletum. Scripserat illum priorem hoc puto, vel sequenti anno, quo dictam ad Ruffinum dedit epistolam, cum Heliodorum ad se venisse testatus (b), antequam ille recederet, quem haud diu ibi commoratum esse constat; ait enim in ejusdem Commentarii præfatione ad Pammachium (c): *Hoc illud tempus, mi Pammachi, ac luce dulcior, quo egressi scholam rhetorum diverso studio ferebamur; quando ego & Heliodorus carissimus pariter habitare solitudinem Syriæ Chalcidis nitebamur.* Hæc ipse.

(b) *Hieron. epist. 41.*

(c) *Hieron. præfat. in Abdiam.*

LVI. Quotennis autem tunc S. Hieronymus esset, idem plane ibidem supra declarat, ubi ait: *Quanto magis ego, qui necdum ad ætatem perfecti viri & in mensuram* *Christi veni, mereri debeo veniam*: & inferius, tot annis postea, quot habebat quando ipse scripserat, allatum ad se ab Italia tradit exemplar, nempe triginta; nam & paulo post: *Nec diffiteor per hosce triginta annos in ejus opere me hoc labore sudasse*: sicque videas ex verbis ipsius S. Hieronymi illum eisci sensum, jam natum annos triginta illa scripsisse, post annos vero item triginta eadem correxisse, nempe sexagesimo ætatis anno, Christi vero circa quadringentesimum secundum. Nec est quod alius sensus accommodari possit Hieronymi verbis, cujus testificatione (d) constat, anno quartodecimo Theodosii Imperatoris nondum edidisse secundam in Abdiam interpretationem. His insuper consentiunt quæ idem in fine ejusdem posterioris Commentarii in Abdiam ita babet: *In hoc Propheta & adolescentuli lusimus, & senes præsumpsimus*: adeo ut omnis prorsus ambiguitas auferatur, ne quis vel possit existimare anno trigesimo ætatis secundam ipsum edidisse in Abdiam interpretationem, sed re vera post annos triginta a prima elaborasse secundam, quot enim annos natus erat, cum jam priorem elucubrarat, tot sane annis postea interlapsis (ut ait e) posteriorem elaboravit.

(d) *Hieron. de script. Eccles. & præfat. in Amos.*

(e) *Hieron. præfat. in Abdiam.*

LVII. De Hieronymi ætate disceptatio.

At quorsum, dices, tam exacta de Hieronymi ætate, cum primo in Abdiam Commentarios scripsit, temporis exploratio? Haud quidem intelliges otiose susceptam, si de ætate Hieronymi diversas consideres diversorum sententias, easdemque longe a verbis ejus abhorrentes. Ut in primis cum testetur S. Prosper in Chronico, S. Hieronymum diem obiisse Theodosio juniore nonum, & Constantio tertium Coss. (est is annus Domini quadringentesimus vigesimus) addatque eum tunc fuisse ætatis annorum nonaginta unius: ea ratione dicendum esset, hoc anno Domini trecentesimo septuagesimosecundo pervenisse jam

ad

PAGIUS

moriam potius quam ad compensationem affectuum dereliсto. Tum Melaniam cum Anna de qua in lib. I. Reg. cap. 3. quæ filium suum in templo deposuit ut Domino serviret, comparans ait: *Ista* (nempe Melania) *ut unicum suum a pectore suo abscidit, & in sinum Christi jactavit, ut eum ipse Dominus enutriret, nihil postea illi sua sollicitudinis dedit, diffidentia peccatum judicans, si quem Christo commiserat, ipsa curasset. Quanto autem hoc fide fecerit, hinc perspici licet, quod in magna licet potentissimorum, & clarorum propinquorum Roma copia, nemini parvulum suum verbo, ut dici solet, alendum, erudiendum, tuendum mandare dignata est. Tam certa fuit a Christo esse susceptum; & ideo meruit obtinere, quia frui noluit: & nunc revisere meruit per ejus fidei pietatem, quæ semel relictum in Deo non desideraverat in hoc sæculo.* Quæ verba de Prætore Urbano, qui nec parvulus esse potuit, nec indigere, ut aleretur, erudiretur & defenderetur, interpretari non possunt. Quare fallitur Palladius loco citato scribens: *Cum curasset ut filii sui nominaretur tutor, ipsa acceptis suis mobilibus, & in navem injectis cum aliquot famulis & ancillis, cursu navigavit Alexandriam*, major enim fides hac in re Paulino habenda, cui Hieronymus suffragatur cum ait Melaniam unicum filium suum ei qui tunc Præturam urbis gerebat, dereliquisse.

XVII. *Melaniæ filius non Prætor urbis, sed sub hujus tutela fuit.*

Nostram textus Hieronymi emendationem certissimam esse, ostendo ex lib. I. Institut. tit. 20. ubi legitur: *Si cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in Urbe quidem a Prætore Urbano & majore parte Tribunorum Plebis ex lege Attilia: in Provinciis vero a præsidibus Provinciarum ex lege Julia & Titia . . . . . Sed ex his legibus tutores pupillis desierunt dari, postea quam primo Consules pupillis utriusque sexus tutores ex inquisitione dare cœperunt; Deinde Prætores ex constitutionibus.* Primus fuit Claudius Imperator, qui pupillis tutores assignandi jus Consulibus attribuit, ut tradit Suetonius in ejus Vita cap. 23. Sed postea Marcus Aurelius, ut prodit Capitolinus in ejus Vita cap. 10. illud rursus in

Præ-

ad annum ætatis suæ quadragesimumtertium. At quomodo hæc concilies cum pluribus ejusdem Hieronymi locis citatis superius, & aliis inferius adducendis, quibus se adolescentem, vel adolescentulum sæpe nominat? Quod si cum aliis (a) dixeris Hieronymum pervenisse ad annos ætatis nonaginta octo vel novem; jam hoc tempore quinquagenarium ipsum constitues. Sed plane & hallucinati sunt iidem, dum habent, ipsum decessisse anno duodecimo Honorii imperatoris, qui est annus Domini quadringentesimus septimus; qua ratione illud sequeretur absurdius, ac plane portentum, ipsum hoc tempore annorum fuisse septuagintatrium, quo (ut diximus) se adolescentulum sæpe nominat.

(a) *Beda, Usuard. Ado in Martyrol. Sigerbert. in Chron. Auctor incertus in vita S. Hieronym.*

LVIII. Sed missis his, Prosperi tantum Chronologiæ nobis habenda ratio est, utpote res sui temporis consignantis; quem licet non dubitamus certum verumque annum ejus obitus ex Consulibus demonstrasse, quod res illa esset ob egregiam viri famam omnibus manifesta, ita de numero annorum quo vixit (cum de his haud ita certa & explorata veritas esse contingeret) putamus errasse. Nam quem ea ratione constat hoc tempore fuisse annorum quadraginta trium, tempore obitus Juliani Apostatæ cum natum fuisse annos triginta-quatuor dicendum esset: nam Julianum certum est obiisse anno Domini trecentesimo sexagesimo tertio. At si ita est, quonam pacto verum erit, quod de se testatur S. Hieronymus (b), tunc temporis fuisse puerum, & grammaticis facultatibus adhuc sub Gentili imbui præceptore? Sed secundum veriorem a nobis ex verbis ipsius Hieronymi initam rationem, quem hoc vel sequenti anno diximus suæ ætatis annum trigesimum attigisse, erat ipse tempore obitus Juliani annum agens circa vigesimum.

Ætas Hieronymi tempore Juliani obitus.

(b) *Hieron. in Abac. cap. 3.*

LIX. Sed quonam modo, rursum instabis, se puerum esse ait, & adhuc sub magistro grammatices, quem pernicitate ingenii ejusmodi rudimenta ante pubertatem assecutum esse, quisque jure putarit? Ex his perspicis, lector, quantum abhorreas ab aliorum sententia de majori numero annorum ætatis ipsius Sancti Hieronymi, qui nobis longe minorem statuentibus minime acquiescis. Ut autem cuncta magis perspecta habeas, illud in primis attende: Facile erit ut in mille labatur errores & in diversa feratur, qui ejusdem Sancti Hieronymi in locutione tropos minime consideraverit & figuras, cum interdum attenuatione, amplificatione vero aliquando utatur. At quod ad præsens pertinet argumentum, nihil est quod mireris, si se annorum viginti puerum vocat: nam & cum de commoratione sua in eremo ad Nepotianum scribit, sic ait (c): *Dum essem adolescens, immo pene puer, & primos impetus lascivientis ætatis eremi duritia refrænarem, &c.* cum alioqui, ut ex ipsiusmet assertione vidimus, esset tunc annos natus amplius triginta; nam constat de eo loqui tempore, quo jam ex eremo Heliodorus recesserat, quem illis de quibus meminit, prosecutus est litteris. Sed quid amplius? quod magis mireris; agens de memorabili illo terræmotu & Orientis clade, cum maris excrescentia urbes obruit, quam ex Ammiano vidimus accidisse sub Consulatu Valentiniani atque Valentis, anno Domini trecentesimo sexagesimoquinto; ipse tamen Hieronymus postea jam senex, cum ejus meminit in Commentariis in Esaiam (d), ea prodigia accidisse dicit in sua infantia; cum juxta minimam annorum a nobis initam rationem appareat, eum tunc fuisse ætatis annorum vigintiduorum: Sed & quem tradit Commentarium in Abdiam, de quo est sermo, anno trigesimo ætatis elucubrasse, postea cum jam sexagenarius in idem opus rur-

(c) *Hieron. epist. 2.*

(d) *Hieron. in Isai. c. 25.*

PAGIUS Prætorem Urbis transtulit: *Prætorem*, inquit, *tutelarem primus fecit, cum ante tutores a Consulibus poscerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur.* Præfectus quidem Urbanus Tutores etiam dabat, ut asserit Triphoninus Jurisc. Digest. lib. 27. tit. 5. Leg. 45. sed tantum ut delegatus a Principe, & judex extraordinarius; cum tamen Prætor tutelaris rerum hujusmodi in urbe Romana judex ordinarius esset, uti scribit Hermogenianus Jurisc. Digest. 26. tit. 5. leg. 27. *Pupillus qui tam Romæ, quam in Provincia facultates habet, rerum quæ sunt Romæ Prætor, Provincialium Præses tutorem dare potest.* Dein Theodosius Magnus *Timasio & Promoto* Coss. anno scilicet CCCLXXXIX. dedit legem I. Cod. Justin. *De tutoribus vel curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum*, his verbis conceptam: *Illustribus præfectus Urbi adhibitis decem viris e numero Senatus amplissimi, & Prætore clarissimo viro, qui tutelaribus cognitionibus præsidet, tutores curatoresve ex quolibet ordine idoneos faciat retentari.* Verum Lex hæc tantum pro urbe Constantinopolitana emissa, ubi Proculus, ad quem dirigitur, eo Christi anno Præfecturam Urbanam regebat, ideoque Melaniam non respicit, quæ pluribus, ante hujus constitutionis publicationem, annis Romam reliquerat, qua etiam Romani non adstringebantur. Denique pupillis Prætor tutores dabat, quando parentes, nullis tutoribus nominatis, e vivis excesserant; sed etiam quando jam illi quam tutores absentes erant, & aut nollent, aut non possent redire, uti cum ab hostibus capti fuerant, quemadmodum rem dirimit Ulpianus Leg. I. tit. 4. lib. 26. Digest. Sect. 2. *Si apud hostes sit frater inferioris gradus adgnato tutela non defertur; sed tutorem a Prætore datur.* Unde cum Melania bona, familiam, omniaque dereliquerit, ut Deo liberius serviret, ejus filii cura ad Prætorem Urbis pertinebat. Non itaque Melaniæ filius, ut hactenus ab omnibus creditum, Urbis Prætor tunc erat, sed sub ejus tutela relictus.

XVIII. Hieronymus in epistola XXV. ad Paulam narra-

(a) Hieron. præfat. in Abdiam. sum incubuit, ait (a): *Per vetera vestigia rursum ingrediar, emendans, si fieri potest, curvos apices litterarum; infans eram, necdum scribere noveram; titubabat manus, tremebant articuli*, & quæ sequuntur.

LX. Cæterum quod non puerum tantum se fuisse significat tempore obitus Juliani, sed qui Grammaticis litteris imbueretur: nec quidem, puto, dabis viginti annorum numerum ætatis ejus. Verum attende verba illa Hieronymi: *Dum essem puer, & in Grammatica ludo exercerer*; haud ita accipienda esse, quasi tunc addisceret rudimenta Grammatices, sed, quod eadem voce significatur, in ipsa versaretur recte loquendi atque scribendi scientia, quæ ita ex sententia Quintiliani, quod multiplex & varia sit ac copiosa, viros quoque faciat esse discipulos: hisque S. Hieronymum non modo usque ad illum ætatis annum fuisse detentum, sed etiam (ut i- (b) Hieron. epist. 4. & epist. 120. pse testatur b) usque ad profectionem in eremum, dum ait, post Quintiliani, Ciceronis, Frontonis atque Plinii perlecta volumina, cœpisse Hebraica addiscere ele- (c) Hierd. 3. contra Pelag. & in epist. ad Galat. c. 2. menta. Sed & cum dicat alibi (c), se puerum in controversiis lusisse; plane declarat, quid est quod item ait, se puerum tempore obitus Juliani in ludo Grammaticæ exercuisse, cum tamen aliarum (d) Hieron. præfat. in Job. 11. scientiarum facultates minime prætermiserit: nam ipse alio in loco (d): *Ab ipsis*, inquit, *cunabulis inter Grammaticos & Rhetores atque Philosophos detriti sumus*: ut intelligas, qui se Grammatices tradit tunc imbutum disciplinis, aliis simul facultatibus excultum fuisse, ac plane cognoscas, haud tunc sub ferula puerum, sed adolescentem etiam inter Philosophos versatum esse.

LXI. Hac igitur de annis S. Hieronymi accurata habita ratione, quem hoc tempore dicimus fuisse annorum triginta vel paulo amplius, consentientes pariter Prospero affirmanti sub nono Consulatu Theodosii junioris, anno videlicet Domini vigesimo supra quadringentesimum, defunctum esse, dicimus eum vixisse annos septuaginta & octo vel novem, natumque sub Constantio Imperatore, Christi trecentesimo quadragesimosecundo vel tertio. Sed ad scripta ejus in eremo redeamus. Origenis homilias ab illo ad populum dictas se adolescentem in Latinum vertisse tradit (e). Indeque etiam epi- (e) Hieron. Apolog. adversf. Ruffin. l. 1. stolas complures dedit, ut inter alias ad Ruffinum, qua eum de Bonosi perarduo arrepto vitæ instituto reddidit certiorem, & quas recensuimus epistolas duas ad Damasum, necnon illam ad Heliodorum, cum ab eo recessisset, ad Florentium duas, ad Julianum diaconum, ad Nicæam subdiaconum, ad Chromatium, Jovinum & Eusebium fratres, necnon ad Chrysogonum monachum. Quantum vero temporis in ea permanserit solitudine, dicemus postea.

Hoc ipso tempore Gregorius Nazianzenus parentum obitu exsolvit se ab administratione Ecclesiæ Nazianzenæ, prout ante condixerat, cum ad ejus regimen, cogente parente, invitus attractus est; quod contigisse diximus anno præterito. Parentes vero modicum post tempus elapsum ex hac vita migrasse, ejusdem Gregorii testificatione retulimus. Defunctus est igitur pater (ut ipse Gregorius ait) cum annos quadragintaquinque eidem Ecclesiæ præfuisset, natus annos quasi centum; *Cum autem*, inquit (f), *centum fere annos vixisset, hoc est ultra Davidicos de temporis nostri spatio terminos, ex iisque sacerdotio quinque & quadraginta, quæ fere humana vitæ mensura est, exegisset, ita demum in bona senectute vitam claudit*. Hæc Gregorius illa ipsa oratione, quam in funere patris habuit, præsente S. Ba- LXII. Obitus patris Gregor. Nazianz. (f) Greg. Naz. orat. in fun. patris.

PAGIUS narrata *Melania* constantia in morte mariti & duorum simul filiorum, qua anni tempestate ea se se mari commiserit nos edocet. Ait enim: *Sed forsitan superatur in cæteris. Quinimo, qua illas mores contempserit, in unico postea filio probat, cui omni quam habebat, possessione concessa, ingruente jam hyeme Hierosolymam navigavit*. Quare hyeme anni CCCLXXI, jam sæviente, Melania Hierosolymam profectura Alexandriam navigavit. Cumque hyeme anni CCCXCVII. exeunte seu initio ejusdem anni *post quinque lustra* in Occidentem remearit, ut suo loco ex divo Paulino epist. XXIX. alias X. ad *Severum* demonstravi, laudata Hieronymi verba non nisi de hyeme, seu de anno CCCLXXI. exeunte intelligi possunt. Ubi illuc pervenit, *cum illic res suas vendidisset, ingressa est in montem Nitria, Sanctos patres conventurat, Pambo, & Christi servum Arsisium, & Serapionem magnum, & Paphnutium Scatiotem, & Isidorum Confessorem Hermipolis, & Dioscorum, & versata est apud eos: circiter annum dimidium, obiens solitudinem, & videns omnes* Annus discessus Melaniæ ex Occidente certo argumento probatus.

sanctos, inquit Palladius citatus, ubi Græcum habet, ὡς ἥμι ἔτος, idest media parte anni.

XIX. Melania ante S. Athanasii mortem in Ægyptum appulit. Alexandriæ Melania donata est a Sancto Athanasio ovina pelle, quam dono acceperat a Macario Abbate, oblata ipsi munere a Leæna, pro gratiarum actione de catulis cæcis ab ipso luci redditis, ut refert Palladius in Lausiaca cap. 20. Sed Græcus textus corruptus est: siculi & versio; Καὶ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, κώδιον προσφέρει μεγάλην ὕαιναν τῷ ἀγίῳ καὶ Μαρίῳ Μάρκῳ ὅπερ κώδιον ἔτος ὁ τοῦ χριστοῦ δοῦλος καταλέλοιπε, τῷ ἀγίῳ καὶ μακαρίῳ Ἀθανασίῳ τῷ μεγάλῳ ὡς δὲ καὶ ἡ μακαρία δούλη τοῦ χριστοῦ Μελάνη μοι εἴρηκεν ὅτι παρὰ τοῦ ἁγίου καὶ θαυμασίου ἀνδρὸς Μακαρίου (legendum, μακαρίου Ἀθανασίου) ἐγὼ ἔλαβον τὸ κώδιον ξένιον, id est *die autem sequenti attulit* (hyæna seu leæna) *Sancto & beato Marco pellem magnæ ovis: quam pellem ipse Christi servus* (nempe Macarius, ad quem antea Palladius dixerat hyænam attulisse suum catulum, qui erat cæcus) *reliquit Sancto & beato Athanasio magno. Beata autem Christi ancilla Melania dixit mihi, quoniam a Sancto & mirabili*

S. Basilio, quem contigit tunc adesse, cum etiam matrem adhuc licet viventem eadem oratione laudavit, ejusdem, qua pater, ætatis, nam ibi de ea: *Restat jam ut cum spirituali Sara, magni nostri patris Abrahæ conjuge, atque ejusdem ætatis, de iis quæ ad funus spectant, philosopher*. Quantum autem post obitum Gregorii senioris ipsa superstes fuerit, haud compertum habetur; sed quod ipse dicat cito se post susceptam curam Ecclesiæ Nazianzenæ parentibus orbatum fuisse, eam quoque non diu superviaisse possumus intelligere; nam ait (*a*).

(*a*) *Greg. Naz. in carm. de vita sua.*

Ast ut parentes ultimo functi die
Tenuere sedes expetitas perdiu:
Liber relictus sumque plane incommode.

Gregor. Naz. fugit Seleuciam.

Sic igitur Gregorius orbatus parentibus, haud adduci potuit, ut vel diem unum in administratione Ecclesiæ Nazianzenæ perseveraret, rogante licet S. Basilio, & aliis simul Episcopis & Civibus precibus importunis id ipsum efflagitantibus; a quibus omnibus, captata fuga, se abripuit, profectus Seleuciam, pietatis ergo ad Memoriam S. Theclæ, quo frequens Fidelium peregrinatio esse solebat, ut ipso hisce jambis cecinit (*b*):

(*b*) *Greg. in carm. de vita sua.*

Non desinebam dicere gregi Præsulum,
Magni hoc ab ipsis muneris poscens loci,
Episcopum quemdam oppido ut præponerent:
Illudque vere dictitans, nullam mihi
Datam esse sedem publico præconio:
Ac rursus istud pectori jam olim meo
Sedisse, amicos linquere & negotia.
Cum non moverent hæc eos, vel quod moi
Amor hos teneret, vel quod hos fastus gravit;
Primum fuga me confero Seleuciam,
Ubi virgo Thecla fanum habet celebre admodum:
Sic forte, dicens, temporis fessi mora
Tradent habenas cuipiam: hoc sperans fore,
Illic peregi tempus haud sane breve.

Permansit autem Seleuciæ Gregorius usque ad Valentis obitum; quando reversus, licet Ecclesiam Nazianzenam reperisset adhuc pastore carentem, Episcoporum tamen concilium haud amplius de eo præficiendo illi Ecclesiæ laboravit, sed saluberrimum illud consilium iniit, ut ipsum mitteret Constantinopolim ad erigendam jacentem Ecclesiam tot annis sub Arianis Episcopis Arianoque Imperatore gementem. Quomodo autem hæc se habuerint, & quo potissimum anno id acciderit, suo loco dicemus. Quod ergo ait ad S. Theclæ Martyrium Seleuciæ haud breve tempus peregisse; si quis numeret tempus medium interlabens ab anno præsenti usque ad Valentis necem, sex ibi eum annos consedisse inveniet.

Hoc item anno, iisdemque Consulibus, S. Athanasius Episcopus Alexandrinus post innumeros pro tuenda fide Catholica susceptos labores, cum sedisset annos quadraginta sex, sexto Nonas Maji, solutus carnis vinculis, accepturus immortalitatis coronam, migravit in cœlum. Hic primo corrigimus, quod aliquando cum Socrate nos dixisse meminimus, ipsum anno superiori, nempe trecentesimo septuagesimoprimo, defunctum esse. Porro cum constet, anno sequenti a Nicæno Concilio, nempe Domini trecentesimo vigesimosexto fuisse creatum Episcopum Alexandrinum, atque annis quadragintasex superviaisse, ad hunc usque annum oportuit pervenisse, licet apud Hieronymi Chronicon anno sequenti ponatur substi- LXIII.

Obitus S. Athanasii episc. Alexand.

PAGIUS

hili viro beato Athanasio ego accepi pellem illam, quæ appellatur munus hyæna. Quam enim hyænam Palladius, Rufinus lib. 9. Hist. Ecclesiast. cap. 4. Leænam appellat, quia hæc animalia promiscue usurpantur, & Plinius lib. 8. cap. 30. scribit: Hujus generis (nempe hyænæ) coitu Leæna Æthiopica parit crocutam. Quare ex hoc Palladii loco corrupto perperam Viri docti deduxere Athanasium jam e vivis abiisse, cum Melania in Ægyptum ex Occidente venit, & Melaniam non ab Athanasio, sed a Macario pellem illam accepisse; quod prorsus incredibile, cum Macarius non dedisset pellem suam ovis Melaniæ, quam testamento jam Athanasio reliquerat. Quare voce μακαρίῳ non Macarius Monachus, ut perperam interpres, & alii cum eo, sed Athanasius intelligendus. Quem errorem hic indicare placuit, quia post ea, quæ de anno emortuali Sancti Athanasii scripsi, contrariæ sententiæ penitus profligantur, & nostra hæc Palladii explicatio indubitata redditur.

Hieronymus magna tunc cum Rufino amicitia conjunctus, ubi hunc Nitriæ, quæ civitas est juxta Alexandriam, esse accepit, ad eum scripsit epistolam XLI. in qua ait: *Rufinum Nitriæ esse, & ad beatum pervenisse Macarium, crebra commeantium multitudo referebat. Hic vero tota credulitatis frena laxavi; & tunc vere, ægrotum esse me, dolui: & nisi me attenuati corporis vires quadam compede præpedissent; nec media fervor æstatis, nec navigantibus semper incertum mare, pia cum festinatione gradienti, valuisset obsistere*. Cum vero Rufinus hyeme in Ægyptum venerit, uti jam ex Hieronymo de Melania loquente monstravi, hæc verba sic explicanda sunt ut Hieronymus denotet, se ejus adventu accepto, ni morbus impedisset, ad illum accessurum fuisse, etiamsi media æstate & tempore incommodissimo peregrinatio illa suscipienda fuisset. Hæc epistola dum adhuc Rufinus in Ægypto esset ab Hieronymo data, ideoque ipso fine superioris anni, vel currentis initio, cum hyeme *Rufinum*, & *Melaniam* in Ægyptum appulisse constet. XX.

Hieronymus ad Ruffinum scribit.

tutio successoris, De tempore sedis ejus Ruffinus, qui tunc cum Melania erat in Ægypto, ita scribit (a): *Igitur ea tempestate cum quadragesimo, & sexto anno sacerdotii sui Athanasius post multos agones multasque patientiæ coronas quievisset in pace, sciscitatus de successore, Petrum tribulationum suarum participem, & socium delegit.* Hæc ipse, itemque S. Cyrillus ejusdem Ecclesiæ Episcopus, de tempore quo sedit idem Athanasius ad monachos scribens hæc ait (b): *Celebris memoriæ pater noster Athanasius, qui Alexandrinæ Ecclesiæ sedem integros quadragintasex annos cum decore moderatus est, & laqueis impiorum hæreticorum ungis inexpugnabili quadam & Apostolica prudentia restitit, quasi flagrantissimo quodam unguento ipsum cœlum scriptis suis exhilaravit, &c.* Si igitur ex sententia Cyrilli, quem hæc omnia exploratissime habuisse oportuit, utpote ejusdem Ecclesiæ Episcopum, quadragintasex annos, eosdemque integros Athanasius sedisse traditur; mendacii arguitur Socrates, qui cum totidem ejus sedis annos eidem tribuat, decessisse tamen ait anno superiori, Gratiano & Probo Consulibus. At hæc satis de tempore.

(a) Ruffin. l. 2. c. 3.

(b) Cyril. epist.

LXIV. Porro de ejus obitu sic Gregorius Nazianzenus (c): *In bona*, inquit, *senectute vitam claudit, patribusque suis Patriarchis, & Prophetis, & Apostolis, & martyribus, qui pro veritate dimicaverunt, adjungitur. Atque ut epitaphium quoddam paucis complectar, excellentiori honore in discessu decoratur, quam quo in civitatis ingressibus cumulatus fuerit; sic videlicet e vita migrans, ut multas lacrymas excitaret, majoremque iis rebus quæ in aspectum cadunt, nominis sui gloriam in omnium animis recoderet.* Hæc & alia plurima in ejus laudem Gregorius; qui probe sciens precibus sanctorum hic adjuvari Fideles, ad postremum ipso fine orationis eumdem ejusmodi interpellat apostrophe: *Nos autem attamen ipse benignus e cœlis aspiciat, atque hunc populum gubernet, perfectum perfectæ Trinitatis, quæ in Patre & Filio & Spiritu sancto contemplatione percipitur & colitur, adoratorem; meque siquidem res pacatæ futuræ sint, in vita retinens, gregem mecum pascat; si autem Ecclesia bellis flagratura est; reducat atque assumat tecum, & cum tui similibus collocet, tametsi magnum sit quod postulo.* Hæc ipse in oratione panegyrica habita in die anniversaria natalis illius, quæ sicut Orientalibus, ita & Occidentalibus remansit perpetua memoria consecrata.

(c) Greg. Naz. orat. in laud. Athanas.

Celebris memoria Athanasii.

Sunto hic loco epitaphii quæ idem Gregorius Nazianzenus in oratione quam habuit in laudem Heronis, de Athanasio prædicat, cum hisce titulis eum celebrat, nominatque Orbis oculum, sacerdotum Antistitem, confessorem, ducem & magistrum, sublimem vocem, fidei columen, secundam Christi lucernam, præcursorem. At prægrandis quidem liber conficiendus esset, si omnes præstantissimi sacerdotis laudes a Patribus editas quis simul in unum congereret; cum nihilominus impar sit omnis lingua ad celeberrima ejus recensenda certamina, primo sub Constantino, sub Constantio postea, inde sub Juliano, atque ad ultimum Valentiniano Imperatoribus, pro fide suscepta; ut nullus alius (fidenter dicam) sit inveniri post Apostolos in Ecclesia Dei, qui acerbiora diuturnioraque subierit prœlia pro patram fide tuenda, ac Magnus hic, immo maximus Athanasius. LXV.

Reliquit præclara scriptorum suorum monumenta, de quibus hæc in primis S. Hieronymus (d). *Feruntur ejus adversus Gentes duo libri, & contra Valentem & Ursacium unus, & de Virginitate, & de persecutionibus Arianorum plurimi, &* LXVI.

de

Scripta S. Athanasii.

(d) Hieron. de Script. Eccl. in Athan.

PAGIUS XXI. Vere circiter exeunte *Melania & Rufinus* Hierosolymam pervenere, ibique substitere usque ad mortem Sancti Athanasii, quam diximus contigisse die secunda mensis Maii anni CCCLXXIII. tunc enim *Palladius* Ægypti Augustalis, agente Lucio invasore Sedis Alexandrinæ, Monachos Ægypti persecutus est, & diuissime exagitavit, ut narrat Baronius hoc anno: *Post hæc autem*, inquit Palladius in Lausiaca cap. 117. *cum Augustalis Alexandriæ relegasset Isidorum, & Pisimium, & Adelphium, & Paphnutium, & Pambo & inter eos etiam Ammonium unam habentem auriculam, & XII. Episcopos, & Presbyteros, & Clericos, & Anachoretas, ut essent omnes numero centum viginti fere, in Palæstinam circa Diocæsaream, ipsa eos est secuta, eis ex suis propriis pecuniis subministrans*, &c. De horum sanctorum Monachorum exilio plura Baronius citatus habet. Eo vero narrato Palladius cap. 118. de Melania tradit: *Hæc, postquam hi fuerunt revocati, Monasterio ædificato Hierosolymis, XXVII. annos versata est in Hierusalem, habens conventum virginum quinquaginta.* Dein de Rufino habet: *Cum qua vixit etiam nobilissimus, & moribus simillimus, & fortissimus Rufinus, &c. Viginti autem & septem annis excipiebant eos qui veniebant Hierosolyma voti causa*, &c. Denique cap. 119. dicitur Melaniam XXXVII. annos hospites excepisse. Sed non dubium quin numeri in tribus illis locis corrupti sint, & quin Palladius scripserit *annos XVII*. Monachi enim Diocæsarea in Ægyptum rediisse non videntur ante annum CCCLXXVII. aut insequentem quibus persecutio cessavit. Tres circiter anni in ædificatione monasterii consumpti, ideoque *Melania*, & *Rufinus* ab anno CCCLXXX. ad finem anni CCCXCVI. quo in Occidentem reversi sunt, hospites excepere. Dum vero Melania Sanctis Monachis per annos sex famulata est, Rufinus Alexandriæ mansit, *ubi erat Didymus*, ille enim lib. 2. Invect. adversus Hieronymum pag. 390. ait: *Ego qui sex annis, Dei causa commoratus sum; & iterum post intervallum aliquot aliis diebus, ubi Didymus* &c. Quare pecam

Melania Monachos in persecutione sequitur, & Rufinus Alexandriam redit.

Baron. a n. LXVII. ad C.

de Psalmorum titulis, & historia Antonii monachi vitam continens, & ἑορταστικαὶ epistolæ, de festis scilicet diebus conscriptæ; *& multa alia, quæ numerare longum est.* Dolemus epistolarum ejus factam esse jacturam, quas alibi etiam idem Hieronymus (*a*) laudat: erat una ex ipsis epistola ad Ruffinianum, cujus fragmentum recitatur in Concilio Nicæno (*b*) secundo. Ex Athanasii scriptis hæc recitat Damascenus (*c*): *Scimus beatum Athanasium sanctorum reliquias non in urnis collocandas, sed humi condendas esse, eo consilio censuisse, ut absurdam Ægyptiorum morem abrogaret, qui mortuos suos non sub terra condebant, sed in lectulis & sympodiis collocabant.* Meminimus alias de ejusmodi Ægyptiorum consuetudine. Ex antiquo autem Ecclesiæ usu altaria esse solere sepulcra martyrum, superius est demonstratum: scimus tamen Alexandriæ etiam sub Theophilo ejus sedis Episcopo perseverasse morem illum, ut reliquiæ martyrum extra tumulum positæ populo certis diebus venerationi exponerentur; ut Eunapius Sardianus, cum agit de Serapidis templi ruina, testatur. De Athanasii scriptis magna aviditate perquirendis, perquisitisque colendis, est illa præclara Cosmæ, (*d*) Abbatis apud Sophronium sententia: *Cum*, inquit, *ex S. Athanasii opusculis aliquid inveneris, nec ad scribendum chartas habueris, in vestimentis tuis scribe illud.*

(a) Hieron. ad Latam ep. 7.
(b) Conc. Nic. 2. Act 1.
(c) Damasc. de imagin. orat. 1.
(d) Prat. spirit. c. 40.

LXVII. Petrus in locum Athanasii subrogatus.

Sed jam ad ea quæ post sanctissimi viri obitum gesta sunt Alexandriæ, funesta quidem & deplorata, convertamus orationem. Qui stabat pro muro domui Israel, sublato pariete, quo stante, Arianorum nemini, ac ne ipsi quidem Imperatori ad Alexandrinam Ecclesiam invadendam accessus patuit; mox iidem fidei hostes magno impetu atque furore in eam grassati sunt. Defuncto scilicet Magno illo Athanasio, ejus calculo probatus successor Petrus ejusdem Ecclesiæ presbyter, ætate senex, virtutibus omnibus consummatus, quem Gregorius (*e*) Nazianzenus summis laudibus celebrat, evectus in thronum, movit vehementer Arianorum invidiam: qui freti auxilio Præsidum, & in primis Valentis imperatoris auctoritate atque potentia qua pollebant, Lucium illum omnium Arianorum nequissimum, quem olim necato Gregorio illo teterrimo, in locum ejus subrogaverunt successorem, Alexandrinum ostentant Episcopum, ad eique uni parendum populum vi adhibita militari compellunt. At quonam modo cuncta hæc gesta fuerint, ex Theodoreto (*f*) in primis petita prosequamur historia, qui a suffectione Petri narrationem aggreditur verbis istis:

(e) Greg. Nazianz. orat. ad Episcop. Ægypt.
(f) Theod. l. 4. c. 18. 19.

LXVIII. *Petrus vir facile optimus præsulatum illum obtinuit, quem primum beatus Athanasius suo suffragio designarat: ejusque electioni ab omnibus tam sacerdotibus, quam magistratibus assensum est; populusque universus acclamationibus, quantum lætitiæ percepisset, demonstravit: nam laborum ab Athanasio susceptorum socius & particeps fuit, & cum eo tum ibi vitam degente, tum peregrinante, semper versatus est, & varios labores cum illo una exantlavit. Quapropter Episcopi vicini eo simul ire maturant; & qui vitam severa disciplina exigebant*, nempe monachi, *ii ea relicta, ad Petrum in sede Athanasii collocandum se conferunt. Postquam vero in sede Episcopali locatus erat, Præfectus illius provinciæ, collecta Gentilium & Judæorum multitudine, Ecclesiæ parietes circumsedit, deditque Petro mandatum, ut exiret; atque adeo minatus est, eum, nisi exiret, invitum inde exturbaturum. Atque ista egit, simulans quidem se velle Imperatori gratificari, & contrariam doctrinam tenentes gravibus afficere incommodis; sed re vera ut impiæ iræ, qua exardescebat, indulgeret: nam colendis simulacris penitus addictus erat, & festi splendidissimi loco habuit turbulentam Ecclesiæ jactationem. Proinde Petrus ille admirabilis, cum bellum ex inopinato ortum videret, de Ecclesia egressus, & conscensa navi Romam contendit.*

Petrus fugatus a Præside Romam petit.

LXIX. *Paucis intermissis diebus, Euzojus Antiochiæ Episcopus Lucium secum ducens, Alexandriam adventat, eique tradit Ecclesias, de cujus impietate ac scelere Samosata satis fecisset periculi. Populus autem doctrina Athanasii educatus, cum contrarium alimentum sibi præberi cerneret, conventus Ecclesiasticos deseruit. Quapropter Lucius subsidia satellitum, qui simulacra colebant, usus, alios verberibus cædere, includere in carcerem alios, nonnullos per vim in fugam vertere, quorumdam ædes instar barbarorum vastare cœpit.* Hæc ipse. Sed antequam ulterius progrediamur, de fuga Petri quid alii scripserint, in medium afferamus. Sozomenus (*g*) enim habet, Euzojum una cum Magno Quæstore venisse Alexandriam, arreptumque Petrum detrusisse in carcerem, ipsum vero inde clam fuga lapsum, con-

Popolus aversatur Lucium.

(g) Sozom. l. 6. c. 19.

PAGIUS peram hactenus tempus commorationis Melaniæ & Rufini in Oriente ex præfatis locis Palladii ab omnibus deductum fuit; cum præterquam quod numeri in iis depravati sunt, anni illi XXVII. vel XXXVII. seu, ut legi debet XVII. proficiscuntur ab eo quo hospites Hierosolymis excipere cœpit, quod non contigit nisi post Monachos exilio solutos, & Monasterium ab ea Hierosolymis conditum.

conscensa navi, Romam ad Romanum Pontificem se contulisse, utpote ejusdem Catholicæ fidei protectorem: hæc eadem quoque Socrates (*a*); sed Ruffinus (*b*) nihil de Petri carcere. At grassationem hanc primo faftam ab Arlanis, ex Gregorio Nazianzeno eam exacte describente reddamus, qui hæc ait (*c*) in primis de Lucio: *Postquam ille, Athanasius, extremo vitæ die functus est, ac secunda quadam Ægypti plaga se in ipsam Ecclesiam immisit, ille inquam veritatis proditor, ille luporum pastor, ille per caulam transcendens latro, secundus ille Arius, turbida illa & amara eversio, ille impio fonte uberior fluvius; piget me quidem temporis illius flagitia, immanesque cædes, cum quibus sacrosanctam sedem homo ferus & barbarus invasit, nefariique illius ingressus præludia referre: ex multis tamen pauca deplorabo, quæ vos quoque mecum deplorabitis, & jam ante deplorastis, ad eamque etiam Davidis* (*d*) *verbis utar: Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam.* Et paulo post:

(a) Socrat. l.4. c.16. 17.
(b) Ruffin. l.2. c.3.
(c) Gregor. Naz. orat. in laudem Hieron.
Grassatio facta per Lucium in Alexandrinam Ecclesiam.
(d) Psal. 78.

LXX. *Ducis munere fungebatur homo sceleratus, Deique contemptor, ne Christiani quidem nomen gerens (hoc enim totius contumeliæ indignissimum est) verum ab idolis ad Dei templum properans, ab impuris sacrificiorum cruoribus ad execrabiliores & detestabiliores, ac fortasse hujusmodi adversus nos contumelia quasi victima quadam dæmonibus litans* (Palladius hic erat Gentilis homo Ægypti Præfectus.) *Prodibant in aciem copiæ iracundia ferventes, immanis & importunus exercitus adversus inermes homines, bellicæque rationis ignaros; expellebatur Antistes Athanasii successor, quem præter inaugurationem rite atque ordine spirituali peractum, canities & prudentia decorabant: regnabat autem Tabeel alienæ sedis hæres* (*e*); *adversus sanctos arma; adversus eas res quas diripi nefas erat, impuræ manus; adversus psalmos tubarum clangor.*

(e) Esai. 7.

LXXI. *Jam quæ sequuntur, considera, cadentes viros in locis sanctis, pedibus protritas mulieres, nonnullas etiam cum naturæ onere, præmaturos partus, vel ut aptius dicam, non partus, virgines miserabilem in modum distractas fœdius etiam cruciatas (jam & ob feminas & ob viros pudore impedior, quo minus crudelitatis modum exponam, atque occulta dedecoris sermone denudem, utpote ob quas etiam tum denudatas erubescam) alias in interioris templi puteos sese dejicientes, alias ex editiore loco se ipsas in præceps dantes propter earum rerum quas cernebant indignitatem, alias denique super eas quæ jacebant, acervatim collabentes. Adde cædes cædibus, casus casibus succedentes, sancta profanis pedibus calcata; altaria per obscœnos gestus & impudicas cantiones, atque ut audio (hoccine lingua audax proferet?) saltationes, fœdasque membrorum inflexiones probro & contumeliæ habita. Adde blasphemas linguas in sacrosanctis thronis concionantes, mysteria sugillata, psalmodias silentio compressas, gemitus in earum locum excitatos, fluentes sanguinis rivos, lachrymarum fontes, sacerdotes per vim abductos, monachos laceratos, expressam denique incursionis illius imaginem, quæ quondam Assyrii sanctam Hierosolymam populati sunt; quam nec oratio, ut dignum est, exprimere, nec auris capere potest; unus ut Hieremias ad eam calamitatem pro dignitate deplorandam adhibendus sit, qui etiam lachrymarum* (*f*) *fontes exposcit, atque ex urbis mœnibus ob easdem calamitates ad luctum* (*g*) *homines hortatur, viisque Sion luctum indicit, eo quod nullos, a quibus festa celebrentur, adducant. Hanc tragœdiam Oriens quidem vidit, at Occidens quoque deflevit, cui immanitatis hujusce signa fugitivus Antistes publice spectanda proposuit.*

Deploranda calamitas Ecclesiæ Alexandrinæ.
(f) Hier. 9.
(g) Thren. 1.

Nam pro cadaveribus cruentas vestes Ecclesia Romana protulit, & per tacitam accusationem omnibus lachrymas movit, ut calamitatis magnitudinem in oculis & aspectu defigeret, atque auxilium nancisceretur, quemadmodum etiam nactum esse scimus. Fit enim fere, ut qui opibus & potentia præcellit, ad infirmi afflictique miseriam sublevandam maxime inflectatur, ac spontanea benevolentiæ affectu ad eum qui dignitate imminutus est, se adjungat. LXXII.
Hæc quidem Damasus Petro præstitit; sed de his postea. Ista itaque a Gregorio Nazianzeno summatim recensita scias, pauciisque narrata; extat enim ipsius Petri Episcopi Alexandrini circularis epistola tunc ad omnes Christianæ religionis toto Orbe diffusas Ecclesias scripta; quam hic describendam putamus, ut se habet apud Theodoretum (*b*), prætermisso ejus exordio & aliis, a narratione sic inchoantes: (b) Theod. l.4. c.20.

Provincia illius Præfectus Palladius, professione Gentilis, & simulacris colendis semper deditus, quoniam sæpe animo instituerat bellum contra Christum gerere; tandem copiis, quas supra dixi, in unum coactis, Ecclesiam non aliter quam barbaros subjugare maturat. Tum vero, tum inquam, facinora longe improbissima admissa fuere; quæ dum volebam solum commemorare, eorum memoria tantum mihi attulit doloris, ut immensam vim lacrymarum profuderim; quæ sane ægritudo me diu admodum oppreffiffet, nisi divina quadam cogitatione eam lenire aggressus fuissem. Nam copiæ in Ecclesiam Theonæ (sic enim vocabatur) ingressæ, pro verbis gravibus & Ecclesia dignis, simulacrorum laudes decantare; pro divinarum litterarum lectione, plausus indecoros edere, fractasque LXXIII.

Epistola Petri Alexandrini Episcopi de clade Alexandrinæ ecclesiæ.

quæ voces cum obscœnitate fundere, & contumelias in Christi virgines jacere non sunt veriti: quas quidem contumelias lingua referre reformidat, quippe cumdictu turpes sint: nam quisnam bene sanus, cum eas tantummodo audiret, non aures penitus obstrueret, immo vero optaret se potius surdum esse, quam ut tantam obscœnitatem auribus perciperet? Sed utinam verborum turpitudine contenti in ea re solum deliquissent, & non improbitate factorum verborum petulantiam longe superassent. Nam convicium, qualecumque illud sit, est quidem tolerabile, præsertim his in quorum animis Christi prudentia & doctrina divina habitat. At isti vasa iræ aperta ad interitum nati, qui strepitum lascivorum sonorum, & velut ex aqua ductu (ut ita dicam) erumpentem per nares effundebant; vestes sanctarum Christi virginum, quarum pia vita cultus exemplar vivendi sanctorum Angelorum expressit, dilacerare, easque nudas, ut in lucem editæ erant, per urbem triumphi loco ducere, & pro sua libidine petulanter & obscœne irridere cœperunt.

LXXIV. Immania impiorum scelera. Denique quæ perpetrata sunt, tum crudelia erant, tum peregrina. Quod si quis his rebus ad misericordiam inductus, eos vel vi prohibere, vel hortando a talibus facinoribus dissuadere conaretur, non sine vulneribus discessit. Verum, proh dolor? multæ virgines per vim stupratæ, complures etiam fustibus in capite cæsæ mortuæ jacuerunt: quarum corpora tumulis mandandi, nulla omnino permissa potestas est; & propterea complura earum corpora, quæ sunt ab illarum parentibus cum multo gemitu quæsita, nondum reperiuntur. Sed quid inter res magnas, eas quæ sunt exigui momenti prosequor? Aut quid in hic immoror, & non ad ea quæ propter acerbitatem me ad se rapiunt, propere sermonem transfero? quarum, certo scio, vos magna capiet admiratio, & velut attoniti juxta nobiscum consistetis, obstupescentes admodum, quod Dominus tanta clementia usus sit, & non funditus hanc universitatem deleverit. Nam quæ neque facta sunt, uti scriptum est, neque audita in diebus patrum nostrorum, hæc impii in ipso altari designarunt. Etenim velut in proscænio, in quo turpis aliqua ageretur fabula, puerum masculum, qui sexum denegaverat virilem, & muliebrem sibi effinxerat, quique tum oculos habebat (ut scriptis proditum est, nempe de Jezabel) stibio oblitos, & vultum simulacrorum more fuco rubentem, habitu muliebri in ipso sancto altari, ubi pro Spiritus sancti descensu invocari solet, corpore in orbem acto, & manibus huc illucque cum gestis jactatis saltare compulerunt, atque in risum immoderatum effusi nefarias voces ore extulerunt.

LXXV. Rursus cum istud quoque ad rectum ordinem spectare, & præterea facinora decora potius, quam nefaria existimarent; Monstruosa præsumptio. unum ex suis turpitudine insigniter nobilitatum, & ut pudore, ita vestibus, sicut natus erat, nudatum in summo Ecclesiæ solio collocant, turpemque contra Christum concionatorem appellant. Nam pro verbis divinis turpitudinem, progravi oratione petulantiam, pro pietate impietatem, pro continentia stuprum, adulterium, concubitum cum masculis prædicavit; docuitque tum alia, tum furtum, cibum & potionem vitæ hominum utilia Petri fuga & Lucii suffectio. esse. Quæ cum ita se haberent, & ipse de Ecclesia decessissem; qui enim ibi manere poteram, ubi incursiones a militibus factæ, ubi multitudo argento conducta ad seditionem, ubi nimia pecuniæ cupiditas, ubi turba Gentilium amplissimis promissis ad maleficia invitata? Noster scilicet successor Lucius, qui partes lupi nequitia & improbe factis agere impense studebat, quique Episcopatum non consensu Episcoporum Orthodoxorum in unum convenientium, non suffragiis vere clericorum, non postulatione populi, uti sacra Ecclesiæ canones præscribunt, sed pecunia tamquam dignitatem quamdam (ut ita dicam) sæcularem emerat, illo cum mandato advenit. Istum autem comitati sunt (solus enim in urbem ingredi non poterat) non Episcopi ulli, non presbyteri, non diaconi, non populi multitudo, non monachi hymnos ex sacris libris depromptos canentes, sed Euzoius, qui jampridem in sancto & celebri Nicæno Concilio, cum diaconus esset in urbe nostra Alexandria, una cum Ario abdicatus fuerat, nunc autem Præsul Ecclesiæ Antiochenæ, quam velut pestis labefactat, & Magnus quidem Comes provincialium largitionum cum ingenti militum manu, vir nullo non impietatis genere semper nobilitatus; qui Juliani temporibus Ecclesiam Beryti (ea autem est urbs Phœniciæ perillustris) incenderat; sed Joviano pia memoriæ Imperatore regnante, eamdem suis ipsius impensis erat denuo ædificare coactus; parumque aberat, quin securi fuisset percussus, nisi multis pro eodem precantibus, veniam ab Imperatore impetravisset.

Itaque vos, qui incredibili pietatis studio flagratis; LXXVI. Lucii excellens impietas. quorum opem ad hæc scelera vindicanda imploro; hinc considerare debetis, quæ & quanta maleficia ab isto, quem dixi, tyranno Lucio, qui in nos impetum fecit, contra Ecclesiam Dei designata sint. Nam non a vestra pietate solum, verum etiam ab Episcopis omnibus Orthodoxis sæpenumero abdicatus, civitatem sibi justis de causis admodum infensam occupavit. Qui etiam non modo, uti insipiens ille blasphemus in Psalmis loquitur: Dixit insipiens, non est Deus scilicet quod Christus non est vere Deus;

sed

sed etiam vitæ institutis & ipse corruptus est; & alios corrumpit, suque maledictis contra Salvatorem ab his qui creaturam creatoris loco colunt, jactatis plurimum delectatur. Et quid, quæso, causa est, cur cum simili cum Gentilibus opinione imbutus sit, non nova quadam & inaudita impudentia sceleratus Deum colere audeat? In cujus conspectu Gentiles has laudes prædicarunt: Gratus est nobis tuus, o Episcope, adventus, qui Filium Dei negas. Sarapis te amplectitur, hucque adduxit. Atque isti quidem in eo excipiendo nomen simulacri sui patri recitarunt.

LXXVII. Magni Præsidis crudelitas. *Porro autem vix momentum temporis jam præterierat, cum Magnus, quem supra nominavi, individuus impietatis istius comes, satelles truculentus, satrapa crudelissimus, copiis commissis suæ curæ in unum collectis, presbyteros & diaconos numero decem & novem, quorum nonnulli octogesimum ætatis annum præteriissent, comprehendit, & de illis velut in aliquo scelere, eoque Romanorum legibus contrario deprehensis, judicium publicum exercere, & ignirus legum quæ sunt pro Christianæ pietatis defensione sancitæ, eos compellere cœpit, ut avitam fidem ab Apostolis per Patrum successionem nobis traditam proderent. Affirmavitque Valentem Augustum Imperatorem clementissimum hac re vehementer delectatum iri. Postremo cum maxima contentione vocis hæc verba protulit: O miseri, obsequimini, Arianæ opinioni assentite. Nam divinum numen, licet illa quam colitis religio vera sit, si non vestra sponte, sed necessitate adducti ab ea discedatis, veniam vobis daturum est, etenim in his quæ necessitate peccantur, relinquitur excusationi locus; sed cum sua sponte quisquam deliquerit, carere reprehensione non potest. Quo circa his rationibus ante oculos mentis positis, abjecta omni cunctatione, alacri animo nostræ accedita sententiæ; & dogmati Ariano, quod jam Lucius (eum namque nominavit) palam prædicat, subscribite; pro certo persuasi, quod si istius doctrinæ obtemperaveritis, sitis pecuniam, opes, & honores ab Imperatoribus consecuturi: sin autem restiteritis, tum carceres, tormenta, quæstiones, flagella, & carnificina vobis subeundæ sunt, tum pecuniis una cum possessionibus orbati eritis, tum denique ejecti e patria, ad loca molestissima incolenda condemnabimini.*

LXXVIII. Libera confessio Catholicorum. *Ad hunc modum igitur generosus iste dux, minis cum fraude temperatis, omnes a pia doctrina & sententia, partim cohortando, partim cogendo deducere studuit. Ac vero illi quoniam pietatis proditionem plus habere acerbitatis (uti re vera habet) quam ullum cruciatus genus, existimabant; demum necessitate compulsi, his verbis ei responderunt, virtuteque & viribus animorum celsitate fraudem ejus pariter & minas profligarunt: Desine posthac, desine his vocibus nos perterrere: a verbis inanibus proferendis tu te cohibe. Nam nos neque novitium, neque recentem colimus Deum. Ac tametsi tu velut fluctibus jactaris, spumam ore temere fundis, & tamquam ventus violentus in nos cum impetu ruis; tamen nos ad extremum usque spiritum sumus doctrinæ pietatis firme adhæsuri. Neque certe umquam sensimus, Deum potentiæ, sapientiæ, aut veritatis expertem esse: neque Patrem interdum existere, interdum non existere, uti impia Arianorum opinio fert: neque Filium in tempore ortum, aut momentaneum esse, opinati sumus. Nam si Filius (sicut Ariani somniant) creatura sit, & non sit Patri consubstantialis; inde efficeretur ut Pater quoque non sit; quippe si, ut illi sentiunt, quodam tempore non extabat Filius, Pater etiam quodam tempore non fuit. Verum si Pater semper existit, Filio videlicet vero germine, & non ex seminis profluvio enascentis existente (Deus enim impatibilis) quid est cur non demens & insanus existimetur ille, qui Filium, per cujus gratiam factum est ut sint omnia, quodam tempore non fuisse sentiat? Nam Patres nostri per universum orbem terrarum diffusi, ex quorum fide isti excidentes, merito sane patre carere dicantur, Nicææ in unum convocati, perversæ Arii opinioni, cujus patrocinium novitius iste suscepit, anathema denunciaerunt: & Filium non ex alia essentia quam Patris, quod tu nos jam dicere urges, sed ex eadem ipsa constare asseruerunt. Quod quidem præclare & pia cogitatione complexi, Filium & crebra vocum e Sacris litteris petitarum collocatione Patri consubstantialem ingenue confessi sunt.*

Itaque cum hæc & alia similia dixissent, LXXIX. *ad multorum dierum spatium in carcerem eos conclusit Magnus, ratus se eo pacto illos a pia sententia deducturum. Verum illi, non aliter quam fortissimi in stadio athletæ, omni metu penitus deposito, se rebus præclara a Patribus divina mente & cogitatione gestis quasi perurgentes, multo excelsiores animos ad pietatem propagandam habuerunt, tormenta nihil aliud quam virtutum gymnasium arbitrati. Sic igitur cum decertarent, & spectaculum (uti scribit B. Paulus) tum Angelis tum hominibus fierent; accurrit tota civitas, visura Christi athletas, verbera Judicis eos torquentis tolerantia vincentes, & contra impietatem per patientiam erigentes trophæa, & triumphos adversus Arianos agentes: quos quidem per minas & fraudem oppressos dirus iste hostis libidini eorum, qui impietatem contra Christum exercebant, se dediturum censuit. Cum igitur tormentis crudeliter eis infligendis fatigatus*

Confessores detrusi in carcerem cæsi, & missi in exilium.

esset

esset, populusque universus variis querela generibus & multo luctu uteretur; truculentus ille Dux qui omnem exuerat humanitatem, consuetis suis copiis denuo ad ciendum tumultum collectis, Christi athletas ad judicium, immo vero ad injustam condemnationem vocat, eosque ad littus moris sisti jubet: in quo loco cum simulacrorum cultores, & Judæi mercede conducti, more suo contra eos vociferarentur; & illi manifestæ insonorum Arianorum impietati cedere nollent; sententiam de illis, populo universo ante tribunal graviter lamentante, pronunciat Magnus; ut Alexandria exacti, ad incolendam Heliopolim urbem Phœniciæ transportarentur; in qua sane urbe ne unus quidem habitabat, qui Christi nomen audire (omnes enim simulacra colebant) omnino sustineret.

LXXX. *Itaque jussis illis actutum navem conscendere, ille ipse in littore stans (nam in balneis publicis, quæ prope inde aberant, eos condemnaverat) ensem districtum illis ostendit, ratus quidem se terrorem injecturum eis, qui ancipiti gladio spiritus infestos dæmones sæpenumero vulnerassent. Dat igitur mandatum, ut jam, cum neque commeatum ullum in navem imposuissent, neque quicquam omnino haberent, quo exilii molestias sublevarent, inde solvant. Quo quidem tempore ipsum mare (quod plane mirandum est & prope incredibile) undis agitatum spumare cœpit, rei indignitatem, credo, ægre ferens, & penitus (ut ita dicam) recusans eos viros excipere, ne eo pacto iniqui mandati exequendi particeps fieret: quippe his qui ignari erant, barbaram & immanem Judicis voluntatem perspicue patefecit; adeo ut vere dici posset, hac re cœlum ipsum obstupuisse.*

LXXXI. Luctus Alexandrinorum Catholicorum. *Quin etiam tota ingemuit civitas, & adhuc lugere non desinit. Nam pars alterius manuum ictibus pectora tundendo, ingentem strepitum edere: pars manus simul & oculos ad cœlum tollere, quo Deum de vi sibi illata testarentur, & ita fere loqui: Audi cœlum, & auribus percipe terra, quam iniqua atque adeo indigna edita sint facinora. Denique omnia luctu redundare, planctus & ejulatus per universam urbem pervadere, flumenque tantum lacrymarum derepente manare, uti ipsum mare sua inundatione obruere quodammodo videretur. Cum autem Dux jam ad littus astans imperaret remigibus, ut vela erigant; tum fiebat fletus promiscuus virginum, feminarum, senum, & juvenum, tum lamenta cum amaris lacrymis permixta, tum clamores ab omnibus tam ingentes editi, ut maris undosi murmur, quod tumidi fluctus mutuo collisi excitare solent, propemodum obscurarent. Ut primum vero athletæ Christi, quos diximus, appulere Heliopolim, ubi omnes erant superstitioni dediti, ubi instituta diaboli ad voluptatem explendam comparata, ubi horrenda ferarum latibula: nam montes undique cœlum propter altitudinem pene attingentes urbem illam obvallabant, omnes deinceps in media urbe communiter, & singuli privatim lamentari, & lugubres voces fundere cœperunt.* Catholici vetiti lugere. *Dabatur mandatum a Palladio urbis illius Præfecto, homine superstitioni deditissimo, ut omnino lacrymari desinerent. Unde multi qui plorabant, hique præ divino zelo strenui Ecclesiæ propugnatores arrepti, primum in custodiam conjiciebantur, deinde verberibus cæsi, lacerati, & tormentis affecti, ad metalla in Pheno & Proconneso amandabantur; inter quos complures erant monachi ad numerum viginti trium, qui quo severam disciplinam excolerent, in solitudine habitarunt; quibuscum una diaconus, qui litteras tum consolationis, tum communionis a Damaso Episcopo Romano ad nos attulerat, manibus a tergo colligatis, a lictoribus palam tamquam maleficus insigniter improbus trahebatur.*

LXXXII. Quid in Damasi Diaconum Ariani. *Qui acerbioribus tormentis, quam quisquam homicida, excruciatus fuit; cujus cervices lapidibus & plumbo crudeliter verberatæ erant. Postremo nave ad trajiciendum conscensa, eodem modo cum eo atque cum cæteris actum est: nam omni ope ac subsidio destitutus erat, & propterea signo sanctæ Crucis frontem signavit; sicque metallis æneis in Pheno traditus est.* Ita impie actum adversus diaconum a Damaso Roma tunc missum Alexandriam. Sed pergit: *Porro autem cum Judex tenera puerorum corpora torqueret, quidam eorum post cruciatus remansere extincti & jure sepulturæ defraudati, idque cum parentes, fratres, cognati, & tota pene dixerim civitas postularet, ut unum hoc atque adeo ultimum vitæ solatium illis tribueretur. Sed o sæva judicantis, immo vero condemnantis crudelitatem! Nam qui pro pietate decertarint, idem cum homicidis judicium subeunt, corporaque eorum manent insepulta; & qui pro fide strenue dimicarunt, bestiis & volucribus objiciuntur ad vorandum; qui denique patres cæsorum conscientiæ causa commiserati sunt, tamquam impii facinoris auctores securi feriuntur.* Quid actum in pueros, & parentes eorum. *Quæ Romanorum lex, quæ barbarorum sententia judicavit in eos, qui patribus cæsorum condoluerunt? Ubinam tale scelus a quoquam veterum fuit umquam patratum? Olim Pharao jusserat Hebræorum musculos trucidari; verum invidia & metu adductus hoc mandatum dedit: At quæ tum gerebantur, quanto sunt his, quæ modo designata sunt, mitiora? quanto optabiliora, si in injuria optio ulla sit? quanto tolerabiliora, si scelus cum scelere (cum aliud ab alio sejungi nequeat) velimus comparare? Sunt ista quæ commemoro, incredibilia quidem, immania, dira,*

crudelia & barbara, ſive miſericordia, amara, ſed tamen amentes Ariani in illis inſolenter gloriati ſunt, atque adeo tripudiarunt.

LXXXIII. *Cum enim tota civitas in luctu & mœrore eſſet (nulla enim domus erat, in qua, uti in Exodo (a) ſcriptis proditum eſt, non jaceret mortuus) hi, quorum crudeles animi nullo modo exaturari poterant, non conquieverunt, ſed ſcelus deintegro exercere aggreſſi ſunt. Nam voluntatem ſuam, quæ ad deteriora inclinabat, patefacientes, ſuæ malevolentiæ virus in illius provinciæ Epiſcopos effundere cœperunt. Siquidem opera Magni, quem diximus, Comitis largitionum, ſatellites ad injuriam ſatis inſtructi, nonnullos eorum in judicium adducere: aliis, quo libitum erat modo inſidias parare, eo conſilio, uti omnes ubique impietatis laqueis irretirent, nihil intentatum relinquentes. Quin etiam omnia loca circuire, non aliter atque diabolus ipſorum hæreſeos parens, quærentes quem devorent. Atqui cum in eo quod conabantur, ab omnibus ſe deſtitutos viderent; undecim tamen Epiſcopos Ægypti, viros qui ab ineunte ætate ad ſummam uſque ſenectutem ſolitudinem ſeveræ diſciplinæ cauſa incoluerant, qui ſanctam ac ſinceram fidem audacter & libere prædicarant, qui pietatis dogmata una cum lacte nutricis ſuxerant, qui victoriam contra dæmones reportarant, qui virtute adverſarium repreſſerant, qui Arianam hæreſim ſuis (ut ajunt) coloribus depinxerant, Magno illo, quem ſupra nominavimus, velut inſtrumento crudelitatis uſi, in exilium ejecerunt; oppidumque nomine Diocæſaream, a Judæis, qui dominum interfecerant, inhabitatum, incolere compulerunt. Et tamen non aliter quam orcus, morte fratrum minime ſatiati, ubique terrarum velut amentes ac ſtupidi, ſuæ crudelitatis monumenta relinquere non verentur, atque adeo maleficiis ſe nobilitare ſtudent.*

(a) Exod. 12.

Epiſcopi in exilium acti Diocæſaream in Palæſtina.

LXXXIV. *Ecce enim rurſus Eccleſiæ Catholicæ clericos, qui Antiochiæ commorabantur, quique cum quibuſdam monaſticæ vitæ ſpectatis, tragica eorum ſcelera teſtata apud omnes relinquere conſtituerant, iſti vocibus maledicis contra eos in auribus Imperatoris infuſis, Neocæſaream urbem Ponti relegandos curaverunt; qui quidem propter locorum aſperitatem vita quoque brevi expoliati ſunt.* Hucuſque ex epiſtola Petri narratio apud Theodoretum, qui mox ſubdit: *Tales quidem tempora illa tulere tragœdias; quæ tametſi ſilentio & oblivione obruendæ ſunt, tamen litterarum monumentis produntur ad eos coarguendos, qui linguis petulantibus Dominum ſunt inſectati; qui quidem morbo blaſphemiæ infecti, non modo in totius univerſitatis Dominum & moderatorem Deum convicia jacere, verum etiam contra pios ejus famulos bellum exitiale ſuſcipere non dubitarunt.* Hæc ipſe. Meminit quoque ejuſdem diræ perſecutionis ſanctus Epiphanius (*b*), qui & præter alia ſupplicia Catholicis Ægyptiis irrogata, nonnullos ex illis tradit fuiſſe damnatos ad beſtias. Sed & Caſſianus de ſanctis monachis tum ſub Lucio in Pontum & in Armeniam relegatis hac meminit occaſione (*c*): *Temporibus ſiquidem Lucii, qui Arianæ perfidiæ Epiſcopus fuit ſub Valentis Imperio, dum diaconiam noſtris fratribus deferremus, hi videlicet qui de Ægypto & Thebaide fuerant ob Catholicæ fidei perſeverantiam metallis Ponti atque Armeniæ relegati, licet cœnobiorum diſciplinam in quibuſdam civitatibus rariſſimam viderimus, anachoretarum tamen apud illos ne ipſum quidem nomen auditum fuiſſe comperimus.* Hæc per Abbatem Piammonem Caſſianus, in quem potius quam in illum ad ejus libitum interloquentem rejicienda culpa eſt, ſi de Ponto, quod ait, & Armenia, mendacii arguatur ex iis quæ ſuperius recitata ſunt ex Gregorio Nazianzeno atque Baſilio, de Ponticis eremis abundantibus anachoretis.

Antiochenos pertigit perſecutio.

(b) Epiph. hæreſ. 68.

(c) Caſſian. collat. 8. c. 7.

Quod autem ad Ægypti monachos ſpectat diriſſime a Lucio exagitatos: Ruffinus, qui cum Melania in Ægypto agebat, hæc de illis ſcriptorum monumentis poſteris legenda (*d*) tradidit: *Inde poſt fugas civium & exilia, poſt cædes & tormenta, flammaſque quibus innumeros confecerat, ad monaſteria furoris ſui arma convertit, vaſtat eremum, & bella quieſcentibus indicit. Tria millia ſimul, aut eo amplius viros per totam eremum ſecreta & ſolitaria habitatione diſperſos oppugnare pariter aggreditur; mittit armatam equitum & peditum manum, Tribunos, Præpoſitos, & bellorum duces, tamquam adverſus barbaros pugnaturus, eligit: Qui cum veniſſent, novam belli ſpeciem vident, hoſtes ſuos gladio objectare cervices, & nihil aliud dicere, niſi: Amice ad quid veniſti? Per id tempus patres monachorum, vitæ & antiquitatis merito, Macarius, Iſidorus, aliuſque Macarius, atque Heraclides & Pambus Antonii diſcipuli per Ægyptum, & maxime in Nitriæ deſerti partibus habebantur viri qui conſortium vitæ & actuum non cum cæteris mortalibus, ſed cum ſupernis Angelis habere credebantur. Quæ præſens vidi, loquor; & eorum geſta refero, quorum in paſſionibus ſocius eſſe promerui:* & in epiſtola ad Anaſtaſium Romanum Pontificem hæc item ſe paſſum eſſe gloriatur cum ait: *Quamvis igitur fides noſtra perſecutionis hæreticorum tempore, cum in ſancta Alexandrina Eccleſia degeremus, in carceribus & in exiliis, quæ pro fide inferebantur, probata ſit; tamen & nunc ſi quis*

LXXXV. Perſecutio Arianorum adverſus Ægypti monachos.

(d) Ruffin. l. 2. c. 3. & 4.

quis est, qui vel tentare fidem nostram cupiat, sciat, &c.

LXXXVI. Ruffinus jactantee confessionem ostentat. At hæc de summa jactantia ab ipso Ruffino esse commenta, exclamat sanctus Hieronymus, cum his recitatis ipsius verbis, sic subdit (a): *Miror quod non adjecerit: Vinctus Jesu Christi, & liberatus sum de ore leonis (b), & Alexandriæ ad bestias pugnavi, & cursum consummavi, fidem servavi; superest mihi corona justitiæ. Quæ, malum, exilia, quos iste carceres nominat? Pudet me apertissimi mendacii; quasi carceres & exilia absque Judicum sententiis irrogentur. Volo tamen ipsos scire carceres, & quarum provinciarum se dicat exilia sustinuisse. Et utique habet copiam de multis carceribus & infinitis exiliis unum aliquod nominandi. Prodat nobis confessionis suæ Acta, quæ hucusque nescivimus; ut inter alios Alexandriæ martyres hujus quoque gesta recitemus; & contra latratores suos possit dicere (c): De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini nostri Jesu Christi in corpore meo porto.* Hæc Hieronymus.

(a) Hieron. Apol. l. 2.

(b) 2. Tim. 4.

(c) Galat. 6.

LXXXVII. Certe quidem Melania clarissima femina, Consulis Marcellini neptis, antiqua nobilitate & filii Præfecturæ Urbanæ magistratu toto Romano orbi notissima, apud quam primum locum Ruffinus obtinebat, omnium Præfectorum, quocumque pergeret, frequentabatur obsequiis, tantumque abfuit, ut vel ipsi vel alicui ex ejus familia irrogata exilia fuerint, quod Ruffinus jactat, ut etiam qui persecutionem fidei causa paterentur, ad ipsam tamquam ad asylum confugerent, ab eademque pariter in tuto collocarentur, atque etiam alerentur; ut quæ de ea proxime dicturi sumus, cum ipsa processit ad Judicem, fidem certam faciunt. At cur Ruffinus, sicut aliorum, non etiam suam recensuit confessionem exemplo Pauli Apostoli? quod præsertim sciret, rem tantam haud ab adversariis facile ratam fore habendam absque aliqua certiori probationis fide, cum alioqui aliorum confessiones adeo exacte describat? Si qua tamen tunc Alexandriæ contigit Ruffini confessio: ea tantum fuisse existimatur, cum provocata Melania ad judicium, quod faveret Orthodoxis, ipse putetur eam comitatus esse: sed dimissa illa quantocyus, utique & qui cum ea erant, rediere domum. Sed de his satis.

LXXXVIII. Miraculis probatur fides Catholica. Pergens Ruffinus recensere res tunc gestas a Nitriæ monachis hæc subdit: *Hi ducebant exercitum Domini non mortalibus telis, sed fide religionis armatum, exercitum moriendo vincentem, & qui sanguinis sui profusione victor Christum sequeretur ad cælum. Quique dum in tabernaculis positi & orantes expectarent interfectores suos; delatus est ad eos homo olim membris omnibus, & præcipue pedibus aridus; sed cum ab eis in nomine Domini oleo fuisset perunctus, statim confirmatæ sunt plantæ ejus. Et dicentibus eis: In nomine Jesu Christi, quem Lucius persequitur, surge & sta in pedibus tuis, & redi ad domum tuam; continuo exurgens, & exiliens, benedicebat Deum, ostendens quia vere erat in eis Deus. Ante aliquantulum vero temporis cæcus quidam rogabat deduci se ad cellulam Macarii, quæ erat in deserto, itinere trium dierum; quo postquam cæcus multo ductantium labore pervenit, Macarium non reperit domi; & contristatus valde, nullatenus mitigare mæstitiam poterat, sanitatis solatio carens. Tum vero fervore fidei concalescens: Deprecor (inquit ad eos qui deduxerant) applicate me ad illam partem parietis, ubi cubare senior solet. Et cum fuisset admotus, parum luti aridi, unde paries oblitus videbatur, assumens, palmæ suæ superposuit. Rogat etiam, ut aquam de puteo, ex quo bibere solebat, haurirent; qua resolvens glebulam, eodemque luto oculos suos superungens, & lavans de aqua, quæ hausta fuerat, repente recepit visum, ita ut nullo indigens adminiculo rediret ad sua. Sed ne secundum leprosos illos ageret, quos a se curatos in Evangeliis ingratos Dominus notat: cum omni domo sua regressus, & Deo Gratias referens, rem ut gesta fuerat indicavit.* Subdit post hæc Ruffinus de eodem Macario, qui leunculos cæcitate curavit, proque gratiarum actione a leena pelle ovina donatus est: at hæc contigisse diximus vivente adhuc Magno Athanasio; subjungit vero Ruffinus:

Sed in his omnibus Lucius non erubuit, nec aliquid reverentiæ virtutum mirabilibus detulit; quinimo jubet, Patres ipsos ablatos a grege suo, immo clam raptos, in insulam quandam Ægypti paludium deportari, in qua compererat neminem prorsus esse Christianum, quo per hoc vel absque solatiis, vel absque consuetis actibus viverent. Senes igitur cum duobus solis pedissequis noctu ad insulam deducuntur, in qua erat templum quoddam summa veneratione a loci incolis observatum. Cumque primum navicula senum oram soli illius contigisset: ecce subito sacerdotis templi illius virgo filia correpta spiritu cum ingenti vociferatione & clamoribus usque ad cælum datis, agi per medios populos cœpit; & crebros ductus rotatus, stridens, huc atque illuc rabida ora vibrare. Cumque ad spectaculum tam ingentis monstri maxime, quo desset sacerdotis filia, qui in honore præcipuo apud illos erat, populi convenissent; per auras eam raptam sequentes, perveniunt usque ad naviculam senum. Ibi vero projecta eorum pedibus & prostrata, clamare cœpit: Quid venistis huc, o servi Dei summi, antiquis nos & veternosis evolvere domiciliis? In hoc loco depulsi, un-

LXXXIX. Monachi relegantur in insulam.

Populi ad fidem conversi per monachos exules.

dique latebamus: quo modo vos nequaquam latere potuimus? Cedimus antiquis sedibus; populos vestros, terrasque recipite. Cum hæc diceret, increpitus ab eis erroris spiritus effugatur; *& puella sana una cum parentibus suis iacebat ad pedes nostri temporis Apostolorum. Qui talibus exordiis prædicantes eis fidem Domini nostri Jesu Christi, in tantam conversionem repente eos perduxerunt, ut statim manibus suis antiquissimum templum & in summa veneratione habitum destruerent, & Ecclesiam confestim ædificarent. Nec ad deliberandum spatio temporis eguerunt, quibus fidem rerum fecerant non verba, sed virtus. Sed hoc cum fuisset Alexandriæ nunciatum; veritus Lucius, ne forte etiam suorum in eum odia justa consurgerent, qui aperte jam bellum non hominibus, sed Deo indiceret; occulte eos revocari, & in eremum remitti jubet.* Hactenus de his adversus sanctos monachos gestis Ruffinus præsens omnium testis, in Ægypto tum (ut dictum est) cum Melania agens.

XC. Auctoris digna consideratio.

Vide, lector, bella Domini, & considera; state pro Arianis Præfectos, Prætores satellites, apparitores, truculentosque carnifices, æstuare de Catholicis carceres, exeri gladios, parari secures, incendi ignes, solvi virgarum fasces, bestias introduci, armari Judæos simulque Gentiles cum Arianis, scribi sententias, proscribi Catholicos, repleri metalla piis, exulibus & extorribus exundare Provincias, cædibus demetiri Civitatem, sanctorum carnibus pasci volucres atque canes: contra vero intuere, stare pro piis Deum, ac suam præsentiam evidentissimis reddere certam miraculis, cogereque impiorum omnium ductores dæmones suam ipsorum fateri imbecillitatem, victos recedere, sedibus abscedere diutius occupatis; ut occinere illud libere liceat (a): *Nobiscum Deus.* Atque illud majori fiducia prædicare: *Plures (b) pro nobis, quam contra nos.* Sunt hæc adeo perspicua omnique fide dignissima, & quavis existimatione majora, ut neminem putem ita impium, menteque alienatum, suique oblitum, qui ista considerans, non potius stans medius eligat castris sanctorum mereri, quam a Lucii partibus stare; cui militare scias non Arianos tantum sed omnes hæreticos, qui quacumque occasione a fide Catholica defecerunt; sub qua quidem non illos tantum agere, certum est, quos diximus sanctissimos anachoretas, sed pios omnes hæresum adversarios, eamdem in hanc diem fidem Catholicam profitentes, quam Athanasius, Antonius, ipsorumque alumni magna constantia sectabantur: eamque a majoribus acceptam, ad posteros propagatam, atque ab ipso virtutum Domino tot signis evidentioribus confirmatam retinentes, quamque ipsa præsens quoque Ecclesia retinet atque docet, firme custodientes.

(a) Isai. 7.
(b) 4. Reg. 6.

XCI. Valentis Imp. edictum.

Sed quod ad eamdem persecutionem spectat, Socrates (c) addit accessisse ad sævitiam Præsidum Valentis Imperatoris jussionem: *Nam*, inquit, *ex edicto Imperatoris mandatum est, ut omnes qui fidem Consubstantialis tenebant, non Alexandria solum, sed ex universa etiam Ægypto penitus expellerentur. Quin etiam Præfecto imperatum, ut cum ingentibus copiis omnes ubique persequeretur, quos Lucius indicaret.* Hæc ipse; eademque a Ruffino sunt recitata. Itemque Sozomenus, (d) nec non Theodoretus (e) fideles testes sunt miraculorum in confutationem hæreticæ impietatis tunc editorum. Sed & quod silentio Ruffinus præteriit dignum memoria tunc officium exhibitum a Melania nobilissima Romana femina, his ea Paulino jungemus: scribens enim ad Severum inter alia digna præconia Christianæ feminæ Consularis hæc habet (f):

(c) Socrat. l. 4. c. 17. 19.
(d) Sozom. l. 6. c. 22.
(e) Theod. l. 4. c. 19.
(f) Paulin. epist. 10.

XCII. Melania occultat & pascit Monachos.

Tempore illo Valentis, quando Ecclesiam Dei vivi furor Arianorum, Rege ipso impietatis satellite, persequebatur; hæc erat princeps & particeps cunctis pro fide instantibus; hæc fugatos recipiebat, aut apprehensos comitabatur. Sed cum eos recepisset in latebram, qui propter insignem fidem, & majore hæreticorum odio infestabantur, & occultantium tangebantur invidia; gravi tunc seditione diabolicis facibus inflammata, quasi contra legem publicam contumax, protrahi ac pati jussa est quæ illos manebant, nisi prodere maluisset. Processit impavide, cupida passionis, & injuria publicationis exultans, quamvis non exspectasset trahi, tracturos antevolans ad Judicem; qui confusus veneratione præsentis, non executus est infidelitatis iram, dum fidei miratur audaciam. Eadem tempestate per triduum quinque millia monachorum latentium panibus suis pavit; ut per eius manum iterum Dominus (g) Jesus pristinum numerum in deserto pasceret, tanto quidem nunc impensiore clementia, quanto minore licentia fovebantur occulti, quam illi quondam, qui ad Dominum voluntarie in libertate & pace convenerant. Sed hæc nec timida deprehendi, interdictum secura præbebat officium; nec volens gloria operationis agnosci, tamen operis magnitudine prodebatur, totidem apud homines testimoniis gloriosa, quot pestes, Deo conscio. Hæc Paulinus, mirifica prædicatione tam egregia facta celebrans; quæ sane gesta esse in Ægypto, non autem in Palæstina, illud persuadet, quod nullibi tam ingens numerus monachorum simul collectorum nisi in Ægypto fuerit reperiri: mansisse quidem ipsam Melaniam in Ægypto mensibus octo, Palladius (h) docet. Porro ab his diversa

(g) Matt. 14. Marc. 6. Luc. 9.
Melaniæ constantia.
(h) Pallad. in Lausiac. c. 33.

esse

esse noscuntur, quæ de ejusdem Melaniæ officiis, quibus prosecuta est in Palæstina relegatos confessores, idem Palladius tradit, quæ paulo post narraturi sumus.

XCIII. Ut autem tam ingenti opera, in occultandis atque pascendis monachis quinqua millibus in deserto, veluti contumeliis provocatus Præfectus, libens ejus responsionibus cesserit; summa feminæ claritudo, quæ apud hostes quoqua reverentiam sibi conciliabat, in causa fuit. Erat quidem Melaniæ nomen (ut dictum est) non Romæ tantum, sed ubique locorum Romani imperii cognitum, atqua honore habitum tum nobilitate generis, tum egregiæ pietatis præstantia; de qua hæc idem qui supra Paulinus (*a*): *Mulier celsiore grada ad humilitatis cultum ob amorem Christi dejecta sublimiter, ut viros desides in infirmo sexu fortis argueret, arrogantes in sexu utroque personas, paupertata divites, & nobiles humiliata confunderet. Igitur Marcellino Consule avo de ambitu generis & opum luxu in teneris adhuc annis nuptias passa, & brevi mater, sed infelicitate mortalium non longam potita est, ne diu terrena diligeret. Nam præter alias orbitates, quas irrito in fœtibus abortivis labore, adhuc marito particeps deflevit; ita crevit ærumnis, ut duos filios, & maritum intra anni tempus amitteret, unico tantam sibi parvulo ad memoriam potius, quam ad compensationem affectuum derelicto.* Hæc & alia de ipsa Paulinus; sed quod eam dicat habuisse Marcellinum avum Consulem, Hieronymus (*b*) filiam ejus appellat; at Ruffinus (*c*) Paulino consentit, qui etiam eam neptem Marcellini Consulis nominat: Palladius vero res ab aa gestas conscribens, cum Hieronymo Marcellini filiam vocat; gessisse reperitur Consulatum ordinarium Marcellinus cum collega Probino anno Domini trecentesimo quadragesimoprimo, ut legitimi Fasti Consulares indicant. Porro Melaniæ filio hoc tempore Præturam Urbanam fungenti junctam fuisse constat in matrimonium Albinam (*d*), Melania vero junior ajus neptis Piniano in matrimonium tradita fuit; sed de his inferius. Laudat S. Hieronymus feminæ summam constantiam, quod simul siccis oculis sepelisset virum suum ac duos (*e*) filios; uno vero superstite derelicto, peregrinata fuerit in Ægyptum primo, inde Hierosolymam; ibique ad quinque lustra essa commoratam, Paulinus (*f*) tradit; amplius vero annos duos, nempe vigintiseptem, Palladius (*g*) affirmat.

(a) Paulin. epist. 10.

Melaniæ genus.

(b) Hieron. in Chron.

(c) Ruffin. 2. invect. in Hieron.

(d) Pallad. c. 33.

(e) Hieron. epist. 25.

(f) Paulin. ad Sever. epist. 10.

(g) Pallad. in Lausiac. c. 33.

Porro Melaniæ in Ægypto commoratio magnum plane cum ipsi, tum Ruffino attulit detrimentum, siquidem cum Didymo Alexandrino magni nominis viro, & ob eximiam conjunctam cum oculorum cæcitate peritiam plane cunctis admirabili, intimam consuetudinem habentes, propinante illo ipsis sitientibus, quem mirifice prædicabat, Origenem suum, hausetunt isti una cum dulci potu venenum.

XCIV. Hujus autem ut hic repetamus exordia, anno hic quinto ætatis suæ (ut auctor est S. Hieronymus *h*) oculos perdidit, sed tamen lectore adhibito tanta didicit, ut admirationi omnibus esset, ac plane miraculo, quod geometricas assecutus fuerit facultates, quæ ut addisci possint, maxime visu indigent: testatur id quidem Hieronymus de eo (*i*). De cujus vitæ instituto hæc quoque Ruffinus (*k*): *Indesinenter Dominum deprecabatur, non ut oculorum carnalium visum, sed ut illuminationem cordis acciperet: miscebat autem precibus studia & laborem, & juges continuasque vigilias non ad legendum, sed ad audiendum adhibebat, ut quod aliis visus, hoc illi conferret auditus. Cum vero post lucubrationis laborem somnus, ut fieri solet, legentibus advenisset: Didymus silentium illud non ad quietem vel otium datum ducens, tamquam mundum animal, ruminans cibum quem ceperat, ex integro revocabat; & ea quæ dudum percurrentibus aliis ex librorum lectione cognoverat, memoria & animo retexebat, ut non tam audisse quæ lecta fuerant, quam descripsisse mentis suæ paginis videretur. Ita in brevi, Deo docente, in tantam divinarum humanarumque litterarum eruditionem ac scientiam venit, ut scholæ Ecclesiasticæ doctor existeret, Athanasio Episcopo, cæterisque sapientibus in Ecclesia viris Dei admodum probatus; sed & in cæteris sive Dialectica, sive Geometricæ, Astronomia quoque vel Arithmetica disciplinis ita esset paratus, ut nullus unquam philosophorum aliqua ex his artibus proponens, obtinere eum, vel concludere quiverit, sed statim ut responsiones ejus acciperet, magistrum eum etiam illius de qua proposuisset, crederet disciplinæ. Hujus aliquanti dicta vel communiter disputata, vel proponentibus responsa, adhibitis notariis, descripsere, quæ & nunc in magna admiratione habentur. Nos autem, qui vivæ vocis ejus ex parte aliqua fuimus auditores, & ea quæ a nonnullis, dicente eo, descripta legimus; longe majorem gratiam, & divinum nescio quid ac supra humanam vocem sonans, in illis magis sermonibus qui de ore ipsius proferebantur, agnovimus.* Hæc Ruffinus de eo: res vero gestas cum Antonio superius diximus; eadem quoqua Theodoretus (*l*), atque Sozomenus (*m*). Quantum eum coluerit S. Hieronymus, dicemus suo loco.

(h) Hier. in Chron. anno 9. Valent.

(i) Hier. de script. eccl. in Didymo

(k) Ruffin. l. 2. c. 7.

De Didymo Alexandrino.

(l) Theod. l. 4. c. 27.

(m) Sozom. l. 7. c. 14.

XCV. Sed illud plane lugendum, ut Didymus: qui ex cæco factus sit scientia videns, eadam ex vidente cæcus evaserit; quippe qui sui Origenis amore captus,

ita

sta ergo cum affectus est, ut quæcumque ille scripserat, velut e cœlo lapsa acceperit, magnoque Ecclesiæ detrimento aliis communicaverit; nec id quidem palam, vel omnibus, sed furtim in aures curiosorum audientium instillaret, quos facile omnis agitaret doctrinæ ventus. Talibus ab ipso comperris (proh dolor!) Melania atque Ruffino, sic eorum animis Periarchon Origenis infudit, ut eo tamquam magno thesauro ditari cuperent totum Catholicum orbem locupletari; sed plane aspidis ova foverunt; quibus ruptis, prodiere serpentes, quorum lethali veneno quamplurimi misere periere. At de his inferius suis locis pluribus agendum erit: hæc modo satis in his quæ spectant ad Melaniæ & Ruffini consuetudinem cum Didymo in Ægypto hoc tempore, quo illuc sunt peregrinati. Mentio est apud Socratem (a) de alio Didymo monacho sene solitarie agente, ab hoc de quo agitur longe diverso.

(a) Socrat. l. 4. c. 20.

XCVI. His de Didymo Alexandrino narratis, jam Melaniæ vestigia affectemur: Quæ hoc eodem anno, quo ex Petri Alexandrini litteris vidimus Ægypti Episcopos & monachos relegatos esse Diocæsaream oppidum in Palæstina situm, illis ministratura, magno fidei ardore succensa, Hierosolymam profecta est. Quid vero ipsa ibi egerit, Palladius docet his (b) verbis: *Post hæc autem, cum Alexandriæ Præfectus Augustalis Isidorum, Pithymum *, Adelphium, Paphnutium, Pambonem, inter quos etiam senem Ammonium unam habentem auriculam, & duodecim Episcopos, presbyterosque & alios quosdam usque ad centum duodecim numero circa Palæstinæ Diocæsaream damnasset exilio; istos hæc beatissima omnes secuta est, & propriis facultatibus eis ministerium suum præbuit. Cumque ab illis qui in memoratorum custodia erant, prohiberetur hæc facere (sicut mihi & ipsi sæpe referebant: nam & ego S. Pithymum & Isidorum & Paphnutium vidi) benedicta tunc illa, sumpta veste servili circa vespertinas horas, omnia eis vitæ necessaria afferebat.*

(b) Pallad. in Lausiac. c. 33.
* Euthymium.
Melaniæ profectio in Palæstinam.

XCVII. *Quo cognito, Palæstinæ Provinciæ Consularis, credens quod sinus suos posset fumo quodam atque terrore ex pecunia ejus implere; jussit eam (ignota enim ipsi erat) corripi, & in carcerem trudi. Ex quo loco tunc ei per internuncios quosdam sancta illa mandavit. Ego, inquit, illius filia, & illius conjux fui, ancilla vero nunc Christi sum; ne ergo me ob vilitatem præsentis habitus contemnendam putaveris; quia facile extollere, si velim, me possum; nec terrere igitur me in aliquo vales, neque quicquam mihi de meis rebus auferre. Atque ideo ne fortassis ignorans periculum aliquod aut crimen incurras; idcirco ista tibi mandavi; quasi quæ diceret: interdum enim necesse est adversus impudentes hæc agi, & veluti accipitre vel cane contra eos arrogantia uti, quæ congruo tempore superbos comprehensura imitatur. Talibus ergo verbis mox ipse territus Judex excusavit eidem factum suum; & ita eam, ut meruerat, honoravit; & jussit, ut ad illos viros, quoties vellet, accederet.* Hactenus de illius ministerio exhibito confessoribus.

Præfectus Palæstinæ quid in Melaniam.

De commoratione vero ejus Hierosolymis sic mox subdit: *Hæc autem, revocatis ab exilio memoratis viris, monasterium apud Hierosolymam sibi fecit, in quo viginti & septem annorum tempus implevit, quinquaginta secum sorores virgines habens. Erat etiam cum ea Ruffinus quidam nomine, Italus, Civis ex Aquilejensi oppido, vir nobilium & in proposito singulari satis fortium morum, qui ad presbyteratum postea meruit pervenire; quo nullus mansuetior, fortior, & placidior tamquam omnia sciens, in sexu virili potuit inveniri.* Hæc quidem de Ruffino Palladius, de Origenis sectatore Origenista, Hieronymo eam ob causam perinfensus; ut non mireris, si qui Ruffinum immensis laudibus ornat, Hieronymum eodem in commentario contumeliis laceret. Sed de Palladio suo loco plura inferius; qui de instituto Melaniæ atque Ruffini toto illo temporis spatio, quo vixerunt Hierosolymis, ista subdit: XCVIII.

Quæ egerit Melania Hierosolymis

Isti igitur in viginti & septem annis omnes apud Hierosolymam sanctos, atque peregrinos Episcopos & Monachos, virginesque (hoc enim voverant Deo) suscipere propriis sumptibus ac fovere consueverunt, omnesque ad se venientes meliores tantarum ac talium rerum contemplatione fecerunt. Illos enim quadringentos numero monachos, qui propter Paulinum, Antiochenum Episcopum scilicet, se ab Ecclesia separabant, sanctæ rursus Ecclesiæ reddiderunt. Omnes etiam præter hos perversa secta homines, & contra Spiritum sanctum sacrilego ore certantes, ad Ecclesiam nostram, vera suadendo, ac jugiter cunctos docendo, revocaverunt, honorantes quidem ac sæpe pascentes ejusdem loci clericos; & hæc pariter facientes, vitam suo pio studio finierunt, nulli quidem ex se vel levem dantes scandali suspicionem, totum vero orbem terrarum spirituali ædificatione plenissimum relinquentes. Hactenus Palladius. Sed jam his de peregrinatione Melaniæ recensitis, ad cladem Alexandrinæ Ecclesiæ prosequendam revocemus jam diu intermissam orationem. XCIX.

Opera Melaniæ atque Ruffini.

Cum autem tantæ cladis Ecclesiæ Alexandrinæ illatæ fama præ sui immanitate toto Christiano orbe diffusa esset; S. C.

Ba-

Basilius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, ea accepta, ejusmodi ad Alexandrinos consolatorias litteras dedit (a):

(a) Basil. epist. 72.

S. Basilii litteræ ad Alexandrinos.

De persecutionibus apud Alexandriam, & reliquam Ægyptum jamdudum ad nos fama pervenit; animosque nostros, ut par erat, affecit. Expendimus enim astutiam belli diabolici; quo modo is, ubi Ecclesiam ex persecutione ab inimicis illata multiplicari, magisque florere vidit, insidias suas mutaverit; ut jam nos non ex aperto oppugnet, sed occultas insidias struat, consilium suum per nomen Christianum, quod hæretici prætexunt, obtegens; ut & eadem cum patribus nostris patiamur, & tamen haud videamur pro Christo pati, propterea quod & ipsi persecutores nostri Christianorum nomine censentur. Ista considerantes, plurimum temporis ex iis quæ apud vos gesta nunciata fuerant, animos nostros stupore repleverunt, & perculerunt. Re vera namque insonuerunt utraque nostræ aures, ubi cognovimus impudentem, & humano generi inimicam hæresin eorum qui vos persecuti sunt; quo modo nec aliquam reveriti sunt ætatem, nec molestias canitiei, nec plebis dilectionem, sed corpora verberarunt & dehonestarunt, inque exilia ejecerunt, ac bona diripuerunt, quæcumque accipere potuerunt, neque humanam veriti condemnationem, neque terribilem justi Judicis retributionem prævidentes; ista nos stupefecerunt, & ipso prope sensu destituerunt.

CI. Ex dira persecutione quid in mentem Basilii venerit.

Accessit autem ad hasce animi mei disceptationes & ista cogitatio: An Ecclesias suas prorsus reliquit Dominus? An novissima hora est, & hoc pacto initium sumit defectio, ut jam deinceps reveletur iniquus ille filius perditionis, qui adversatur, & extollitur super id omne quod dicitur Deus, aut numen? Attamen sive temporaria est ista tentatio, ferte eam ut boni Christi athletæ; sive omnimodo res nostræ traditæ sunt corruptioni; ne socordes simus ad ea quæ accidunt, sed revelationem e cælis, & apparitionem magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi expectemus. Si namque universa creatura solvetur, & transmutabitur figura hujus mundi; quid fuerit insolentiæ, si & nos qui creaturæ portio quædam sumus, communes afflictiones tulerimus, tribulationibusque traditi fuerimus, quas pro mensura potentiæ suæ super nos justus induxit Judex, qui nos tentari non sinet supra quam ferre poterimus, sed & cum tentatione exitum dabit, ut ferre possimus?

CII. Basilii exhortatio ad Alexandrinos.

Expectant vos, fratres, Martyrum coronæ: parati sunt confessorum chori, ut manus vobis porrigant, inque numerum suum vos recipiant. Memores estote veterum sanctorum, quam nemo sit illorum deliciis & assentationibus, patientiæ coronis dignus effectus; sed omnes per magnas tribulationes ingressi, experimentum sui dederint. Alii cum illusionibus & flagellis probati sunt, alii tentati sunt, secti sunt, occisione gladii mortui sunt. Hæc sunt, unde decorantur sancti. Beatus est qui dignus habetur ut pro Christo patiatur; beatior is est, qui abundantiores afflictiones tulit: afflictiones enim hujus temporis non sunt condignæ ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Quod si ipse ad vos venire potuissem, congressu vestro nihil fuisset tutius, ut & athletas Christi viderem, & complecterer, & precum donorumque spiritualium, quæ vobis data sunt, consortio potirer. Quoniam vero corpus habeo diuturno morbo confectum, ita ut ne lecto quidem descendere queam; & multi sunt qui instar luporum rapacium nobis insidiantur, occasionem venantes, an aliquo pacto oviculas Christi aliquando rapere possint; necessario per litteras invisere vos institui, obsecrans cum primis quidem, ut continue pro nobis precemini, quo reliquos dies aut etiam horas Domino secundum Evangelium regni servire merear: deinde vero, ut & imperitiæ meæ & litterarum tarditati ignoscatis. Nam ægre nobis ejus hominis copia facta est, qui desiderio nostro servire queat; dico autem de Eugenio monacho filio nostro, per quem vos obsecro, ut pro nobis, & universa Ecclesia oretis; deque rebus vestris rescribatis, ut cognitis illis, alacriores reddamur. Hactenus Basilius ad Alexandrinos.

At quid interea magna admiratione dignum accidit? Dum negat Romanus Imperator fidem Catholicam, & confitentes illam ignominiis afficit, diseque persequitur; profitetur eam ac prædicat Regina CIII.

PAGIUS XXII. *Mauvia Sarracenorum Reginæ conversio.*

A num. CIII. ad CVIII. *Mauvia* Sarracenorum Reginæ conversio recte post Athanasii mortem a Baronio recitatur. Theodoretus enim lib. 4. cap. 23. de ea conversione agit, ipso Lucii Pseudo-Episcopi Alexandrini initio, quemadmodum & Rufinus lib. II. cap. 6. Præterea Eunapius in Excerptis ait, *Valentem* adversus Gothos, qui anno CCCLXXVI. bellum Romanis intulere, aliquot Sarracenos Constantinopolim præmisisse. Quare ante eum annum pax inter Saracenos & Romanos sancita, Mauviaque ad Fidem conversa. Ex quibus liquet, errasse Sozomenum, qui lib. 6. cap. 38. bellum Sarracenos inter & Romanos, ac conversionem *Mauviæ* refert post Valentiniani senioris mortem: quem errorem hausit ex Socrate, qui lib. 4. cap. 36. bellum Saracenicum recitat post Valentis *discessum ex urbe Antiochia*, qui contigit anno CCCLXXVII. *Bellum* itaque *Saracenicum* per hæc tempora gestum, & post Athanasii obitum pax inita, & Mauvia Regina Fidem Christianam amplexa.

XXIII. Quoad *S. Hilarionem* Abbatem, qui apud Saracenos Fidei fundamenta jecerat, is anno Christi

Imperatoris Rom. apostasia, & Sarracenorum Reginæ confessio.

gina Sarracenorum, quosque ille spernit, hæc honorat; ille fugat, hæc revocat; pellit ille Episcopos, pulsos ipsa petit; atque adeo ubi crudelis, & ignominiosa Alexandriæ viguit persecutio, Catholicus ibi Dei nutu in honore habetur Episcopus, atque magno exemplo fides Catholica prædicatur; & Arianus ipse respuitur Antistes. Sed quonam modo tantum prodigium factum sit, aggrediamur enarrare. Jecerat jam ante fundamenta fidei apud Sarracenos S. Hilarion Abbas, qui (ut testatur S. Hieronymus *a*) multos Sarracenorum arreptos a dæmone frequenter liberavit, cultuique Veneris addictæ gentis illius sacerdotem convertit ad fidem; qui quidem nec ipsum Hilarionem abire passi sunt ante, quam futuræ Ecclesiæ lineam mitteret. Qui ergo adeo magna ab Hilarione sunt consecuti, eo defuncto, illi parem quæsierunt dari sibi hominem Episcopum Orthodoxum. At quo modo res se habuerit, Ruffinum audiamus auctorem: *Dum*, inquit (*b*), *Lucius omni arrogantia atque sævitia ageret, Mauvia Sarracenorum gentis Regina vehementi bello Palæstini, & Arabici limitis oppida atque urbes quatere, vicinasque simul vastare Provincias cœpit; cumque frequentibus bellis Romanum attrivisset exercitum, & plurimis peremptis reliquos vertisset in fugam; orata pacem non aliter se amplexuram promittit, nisi Moyses quidam nomine, monachus, gentis suæ ordinaretur Episcopus; qui in eremo partibus suis propinqua vitam solitariam ducens merito & virtutibus, ac signis quæ faciebat Deus per illum, magnifice innotuerat.*

(a) Hier. in Vit. S. Hilarion.

(b) Ruffin. l. 2. c. 6.

CIV. *Petitio ejus Principi indicata Romano, sine ulla dilatione jubetur impleri a ducibus nostris, qui ibi infeliciter pugnaverant. Captus Moyses ad sacerdotium suscipiendum Alexandriam ex more deducitur. Adest Lucius, cui ordinandi ferebatur officium. Quo viso, Moyses præsentibus ducibus, qui perurgebant, & populis ait: Ego quidem me non esse dignum tanto sacerdotio judico; verumtamen si aliqua in me licet indigno divina dispensatio putatur explenda: Deum nostrum cæli ac terræ dominum testor, quod Lucius sanctorum sanguine pollutas & cruentas super me non iniiciet manus. Cumque Lucius tam gravi nota inustum se videret in oculis plurimorum: Quare, inquit, o Moyses, tam facile condemnas eum, cujus fidem ignoras? Aut si tibi aliquis de me aliter indicavit; audi fidem meam, & tibi ipse magis quam aliis crede. Tum ille: Desine, inquit, o Luci, dolosis tuis me quoque imaginibus aggredi: Bene mihi nota est fides tua, quam protestantur servi Dei per metalla damnati, Episcopi in exilium trusi, presbyteri & diaconi extra Christiani nominis habitacula relegati, bestiis alii, alii etiam ignibus traditi. Numquid potest verior esse fides, quæ auribus capitur, quam quæ oculis pervidetur? Apud me certum est, quod qui Christo recte credunt, ista non faciunt. Et ita Lucius majore dedecore deformatus (quoniam perurgebat necessitas Republicæ consulendi) compulsus est acquiescere, ut ab Episcopis quos in exilium truserat, sacerdotium sumeret. Quo suscepto, & gentis ferocissimæ pacem tenuit, & fidei Catholicæ custodivit intemerata consortia.* Hucusque Ruffinus; eadem etiam Socrates (*c*), Sozomenus (*d*), atque Theodoretus (*e*). Pacis quoque fœdera stricta fuisse vinculo nuptiarum, dum hujus Reginæ filia desponsata fuit Victori exercitus duci. Socrates auctor est. Meminit hujus Victoris Ammianus (*f*), fuisseque tradit Magistrum equitum, sed & Præfecturæ Orientalis magistratum gessisse.

Moyses electum Lucium Arianum rejicit.

(c) Socrat. l. 4. c. 29.

(d) Sozom. l. 6. c. 38.

(e) Theod. l. 4. c. 2.

(f) Amm. l. 26. & l. 30.

CV. De Moyse autem Episcopo Sarracenorum creato, quid apud eos egerit, Theodoretus, (*g*) & Sozomenus paucis tractant. Theodoretus igitur hæc habet: *Postremo Moyses, ubi cum fide admirabili gratiam Episcopalem receperat, ad illos qui eum requirebant, profectus est, & partim doctrina Apostolica, partim miraculis eos ad veritatem traduxit.* Hæc ipse; eadem ferme Sozomenus (*h*), qui & hæc admiranda addit: *Fertur etiam, id temporis gentem quandam universam ad religionem Christianam traductam, Zocomo ejus principe & rectore tali de causa baptizata. Iste cum sobolis omnino expers esset, ad monachum fama illius adductus venit, uti cum eo colloqueretur; apud quem de sua calamitate graviter conqueri cœpit*

(g) Theod. l. 2. c. 22.

(h) Sozom. l. 6. c. 36.

PAGIUS sti ducentesimo nonagesimo natus erat. Mortuus est enim octogenarius, ut scribit S. Hieronymus in ejus Vita; eratque ætatis sexaginta quinque annorum, quando D. Antonius M. decessit, teste eodem Hieronymo. Obiit autem *D. Antonius* anno trecentesimo quinquagesimo sexto mense Januario. Quare Sancti Hilarionis mors ad annum trecentesimum septuagesimum retrahenda. Colitur tam a Græcis quam a Latinis die XXI. Octobris.

Obitus S. Hilarionis Abbatis.

Baron. n. CVII.

XXIV. Ad num. CXI. & seqq. *Valentinianus* anno præcedenti emisit Legem 9. Codicis Theod. *De Maleficiis*, qua magiæ & maleficiorum exercitium *Manichæis* prohibuit. Manichæi enim curiosas & magicas artes tractabant, ut docet L. 3. ejusdem Codicis *De apostatis*. Atque hoc etiam contemplatus, ut notat Gothofredus in Commentario Legis 9. Cod. Theod. *De Hæreticis*, Valentinianus hanc Legem 3. *De Hæreticis*, hoc anno promulgavit. Ex quo liquet, nihil commune habere hanc Legem cum his quæ narrat longe post Augustinus de Moribus Manichæorum lib. 2. cap. ultimo, & contra Faustum lib. 5. cap. 6. quæ ad hanc Legem perperam refert Baronius.

Manichæi magiæ dediti.

Baron. n. CXI. & seqq.

Fidei propagatio apud Barbaros.

pit ; siquidem tum Saracenis, tum omnibus aliis, credo, barbaris, liberos procreare, permagni æstimari solet. Monachus autem jubet eum bono animo esse, & precibus Deo adhibitis, eum dimittit, pollicitus pro certo, eum filium habiturum, si modo in Christum crederet. Ubi vera Deus promissa re ipsa præstiterat, & filius Zocomo natus erat ; ipse Baptismi mysterio initiatus est, suosque subjectos ad idem ipsum induxit. Sed de Saracenis idem ait, quod haud diu ante Valentis Imperium, per monachos juxta ipsos degentes didicerant Christianam pietatem ; cum postea (ut dictum est) aucto fidelium numero, Moysen sibi dari Episcopum postulârunt, qui Lucii impietatem publica est detestatus confessione.

CVI. Hæc autem de Saracenis occasione persecutionis sub Lucio factæ Alexandriæ & in universa Ægypto sunt recensita ; quam quidem sicut exortam scimus hoc anno post obitum Athanasii, nequaquam tamen hoc eodem anno cessavit, sed usque ad ultimum ferme Valentis annum perduravit : quod vero haud licuit distinguere quid quoto ejus anno factum sit, hic in unum cuncta quæ ex antiquioribus monumentis de his reperimus, sub hoc ipso anno jure descripsimus. Quibus addimus, horum martyrum perseverare jugem memoriam in chartis Ecclesiasticis descriptam, publiceque recoli in Ecclesiis tertio Idus Maii (*a*). At quo modo alia quoque via Valens Imperator aggressus sit persequi monachos, cogendo eos adscribi militiæ, inferius suo tempore dicturi sumus. Quod autem ad Petrum Episcopum Alexandrinum spectat, de ejus quoque Romam adventu meminit S. Hieronymus (*b*); quem mansisse apud Damasum constat, quamdiu ejusmodi persecutio perduravit ; ea vero quiescente, testatur Socrates (*c*), Alexandriam rediisse munitum ejusdem Damasi litteris, quibus cum fides Catholica, tum etiam ejusdem Petri ordinatio probaretur ; sed de his suo loco agendum.

(*a*) *Martyrol. Rom. 13. Maii.*

(*b*) *Hieron. epist. 16.*

(*c*) *Socrat. l. 4. c. 30.*

CVII. S. Hilarionis obitus.

Hoc ipso anno S. Hilarion præstantissimus monachorum, post innumera miracula edita, clarissimus sanctitate ex hac vita migravit anno ætatis suæ (ut testatur S. Hieronymus) octogesimo ; ex cujus etiam testificatione colligitur, eumdem hoc ipso anno ex hac vita discessisse : siquidem ipsum tempore obitus Antonii Magni, qui contigit anno vigesimoptimo Constantii Imperatoris (hic est annus Domini trecentesimus quinquagesimusoctavus) egisse annum ætatis sexagesimumquintum tradit ; quibus si addas annos quindecim, ut pervenias ad octogesimum quo obiit, utique deduces anno ætatis ejus usque ad præsentem trecentesimum septuagesimum secundum. Scripsisse de laudibus Hilarionis epistolam S. Epiphanium, idem testatur Hieronymus, cujus occasione vitam ejus litteris commendasse tradit, cum ait (*d*): *Quamquam enim S. Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus, qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem ejus brevi epistola scripserit, quæ vulgo legitur ; tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare virtutes ; unde & nos favore magis illius, quam injuria, cœptum ab eo opus aggredientes, maledicorum voces contemnimus.* Hæc ipse.

(*d*) *Hieron. in vita S. Hilarion.*

CVIII. Epiphanii primordia.

Sed quod de Epiphanii cum Hilarione consuetudine ex Hieronymo mentio facta est ; dignum videtur, ut ejusdem Epiphanii his primordia conjungamus, ac explodamus ea ipsius Acta, quæ compluribus conferta reperiuntur esse mendaciis : cum enim rebus ab eo gestis qui postea sequuntur anni intexti sint, haud æquum est ipsius ignorasse principia. Quod primum ad Epiphanii ætatem spectat, ut ejus natalis temporis aliqua ratio haberi possit ; S. Hieronymus de eo agens in commentario de viris illustribus, ipsum ad extremam senectutem jam pervenisse tradit (*e*): optime namque eum noverat, cui & magno erat consuetudinis & amicitiæ usu conjunctus. Porro quando hæc de Epiphanio ipse scribebat, erat annus (ut ipse testatur *f*) Theodosii Imperatoris decimusquartus, Christi vero trecentesimus nonagesimussecundus. Qui igitur eo anno ad ultimam pervenerat senectutem, possumus æque opinari hoc tempore ipsum non minorem sexaginta annorum fuisse, & quidem tantæ æstimationis Episcopum, ut (quod dictum est superius) Valens Imperator persecutor eum vexare timuerit. De ejus patrio solo & exercitatione monastica ab adolescentia, hæc Sozomenus habet (*g*), cum monachos Palæstinos recenset : *Ex eorum numero fuere Hesychius Hilarionis sodalis, & Epiphanius, qui postea Salaminæ, quæ est urbs Cypri fuit Episcopus. At Hesychius eo ipso in loco, in quo magister ejus, vitam egit monasticam ; Epiphanius autem circiter Besanducem pagum in tractu Eleutheropolitano situm, unde etiam ortus fuerat, in eodem vitæ genere colendo se collocavit ; qui ab ineunte ætate a monachis præstantissimis institutus, & in Ægypto longissimo tempore eadem de causa versatus in disciplina monastica, cum apud Ægyptios, tum apud Palæstinos illustrissimus habitus est.* Hucusque Sozomenus.

(*e*) *Hieron. de script. Eccl. in Epiph.*

(*f*) *Idem ibid. in fin.*

(*g*) *Sozom. l. 6. c. 32.*

CIX. Quidnam vero Epiphanio periculosum, cum esset in Ægypto, contigerit, adeo ut parum abfuerit quin seduceretur a Gnosticis ; ipse narrat (*h*), cum de iisdem turpissimis Gnosticis agit, his verbis ; *In hanc hæresim, o carissimi, etiam ipse*

(*h*) *Epiph. hæres. 26.*

Epiphan. tentatus a Gnosticis.

ipse incidi, & ex ore eorum qui banc tractant, hac in propria persona audivi. Mulieres autem sic deceptæ, non solum de bis verba apud nos fecerunt, & talia nobis revelarunt, sed etiam in Ægyptia illa perniciosa ac flagitiosa Archimagiri terra, eadem effreni audacia nos attrahere in juventute nostra, lascivia concitæ aggressæ sunt. Verum qui tunc astitit S. Joseph, etiam nobis affuit; & eum qui illum liberavit, nos indigni, & insufficitates invocantes, misericordiam consecuti sumus, & perniciosas ipsarum manus effugimus; ac Deo sanctissimo hymno decantato, etiam ipsi dicere potuimus: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est; equum & ascensorem projecit in mare. Non enim simili justitiæ illius virtute, sed suspiriis ad Deum misericordiam consecuti, servati sumus. Imperabant enim mihi perniciosæ illæ mulierculæ, & deridebant me, velut indicabant ipsæ sibi ipsis mutuo illudentes, nimirum: Non potuimus, inquiebant, servare adolescentem, & dimisimus ipsum in manibus Principis perire. Hæc illæ impudentes, quod ex præscripto nefarii dogmatis perire dicerentur, qui continentem vitam agerent; & paulo post: *At misericors Deus ab improbitate ipsarum nos liberavit; ut etiam post lectos a nobis ipsorum Gnosticorum libros, & vere cognitam eorum opinionem, neque abducta sim, & effugerim, ac tunc non inescatus fuerim, sed studium adhibuerim, ut etiam Episcopis illius loci eos ostenderem, & nomina in Ecclesia latentia deprehenderem, quo iidem Civitate exigerentur (erant autem nomina circiter octuaginta) & civitas a zizaniis ac spinis eorum purgaretur.* Hucusque Epiphanius; qui iterum inferius se ab omni eorum sorde impollutum cunctas ipsorum lustrasse fæces affirmat; ista quidem adolescens. Sed subdit Sozomenus:

CX. *Postea quoque apud Cyprios non minore*

Epiphan. clarus toto orbe.

gloria fuit; apud quos electus est primariæ urbis totius insulæ Episcopus. Unde, credo, in universo prope dixerim orbe terrarum est maximam nominis celebritatem consecutus. Nam cum in multitudine hominum, & in urbe ampla, eaque maritima sacerdotio fungeretur, ob præstantiam virtutis, qua etiam negotiis civilibus occupatus usus est, brevi tum Civibus, tum peregrinis cujusque nationis notus factus est: illis quidem, ut qui eum coram vidissent, ejusque piæ vitæ fecissent periculum; his autem, ut qui illis idem de eo narrantibus, fidem adjunxissent. Hæc Sozomenus. Auctor qui Epiphanii Acta (a) conscripsit, Johannes nomine, qui & se ejus fuisse comitem in Ægypto tradit, de eodem ait, disputasse cum Hierace hæresiarcha, ipsumque divino miraculo mutum reddidisse testatur, eidemque

(a) *Apud Metaphr. die 12. Maii Sur. tom. 3.*

pœnitenti usum linguæ restituisse. Verum scias auctorem esse mendacem, multaque finxisse: nam quod ad Hieracem spectat, necdum natus Epiphanius erat, quando Hierax in Ægypto docebat. Accedat de his testis ipse Epiphanius, qui Hieracem mox post Manetem ordine ponit, etiam ante Meletium atque Arium; deque ipso pluribus agens, nihil penitus de miraculo vel pœnitentia Hieracis habet; hoc quidem minime prætermisisset, quod in primis exigebat argumenti ratio enarrari. At alia complura his monstruosiora idem compingit auctor, quæ suis locis confutanda erunt. Cæterum claruisse ipsum miraculis, floruisseque doctrina cum vitæ admirabili sanctitate, fama ejus ubique diffusa, ac reverentia qua coerciti sunt infensissimi ipsius hostes Ariani & ipse Valens, certo esse possunt argumento. Res autem ab eo gestas, annis singulis, adhibita ratione temporum inferius describemus: jam vero quæ reliqua sunt anni hujus acta recenseamus.

Hoc item anno, Valentinianus Imperator Treveris in Galliis agens ad Ampelium Præfectum Prætorio adversus Manichæos ita rescripsit (b): CXI.

Ubicumque Manichæorum conventus, vel turba hujusmodi reperitur, doctoribus gravi censione mulctatis, domus & habitacula, in quibus profana institutione docetur, fisci juribus indubitanter adsciscantur. Dat. VI. Non. Mart. Trever. Modesto & Arintheo Coss. Cujus quidem legis S. Ambrosius (c) visus est meminisse, cum ait, impietatem Manichæorum Imperatoris auctoritate damnatam. Quænam autem præcessit occasio, ut Manichæos jam diu ante etiam Diocletiani lege proscriptos oportuerit iterum Christiani Principis auctoritate damnari, deque his scribere Romam ad Præfectum Prætorio, S. Augustinus satis manifeste insinuare videtur eo commentario, quo agit de Manichæorum moribus, his verbis (d): *Quid dicam de moribus vestris? Dixi quæ ipse comperi, cum in ea essem Civitate, ubi ista commissa sunt. Romæ autem, me absente, quid actum sit, longum est explicare; dicam tamen brevi. Eo enim res erupit, ut occulta esse non posset absentibus; & ego quidem postea Romæ cum essem, omnia vera me audisse firmavi; quamvis tam familiaris & mihi probatus, qui præsens erat, ad me rem pertulerat, ut omnino dubitare non possem. Nam quidam vester Auditor in illa memorabili abstinentia nihilo Electis cedens, qui & liberaliter institutus esset, & vestram sectam copiose vellet & soleret defendere, molestissime ferebat, quod ei vage pessimeque habitantium passimque viventium Electorum mores perditissimi sæpe disputanti objiciebantur. Cupiebat itaque, si*

fieri

(b) *l. 3. de hæretic. C. Theod.*

Manichæi lege vetiti.

(c) *Ambr. epist. 81.*

(d) *Aug. de morib. Manich. l. 2. c. ult.*

fieri posset omnes qui secundum illa præcepta vitam degere parati essent, congregare in domum suam, & suis sumptibus substinere: erat enim & non mediocris pecuniæ contemptor, & non mediocriter pecuniosus. Querebatur autem impediri tantos conatus suos Episcoporum dissolutione, quibus adjuvantibus implere debebat.

CXII. Manichæorum conventus Romæ.

Interea autem Episcopus quidam, Manichæorum scillcet, *homo plane, ut ipse expertus sum, rusticanus atque impolitus, sed nescio quo modo ea ipsa duritia severior in custodiendis bonis moribus videbatur. Hunc diutissime desideratum & aliquando præsentem arripit iste, exponit voluntatem suam; laudat ille atque consentit; placet ut in domo ejus prior ipse incipiat habitare. Quod ubi factum est, eo congregati sunt Electi omnes, qui Romæ esse potuerunt. Proposita est vivendi regula de Manichæi epistola. Multis intolerabile visum est; abscesserunt, remanserunt tamen pudore non pauci. Cæpit ita vivi, ut placuerat, & ut tanta præscribebat auctoritas; cum interim Auditor ille vehementer omnes ad omnia cogeret, neminem tamen ad id quod non prior ipse susciperet. Interea rixæ inter Electos oriebantur creberrimæ; objiciebantur ad invicem crimina; quæ ille omnia gemens audiebat; dabatque operam, ut se ipsos in jurgando incautissime proderent. Prodebant nefanda & immania. Ibi cognitum est, quales essent, qui tamen inter cæteros vim præceptorum illorum subeundam sibi putaverunt esse. Jam de cæteris quid suspicandum erat, aut quid potius judicandum? Quid plura? Coacti aliquando murmuraverunt, sustineri illa mandata non posse. Inde in seditionem.*

CXIII. Manichæi Romæ detecti.

Agebat Auditor causam suam complexione brevissima; aut illa omnia esse servanda; aut illum qui talia sub tali conditione præcepisset, quæ nullus posset implere, stultissimum existimandum. Vicit tamen (non enim aliter poterat) unius sententiam effrænatissimus plurium strepitus. Postea etiam ipse cessit Episcopus, & cum magno dedecore aufugit. Hujus sane cibi præter regulam clanculo accepti & sæpe inventi ferebantur, cum ei de proprio sacculo diligenter occultato pecunia copiosa suppeteret. Hæc si falsa esse dicitis, nimis apertis & pervulgatis rebus obsistitis. Hactenus Augustinus. Quisnam autem fuerit Auditor iste adeo opulentus, ut omnes Manichæos in domum suam reciperet suis sumptibus alendos, idem S. Augustinus agens contra Faustum ejusdem sectæ patronum prodit his verbis (*a*): *Adhuc in rebus humanis est ille Constantius, modo jam frater noster Catholicus Christianus, qui multos vestrum Romæ in domum suam congregaverat propter implenda præcepta Manichæi, satis quidem vana & turpia, sed tamen quæ magna existimatis; quibus cum vestra infirmitas cederet, dispersi estis quisque in viam suam. Unde illi qui in eis perdurare voluerunt, a vestra civitate schisma fecerunt. Et quia in mattis dormiunt, Mattarii appellantur; a quorum stratis longe dissimiles fuerunt plumæ Fausti & caprinæ lodices; quæ deliciarum affluentia non solum Mattarios fastidiebat, sed etiam domum patris sui hominis pauperis Melevitani. Auferte ergo perditam simulationem, &c.* Lege itaque Valentiniani iidem cum innotuissent Manichæi, vetiti sunt conventus agere. Quod igitur simulando, summam affectarent sanctitudinem; in calumniam jejunantium Christianorum versa Romæ res est, ut (quod ait S. Hieronymus *b*) quem viderent pallentem atque tristem, miserum & Manichæum vocarent. At quonam modo qui lege prohibiti sunt in unum convenire, clandestinos conventus postea egerint, resque maxime abominandas perpetrarint, inferius dicturi sumus.

Constantius Manichæus conversus ad fidem.

(*a*) *Aug. contra Faust. l. 5. c. 6.*

(*b*) *Hieron. epist. 22.*

CXIV. Sabæ Gothi Martyrium.

Hoc item anno, iisdemque Consulibus, Saba Gothus, perseverante persecutione Athanarici, de qua plura superius, martyrium consummavit: extant ejus martyrii Acta & quidem fidelia, in quibus hæc in fine de tempore necis ipsius: *Martyrio coronatus est quinta die sabbati post Pascha, hoc est, pridie Idus Apriles, Valentiniano & Valente Imperatoribus, Consulatum gerentibus Modesto & Arintheo.* Hæc ibi; qua pariter die adscripta reperitur ipsius memoria in Ecclesiasticis tabulis; meminit ejus quoque Suidas.

CXV.

Nec prætereundum quod S. Hieronymus sub anno octavo absoluto, nono tamen inchoato Valentiniani & Valentis Imperatorum (est hic ipse annus) in Chronico ait: *Presbyter Sirmii iniquissime occiditur, qui Octavianum ex Proconsule apud se latitantem prodere noluisset.* Hæc ipse. Persimile namque huic factum de Firmo Episcopo narrat S. Augustinus ad Cosentium ita scribens (*c*): *Quanto ergo fortius, quanto excellentius dices: Nec prodam, nec mentiar. Fecit hoc, quondam Episcopus Tagastensis Ecclesiæ, Firmus nomine, firmior voluntate. Nam cum ab eo quæreretur homo jussu Imperatoris per apparitores ab eo missos, quem ad se confugientem diligentia quanta poterat occultaverat; respondit quærentibus, nec mentiri se posse, nec hominem prodere; passusque multa tormenta corporis (nondum enim erant Imperatores Christiani) permansit in sententia. Deinde ad Imperatorem ductus, usque adeo admirabilis apparuit, ut ipsi homini, quem servabat, indulgentiam sine ulla difficultate impetraret. Quid autem hoc fieri potest fortius & con-*

(*c*) *Aug. ad Cosen. de mend. c. 13.*

ftantius? Hæc S. Auguftinus; ex quibus videas æquiorem erga Epifcopum fuiffe Ethnicum Imperatorem, quam contra presbyterum Valentinianum, ab omnibus crudelitatis nimiæ condemnatum; hujus autem Firmi dies natalis in fanctorum memoriam defcriptus habetur pridie Kalend. Augufti.

CXVI. Hoc pariter anno de curanda Conftantinopolitana bibliotheca Valens ad Clearchum ejus urbis Præfectum ita refcripfit (a):

Antiquarios ad bibliothecæ codices componendos, vel pro vetuftate reparandos, quatuor Græcos, & tres Latinos fcribendi peritos legi jubemus, &c. Dat. VIII. Idus Martii. Modefto & Arintheo Coff.

(a) *L. 2. de ftud. liber. C. Theod.*

JESU CHRISTI ANNUS 373. | DAMASI PAP. ANNUS 7. | VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 10.

I. *Concilium Romanum adverfus Apollinarem.* VAlentinianus, & Valens Augufti, quarto inito Confulatu, dedere nomen in Faftis anno Chrifti trecentefimo feptuagefimotertio, quo Romæ celebratum eft a Damafo Papa Conciliam adverfus Apollinarem hærefiarcham, in quo & aliæ graffantes in Oriente hærefes damnatæ funt. Quod autem ad tempus fpectat; eum exciderint plane Synodi Acta, ex quibus id accipere licuiffet, aliunde ratio configuati temporis petenda eft; ad quam infinuandam, illud in primis meminiffe oportet, ex tertia legatione Bafilii ad Damafum miffa anno fuperiori, inter alia (ut vidimus) fignificatum effe de hærefi Apollinaris damnanda, quæ bacte-

PAGIUS SÆC. IV. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5866.

Anno Urbis 1126. Olymp. 288. an. 1. A.C. 373.

☉ 18. F. ☽ 13. P. 31. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 373.

DAMASI PAPÆ 8.

VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP. 10.

GRATIANI IMP. 7.

I. *Coff. & decennalia Valentis.* [1] AD num. I. & feqq. Coff. *Valentinianus Aug. IV. & Valens Aug. IV.* ille in Occidente, hic in Oriente: ille juxta tertiam regulam, hic juxta fecundam: Decennalia enim exhibuit *Valens*. Extat adhuc Oratio, quam Themiftius in hujus *Decennalibus* recitavit.

II. *Synodus Romana.* *Synodus Romana* configuatur a Theophane, anno Incarnationis fecundum Alexandrinos CCCLXVII. qui Kalendis Septembris anni Chrifti CCCLXXIV. inchoatur. Et quidem recte: nam *Petrus Alexandrinus* Epifcopus, qui hoc anno D. Athanafio fucceffit, quique eidem Concilio interfuit, nonnifi fequenti anno Romam pervenire potuit, ut liquet ex iis, quæ anno præcedenti num. XII. dixi. Præterea Sozomenus lib. 6. cap. 23. de hac Synodo loquitur poft narratam D. *Ambrofii* ordinationem anno CCCLXXIV. factam. Denique S. Epiphanius, qui, anno CCCLXXIV. Panarium fcripfit, non fo-

NOTÆ [1] COff. *Valentinianus Aug. IV. & Valens Aug. IV.* Gruterus, pag. MLXI.

D I E. P R I D. K A L. M A I A S. V A L E N
T I N I A N O. E T. V A L E N T E. A U G G. I I I I.

Infcriptiones felectæ Vignolii, pag. 332.

D E P. V. N O N. O C T O B.
V A L E N T I N I A N O. A U G. I I I I.

Fabrettus, pag. 507. num. 217.

X. K A L. S E P T. V A L E N T I N I A N O
E T. V A L E N T I. I I I I.

Boldettus, lib. II. Cap. III. pag. 398.

D E P. X V. K A L. A P R I L. D. L V N.
C O N S. V A L E N T I N. E T. V A L E. X I I. D I. . . .

Anno æræ chriftianæ 373. littera dominicalis fuit F. & *dies Lunæ* incidit in XV. *Kal. Apriles*. In oppido S. Gemini in Umbria in D. Auguftini, epitaphium *Aureliæ Iguiæ* depofitæ. PRID. KAL. MAIAS. VALENTINIANO. ET. VALENTE. VV. CC. IIII. Fafti Idatii, Profperi Chronicon, & Laterculi Pafchales: *Valentiniano* IV. & *Valente* IV. Pafchalis laterculus in fine Gennadii; *Valentiniano*, & *Valente*. IV.

tenus nulla cohibita lege Ecclesiastica, libere ab auctore Antiochiæ doceretur; immo quod auctor vir pius atque eruditus existimaretur, ac proinde qualis re vera esset, ignoraretur; non Basilium tantum & Gregorium Nazianzenum, sed etiam Damasum atque Hieronymum (ut dictum est) ad præsens usque tempus cum homine litterarum consuetudine saltem communicasse certum est: hæresi autem ejus curiosius explorata, quamprimum Orthodoxi Orientales sese ab ejus communicatione divisere, deque ipso S. Basilius ad Damasum scripsit anno superiori; qui acceptis ea de re a sancto Basilio litteris, adversus Apollinaris hæresim Romæ Concilium convocavit: res enim haud longiori mora retardanda erat, ne patientia Damasi cum eo communicantis mutuæ cum Apollinari societatis suspicionem afferret. Rursum vero quod eadem Apollinaris hæresis Romæ damnata esse dicatur a Damaso atque Petro Episcopo Alexandrino Romæ tunc existente; cum ejusdem Petri Romam adventum ex persecutione Arianorum concitata post ingressum Lucii Alexandriam contigisse oporteat prope finem anni superioris; jure in præsentem annum idem Romanum Concilium referri debet, de quo Sozomenus (a): *Hanc quidem Apollinaris hæresim apud multos serpere, Damasus Episcopus Romanus, & Petrus Episcopus Alexandrinus certiores facti, primi omnium, Concilio Romæ convocato, eamdem alienam esse ab Ecclesia Catholica pronunciarunt.* Hæc ipse, atque hactenus quo ad tempus.

(a) Sozom. l. 6. c. 25.

II. Quod autem ejus Synodi Acta penitus excidisse videantur; ex fragmentis hinc inde petitis, quantum fas est, restituamus in integrum. Ac primum illud non ignorandum, Vitalem Antiochiæ agentem patronum hæresis Apollinaris, ea de causa in crimen vocatum, ad dicendam causam apud Damasum Romam se contulisse, edidisseque Catholicæ fidei formulam, seque injuste hæresis accusatum exclamasse. Cum igitur fidei libello edito, ut Catholicus probatus esset, ab eodem Romano Pontifice sic acceptus est, ut ejus causam Paulino Antiocheno Episcopo cognoscendam delegaverit, libellumque ad eundem Paulinum dederit, cui Vitalis subscripsit; quod postquam a Vitale factum est, in communionem Catholicam fuit acceptus. Sic igitur Vitalis, Damasi communionis virtute, ab aliis quoque Orthodoxis in communionem admissus est, & inter eos a Gregorio Nazianzeno; qui postea ejus rei causa insimulatus, ad Cledonium scribens (b), sic se apud eum excusat: *Ne autem nos*, inquit, *hoc nomine accusent, quod Vitalis, viri nobis carissimi fidem, quam, ita postulante Damaso Papa Romæ Episcopo, litteris consignatam edidit, prius quidem probaverimus, nunc vero repudiemus, de hac quoque re pauca disseremus, &c.* Post multa vero: *Quoniam igitur eædem voces, si recte intelliguntur, cum pietate conjunctæ sunt; si perperam exponantur, impietate non carent; quid mirum, si Vitalis quoque verba nos quidem, ita suadente voluntate, in pium sensum accepimus, alii vero ad eorum quæ scripta sunt mentem exasperantur & inflammantur? &c.*

(b) Gregor. Naz. ad Cledon. adversus Apol. ep. 2.

III. Quænam igitur fuerit Vitalis Romæ edita fidei confessio, ut ita a Damaso minime rejiceretur; ex iis quæ ibidem Gregorius Nazianzenus habet, satis apparet. Quod enim Vitalis atque Apollinaris ejus magister hæresis accusarentur, quod affirmarent Christum fuisse mentis expertem, carnemque tantum absque mente suscepisse humanam; cum ipse Vitalis disertis verbis sua fidei professione confessus esset in Christo sicut carnem, ita & mentem; quidnam in tam aperta confessione credi poterat laqueus occultari? Sed latentem dolum aperit idem ipse Gregorius, cum ait: (c) *Piæ quidem dictiones confitentur; verum circa mentem dolum struunt, non quidem animæ, nec rationis, aut mentis expertem, nec imperfectum hominem confitentes, cæterum animæ ac rationis ac mentis loco divinitatem inducunt:* Et infra: *Christum mentem habere, prave & perquam stolide interpretantur; nimirum, per Christi mentem divinitatem significari contendentes, non autem hunc locum more nostro exponentes, &c.* At quid faciendum fuisset, quæritur, si verba pia atque Catholica

(c) Gregor. Naz. ubi supra.

PAGIUS solum Apollinarem damnatum non dicit, sed etiam eum *fratrem*, imo *charissimum & maxime ubique honorandum* prædicat. Quare, licet jam in Oriente multi in ejus blasphemias insurrexissent, non deerant tamen qui eum excusarent; nondumque damnatus erat, quando Epiphanius Opus illud scripsit; aut saltem ejus damnationis nuntium nondum in Orientem perlatum erat; aut denique Epiphanius, ut multi alii, Apollinari favebat. Cum vero Theophanes de hac Synodo loquatur post S. Ambrosii ordinationem, eodemque anno, quo Valentiniani senioris mortem recitat, ea Synodus post hunc annum celebrata fuit.

III. Porro in hac Synodo Romana multipliciter ab Historicis erratum. Primo, in anno, ut jam vidimus. Secundo, quia Baronius ad eam refert epistolam Damasi PP. quæ incipit: *Quod debitam Apostolicæ Sedi reverentiam exhibet*, quæ recitatur a Theodoreto lib. 5. cap. 10. post Synodum Constantinopolitanam anno CCCLXXXI. habitam. Verum, ut observat Valesius in Notis ad Sozomenum, hæc epistola non est Synodica, sed Decretalis tantum ipsius Damasi. Ac præterea, ut idem Valesius in Notis ad Theodoretum laudatum, ea jam diu post hoc tempus scripta. Ait enim Damasus: *Quid depositionem Timothei a me denuo postulatis? Qui & hic judi-*

Anno sequenti celebrata.

lica

cio

lica falsa interpretatione Vitalis callide corrupisset, falsoque jurasset?

IV. Audiamus ab Elia Cretensi (*a*) totam hanc de Vitali Romæ causam actam, cum eam his verbis enarrat: *Hic igitur Vitalis cum apud beatissimum Damasum (erat autem hic veteris Romæ Episcopus) tamquam Apollinaris sectator accusatus fuisset; poscente sanctissimo illo Episcopo, ut fidem suam exponeret, eam scriptis mandatam edidit. Et quia prima fronte recta & sana esse visa est; idcirco & Damasus, & item divinus hic magister*, nempe Gregorius Theologus, *eam admiserunt, quod abditam & occultam fraudem nullo modo deprehendissent, nec versutum malignitatem sub verbis latentem animadvertissent. Etenim in suo de fide libello divinæ scripturæ verba sine ulla depravatione collocabat, nihil prorsus immutans, nec orationis seriem adulterans: at vero pietatis sensum apud eos, qui sincero erga ipsum animo erant, pervertere minime desinebat; effringens videlicet & invertens, atque ad hæresis suæ sententiam obtorto collo trahens. Quid igitur? Statim ut dolum senserunt, fraudulentum ac versutum hominem, ut merebatur, ab Ecclesia proscribunt. Quo nomine cum ab iis qui mutationis eorum causam minime cognitam habebant, in crimen vocarentur; idcirco vir sanctus adductus est, ut & pro Damaso Romæ Episcopo, & pro se ipso causam diceret.* Hæc Elias de his quæ ad historiam pertinent. Cæterum constat, nequaquam Romæ a Damaso tunc susceptum esse Vitalem, probatamque penitus ejus confessionem, sed ejus causam delegatam fuisse (ut diximus) Paulino Episcopo Antiocheno; quod sane Damasi indicant litteræ postea ad Paulinum ipsum datæ; extant ipse, quibus ejusmodi affixus est titulus (*b*):

(*a*) *Elias Cretens. apud Greg. Naz. epist. 2. ad Cledon.*

(*b*) *Tom. 2. Conc. edit. nova.*

V. *Ad Paulinum Antiochenum Episcopum de fide & libelli formula, cujusmodi qui ab hæresi revertuntur, debeant profiteri.*

Epistola Damasi ad Paulinum de recipiendo Vitali.

Dilectissimo fratri Paulino Damasus.

Per filium meum Vitalem ad te rescripta direxeram, tuæ voluntati & tuo judicio omnia derelinquens; & per Petronium presbyterum breviter indicaveram me in articulo jam profectionis ejus aliqua ex parte commotum. Unde ne aut tibi scrupulus resideret, & volentes forsitan Ecclesiæ copulari tua cautio probanda differret; fidem nostram misimus, non tam tibi qui ejus fidei communione sociaris, quam his, qui in ea subscribentes, tibi, idest, nobis per te voluerint sociari dilectissime frater. Quapropter si supra dictus filius meus Vitalis, & qui cum eo sunt, tibi voluerint aggregari; primum debent in ea expositione fidei subscribere, quæ apud Nicæam pia Patrum voluntate firmata est. Deinde quoniam nemo potest futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæresis eradicanda est, quæ postea in Oriente dicitur pullulasse. Idest, confitendus ipsa Sapientia, Sermo, Filius Dei humanum suscepisse corpus, animam, sensum, idest integrum Adam, & (ut expressius dicam) totum veterem nostrum sine peccato hominem. Sicuti enim confitentes eum humanum corpus suscepisse, non statim ei & humanas vitiorum adjungimus passiones; ita & dicentes eum suscepisse & hominis animam & sensum, non statim dicimus & cogitationum eum humanarum subjacuisse peccato. Si quis autem dixerit, Verbum pro humano sensu in Domini carne versatum; hunc Catholica Ecclesia anathematizat, nec non eos qui duos Salvatores Filios confitentur, idest, alium ante incarnationem, & alium post assumptionem carnis ex Virgine, & non eumdem Dei Filium & ante & postea confitentur. Quicumque huic epistolæ subscribere voluerit, ita tamen ut in Ecclesiasticos canones, quos optime nosti, & in Nicænam fidem ante subscripserit; hunc habebis absque aliqua ambiguitate suscipere. Non quod hæc ipsa quæ nos scribimus, non potueris convertentium susceptioni proponere; sed quo tibi consensus noster liberum in suscipiendo tribuat exemplum. Hactenus epistola Damasi ad Paulinum.

VI. At quid ipse Vitalis? Audisti ex Gregorio Theologo & Elia Cretensi. Subscripsit, probavitque oblatam a Damaso Catholicæ fidei confessionem, in communioneaque susceptus est. At quomodo Catholicus non inventus? eo quod pura sinceraque ejus verba in pravum illum, qui

Vitalis dolose honestis verbis hæresim occultat.

PAGIUS *cio Sedis Apostolica, præsente etiam Petro Alexandrinorum urbis Episcopo, depositus est una cum magistro ipsius Apollinare.* Perperam itaque ea epistola ad præsens Concilium Romanum, in quo *Apollinaris* & *Timotheus* a Damaso & a Petro Alexandrino damnati, relata. Tertio, Anathematismi adversus Apollinarem, aliosque Hæreticos ea alia Damasi epistola desumti, & a Theodoreto lib. 5. cap. 11. post Synodum Constantinopolitanam anno CCCLXXXI. coactam recitati, optime etiam ad Concilium Romanum IV. referuntur.

IV. Sozomenus lib. 6. cap. 25. loquens de duobus *Apollinaribus*, patre & filio, & de Vitale Presbytero hæc de hac III. Synodo Romana scribit: *Primus Damasus Episcopus urbis Romæ, & una cum illo Petrus Alexandrinus Antistes, cum hanc hæresim latius serpere intellexissent, Concilio Romæ congregato, eam ab Ecclesia Catholica alienam esse decreverunt.* Valesius in Notis ad Sozomenum existimat eum intelligere Synodum *quæ Romæ celebrata est anno Christi CCCLXXVII. vel CCCLXXVIII. Ex qua Synodo nihil ad nos pervenit præter partem epistolæ, sive expositionis fidei, quæ transmissa est ad Orientem, & cui Orientales Episcopi facta Synodo apud Antiochiam sub-*

Synodus Romana III. magis explicatur.

qui dictus est, sensum convertit. Detectus autem, Apostolici judicii censuram, quam merebatur, excepit. Nam hæc omnia in præsens, de quo agitur, Concilium Romanum allata cum fuissent, detecta ejus impietate, fuit ipsa hæresis omnium damnata calculo, atque auctores hæresis, ejusdemque sectatores ab Ecclesia pœna excommunicationis ejecti. De ejusmodi autem Damasi habito Romæ judicio ita meminit idem Gregorius Nazianzenus (a), ubi ait: *Quod etiam in causa fuisse reor, cur ipse quoque Damasus, cum postea rectius edoctus fuisset, simulque in pristinis ipsos expositionibus perstare audisset, eos ab Ecclesiæ cœtu abdicarit, fideique libellum* (oblatum scilicet ante Romæ) *cum anathematismo deleverit; tum etiam quod fraudem eam, in quam per simplicitatem inciderat, permoleste ferret.* Hæc Gregorius, haud conscius (ut apparet) rem ipsam integram fuisse a Damaso Paulino Antiocheno Episcopo delegatam.

(a) Gregor. Naz. epist. 2. ad Hellen.

VII. De damnatione Apollinaris atque Timothei.

Qui igitur damnavit Vitalem, Apollinari ejus auctori & primario hæresis inventori Damasus nequaquam pepercit, sed & in hoc Concilio Timotheum alium ejus discipulum pariter condemnavit; testatur id quidem ex ejusdem Damasi litteris Theodoretus, cum ait (b): *Damasus item vir omni genere laudis florentissimus, simul ut hanc sectam exortam accepit, non Apollinarem solum, verum etiam Timotheum ejus discipulum abdicavit: Quam rem Episcopis etiam Orientales Ecclesias gubernantibus significavit per litteras, quas in historiam illigare, non incommodum existimavi*: sic enim se habent:

(b) Theod. l. 3. c. 10.

VIII. *Quod vestra charitas debitam sedi Apostolicæ reverentiam tribuit, filii honoratissimi, vobis ipsis quoque maximo saæ honori est. Nam tametsi sancta Ecclesia, in qua S. Apostolus sedens nos docuit, quo pacto illius gubernacula, quæ suscepimus, tractanda sint, nobis prima partes deferuntur; tamen confitemur, nos illo dignitatis gradu longe inferiores esse. Verum ob hanc causam omnibus modis laboramus, uti ad gloriam beatitudinis ejus, si qua ratione possimus, tandem aliquando perveniamus.*

Sciatis velim, fratres, nos Timotheum illum profanum Apollinaris hæretici discipulum cum impio suo dogmate jampridem abdicasse; & ob eam causam credimus reliquias ejus nihil in posterum momenti habituras. Quod si antiquus ille serpens semel atque iterum ictus ad suam ipsius pœnam augendam revixerit, & extra Ecclesiam ejectus nonnullos etiamnum fideles suis mortiferis venenis, quibus eos tentare aggreditur, ad exitium trahere non cessat; vos hanc ejus astutiam velut pestem quamdam declinate, & recordamini sedulo tum fidei ab Apostolis traditæ, tum hujus vel maxime quæ est a sanctis Patribus in Concilio Nicæno scriptis prodita; inque eam gradum firme defigentes, immobiles perstate; & ne posthac sustinete, ut vel clerici vestri, vel laici inanes sermones quæstionesve obscuras audiant.

IX. *Jam enim semel formulam edidimus, ut qui se Christianum profiteatur, illud teneat quod ab Apostolis traditum est; quippe divinus Paulus sic loquitur* (c): *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit. Nam Christus Filius Dei Dominus noster generi humano per passionem suam plenissimam salutem reddidit, ut totum hominem peccatis implicatum ab omni peccato liberaret. Hunc si quis aut imperfectam humanitatem, aut imperfectam divinitatem habuisse dixerit; spiritu diaboli completus, se filium gehennæ ostendit. Itaque quid est cur abdicationem Timothei a me rursus requiratis, qui etiam hic judicio sedis Apostolicæ, Petro quoque Alexandriæ Episcopo præsente, abdicatus est una cum magistro suo Apollinare, qui item in die judicii debitas pœnas & supplicia persolvet? Quod si ille, qui veram spem*

(c) Galat. 1.

PAGIUS *subscripserunt, ut legitur in Collect. Rom. L. Holstenii pag. 166. Id autem factum est anno Domini CCCLXXVIII.* Verum Sozomenus tam capitibus ea verba præcedentibus, quam illa subsequentibus, verba facit de iis, quæ durante persecutione Valentis contigere, & Petrus Alexandrinus Roma anno CCCLXXVII. discessit; idemque non dubium quin ibidem Sozomenus tertiam Synodum Romanam intelligat. Sed hucusque has Romanas Synodos, *Damaso* sedente habitas distinguere facile non fuit. Cæterum Synodus IV. Romana nonnisi sub finem anni CCCLXXVIII. congregata, ex eaque aliqua ad nos pervenere, quæ infra in medium adducam.

Denique Synodus Antiochena, de qua loquitur Holstenius loco a Valesio citato, nonnisi post Sancti *Basilii* mortem, ideoque anno CCCLXXX. coacta fuit, ut suo loco demonstravi. In Libello Synodico, in quo quatuor priores Synodi Romanæ sub Damaso accurate recitantur, de hac tertia legitur: *Petrus* (postquam Alexandria ejectus fuit) *Romam contendit: eoque recepto, Papa Damasus Romæ divinam & sanctam Synodum convocavit: quæ amentem illum Apollinarium, Stephanumque ejus discipulum* (legendum Timotheum qui Apollinaris discipulus fuit) *& latronem Lucium anathemate notavit.* [2]

NOTÆ [1] Synodica Damasi contra Apollinarem & Timotheum non A. D. 373. scripta est; sed post annum 377. datam esse, quanquam quo præcipue anno incertum sit, Coustantius censet in Monito prævio ad hanc Synodicam, pag. 569. num. 1.

spem in Christum una cum fidei confessione mutarit, velut spem quamdam salutis retinent, alios quosdam, qui sunt leviores, ad suam perducat sententiam; sciant illi, se propterea eum eo similiter perituros, quod animum aliquando induxerint Ecclesiæ canoni repugnare. Deus autem vos, filii honoratissimi, servet incolumes. Hactenus Damasi epistola ad Orientales.

X. Scripti sunt autem ab eadem Synodo anathematismi non adversus tantum hæresim Apollinaris, sed etiam contra alias ingruentes hæreses Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii, & Photini; recitat eosdem Theodoretus (a) ex epistola ad Paulinum Thessalonicensem, immo puto legendum, Antiochensem, ad quem tunc sedentem Antiochiæ Episcopum superius citata extat epistola; sic vero illi se habent:

(a) Theod. l. 5. c. 11.

XI. Anathematismi adversus hæreses horum temporum. *Quoniam post Concilium Nicaeunm ejusmodi error emersit, ut quidam profano ore dicere audeant, Spiritum sanctum per Filium factum esse: Anathema denunciamus omnibus qui non libere prædicant Spiritum sanctum unius & ejusdem cum essentiæ, tum potestatis cum Patre & Filio.*

Pari ratione anathema indicimus Sabelliani erroris fautoribus, qui dicunt Patrem & Filium eumdem esse.

Anathemate item damnamus Arium, & Eunomium, qui pari impietate, licet verbis discrepent, tum Filium, tum Spiritum sanctum creaturam esse asserunt.

Sint porro Macedoniani mulctati anathemate, qui ex radice Ariana exorti, non impietatem, sed nomen solum commutarunt.

Photino quoque sit pœna anathematis irrogata, qui hæresin Ebionis renovans, Dominum nostrum Jesum Christum ex Maria solum editum asseverat.

*Illi præterea anathemati addicantur, qui duos Filios esse affirmant, unum ante sæcula, & alium post carnem ex Maria sumptam *.*

* assumtam.

Anathema etiam illis adjudicavimus, qui asserunt, quod in carne humana Verbum Dei, loco animæ rationis participis habitavit. Nam idem ipsum Dei Verbum non animæ rationis & mentis compotis locum in corpore, quod sibi sumpsit, obtinuit, sed nostram animam, hoc est ratione, & mente præditam, expertem tamen peccati accepit, servavitque.

Denique sit illis inflictum anathema, qui dicunt Verbum Dei productione & contractione a Patre secerni, ipsumque essentiæ expertem esse, aut morte interiturum, scelerate impieque prædicant. Quæ autem sequuntur usque ad sequentem anathematismum habet amplius Theodoretus, videlicet: *Eos autem qui ab Ecclesiis, in quibus vixerunt, ad alias se transtulerint, usque eo sint a nostra communione alieni, quoad ipsas urbes redierint, in quibus erant primum ad aliquem honoris Ecclesiastici gradum elati. Quod si quis in alterius locum, qui sedem mutavit, cooptatus sit; tantisper a sacerdotali dignitate vacet ille qui civitatem propriam deseruerit, dum qui ei successerat, obdormierit in Domino.*

Si quis non dixerit, Patrem semper esse, semper esse Filium, & semper Spiritum sanctum; anathema esto. XII.

Si quis negaverit Filium genitum a Patre, hoc est, ex divina ejus essentia; anathema esto.

Si quis negaverit Filium Dei perinde verum Deum, ut Pater verus Deus, & omnia posse, omnia scire, Patrique æqualem esse; anathema esto.

Si quis dixerit, Filium Dei, cum in carne viveret inque terris degeret ætatem, non in cælis etiam cum Patre fuisse; anathema esto.

Si quis dixerit, Filium Dei, cum passus sit in cruce, non in carne solum & anima rationis participe, quam accepit in forma servi, uti sacris litteris proditum est, sed in sua etiam divinitate dolorem sustinuisse; anathema esto.

Si quis negaverit Verbum Dei passum in carne, crucifixum in carne, mortem gustasse in carne, & primogenitum ex mortuis fuisse, quatenus vita est, & Dene auctor vitæ; anathema esto.

Si quis negaverit eum in carne, quam assumpsit, sedere ad dexteram Patris, in qua etiam venturus est ad judicium de vivis & mortuis exercendum; anathema esto.

Si quis negaverit Spiritum sanctum vere & proprie ex Patre esse, perinde atque Filium ex divina essentia, & Deum Dei Verbum, anathema esto.

Si quis dixerit Spiritum sanctum non perinde omnia posse, omnia scire, & ubique terrarum adesse, ut Patrem & Filium; anathema esto.

Si quis dixerit Spiritum sanctum creaturam esse, aut per Filium factum esse; anathema esto.

Si quis negaverit Patrem omnia per Filium incarnatum & Spiritum sanctum condidisse, hoc est, visibilia & invisibilia; anathema esto.

Si quis negaverit unam Patris, & Filii & Spiritus sancti divinitatem, auctoritatem, potestatem, gloriam unam, dominatum unum, unum regnum, voluntatem, & veritatem, anathema esto.

Si quis negaverit tres veras personas esse Patris, Filii, & Spiritus sancti, semper vivere, omnia continere visibilia & invisibilia, omnia posse, omnia judicare, omnibus vitam tribuere, omnia fabricari, omnia conservare; anathema esto.

Si quis negaverit Spiritum sanctum ab o-

mni

mai creatura perinde adorandum, at Patrem & Filium; anathema esto.

Si quis de Patre & Filio recte sentiat, de Spiritu sancto autem non item; hereticus est; quandoquidem omnes heretici, qui de Filio Dei & de Spiritu sancto prave sentiunt, in Judæorum & Gentilium infidelitate versari deprehenduntur.

Si quis Deitatem diviserit; dixeritque Patrem Deum, Filium Deum, & Spiritum sanctum Deum separatim; affirmaveritque etiam Deos dici, & non Deum, propter unam divinitatem & potentiam, quam credimus & agnoscimus Patris & Filii & Spiritus sancti, cum sit unus Deus in tribus
* accepe-rit. *personis; aut rursum ita exceperit * Filium & Spiritum sanctum, uti Patrem solum Deum dici, aut unum credi Deum existimet; anathema esto.* Nam, *nomen Deorum & Angelis & omnibus sanctis a Deo donatum est.* In *Patre, & Filio, & Spiritu sancto propter unam æqualemque divinitatem, non nomina Deorum, sed nomen Dei nostri offertur, & significatur, ut credamus quod in Patrem & Filium & Spiritum sanctum baptizati sumus, & non in nomine Archangelorum, aut Angelorum, sicut heretici, Judæi & Gentiles delirant.*

Hæc igitur Christianorum salus est, ut credentes in Trinitatem, id est, in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & baptizati in eamdem credamus quoque unam in ea Deitatem esse, unam potentiam, unam divinitatem & essentiam denique unam. Hactenus Damasi Papæ in Concilio Romano fidei decretum.

XIII. Sed quod rursum ad eosdem Damasi anathematismos pertinet; non prætereundum, quod Justinianus Imperator ait, ab eo excommunicatos fuisse omnes sive adhuc viventes, sive defunctos, qui Nicænam sacrosanctam fidem violassent; sunt enim hæc verba ipsius in epistola, cujus titulus est: *Ad Joannem Romanum Pontificem*, sed tamen scripta Vigilii Papæ tempore; ejus autem est exordium: *Scientes quod nihil aliud &c.* ubi post multa prope finem: *Etiam*, inquit, *quod est amplius, dicemus; quia quidam ex ipsis, qui in Nicæna sancta Synodo convenerunt, & exposita ab ea fidei definitioni vel symbolo subscripserant; quoniam postea contraria sapientes apparuerant, alii quidem vivi, alii autem post mortem anathematizati sunt a Damaso sanctæ memoriæ Papa antiquioris Romæ, & ab universali Sardicensi Concilio, prout testatur S. Athanasius.* Hæc ipse. (1) Sed desiderantur ejusmodi Damasi scripta Athanasio cognita, cujus tempore in alia aliqua Synodo id a Damaso factum oportuit ab hac diversa: nam huic Petrus ejus successor interfuit.

Quod autem ad hujus anni Romani Concilii res gestas spectat; sic in eo damnati sunt Apollinaris, Vitalis, Thimotheus, aliique omnes ejusdem sectæ participes, ut etiam una cum ipsis omnia eorumdem hæresum capita fuerint condemnata, ut illud in primis, quod ad antiquam hæresim Millenariorum spectabat; quam idem Apollinaris, scribens adversus Dionysium Alexandrinum illam destruentem, restituere conatus est. Sicque actum, ut post damnatam Romæ in Apollinare eam hæresim loquacem antea, omnino conticuerit ☞ ut vix fuerit aliquando audita ☜. Erant Apollinaris hæresis alia quoque capita, eademque cum auctore damnata, quæ singula recensebimus. Plane accidit de Apollinare, ut quod magna eum laude versatus fuerit in Ecclesia, ejus errores haud crediti fuerint, vel saltem excusati, ut ex Epiphanio (a) superiori tomo diximus. Magnæ quidem ipsum fuisse in Ecclesia æstimationis, ostendit etiam Cyrillus Alexandrinus (b), cum sic eum redarguit: *Quid enim*, inquit, *attulit Apollinaris Laodicenus attulit, unus ex primoribus, magnus ille agonista, qui tum pro recta fide adeo fortiter contra inimicos dimicarit, sua ipsius sapientia fretus, velletque in puram & sinceram Christi fidem ex perplexis & inviis meatus quosdam introducere; an non hoc effecit, ut inter schismaticos a Catholica reputetur Ecclesia? &c.*

XIV. Millenariorum error damnatus.

(a) Epiph. hæresi 76.

(b) Cyrill. epist. 13. ad Acac.

Sed quid accidit? cum male omnino audire cœpisset, resque ipsius eo statu essent, ut excusari dissimularique minime possent; factum est, ut in eum pii omnes stylum acuerint, atque in ejus scriptis accuratius pervestigatis alios complures errores invenerint, at in primis illum, cujus ex Gregorio Nazianzeno (c) superius mentio facta est, quo jungeretur cum Ario, & Macedonio, dum scilicet constitueret Trinitatem ex magno, majore, & maximo; cujus Apollinaris sententiæ Theodoretus (d) quoque meminit, atque damnat, dum ille diceret maximum esse Patrem, majorem autem Filium, magnum Spiritum sanctum; ridiculum plane exi-

XV. Apollinaristarum multiplices errores.

(c) Gregor. Naz. ad Cled. ep. 1.

(d) Theod. hæret. fab. lib. 4.

NOTÆ [1] AD ea verba Justiniani Imperatoris adversus tria capitula, ubi: *Alii autem post mortem anathematizati sunt a Damaso sanctæ memoriæ, & ab universali Sardicensi Synodo, prout testatur S. Athanasius.* Coustantius in notis ad epist. III. S. Damasi pag. 480. Baronii conjecturam non amplectitur, putantis desiderari scripta Damasi, quibus anathemate perculit in Arianam hæresim lapsos, etiam post eorum mortem. Censet enim Coustantius, hujus edicti auctorem, assentandi gratia, & Damasum & Athanasium in testes vocasse, atque id totum effinxisse.

spem in Christum una cum fidei confessione mutarit, velut spem quamdam salutis retinens, alios quosdam, qui sunt leviores, ad suam perducat sententiam; sciant illi, se propterea cum eo similiter perituros, quod animum aliquando induxerint Ecclesiæ canoni repugnare. Deus autem vos, filii honoratissimi, servet incolumes. Hactenus Damasi epistola ad Orientales.

X. Scripti sunt autem ab eadem Synodo anathematismi non adversus tantum hæresim Apollinaris, sed etiam contra alias ingruentes hæreses Aetii, Sabellii, Macedonii, Eunomii, & Photini; recitat eosdem Theodoretus (a) ea epistola ad Paulinum Thessalonicensem, immo puto legendum, Antiochensem, ad quem tunc sedentem Antiochiæ Episcopum superius citata extat epistola; sic vero illi se habent:

(a) Theod. l. 5. c. 11.

XI. Anathematismi adversus hæreses horum temporum.

Quoniam post Concilium Nicænum ejusmodi error emersit, ut quidam profano ore dicere audeant, Spiritum sanctum per Filium factum esse: Anathema denunciamus omnibus qui non libere prædicant Spiritum sanctum unius & ejusdem tum essentiæ, tum potestatis cum Patre & Filio.

Pari ratione anathema indicimus Sabelliani erroris fautoribus, qui dicunt Patrem & Filium eumdem esse.

Anathemate item damnamus Arium, & Eunomium, qui pari impietate, licet verbis discrepent, tum Filium, tum Spiritum sanctum creaturam esse asserunt.

Sint porro Macedoniani mulctati anathemate, qui ex radice Ariana exorti, non impietatem, sed nomen solum commutarunt.

Photino quoque sit pœna anathematis irrogata, qui hæresin Ebionis renovans, Dominum nostrum Jesum Christum ex Maria solum editum asseverat.

*Illi præterea anathemati addicantur, qui duos Filios esse affirmant, unum ante sæcula, & alium post carnem ex Maria sumptam *.*

* assumtam.

Anathema etiam illis adjudicavimus, qui asserunt, quod in carne humana Verbum Dei, loco animæ rationis participis habitavit. Nam idem ipsum Dei Verbum non animæ rationis & mentis compotis locum in corpore, quod sibi sumpsit, obtinuit, sed nostram animam, hoc est ratione, & mente præditam, expertem tamen peccati accepit, servavitque.

Denique sit illis inflictum anathema, qui dicunt Verbum Dei productione & contractione a Patre secerni, ipsumque essentiæ expertem esse, aut morte interiturum, scelerate impieque prædicant. Quæ autem sequuntur usque ad sequentem anathematismum habet amplius Theodoretus, videlicet: *Eos autem qui ab Ecclesiis, in quibus vixerunt, ad alias se transtulerint, usque eo sint a nostra communione alieni, quo ad ipsas urbes redierint, in quibus erant primum ad aliquem honoris Ecclesiastici gradum elati. Quod si quis in alterius locum, qui sedem mutavit, cooptatus sit; tantisper a sacerdotali dignitate vacet ille qui civitatem propriam deseruerit, dum qui ei successerat, obdormierit in Domino.*

Si quis non dixerit, Patrem semper esse, semper esse Filium, & semper Spiritum sanctum; anathema esto. XII.

Si quis negaverit Filium genitum a Patre, hoc est, ex divina ejus essentia; anathema esto.

Si quis negaverit Filium Dei perinde verum Deum, ut Pater verus Deus, & omnia posse, omnia scire, Patrique æqualem esse; anathema esto.

Si quis dixerit, Filium Dei, cum in carne viveret inque terris degeret ætatem, non in cælis etiam cum Patre fuisse; anathema esto.

Si quis dixerit, Filium Dei, cum passus sit in cruce, non in carne solum & anima rationis participe, quam accepit in forma servi, uti sacris litteris proditum est, sed in sua etiam divinitate dolorem sustinuisse; anathema esto.

Si quis negaverit Verbum Dei passum in carne, crucifixum in carne, mortem gustasse in carne, & primogenitum ex mortuis fuisse, quatenus vita est, & Deus auctor vitæ; anathema esto.

Si quis negaverit eum in carne, quam assumpsit, sedere ad dexteram Patris, in qua etiam venturus est ad judicium de vivis & mortuis exercendum; anathema esto.

Si quis negaverit Spiritum sanctum vere & proprie ex Patre esse, perinde atque Filium ex divina essentia, & Deum Dei Verbum, anathema esto.

Si quis dixerit Spiritum sanctum non perinde omnia posse, omnia scire, & ubique terrarum adesse, ut Patrem & Filium; anathema esto.

Si quis dixerit Spiritum sanctum creaturam esse, aut per Filium factum esse; anathema esto.

Si quis negaverit Patrem omnia per Filium incarnatum & Spiritum sanctum condidisse, hoc est, visibilia & invisibilia; anathema esto.

Si quis negaverit unam Patris, & Filii & Spiritus sancti divinitatem, auctoritatem, potestatem, gloriam unam, dominatum unum, unum regnum, voluntatem, & veritatem, anathema esto.

Si quis negaverit tres veras personas esse Patris, Filii, & Spiritus sancti, semper vivere, omnia continere visibilia & invisibilia, omnia posse, omnia judicare, omnibus vitam tribuere, omnia fabricari, omnia conservare; anathema esto.

Si quis negaverit Spiritum sanctum ab omni

uni creaturæ perinde adorandum, ut Patrem & Filium; anathema esto.

Si quis de Patre & Filio recte sentiat, de Spiritu sancto autem non item; hæreticus est; quandoquidem omnes hæretici, qui de Filio Dei & de Spiritu sancto prave sentiunt, in Judæorum & Gentilium infidelitate versari deprehenduntur.

*Si quis Deitatem diviserit; dixeritque Patrem Deum, Filium Deum, & Spiritum sanctum Deum separatim; affirmaveritque etiam Deos dici, & non Deum, propter unam divinitatem & potentiam, quam credimus & agnoscimus Patris & Filii & Spiritus sancti, cum sit unus Deus in tribus personis; aut rursum ita exceperit * Filium & Spiritum sanctum, uti Patrem solum Deum dici, aut unum credi Deum existimet; anathema esto. Nam, nomen Deorum & Angelis & omnibus sanctis a Deo donatum est. In Patre, & Filio, & Spiritu sancto propter unam æqualemque divinitatem, non nomina Deorum, sed nomen Dei nostri offertur, & significatur, ut credamus quod in Patrem & Filium & Spiritum sanctum baptizati sumus, & non in nomine Archangelorum, aut Angelorum, sicut hæretici, Judæi & Gentiles delirant.*

* accepe-rit.

Hæc igitur Christianorum salus est, ut credentes in Trinitatem, id est, in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & baptizati in eamdem credamus quoque unam in ea Deitatem esse, unam potentiam, unam divinitatem & essentiam denique unam. Hactenus Damasi Papæ in Concilio Romano fidei decretum.

XIII. Sed quod rursum ad eosdem Damasi anathematismos pertinet; non prætereundum, quod Justinianus Imperator ait, ab eo excommunicatos fuisse omnes sive adhuc viventes, sive defunctos, qui Nicænam sacrosanctam fidem violassent; sunt enim hæc verba ipsius in epistola, cujus titulus est: *Ad Joannem Romanum Pontificem*, sed tamen scripta Vigilii Papæ tempore; ejus autem est exordium: *Scientes quod nihil aliud &c.* ubi post multa prope finem: *Etiam*, inquit, *quod est amplius, dicemus; quia quidam ex ipsis, qui in Nicæna sancta Synodo convenerunt, & exposita ab ea fidei definitioni vel symbolo subscripserunt; quoniam postea contraria sapientes apparuerunt, alii quidem vivi, alii autem post mortem anathematizati sunt a Damaso sanctæ memoriæ Papa antiquioris Romæ, & ab universali Sardicensi Concilio, prout testatur S. Athanasius.* Hæc ipse. (r) Sed desiderantur ejusmodi Damasi scripta Athanasio cognita, cujus tempore in alia aliqua Synodo id a Damaso factum oportuit ab hac diversa: nam huic Petrus ejus successor interfuit.

XIV. Millenariorum error damnatus. Quod autem ad hujus anni Romani Concilii res gestas spectat; sic in eo damnati sunt Apollinaris, Vitalis, Thimotheus, aliique omnes ejusdem sectæ participes, ut etiam una cum ipsis omnia eorumdem hæresum capita fuerint condemnata, ut illud in primis, quod ad antiquam hæresim Millenariorum spectabat; quam idem Apollinaris, scribens adversus Dionysium Alexandrinum illam destruentem, restituere conatus est. Sicque actum, ut post damnatam Romæ in Apollinare eam hæresim loquacem antea, omnino conticuerit, ut vix fuerit aliquando audita. Erant Apollinaris hæresis alia quoque capita, eademque cum auctore damnata, quæ singula recensebimus. Plane accidit de Apollinare, ut quod magna cum laude versatus fuerit in Ecclesia, ejus errores haud crediti fuerint, vel saltem excusati, ut ex Epiphanio (a) superiori tomo diximus. Magnæ quidem ipsum fuisse in Ecclesia æstimationis, ostendit etiam Cyrillus Alexandrinus (b), cum sic eum redarguit: *Quid enim*, inquit, *utilitatis Apollinaris Laodicenus attulit, unus ex primoribus, magnus ille agonista, qui cum pro recta fide adeo fortiter contra inimicos dimicarit, sua ipsius sapientia fretus, velletque in puram & sinceram Christi fidem ex perplexis & inviis meatus quosdam introducere; an non hoc effecit, ut inter schismaticos a Catholica reputetur Ecclesia? &c.*

(a) Epiph. hæres. 76.

(b) Cyrill. epist. 15. ad Acac.

XV. Apollinaristarum multiplices errores. Sed quid accidit? cum male omnino audire cœpisset, resque ipsius eo statu essent, ut excusari dissimularique minime possent; factum est, ut in eum pii omnes stylum acuerint, atque in ejus scriptis accuratius pervestigatis alios complures errores invenerint, ut in primis illum, cujus ex Gregorio Nazianzeno (c) superius mentio facta est, quo jungeretur cum Ario, & Macedonio, dum scilicet constitueret Trinitatem ex magno, majore, & maximo; cujus Apollinaris sententiæ Theodoretus (d) quoque meminit, atque damnat, dum ille diceret maximum esse Patrem, majorem autem Filium, magnum Spiritum sanctum; ridiculum plane exi-

(c) Gregor. Naz. ad Cled. ep. 1.

(d) Theod. hæret. fab. lib. 4.

NOTÆ [r] AD ea verba Justiniani Imperatoris adversus tria capitula, ubi: *Alii autem post mortem anathematizati sunt a Damaso sanctæ memoriæ, & ab universali Sardicensi Synodo, prout testatur S. Athanasius.* Coustantius in notis ad epist. III. S. Damasi pag. 480. Baronii conjecturam non amplectitur, putantis desiderari scripta Damasi, quibus anathemate perculit in Arianam hæresim lapsos, etiam post eorum mortem. Censet enim Coustantius, hujus edicti auctorem, assentandi gratia, & Damasum & Athanasium in testes vocasse, atque id totum effinxisse.

stimans, quod cum Apollinaris Nicænæ fidei assertorem sese diceret, ista tam absurda deliraret. Rursum vero Theologus ex libello ejusdem Apollinaris portentosas quasdam ejus sententias patefecit (*a*), nimirum effutiisse blasphemiam, atque dixisse, carnem Christi de cælo allatam esse; addidisse insuper Christum in sua divinitate passum esse. At idem Gregorius ad Cledonium (*b*) scribens, cum decem statuit anathematismos adversus hæreses Apollinaris, totidem, cum ab ipso, tum a suis impias prolatas esse sententias, immo horrendas blasphemias, docet. Sunt autem hi qui sequuntur:

(*a*) *Greg. Naz. ad Nectar.*

(*b*) *Gregor. Naz. ep. 1. ad Cled.*

XVI. Anathematismi Gregorii Nazianzeni adversus hæreses Apollinaris.

Si quis sanctam Mariam Deiparam non credit; extra divinitatem est. Asserebat id Apollinaris, dum carnem Christi de cœlo sumptam esse dicebat; unde & subdit:

Si quis Christum per Virginem tamquam per canalem decurrisse, ac defluxisse, ac non in ea divino modo, quia absque viri opera, humano, quia procreationis lege, formatum esse dixerit; in simile impietate versatur.

Si quis creatum hominem fuisse, Deumque postea subiisse, pronunciaverit; damnationi obnoxius est.

Si quis duos filios, alterum ex Deo & Patre, alterum ex matre, non autem unum eumdemque induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione excidat, quæ recte credentibus promissa est. Et post nonnulla adversus hanc blasphemiam dicta, subdit:

Si quis divinitatem in eo velut in Propheta per gratiam operatum fuisse, ac non secundum essentiam connexam fuisse atque connecti dixerit; divino afflatu careat, immo contrario, nempe diabolico, *impleatur.*

Si quis Cruci affixum non adoret; anathema sit, atque in eorum qui Deum interemerunt, numerum adscribatur.

Si quis eum ex operibus perfectionem assecutum fuisse, aut post baptismum, vel resurrectionem a mortuis in Filium adoptatum fuisse dixerit, quemadmodum quos Græci deos adscriptitios inducunt; anathema sit. Neque enim id quod cœpit, aut progreditur, aut perficitur, Deus est; tametsi hæc de eo idcirco dicantur, quod paulatim hominibus innotuerit.

Si quis sanctum carnem nunc exutam & abjectam, divinitatemque corpore spoliatam esse, non autem cum assumpta parte & esse, & venturam esse dixerit; præsentiæ illius gloriam non cernat. Et paulo post:

Si quis carnem e cælo descendisse, & non hinc atque a nobis esse dixerit; anathema sit. Ac demum:

Si quis in hominem mente carentem speret; amens profecto est, nec dignus qui totus salute donetur. Quod enim Apollinaris negans in Christo mentem, Christum semihominem colere videretur, idcirco idem Theologus eadem epistola subdit: *Tu Sarcolatra, siquidem ego Anthropolatra sum.* Hæc ex Gregorio Nazianzeno de erroribus Apollinaris, ejusque discipulorum, quos potentissime confutat. Erant omnes horum errorum sectatores ab Apollinare dicti uno eodemque nomine Apollinariani, sive Apollinaristæ, cum tamen inter se non unius ejusdemque essent sententiæ assertores: nam & recitatæ modo eorum pravæ sententiæ longe inter se reperiuntur esse diversæ: accidit enim (quod Epiphanius in Panario atque in Ancorato testatur) ut ex Apollinaristis alii alia atque diversa sentirent.

XVII. Primus autem omnium, qui Apollinaristarum errores confutarit, Magnus Athanasius fuit, ut ex Epiphanio liquet, qui ait missum fuisse ad eum ab Epicteto Corinthiorum Episcopo exemplar commentarii errorum ipsorum: adversus quos eruditam illam ad eumdem Epictetum idem Athanasius scripsit epistolam, quam ipse etiam Epiphanius (*c*) recitat; ubi inter alia hæc quoque ex ipsorum blasphemiis, quod scilicet asserentes carnem Christi descendisse de cœlis, eam Verbo coæqualem dixerint; itemque illud, quod affirmarent Verbum sic carnem factum, ut mutatum in ipsam fuerit; quodque Verbum ipsum passum sit, & alias purulentas assertiones, quas in unum colligens Athanasius sic de illis ad Epictetum (*d*): *Qualis infernus eructavit, ut coessentiale dicatur corpus genitum ex Maria Verbi Deitati? Aut quod Verbum in carnem & ossa ac pilos & totum corpus transmutatum est, & a propria natura immutatum? Quis vero omnino audivit a Christianis, quod adoptione, & non natura corpus gestavit Filius; Aut quis adeo impius fuit, qui dixerit simul & senserit, quod Deitas ipsius, quæ est coessentialis Patri, ipsa circumcisa est, & imperfecta ex perfecta facta; & quod clavis affixum erat, non erat corpus, sed ipsa opifex naturæ essentia? Quis vero audiens, quod non ex Maria, sed ex sua essentia, transmutavit sibi ipsi Verbum desideratum corpus, dixerit Christianum esse eum qui hæc dicit? Quis autem nefariam hanc excogitavit impietatem, ut vel in mentem venerit, ut diceret: Qui dicit ex Maria esse Dominicum corpus, non amplius Trinitatem, sed quaternitatem in Deitate docet? Quare propter hoc hi qui sic sentiunt, carnem quam induit Salvator ex Maria, essentia ipsius Trinitatis dicunt. Unde vero rursus eructarunt aliqui æqualem prædictis impietatem, ut dicant non esse recentius corpus Deitate ipsius Verbi, sed consempiternum ipsum per omnia genitum esse?* Ac postea:

XVII. Athanasius impugnavit Apollinaristas.

(*c*) *Epiph. hær. 77.*

(*d*) *Ath. ad Epict. Epiphan. ubi supr. hæres. 77.*

XVIII. *Qui igitur adeo audaces fuerunt, ut dixerint, Christum carne passum & crucifixum, non esse Dominum ac Salvatorem,*

& Deum

& Deum, & Filium Patris? Aut quomodo Christiani volunt nominari hi, qui dicunt, in sanctum hominem, velut in unum ex Prophetis venisse Verbum; & non ipsum hominem factum esse, accepto ex Maria corpore, sed aliam Christum esse, & aliam Dei Filium, qui ante Mariam & ante sæcula Filius est Patris? Aut quomodo Christiani esse possunt, qui dicunt, alium Deum esse, & aliud esse Dei Verbum? Hæc erant in commentariis indifferenter quidem dicta, unam vero eamdemque habentia sententiam respicientem ad impietatem. Isthæc adeo insana cum deploret Athanasius, æque dissolvit atque rejicit illa ad Epictetum scripta epistola, ut apud Epiphanium translata leguntur, alia vero versione apud ipsum Athanasium habentur; sed illud primo in Apollinarem ipsum Athanasius (*a*) intorsit spiculum ea oratione, qua omnes hæreses insectatur: etenim eo tempore ille tantum Apollinaris error innotuerat, quo diceret, corpus solum a Verbo assumptum ex Virgine, non integrum cum anima hominem. At non his tantum scriptis, sed egregio edito Commentario de Incarnatione Christi, hos omnes refellit errores; meminitque unius ex his, Rhetorii nomine, qui diceret illud nefas, Christi carnem necesse esse fateri increatam, ut adorationem consequi posset, cum nihil creatum adoratione divina sit dignum: hæc, inquam, omnia cum validissime confutat, ostendit pariter magnam his cum Manichæis intercessisse conjunctionem, utpote qui sicut illi dicerent peccatum ex natura esse. Rursum vero adversus Apollinarem idem Athanasius, quo in omnibus relinqueret posteris testatam fidem Catholicam, eruditum illum Commentarium scripsit, *De salutari adventu Christi.*

(*a*) *Athan. orat. adv. omnes hæres.*

XIX.

Alii Apollinaris errores.

Quod rursus spectat ad prava Apollinaris dogmata; fuisse de origine animarum ejus communem cum Tertulliano sententiam, S. Hieronymus (*b*) testatur, eas nimirum ex traduce generari, atque instar corporum ex corporibus, ex animabus animas pariter propagari. De eodem quoque hæresiarcha Theodoretus (*c*) hæc habet: *Hic ergo rursum in nonnullis scriptis hypostaseon, seu personarum proprietates confundebat, & idem faciebat in Trinitate; unde etiam insimulatus est, quod esset Sabellianus.* Displicuit Magno Basilio (*d*) illud etiam in Apollinare, quod Genesim interpretatus, totum se convertit, spreta littera, ad allegoricum sensum. Sed & fastus & arrogantiæ sugillatus est Apollinaris, cum pro antiquis Ecclesiasticis canticis ex divina Scriptura acceptis, novos in Ecclesiam a se editos Psalmos & diversa genera canticorum introduxerit, atque multiplicitate librorum sibi gloriam studuerit comparare.

(*b*) *Hieron. epist. 82. ad Oceanum.*

(*c*) *Theod. hæret. fabul. lib. 4.*

(*d*) *Basil. in Hexamer. homil. 3.*

Unde Gregorius Nazianzenus hæc ad Cledonium: (*e*) *Quod si prolixi libri, & nova psalteria Davidique ex adverso resonantia, & versuum lepos pro tertio quodam testamento habentur; nos quoque Psalmos elaborabimus, & multa conscribemus ac modulabimur, quandoquidem ipsi quoque spiritum Dei habere videmur, si tamen spiritus gratia hoc est, & non potius humana novatio. Hæc te apud plebem protestari volumus, ne hominum sermonibus, velati hujusmodi malum dissimulantes obruamur, ac pestiferum dogma propter inertiam nostram, & socordiam latius grassari atque invalescere videatur.* Hæc Gregorius, quod scilicet Apollinaristæ calumniose gloriarentur, ipsum Apollinarem eadem cum Catholicis sentire. Immo eo procaciæ pervenerunt, ut cum damnati Romæ a Damaso Papa essent; mentirentur tamen, atque dicerent, se ab eo fuisse receptos; ut idem Gregorius eadem ad Cledonium epistola testatur, sed de se in primis his verbis (*f*): *Sed quod nos in eadem opinione ac sententia esse mentiuntur, hamum suum hac esca circumtegentes, atque hoc fuco, & prætextu cupiditatem suam nefarie explentes; simplicitatemque nostram, qua fiebat ut non alienorum loco eos haberemus, sed fraterna benevolentia complecteremur, in sceleris occasionem arripientes.* Atque addit:

(*e*) *Greg. Naz. ad Cled. ep. 1.*

(*f*) *Greg. Naz. ad Cled. ep. 2.*

XX.

Apollinaristæ mentiuntur se receptos a Damaso Papa.

Illud etiam indignitatis accedit, quod ab Occidentali Synodo sese, ut audio, susceptos esse affirmant; a qua eos prius condemnatos esse, nemini est obscurum. Quod si vel nunc vel ante suscepti sunt qui cum Apollinare sentiunt; hoc ostendant, & nos acquiescemus. Perspicuum enim erit, eos rectæ doctrinæ assentiri (nec enim aliter se res habere potest) si hoc consecuti sunt. Id autem omnino liquebit, si vel Synodalem codicem, vel epistolas, quibus ad communionem admitti jubebantur, protulerint; nam hic Synodorum mos est. Hæc Theologus.

XXI.

In his vero illud in primis observa, quod dum ait in Occidentali Synodo Apollinaristas (quod notum dicit omnibus) jam fuisse damnatos; de nulla alia Synodo Occidentali potuit intellexisse, nisi de qua nunc agimus, ubi a Damaso (quod testatur idem ipse Gregorius in posteriori epistola ad Cledonium) iidem Apollinaristæ damnati sunt: nullum enim aliud vel somniari potest in Occidente hoc tempore contra Apollinaristas Concilium congregatum, nisi Romanum. Sed & habes hic lector, quod magnopere admireris, Gregorii scilicet erga auctoritatem Romani Pontificis incomparabilem observantiam, dum illud putaret a se tuto recipiendum fore, quod constaret ab illo esse decretum; & licet videri possit, ipsum posterioribus delevisse priora, nullum ta-

meo crimen in eo putavit considerandum esse prævaricationis, extraque legem positum, qua Apostolus ait (*a*): *Si quæ ædificavi, hæc destruo, nonne prævaricatorem me constituo?* Ecce tibi Theologus, Theologorumque vertex, quantumlibet sciret Apollinaristas complurium accusatos errorum, quos eadem ipse impugnat epistola, quosque omnibus compertum esse dicit in Occidentali Concilio fuisse damnatos; tamen si verum esset, quod illi mendaciter asserebant, ab eadem Synodo iterum congregata esse receptos; se acquieturum, neque illis adversaturum amplius pollicetur; sic namque contestatus est verbis illis hic iterum repetendis: *Ab Occidentali Synodo sese, ut audio, susceptos esse affirmant; a qua prius condemnatos esse, nemini est obscurum. Quod si vel nunc vel ante suscepti sunt qui cum Apollinare sentiunt; hoc ostendant, & nos acquiescemus.* Sed cur istud? mox subdit: *Perspicuum enim erit, eos rectæ doctrinæ assentiri (nec enim aliter se habere res potest) si hoc consecuti sunt.* Ut plane appareat, ex arbitrio pependisse Rom. Pontificis, fidei decreta sancire & sancita mutare, atque decernere quibuscum a reliqua Ecclesia communicandum esset. ☚

(a) Galat. 2.

Fidei Decretum semel sancitum Pontifex Romanus numquam mutat.

At non eo sensu a quoquam accipi velim hæc nostra verba: *Fidei decreta sancire, & sancita mutare*; ut dictum existimet, quod semel de Fide Catholica ab ipso Romano Pontifice definitum est; idem ab ipso mutari posse, atque contraria priori decreto sanciri. Absint hæc ab auditu fidelium: nimis enim crassæ stultitiæ est id Orthodoxorum quempiam affirmare. Sed secundum quod a Domino dictum est Jeremiæ (*b*): *Constitui te super gentes, & regna, ut evellas & plantes, destruas & ædifices*; non ut ab ipso Propheta voluerit simul præstari contraria, ut eadem quæ evelleret plantaret, & quæ destrueret, rursum ædificaret, absque prævaricationis nota, secundum illud Apostoli (*c*): *Si qua ædificavi, hæc destruo, prævaricatorem me constituo.* Sed intellexisse haud dubium voluit, ut operaretur illa circa diversa; ita dictum accipias de Romano Pontifice, *sancire decreta Fidei, atque sancita mutare*; nimirum rectam fidem decreto sancire, male vero sancitam a perversoribus, delendo mutare; a cujus decreto cæteri Orthodoxi ita dependeant, ut quæ recipienda pronunciet, omnino recipiant; quæ vero rejiciendo mutaverit, aversentur; prout S. Gregorius Theologus, de quo est sermo, fecisse cognoscitur, ab eo dependens, uti perfectissimus Orthodoxus (quod profiteretur) in recipiendo, vel damnando, ex ipso Romanæ Sedis arbitrio Apollinaristas; nempe rejiciendo ipsos, quos sciret damnatos ab ipsa; recipiendo eosdem, quos ab eadem sciret esse receptos, utpote jam rectæ Fidei consentientes. ☚ His igitur recensitis occasione Synodi hoc anno Romæ habitæ, jam describamus quæ de codice Athanasii Romæ tunc sub Damaso ab Apollinaristis depravato Ruffinus narrat his verbis (*d*):

(b) Jerem. 1.

(c) Galat. 2.

(d) Ruffin. de adulter. l. Orig. apud Hieron.

XXII. Athanasii codicem Apollinarista corrumpit.

Damasus Episcopus, cum de recipiendis Apollinaristis deliberatio haberetur, editionem Ecclesiasticæ fidei (cui item editioni, si Ecclesiæ jungi volunt, subscribere deberent) conscribendam mandavit cuidam amico suo presbytero viro disertissimo, qui hoc illi ex more negotium procurarat. Necessarium visum est dictanti, in ipsa editione de Incarnatione Domini, Hominem Dominicum dici. Offensi sunt in hoc sermone Apollinaristæ; novitatem sermonis incusare cœperunt. Adesse sibi cupit qui dictaverat, & ex auctoritate veterum scriptorum Catholicorum virorum confutare eos qui impugnabant. Accidit, ut unus ex ipsis, qui novitatem sermonis causabantur, ostenderet in libello Athanasii Episcopi scriptum esse sermonem, de quo quæstio habebatur. Quasi suasus jam ille, cui probatum fuerat, rogavit sibi dari codicem, quo & aliis ignorantibus, & contradicentibus satisfaceret. Accepto codice, inauditum excogitavit adulterationis genus. Locum ipsum, in quo sermo iste erat scriptus, rasit, & ipsum sermonem rursum rescripsit, quem raserat. Codex redditur, simpliciter receptus est. Movetur iterum pro eodem sermone quæstio. Ad probationem codex profertur, invenitur sermo, de quo erat quæstio, ex litura in codice positus. Fides proferenti talem codicem derogatur, eo quod litura illa corruptionis ac falsitatis videretur indicium. Sed quoniam (ut iterum eadem dicam) viventi hæc facta sunt a vivente; continuo egit omnia, ut fraus commissi sceleris nudaretur, & nequitiæ macula non innocenti viro, qui nihil tale gesserat, adhæreret, sed in auctorem facti atque in uberiorem ejus infamiam redundaret. Hactenus Ruffinus.

XXIII. Ruffini historia a S. Hieronymo impugnata.

(e) Hieron. Apol. adv. Ruffin. l. 2.

Quæ quidem de se dicta, utpote familiare Damasi, & qui illi esset ab epistolis Synodicis, existimans S. Hieronymus (*e*), totam historiam fabellæ loco ducit; ad illam namque Synodum ipse ea visus est retulisse, quæ sub eodem Damaso, imperante Theodosio, collecta est, quando Orientalibus quoque Episcopis convocatis, Paulinus Antiochenus ad eam se contulit cum Epiphanio, quibus ipse Hieronymus comes adhæsit. Cæterum quod longe ante, nempe hoc anno (ut vidimus) cum Petrus Alexandrinus Episcopus profugus Romæ esset, aliam sub eodem Damaso contigit itidem Romæ peragi Synodum, in qua primum actum de Apollinare & Apollinaristis hæreticis; cum & a Da-

Damaso diximus scriptum esse libellum, cui subscriberent, qui ab hæresi Apollinaris ad Ecclesiam redire vellent; nonnihil animi pendeo, immo magis adducor, ut credam de aliquo alio presbytero Damaso inhærenti Ruffinum intellexisse, quam de Hieronymo; cum dubium non sit, multis annis antequam Hieronymus eo ministerio illi usui esset, alios ad eamdem functionem Damasum habuisse ministros. Quod si in hac Synodo, de qua est sermo, ea a Ruffino narrata contigisse dixerimus; de alio potius quam de S. Hieronymo ipsum intellexisse oportuit; siquidem certum firmumque est ipsum Hieronymum his temporibus in eremo Syriæ degisse; nec venisse Romam, nisi sub Theodosio Imperatore, ut suo loco aperte constabit. Cæterum si consenserimus, Ruffinum de S. Hieronymo intellexisse; tunc affirmare necesse est, easdem de Apollinaristis altercationes refricatas esse in alio Concilio Romano Theodosii tempore a Damaso celebrato, cui idem Hieronymus præsens fuit.

XXIV. *Christum appellatum esse Dominicum hominem ab Apollinaristis.*

Sed hæc omnia fuisse Ruffini figmenta, illud me magnopere persuadet: Nam quid est quod ait, complexionem illam, *Dominicum hominem*, a Damaso positam ad suggillationem hæresis Apollinaris, ab Athanasio (ut tradit) acceptam, ab ipsis Apollinaristis quasi novam esse rejectam; adeo ut ejus obliterandæ causa, eo modo codicem depravarint; cum e contra constet ex Gregorio Nazianzeno, eas fuisse peculiares Apollinaristarum voces? ait enim ad Cledonium (*a*) scribens adversus eosdem Apollinaristas: *Ne imposturam faciant homines, vicissimque ipsi fallantur, Hominem Dominicum (ut ipsi loquuntur) vel potius Dominicum nostrum, & Deum mentis expertem esse asserentes: non enim hominem a divinitate separamus, sed unum eumdemque profitemur, &c.* Et Elias Cretensis ibidem locum Gregorii explicans, fuisse has voces ab Apollinaristis usurpatas, ostendit.

(*a*) *Greg. Naz. ep. 1. ad Cled.*

In quam sententiam & Athanasius (*b*), cum invehitur in eosdem, hæc ait: *Quam igitur causationem excogitatis? Aut qua simulatione prætextum quæritis? Ac cur non potius expressim dicitis, eum non accepta forma servi, hominem esse factum, sed quasi hominem apparuisse? Hunc enim intellectum habet vester sermo, quo ad prætentum dicitis hæc verba. Qui idem est, idem est: ideoque obtrectare veræ dispensationi humanitatis assumptæ per sycophantiam satagitis dicentes, Christum hominem deificatum esse: ac rursus illud* In principio erat Verbum, *quod accepta forma servi homo sit genitus; aut hominem eum dicitis, qui cum Deo sit, aut hominem Deo implicatum, aut hominem pro mundo mortuum, & qui pars aliqua mundi erat, aut hominem peccati incapacem, aut hominem Angelis dominantem, aut hominem a rebus creatis adoratum, aut hominem Dominicum* *, *cum Apostolus dicat: Paulus servus Jesu Christi: aut hominem crucifixum, Dominum gloriæ, aut hominem audientem: Sede a dextris meis; aut hominem venientem, ut judicium judicet: hæc est lutulenta vestra ex imo subruta aqua, quam ebibendam hominibus offertis, &c.* Cur autem illi sic semper Christum hominem, numquam Deum? Ita subdit paulo post: *Ideo enim dicitis Deum ex Virgine natum esse, ut non Deum hominem, ut Evangelista definit, ne genituram carnis confitendo, necessitas vos cogat, ut naturalem eum esse cognoscatis. &c.* Pluribus enim agit de ejusmodi differentiis; quibus pravum suum ipsorum dogma illi astruere contendebant. Cæterum a piis pio sensu has voces usurpatas esse constat, & ab ipsomet Athanasio in expositione fidei, ubi ait: *Dominicus enim homo, quem ad salutem nostram exhibuit, conditus est, ut esset initium viarum, &c.* & in sermone majore contra Apollinarem pro fide, hæc habet: *Dominicus autem homo non infirmatus, neque nolens mortuus est.* Citatur hic textus in Synodo Lateranensi sub Martino Papa & martyre in Secretario quinto.

(*b*) *Ath. de adventu Christi advers. Apollinar.*

* Dominum.

XXV. *Dominicum hominem Christum haud recte dici.*

Cæterum complexio ista, *Homo Dominicus*, etsi a Catholicis interdum fuisse usurpata noscatur; tamen haud tute dici S. Augustinus eadem aliquando usus existimavit, qui hæc in retractationibus habet (*c*): *Non video, utrum recte dicatur, Homo dominicus, qui est mediator Dei & hominum homo Christus Jesus, cum sit utique Dominus: Dominicus autem homo quis in ejus sancta familia non potest dici? Et hoc quidem ut dicerem, apud quosdam legi tractatores Catholicos divinorum eloquiorum: sed ubicumque hoc dixi, dixisse me nollem; postea quippe vidi non esse dicendum, quamvis nonnulla possit ratione defendi.* Hæc ipse, ex quibus etiam suspecta redditur tota illa Ruffini narratio.

(*c*) *Aug. retract. l. 1. c. 19.*

XXVI. *Libri Apollinaris glutine compacti.*

At quonam ludibrio eumdem Apollinarem hæresiarcham sanctus Ephræm affecerit, cum ad publicam ipsum disputationem aliquando provocasset; Gregorius Nyssenus ita describit (*d*): *Sermone quodam, qui fama etiam potius, quam scriptis ad nos devenit, unde ipsum veritatis studiosissimum extitisse facile intelligi poterat; Apollinarem levem, immo dementem ac insanum nuncupabat: qui res novas moliens, multa impia, Scripturæque sacræ adversantia duobus comprehensa libris, e suo eructans ventre admodum insulse ac temere proloqueretur. Illius vero libros cuidam, quam in deliciis habuisse ferebatur, feminæ asservandos commiserat. Quæ cum magno tunc misisset Ephræm; ejusdem se esse opinionis confingens*

(*d*) *Gregor. Nyss. ser. de S. Ephr.*

gens, feminam quæ libros custodiebat, adiit; & de se, quis sit, & quam fausta ei ex eremo afferat, patefecit; nonnullaque forte id genus alia adjiciens, tandem rogat, ut præceptoris sibi scripta publicæ utilitatis causa exhibeat; ut nobis scilicet, quos tunc hæreticos vocabat, repugnare commodius posset. Quibus capta verbis femina, eumque ex illis unum qui Apollinaris sustinerent partes reputans, libros præbuit, eos tamen sibi celeriter restitui deprecans. Cæterum magnus hic (a) Genes. 25. 27. *Jacob dementem supplantans Esau (a), ac flagitiosa illa primogenita rapiens prudenter oppressit: nam piscis glutino omnes illiniens chartas, ita folium folio connexuit, ut cum pars una ab altera ob firmam conjunctionem plane sejungi nequiret, in unam quasi tabulam singuli libri apparerent redacti; sicque eos mulieri, a qua commodato acceperat, reddidit. Quæ quidem artificii hujusmodi uti mulier ignara, cum formam eorumdem exteriorem salvam esse cerneret; quicquid intrinsecus esset, diligentius inspicere neglexit.*

XXVII. Apollinaris delusus ab Ephræm. *Dies vero haud ita multi elapsi erant, cum Orthodoxis quibusdum defertur sanctus senex, qui Apollinarium accivisset, & cum eo sermones contulisset. In judicium itaque vocatus, impiis illis libris fretus, ad statutum diem venit; ac dicere quidem pro se, quod gravi jam premeretur senio, renuit; postulavitque ideo sibi proferri libros, ut ex illis respondere posset atque contradicere. Cum ergo istius delatoris socii frementes in medium libros produxissent; inveteratus ille dierum malorum injustitiæ judex, unum ex eis in manus sumens, aperire atque explicare nitebatur; sed quod glutino vinctus non cederet, ad partem ejus mediam aperiendum est aggressus, eamque ipsam eodem conglutinatam modo invenit. Quare sua ille ex priore libro frustratus spe, ad alterum se contulit: quem quidem totum ita firmiter connexum cernens, ut prorsus explicari nequiret, tanto rubore atque pudore suffusus est, animoque usque adeo perturbatus, ut ex eo consessu abiens, quasi mentis atque consilii inops & exanimatus in morbum lapsus sit; illamque ignominiæ notam ita ægre & moleste tulit, ut parum admodum abfuerit, quin tum mortem obiret.* Hactenus de his Nyssenus; eo autem morbo Apollinarem periisse, habet Metaphrastes; quod quidem si verum esset, Ephræm nequaquam ante præsens tempus, sed post ipsum Apollinarem ex hac vita discessisse dicendus foret; quod tamen falsum est, testante S. Hieronymo, Ephræm sub Valente, Apollinarem vero sub Theodosio esse defunctum; nisi quis dixerit hæc de Apollinari seniori junioris patente esse intelligenda.

Quod pertinet ad ejusdem Apollinaris scripta; testatur S. Hieronymus (b), reliquisse illum præter innumera pene volumina, triginta libros adversus Porphyrium, qui inter cætera ejus opera maxime probarentur. Conarum insuper eum fuisse divinorum librorum translationes omnes in unum assuere, idem tradit S. Hieronymus (c), qui tamen opus minime probavit. Ejusdem quoque Apollinaris in Prophetas commentarios, necnon in Matthæum Evangelistam, idem auctor citat; quos ita se legisse affirmat (d), ut habito delectu, ex stercore aurum seligeret. Patrem eum eloquentiæ prædicat Philostorgius; sed tamen quæ esset verbosa potius, quam nervosa. Multis rursum voluminibus complures hæreses oppugnasse, tradit Vincentius Lirinensis: sicque de eo accidisse ait; ut quem populi quasi arietem gregis sequebantur, eum deinceps ut lupum fugere cœperint. XXVIII.

(b) Hieron. de script. Eccles. in Apollin. & de eod. epist. 65.

(c) Hieron. Apologet. advers. Ruffin.

(d) Hieron. epist. 152.

Ex scriptis autem Apollinaris Polemium quemdam, Theodoretus (e) testatur, illam hæresim deduxisse, qua affirmaret, Verbi atque carnis commixtionem confusionemque factam esse: a quo denominatos Polemianos hæreticos, tradit. Rursum vero discipulos quosdam ejusdem Apollinaris in Arabia hæresim adversus Dei genitricem disseminasse, Epiphanius habet; illamque horrendam jactasse blasphemiam, qua dicerent post natum Christum Josepho viro conjunctam esse: quam scelestissimam opinionem impius Helvidius in Occidente studuit propagare; sed ne profanæ quidem & impiæ mentes tantam blasphemam calumniam in aures admittere tolerarunt: quamobrem utrobique pravum semen exaruit. Sed de Helvidio dicendum inferius. Ad hos confutandos hæreticos, dictos *Antidicomarianitas*, rogatus S. Epiphanius epistolam scripsit ad Ecclesiam quæ est in Arabia (f); qui, & in Panario adversus eosdem pluribus disputavit, ubi ipsa epistola ad Arabes scripta legitur (g). XXIX.

(e) Theod. hær. fabul. l. 4.

Hæreses aliæ ex scriptis Apollinaris.

(f) Epiph. hær. 77.

(g) Epiph. hær. 78.

In ea etiam Provincia addit exortam tunc esse aliam hæresim, dictam Collyridianorum, qui eamdem Sanctissimam Virginem ut Deum colerent, placentamque illi sacrificantes offerrent; de quibus ita Epiphanius (h): *Admirati*, inquit, *sumus, cum aliud rursus audivissemus, alios nimirum ita decipere, ut in tractatione de ipsa sancta semper Virgine, pro Deo hanc introducere studuerint, & adhuc studeant, & furore quodam ac amentia ducantur. Narrant enim, quod quædam mulieres in Arabia e partibus Thraces hanc vanitatem invexerunt, ut in nomen semper Virginis collyridem quamdam sacrificent, & simul congregentur, & in nomen sanctæ Virginis ultra modum quid tentent aggredi nefario ac blasphemo* XXX.

Collyridiani hæretici.

(h) Epiph. hær. 78.

mo

mo negotio, & in nomen ipsius sacra celebrent per mulieres; quod totum impium est & nefarium, alienum a prædicatione sancti Spiritus: & alibi (a) de iisdem: *Quædam enim mulieres currum quemdam sive sellam quadratam ornantes, expanso super ipsam linteo in quadam illustri die anni, per aliquot dies panem proponunt, & offerunt in nomen Mariæ: omnes autem pane participant, &c.* Cum autem Epiphanius hæresim confutat, primo loco demonstrat, procul a more Catholicæ Ecclesiæ abhorrere, ut mulieres sacrificent; deinde pluribus docet, nequaquam Dei genitricem colendam tamquam Deum. Cæterum Catholica Ecclesia sic semper suscepit cultum sanctorum, ut tamen nunquam ipsis, vel in nomine ipsorum obtulerit sacrificia, sed in eorum commemorationem dumtaxat eadem Deo offerat; quod primo Annalium tomo fusius dictum est. Quam procul autem abhorreret Epiphanius ab Agiomachorum sententia, qua sanctorum cultus impugnatus, plane docet ubi agit de Vitis sanctorum Prophetarum; ubi sæpe confirmat morem Ecclesiæ, cum tradit fideles supplicare solitos ad Hieremiæ sepulcrum, Isaiæque intercessionu multa petentibus beneficia impertiri, eademque præstari in sepulcris Ezechielis & aliorum.

(a) Epiph. hær. 79.

XXXI. Litteræ Basilii ad Occidentales.

Hoc item anno, qui est decimus tertius a persecutione a Constantio indicta in Oriente, ex Synodo Constantinopolitana post Concilium Ariminense (ut suo loco dictum est) in qua decreta sunt ab Imperatore Constantio exilia Episcoporum; S. Basilius, ut Ipse testatur, iterum scribit ad Occidentales, nempe ad Romanum Episcopum, & alios (quarto loco data hæc est epistola) expostulans toties imploratum auxilium, minime hactenus impertitum: litteræ autem sic se habent (b): *Quoniam in se sperantibus Dominus pollicitus est, quod eos ex omni tribulatione gentes velit educere; quamvis in medio malorum pelago detineamur, ac sævissimis procellis a spiritibus malitiæ excitatis agitemur; perduramus tamen in Christo, qui nos confirmat; nec vigorem ejus studii remittimus, quo curam gerimus Ecclesiarum: neque veluti de salute propter excrescentem tempestatem desperantes, animi dissolutionem patimur; sed adhuc, quoad ejus fieri potest, omnem operam impendimus, scientes etiam eum quem cetus devoraverat, quoniam animum non desponderat, sed ad Dominum clamaverat, salutem esse consecutum. Ad hunc sane modum & ipsi, licet in extrema mala inciderimus; spem tamen, quam in Domino collocatam retinemus, non abjicimus; sed undiquaque auxilium illius circumspicientes requirimus. Unde est quod ad vos quoque respeximus, fratres venerandissimi, quos in præsenti tribulationum tempore frequenter ad nos venturos speravimus. Verum spe ista frustrati, ipsi quoque illud nobis occinimus:* Expectavi qui simul contristaretur, & non fuit; & qui consolaretur, & non inveni. *Sunt enim ejusmodi nostræ afflictiones, ut & hi qui extremum Occidentem incolunt, merito ad hunc nostrum Orbem se se recipere deberent. Et quoniam uno membro afflicto, reliqua simul omnia compatiuntur; conveniebat, ut & nobis jamdiu admodum laborantibus affectu commiserationis condoleretis. Non enim locorum vicinitas, sed conjunctio spiritus conciliare, & propinquos facere solet; quam inter nos ac dilectionem vestram intercedere persuasi sumus.*

(b) Basil. ep. 1. in addit.

XXXII. Basilii justa expostulatio.

Qui fit igitur, quod nullas consolationis litteras, nullam fratrum visitationem, nec aliud quidquam normæ ac debito dilectionis conveniens a vobis accepimus? jam enim tertiusdecimus annus est, ex quo nobis hæreticum hoc bellum exortum est; in quo pluribus tribulationibus afflictatæ sunt Ecclesiæ, quæ ab eo tempore commemorari possunt, quo primum Evangelium annunciari cœpit. Quarum vobis singulas recensere nolumus, ne malorum illorum evidentiam sermonis nostri imbecillitas subobscuret. Simul etiam haud necessarium esse judicamus, ut hisce de rebus doceamini, cum veritatem illarum jam olim vel famæ judicio cognoveritis.

XXXIII. Status miserandus Ecclesiæ Orientalis.

Summa enim mali hujus est: Plebs oratoriis relictis, in solitudine congregatur. Spectaculum videretis miserabile; mulieres, parvuli, senes & alias imbecilles imbrium vehementissimorum, nivium, ventorumque molestiam sub gelu hiemali, consimiliter & Solis ardorem æstate sub dio agentes perferunt: & hæc propterea patiuntur, ne pravum illud Arii fermentum recipere cogantur. Quomodo autem fieri poterit, ut ista vobis sermone aliquo perspicua reddantur, nisi ipsa vos experientia & spectaculum in oculos incurrens ad compassionis affectum permoveat? Obsecramus itaque, ut vel nunc tandem manum Orientalibus porrigatis Ecclesiis, quæ jam velut in genua depressæ inclinant: ac viros aliquos mittatis, qui illas de præmiis admoneant, quæ patientiæ ac passionibus pro Christo toleratis reservantur. Haud enim tantum habet efficaciæ sermo consuetus, quantum vox peregrina ad consolandum dejectos valet: præsertim si illa afferantur a viris qui cum primis gratia Dei instructi esse cognoscuntur: quales vos cunctis mortalibus prædicamini, quod in fide illibate permaneatis, & Apostolicum depositum illæsum servetis. Non sic habent res nostræ; sed sunt apud nos quidam, qui gloriæ desiderio & ma-

xi-

bime inflatione ista, qua Christianorum animi subvertuntur, perciti, verba quadam novandi studio excogitata inducere præsumunt. Unde Ecclesiæ debilitatæ, quasi vascula quadam laxata, influentem hæresim receperunt. Vos itaque, o dilecti & desiderati fratres, sitis vulneratorum medici, & eorum qui adhuc sani sunt, pædotribæ, quod morbidum est curantes, & quod sanum ad pietatem instituentes. Hucusque Basilii epistola ad Occidentales, & quidem aliqua ex parte decurtata: non enim ex more, cui has litteras dederit perferendas, quemve legaverit in Occidentem, mentionem aliquam habet. Quænam autem causæ intercesserint, cur Damasus retardaverit legationem, visitationemque Orientalis Ecclesiæ, satis recensitæ sunt anno superiori: ex his vero literis abunde declaratur, longe abesse, ut a communione Occidentalium se Basilius continuerit; ac longe longius procul esse, ut idem Basilius Occidentales hæresis nomine suspectos habuerit, quos solos puros sincerosque Orthodoxos permansisse testatur his litteris.

XXXIV. *Hæresibus innumeris exagitata Ecclesia Orientalis.* Sed quod ad Orientalem Ecclesiam spectat, jure deplorat ejus calamitatem Basilius, apteque comparat diversarum civitatum Ecclesias laxatis vasculis undique hæresim ebibentibus. Nam præter Sabellianam, Arianam, Macedonianam, Eunomianam, Photinianam, & alias superius recensitas, accesserunt quas nuper diximus diversæ Apollinaristarum hæreticorum classes, ut taceamus de schismatibus inter Catholicos excitatis. At tolerandum quoquo modo malum videri poterat, si omnino una civitatis unius populum hæresis seduxisset; sed videre funestissimum erat, quot domos, tot pene hæreses peculiares fuisse: sed quod impossibile est dicere de singulis, ex iis quæ contingebant Ancyræ primariæ in Galatia civitatis, cæterarum Orientis urbium statum possumus intelligere. Etenim S. Hieronymus, qui Ancyram invisit, cum in recensita superius peregrinatione ex Cappadocia atque Galatia venit in Syriam, hæc habet (*a*): *Scit mecum qui vidit Ancyram metropolim Galatiæ civitatem, quod nunc usque schismatibus dilacerata sit, quod dogmatum varietatibus constuprata. Omitto Cataphrygas, Ophitas, Borboritas, & Manichæos: nota enim jam hæc humanæ calamitatis vocabula sunt. Quis unquam Passaler incitus, & Ascodrobos, & Artotyritas, & cætera magis portenta, quam numina in aliqua parte Romani orbis audivit?* Hæc ipse. Meminit de his (*b*) Philastrius; Borboritasque esse ait, qui dedita concupiscentiis futurum negarent judicium: Passalorincitas, qui digitum naribus orique imponentes, perpetuum silentium servantes, nihil præterea curarent: Ascodrogitas, sive Ascodrobos, qui bacchanalia in Ecclesiam induxerunt: Artotyritas autem qui in sacrificio panem & caseum offerebant: hæc monstra alebat his temporibus Ancyra, licet sanctissimus eidem præsset Episcopus Athanasius, quem defunctum Basilius adeo luxit atque laudavit; (*c*) post quem Leo sanctissimus monachus, cujus meminit Sozomenus (*d*) cum hæc ait de monachis Cappadociæ atque Galatiæ: *Inter monachos autem, quos illic vixisse accepi, primas tulit Leo, qui postea Ecclesiæ Ancyræ Episcopus creatus est.* Si igitur civitas, cui præerant magni nominis Episcopi Orthodoxi, adeo lancinata erat diversis sectis hæreticorum; quid putandum de aliis, quibus vel segnes præerant Antistites, & magna ex parte fugatis illis, pastoribus quoque carebant, vel hæreticos accepere Præfectos? Justa igitur angebat doloris causa mentem Basilii, ut ita ab Oriente vociferaretur ad Occidentem. Sed hoc cæteris deterius (ut dictum est) malum operata est astutia Satanæ, ut inter Occidentales, & Orientales, Damasum atque Basilium, tum occasione nominis hypostasis, tum defensione Meletii vel Paulini, atque etiam calumniis de eodem Basilio ubique sparsis, damnosa admodum diffidentia orta esset, magno totius Ecclesiæ Catholicæ detrimento.

Ancyrana Ecclesia quibus hæresibus vexata.

(a) Hieron. in proœm. in epist. ad Galat. l. 2.

(b) Philastr. c. 74. 75. 76.

(c) Basil. epist. 67.

(d) Sozom. l. 6. c. 34.

Ecclesia Africana vexata a Donatistis & tyrannide Firmi.

XXXV. Hoc pariter anno Valentinianus Imp. cum adhuc in Galliis ageret, Donatistas Episcopos rebaptizantes cohibuit, dato hoc ad Julianum Proconsulem Africæ rescripto (*e*):

Antistitem, qui sanctitatem baptismi illicita usurpatione geminaverit, & contra instituta omnium, eam gratiam iterando, contaminaverit; sacerdotio indignum censemus. Dat. 10. Kalend. Mart. Trever. Valentiniano & Valente IIII. AA. Coss. Hæc vero post liberatam a Firmo tyranno Africam fuisse rescripta putamus. Invaluerat enim in Africa his temporibus Firmi tyrannis; ad quem oppugnandum Theodosius senior, Theodosii imperatoris pater, a Valentiniano in Africam missus est; qui post diversas pugnas eumdem oppressit, sublevavitque Africam ea clade diutius afflictatam. Res gestas Ammianus accurate descripsit (*f*), ad quem lectorem hæc cupientem plenius enarrata rejicimus; illa hic tantum, quæ argumenti nostri esse videntur, nolumus præteriisse, cum scilicet viribus fractus Firmus legatione Episcoporum a Theodosio pacem expetiit, de quibus hæc ipse (*g*): *Fessus ærumnis gemini prælii Firmus, timoque æstuans corde, ne quid ultimæ rationis omitteret, Christiani ritus Antistites oraturos pacem cum obsidibus misit. Qui quoniam suscepti lenius, pollicitique victui congrua militibus*

(e) l. 1. ne sanct. bapt. iteret. Cod. Theod.

(f) Ammi. l. 28. & 29.

(g) Ammi. l. 29.

bus (ut praeceptum est) lata retulere responsa; praemissis muneribus Maurus ipse fidentius ad Romanum perrexerat ducem, equo insidens apto ad ancipites casus. Cumque prope venisset, fulgore signorum & terribili vultu Theodosii perstrictus, jumento desiliit, curvataque cervice, humi pene affixus, temeritatem suam flebiliter incusabat, pacem obsecrando cum venia. Susceptusque cum osculo (quoniam id Reipublicae conducebat) bonae spei jam plenus, sufficientia praebuit alimenta; & quibusdam propinquis suis ad obsidum vicem relictis, abscessit, captivos, ut spoponderat, redditurus, quos primis turbarum exordiis rapuit. Biduoque post Icosium oppidum, cujus supra docuimus conditores, militaria signa & coronam sacerdotalem cum caeteris quae interceperat, nihil cunctatus restituit, ut praeceptum est. Hæc de pace.

XXXVI. Quod spectat ad coronam sacerdotalem redditam; illa esse creditur pretiosior mitra sic dicta, qua in solemnioribus functionibus uti solent Episcopi. Fuit hujus Firmi tyranni frater Gildo nomine, ut Ammianus (a) atque Claudianus (b) testantur: qui tyrannidem fratris collapsam reparans, Romano Imp. in Africa negotium facessivit, partesque Donati vehementer suscipiens, maximo fuit Catholicis detrimento; unde factum est, ut quidam Donatistarum Episcopus, Optatus nomine, quod palam cum Gildone saeviret, fuerit cognomento dictus Gildonianus; sed de his inferius. Finis vero Firmi ille fuit, ut rursus tyrannidem exercens, rursus per Theodosium oppressus, eo desperationis redactus sit, ut spontaneo nectens collum laqueo, misere vitam finierit. At quid gratiae redditum sit Theodosio, qui Africam ab infestissimo tyranno liberavit; audi Orosium (c): *Post*, inquit, *cum experientissima providentia totam cum Mauritania Africam meliorem pristinis legibus reddidisset; instimulante & obrepente invidia, jussus interfici, apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorum praeoptavit; & postquam sacramentum Christi, quod quaesierat, assecutus est, post gloriosam saeculi vitam, etiam de vita aeternitate securus, percussori jugulum ul-*

(a) *Amm. rod. l. 29.*
(b) *Claud. de bello Gildon.*
(c) *Orosius l. 7. c. 33.*
Theodosius senior ingrate occiditur.

Ann. Eccl. Tom. V. Fff

PAGIUS

V. *Theodosius comes interfectus,*

Ad num. XXXVI. *Firmus* Africae Tyrannus hoc quidem anno periit, ut recte in Annalibus; sed *Theodosii Comitis* patris Theodosii Augusti, qui Firmum debellavit, mors anno tantum trecentesimo septuagesimo sexto contigit, ut Hieronymus in Chronico testatur. Quare errarunt Socrates lib. 4. cap. 19. & Paulus Diaconus, qui scripsere, eum propter nomen suum in conjuratione Theodori, de qua Baronius agit, a Valente Aug. morte affectum fuisse. Nam Carthago Africae caput, ubi *Theodosius Comes* jugulatus est, non Orienti, sed Occidenti parebat, ideoque *Valentiniano juniori*, cujus curam ac tutelam cum matre tunc Gratianus gerebat. Non itaque Theodori conjuratio, sed aulicorum & inimicorum calumniae hujus mortis caussae fuere, neque a Valente, sed a Gratiano Imp. fraude invidorum decepto, caedes ista iniqua mandata. Tradit quidem Orosius lib. 7. cap. 10. *Comes Theodosius a Valente missus effusas Maurorum gentes multis praeliis fregit*. Sed vel legendum a Valentiniano, vel Orosius hallucinatus est. Canusii (Apuliae Peucetiae oppidum est) egregia superest Inscriptio post Theodosii Comitis mortem posita, quae hic ex Reinesio in suo Syntagmate pag. 326. referenda.

INCLYTAE VENERANDAEQ MEMORIAE VIRO
FLAVIO THEODOSIO GENITORI DOMINI NOSTRI
INVICTISSIMI PERENNIQ PRINCIPIS THEODOSI
PERPETUI AUGUSTI CUJUS VIRTUTE FELICITATE
IUSTITIA PROPAGATUS TERRARUM ORBIS EST
ET RETENTUS. STATUAM EQUESTREM SUBAURATAM
POSUERUNT CURANTE AC PERFICIENTE
FLAVIO SEXINE VIRO PERFECTISSIMO
CORRECTORE APULIAE ET CALABRIAE

Notat Reinesius, loco *Sexine*, legendum esse, *Sextione*. Nam Flavius Sextio Theodosio seniore imperante Rector Calabriae fuit, ut docet Symmachus lib. 2. epist. 43.

VI. *Gothorum excursiones in Thraciam.*

Pax Gothos inter & Romanos anno quidem CCCLXIX. sancita fuit; sed, ea contemta, hoc anno exeunte Gothi in Thraciam excursiones fecere, ut docet Ammianus lib. 30. cap. 2. ubi proxime ante Gratiani III. & Equitii Consulatum anno CCCLXXIV. gestum, ait: *Rem Romanam alius circumsteterat metus totius Gothiae Thracias licentius perrumpentis; qua suatra tunc explicari poterunt carptim, si ad ea quoque venerimus*, id est, si Historiam nostram perducamus ad annum CCCLXXVI. quo Gothi, Istro superato, majorem vastitatem Thraciae, aliisque Provinciis intulere. In his rerum angustiis Valens, tum contra Persas bellum gerens, *auxiliares copias reprimendis Gothorum incursionibus* a Valentiniano fratre petiit, qui mittere detrectavit, dicens: *Homini Deo bellum inferenti suppetias ferre mihi nefas est*. Ita Theophanes eodem anno, quo initium Episcopatus D. Ambrosii collocat, cui Cedrenus suffragatur. Idem habet Theodoretus lib. 4. cap. 31. & 32. ubi ait: *Misit ad fratrem, militares copias ob eo petens*. Valesius in Notis existimans, Theodoretum loqui de bello a Valente post Valentiniani fratris obitum adversus Gothos suscepto, ait Theodoretum pro Valentiniano *Gratianum* scribere debuisse, & ἀνεψιῷ, pro ἀδελφῷ, sed perperam. Theodoretus enim loquitur de incursionibus, quae hoc anno, ut docet Ammianus, contigerunt. Quod ex eo certum redditur, quod statim subdat: *Nec tamen a pristina temeritate destitit, sed in oppugnanda veritate perseveravit*, sc. Valens. Et tamen Socrates lib. 4. cap. 5. scribit, Valentem, cum accepisset Gothos

ultro præbuit. Hæc Orosius. Quæsitum quoque fuisse ad necem Theodosium juniorem ejus filium, sed divina voluntate antevertisse periculum, S. Ambrosius illis verbis testari videtur, ubi in oratione in funere ejus habita ita dicit (*a*): *Portavit jugum grave Theodosius a juventute, quando insidiabantur ejus saluti, qui patrem ejus triumphatorem occiderant*. Fuisse autem ipsum hoc tempore prima lanugine pubescentem, Ducemque Mœsiæ adversus Sarmatas fines Rom. Imperii invadentes electum, egregiaque virtute spectatum ob plures de eis victorias reportatas, Ammianus (*b*) affirmat. Inde vero tantam æstimationem rei bellicæ ex his sibi Theodosius conciliavit, ut postea ad sublevandum collapsum in Oriente Romanum Imperium, Dux & Imperator a Gratiano electus fuerit, ut idem auctor Zosimusque (*c*) testantur. Unde autem contigerit, ut Theodosius parens post tot præclaras victorias capite truncatus sit, & Theodosius filius eodem modo pene periclitatus sit; neminem inveni qui tradat. Factum tamen id existimatur dolis atque insidiis Valentis Imperatoris, qui post patefactum oraculum, successorem sibi fore, qui his litteris primis, THEO, conscriptum nomen haberet, complures (ut vidimus) Theodoros, atque alios his nomine similes subjecerat quæstionibus, ac morte mulctarat. At vero eo clariores Theodosii filii victoria adversus Sarmatas effulsere, quo reliqua facies Occidentalis Imperii lugubrior apparebat; siquidem repentino motu Quadi ac Marcomanni (ut Ammianus (*d*) est auctor) Alpes transgressi Julias, Opitergium exciderunt, Aquilejam vero diutius obsederunt; parumque abfuit, quin Constantii Imperatoris filia Gratiano nuptura, in villa Pistrensi agens, caperetur a Barbaris. Perseverasse autem has clades etiam post obitum Valentiniani Hieronymus tradit (*e*).

(*a*) *Ambr. orat. in funere Theod. in fin.*

Theodosii filii spectata virtus.

(*b*) *Amm. l. 29.*

(*c*) *Zosim. l. 4.*

(*d*) *Amm. lib. 29.*

(*e*) *Hieron. ep. 3.*

Se-

PAGIUS thos Istrum superasse. Orthodoxos Episcopos de exilio revocasse; quod etiam testantur Hieronymus in Chronico & Orosius lib. 7. cap. 19. Ex quibus liquet, Theodoretum, quem Nicephorus lib. 11. cap. 49. exscribit, loqui de re ante Valentiniani mortem gesta; Socratem vero & alios, de iis, quæ post Valentiniani obitum acciderunt.

VII. Imo interpretatio Valesii ex ipso Ammiano evertitur. Hic enim lib. 31. cap. 7. tradit, postquam Gothi Istrum trajecerunt anno CCCLXXVI. Gratianum *Valentis petitu* suppetias adversus Gothos misisse. Hoc itaque anno contigit, quod narrat Theodoretus de Terentio Duce, qui *unam Ecclesiam sibi concedi petiit, qui Apostolicam doctrinam tuerentur*, cujus tamen libellum Valens *discerpsit*. Baronius in Annalibus anno CCCLXXII. num. III. illud factum recitat, sed anno non suo; tunc enim pax Gothos inter & Romanos vigebat. Theodoretus præclarum illud *Terentii* facinus recitaturus ait: *Reversus tunc erat ex Armenia, devictis hostibus*. Terentius autem anno CCCLXX. Armeniam adversus Persas tuebatur, ut testatur Ammianus lib. 27. cap. 12. Præterea D. Basilius circa hæc tempora Armeniæ Ecclesias visitans ad *Terentium* Comitem, qui huic Provinciæ præerat, epistolam CCCXLIX dedit; ideoque non dubium, quin Theodoretus & Nicephorus res diversis annis gestas uno tenore narraverint, eoque agendi modo recentes Chronologos in errorem induxerint. Ab his enim Gothorum irruptio, quæ hoc anno accidit, cum iis, quæ post triennium factæ sunt, confunditur.

Egregium Terentii Ducis facinus.

JESU CHRISTI ANNUS 374. | DAMASI PAP. ANNUS 8. | VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 11.

I. Ambrosius creatur Episcopus Mediolanensis. SEquens Domini annus trecentesimus septuagesimusquartus exorditur Consulatu Gratiani Augusti tertio & Equitii; quo absoluto anno decimo Imperatorum Valentiniani atque Valentis, & undecimo inchoato *post Auxentii seram mortem* (ut ita dicam cum S. Hieronymo) *Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad rectam fidem Italia convertitur.* Sic ipse. Quæ quidem verba ita accipienda sunt, quod morte Auxentii factum fuerit, ut, unico illo Ariano Episcopo extincto; nihil superesset amplius in Italia Arianæ contagionis; quo superstite ea Ecclesia Ariano polluebatur Antistite, ac proinde ea ex parte Italia dicebatur immunda: munda vero tota, cum illo sublato de medio, Catholico illic Episcopo constituto, sordes omnes videri possent ablutæ. Scimus Cedrenum anno superiori, nempe decimo Imperatorum, referre ordinationem Ambrosii; sed præstat audire Hieronymum res suorum temporum conscribentem. Quonam autem modo ejusmodi Ambrosii electio se habuerit, Theodoretus in primis narrat his verbis (a): (a) Theod. l.4.c.5.6.

II. Oratio Imp. ad Episcopos. *Cum Auxentius Mediolanensis Ecclesiæ Episcopus labe Ariana infectus, & in multis Conciliis abdicatus, e vita exivisset; Imperator iste,* Valentinianus videlicet, *accersitis ad se Episcopis, sic apud eos verba facit: Est vobis, utpote sacris & divinis litteris institutis, explorate cognitum, qualis debeat esse is qui sit ad Episcopatum gerendum delectus; & quod necesse sit gregem non doctrina solum, verum etiam præclara vivendi ratione moderari, & se cujusque virtutis exemplar ei præbere, suæque disciplinæ rectam vitæ, & morum institutionem testem habere. Quare hominem ita instructum in sede & gradu Episcopali jam collocate; uti & nos, a quibus hoc gubernatur Imperium, ei vere & ex animo capita inclinemus, & illius reprehensionem (nam cum homines simus, errore labi necesse est)* ve-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5867.

SÆC. IV. ☉ 19. E. ☽ 14. P. 23. April. Indict. 2.

Anno Urbis 1127. Olymp. 288. an. 2. JESU CHRISTI 374.

DAMASI PAPÆ 9.

VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP. 11.

A.C. 374. GRATIANI IMP. 8.

I. [1] A Num. I. ad XII. Coss. *Gratianus Aug. III. & Equitius*, uterque in Occidente creatus. Onuphrius quidem *Equitium* Consulem Orientalem dicit. Verum ex Victore in Epitome, Zosimo lib. 4. pag. 746. & Ammiano lib. 30. cap. 6. constat, eum apud Valentinianum seniorem, quando obiit, fuisse, & Magisterium militum exercuisse. Consolatus Gratiani juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam, propter nempe *Decennalia* ejus, quæ ideo anno uno anticipavit. *Consules, & Decennalia Gratiani.*

II. *Valentiniani Decennalia.* Edita a Valentiniano Aug. hoc anno *Decennalia*. Hinc Ammianus lib. 29. cap. ultimo de Claudio hoc anno urbis Romæ Præfecto ait: *Instauravit vetera plurima*, inter quæ porticum excitavit ingentem, lavacro Agrippæ contiguam. Eorum etiam indicium L. 28. Cod. Theod. De *operibus publicis*. & L. 20. *De Lustrali collatione*, a Valentiniano datæ.

2. Am-

NOTÆ [1] C*oss. Gratianus Aug. III. & Equitius.* Fabrettus, pag. 466. num. 522.

A R A M. D I C A V I T
D. N. G R A T I A N O. A U G. T E R. E T
A E Q U I T I O. C O N S S.

Gudiana inscriptio apud Relandum:

M. D. M. I D A P A E. E T. A T T I N I S. M I N O
T A U T Y R A N N I. ☧ E C D E S T I N I. X V I I. K A L.
M A R. F L. G R A T I A N O. A U G. I I I.
E T. C. E Q U I T I O. V A L E N T E. V. C.
C O S S.

Lapis christianus vulgatus ab Antonio Maria Lupo in dissertatione ad epitaphium S. Severæ martyris, pag. 98.

B E N E M E R E N T I
I N P A C E L I B E R A
Q U E B I X I T A N. C I I.
N E O F I T A. D E P. D I E
I I I. N O N A S M A I A S C O N S.
G R A T I A N O I I I. E T E Q U I T I O.

Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Gratiano, & Equitio*, sine nota *tertii* consulatus *Gratiani*.

velut medicinam animarum cupide amplexemur. Hucusque dixit Valentinianus; subdit his Theodoretus hæc verba:

III. *Hac oratione ab Imperatore habita, Concilium Episcoporum contendit ab eo, uti ipse, utpote sapientiæ & pietatis insignibus praeclare ornatus, Episcopum eligat. At ille: Major est, inquit, hæc provincia quam quæ viribus nostris sustineri possit; proinde vos divina repleti gratia, & illius splendore illuminati, multo melius hoc Episcopi deligendi negotium transigetis: Illi igitur egressi separatim per se de eo deliberare cœperunt: Civitatis autem habitatores inter se ipsos dissidere; quorum alii hunc, illum alii deligere contendebant. Nam qui errore Auxentii erant imbuti, hi suæ opinionis fautoribus suffragati sunt: qui vero a partibus sanæ sinceræque doctrinæ stabant, illi rursus Episcopum secum de fide consentientem habere laborarunt.* Hæc Theodoretus de partis utriusque studiis in Episcopo deligendo. Commendatione quidem digna fuit Valentiniani modestia, cum oblatam sibi electionem tantæ Ecclesiæ Episcopi recusavit, secundum quod alias (quod dictum est superius) fuerat contestatus, sui muneris minime esse Ecclesiasticis se immiscere negotiis. At quid post hæc?

Quomodo electus Ambrosius.

Cum igitur eo modo in electione novi
IV. Episcopi partium studia essent inter se diversa, magnaque timerentur conflari dissidia: Ambrosius illius provinciæ Præfectus, Mediolani cum esset, veritus ne quid novarum rerum diversæ factiones molirentur, propere ad Ecclesiam contendit: *Ubi* (inquit Paulinus *a*) *cum alloqueretur plebem; subito vox fertur infantis in populo sonuisse*, Ambrosium Episcopum. *Itaque qui ante turbulentissime dissidebant, quia & Ariani sibi, & Catholici sibi Episcopum cupiebant, superatis alterutris, ordinari; repente in hunc unum mirabili & incredibili concordia consenserunt*. Hæc Paulinus.

(a) Paulin. in vita S. Ambrosii.

V. Ambrosius vero repentino casu perculsus, ac veluti improviso quodam tonitruo terrefactus; ut primum sese collegit, cogitare cœpit quibus valeret artibus populum & Episcopos ab ejusmodi sententia revocare. Quid facit? *Egressus Ecclesia* (Paulinus ait) *tribunal sibi parari fecit, quippe mox futurus Episcopus altiora conscendit; tunc contra consuetudinem suam* (minus enim sibi tunc utile ratus consilium Probi) *personis jussit adhiberi tormenta*; nec se jam ut Episcopum, sed severissimum Judicem exhibet. Conscendit tribunal, truces carnifices assistere, simulque tormenta congeri, vinctosque catenis miseros reos adduci palamque torqueri, nulla adhibita commiseratione, minaci vultu ad incutiendum terrorem composito, præcipit, quasi vir sanguinis esset, indignus altaris ministerio, & a pastorali consuetudine alienissimus. Sed cum hæc spectans populus, magis magisque clamaret, *Ambrosium Episcopum*; spe ille frustratus, ad potiora remedia convertit animum; eoque progressus est, ut speciem quamdam præseferens hominis impurissimi, & ab Episcopali castitate & vita remotissimi, quo populum ab eo consilio dimoveret, impudicas mulieres ad se publice ingredi faceret. At cum hæc, velut in scœna, ficta repræsentari populus non ignoraret, eaque ex causa ardentiori studio postulare Ambrosium Episcopum non intermitteret; seque populus peccati illius, quod specie quadam & simulatione effectum esse non dubitabat, reum clamaret, totamque adumbrati criminis pœnam in se reciperet, sibique imprecaretur; omni prorsus ille consilio destitutus (quod tantummodo reliquum esse videbatur) in sola fuga spem ponit.

Ambrosius multis modis tentat evadere.

VI. Itaque nocte intempesta, civitate egressus, Ticinum versus dirigit iter, neque ad memoriam revocans, non esse hominis dirigere vias suas (*b*). Cum enim se Ticinum pervenisse putavit, divino quodam interceptus numine, cursu reflexo Mediolanum redit, jamque luce clare portam Romanam ante oculos positam videt. Tum vero incredibili stupore affectus, animoque consternatus, re ipsa experitur, non esse consilium contra Dominum (*c*). Quid faceret? Qui magistratu præerat cæteris, fasces deponit, victum se fatetur; totius populi voluntati, immo verius divinæ auctoritati se subjicit. Audit populus, custodiam adhibet, ne iterum fugam arripiat; idque ad extremum usquequaque perfici sedulo curat, quod tanto studio exoptaverat. Igitur ad Valentinianum Principem relatio mittitur; illius enim requiri videbatur assensus: nam Imperatoriis sanctionibus (*d*) vetitum erat, ne Decurio-

Ambrosii fuga irrita.

(b) Prov. 16.

(c) Prov. 21.

(d) l. 3. & 9. de Episc. & cleric. C. Theod.

PAGIUS

III. *S. Ambrosii* ordinatio hoc anno peracta, ut recte Hieronymus in Chronico secundum editionem Scaligeri, anno sc. Abrahami 2390. perperam vero in editione Pontaci anno sequenti: quam tamen Petavius lib. 6. Rationarii Temp. aliique quidam secuti sunt, non animadvertentes, *septimo Idus Decembres* anni sequentis, quo die, tam Græci, quam Latini ejus ordinationem celebrant, Valentinianum Aug. jam demortuum fuisse; cum tamen certum sit, eo vivente Ambrosium renuntiatum fuisse Episcopum. Præterea hoc anno dies septimus Idus Decembris, seu dies septimus Decembris in Dominicam incidit, qua Episcoporum ordinationes jam hoc sæculo de more peractæ. Qui mos ostendit, die XIV. mensis Junii, quo *Basilii* ordinatio in Martyrologiis memoratur, Episcopum Cæsariensem creatum non esse; cum anno CCCLXXI. is dies cum feria tertia concurrerit, non vero cum die Dominica.

S. Ambrosius ordinatur Episc. Mediolanensis.

riones vel publicis obligati functionibus adsciscerentur in clerum. Eu re percepta Imperator (*a*) summopere lætatur; ac tales a se constitutos magistratus esse, qui in Episcopos eligantur, accepit libentissimo animo: Probusque suum de Ambrosio judicium, ac præjudicium cum præsagio felici eventu comprobatum, gaudebat.

(*a*) *Paulin. in vita Ambrosii.*

VII. Ambrosii latebræ.

At pendente adhuc ea relatione, Ambrosius faliens suos custodes, iterum fuga sibi consuluit, utque in suburbano Leontii clarissimi viri delituit. Sed ubi relationi responsum est, & Imperatoris decretum publicatum, quo jubebat Ambrosium extemplo sacris initiari mysteriis (*b*) (adhuc enim catechumenus erat) & Episcopum ordinari, idque Vicario in mandatis datum, ut rebus perficiendis instaret; mox Leontius Ambrosium prodit; qui statim Mediolanum perducitur. Hosce ipsius conatus, quibus sæpius reluctatus est ne Episcopus crearetur, non Paulinus tantum, sed reliqui omnes tum Latini (*c*) tum Græci historici profitentur. Quinetiam ipse scribens ad Vercellensem Ecclesiam hæc eadem his verbis affirmat? *Quam* inquit, *resistebam ne ordinarer: postremo cum cogerer, saltem ordinatio prætelaretur? Sed non valuit præscriptio, prævaluit impressio.* Hæc ipse. Differendo enim ordinationem, putabat eludere posse populum ipsum postulantem Episcopum; præscriptio autem præcedebat, non tantum ne catechumenus nondum pene Christianus, sed ut nec neophytus (*d*) ordinaretur Episcopus; quibus suffragabantur canones Apostolici (*e*) nec non Nicænum (*f*) Concilium. Cum igitur, ipso licet invito, omnia perficienda essent; ipse se professionis esse Catholicæ illo potissimum argumento perspicue demonstravit; dum (quod Paulinus, ait) (*g*) nonnisi a Catholico Episcopo petiit baptizari. Octava vero die post baptismum fuisse ordinatum Episcopum, idem affirmat, quod contigisse septimo Idus Decembris, Dei Ecclesia hactenus celebrans illum diem, anniversaria solemnitate testatur.

(*b*) *Theod. l. 4. c. 6.*
(*c*) *Ruffin. l. 2. c. 11. Socrat. l. 4. c. 25. Sozom. l. 6. c. 24.*
(*d*) *1. Tim. 3.*
(*e*) *Canon. Apost. 80.*
(*f*) *Conc. Nicæn. c. 2.*
(*g*) *Paulin. in vita Ambros.*

VIII. Ambrosius cedit tandem.

Interfuisse ejus ordinationi Valentinianum imperatorem, auctor est Theodoretus, de qua hæc habet (*h*): *Postea vero quam Ambrosius divinum sacrosancti baptismatis munus adeptus est, & gratiam Episcopalem receperat; dicitur Imperator longe præstantissimus (nam rebus his gestis interarat) hymnum ad gratias Salvatori ac Domino agendas recitasse, his fermè verbis: Gratia tibi sit Domine omnipotens & Salvator noster, quod cum ipse corpora huic viro commisissem, tu ei etiam animas commendasti, indeque declarasti meam justam fuisse sententiam:* subdit his Paulinus (*i*): *Cum primum autem ordinatus esset Episcopus; omne aurum atque argentum, quod habere poterat, Ecclesiæ vel pauperibus contulit: prædia autem quæ habebat, reservato germanæ suæ usufructu, donavit Ecclesiæ; nihil sibi quod hic suum diceret, relinquens, ut nudus & expeditus Christum Dominum sequeretur.* Hæc ipse. Sic igitur Ambrosio ordinato Mediolanensi Episcopo, totus congaudet Catholicus orbis, communicatoriæque litteræ ex more ultro citroque redduntur. Quid autem ad eum scripserit Basilius Magnus (ut quæque annis reddantur suis) dicemus anno sequenti: nam cum Ambrosii ordinatio in fine anni contigerit; non prius eas potuit dedisse Basilius. Si quis vero integram, seriemque rerum gestarum continuatam legere cœpit Vitam Ambrosii; sciat nos eam ex Annalibus hisce depromptam, monitu Sixti Papæ Quinti, simul contexuisse; quam ipse recenti a se factæ Operum Ambrosii præponi, edique jussit; cum tamen nos hic addere aliquid, vel mutare contigerit.

(*h*) *Theod. l. 4. c. 6.*
(*i*) *Paulin. in vita Ambros.*

IX. De tempore electionis Ambrosii.

Quod autem Annalium scribendorum ratio nihil importunius a nobis exigat, quam ut quæque res gestæ certis suis quibusque reddantur annis, atque sic institutæ chronographiæ ex firmis probationibus pateat demonstratio; cur hoc anno contigisse dixerimus Ambrosii Episcopatum (cum alii ea de re aliter sentiant) jam ut dicamus, astringimur. Ac primum quid senserint alii, in medium afferamus. Errandi in his illa nonnullis præcessit occasio, quod Ruffinus (*k*) & Socrates (*l*) simul ac de Damasi Papæ agunt electione, statim subdunt narrationem de Ambrosii electione; perinde ac iidem Annales scripserint, & non historiam; cum sæpe contingat, eos post alias res gestas recensitas, de electione quorumdam præcipuarum sedium Episcoporum simul agere, quos tamen constat plurium interdum annorum interstitio inter se fuisse discretos. Rursum vero recentior quidam auctor (*m*) tempus electionis Ambrosii revocans ad tertium annum Damasi Pontificatus, rationem iniisse visus est ex Probi Præfecturæ exordio, a quo credita est Ambrosio provinciarum administratio. At quis nescit, Probi Præfecturam Prætorii sæpe repetitam, atque diutius propagatam, id Ammiano (*n*) testante? ipsumque Ambrosium, antequam in provincias mitteretur, in ejusdem præfecti Prætorii Probi auditorio (quod testatur Paulinus) causas orasse? ut plane appareat, nequaquam ut Probus illum adeptus est magistratum, Ambrosium provincias suscepisse administrandas. Sed quis locus esse potuit electioni Ambrosii, superstite adhuc Auxentio? post cujus obitum ipsum electum cum Latini tum Græci absque controversia omnes affirmant (*o*): immo ipse S. Hieronymus sub præsenti undecimo Im-

pe-

(*k*) *Ruffin. l. 2. c. 11. 12.*
(*l*) *Socrat. l. 4. c. 25. 26.*
(*m*) *Panvin. in fast.*
(*n*) *Amm. l. 27. 28. 29. 30.*
(*o*) *Ruffin. l. 2. c. 11. Socrat. l. 4. c. 25. Sozom. l. 6. c. 24. Theod. l. 4. c. 5.*

peratorum anno, Auxentii obitum cum Ambrosii electione consignat. Aut quo modo vel fingi potest cum Auxentio simul Ambrosium consedisse; si cum tot certaminibus exagitatus Auxentius ab Hilario Pictaviensi Episcopo, Eusebio Vercellensi, Philastrio Brixiano, Evagrio presbytero Antiocheno Mediolani rum agente, & si remotiores quæras, a S. Athanasio de his perscribente ad Damasum, ab ipsoque Romano Pontifice in Concilio Episcoporum damnatus sit; de quibus omnibus diximus suis locis superius; toto tamen hoc tempore de Ambrosio nulla vel levis mentio habetur? Quæ enim adversus Auxentium, Ambrosii certamina recensentur, ea contra juniorem Auxentium esse habita, & post obitum Valentiniani senioris, suo loco perspicue demonstrabimus. Quod igitur nulla antehac Ambrosii Episcopi facta mentio reperiatur, quodque ad hunc usque annum testificatione Hieronymi cariosum senem Auxentium pervenisse constet; ejusdem auctoritate hoc anno ponimus electionem Ambrosii.

X. Sed posset quis objicere, utraque, nempe exitum Auxentii & creationem Ambrosii rejiciendа esse in annum sequentem, quod scilicet ibidem apud Hieronymi Chronicon sub eodem laterculo signetur annus post Consulatum Gratiani & Equitii, qui sequens numeratur. Sed scias, lector, annum illum post Consulatum ibi positum restituendum esse subsequenti laterculo (ut emendatiores codices habent) sub ipso anno duodecimo Valentiniani, quo ipsum mori contigit: nam non pervenit ullo pacto ad annum sequentem post dictorum Consulatum, quo creati sunt Consules Valens quinto & Valentinianus majoris filius; sed ipso anno Consulibus vacuo (ut dicetur) finem vivendi fecit. Hisce quidem ultimis Valentiniani senioris temporibus, contigisse Ambrosium creari Mediolanensem Episcopum, ex eo intelligi potest, dum de rebus gestis cum eo nihil præterea legitur, nisi quæ Theodoretus his verbis enarrat (a): *Paucis post diebus, ab ordinatione Ambrosii scilicet, cum S. Ambrosius valde libere apud Imperatorem verba faceret, resque nonnullas tamquam minus recte a magistratibus administratas coargueret; respondit Imperator: Novi jampridem tuam in loquendo libertatem, qua explorate cognita, non modo tuæ in Episcopum ordinationi non restiti, verum etiam suffragatus sum. Quare, sicut divina præscribit lex, nostrorum animorum erratis medicinam facito.* Hæc Theodoretus: ceteræ autem Ambrosii res gestæ sane quidem cum Gratiano & Valentiniano filio, non amplius cum patre leguntur esse transactæ; de quibus singulis suo loco. At de Ambrosii electione jam satis.

Ambrosius quid cum Valentiniano.

(a) Theod. l.4.c.6.

XI. Ejusdem anni Consulibus datæ habentur litteræ nomine Damasi ad Aurelium Episcopum Carthaginensem, positæ ab Isidoro Mercatore in suæ collectionis exordio, quas præcedunt litteræ ejusdem Aurelii nomine ad Damasum primo scriptæ, quibus petierat ab Apostolica sede ad se mitti decreta Romanorum Pontificum. At quid opus fuit (pace illius dixerim) mendaciis exornare vestibulum amplæ domus, ut in non levem suspicionem adducat cetera quæ vera intus habentur? Quomodo, quæso, potuit Aurelius Episcopus Carthaginensis scripsisse ad Damasum Romanum Pontificem, & hunc ad illum litteras reddere, hoc potissimum anno, sub his præsertim Consulibus, si adhuc cum S. Augustinus factus Christianus est, reversus in Africam, reperit dictum Aurelium diaconum agere Ecclesiæ Carthaginensis, post aliquod vero temporis spatium factum esse ejusdem civitatis Episcopum? testatur id quidem ipse Augustinus, ac disertis plane verbis (b), cum in commentario de Civitate Dei meminit de reditu suo ex transmarinis partibus Carthaginem; recensetque miraculum illud de innocentio ex incurabili morbo sanato, atque demum hæc ait: *Visitabant eum quotidie sancti viri, Episcopus tunc Uzalensis beatæ memoriæ Saturninus, & presbyter Gelosus, ac diaconi Carthaginensis Ecclesiæ, in quibus erat, & ex quibus solus est nunc in rebus humanis jam Episcopus cum honore a nobis debito nominandus Aurelius, cum quo recordantes mirabilia opera Dei, de hac re sæpe collocuti sumus, eumque valde meminisse, quod commemoramus, invenimus.* Ita ipse. Vides igitur ad quanto posteriora tempora sit referendus Aurelii Carthaginensis Episcopatus; & quam longe absit, ut ipse jam Episcopus hoc anno ad Damasum scripserit, vel acceperit a Damaso litteras; cum certum sit reditum Augustini in Africam, postquam Christianus jam effectus Mediolano recesserat, & a Portu Romano solverat, contigisse anno Domini trecentesimo octogesimonono; ut appareat nec post annos quindecim Aurelium creatum esse Episcopum Carthaginensem, sed perseverasse diaconum. Vides igitur quo modo recta temporum norma tortuosa aliorum figmenta improbentur: ut non mireris, si in dignoscenda certa temporum ratione crebrius atque solertius occupemur.

Commentitiæ litteræ nomina Damasi & Aurelii.

(b) Aug. de Civit. Dei l.22.c.8.

XII. Celebratum habetur hoc anno, iisdemque Coss. Concilium Valentinum in Gal-

Concilium Valentinum.

PAGIUS IV. Ad num. XII. Celebratum hoc anno Concilium *Valentinum*, in quo statutum canone IV. *ut quisquis de se vel vera, vel falsa dixisset, fides ei, quam suomet testimonio confirmaret, habe-*

Concilium Valentinum.

Gallia IV. Idus Julii; cujus extant quatuor tantummodo canones, & perbrevis epistola de ordinationibus legitime faciendis, deque lapsorum pœnitentia. In eo primum locum tenuit Fægadius, qui ille putatur, ad quem simulque Delphinum Episcopum Burdegalensem sancti Ambrosii (*a*) epistola scripta legitur. Interfuit eidem Rodanius, quem alium esse puto ab illo Episcopo Tolosano, quem fidei causa cum S. Hilario exilium passum esse, atque exulem defunctum, ex Severo superius diximus. Evortius quoque adfuit, qui jam a tempore sancti Silvestri Aurelianensem signo cœlesti accepit Ecclesiam gubernandam. Dignum plane memoria est, quid statuerint Patres de his qui oblati sacerdotii fugiendi occasione, aliquod admisisse delictum confessi essent, his verbis: (*b*): *Licet non ignoremus, multos verecundia, & nonnullos horrore suscipiendi sacerdotii, & ut trepidos (quæ signa sunt san-*

(a) *Ambr. epist. 55.*

(b) *Epist. Concil. Valent. ad Forojul. to. 2. Concil.*

PAGIUS

beretur. Hujus canonis edendi materiam præbuit, non *Acceptus* electus Episcopus Forojuliensis, qui, ut dignitatem effugeret, falso se criminum reum propalarat, sed aliorum Sanctorum Sacerdotum humilitas, qui tremendum ministerium suscipere veriti, piissimam illam fallendi artem excogitaverant. Et ratio est, quia *Accepti viri sanctissimi* factum, post conditum canonem illum, *a Concordio* Arelatensi Episcopo in medium adductum est. Præterea alia de causa dubiam illud in Concilio fuisse propositum, definitumque mansisse, ut cuilibet fides, *quam suomet testimonio confirmaret, haberetur*, liquet ex verbis ejusdem Synodi in causa *Accepti* prolatis. *Tamen quia in Synodo jam sederat*, id est, jam statutum fuerat, & continentes, *non potuit præstari uni quod cæteris negabatur*. Quare hæc sanctio inferta canoni IV. hujus Concilii facta non est *Accepti* occasione, ut inquit Antelmius in Dissert. de initiis Ecclesiæ Forojuliensis cap. 10. qui subdit, ante *Acceptum* alios quidem Sedem Forojuliensem occupasse, sed eos penitus ignotos esse, sicuti & incertum, an *Quillinius*, vel Sanctus *Leontius* electus postea fuerit Forojuliensis Episcopus: nam electionem in alterutrum cecidisse non videtur dubitandum.

V.
Institutio Quinque Provinciarum vulgo dictarum.

Hujus Concilii Synodica inscripta est: *Dilectissimis fratribus per Gallias, & quinque Provincias constitutis Episcopis*. Hic prima *Quinque* Provinciarum vulgo dictarum mentio, ultimaque in Concilio Taurinensi anno CCCCI. celebrato occurerit; quia post eum annum *Septem* Provinciæ vulgo dictæ institutæ sunt, ut anno CCCCI. demonstrabo. Hæ *Quinque* Provinciæ, & postea *Septem* Provinciæ speciale Reipublicæ corpus constituerunt in Galliis, cujus partes, quia hactenus non satis notæ, nobis explicandæ erunt, non solum quia Baronius de neutra harum divisionum egit; sed etiam, quia ex earum elucidatione Antiquitas Ecclesiastica non parum illustrari, & doctorum Virorum lapsus detegi emendarique poterunt. *Quinque* itaque Provinciæ vulgo dictæ, quæ Galliis absolute positis opponuntur, aliquando seorsim, aliquando cum Galliis, memorantur: seorsim, uti in Notitia Imperii, ubi sub dispositione Comitis rerum privatarum, quinque Provinciæ ita designantur: *Rationalis rei privatæ per Hispanias: Rationalis rei privatæ per Gallias: Rationalis rei privatæ per quinque Provincias: Rationalis rei privatæ per Britannias*; conjunctim vero, uti in laudata Synodica, & in epistola Maximi Tyranni ad Siricium Papam anno CCCLXXXV. scripta: *Quorum* (nempe Episcoporum) *Conventum ex opportunitate omnium, vel qui intra Gallias, vel qui intra Quinque Provincias commorantur, in qua elegerint urbe, constituam*. Conquestus erat *Siricius* Papa apud Maximum de Agroetio quodam, qui indebite consecutus erat Presbyterii gradum: rescripsitque *Maximus*, se ut difficultatem illam solveret, congregaturum Synodum ex omnibus Galliis, vel ex *Quinque* Provinciis tantum.

VI.
Quæ fuerint Quinque Provinciæ vulgo appellatæ.

Quæ fuerint hæ *Quinque* Provinciæ in controversia positum, distractis in varias, easque improbabiles, sententias Eruditis. Et valde communis, quæ docet, Quinque Provincias vulgo dictas, alias non fuisse, quam eas, in quas solida Provincia Narbonensis divisa fuisse vulgo dicitur, *Narbonensem* scilicet *primam*. *Viennensem, Alpes maritimas, Alpes Graias, & Narbonensem secundam*. Gothofredus Codicem Theod. egregiis Commentariis locupletans, in Commentario Legis 13. ejusdem Codicis *De Paganis*, aliam opinionem proposuit, asseruitque apud se certum esse, Quinque Provincias vulgo dictas alias non fuisse, quam *Aquitaniam primam & secundam*, *Lugdunensem Senoniam, in qua Parisii, secundam Lugdunensem, in qua Rothomagum, & tertiam Lugdunensem, in qua Turones*. Quo pacto Galliarum quinque Provinciis oppositarum nomine, intelligenda veniret antiqua Provincia Narbonensis, & paucæ aliæ Provinciæ. Verum ea quemadmodum & vulgaris opinio mox recitata hic evertenda, eamque ob rem variæ Galliarum divisiones, ut ea, de qua agitur, certius innotescere possit, percurrendæ.

VII.
Antiqua Provincia Narbonensis a Galliis distincta.

Gallia, inquit Cæsar initio libri primi suæ Historiæ, *est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur*. Ubi Cæsar Narbonensem Provinciam a Galliis excludit, quia pridem Romanorum erat, Provinciisque Romanis accensita. Eandem divisionem nos edocent Agrippa apud Plinium, Suetonius in Julio, Solinus in cap. 24. aliique. Quare, ut recte Scaliger in Notitia Galliæ observavit, ante tempora Augusti, qui de Imperii Romani Provinciis scripserunt, in divisione Galliarum numquam Provinciam Narbonensem comprehendunt; ideoque, cum apud illos Scriptores Galliarum mentio occurrit, excipienda semper Narbonensis, si res gestæ ante Augusti Imperium narrantur. Hæc divisio non solum ab Historicis profanis; sed etiam Ecclesiasticis per plura sæcula usurpata; ita ut urbes antiquæ Narbonensis, Galliarum nomine non intelligerentur. Ecclesiæ Lugdunensis & Viennensis de Martyribus Marco Aurelio imperante apud se passis, ad Ecclesiam Asiæ, Phrygiæque scribentes, sic suam epistolam apud Eusebium lib. 5. cap. 1. incipiunt: *Servi Christi, qui apud Viennam & Lugdunum Galliæ degunt, fratribus per Asiam, & Phrygiam constitutis*. Ubi Lugdunum civitatem Galliarum vocant, non vero Viennam, quia hæc sita in antiqua Provincia Narbonensi, quæ a Galliis distincta erat. Quare cum Severus Sulpicius lib. 2. Hist. de Martyribus Lugdunensibus loquens, ait

sanctitatis) falsa in se rejiciendi honoris causa, dixisse; tamen quia omnium fere ad ea quæ sunt pejora, proclive judicium est; & hinc materies disputationum in obtrectatione sacerdotum Dei quæritur, sedet in Synodo (placuit nimirum) ut quisquis de se vel vera, vel falsa dixisset, fides quam suimet testimonia confirmaret, habe-

PAGIUS ait: *Sub Aurelio Antonino* (sic Marcus Aurelius vocabatur) *visa primum in Galliis Martyria*, *Galliarum* nomine antiquam Provinciam Narbonensem minime comprehendit. Præterea Ammianus lib. 15. cap. II. locum, qui est ad confluentes Araris & Rhodani, *exordium Galliarum* appellat, & in Itinerario Peutingeri legitur: *Lugdunum caput Galliarum*; quia scilicet post emensam Viennensem Provinciam antiquæ Narbonensis partem, prima Romania civitas occurrebat, ex iis, quæ apud Gallias specialiter dictas, sitæ erant. Hinc Plinius Provinciam Narbonensem sejunctim a Galliis cum Provinciis Italiæ describit, de eaque ait: *Brevinsque Italia potius quam Provincia*. Hic etiam loquendi modus a sacris Conciliis usurpatus. In subscriptionibus Concilii Arelatensis primi anno CCCXIV. celebrati, post Episcopos Provinciæ Viennensis nominantur Episcopi Gallicani e Provinciis Lugdunensi, Belgica & Aquitanica, sed præmisso hoc titulo: *Item e Gallia*. In Concilio etiam Aquileiensi anno CCCLXXXI. congregato, initio referuntur nomina Episcoporum qui eidem interfuere, inter quos Episcopus Arausionis, Episcopus Massiliensis, aliique ex antiqua Narbonensi Provincia. Tum ibi Episcopi nominantur: *Constantius Episcopus Sciscianensis Legatus Gallorum. Justus Legatus Gallorum. Felix Legatus Afrorum*, &c. Quare Episcopus Arausionis, Massiliensis, aliique ex antiqua Narbonensi, qui huic Concilio præsentes fuere, pro Gallis non habiti. Quod & factum in Synodo Vasensi anno CCCXLII. habita, quæ ex Episcopis antiquæ Narbonensis constabat, ubi Episcopi Lugdunensis, Belgicæ, & Aquitanicæ Provinciarum, dicuntur *Gallicanarum Provinciarum Episcopi*. Ex quibus liquet, *Quinque* Provincias vulgo dictas in alia Provincia non quærendas, quam in antiqua Gallia Narbonensi, quæ a Scriptoribus tam profanis quam Ecclesiasticis, tanquam pars Galliarum non esset, memoratur.

VIII. *Secunda divisio Galliarum* Augustus aliam *Galliarum divisionem* instituit, in qua Provinciam Narbonensem complexus est, easque in quatuor partes secavit, videlicet, *Narbonensem, Aquitanicam, Lugdunensem & Belgicam*, ut videre est apud Strabonem, Melam, Plinium & Ptolomæum, qui sub Hadriano & Antonino vixit, quique eam divisionem in Galliæ descriptione sequitur.

IX. *Tertia divisio Galliarum.* Tertia divisio fuit in XIV. Provincias hoc ordine: *Narbonensis* partita est in Narbonensem, Viennensem, Alpes Maritimas, Alpes Graias & Penninas. *Aquitania* in duas Aquitanias, & Novempopulanam. *Lugdunensis* in Lugdunenses duas, & Maximam Sequanorum. Et denique *Belgica*, in duas Belgicas, & duas Germanias. Primus omnium hujus divisionis meminit Rufus Festus in Breviario, quod Valenti Imperatori post annum CCCLXIX. dicavit. Ibi enim ait: *Sunt Galliæ cum Aquitania & Britanniis Provinciæ decem & octo: Alpes Maritimæ, Provincia Viennensis, Narbonensis, Novempopulana, Aquitaniæ duæ, Alpes Graiæ, Maxima Sequanorum, Germaniæ duæ, Belgicæ duæ, Lugdunenses duæ: in Britannia Maxima Cæsariensis, Flavia Cæsariensis, Britannia prima, Britannia secunda*. Quare si ex eo numero quatuor Provincias, quas in Britanniis transmarinis ponit, demas, supererunt quatuordecim. Quidam hanc divisionem ab *Hadriano*, quidam a *Constantino*, quidam a *Theodosio* inductam volunt. Sed ultimi manifeste hallucinantur; cum Theodosius anno CCCLXXIX. imperare cœperit, & jam initio Imperii Valentiniani & Valentis hæc divisio vigeret. Verosimile est, inquit Marca in Dissert. de Primatu Lugdunensi num. LXII. introductam primo esse hanc divisionem in quibusdam Provinciis ex mero Principum arbitrio, deinde sub Hadriano vel Antonino, qui disponendi Imperii curam singularem gessere, ad numerum XIV. Provinciarum perductam esse. Verum neque hæc sententia admittenda. Ille itaque Provinciarum Gallicarum numerus paulatim auctus, & Valentiniani senioris tempore ad numerum illum perductus. Jam Lugdunensis in duas secta erat Constantino M. imperante: Lex enim I. Cod. Theod. *De censu*, data Constantino II. & Licinio Coss. anno sc. CCCXII. directa est *ad Antonium Marcellinum Præsidem Provinciæ Lugdunensis primæ*. Quare ea divisio eo anno jam facta erat. Verum *Aquitania* initio Imperii Valentiniani & Valentis adhuc unicam Provinciam constituebat. Gruterus enim pag. 465. Inscriptionem profert jam a nobis anno CCCLXII. num. XXXII. exhibitam, in qua cum Saturninus non dicatur *Præses Aquitaniæ primæ*, aut *Præses Aquitaniæ secundæ*, initio Imperii horum Imperatorum ea Provincia nondum in duas divisa. Sed, cum Rufus Breviarium suum, in quo utriusque Aquitaniæ mentio fit, composuerit post annum Christi CCCLXIX. ut supra ostendi, & ante currentem annum, intra illud intervallum Provinciæ Galliarum ad numerum XIV. auctæ, tandemque ad numerum usque XVII.

X. *Quarta divisio Galliarum.* Quarta Galliarum divisio instituta, ut videtur, a *Gratiano* ante præsentem annum, cum in ea enuntietur Provincia Narbonensis secunda, cujus in Breviario Rufi nulla mentio, quæque ideo post annum Christi CCCLXIX. & ante annum præsentem nata. Lugdunensis itaque & Narbonensis in varias Provincias sectæ sunt, avulsaque Senonia a prima Lugdunensi, & tertia Lugdunensis seu Turonia a secunda: *Narbonensis* etiam in primam & secundam Narbonensem divisa. Narbonensis secunda, Lugdunensis tertia, atque Senonia quatuordecim prioribus Provinciis adjectæ, efficiunt numerum Provinciarum XVII. Marca loco laudato num. LXIV. non Narbonensem, sed Viennensem partitam contendit; ideoque Narbonensem secundam partem fuisse, non Narbonensis primæ, sed Viennensis, etsi nomen hanc sectionem a Narbonensi prima factam fuisse demonstrare videatur. Etenim, inquit Marca, Narbonensis prima Rhodano terminabatur; Viennensis vero Arelatem & Massiliam comprehendebat. Unde sequitur, Narbonensem secundam, quæ civitatem Aquensem, & reliquas usque ad Alpium Maritimarum fines continebat, a Viennensi distractam, non autem a Narbonensi prima, a qua tanto intervallo dissita erat. Marcam alii passim sequuntur. Verum longe potior conjectura aliorum qui putant, *Narbonensem* scilicet *secundam* partem fuisse Narbonensis primæ, ab eaque distractam. Quod ex eo liquet, quod Viennensi,

cum

haberetur. Hæc ibi; quid simile nuper vidimus in Ambrosio: nam ut sacerdotii dignitatem effugeret, crudelis atque impudicus universo populo videri voluit; at ne sic quidem valuit onus effugere, qui hujus canonis paulo ante promulgati auctoritate nonnihil juvari potuisset, nisi populi in eo petendo constantia fuisset quavia lege superior.

XIII. Quod autem ad res Orientales perti-

PAGIUS cum a Narbonensi separata est, attributæ fuissent civitates viginti, novem tantum Narbonensi relictis. Contra vero, si Narbonensem secundam a Narbonensi prima avulsam fuisse dixerimus, quando facta est divisio in Narbonensem & Viennensem, tredecim civitates utrique Provinciæ assignatæ fuerint, & postea in subdivisione Provinciæ Narbonensis, Narbonensis prima sex civitates retinuerit, & septem Narbonensi secundæ attributæ fuerint; quod longe verosimilius est, quam si dicamus, Narbonensem secundam a Viennensi separatam, & in ea separatione tredecim civitates Viennensi relictas, & septem tantum Narbonensi secundæ udsceiptas. Hæc enim divisio proportionem non habuisset. Præterea quemadmodum Provinciæ a Lugdunensi prima avulsæ ejus nomen retinuerunt, dictæque sunt Lugdunensis secunda, & Lugdunensis tertia; pari eademque ratione, quinta Provincia antiquæ Narbonensis, dicta est Narbonensis secunda, quia a Narbonensi prima disjuncta. Nec refert, quod Narbonensis secunda tanto intervallo a prima dissita sit, & Viennensi ita vicina. Viennensis enim Rhodano cum Arelate, & mari Mediterraneo cum Massilia jungebatur; ideoque ex urbe Viennensi ad Massiliensem, qua secundo amne, qua maritimo itinere, facilis accessus erat. Unde in Notitia Imperii Viennensis Provincia passim vocitatur *Gallia Ripensis*, vel *Gallia Riparienfis*, a Rhodano nempe, quo hæc Provincia alluitur.

XI. *Notitia Provinciarum Galliæ.* Quia vero hanc divisionem Galliarum in XVII. Provincias Ecclesia in constituendis per Gallias Metropolitanis & Episcopis plerumque secuta est, exhibenda hic Notitia Provinciarum & civitatum Galliacum, quam primum Sirmondus cum Conciliis Gallicanis in lucem emisit, non solum ad locupletandos Annales Ecclesiasticos, sed etiam, ut Quinque, ac Septem Provinciæ a Gallis distinctæ in aspectum lucemque quodammodo proferantur.

NOTITIA PROVINCIARUM ET CIVITATUM GALLIÆ.

In Provinciis Gallicanis, quæ civitates sint.

PROVINCIA LUGDUNENSIS PRIMA numero V.

Metropolis Civitas Lugdunensium.
Civitas Æduorum.
Civitas Lingonum.
Castrum Cabilonense.
Castrum Matisconense.

PROVINCIA LUGDUNENSIS SECUNDA, numero VII.

Metropolis Civitas Rotomagensium,
Civitas Bajocassium.
Civitas Abrincatum.
Civitas Ebroïcorum.
Civitas Sagiorum.
Civitas Lexoviorum.
Civitas Constaotia.

PROVINCIA LUGDUNENSIS TERTIA numero IX.

Metropolis Civitas Toronorum.
Civitas Cenomannorum.
Civitas Redonum.
Civitus Andicavorum.
Civitas Namnetum.
Civitas Coriosopitum.
Civitas Venetum.
Civitas Offismorum.
Civitas Diablintum.

PROVINCIA LUGDUNENSIS SENONIA, numero VII.

Metropolis Civitas Senonum.
Civitas Carnotum.
Civitas Antissiodorum.
Civitas Tricassium.
Civitas Aurelianorum.
Civitas Parisiorum.
Civitas Meldorum.

PROVINCIA BELGICA PRIMA, numero IV.

Metropolis Civitas Treverorum. XII. *Alia Gallicarum Provincia.*
Civitas Mediomatricorum Mettis.
Civitas Leucorom Tullo.
Civitas Vesodunensium.

PROVINCIA BELGICA SECUNDA, numero XII.

Metropolis Civitas Remorum.
Civitas Suessionum.
Civitas Catuellaunorum.
Civitas Veromanduorum.
Civitas Attrabatum.
Civitas Camaracensium.
Civitas Tornacensium.
Civitas Silvanectum.
Civitas Bellovacorum.
Civitas Ambianensium.
Civitas Morinum.
Civitas Bononiensium.

PROVINCIA GERMANICA PRIMA, numero IV.

Metropolis Civitas Moguntiacensium.
Civitas Argentoratensium.
Civitas Nemetum.
Civitas Vangionum.

PROVINCIA GERMANICA SECUNDA, numero II.

Metropolis Civitas Agrippinensium.
Civitas Tungrorum.

Legatio ex Pamphilia ad Epiphanium.

net; iisdem Consulibus missa est legatio a magistratu & clericis Ecclesiæ Suedrorum in Pamphilia ad sanctum Epiphanium, qua petierunt de fide Catholica ejus litteris plenius instrui & informari. Extant binæ eodem argumento ab iisdem ad ipsum Epiphanium datæ litteræ (a). Quibus ille acceptis, epistolam reddidit, immo com-

(a) Apud Epiph. ante Ancorat.

PAGIUS

PROVINCIA MAXIMA SEQUANORUM numero IV.

Metropolis Civitas Vesontiensium.
Civitas Equestrium Noiodunus.
Civitas Elvitiorum Aventicus.
Civitas Basiliensium.
Castrum Vindonissense.
Castrum Ebredunense.
Castrum Rauracense.
Portus Abucini.

PROVINCIA ALPIUM GRAIARUM ET PENNINARUM numero II.

Civitas Centronum Darantasia.
Civitas Vallensium Octoduro.

Item in Provinciis Septem.

XIII. *Septem Provincia vulgo dicta.*

PROVINCIA VIENNENSIS, numero XIII.

Metropolis Civitas Viennensium.
Civitas Genavensium.
Civitas Gratianopolitana.
Civitas Albensium.
Civitas Deensium.
Civitas Valentinorum.
Civitas Tricastinorum.
Civitas Vasiensium.
Civitas Arausicorum.
Civitas Cabellicorum.
Civitas Avennicorum.
Civitas Arelatensium.
Civitas Massiliensium.

PROVINCIA AQUITANICA PRIMA numero VIII.

Metropolis Civitas Biturigum.
Civitas Arvernorum.
Civitas Rutenorum.
Civitas Albiensium.
Civitas Cadurcorum.
Civitas Lemovicum.
Civitas Gabalum.
Civitas Vellavorum.

PROVINCIA AQUITANICA SECUNDA numero VI.

Metropolis Civitas Burdigalensium.
Civitas Agennensium.
Civitas Ecolismensium.
Civitas Santonum.
Civitas Pictavorum.
Civitas Petrocoriorum.

PROVINCIA NOVEMPOPULANA, numero XII.

Metropolis Civitas Elusatium.
Civitas Aquensium.
Civitas Lactoratium.
Civitas Convenarum.
Civitas Consorannorum.
Civitas Boatium.
Civitas Benarnensium.
Civitas Aturensium.
Civitas Vasatica.
Civitas Turba, ubi castrum Bigorra.
Civitas Elloronensium.
Civitas Ausciorum.

PROVINCIA NARBONENSIS PRIMA numero VI.

Metropolis Civitas Narbonensium.
Civitas Tolosatium.
Civitas Beterrensium.
Civitas Nemausensium.
Civitas Lutevensium.
Castrum Uceciense, alias Civitas Uceciensis.

PROVINCIA NARBONENSIS SECUNDA. numero VII.

Metropolis Civitas Aquensium.
Civitas Aptensium.
Civitas Rejensium.
Civitas Forojuliensium.
Civitas Vappincensium.
Civitas Segesteriorum.
Civitas Antipolitana.

PROVINCIA ALPIUM MARITIMARUM numero VIII.

Metropolis Civitas Ebrodunensium.
Civitas Diniensium.
Civitas Rigomagensium.
Civitas Solliniensium.
Civitas Sanitiensium.
Civitas Glanativa.
Civitas Cemelenensium.
Civitas Vinciensium.

In Provinciis XVII. Civitates CXV. alias CXIII.

XIV. *Notitia Galliarum imperante Honorio scripta.*

Hæc Galliarum Notitia, ut in memoria penitius insideat, identidem pervolvenda & relegenda. Eandem Galliarum in XVII. Provincias divisionem sequitur Notitia Imperii Romani, post Honorii mortem sub Valentiniano Placidiæ Augustæ filio facta. Notitia vero Galliarum imperante Honorio descripta, cum in ea Septem Provinciarum numero XI. mentio fit; quæ institutio eum auctorem agnoscit. Denique in ea Notitia Provinciæ Gallicanæ a *Septem Provinciis* distinguuntur, & Gallicanarum Provinciarum nomine decem Provinciæ Galliarum, videlicet Lugdunenses IV. Belgicæ II. utraque Germania ad Rhenum, Maxima Sequanorum, & Alpes Graiæ & Penninæ; nomine autem *Septem Provinciarum*, Provincia Viennensis, Aquitania prima & secunda, Novempopulana, utraque Narbonensis, & Alpes Maritimæ designantur. Qua observatione magis confirmatur quod supra num. VI. diximus, Narbonensem scilicet antiquam sæpe ab Antiquis, ut a Galliis separatam, habitam esse.

XV. Quesnellus in Dissert. 8. Apologetica pro S. Hilario Arelatensi Episcopo parte I. cap. 10. cum persuasum haberet, *Arelatum* per hæc tempora Metropolim civilem fuisse, videretque, eam in No-

commentarium, quem librum Ancoratum nominavit, eruditum quidem, continentem cum fide Catholica hæresum omnium confutationem; in quo his notis præ-

sentem annum designat (a): *Hic annus est nonagesimus Diocletiani, & Valentiniani & Valentis decimus (quo & cocorditur undecimus) Gratiani sextus, Con-*

(a) *Epiph. in Ancorat.*

PAGIUS

Rationes Quesnellii in contrarium solutæ.

Notitia Galliarum tanquam civitatem Viennensis Metropoleos proponi, imo inferiorem etiam locum in ea Provincia tenere, hanc similesve Galliarum Notitias, non Honorii temporibus, sed longe posterioribus esse conditas, & Hilarii, Leonisque Pontificum Romanorum ætate inferiores esse affirmavit. Verum conjecturæ ejus leviores, quam ut nos movere debeant. Ait primo, ex Constitutione Honorii anno CCCCXVIII. data patere, Arelatem Metropolim appellatam esse: *In Metropolitana*, inquit, *id est, in Arelatensi civitate*; ideoque præfata Notitia alio tempore scripta, quam Honorii. At, cum in hac Notitia singularum Provinciarum Metropoles ut capita in speciali describantur, nulla in ea mentio de Arelate, quæ Metropolis Galliarum recens effecta fuerat, fieri debuit. Dicit secundo Quesnellus, Arelatem penultimam omnium civitatum Viennensi subjectarum numeratam non fuisse, si Honorii tempore hæc Notitia scripta esset; cum post Conventum Septem Provinciarum apud *Arelatem* constitutum Sedes Præfecturæ in ea posita fuisset. Sed in ea Notitia non ordo dignitatis, verum positionis urbium plerumque servatus: quo pacto, quia Arelatum & Massilia a civitate Viennensi remotiores erant, ideo ultimo loco collocatæ sunt.

XVI. *Tertia ejus ratio.*

Dicit tertio, si ante Leonis tempora descripta esset hæc Notitia, lectum iri inter civitates Provinciæ Alpium Maritimarum *Nicaense castrum* seu civitatem, in quo ad extrema usque Leonis tempora proprius fuit Episcopus a Cemelenensi distinctus. Sed nec etiam hæc conjectura urget. Ex eo enim quod castrum Nicaense in hac Notitia prætermittatur, intelligimus illud jam hoc tempore ad eas angustias, eamque tenuitatem redactum esse, ut inter castra numerari non deberet: quod ex eo confirmatur, quod Hilarii Papæ tempore, id est, post annos circiter sexaginta a descriptione hujus Notitiæ, Episcopali Sede, qua honorabatur, spoliatum fuerit, & ex duobus Episcopatibus, Cemelenensi nempe & Nicaensi, unicus effectus. Quid mirum igitur, si Honorius Niciam a numero civitatum & castrorum excluserit; cum aliquot post annos Pontifices Romani Episcopali honore eam privarint? Ea oppidorum inclinatio in deteriorem statum notatur in Provincia Narbonensi prima num. XI. ubi legitur: *Castrum Uceciense, alias Civitas Ucecienfis*. Sed, cum jam Nicia, nec civitas, nec castrum, sed tantum castellum esset, neque hæc dejectio e priore statu, ideoque nec ipsa Nicia memorari debebat. Denique in Notitia Provinciarum Gallicarum agitur de statu civili, non vero de Ecclesiastico: quare *Honorius* in ea condenda nullam Episcopatuum rationem habuit.

XVII. *Ultima ejus ratio.*

Quarto, si Honorii ætate, inquit Quesnellus, facta esset ea Notitia publica auctoritate, vel ex indubitata omnium cognitione, non ancipitus & dubii mansissent Patres Concilii Taurinensis, utri amborum Episcoporum, Arelatensi, an Viennensi, Metropoliticam in rebus Ecclesiasticis dignitatem attribuere deberent; nec ad hanc sententiam conflati essent, *ut qui ex eis approbaret suam civitatem esse Metropolim, is totius Provinciæ honorem Primatus obtineret*. Quod rerum illius temporis statum demonstrat minus distinctum fuisse, & jura minus clara, quam in Notitia repræsentatur. Hæc Quesnellus, qui vulgari opinione decipitur, quod nempe in Concilio Taurinensi actum fuerit de Metropoli civili. Dissidium enim erat de Metropoli Ecclesiastica, quod inter Galliarum invasionem a Tyrannis factam alteruter ex illis Episcopis jus sibi Metropoliticum affectuisset, licet in Provincia Viennensi unicus tantum antea Metropolita fuisset. Quare in Gallia contigit, quod Socrates lib. 5. cap. 7. accidisse dicit. Loquens enim de Synodo Oecumenica Constantinopolitana anno CCCLXXXI. coacta, ait: *Sed & Patriarchas constituerunt, Provinciarum divisione facta, ita ut nullus Episcopus ultra propriam Diœcesim alienas Ecclesias invaderet. Id enim antea propter persecutiones promiscue factum fuerat.* Ad quæ verba Valesius in Notis inquit: *In secundo canone Synodi Constantinopolitanæ, quem hic designat Socrates, nulla fit mentio Patriarcharum. Eo enim tempore nondum usu receptum erat Patriarcharum vocabulum. Nulla item in eo canone divisio fit Provinciarum. Quinam ergo sensus est illius canonis? Agitur in eo de Diœcesibus Orientalis Ecclesiæ: & interdicit Synodus, ne Episcopi ex una Diœcesi in aliam transeant ad ordinationes faciendas, aut ad alia negotia Ecclesiastica: jubetque ut Episcopi ea tantum curent, quæ sunt suæ Diœceseos. Quare hic canon non ad Patriarchas solum pertinet & Exarchos; sed ad omnes generaliter Episcopos cujusque Diœcesis.* In Galliis itaque quemadmodum & in Oriente, tam *Proculus* Episcopus Massiliensis, quam Episcopus Viennensis Episcopos ordinarant, indeque jus Metropoliticum sibi asserebant, ille in Provincia Narbonensi secunda, hic in Provincia Viennensi, ut anno CCCCI. ostendemus. Quare eo tempore, quo Taurinense Concilium habitum, status Ecclesiarum utriusque civitatis minus quidem distinctus erat, & jura minus clara; sed status politicus & civilis tam notus erat, quam quod notissimum; neque ullus ignorare poterat, *Viennam* esse Metropolim civilem, & caput Provinciæ Viennensis, & *Arelatum* puram putam civitatem, licet celeberrimam, eidem in politia civili subjectam. Sed hac de re plura infra.

XVIII. *Divisio Galliarum in quinque Provincias & Gallias.*

Quinta Galliarum divisio, cujus occasione de præcedentibus locuti sumus, fuit in Gallias & Quinque Provincias; cujus cum prima mentio occurrat in Concilio Valentino hoc anno habito, & anno CCCLXX. secunda Provincia Narbonensis, quam unam ex Quinque Provinciis vulgo dictis mox dicemus, nondum nata esset, ut liquet ex Breviario Rufi circa illum annum composito, ubi inter Galliarum Provincias, Narbonensis secunda non numeratur; manifestum est hanc quintam Galliarum divisionem inter annum CCCLXX. & currentem factam esse. Post præsentem annum secundæ Narbonensis mentio est in epistola Concilii Aquileiensis anno CCCLXXXI. scripta, cujus hæc inscriptio: *Concilium quod convenit Aquileia, dilectissimus fratribus Episcopis Provinciæ Viennensis & Narbonensium primæ & secundæ.* Præterea ejusdem Narbonensis secundæ mentio in Concilio Taurinensi anno CCCCI. congregato.

XIX.

Tota controversia est, quænam fuerint hæ Quinque Provinciæ. Bertetius Diatriba prima cap. 5. arbitratus est, eas fuisse duas Narbonen-

folatus Gratiani Augusti tertium & Equitii illustrissimi, indictio secunda. Ex quibus certam habes chronologiam de annis Diocletiani, quoto nimirum Domini anno ille regnare cœperit, nempe ducentesimo octogesimoquarto. Cur autem librum de fide nominaverit *Ancoratum*, ita ipse alibi ait (a): *Verum jam de bis a me tracta-*

(a) Epiph. hæres 69.

PAGIUS

Quanam fuerint Quinque Provinciæ Galliæ distinctæ.

nenses, Viennensem, Alpes Maritimas, & Alpes Penninas. Idem docet Marca in Differt. de Primatu Lugdunensi num. LXV. aliique passim; quod *Quinque* Provinciæ fint partes folidæ Narbonensis antiquæ, quæ olim distincta fuit a reliquis tribus Provinciis Galliarum. Verum, licet certum fit, antiquam Narbonensem Quinque memoratas Provincias olim comprehendisse, eamque partem Galliarum habitam non fuisse, dubitandi tamen locus non videtur, quin *Quinque Provinciæ* vulgo dictæ, inter Septem Provincias vulgo dictas, quæ anno circiter CCCC. institutæ funt, ut infra ostendam, locum habuerint, iisque duæ aliæ adjectæ fuerint. Cum autem ex Notitia Galliarum num. XI. supra recitata constet, *Septem Provincias* vulgo dictas alias non fuisse, quam Provincias Viennensem, Aquitanicam primam, Aquitanicam secundam, Novempopulanam, Narbonensem primam, Narbonensem secundam, & Provinciam Alpium Maritimarum, manifestum est, *Alpium Graiarum* Provinciam, quæ in eadem Notitia inter Provincias Gallicanas, ibidem a *Septem* Provinciis feparatas, numeratur, a *Quinque* Provinciis vulgo dictis excludendam esse.

XX. *Alpes Graiæ non fuere una ex Quinque Provinciis.*

Ratio autem cur fola Provincia Alpium Graiarum ex Quinque, quæ alias in Provincia Narbonensi comprehendebantur, inter *Quinque* Provincias vulgo dictas recensita non fuerit, petenda vel ex eo quod ea longe minor esset, quam quatuor aliæ, vel quia Provincia erat fine ulla Metropoli, duabus tantum civitatibus comprehensa. Nostra sententia eo probabilior, quod, qui vulgarem sententiam tuentur, Alpium Graiarum Provinciam a *Septem Provinciis* vulgo dictis, exclusam fuisse fateantur; cum tamen incredibile videatur, eam Provinciam unam ex Septem vulgo dictis non fuisse, si una ex Quinque vulgo dictis extiterit. Neque audiendus Marca citatus num LXVI. quando ait: *Harum Quinque Provinciarum corpus Petronius Præfectus Prætorio Galliarum immutavit. Expuncta enim Provincia Alpium Graiarum; ex reliquis quatuor & ex duabus Aquitaniis, & Novempopulana, Conventus Septem Provinciarum apud Arelatem agi constituit: cujus formam confirmavit Honorius Constitutione lata anno CCCCXVIII.* Nam Petronius harum quidem Quinque Provinciarum corpus immutavit, fed duas Provincias prioribus quinque addendo, non vero unam ex illis expungendo. Quesnellus in Differt. pro S. Hilario Arelatensi Episcopo parte 2. cap. 7. hunc Marcæ errorem agnovit, fed dum corrigere vult, in alium incidit: *Cum Petronius*, inquit, *Præfectus Prætorio Galliarum Honorii tempore, Septem Provinciarum corpus composuit, quorum Concilium apud Arelatum constituit singulis annis congregandum, vix dubitari potest, quin Alpes Graias & Penninas eisdem annumeravit. Qui enim corporis hujus amplificandi causa duas Aquitanias cum Novempopulana antiqua Narbonensis partibus annectere compulsus est, num illud Alpium Penninarum & Graiarum detractione minuisset? Hoc certe verosimile non est: sed par est potius credere Viennensi annexam esse tanquam partem ejusdem & illius Septem Provinciarum corporis*. Recte Quesnellus scribit, omnino improbabile videri, *Petronium* Alpium Graiarum detractione, corpus quod amplificare volebat, minuisse. Sed perperam sibi persuadet, Alpium Graiarum Provinciam cum Viennensi conjunctam fuisse; cum ex Notitia Galliarum manifestum fit, illam Provinciam post institutionem Septem Provinciarum, remansisse decimam ex Provinciis in ea Notitia *Gallicanis* appellatis. Ad hæc, verum non est, *Petronium* tres Provincias *Quinque Provinciis* vulgo dictis adjecisse, ut statim patebit.

XXI. *An Novempopulana una ex Quinque Provinciis fuerit?*

Quintam Provinciam ex vulgo dictis Severum Sulpicium cum Philastrio collatum nos edocere prima fronte existimavi. *Philastrius*, qui hoc tempore floruit, in hæresi Manichæorum 62. de Priscillianistis agens: *Ut latrones*, inquit, *jam sub figura Confessionis Christianæ, multas animas mendacio ac peculiari turpitudine non desinunt capere, qui & in Hispania, & Quinque Provinciis latere dicuntur, multosque hac quotidie fallacia captivare*: Priscillianistas vero in secunda Aquitania & Novempopulana errores suos disseminasse diserte testatur Sulpicius lib. 2. Hist. Philastrio coævus; loquens enim de Instantio, Salviano & Priscilliano a Synodo Cæsaraugustana in Hispania condemnatis, & Romam atque Italiam proficiscentibus, ait: *Sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit, ubi tum ab imperitis magnifice suscepti sparsere perfidiæ semina, maximeque Elusanam plebem, sane tum bonam & Religioni studentem, pravis prædicationibus pervertere, a Burdigala, per Delphinum repulsi: tamen in agro Euchrociæ aliquantisper morati infecere nonnullos suis erroribus. Inde iter coeptum ingressi sane turpi pudibundoque comitatu, cum uxoribus atque alienis etiam feminis, in quibus erat Euchrocia, ac filia ejus Procula, de qua fuit in sermone hominum, Priscilliani stupro gravidam, partum sibi graminibus abegisse*. Burdigala secundæ Aquitaniæ, civitas vero Elusatium Metropolis Novempopulanæ, ut videre est in Notitia Galliarum. Quare alterutram ex his duabus Provinciis unam ex Quinque Provinciis vulgo dictis fuisse arbitrabar; cumque *Novempopulana* Narbonensi primæ contigua fit, ab ea vero Aquitania secunda feparetur, concludebam, Quinque Provincias fuisse Viennensem, utramque Narbonensem, Alpes Maritimas & Novempopulanam.

XXII. *Fuit tantum una ex Septem Provinciis.*

Verum in animum postea venit, *Honorium Imp.* in rescripto suo anno CCCXVIII. emisso, ubi de Septem Provinciis fermonem habet, jubere ut Judices fingularum Provinciarum, fingulis annis ad Conventum Arelates celebrandum veniant; *ita ut*, inquit Honorius, *de Novempopulana & secunda Aquitania, quæ Provinciæ longius constitutæ sunt, si earum judices certa occupatio tenuerit, sciant, Legatos juxta consuetudinem esse mittendos*. Cum autem certum fit, Aquitaniam primam unam ex Septem Provinciis fuisse, eaque in laudato rescripto censeatur proximius constituta, quam Aquitania secunda & Novempopulana, quia fcilicet ex urbe Bituricensi, quæ caput Aquitaniæ primæ, ad urbem in qua Conventus habebatur, navigio facilis descensus erat, nunc non dubito, quin quando corpus *quinque Provinciarum* vulgo dictarum constitutum est, Aquitania prima, quæ Narbonensi primæ contigua, una ex illis fuerit; & quin postea Novempopulana & Aquitania secunda quinque præfatis Provinciis additæ

statum est in magno de fide sermone, sive libro, in quo rursus juxta nostram mediocritatem ac debilitatem coacti a fratrum exhortatione scripsimus de fide; cui libro imposuimus Ancorati *nomen. Etenim quemadmodum exigua mens nostra valuit per Dei auxilium, ex universa Scriptura doctrinae Dei veritatem congregantes, veluti ancoram his qui volunt sanctam Patrum fidem Apostolicamque ac Propheticam & ab initio usque huc in sancta Dei Ecclesia prædicatam clare proposuimus, quo quis contineatur & muniatur, &c.* Sed ad sequentis anni res gestas transeamus.

Chri-

PAGIUS ditæ fuerint, eo magis, quo de his tantum duabus mentio fit in Constitutione Honoriana. Sed de hac re legenda quæ dico anno CCCCI, cum de *Septem Provinciarum* vulgo dictarum institutione verba facio. Interim obiter observandum, *Priscillianistas*, cum in quinque Provinciis latuerint, ut dicit Philastrius, etiam errores suos per Aquitaniam primam sparsisse, cum una ex *quinque Provinciis* vulgo dictis fuerit. Unde & ea hæresis in Gallia non parum propagata.

XXIII. *Singularis Gothofredi de Quinque Provinciis opinio evertitur.* „ Ex dictis plane evertitur opinio Gothofredi „ citati, qui sibi persuasit, *Quinque Provincias* „ fuisse Aquitaniam primam & secundam, Se„ noniam, secundam & tertiam Lugdunensem; „ quia, inquit, ex Synodo Valentina apparet, „ Viennensem, (saltem primam & secundam) „ in qua Valentia, Narbona, Massilia, Vien„ na, harum Quinque Provinciarum numero „ non fuisse, utpote cum non alibi quærendas „ quam in Galliis appareat ex scopo ipso Ma„ ximi Tyranni, Concilii Valentini & Tauri„ nensis. Maximus agit de Concilio quod agi „ debebat in judicio Agroetii Presbyteri Gal„ licani; Concilium Valentinum mittens de„ creta sua in Gallias, eas dividit in *Gallias* „ *& Quinque Provincias*. Concilium Taurinen„ se, quod a Conciliis Gallicanis ignotum erat, „ rationem reddit judicii sui. Ita Gothofredus. Verum tam ex scopo ipso Maximi Tyranni, quam ex Conciliis Valentino & Taurinensi contrarium colligitur. Cum enim *Quinque Provincias* a Galliis proprie dictis diserte distinguant, *Quinque Provinciæ* minime quærendæ in ea Galliarum parte, quæ propriæ Gallia dicta est, uti sunt Senonia & Lugdunenses Provinciæ; quod eo magis dicendum, quod Lugdunum *exordium Galliarum, & caput Galliarum* ab Antiquis appellatum sit, ut supra monstravi; cum e contra antiqua Provincia Narbonensis ab iisdem tanquam a Galliis separata memoretur. Verum quidem est, Aquitaniæ aliquando tanquam a Galliis distinctæ Veteres meminisse; sed Narbonensis solida magis proprie a Galliis distinguitur, sæpiusque quam Aquitania tanquam a Galliis separata legitur. In casu autem de quo agitur, antiquam Narbonensem, non vero utramque Aquitaniam intelligendam, tum ex dictis, tum ex dicendis de *Septem Provinciis* vulgo dictis manifeste liquet. Sicque ruit alterum Gothofredi fundamentum.

XXIV. *Magis refellitur.* Tertium ejus fundamentum deducitur ex Notitia Imperii, quæ cum de Duce Tractus Armoricani & Nervicani limitis agit: *Extenditur*, inquit, *Tractus Armoricani & Nervicani limitis per Provincias quinque; per Aquitaniam primam & secundam, Senoniam, secundam Lugdunensem & tertiam*. Quod testimonium ita clarum Gothofredus arbitratur, ut miretur, Viros doctos in hac inquisitione ad illud non attendisse. Sed quæstio non est, per quas Provincias Tractus Armoricani & Nervicani limitis extenderetur. Nullus enim in dubium revocat, quin per quinque illas Provincias in Notitia Imperii designatas extenderetur. Verum, an quinque illæ Provinciæ ibidem expressæ, sint *Quinque Provinciæ* vulgo dictæ, quæ in Galliarum divisione, de qua est sermo, tanquam a Galliis distinctæ proponuntur; quod Gothofredo probandum incumbebat. Cæterum hujus loci explicatio legenda apud Blondellum lib. contra Primatum pag. 704. cum enim ea ad rem non faciat, hic eam in medium non affero. Ex iis, quæ anno CCCCI. de septem Provinciis dicemus, tam Gothofredi, quam aliorum sententiæ magis convellentur, nostraque majus robur accipiet.

Gothofredus in Commentario Leg. I. Cod. Theod. *de Desertoribus*, & aliis in locis testatur, in veteri Indice Sconhoviano Provinciarum Imperii Romani, Theodosio M. Imperante confecto, & a se publicato, Alpes Graias Italiæ adscribi. Quare cum Quinque Provinciæ Galliarum vulgo dictæ paulo ante Theodosianum Imperium institutæ fuerint, eaque institutio aliquot annos post mortem ejus perseveravit, *Alpes Graiæ* una ex illis Provinciis esse non potuere. Gavisus sum, rei tantum per conjecturas a me detectæ certum argumentum nactum esse. Statim itaque Lugdunum, Genevam, ubi Gothofredus moratus est, ac ad alias quasdam urbes scripsi, ut Indicem illum habere possem: sed cum ab illarum urbium Bibliopolis responsum mihi sit, libellum illum ibi non reperiri, sufficiat hic de hac Provinciæ Alpium Graiarum cum Italia conjunctione Lectorem monuisse. Salmasius in Epistola VII. recte observavit, Provinciarum Romanarum statum non semel immutatum esse, & modo ex una provincia duas, modo ex duabus unam factam; & *Alpes Graias & Penninas*, Plinio, Ptolomæo, aliisque Antiquis testibus, Italiæ aliàs accensitas fuisse, quas rursus hoc tempore Italiæ unitas ex eo indice discimus. Docet Gothofredus, eum anno circiter trecentesimo nonagesimo compositum, ideoque & quo tempore Quinque Provinciæ Galliarum vulgo dictæ vigebant. In Notitia Galliarum imperante Honorio facta *Alpes Graiæ* Galliis rursus restitutæ, sed cum Septem Provinciis Galliarum vulgo dictis nequaquam conjunctæ; quia sc. inter Quinque Provincias Galliarum vulgo dictas antea recensitæ non fuerant. XXV. *Provincia Alpium Graiarum hoc tempore Italiæ adscripta.*

I. CHristi Redemptoris nostri annus trecentesimus septuagesimusquintus, quod ordinariis, qui darent nomen anno, Consulibus caruit, post Consulatum Gratiani & Equitii in Fastis inscribitur. Cur autem defierint ex more creari Consules, sanctus Hieronymus rationem affert (a). Sed fortasse nec Consulum ordinariorum hic annus exors fuit: nam cum Pontius Paulinus, ut dicetur, Consulatum ordinarium gessisse reperiatur apud Ausonium, ejus tamen nomen desideratur in Fastis. Ait Hieronymus: *Quia superiore anno Sarmatæ Pannonias vastaverunt, iidem Consules permansere.* Qui enim compescebantur fortitudine Theodosii, eo invidia fugato, acriori odio in Romanum Imperium, quod victi antea sæpe fuerant, exarsere. Mœroris igitur eo signo notatus est annus qui lætis novorum Consulum auspiciis atque muneribus consueverat inchoari; sed tristior atque infelicior redditus est repentino obitu Valentiniani Imperatoris, cum adversus Quados movit exercitum; quo modo autem id contigerit, Ammianus (b) docet; sed prius nobis dicenda sunt, quæ hoc eodem anno ipsi ante obitum acciderunt.

(a) Hieron. in Chron.

(b) Amm. lib. 30.

II. Hoc ipso anno, antequam Valentinianus e vita migraret; sanctus Martinus simulac creatus est Turonensis Episcopus, ad eundem Valentinianum Imperatorem se contulit; quid vero apud eum egerit, Severus narrat in hæc verba (c): *Eodem ferme tempore, quo primum Episcopus datus est, fuit necessitas adire Comitatum. Valentinianus tum major rerum potiebatur. Is cum Martinum ea petere cognovisset, quæ præstare nolebat, jussit eum Palatii foribus arceri. Etenim ad animum illius immitem ac superbum uxor accesserat Ariana, quæ totum illum a sancto viro, ne ei debitam reverentiam præstaret, averterat. Itaque Martinus, ubi semel atque iterum superbum Principem frustra adire tentavit, recurrit ad nota præsidia; cilicio obvolvitur, cinere conspergitur, cibo potuque abstinet, orationes diebus noctibusque perpetuat. Septimo vero die astitit ei Angelus, jubet eum ad Palatium ire securum, regias fores quantumlibet clausas sponte reserandas, Imperatoris spiritum superbum molliendum. Igitur istiusmodi præsentis Angeli confirmatus alloquio, & fretus auxilio, Palatium petit. Patent limina, nullus obsistit; postremo usque ad Regem, nemine prohibente, pervenit. Qui cum venientem eminus videret; infrendens, cur fuisset admissus, nequaquam assurgere dignatus est astan-*

(c) Sever. dial. l. 2. c. 6.

S. Martinus Episcopus quid apud Valentinianum.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5868.

SÆC. IV. ☉ 10. D. ☽ 25. P. 5. April. Indict. 3.

Anno Urbis 1128. Olymp. 288. an. 3.

JESU CHRISTI 375.

DAMASI PAPÆ 10.

VALENTIS 12. GRATIANI 9.

VALENTINIANI JUNIORIS 1.

[1] AD num. 1. Hic annus hac formula notatus *Post Consulatum Gratiani Aug. III. & Equitii*, quia sc. propter bellorum tumultus Consules creati non sunt.

secundum Baronium Olymp. 288. A.C. 375. I. Consules

Ad

NOTÆ [1] COss. *Post consulatum Gratiani Aug. III. & Equitii.* Propter bellorum motus nulli hoc anno creati sunt Consules. Gruterus, pag. MXVIII. 8.

POST. CONSULATUM. GRATIANI.
AUG. III....... ET EQUIT. OC. CONSULIBUS.

Rein. Cl. XX. pag. 997.

DIES. XV.
I. SEPT. POST. CONS. GRATIANI. III.

Inscriptio eruta A. D. 1720. ex cœmeterio Commodillæ, apud Boldettum in appendice monumentorum, pag. 808.

PETRONIAE. DIGNAE. COIUCI. QUE. VIXIT. ANNIS.
XXI. ET FECIT CUM COMPARE SUO M. X. D. V.
KAL. NOB. POST CONSS. GRATIANI ET EQUITI.

Fragmentum inter Inscriptiones Basilicæ S. Pauli num. 502.

POST. GrATIANI ET *Equitii.*

Fasti Idatii, Prosperi Chronicon, & Paschales laterculi: *Post consulatum Gratiani III. & Equitii.* Paschalis laterculus in fine Gennadii: *P. C. Gratiani, & Equitii.*

astanti, donec regiam sellam ignis operiret, ipsumque Regem ea parte corporis, qua sedebat, adflaret incendium. Ita solio suo superbus excutitur, & Martino invitus assurgit; multumque complexus, quem spernere ante decreverat, virtutem sensisse divinam emendatior fatebatur; nec expectatis Martini precibus, prius omnia præstitit, quam rogaretur. Colloquio illum atque convivio frequenter adscivit; postremo abeunti multa munera obtulit; quæ vir beatus, ut semper paupertatis suæ custos, cuncta rejecit. Hæc Severus; eadem quoque Venantius Fortunatus carmine cecinit (*a*).

(*a*) Venan. Fortun. Vit. S. Martini l. 3.

III. Tempus Episcopatus S. Martini.

Cum hæc autem S. Martini sedis exordio contigisse, Severus affirmet; hoc anno, fatendum est ipsum fuisse creatum Episcopum: nam cum sedisse eum dicat Gregorius Turonensis annos vigintisex, menses quatuor, & dies vigintiseptem; hac ratione ipsum pervenisse oportet ad annum Domini quadringentesimum secundum, ad quod usque tempus S. Martinum vixisse, ex Severo collegimus (*b*): ipse enim cum dicat, sub Consulatu Evodii, anno Christi trecentesimo octogesimosexto, Martinum jam fuisse sexagenarium, vixisseque ab eo tempore annos sexdecim; ad dictum annum Domini quadringentesimum secundum oportuit fuisse superstitem; ad quod tempus cum ejus sacerdotium fuerit propagatum, ab hoc anno incœpisse dicendum est. At licet a Severo discrepet ipse Gregorius, dum ait (*c*), octavo Valentiniani anno Martinum fuisse electum Episcopum; præstet tamen Severum audire, utpote Martini pernecessarium; cujus sententia, additis ex Gregorio annis quibus Martinus sedit, affirmandum est hoc anno, quarto Nonas Julii esse creatum Episcopum; ea enim die id factum fuisse, idem Gregorius Turonensis alibi tradit (*d*). Verum de annis ejusdem S. Martini superiori tomo pluribus actum est, dum de tempore ejus baptismi prolixius disseruimus, & inferius dicturi sumus in ipsius morte.

(*b*) Sever. dial. 2. c. 7. & dial. 3.

(*c*) Greg. Tur. hist. lib. 10.

(*d*) Greg. Tur. hist. Franc. l. 2. c. 25. & l. 1. miracul. c. 6.

IV. Valentiniani Imp. obitus.

Cæterum quod spectat ad Valentiniani obitum, quem hoc anno accidisse constat mense Novembris; de eo ita Ammianus (*e*): *Post hæc (cum scilicet Valentinianus esset in procinctu, & jam trans amnem in Quados trajecisset exercitum) Quadorum venere legati, pacem cum præteritorum obliteratione suppliciter obsecrantes; quam ut adipisci sine obstaculo possent; & tyrocinium & quædam utilia rei Romanæ pollicebantur. Quos quoniam suscipi placuit & redire, induciis quæ poscebantur indultis (quippe eos vexare diutius nec ciborum inopia, nec alienum tempus anni patiebantur) Equitio in Consistorium introducente, sunt intromissi. Cumque membris incurvatis starent metu debiles & præstricti, docere jussi quæ ferebant, usitatas illas causationum species, jurandi fidem addendo, firmabant, nihil ex communi mente procerum gentis delictum asseverantes in nostros, sed per extimos quosdam latrones, amnique confines evenisse quæ inciviliter gesta sunt; etiam id quoque addendo ut sufficiens ad facta purganda, firmantes, quod munimentum extrui cœptum nec juste nec opportune ad ferociam animos agrestes accendit.* Ad coercendos enim barbaros præsidia ædificari Valentinianus jusserat.

(*e*) Ammi. lib. 30.

Ad

PAGIUS

II. Obitus Valentiniani senioris.

Ad num. IV. Idacius in Fastis hoc anno habet: *Diem functus Valentinianus senior XV. Kal. Decemb. in Castello Vergitione. Et levatus est Valentinianus junior Aug. filius Aug. Valentiniani ab exercitu in tribunali, die X. Kal. Decemb. in civitate Acinco*, quam Cloverius Budam esse autumat. Ammianus lib. 30. cap. 6. ait, mortuum esse Valentinianum *anno ætatis quinquagesimo quinto, Imperii, minus centum dies, secundo & decimo*. Ex quo liquet, Ammianum emortualem diem non excludere, sc. decimum septimum Novembris. Quo tam Idacius, quam Socrates Valentinianum mortuum testantur; recteque Socratem lib. 4. cap. 1. scripsisse, *Valentinianum* die vigesima quinta Februarii dictum esse Imperatorem; cum a die XVII. Novembris præsentis anni, quo is mortuus, ad vicesimum quintum Februarii anni sequentis dies centum numerentur, die vicesimo quinto, quo *Valentinianus* electus, excluso: sequens enim annus bissextilis fuit.

III. Numismata Valentiniano seniori male adscriptum.

Cangius in *Constantinopoli Christiana* tabula 17. inter Valentiniani senioris Numismata istud describit: D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. in postica: IMP. XXXII. COS. XVII. PP. CON. OB. id est, *Pater Patriæ Constantinopoli obsignatu*. Qui Nummus Viris eruditis crucem fixit. Cangius in Dissert. de inferioris ævi Numismatibus numero XXXVIII. de hoc Valentiniani Nummo loquens ait: *Cur Valentinianus Consul decimum septimum inscribatur, nemo, opinor, attigit, cum semel hanc dignitatem cum filio inierit, adeo ut dicendum sit hæc in longiorie vitæ ac Imperii vota fuisse adscripta*. Mediobarbus pag. 505. hunc Nummum Valentiniano etiam seniori attribuens, ait *XVII. Consulatum Valentiniani in Nummo signari monstrum est; nam revera quatuor tantum vicibus Consul processit, & nisi Illustrissimus Eruditissimusque Dominus de Cangi Nummum in sua* Constantinopoli Christiana *proferret, omnino incredibilis mihi visa foret hujus Nummi epigraphe. Hercules aliquis Gallicus monstrum hoc vincat, quod mihi certe persuasum est Monetarii errore natum*. Verum, ut jam alibi demonstravi, in aversa parte Nummi alicujus Imperatoris non raro epigraphe legitur, quæ ad alium referenda est. Nummus itaque ille perperam Valentiniano seniori attributus, est Placidii Valentiniani, qui Theodosii junioris tempore in Occidente imperavit, & Liciniam Eudoxiam hujus Imperatoris filiam uxorem duxit, qui in soceri honorem in aversa suorum Numismatum parte Consulatum ejus decimum septimum anno Christi quadringentesimo tricesimo nono gestum, ac titulum Imperatoris XXXII. in Nummis Theodosii cum eadem epigra-

V. *Ad hæc* (subdit Ammianus) *Imperator ira vehementi perculsus, & inter exordia respondendi tumidior, increpabat verborum objurgatorio sono nationem omnem ut beneficiorum immemorem & ingratam; paulatimque lenitus, propensior, tamquam ictus e cælo, vitalique via, voceque simul obstructa suffocatus igneo lumine cernebatur, * erumpente subito sanguine, lethali sudore perfusus, ne laberetur, spectantibus & vilibus, concursu ministrorum vitæ secretioris ad conclave ductus est intimum; ubi locatus in lecto, exiguas spiritus reliquias trahens nondum intelligendi minuto vigore, cunctos agnoscebat astantes, quos cubicularii, ne quis eum necatum suspicaretur, celeritate maxima corrogarant. Et quoniam viscerum flagrante compage, laxanda erat necessario vena, nullus inveniri potuit medicus hanc ob causam, quod eos per varia sparserat curaturos militem pestilentiæ morbo tentatum. Unus tamen repertus, venam ejus iterum sæpiusque pungendo, ne guttam quidem cruoris elicere potuit, internis nimietate caloris ambustis, vel ut quidam existimabant, arefactis ideo membris, quod meatus aliqui (quas hæmorroidas venas vocant) obserati sunt gelidis frigoribus concrustati. Sensit immensa vi quadam urgente morborum, ultimæ necessitatis adesse præscripta; dicereque conatus aliqua vel mandare (ut singultus ilia crebrior pulsans, stridorque dentium, & brachiorum motus velut cæstibus dimicantium indicabat) jam superatus, liventibusque maculis interfusus, animam diu colluctatam efflavit, ætatis quinquagesimo anno & quinto, Imperii minus centum dies secundo & decimo.*

* & repente cohibito.

Hactenus Ammianus; addit his Socrates (*a*), eum defunctum in Bergitione castello XV. Kalend. Decembris: sed idem corrigendus est, dum ait vixisse eum annos quinquaginta quatuor, & imperasse tredecim. Remansit posteris Valentinianus humanæ calamitatis exemplum; unde S. Hieronymus ad Heliodorum (*b*): *Valentinianus vastato genitali solo, & inultam patriam derelinquens, vomitu sanguinis extinctus est.*

(a) Socrat. l. 4. c. 26.

(b) Hieron. epist. 3.

VI. Eo defuncto, Gratianus Augustus jam ante annos septem nuncupatus, solus imperare cœpit cum Valente. Corpus autem Imperatoris Constantinopolim translatum esse, ut inter Christianorum Imperatorum reliquias humaretur, idem Ammianus affirmat. Cum interea (*c*) sexto die post parentis obitum, opera Cerealis avunculi, Valentinianus tum quadrimus, Justinæ filius, Augustus solemni more nuncupatus est; quod factum Gratianus animi benignitate præditus ratum habuit. ☞ Quod autem Ammianus eum quadrimum fuisse testetur, haud probari potest; adversatur enim Socrates, qui cum natum affirmet Coss. Gratiano & Dagalaipho, hac

Gratianus Imperat. cum fratre & patruo.

(c) Amm. lib. 30.

PAGIUS IV. *Ad Placidium Valentinianum referendum.*

graphe copulatum, insculpi jussit.

Aversam enim partem illam Nummi Valentiniani ad Theodosium juniorem referendam demonstrat hic Eudociæ ejusdem Theodosii uxoris Nummus a Mediobarbo pag. 556. productus. AEL. EUDOCIA AUG. in postica: IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. CON. OB. Nam inter Numismata Theodosii junioris, alia habent, IMP. XXXII. COS. XVII. Alia vero, IMP. XXXXII. COS. XVII. Producit ibidem Mediobarbus alium ejusdem Eudociæ Nummum, cujus hæc postica pars: VOT. XX. MULT. XXX. CON. OB. qui etiam recitatur a Cangio in *Constantinopoli Christiana* tabula 21. quibus ex Nummis regula a nobis supra statuta, certa redditur, utramque nempe alicujus Numismatis Imperialis partem ad diversos Imperatores aliquando pertinere, constatque præfatos Nummos, in quibus Consulatus decimus septimus legitur, de Theodosio juniore, qui decimum septimum Consulatum gessit, interpretandos esse; ideoque citatum Valentiniani Nummum Placidio Valentiniano, Theodosio æquali, attribuendum esse. Ultimus autem *Eudociæ* Nummus exhibet in postica Vicennalia Theodosii junioris. Quando Dissertationem Hypaticam composui, nondum in hoc arcanum penetraram, ideoque in parte 2. cap. 14. num. 7. Gallæ Placidiæ Nummum explicans in quo legitur DN. GALLA PLACIDIA PF. AUG. & in postica VOT. XX. MULT. XXX. ex hac epigraphe perperam intuli, *Placidiam Augustam* Imperatorum instar Decennalia & id genus festa celebrasse. Verum ex laudato Eudociæ Nummo & regula a nobis constituta, intelligimus, hæc Vicennalia ad Valentinianum III. ejus filium referenda esse. Postquam hæc scripsi, venit in manus meas Opus Begeri V. C. de Numismatis Selectis S. E. Palatini, ubi laudatum Valentiniani Nummum ad Valentinianum III. referendum, etiam observavit.

V. *Valentiniano seniori* successit *Valentinianus junior* ejus filius, adhuc quadrimus. Verum quidem est, plures annos ei Baronium attribuere, quod existimet, eum esse Valentinianum illum, qui anno CCCLXI. in lucem prodiit, quique non multo post, Victore Collega, Consulatum gessit. At is error jam supra confutatus, ostensumque, Valentinianum illum Dominicæ & Valentis filium fuisse, ac hoc tempore, ut videtur, jam obiisse: Valentinianum vero, qui hoc anno Valentiniano seniori successit, *filium* fuisse ejusdem *Valentiniani ex Justina* secunda ejus uxore. Socrates itaque non solum Baronium, sed etiam Cangium in Familiis Augustis Byzantinis, aliosque Viros doctos in errorem induxit.

Ætas Valentiniani junioris.

VI. Quod habet Turonensis lib. 10. cap. 31. Martinum anno VIII Valentis & Valentiniani Turonensem Episcopum ordinatum esse, ab aliquo fabulatore accepit. Quod vero ibidem subdit: *Sedit annos XXVI. menses quatuor, dies XXVII.* ex Sinceris Ecclesiæ suæ documentis hausit. Cum enim Sanctus Martinus die XI. Novembris anni quadringentesimi spiritum Deo reddiderit, ejus Reliquiæ centesima anno ab ejus ordinatione, a sancto Perpetuo translatæ fuerint, manifestum est eam in annum trecentesimum septuagesimum quartum, diemque decimum quintum mensis Junii, qui Dominicalis erat incidisse.

S. Martinus fit Episcopus Turonensis.

Baron. n. 21. & seq.

VII. Celebratur quidem dies ejus ordinationis IV. No-

hac ratione hoc anno novennem fuisse asserere oportet; confirmant & Tabulæ Consulares, dum anno Christi trecentesimo sexagesimonono habent Consules Valentinianum nobilem puerum, & Aurelium Victorem. ☞ Ex eadem (a) quoque Justina genitas Valentinianus junior sorores habuit, Gallam, Gratam, & Justam; quarum duæ posteriores in virginitate vitam duxerunt, Galla postea juncta connubio Theodosio fuit.

(a) Socrat. l. 4. c. 26.

VII. Quod autem ad Cerealem avunculum spectat, penes quem tanta inesse videbatur, creandi novi Imperatoris auctoritas; non alius hic putandus est ab illo, qui sub Constantio præfecturam Urbanam gessit, & sub eodem postea Consulatum: alius enim ab isto nullus reperitur clarus memoria hoc tempore Cerealis. Hunc igitur ipsum esse jure diximus, quem nuptias quæsisse S. Marcellæ, S. Hieronymus meminit; de quo ad Principiam virginem scribens, hæc ait (b): *Orbata Marcella patris morte, viro quoque post nuptias septimo mense privata est. Cumque eam Cerealis, cujus clarum inter Consules nomen est, propter ætatem & antiquitatem familiæ, & insignem (quod maxime viris placere consuevit) decorem corporis ac morum temperantiam, ambitiosius peteret, suasque longævus polliceretur divitias, & non quasi in uxorem, sed quasi in filiam vellet donationem transfundere: Albinaque mater tam clarum præsidium viduatæ domus ultro appeteret; illa respondit: Si vellem nubere, & non æternæ me cuperem pudicitiæ dedicare; utique maritum quærerem, non hæreditatem. Illoque mandante, posse & senes diu vivere, & juvenes cito mori; eleganter lusit: Juvenis quidem potest cito mori, sed senex diu vivere non potest. Qua sententia repudiatus, exempla fuit cæteris, ut ejus nuptias desperarent.* Hæc de Cereali Hieronymus. Quod autem Consulatum hunc gessisse dicat, contigit ille anno Domini trecentesimo quinquagesimooctavo una cum Datiano collega; cujus & ejusmodi reperitur inscriptio in basi statuæ ipsi dicatæ (c):

(b) Hieron. epist. 16.

Cerealis vir Consularis.

(c) Romæ in ædibus Cevolis via Julia.

NERATIUS CEREALIS V. C.
CONS. ORD. THERMARUM
RESTITUTOR CENSUIT

extat & alia in Via lata ejusdem sententiæ inscriptio de restitutione thermarum facta per Cerealem Consulem; atque alia rursum, qua de ejusdem Præfectura Urbana mentio habetur superius tertio tomo secunda editione suo loco restituta, quæ errore posita erat tempore Constantini. Porro ex amplissimo Cerealis nomine & auctoritate, metire sanctæ Marcellæ clarissimæ feminæ excellentem inter omnes Romanas mulieres amplitudinem, quæ eo majoribus crevit accessionibus, quo propter Christum ab ipso magis despecta est; ut vere non in Urbe tantum, sed toto Romano orbe effulserit egregium Christianæ pietatis exemplum; sed de ipsa sæpe inferius, immo & quinto Annalium tomo pro temporis ratione dicturi sumus. At jam reliquas hujus anni res gestas ordine prosequamur.

VIII. *Eodem tempore quo Valentinianus extinctus est* (inquit Sozomenus d) *Valens Antiochiæ, quæ est in Syria, ætatem degens, majore odio in dies in suæ opinionis adversarios exardescere, acerbeque affligere, & exagitare cœpit. Cum vero Themistius philosophus librum ei dicaret, hortabatur, docebatque non oportere mirari dissensionem, quæ in Ecclesiasticis opinionibus versabatur, cum multo inferior, multoque minor sit, quam quæ extaret apud Gentiles: nam permultæ sunt apud ipsos opiniones; & dissensionem ob multitudinem dogmatum susceptam, complures contentiones de ejusmodi rebus, & disceptationes excitare necessum est: siquidem Deo fortasse visum sit, ut ipse non facile nosceretur, & variæ existerent de eo opiniones; quo singuli magis eum vererentur, cum exquisitam ejus cognitionem compre-*

(d) Sozom. l. 6. c. 25.

Themistius rursus studet vesaniam Valentis.

PAGIUS

Nonis Julii, seu die IV. ejusdem mensis, ut præter Turonensem lib. 2. cap. 14. varia Martyrologia docent. Verum sicut ordinatio Divi Basilii, quæ cum die XIV. mensis Junii in Tabulis Ecclesiasticis copulatur, eo die peracta non est, sic nec ordinatio Sancti Martini die IV. mensis Julii. Testatur enim Turonensis lib. 2. de Mirac. S. Martini cap. 4. anno LXIV. post transitum Sancti Martini, ideoque anno Christi CCCCLXI. juxta supputationem Gregorii, quæ hanc epocham ab anno CCCXCVII. deducit, Turonicæ Sedis cathedram Perpetuum sortitum esse, & Reliquias S. Martini in ampliori Templo, quam illud quod Briccius construxerat honorari voluisse. Basilicam itaque in honorem sancti Martini ædificavit, & vicinos Episcopos ac Abbates convocavit, ut eam *in Kalendis Julii* dedicaret, & in eamdem S. Martini Reliquias transferret; sed cum terra *quæ super sanctum erat tumulum* effodi non posset, *dixit ei unus ex Clericis, scimus, quia, post hoc triduum natalis Episcopatus ejus esse consueverat; & forsitan in hac die* (quarta nempe mensis Julii) *se transferri debere vos admonet*, ut refert Turonensis loco laudato, qui addit, ita factum fuisse.

Ejus ordinatio alio die quam quo celebratur peracta.

VIII. Porro Kalendæ Juliæ ab anno CCCCLXII. usque ad annum CCCCLXXIII. in Dominicam non incidere nisi hoc ultimo Christi anno, & nonnisi dies festus aut Dominicalis eligi potuit a Perpetuo, ad hanc Translationem de more illorum temporum. Quare cum illa Basilica nonnisi intra aliquot annorum spatium absolvi potuerit, ejus Dedicatio & S. Martini Reliquiarum Translatio alio anno facta non est quam CCCCLXXIII. qui centesimus erat ab ejus ordinatione, quæ ideo a Sigeberto in Chronico ad præcedentem annum perperam

Annus ordinationis ex anno translationis ejus Reliquiarum innotescit.

bendere non possint, secum reputantes quanta sit, & cujusmodi ille quidem, ad cujus cognitionem venire cogitant. Hac oratione a Themistio habita, Imperator etsi factus nimio aliquanto mansuetior, nec tam acerba adversariis ut antea supplicia irrogavit; non tamen iram suam contra sacerdotes accensam penitus restinxisset, nisi curæ de Republica sibi injectæ fuissent impedimento, quo minus ad ejusmodi scelera suum studium & operam conferret, &c. Gothorum namque novo bello fuisse exagitatum tradit, de quo inferius.

IX. Quod ad Themistium philosophum spectat; cum plura de eo superius dicta sint, hic his addendum (quod ratio exigit argumenti) ipsum erga Orthodoxos propensiorem fuisse: multis enim id signis apparuit; usufque est eo familiarissime Gregorius Nazianzenus, ut ex litteris (*a*) ad eum scriptis intelligere facile est; ex quibus etiam habetur, ipsum non philosophia tantum celebrem, sed etiam apud Imperatores potentia claruisse; quippe qui jam ab ipsis Constantii temporibus functus sit amplissimis magistratibus. Unde ad eum inter alia Gregorius (*b*): *Tu vero id quod a tuo Platone dictum est, confirma; nempe Civitates non ante malorum finem habituras esse, quam philosophia cum potentia conjuncta sit: utraque enim re polles. Egenti manum porrige, eum videlicet, ut consentaneum erit, monens, ac juvans. Nihil certe melius philosophari possis, quam si nunc justitiæ patrocinium suscipias; ne dicam quod hac quoque re nos laudum tuarum præcones beneficio afficias.* Hæc ipse; sed illa adverte verba Gregorii ad Themistium: *A tuo Platone dictum est;* sic esse accipienda, quod in his quæ ad politica pertinerent, primo loco Platonem haberet, secundo vero Aristotelem; prout videre est in orationibus ejus, ut præsertim in sexta, ubi ait: *Adjuvabit autem me in primis in te instituendo egregius ille Plato, & admirabilis Aristoteles.* In naturalibus autem speculationibus Aristoteli primas detulit. Quam vero familiarissime usus sit eo Theodosius Imperator, suo loco dicturi sumus. At non illa cult orationem illam, quam citat Sozomenus, invenite; sed intueris, puto, lector, ex ejus argumento eo prolapsum hæreticorum amentiam, atque sororem ipsorum progressum, ut etiam Gentiles ad commiserationem Catholicorum inflexerint; usque adeo ut pro eis apud ipsum Imperatorem adversarium Themistius causam agere non dubitarit.

(*a*) Greg. Naz. epist. 139. 140.

(*b*) Greg. Naz. epist. 140.

X. At Valens Imperator nequitia exardescens sic oratione Themistii visus est ab Ecclesiarum persecutione abstinuisse, ut tamen alia via, novo excogitato prætextu, diram adversus monachos persecutionem conflarit, cum eos exutos monasticæ professione, e monasteriis, lege lata, ad militiam revocari præcepit, hoc ipso anno, quo Valentinianus ex hac vita sublatus est, ut S. Hieronymus habet in Chronico his verbis: *Multi monachorum Nitriæ per Tribunos & milites cæsi: Valens enim lege data, ut monachi militarent, nolentes fustibus interfici jussit:* Et Orosius (*c*): *Valens illico, post fratris obitum, velut effrænata libertatis audacia legem dedit, ut monachi, hoc est Christiani, qui ad unum fidei opus, dimissa sæcularium rerum multimoda actione, se redigunt, ad militiam cogerentur. Vastas illas tunc Ægypti solitudines, arenasque diffusas, quas propter sitim, ac sterilitatem, periculosissimamque serpentum abundantiam conversatio humana non nosset; magna habitantium monachorum multitudo compleverat. Huc Tribuni & milites missi, qui sanctos & veros milites Dei alio nomine persecutionis abstraherent; interfecerunt ibi agmina multa sanctorum.* Hæc Orosius. Conjungit hanc persecutionem Socrates illi, quæ Alexandriæ per Lucium Arianum (ut dictum est) commota fuit.

Valens cogit monachos ad militiam.

(*c*) Oros. l. 7. c. 33.

XI. Præcesserant iniquissimæ persecutionis hujus ante præludia, cum ad Modestum Præfectum Prætorio de iisdem ipse Valens ita rescripsit (*d*):

Quidam ignaviæ sectatores, desertis Civitatum muneribus, captant solitudines ac secreta, & specie religionis cum cœtibus Monazonton congregantur: Hos igitur, atque hujusmodi intra Ægyptum deprehensos, per Comitem Orientis erui e latebris, consulta præceptione mandavimus, atque ad munia patriarum subeunda revocari, aut pro tenore nostræ sanctionis familiarium rerum carere illecebris, quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. PP. Beryti Kal. Jan. Valentiniano, & Valente AA. Coss.

(*d*) l. 63. de Decurion. C. Theod. & C. Justin. eodem tit. l. 26.

XII. At non adscriptos tantum militiæ monu-

PAGIUS referatur. Turonensis lib. 2. cap. 14. postquam de hujus Basilicæ constructione & dedicatione verba fecit, subjicit: *Solemnitas ipsius Basilicæ triplici virtute pollet, idest, dedicatione Templi, Translatione corporis sancti, ordinatione ejus Episcopatus. Hanc enim* (scilicet festivitatem Dedicationis, Translationis & Ordinationis) *IV. Nonas Julias observabis: depositionem vero ejus* (seu festivitatem illius transitus) *tertio Idus Novembris esse cognoscas.* Quæ habet Cointius anno CCCCXCVIII. num. VI. & XXIV. adversus hanc explicationem, solide a nobis confutabuntur in Dissert. *De Anno & die mortis sancti Martini Turonensis Episcopi*, quæ hic iterare opus non est.

IX. Ad num. IX. Oratio *Themistii* ad Valentem, de qua Socrates lib. 4. cap. 32. quam Baronius periisse existimabat, post hujus mortem Latine edita fuit à Dudithio. In ea leguntur quæ a Socrate laudato summarie narrantur.

Oratio Themistii ad Valentem.

Monachi persecutionem passi a Valente. nachos ita vexavit Valens Imperator, sed reliquos omnes diu exagitavit exactione tributi, quos antea Constantinus atque Constantius ab hujusmodi pensitatione capitationis census exemerant. Extant de his scripta Gregorii ad Julianum, necnon carmen ad Hellenium, quem illum ipsum puto, ad quem Vicariam Præfecturam Constantinopolitanæ Civitatis agentem extat Theodosii Imperatoris rescriptum.

(a) l. 2. de curat. Calendarii. (a) Ad Julianum enim de iisdem monachis (b) sic scribit, cum eidem illos commendat: *Philosophorum*, inquit, *cœtum commendo, qui scilicet nullo vinculo humi tenentur; qui sola corpora, nec ea quidem tota possident; qui Cæsari nihil, Deo omnia habent, hymnos, preces, vigilias, lacrimas hoc est, hujusmodi opes, quæ manibus premi nequeunt; qui mundo mortui sunt, Christo vivunt, carnem confecerunt, animam a corpore abstraxerunt; hos si mitius tractaris, aut etiam omnino Dei servos & discipulos, & cœlestium vocum inspectores, hos inquam generis nostri primitias, hæc columna, has fidei coronas, has pretiosas margaritas, hos templi illius lapides, cujus fundamentum & lapis angularis Christus, hoc est, egregii Ecclesiæ complementi: hos inquam si Deo plane reddideris, praeclarissime utique & ipsis, & nobis, & tibi consulueris, &c.* At longe pluribus cumulat eos laudibus, cum in carmine ad Hellenium eosdem commendat.

(b) Gregor. Naz. orat. ad Julian. Trib. exeq.

XIII. Præcesserunt ista de tributis diram hanc de qua est sermo, adversus monachos persecutionem Valentis; qua non Ægyptii tantum monachi, sed in aliis quoque regionibus agentes vexati sunt: ex eo enim quod cognitum fuit ejusmodi genus hominum esse Imperatori invisum; quibuscunque scelestis in eosdem debacchandi viros crevit audacia, ut ex S. Basilii ad ipsos monachos scripta epistola intelligere possumus, quam ad rerum gestarum concinnationem & veritatem hic describemus; est vero hujusmodi (c):

(c) Basil. ep. 10. in addit.

XIV. *Desideratissimis ac religiosissimis fratribus & sympresbyteris Acacio, Ætio, Paulo, Silvano, & Diaconis otium, & religiosis monachis fratribus Basilius Episcopus.*

Cum de gravi persecutione adversum vos excitata percepissem; & quod confestim post Pascha qui ad lites & pugnas jejunarant, in tabernacula vestra irruentes, labores vestros igni tradiderint, cognovissem (qui vobis quidem domum in-culis sine manibus constructam, sibi ipsis vero ignes, quo ad nocendum vobis usi sunt, thesaurum pararunt) ingemui quidem super eo quod accidit; non ut vobis, fratres (absit) sed ut illis condolerem, qui usque adeo absorpti sunt a malitia, ut in tantum usque facinus malitiam suam extenderint. Verum expectabam futurum, ut confestim ad humilitatem nostram, tamquam paratum refugium, universi accurreretis; sperabamque daturum mihi Dominum indesinentium dolorum meorum refocillationem e vestro complexu; & sudore illo, quem propter veritatem distillatis, in corpus hoc otiosum excepto, habiturum me consortium præmiorum illorum, quæ vobis a Judice veritatis sunt recondita.

Basilius consolatus est monachos.

XV. *Postquam autem id vobis ne in mentem quidem venit, nec aliquid refocillationis a nobis expectastis; continuam mihi ad vos scribendi occasionem duci optavi; ut quemadmodum aliqui decertantibus acclamant, ita ego, & bono vestro certamini adhortatione aliqua per litteras acclamarem. Fuit autem nobis ne hoc quidem factu facile, idque duabus de causis; una, quod ignorabam ubinam locorum ageretis; altera, quod non adeo multi sunt, qui ad vos proficiscuntur. Nunc vero obtulit nobis Dominus desideratissimum ac religiosissimum fratrem Sactesimum presbyterum; per quem charitatem vestram salutamus, obsecramusque ut pro nobis quoque oretis, lætantes & exultantes, quod merces vestra multa est in cœlis. Et quoniam fiduciam habetis in Domino; ne cessetis noctes & dies clamare ad illum, ut certamen hoc Ecclesiarum compescat, plebibus pastores restituat, & Ecclesiam ad suam pristinam dignitatem redire faciat. Persuasus enim sum, si vox aliqua reperiatur, quæ optimum Deum flectat, non elongaturum eum misericordias suas, sed daturum nobis posthac una cum tentatione & exitum ut ferre possimus. Cunctum in Christo fraternitatem nostro nomine salutate.* Hactenus Basilius.

XVI. Monachi Syriæ consulunt Epiphanium. Puto autem hos nominatos hic monachos primores fuisse archimandritas in Syria apud Chalcidem habitantes: si quidem ejus nominis ibi Acacius claruit, cujus est frequens mentio apud Theodoretum in commentario historiæ sanctorum Patrum: nam hujus, nec non Pauli, cujus hic item nomen exprimitur, archimandritarum extat epistola ad S. Epiphanium, qua petierunt conscriptum librum de hæ-

PAGIUS X. S. Epiphanius scribit Panarium. Ad num. XVI. *Sanctus Epiphanius* scripsit Panarium, seu librum adversus hæreses anno præcedenti: ipse enim ejus exordio indicat, fuisse tunc annum undecimum Valentis & Valentiniani, qui anno præterito mense Februario cœptus est. Recte itaque eo anno Baronius in Annalibus hunc librum scriptum notavit.

XI. Valens Imperator Lege 63. *De Decurionibus*, definivit, non posse omnino Curialem conditionem Monachismo vitari; sed si qui e Curialibus ad monasticam vitam sese contulerint, erui eos oportere, & ad alterutrum adigendos, vel

sessibus ad se mitti: anno enim superiore eum elaborare cœpisse Epiphanium, ipse ejus exordio indicat, (a) signans illa sua tempora, Valentiniani & Valentis anno undecimo, & Gratiani septimo: * Ipsi autem epistolam scripserunt hoc anno, librum quem scripserat ab eo exigentes, ut inscriptio litteris affixa testatur, quæ sic se habet:

(a) Epiph. in præf.

* octavo.

*Epistola scripta nonagesimo secundo anno regni Diocletiani, Valentiniani & Valentis anno duodecimo, & Gratiani anno octavo * ad Epiphanium Palæstinum Eleutheropolitem, qui fuit pater monasterii in ejusdem Eleutheropolis vicinia, tunc vero urbis Constantiæ provinciæ Cypri Episcopus extitit, ab Acacio & Paulo presbyteris & archimandritis, hoc est, patribus monasteriorum partium Chalcidis & Berœæ Cavæ Syriæ, de eo quod contra omnes hæreses scripsit, immo quod & multi adhortati sunt, ac coegerint ipsum ad hoc opus aggrediendum.*

* nono.

XVII. Epiphanii laudes, & lucubrationes.

Quanta vero hi Epiphanium coluerint observantia, illis in primis verbis indicant: *At quando via intercepta est per infirmitates & ærumnas corporales, non potuimus ipsi proficisci, & ad pedes tuos provolvi, &c.* Vides priscum morem cultus & venerationis etiam Abbatum ad pedes se Episcoporum prosternandi; & paulo post: *Confitemur enim non solum nos, sed etiam omnes, quod in hoc sæculo novum te Apostolum & præconem Dominus excitavit, Joannem novum, & prædicantem quæ debent servari ab his qui cursum hunc propositum habent.* Hæc & alia ibi. Reddidit ad eosdem ipse Epiphanius litteras una cum libro, quae & præfationem totius operis esse voluit, & inter alia rationem affert, cur Panarium, nempe capsulam medicam, voluerit nuncupari, egregium plane opus, & Catholicæ Ecclesiæ valde proficuum.

XVIII. Hoc item anno S. Basilius, cum ante de mirifica electione Ambrosii in Mediolanensis Ecclesiæ Episcopum ipsius litteris certior factus esset, ingenti perfusus gaudio ad eum ita rescripsit (b):

(b) Basil. epist. 55.

Basilii litteræ ad Ambrosium.

Magna semper & multa quidem sunt Domini nostri dona, quorum neque magnitudo mensurabilis, neque multitudo numerabilis est. Unum vero, quod inter maxima reputari potest ab his qui non difficili beneficiorum Dei in se collatorum sensu tanguntur, & præsens hoc est, quod quam longissime propter locorum distantiam sejunctis, per litterarum alloquium mutuo coalescere dedit. Largitus est autem duplicem cognoscendi modum, unum per præsentem convictum & congressum, alterum per consuetudinem litterarum. Quoniam igitur te per ea quæ locutus es cognovimus: cognovimus vero non ex eo quod nota quædam corporis tui menti nostræ impressa sit, sed quod interioris hominis tui pulchritudinem velut ex variegata sermonum pictura novimus: nam quisque nostrum ex abundantia cordis loquitur.

XIX. *Glorificamus autem Deum nostrum, qui ex quavis mortalium generatione eos qui sibi placuerint deligit; qui olim quidem ex pastoribus ovium populo suo Principem excitavit, & Amos de grege caprarum sumptum spiritu suo instruxit, & ad propheticam dignitatem extulit: nunc vero virum ex urbe regia, cui totius gentis principatus concreditus erat, sapientia sublimem, generis claritudine, vitæ splendore, orandi facultate, & rebus sæcularibus illustrem ad gregum Christi pasturam traxit. Qui projectis hujus vitæ opibus universis proque damno habitis, ut Christum lucrifaceret, commissa sibi magni ac præclari navigii, Ecclesiæ videlicet Dei, in fide Christi gubernacula accepit. Age igitur, o homo Dei, quandoquidem non ab hominibus accepisti, aut doctus es Evange-*

lium

PAGIUS

Lex Valentis adversus Curiales Monachismum professos.

ad Curiæ munia subeunda, vel ad cedendum bonis suis in eorum gratiam qui loco illorum, patriæ, Curiæque munera subituri sunt. Dicitur hæc Lex *PP. Beryto Kalend. Januar. Valentiniano & Valente A A. Coss.* Ubi cum non adscribatur numerus Consulatus, eam refert Baronius ad annum CCCLXV. quo Valentinianus & Valens primum Consulatum gessere. Verum numerali nota omissa, Consulatus in ea Lege, ut in quibusdam aliis, simpliciter editur; cum inscripta sit *ad Modestum Pf. P.* qui eam dignitatem sub finem anni CCCLXIX. iniit, & sequentibus aliquot annis continuavit, ut suo loco dictum. Quare ea anno CCCLXX. quo *Valentinianus* & *Valens* tertium Consulatum gessere, vel anno CCCLXXIII. quo quartum Consules processere, emissa est. Gothofredus ad ultimum istum Consulatum eam revocat, quod existimet, Divum *Athanasium* mortuum esse mense Maio anni trecentesimi septuagesimi secundi, & Valentem Monachis & Ægyptiis contrarium sese non ostendisse, quandiu Athanasius vixit. Verum, cum certum sit, anno uno tardius Athanasium devixisse, mense scilicet Maio anni CCCLXXIII, Lex hæc proposita Kalendis Januariis, quatuor scilicet mensibus ante Athanasii mortem, nihil commune habere potest cum persecutione, quæ, mortuo Athanasio, Alexandriæ *adversus Monachos* excitata est; præsertim si eam Valens dedit anno CCCLXX, quod non parum verosimile.

XII. Lex Valentis adversus monachos.

Quidquid de hac re sit, de qua mox, notandum, hanc inter alias fugiendæ, evitandæque a *Curia* rationes, miseros *Curiales* hac ætate adinvenisse, ut ad Monachismum concederent, quasi ea re maxime tuti futuri, & latitaturi. Gothofredus in illius Legis Commentario arbitratur; eam diversam non esse ab ea, quæ dicitur in Hieronymi Chronico a Valente in Monachos promulgata, de qua in eo Chronico, Valentiniani senioris morte narrata, hæc verba leguntur: *Valens, Lege data, ut Monachi militarent, nolentes fustibus jussit interfici.* Observat enim Gothofredus hoc ævo *militia*, & *mi-*

litan-

lium Christi, sed ipse te Dominus e medio Judicum terræ desumptum ad præsidentiam Apostolicam transtulit; certa bonum certamen; corrige ac moderare infirmitatem populi, si qua Ariana vesania labe tactus est; renova pristina Patrum vestigia; & quod dilectionis erga nos fundamentum jecisti, in ipsam structuram assiduitate mutui nostri colloquii excitare ac provehere stude: nam hoc pacto spiritu poterimus conjuncti esse, licet terrestri habitatione quam longissime alter ab altero dissiti simus. Hucusque Basilius ad Ambrosium.

XX. Basilii cum Ambrosio necessitudo.

Perseverasse quidem mutuam inter utrumque litterarum consuetudinem, certum est; siquidem complura inter eos noscuntur esse transacta. Expetiisse enim Ambrosium a Basilio ejus lucubrationes tum explicantes divinam scripturam, tum prava dogmata confutantes, facile intelliget qui utrinsque legerit commentarios in Hexaëmeron, & de Spiritu sancto; videbitque magna ex parte quæ Basilius Græce edidit, Ambrosium tradidisse Latinis. Sed & illud erga Ambrosium Basilii pium intercessit officium, dum corpus Sancti Dionysii Mediolanensis Episcopi & martyris, qui pro fide Catholica exul obierat in Cappadocia, procurante Aurelio Episcopo, e Cappadocia Mediolanum translatum est.

XXI. Electio Ambrosii probata ab omnibus.

At vero non unus dumtaxat Basilius in Oriente Ambrosii electionem, quamvis resistente canone actam probavit, sed omnes Occidentales & Orientales Catholicæ communionis Episcopi: quod ipse ea sententia declaravit, qua ait (a): *Ordinationem meam Occidentales Episcopi judicio, Orientales etiam exemplo probarunt.* quibus illud in primis innuit, quod minus rite actum videbatur, id judicio sedis Apostolicæ publico decreto esse firmatum: Orientales vero & exemplo probasse, dum quod factum est Mediolani in creando Ambrosio Episcopo, Orientales idem præstiterint Constantinopoli postea eligendo Nectarium catechumenum. Cæterum ejusmodi licentia quamplurimos abusos esse ex laicis & neophytis ad sacros ordines, & Episcopatum etiam irrepere favore diversorum solicitantes, fuit postea querela Siricii Papæ, qui inter alia hæc (b) habet: *Certe illud etiam non fuit prætermittendum, ut quod semel aut secundo necessitas hæreticorum intulit contra Apostolica præcepta, velut lege licitum, præsumis; neophytum vel laicum, qui nullo Ecclesiastico functus fuerit officio, inconsiderate vel presbyterum vel diaconum ordinare, quasi meliores Apostolis sint, quorum audeant mutare præceptum. Et qui non didicit, jam docere compellitur. Ita nullus reperitur idoneus clericorum, nec inter diaconos, nec inter alios clericos invenitur qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad condemnationem Ecclesiæ laicus postulatur? Quæ ne fiant ultra, admoneo.* Hæc Siricius. Porro de hujusmodi abusione in Ecclesia Dei licentius usurpata, ut laici & ipsi etiam conjugati ad Episcoparum postularentur, S. Hieronymus (c) agens contra Jovinianum meminit. Quod vero Siricius dicat bis in Ecclesia id usurpatum propter hæreticos; puto eum intellexisse de ordinationibus S. Hilarii, necnon etiam S. Ambrosii, quas constat multum proficuas fuisse Catholicæ fidei, cum a duobus his hæresis Ariana in Occidente potissimum fuerit profligata.

(a) Ambr. ad Vercell. ep. 82.

Abusus invaluit in electione Episcoporum.

(b) Siric. epist. ad Orthodox.

(c) Hieron. contr. Jovin. l. 1.

XXII. Simplicianus Rom. presbyter jungitur Ambrosio.

At Ambrosius cum sic ex laico esset ordinatus Episcopus, undique sibi auxilium comparare satagit; cui etiam longe positi Antistites adjumento fuere; siquidem præsto fuit eidem in fide tyroni suis scriptis (ut diximus) S. Basilius; sed ad novæ præfecturæ regimen missus est ad illum a S. Damaso Papa egregiæ eruditionis & spectatæ probitatis Romanæ Ecclesiæ

PAGIUS

litandi, *στρατείας vel στρατεύεσθαι*, voce designari quæcumque officia, muniaque publica: unde Militiis non tantum Armata, sed etiam Togata Palatina, Officialium Advocatorum militia, *λειτουργία*, tandem omne publicum ministerium, atque adeo Municipalia quoque seu Curialia officia, muniaque pro patria. Inde igitur errorem natum putat ex hujus vocis homonymia, quasi Monachi a Valente militare jussi fuerint, & quidem in Militia Armata, eoque adacti, & quidem indiscretim; cum tamen Valens nonnisi Monachos ex Curialibus ad Militiam Curialem retrahi jusserit. Ita Vir doctissimus.

XIII. Verum, cum tam Hieronymus citatus, quam Orosius lib. 7. cap. 33. Legem Valentis Monachos ad militiam adigentis post Valentiniani senioris obitum datam diserte scribant, Lex laudata *De Decurionibus*, ab ea prorsus diversa. Nec est quod dicat Gothofredus, verba laudata non esse Hieronymi, sed Prosperi Aquitani, qui ejus Chronicon continuavit: certum enim, Hieronymi Chronicon in Valentis interitu desinere, ideoque quæ post Valentiniani senioris mortem in eo leguntur, Prospero neutiquam attribui possunt. Ex Orosii verbis, qui primus post Hieronymum illius Legis meminit, quæque perpetuam pro se Vir eruditissimus adducit, ea opinio jugulatur: *Imperium quatuor annis Valentiniano mortuo tenuit, qui solus cum impie ageret, & posset erubescere, illico velut effranata libertatis audacia Legem dedit, ut Monachi, hoc est, Christiani, qui ad unum Fidei Opus dimissa secularium rerum multimoda actione se redigunt, ad militiam cogerentur. Vastas illas tunc Ægypti solitudines, arenasque diffusas, quas propter sitim ac sterilitatem, periculosissimamque serpentum abundantiam conversatio humana non nosset: magna habitantium Monachorum multitudo compleverat. Ut Tribuni & milites missi, qui sanctos & veros milites Dei, alio nomine persecutionis abstraherent, interfecerant ibi agmina multa Sanctorum: quæ autem per diversas ubi-*

Lex Valentis adversus Curiales diversa a lege ab eodem data adversus monachos.

(a) Aug. Confess. l. 8. c. 2.

clesiæ presbyter Sanctus Simplicianus (a); de quo nonnulla superius; quem cum in omnibus S. Ambrosius habuerit monitorem atque doctorem, ut patrem observare consuevit, cujus scientiam in docendo, dexteritatemque in agendo, satis exploratam reddidit conversio Marii Victorini celeberrimi oratoris, de qua superius actum est. His denique aliisque auxiliis, sed præcipue divina accedente gratia, quasi miraculo factum est, ut qui nuper e tribunali populo jus reddebat, e cathedra eamdem divinam legem edoceret.

XXIII. Porro quod Simpliciani status humilis, Ambrosii vero sublimis esset, illud in eo excolendo consilium iniit, ut ipse licet magister, discipulum ageret, Ambrosiumque tamquam magistrum difficillimis interdum pulsaret quæstionibus, ita provocans ad volandum pullum suum; ad quem aliquando sic Ambrosius (b): *Quid est*, inquit, *quod ipse dubites, & a nobis requiras, cum fidei & acquirendæ cognitionis divinæ gratia totum Orbem peragraveris, & quotidianæ lectioni nocturnis ac diurnis vicibus omne vitæ hujus tempus deputaveris, acri præsertim ingenio etiam intelligibilia complectens? utpote qui etiam philosophiæ libros, quam a vero sint devii, demonstrare soleas, & plerosque tam inanes esse, ut prius scribentium in suis scriptis sermo, quam vita eorum defecerit.* Hæc ipse de Simpliciano, de quo plura inferius. Sic igitur bene accidit, divino operante Spiritu, a quo ad tantum regimen assumptus erat, ut cathecumenus in Episcopum, & discipulus in Ecclesiæ doctorem fuerit continuo transformatus, junxeritque in regimine Episcopatus vitam monasticam cum muneribus & officiis clericalibus. Ipso enim in Episcopatum ingressu sic vitam instituit, ut curam rerum domesticarum Satyro fratri reliquerit (quod ipse testatur) sese vero totum spiritualibus Ecclesiæ curis penitus manciparit: erat Satyrus frater adeo spectatæ virtutis, ut in rebus agendis ac moderandis ipsum habere consueverit consultorem & arbitrum (c).

(b) Ambr. epist. 2.

Ambrosii vitæ institutio.

(c) Ambr. orat. in funer. fratris.

XXIV. Ad sacrificium celebrandum ita assiduus erat (quod ipse tradit d) ut quotidie illud egerit, summa prævia animi præparatione; quolibet vero die Dominico (ut auctor est S. Augustinus e) in Ecclesia pro concione populum docendum susceperit: cætera autem munia Ecclesiastica sic strenue solus obierit, ut (quod ait Paulinus f) circa baptizandos ipse solus impleret, quod post ejus obitum vix quinque Episcopi perficere potuerunt. Cæterum ita curavit Ecclesiastica, ut externa & sæcularia minime neglexerit, verum audiret frequenter litigantes, causas judicaret, componeret, & æquissimus arbiter, utrisque acquiescentibus partibus, definiret. His atque aliis ex causis Episcopum requirentibus omnibus, in omnibus se paratum exhibuit, ut nemini ad eum aditus esset aliquando interclusus, nullius ostii velum esset oppansum; nec qui ad eum duceret, esset alicujus e cubiculariis officium requirendum: testatur id quidem S. Augustinus (g) admiratus hominis in audiendis omnibus tolerantiam. Corpus vero ea disciplina coercuit, ut jejunium custodiret assiduum, numquam prandendi (ut Paulinus ait) usum admittens, nisi religio, Ecclesiæque illius consuetudo mandasset, nempe sabbatho, die Dominico, & natalitiis martyrum, quibus diebus prandium revocaret, quo etiam non solum pauperes reficerentur, sed & viri clarissimi exciperentur: hisce enim charitatis obsequiis etiam duces exercitus demerere consuevit, ut de Arbogaste Comite ac strenuissimo duce constat, qui magna gloria prædicare solebat, se ab Ambrosio sæpe acceptum esse convivio (h): id ipsum quoque Vincentius Galliarum Præfectus sibi concessum, pro magno munere ostentabat (i). At licet sic ipse omnes exciperet; numquam tamen ad convivium invitatus accessit: tradit enim Possidius (k) in Augustino, quod etsi Ambrosius factus omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret, ob tribus tamen perpetuo se continuit, nimirum ut nemini uxorem quæreret, nullique militiam suaderet, neque ad convi-

(d) Amb. in precat. 1. ad Miss. & ep. ad sororem.

(e) Aug. Confess. l. 5. cap. 13.

(f) Paulin. in Vit. Ambros.

(g) Aug. Confess. l. 6. c. 3.

(h) Paulin. in vit. Ambros.

(i) Sever. dialog. l. 1. c. 17. in fin.

(k) Possid. vit. Aug. c. 27.

PAGIUS *ubique Provincias, his similibusque jussis adversus Ecclesias Catholicas, & rectæ Fidei populos gesta sint, satis significatum*, &c. Quæ manifeste arguunt earumdem Legum diversitatem. A Lege porro, qua Monachi militare jubentur, ortum habuisse videtur quod apud Basilium epist. 264. legitur. Ibidem enim habetur, Vicarium quendam Ponticæ omnes Sacerdotalis ordinis uno voce Curiæ mancipasse. Denique quod ea Lege contra *Curiales* a Valente, vivente Valentiniano seniore mandatur, aliis Principum Constitutionibus conforme.

XIV. Quod vero post *Valentiniani* fratris mortem eidem attribuitur, ut scilicet Monachi militare cogerentur, omnibus improbatum. Valens itaque Imperator L. 63. *De Decurionibus*, neque simpliciter Curiales e monastica vita retrahi ju-

bet, quomodo sæpe alias Curiales e Clericatu abstrahi absolute Imperatores voluere: se sub alternativa, vel retrahi, vel bona suis cedere oportere eis, qui vice eorum munera functionum subituri essent. Id vero ipsum de Clericis frequentibus Constitutionibus statutum, ut videlicet bonorum jacturam facerent; sic ut (exceptis quandoque solis Episcopis) modo vicinis Curialis muneris subituris extraneis vel propinquis, modo etiam Curiæ ipsi, modo in totum, modo pro parte, cedere necesse haberent, ut liquet ex Legibus Cod. Th. 49. 59. 99. 104. 121. 123. 163. 172. *De Decurionibus*; Lege 7. ejusdem Codicis *De Cohortalibus*; & Lege 21. ejusdem Codicis *De Episcopis*. Legendus etiam Ambrosius epist. 2. adversus Symmachum. Quæ omnia a Gothofredo loco laudato observata. Cæte-

Lex Valentis adversus monachos explicata.

vivium invitatus accederet. Hæc sunt quæ summatim collecta ab ipso in eam sedem ingressu ad caitum usque Ambrosius sibi servanda præscripsit, quæ hic tantum attigisse sat est.

XXV. Quod vero Ecclesiam diu ab Arianis possessam, instar dumosi nemoris, prorsus incultam invenerit, in qua ex tanta populi multitudine vix paucos esset reperire, qui aliqua ex parte vel leviter saltem non essent Arianæ communicationis labefactati contagio; ut par erat ad recipiendos eos in Ecclesiam pœnitentes, omnibus fores Ecclesiæ patere jussit: cujus rei causa quod facilis esset ad indulgentiam (quod accidit postea quoque Gregorio Nazianzeno Constantinopoli) multorum invidiam passus est; de quibus sic ipse (a): *Vos indignamini, & contra Ecclesiam congregatis Concilium, quia videtis mortuos in Ecclesia reviviscere, & peccatorem indultu veniæ resuscitari. Itaque quod in vobis est, per invidiam rursus vultis interficere suscitatos*, &c. Inferius vero de se ipso ista conante, magna animi modestia ita subdit ex adversantium invectivis: *Dicetur: Ecce ille non in Ecclesia nutritus sinu, non edomitus a puero, sed raptus a tribunalibus, abductus a vanitatibus hujus sæculi, a præconis voce ad psalmistæ assuefactus canticum, in sacerdotio manet non virtute sua, sed Christi gratia, & inter convivas mensæ cælestis recumbit. Serva Domine munus tuum; custodi donum, quod contulisti etiam refugienti. Ego sciebam, quod non eram dignus vocari Episcopus, quoniam dederam me sæculo huic: sed gratia tua sum id quod sum, & sum quidem minimus omnium Episcoporum, & infimus merito. Tamen quia & ego laborem aliquem pro sancta Ecclesia tua suscepi; hunc fructum tuere; ne quem perditum vocasti ad sacerdotium, eum sacerdotem perire patiaris; ac primum ut condolere noverimus peccantibus affectu intimo.* Hæc ipse.

Ambrosius indulget pœnitentibus.

(a) Ambr. de pœnit. l. 2. cap. 7. 8.

Ambrosii insignis humilitas

At quidem cumulate, quod a Deo sic est precatus, obtinuit: nam (ut de eo Paulinus (b) habet) quotiescumque aliquis ad promerendam pro peccatis veniam illa ipsi confitebatur, adeo intima cordis commiseratione afficiebatur, ut deflens audita peccata, ad fletum flendum pœnitentis provocaret affectum. Fuisse autem ejusmodi peccatorum secretam confessionem, perspicue illis verbis Paulinus insinuat, dum ait, quod: *Crimina ab illis accepta, nulli nisi Domino, apud quem intercedebat, loquebatur; relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Dominum sint magis, quam accusatores apud homines.* Hæc Paulinus. Quo modo vero post evulsas delinquentium per pœnitentiam spinas, Ecclesiæ agrum culturæ redditum sanctis seminibus severit, suo loco dicemus.

(b) Paulin. in vit. Ambros.

Hoc eodem anno duodecimo Valentis decessisse ex hac vita nequissimum hominem hæresiarcham Photinum, S. Hieronymus notat in Chronico: plura eum scripsisse volumina alibi tradit (c), in quibus præcipui erant contra Gentes & adversus Valentinianum libri; at de ipso plura superius. XXVI.

(c) Hieron. de script. Eccl.

Chri-

PAGIUS terum, prorsus incertum, an Lex illa *De Decurionibus*, anno CCCLXX, vel anno CCCLXXIII. emissa fuerit; cum utroque anno Valentinianus & Valens Fastis nomen dederint. Quod si ea anno CCCLXX data, prorsus corruit Gothofredi sententia; cum diu post eum annum Monachi in Ægypto a Valente vexati fuerint, post Athanasii nempe obitum, quem suo loco demonstravi mense Majo anni CCCLXXIII. contigisse.

XV. Post mortem *Valentiniani senioris* Imperium ejus inter se partiti sunt *Gratianus* & *Valentinianus junior*, teste Zosimo lib. 4. pag. 746. Gratiano cessere Galliæ, Hispaniæ, Britanniæ; Valentiniano Italia, Illyricum, & tandem Africa, postquam nempe Theodosius Magnus a Gratiano Augustus dictus est. *Gratianus* vero, quamvis frater ejus *Valentinianus* Augustus proclamatus fuisset, quandiu *Valens* superstes fuit, solus Imperium Occidentale administravit, ut patet ex omnibus Legibus ab eo Treviris vel Moguntiaci datis annis CCCLXXVI. CCCLXXVII, & CCCLXXVIII, quibus nomina nullæ Valentiniani junioris occurrunt, ut observat Gotofredus in Chronologia Codicis Theodosiani.

Divisio Imperii inter Valentinianum juniorem, & Gratianum.

I. Gratianus vetat conventus hæreticorum.

CHristi annus trecentesimus septuagesimus sextus Coss. Valente quintum, & Valentiniano juniore Impp. Incipit. Cessit humanitas Gratiani anni hujus Consulatum ordinarium fratri, quem etiam Imperii collegam habere consensit, cum fratris primus annus noretur imperii, Gratiani vero mense Augusti decimus inchoetur, qui novem ante cum patre regnarat. Ipse vero probe intelligens, nimia indulgentia patris permittentis Arianos in Ecclesia Occidentali pacifice agere, immo & Episcopatus gerere, ut vidimus de Auxentio tot annis Ecclesiæ Mediolanensi incubante, adversante licet Damaso Romano Pontifice, & aliis Orthodoxis Episcopis, hæreticos audaciores factos magno Catholicæ pietatis detrimento; sancita lege vetans eos conventus agere, a Fisco vindicandum statuit locum illum sive in Civitate, sive in agro, ubi ad synaxim celebrandam convenissent: est mentio ejus institutionis in rescripto boc anno dato ad Hesperium Præfectum Prætorio his verbis (*a*):

(a) l. 4. de hæret. C. Theod.

II. *Olim pro religione Catholicæ sanctitatis, ut cœtus hæreticæ usurpationis conquiescerent, jussimus, sive in oppidis, sive in agris extra Ecclesias, quas nostra pax obtinet, conventus agerentur, publicari loca omnia, in quibus falso religionis obtentu altaria locarentur; quod sive dissimulatione Judicum, seu profanorum improbitate contigerit, eadem erit ex utroque pernicies.* .... cætera desunt, nam hæc mox ibi: *Dat. 10. Kal. Maii Trever. Valente & Valentiniano AA. Coss.*

III. Judicum ignavia gentilicia superstitio reviviscit.

Porro eorumdem Judicum dissimulatione non solum hæretici talia præsumpserant; sed & Gentiles quam sub Valentiniano seniore Augusto usurpaverant sibi licentiam idola colendi, suam ipsorum superstitionem exercere pergentes, eamdem publicis quoque monumentis testatam relinquere ausi sunt. Inveniuntur istiusmodi audaciæ testes in antiquis inscriptionibus semper loquentes, quæ hujus anni Consulibus notatæ (*b*) habentur in Romanæ Urbis veteribus monumentis.

(b) Apud Smetium l. Inscript. pag. 29. n. 1.

DIS

PAGIUS SÆC. IV.

Anno Urbis 1129. Olymp. 288. an. 4. A. C. 376.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5869.

☉ 21. CB. ☽ 26. P. 27. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 376.

DAMASI PAPÆ 11.

VALENTIS 13. GRATIANI 10.

VALENTINIANI JUNIORIS 2.

I. Consules.

[1] AD num. I. Coss. *Valens Aug. V*, & *Valentinianus junior Aug.* Hic in Occidente, & quidem juxta primam regulam, ob Imperium nempe anno præcedenti initum: ille in Oriente, ac juxta tertiam.

NOTÆ [1] C*oss. Valens Aug.* V. & *Valentinianus junior Aug.* Gruterus, pag. XXVII. 4.

IDIBUS. AUGUSTIS. DD. NN.
VALENTE. AUG. V. ET VALENTINIANO
. AUG. CONSS. FELICITER.

Ibid. pag. XCII. 3.

DD. NN. VALENTE V. ET VALENTINIA
NO AUGG. COSS.

Item, pag. MLXXX. 4.

DD. NN. VALENTE. V. ET. VALENTINIA
NO. IUNIORE PRIMUM AUGG. CONS.
VI. IDUS. APRIL.

Lapis Ligorianus in lucem erutus tom. III. pag. 81. & tom. VII. veteris Latii pag. 111.

SACRAVIT. DD. NN. VALENTE. IV.
ET. FLAVIO. VALENTINIANO. IUN. AUG.
COSS. IDIBUS. AUG.

Perperam exscripta est a Ligorio numeralis nota consulatus *Valentis*, nam V. non IV. est iste *Valentis* consulatus, quem cum *Valentiniano juniore* gessit.

Fasti Idatii: *Valente Aug. V. & Valentiniano juniore Augusto*. Prosperi Chronicon: *Valente V. & Valentiniano*, Paschalis laterculus Bucherianus: *Valente V. & Valentiniano Caes. jun.* Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Valente & Valentiniano*, sine nota V. consulatus *Valentis*. Ammianus lib. XXX. in fine narrat, *Valentinianum puerum*, defuncti *Valentiniani* filium adhuc *quadrimum*, a Valente *Augustum* declaratum.

DIS. MAGNIS
MATRI. DEUM. ET. ATTIDI. SEXTILIUS. AGESILAUS. ÆDI
SIUS. V. C. CAUSARUM. NON. IGNOBILIS. AFRICANI. TRI
BUNALIS. ORATOR. ET. IN. CONSISTORIO. PRINCIPUM
ITEM. MAGISTER. LIBELLORUM. ET. COGNITION. SACRAR
MAGISTER. EPISTOLAR. MAGISTER. MEMORIÆ. VICA
RIUS. PRÆFEPTOR. PER. HISPANIAS. VICE. S. I. C. PA
TER. PATRUM. DEI. SOLIS. INVICTI. MITHRÆ. HIERO
PHANTA. HECATÆ. DEI. LIBERI. ARCHIBUCOLUS. TAU
ROBOLIO. CRIOBOLIOQ. IN. ÆTERNUM. RENATUS
ARAM. SACRAVIT. DD. NN. VALENTE. V. ET. VALENTI
NIANO. JUN. AUGG. CONSS. IDIB. AUGUSTIS

Sub iisdem quoque Consulibus alia id genus Inscriptio sic se habet, eodem die notata (*a*)

(*a*) *Apud eumdem ubi supra pag. 29. num. 11.*

DIS. MAGNIS
ULPIUS. EGNATIUS. FAVENTINUS. V. C. AUGUR. P. U. B
P. R. Q. PATER. ET. HIEROCERYX. D. S. I. M. ARCHIBU
CULUS. DEI. LIBERI. HIEROPHANTA. HECATAE. SACERDOS
ISIDIS. PERCEPTO. TAUROBOLIO. CRIOBOLIOQ. IDIBUS
AUGUSTIS. D. D. N. N. VALENTE. AUG. V. ET. VALENTI
NIANO. AUG. CONSS. FELICITER

Iibidem hi versus:

VOTA. FAVENTINUS. BIS. DENI. SUSCIPIT. ORBIS
UT. MACTET. REPETENS. AURATE. FRONTE. BICORNES

IV. At hæc non tam ob nominatorum Consulum memoriam descripsisse voluimus, quam ad infelicia hæc tempora significanda, quibus publicæ aræ diis dedicabantur, & sacrificia in eisdem immolabantur, impartita jam semel Valentiniani & Valentis Augustorum Imperii exordio cunctis gentibus facultate, ut quæ vellet quisque numina coleret: quod suo loco superius diximus. Errant enim quam maxime, qui putant quæ ad finem carminis adversus Symmachum Prudentius (*b*) habet, a parente Imperatoris illius quem alloquitur, vetita fuisse sacrificia; ad Valentinianum seniorem esse referenda: non enim Valentinianum juniorem auctor alloquitur, sed Honorium Imperatorem; ut manifestum fit ipsum intelligere de ejus patre Theodosio, qui re vera omnia sacra Gentilium abolevit. In quem errorem nos etiam fidem secutos aliorum illapsos ipsi correximus. Permisisse quidem Valentinianum seniorem, ut quam quisque vellet religionem amplecteretur, ejusdem Imperatoris assertione demonstratum est superius Imperii ejus exordio editi ab eo auctoritate rescripti. Quod licet plusquam satis ad certam astruendam fidem esse possit; accedit tamen his insuper testificatio Ammiani disertis verbis ista firmantis, ubi ait (*c*): *Postremo hoc moderamine Principatus inclaruit, quod inter religionum diversitates medius stetit; nec quemquam inquietavit; neque ut hoc coleretur, imperavit, aut illud; neque interdictis minacibus subjectorum cervicem ad id quod ipse voluit, inclinabat; sed intemeratas reliquit has partes, ut reperit.* Hæc Ammianus, ab ipso, ut vides, plurimum commendata, quod superstitioni Gentiliciæ bene cesserit tanta facilitas Imperatoris, ut non veteres tantum frequentarentur sacrificiis aræ, sed & recentes erigerentur. Ex quo etiam fonte manavit, ut idem fieret in Occidente inter Christianos quam quis vellet fidem amplecti, atque pro arbitrio hæreses consectari. Hinc videas Mediolani Auxentium securum egisse, ipsumque Valentinianum conjugium Arianæ feminæ Justinæ minime detrectasse.

(*b*) *Prud. adversus Symmach.*

(*c*) *Amm. lib. 30.*

Valentinianus liberum sinens Deorum cultum a Deo punitur.

V. At quam ista ipse consulte, exitus declaravit! Duo enim filii, iidemque Augusti, factione ac proditione Gentilium necati sunt, Gratianus a Maximo, conspirantibus cum eo Gentilibus Senatoribus, & Valentinianus junior proditione æque Gentilium laqueo strangulatus; factumque est divini libramento judicii, ut transferretur Romanum Imperium in Theodosium, qui deorum omnium demoliretur cum idolis aras, & templa, omnesque hæreses severissimis propulsaret edictis. Unde hæc ipse considerans, cogor illud (*d*) Davidicum vehementius inclamare: *Et nunc Reges intelligite, & erudimini qui judicatis terram.* At jam quæ sunt reliqua prosequamur.

(*d*) *Psal. 2.*

VI. Quod ad rerum Ecclesiasticarum com-

PAGIUS II. Ad num. VI. Gratianus dedit hoc anno Legem, 23. Cod. Theod. *De Episcopis*, qua jubet, ut *si qua sunt, ex quibusdam dissensionibus, levibusque delictis, ad Religionis obser-*

ponendum ordinem spectat; ibidem Treveris Gratianus ad Episcopos ita rescripsit (a):

(a) l. 23. de Episc. & cleric. C. Theod.

Imppp. Valens, Gratianus, & Valentinianus AAA. Artemio, Euridico, Appio, Gerasimo, & cæteris Episcopis.

Quid Gratianus de judicio Ecclesiastico.

Qui mos est causarum civilium, idem in negotiis Ecclesiasticis obtinendus est; ut si quæ sunt ex quibusdam dissensionibus, levibusque delictis ad religionis observantiam pertinentia, locis suis, & a sua diœceseos Synodis audiantur; exceptis quæ actio criminalis ab ordinariis, extraordinariisque Judicibus, aut illustribus potestatibus audienda constituit. Dat. XVI. Kalend. Jun. Trever. Valente V. & Valentiniano AA. Coss. Graviora namque crimina, per quæ etiam pœna sanguinis irroganda foret; per sæculares Judices exerceri siverunt Episcopi.

VII. Quod autem ad res Orientis pertinet; hæc ex Ammiano (b) collegimus; prodigioso quo-

(b) Ammi. 31.

PAGIUS

servantiam pertinentia, locis suis, & a sua Diœceseos Synodis audiantur. Ubi indicatur duplex gradus audientiæ, seu cognitionis Ecclesiasticæ. Negotia Ecclesiastica primum *locis suis*, idest, apud civitatis Episcopum audiebantur; dein in Synodo totius Provinciæ, seu apud Metropolitanum & Primatem cum omnibus Provinciæ Episcopis (quod & ipsum *Plenarium Concilium* dicitur cap. 9. Codicis Africani) hæc enim duo locorum suorum appellatione hic intelligenda sunt, ut ostendit Gothofredus in Commentario Legis 12. Cod. Theod. *De pœnis*, ubi de loci propria significatione agit. Tandem negotia in Synodo totius Diœceseos agitabantur, ut docet quoque Canon VI. Concilii I. Constantinopolitani. Est autem *Synodus Diœceseos* Synodus Episcoporum e multis Provinciis sub uno Patriarcha vel Primate, seu Exarcho constitutorum coacta. Cujus generis fuit Aquilejense Concilium, cui Ambrosius Mediolanensis præfuit, ex epistola Imppp. Theodosii & Valentiniani, qua jubentur *Episcopi ex Diœcesi* (scilicet Italiæ) in Aquilejensium civitatem ad Concilium convenire. Talia etiam fuere Concilia Africana, seu Carthaginensia, Gallicana, Hispanica, Britannica, & similia. Hinc patet, ut observat Gothofredus in hujus Legis Commentario, hallucinatum Marcam lib. 3. de Concordia cap. 1. pag. 378. cum ait, hac Lege primos omnium Valentem, Gratianum, & Valentinianum Imperatores Episcopis unius Diœceseos concessisse ad exemplum Judicum & Honoratorum, ut non solum in singularum Provinciarum Synodis, sed etiam generali totius Diœceseos Synodo in unum coire jure ordinario sine mandato speciali possent. Gratianus enim hac Lege *De Synodis Diœceseos*, agit tamquam jam usitatis, quasque jungit *locis suis*, idest, Provincialibus Synodis; tantum earum audientia qua amplificata, qua restricta. Et sane, (quod tamen perperam negat Marca) ante hanc Legem Synodi Diœceseon habitæ sunt, & quidem non extraordinario Principum imperio, verum more ordinario. Quæ *Synodi majores* dictæ, et docet jam triginta quinque ante hanc Legem annis, Canon XII. Antiocheni Concilii anno CCCXLI. celebrati, & ostendunt tot Synodi Diœceseon ante hanc Legem habitæ. Sicut & deinceps frequenter usitatæ fuere, quæque *Plenaria* dictæ.

III. Concilium Gallicanum.

Hæc porro Lex, ut in ejus fronte legitur, directa est *Artemio, Euridico, Appio, Gerasimo, & cæteris Episcopis*, qui quidem in Synodum Diœceseos alicubi collecti tum coierant, præcipuis tantum nomine expressis, cæteris generali voce comprehensis. Quod eo magis existimandum, quod hac in Lege de his Diœceseon Synodis agatur. Quare cum hæc Lex data sit *Treviris*, sequitur, habitam eam Synodum sub Gratiano in Occidente, Gothofredus in hujus Legis Commentario autumat, hanc Constitutionem pertinere ad *Priscillianistas*, & Episcopos ejus sectæ, inter quos & Catholicos per hæc tempora digna memoratu certamina extitere; & Episcopos hic nominatos Aquitanos fuisse, quod *Artemius*, qui primus nominatur, *Arvernorum*, quæ prima civitas erat Aquitaniæ primæ, *Episcopus* esset. Verum incertum, an Artemius iste idem sit cum Artemio Episcopo Arvernensi *Nepotiani* successore, cujus meminit Gregorius Turonensis lib. 1. cap. 46. præsertim cum Savaro in Originibus Claramontanis pag. 133. *Nepotianum* circa annum Christi CCCLXXVII. mortuum arbitretur. Addit Gothofredus, credere se, hanc Legem pertinere ad Synodum aliquam per quinque Galliarum Provincias, prout a Galliis distinguuntur, celebratam contra Priscillianistas, qui teste Sulpicio Severo per urbes *Burdigalam & Elusam* perfidiæ suæ semina sparserant. Sed hæc conjectura non admittenda; *Burdegala* enim secundæ Aquitanicæ, *Elusa* vero Novempopulaniæ Metropolis erat; constatque ex Prosperi Chronico, Priscillianum anno tantum CCCLXXIX. Ausonii & Olybrii Consulatu notato sectam suam in Hispania condidisse, quam in primam Aquitaniam ubi Arvernorum civitas posita, penetrasse, veteres monumenta non produnt. Præterea cum secta in Hispania orta fuerit, primumque adversus eam in ea regione celebratum *Concilium* fuerit *Cæsaraugustanum*, anno CCCLXXX. habitum, non videtur verosimile, ante Concilium illud alia in Galliis contra Priscillianistas celebrata.

IV. Incerta loco habitum.

Incertum itaque quo in loco, quave de causa Concilium illud habitum fuerit. Porro adeo magna erat horum universæ Diœceseos Conciliorum auctoritas, ut ab illis ne Episcopis quidem provocare liceret, eaque ad universam Diœcesim extenderetur. In Concilio Parisiensi Episcoporum Gallicanorum anno CCCLX. celebrato, ubi Formula Fidei in Ariminensi Concilio proposita, revocata est, & *Saturninus Arelatensis Episcopus* depositus, Episcopi Synodicam suam epistolam ad Episcopos Orientales miserunt sub titulo Episcoporum Gallicanorum; ad cujus calcem iis verbis utuntur, quibus testatum voluerunt, auctoritatem suam extendi ad universam Galliam: *Quisquis hic quæ statuimus intra Gallias, putaverit contendendum, a communione ac sede Sacerdotii sui abjiciendus. Inscius e Saturninum excommunicatum ab omnibus Gallicanis Episcopis charitas vestra cognoscat.* De Synodis Gallicanis stante Imperio celebratis legendus Marca lib. 6. de Concordia cap. 27. ubi tales fuisse ait Coloniensem anno CCCXLVI. Arelatensem anno CCCLIII. Biterrensem anno CCCLV. Parisiensem anno CCCLX. non vero, ut ipse habet, CCCLXII. celebratas.

V. Ad num. VII. Norisius Cardinalis eruditissimus lib. I. Historiæ Pelagianæ cap. 2. existimat

Barbari in Oriente grassantur in Romanum Imperium.

quodam motu, sed nonnisi numine impellente, Hunnos ultra paludes Meoticas incolentes, in Alanos, qui Scythicas solitudines habitabant, irrumpentes, ab illis repulsos descendisse in regiones trans Istrum, quas occuparant Gothi; Hi vero sub Regibus Alarico & Fritigerne (Athanaricus autem ad tutiora loca confugerat) per Legatos apud Valentem Imperatorem egere, ut Thraciæ ipsis darentur ad habitandum; spondentes se Romanis subditos fore, tutaturosque fines Romani Imperii ab omnibus aliis barbarorum incursibus. Permissi sunt igitur magno Romani Imperii damno barbari Istrum transire; sed & aliæ proximæ nationes se iisdem adjunxere, transmisereque & ipsæ Istrum, Romanis licet invitis. Meminit horum S. Ambrosius barbarorum, & aliorum inter se confligentium; & quæ Ammianus pluribus chartis est prosecutus, ipse his paucis absolvit, ubi ait (a): *Quanta enim prœlia, & quas opiniones accepimus prœliorum? Hunni in Alanos, Alani in Gothos, Gothi in Taifalos & Sarmatas insurrexerunt: Nos quoque in Illyrico exules patria Gothorum exilia fecerunt; & nondum est finis. Quæ omnium fames, lues pariter boum atque hominum, cæterique pecoris, ut etiam nos, qui bellum non pertulimus, debellatis tamen pares fecerit pestilentia.* Hæc Ambrosius. ☞ Quam autem immensa, nempe universam Europam occupans, quam dira animalium pestis ista, & quomodo a Christianis per signum Crucis facillime curaretur, quo tanto miraculo Gentiles ad Christi Fidem converterentur; est elegans Ecloga Severi sancti Endeleichi Rhetoris, (hujus meminit Sanctus Paulinus Nolanus) ubi hæc post alia:

(a) Ambr. comment. in Luc. l. 9. c. 22.

Baculus. ——— *Dic age Tityre,*
Quis te subripuit cladibus his Deus,
Ut pestis pecudum, quæ populata sit
Vicinos, tibi nulla sit?
Tityrus. *Signum, quod perhibent esse Crucis Dei,*
Magnis qui colitur solus in urbibus:
Christus, perpetui gloria numinis,
Cujus filius unicus,
Hoc signum mediis frontibus additum,
Cunctarum pecudum certa salus fuit.
Sic vero Deus hoc nomine præpotens
Salvator vocitatus est.
Fugit continuo sæva lues greges,
Morbis nil licuit. Si tamen hunc Deum
Exorare velis, credere sufficit.
Votum sola fides juvat.
Non ullis madida est ara cruoribus,
Nec morbus pecudum cæde repellitur,
Sed simplex animi purificatio
Optatis fruitur bonis.
Buculus. *Hæc si certa probas, Tityre, nil moror*
Quin veris famuler relligionibus:
Errorem veterem diffugiam libens;
Nam fallax & inanis est.
Tityrus. *Atqui jam properat mens mea visere*
Summi templa Dei; quin age Bucule,
Non longam pariter congredimur viam:
*Christi & * numen agnoscimus.*
Ægon. *Et me consiliis jungite prosperis:*
Nam cur addubitem quin homini quoque;
Signum prosit idem perpete sæculo,
Quo vis morbida vincitur?

* nomina noscimus.

hæc de peste, signo Sanctæ Crucis propulsari solita.

VIII. Quod pertinet ad res bellicas ☞, factum est, ut barbari qui Istrum transierant, victus inopia laborantes, grassari cœperint in vicos, & oppida, unaque conspirantes tentarent etiam Civitates, provocati Civium contumeliis, & Lupicini in Thracia Romani Ducis exercitus avaritia atque perfidia. Qui adversus eos copias parans, universum Romanum exercitum barbaris ad internecionem subjecit: fuga vero ipse sibi consulens, ad Macrianopolim proximam Civitatem confugit; sicque occisorum Romanorum armis, barbarorum est armatus exercitus: hæc

PAGIUS *Gothi a Romanis recepti.*

mat, *Gothos* anno trecentesimo septuagesimo tertio Istrum superasse, quod Ammianus lib. 30. cap. 2. proxime ante Gratiani III. & Equitii Consulatum anno CCCLXXIV. gestum id indicet. Verum an anno numero VI. ostendimus, Ammianum explicandum esse de quibusdam tantum, quæ eo anno contigere, Gothorum incursionibus, non vero de ingentibus direptionibus, quas post Valentiniani senioris mortem Romania intulere; quo tempore se eas narraturum spondet Ammianus, & reapse promissis stat. *Gothi* itaque anno tantum currenti expulsi sunt ab *Hunnis*, & suscepti in Romania Valentis Augusti jussu, Hieronymo, Cassiodoro, & Prospero in Chronicis, Idacio in Fastis, ac Orosio lib. 7. testibus. Neque hac de re

hæc quidem hoc anno facta esse, ex eodem Ammiano auctore colligitur, profectionem vero Valentis Antiochia Constantinopolim contigisse anno sequenti. Si autem tot tantaque fusius scripta scire lector cupis, consule Ammianum; licet & ipse rerum immensitate superatus, nonnisi strictim se historiam hanc prosecutum esse, testetur illis verbis: *Id lecturos obtestamur, ne quis a nobis scrupulose gesta, vel numerum exigat peremptorum, qui comprehendi nullo genere potuit; sufficiet enim, veritate nullo velata mendacio ipsas rerum digerere summitates.* Ita ipse. Verum illud velim accuratius contempleris, quam æqua divini, pensata lance judicii talia impius Imperator pati cogatur. Qui enim haud pridem (ut vidimus) sanctos monachos ad militiam subeundam adigere conatus est, & renuentes militare, necavit; incautus volens libensque in Romanum solum hostes, per quos occideretur, adduxit; ut plane perspicuo fuerit demonstratum exemplo, nihil aliud esse piis sanctisque viris negotium facessere, atque eos persequi, quam in Reipublicæ certam cladem hostes armare.

IX. Pax Mediolanensis Ecclesiæ. Ex recitata nuper auctoritate Ambrosii commentariorum in Lucam, qua bella tunc inter barbaros ingruentia narrantur; plane declaratur, ipsum tunc temporis eamdem præ manibus habuisse lucubrationem. Jam cessarant Ariani ad tempus saltem, ipseque Ambrosius in Ecclesia Mediolanensi pacifice agebat; qui eo otio bene usus, ad eos commentarios conscribendos utiliter digneque stylum admovit. De pace enim, qua tunc ea potiebatur Ecclesia, hæc ipse paulo superius: (a) *En*, inquit, *tempus acceptabile, quo non hiemalibus perfidiæ caligantis pruinis annus riget, nec aliis nivibus informis crusta blasphemiæ gelu durante concrescit; sed procellis sacrilegii liberata, novos fructus terra jam parturit, veteres præterit. Dissensionum quippe omnium procella deferbuit: cuncti sæculares cupiditatis ardores, æstusque omnes, quibus Italiæ populus per Judaica olim, Ariana proxime, sævitatis incendia coquebatur, sereno jam spiramine temperantur. Sedata tempestas est, concordia navigat, fides spirat; certatim nautæ repetunt fidei quos reliquere portus, & dulcia patriis oscula litoribus affigunt, liberatos se periculis, absolutos erroribus gratulantes. Salve vinea tanto digna custode, &c.* Hæc S. Ambrosius, in memoriam revocans quot fluctibus haud pridem ipsa Ecclesia Mediolanensis, & tota simul Italia ex Arianorum procella fuerit agitata. Quæ quidem aura lenis pacem & tranquillitatem adducens, anno sequenti spirare cœpit in Oriente, ut proxime dicturi sumus.

(a) Ambr. comm. in Luc. l. 9. cap. 10.

X. *Quo tempore hæc actitarentur* (inquit Socrates b) *Euzojus, qui Antiochiæ Arianæ sectæ Episcopus fuit, extremum vitæ diem confecit ad quintum Consulatum Valentis, Valentiniani autem junioris primum, in cujus locum Dorotheus suffectus est.* Qui

(b) Socrat. l. 4. c. 28. Euzoji obitus, Dorothei ordinatio.

PAGIUS

re nos dubitare patitur Eunapius in Excerptis de Legationibus, ubi ait, Valentem Scythas admitti jussisse, *ex æmulatione quam habebat cum his, qui imperium cum eo tenebant. Erant autem filii fratris, & vero ipsi prima partes attribuebantur, sed illi Imperatoriam potestatem ex æquis partibus inter omnes dividi oportere censebant, neque ulla in re patruo concedebant.* Ita Eunapius, qui pluribus postea, quæ mala Gothi, quos Scythas vocat, quemadmodum plerique Antiquorum, susceptoribus suis importarint, prosequitur. *Ister* itaque a Gothis non superatus, nisi Gratiano & Valentiniano juniore in Occidente regnantibus. Adducit præterea Card. Norisius Claudianum, sed argumento ex eo deducto anno CCCCIII. commodius satisfaciemus.

VI. Ad num. IX. Commentaria *Divi Ambrosii* in Lucam longe post hunc annum scripta, cum in iis Lectorem remittat ad tertium & quartum librum *de Fide*, quem anno trecentesimo septuagesimo nono elucubravit. Præterea non obscure in iis Apologia David citatur: in hac autem memoratur Principis mors, qui postquam Imperium a patre accepisset, suorum perfidia necatus; quod nonnisi de Gratiano anno trecentesimo octogesimo tertio occiso interpretari potest. Denique manifesta in iisdem mentio persecutionis a *Justina* & *Auxentio* adversus Divum Ambrosium excitatæ: quibus rationibus fultus Hermantius in Vita S. Ambrosii lib. 4. cap. 20. hoc Opus anno trecentesimo octuagesimo sexto scriptum putat. Baronius ea hoc tempore elucubrata existimat, quia in iis sermo est de bellis & devastationibus Gothorum, Hunnorum, & aliorum Barbarorum, sed hæ depopulationes post viginti adhuc annos durabant, ut scribit Hieronymus epist. 3.

D. Ambrosius scribit Commentaria in Lucam.

JESU CHRISTI ANNUS 377.	DAMASI PAP. ANNUS 11.	VALENTIS 14. GRATIANI 11. IMPPP. VALENTIN. 2.

I. QUi sequitur annus trecentesimus septuagesimus septimus, Consulatu Gratiani quarto cum collega Merobaude reperitur Fastis adscriptus. Est mentio horum Consulum in ara quæ vetustate corrosa hos habet versus, inferius (a) qui leguntur:

(a) *Romæ in ædibus Colotii ad Aquam Virginem, Apud Smetium pag. 20. n. 4.*

GRATIANO. IV. ET MEROBAUDE CONSULIBUS DEDICAVIT.
ANTIQUA GENEROSE DOMO CUI REGIA VESTÆ
PONTIFICI FELIX SACRATO MILITAT. IGNE
IDEM AUGUR TRIPLICIS CULTOR VENERANDE DIANAE
PERSIDICIQ. MITRAE ANTISTES BABILONIE TEMPLI
TAURIBOLIQ. SIMUL MAGNI DUX MYSTICE SACRI

Adsunt ibi sculpta signa immolantium, nempe mactati arietes; quibus intelligas impietatem adhuc publicos sibi vendicasse honores.

II. Quo anno, Valens Imperator, accepta immensa clade illata Romano exercitui sub Lupicino, funestaque Thraciarum a Gothis facta depopulatione, Antiochia (b) cito digressus est Constantinopolim perventurus: *Tunc* (inquit Socrates c) *destitit ab illis in exilium mittendis, qui fidem Consubstantialis amplexabantur*. Sed verius S. Hieronymus, qui hoc anno decimoquarto Valentis de eo ita habet in Chro-

(b) *Amm. lib. 31.*
(c) *Socrat. l. 4. c. 28.*
Valens exules Orthodoxos relaxat exilio.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5870.

SÆC. IV. Anno Urbis 1130. Olymp. 289. an. 1. A.C. 377.

☉ 21. A. ☽ 17. P. 16. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 377.

DAMASI PAPÆ 12.

VALENTIS 14. GRATIANI 11. VALENTINIANI JUNIORIS 3.

I. [1] AD num. I. Coss. *Gratianus Aug. IV.* & *Merobaudes*, atque in Occidente Consulatum auspicatus; Merobaudis enim opera Valentinianus junior ad Imperium evectus est, ut testatur Marcellinus lib. 30. Sumtus hic a Gratiano Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam, ob ejus nempe Quindecennalia, sive ea anticipaverit, sive anno sequenti ediderit.

Coss. & Gratiani Quindecennalia.

II. *Valens* Imp. hoc anno modo *Antiochiæ*, modo Hierapoli Syriæ fuit, ut ex subscriptionibus Legum Codicis Theodosiani liquet, idque propter Persas & Armeniarum statum, de quo Ammianus lib. 31. Cum illis tamen mox pacem pepigit, ut testatur Eunapius in Excerptis. Tum ex urbe Antiochensi Constantinopolim profecturus discessit; sed ad eam urbem non adventavit ante diem tertium Kalendas Junias anni sequentis. Diu Valens Antiochiæ moratus

II. *Valens ex Urbe Antiochena Constantinopolim se confert.*

NOTÆ [1] COss. *Gratianus Aug. IV. & Merobaudes*. Gruterus, pag. XXVIII. 6.

ET ARAM. IIII. ID. MART.
GRATIANO. V. ET MEROBAUDR
CONSULIBUS DEDICABIT.

Ferrettus in Musis lapidariis legit IV. & recte, ut apud Gruterum, pag. CCCLXX. 3. & apud Baronium A. D. 377. sequens lapis:

DEDICATA. III. KAL. MAIAS
D. N. GRATIANO. IIII. ET. MEROBAUDR. COS.

Cuperus in epistola consulari, n. XIII.

XVII. KAL. IUL. D. N. GRATIANO. IV. ET
MEROBAUDE. COS.

Ara effossa Romæ in fundamentis Pronai Basilicæ Vaticanæ, a Donio exscripta, nunc inter ejus inscriptiones, cl. 1. n. 14. pag. 7.

D. N. GRATIANO AUG. ET MEROBAUDR
CONSS. III. IDUS. MAIAS.

Ammianus, lib. XXXI. cap. VIII. *Has Gratiano quater, & Merobaude Coss. agebantur, anno jam in autumnum vergente.* Ita quoque vulgares Fasti. Laterculus Paschalis in fine Gennadii: *Gratiano IIII. & Merobaude.*

Chronico: *Valens de Antiochia exire compulsus, sera pœnitentia nostros de exiliis revocat*. Eadem & Orosius (a); quin & ipsum Socratem id significasse oportuit, dum Petri Episcopi Alexandrini restitutionem Alexandriam, adhue Valente Imperatore vivente, factam affirmat, cum inferius ait (b): *Per idem tempus, simulatque Valens Imperator Antiochia decesserat; omnes qui ubique persecutionis tempestate jactabantur, & Alexandriæ potissimum, magnopere recreati fuerunt, propterea quod Petrus Roma cum litteris Damasi Episcopi Romani eo reversus erat: qua quidem & homousii fidem confirmabant, & Petri creationem. Populus igitur illis confisus expellit Lucium, Petrum autem in eius locum introducit*. Hæc ibi. Vides summam in Romano Pontifice auctoritatem, cujus arbitrio Alexandrinæ Ecclesiæ primæ sedis post Romanam Episcopus in suam Ecclesiam restituitur; quem ejusdem auctoritate redeuntem, contemptu Valentis Imperio, immo tyrannica potestate, populus in sua cathedra collocat, ejecto ejusdem sedis turpissimo invasore. Eadem habet de restitatione Petri facta per Damasum Sozomenus; ex quibus erroris arguuntur, qui post obitum Valensis Petrum restitutum affirmant: major certe auctoritas S. Hieronymi, ac ceteris præferenda, hoc eodem tempore degentis in Syria, & cum Valentis Imperio finem Chronico imponentis.

(a) Oros. l. 7. c. 33.

(b) Socrat. l. 4. c. 30.

III. Intueris, lector, novum Pharaonem, Valentem Imperatorem, nonnisi potenti gravique Dei manu cogente relaxasse tandem liberum populum Dei; atque invitum licet, gravioribus tamen imminentibus hostibus, urgentibusque periculis, indulsisse, quod nulla persuasione justorum, divinarumque operatione virtutum tot annis potuit extorqueri. Sed & hoc quoque signo penset aliquis gravius fuisse Valentis delictum, dum Pharao ille aquas sceleris sensit ultrices, hic vero ignem impietatis expertus est vindicem. At de ejus obitu anno sequenti.

IV. Hoc autem anno, periclitanti Imperio Orientali Gratianus (c) laturus suppetias, Ricomerem illuc cum copiis misit: qui junctus Ducibus Valentis Imperatoris, iidem simul diro prœlio barbaros affixere, attriti tamen & ipsi ab adversariis multa cæde: sed autumni tempore ob novos barbarorum in Gallia motus, Ricomeres in Occidentem revocatur a Gratiano; cum interea Gothi, aliis barbaris in societatem adscitis, non Thracias tantum, sed alias interiores depopulati sunt regiones: hæc ita usque in annum sequentem funesta jugique clade perseverarunt, quæ cuncta Ammianus copiosiore tractat historia

(c) Amm. l. 31.

Ricomeres dux cum exercitu mittitur in Orientem.

V. Quod rursum ad res Ecclesiasticas pertinet; hic ipse annus est, qui decimus septimus numeratur a tempore probrosi illius Constantinopolitani Concilii, quod sub Constantio celebratum diximus anno sequenti a Concilio Seleuciensi; nempe Domini trecentesimo sexagesimo: quo inquam ipso anno S. Basilius scripsit epistolam ad Ecclesiam Evaisenam in Armenia sitam, ut ipse in ea testatur (d), ex qua nonnulla quæ ad præsentem Orientalis Ecclesiæ statum spectant, habentur: nimirum Acacianos, Eudoxianosque qui olim Semiarianos in dicto Concilio Constantinopolitano excommunicantes sedibus deposuere, transactione inter se quadam facta, prout commodum cujusque suadebat, inter se fœdere junctos esse, sedesque partitos Episcopales. Illud quoque observatione dignum, quod etsi Semiariani omnes adversus spiritus sancti divinitatem blasphemias docuissent, scripsissent, ac promulgassent, milleque modis insinuare curassent: haud tamen perficere potuerunt, ut multos invenirent hæresis hujusmodi sectatores: nam sic ad eos S. Basilius (e): *Ipsum Orbem inspicite, & videte quam modica sit ea portio, quæ hoc morbo laborat; reliqua vero universa Ecclesia, quæ ab Orbis finibus usque ad fines Evangelium recepit, sanam hanc & rectam doctrinam sectatur; a cujus communione ut ne excidatis, petimus*. Hæc Basilius. Ceterum etsi pauci essent qui ejusmodi detestandam hæresim sectarentur; tamen vix erat reperire in Oriente Ecclesiam, quæ alicujus hæresis penitus expers esset: nam idem Basilius ipso exordio ejusdem epistolæ eos commendans hæc habet: *Re vera namque insolens jam est, ac vehementer rarum, Ecclesiam videre sinceram, quæ nihil sit a malitia temporum istorum læsa, sed integram & inoffensam servet Apostolicam doctrinam; qualem præsentibus temporibus vestram ostendit, qui singulis generationibus eos qui vocatione sua digni sunt, manifestat*.

(d) Basil. epist. 72.

Hæresis Macedonii haud progressa longius.

(e) Basil. epist. 72.

VI. Quod autem ad statum Occidentalis Ecclesiæ spectat; Gratianus Imperator, nova

PAGIUS tus est, ut insinuant Zosimus lib. 4. pag. 747. Ammianus lib. 31. cap. 11. Socrates & Sozomenus, ab anno nempe trecentesimo septuagesimo secundo usque ad currentem, nisi quod dum illic moraretur modo Cæsaream, modo Edessam, modo in alias Orientis urbes sese contulerit. Fallitur enim Gothofredus in Chronologia Cod. Th. ubi anno CCCLXXIII. ait, illum eo anno Constantinopoli constitisse, quod Leges duæ Cod. Theod. eo anno Constantinopoli datæ dicantur; at in iis Legibus per *data*, intelligendum *accepta*, vel *proposita*, ut ipsemet Gothofredus in variis aliis rescriptis verbum illud intelligendum docet.

Ad

Donatistæ rebaptizantes coercentur.

va edita sanctione, Donatistas in Africa iterum baptizantes compescuit; locaque occupata Catholicorum tempore Firmianæ tyrannidis, iisdem restituenda præcepit, ita rescribens ad Flavianum Vicarium Africæ (a):

(a) l. 2. de sanct. bapt. iterat. Cod. Theod.

Eorum condemnamus errorem, qui Apostolorum præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos alio rursus baptismate non purificant, sed incestant, lavacri nomine polluentes. Eos igitur auctoritas tua erroribus miseris jubebit abstinere, ecclesias, quas contra fidem retinent, restituat Catholicæ; eorum quippe institutiones sequendæ sunt, qui Apostolicam fidem sine intermutatione baptismatis probaverunt. Nihil enim aliud præcipi volumus, quam quod Evangelistarum & Apostolorum fides & traditio incorrupta servavit, sicut & lege divali parentum nostrorum Constantini, Constantis, Valentiniani decreta sunt (hæc spectant ad Donatistas; quæ autem sequuntur, ad Manichæos.) *Sed plerique expulsi de ecclesiis, occulto tamen furore grassantur, loca magnarum domorum, seu fundorum illicite frequentantes: quos fiscalis publicatio comprehendet, si piacularæ doctrinæ secreta præbuerint, nihil ut ab eo tenore sanctio nostra diminuat, qui dato dudum ad Nitentium * præcepto fuerat constitutus. Quod si errorem suum diligunt, suis malis, domesticoque secreto, soli tamen foveant viros impiæ disciplinæ. Dat. XVI. Kalend. Novemb. C. P. Gratiano A. IV. & Merobaude Coss.* Porro hanc posteriorem sanctionis partem de Manichæis decernere, huic similis citata (b) lex Valentiniani superius docet.

Manichæi in Africa compressi.

* Viventium, Vincentium.

(b) l. 3. de Heret. C. Theod.

VII. Erat inter Manichæos in Africa tum commorantes S. Augustinus Auditor, annumque agens quartum sub eorum disciplina sectator, suæ vero ætatis vigesimumtertium: quod quidem a natali die ratione subducta, ex scriptis ipsius (ut inferius demonstrabimus) certa supputatio collecta declarat. Natus est ipse anno Domini trecentesimo quinquagesimoquinto, Arbetione & Lolliano Consulibus, Constantii Imperatoris XIX. Idibus Novembris: eam enim diem natalem suam dicit in libro de Vita beata (c). Idemque decimoseptimo ætatis suæ anno, Domini autem trecentesimo septuagesimoprimo, litterarum studii causa (ut ipse testatur d) Carthaginem petiit, quo & orbatus est patre (e). Decimonono vero, nempe Christi trecentesimo septuagesimotertio, impegit in Manichæos, de quibus ait (f): *Incidi itaque in homines superbe delirantes, carnales nimis & loquaces, in quorum ore laquei diaboli & viscum confectum commixtione syllabarum nominis tui, & Domini Jesu Christi, & Paracleti consolatoris nostri Spiritus sancti. Hæc enim nomina non recedebant de ore eorum, sed sono tenus & strepitu linguæ, cæterum cor inane veri. Et dicebant, Veritas, & Veritas; & multum eam dicebant mihi, & nusquam erat in eis.* Et inferius (g): *Per idem tempus annorum novem ab undevigesimo anno ætatis meæ usque ad duodetrigesimum seducebamur & seducebamus, falsi atque fallentes in variis cupiditatibus, & palam per doctrinas, quas liberales vocant, occulte autem falso nomine religionis; hic superbi, ibi superstitiosi, ubique vani, ac popularis gloriæ sectantes inanitatem usque ad theatricos plausus & contentiosa certamina, & agonem coronarum fœnearum, & spectaculorum nugas, & intemperantiam libidinum.* Et infra (h): *Docebam illis annis rhetoricam, &c.*

(c) August. de Vit. beat. circ. princ.

(d) Aug. confess. l. 2. c. 2.

(e) Aug. ib. l. 3. c. 4.

(f) Aug. ib. l. 3. c. 6.

(g) Aug. ib. l. 4. c. 1.

Augustinus Carthagine seductus a Manichæis.

(h) Aug. confess. l. 4. c. 2.

VIII. Quid autem tunc sanctissimæ matri ejus Monicæ viduæ deploranti filii perditionem eam consolaturum ostenderit Deus, ipse narrat his verbis (i): *Misisti manum tuam de alto, & de hac profunda caligine eruisti animam meam, cum pro me ploraret ad te mater mea fidelis tua, amplius quam flent matres corporea funera. Videbat enim illa mortem meam ex fide & spiritu, quem ex te habebat; & exaudisti eam Domine, nec despexisti lacrymas ejus, cum profluentes rigarent terram sub oculis ejus in omni loco orationis ejus, & exau-*

(i) Aug. confess. l. 3. c. 11.

Divinam visionem de futura conversione filii S. Monica accepit.

PAGIUS III. Ad num. VII. Chronologia Vitæ *Sancti Augustini* ex ejusdem libris a Card. Norisio in quodam suo Opusculo hoc modo ordinata. Augustinus Tagaste in Africa natus est *Idibus Novembris* anni trecentesimi quinquagesimi quarti, non vero quinquagesimi quinti, ut perperam Baronius habet. Diem ipsemet nos edocet lib. de Vita beata. Anno trecentesimo octogesimo quarto Mediolanum venit, ac elapsis feriis vindemialibus, Rhetoricam docuit, & de more ineunte anno CCCLXXXV. Bautoni Consuli Magistratum auspicanti panegyrim recitavit: libro enim 3. contra literas Petiliani cap. 25. ait: *Cum ego Mediolanum ante Bautonem Consulem venerim, eique Consuli Kalendis Januariis laudem pro mea tunc Rhetorica professione recitaverim.* Anno itaque CCCLXXXV. quo Bauto Consul fuit, annum ætatis tricesimum agebat Augustinus. Nam annum ætatis vicesimum nonum egit Carthagine cum Fausto: lib. enim 6. Confessionum cap. 11. scribit: *Et ecce jam tricenariam ætatem gerebam in eodem luto hæsitans, dum dico: Cras inveniam: ecce manifestum apparebit, & tenebo, & ecce Faustus veniet, & exponet omnia.* Erat tunc annus Christi trecentesimus octogesimus tertius. Libri 5. Confessionum caput 8. exorditur: *Egisti mecum, ut mihi persuaderetur Romam pergere*, quam paulo post transmisit, ibique scholam privatam aperuit, ut ipsemet eo loco cap. 9. & 10. testatur.

Nascitur S. Augustinus.

IV. Interea Symmachus Urbis Præfectus eum Mediolanum ad docendum Rhetoricam misit, ipso Augustino teste cap. 13. Symmachi autem Præfe-

Docet Rhetoricam.

audisti eam. Nam unde illud somnium, quo eam consolatus es, ut vivere me secum crederet, & habere secum eamdem mensam in domo, quod nolle cœperat, aversans & detestans blasphemias erroris mei? Vidit enim stantem se in quadam regula lignea, & advenientem ad se juvenem splendidum, hilarem, atque arridentem sibi, cum illa esset mœrens, & mærore confecta. Qui cum causas quæsisset ab ea mœstitiæ suæ, quotidianarumque lacrymarum, docendi (ut assolet) non discendi gratia; atque illa respondisset, perditionem meam se plangere; jussisse illum, quo secura esset, atque admonuisse, ut attenderet & videret ubi esset illa, ibi esse & me. Quod illa ubi attendit, vidit me juxta se in eadem regula stantem. Unde hoc, nisi quia erant aures tuæ ad cor ejus? O tu bone omnipotens, qui sic curas unumquemque nostrum, tamquam solum cures, & sic omnes tamquam singulos. Unde illud etiam, quod cum mihi narrasset ipsum visum, & ego ad id trahere conarer, ut illa se potius non desperaret futuram esse quod eram; continuo sine aliqua hæsitatione: Non, inquit, non enim mihi dictum est: Ubi ille, ibi & tu; sed ubi tu, ibi & ille. Atque paulo post (a):

(a) *Aug. confess. l. 3. c. 12.*

IX. Quid Episcopus auguratus est de S. Augustino.

Dedisti alterum responsum per sacerdotem tuum quemdam Episcopum nutritum in Ecclesia & exercitatum in libris tuis. Quem cum illa femina rogasset, ut dignaretur mecum colloqui, & refellere errores meos, & dedocere me mala, & docere bona (faciebat enim hoc, si quos forte idoneos invenisset) noluit ille; prudenter sane, quantum sensi postea. Respondit enim me adhuc esse indocilem, eo quod inflatus essem novitate hæresis illius, & nonnullis quæstiunculis jam multos imperitos exagitassem, sicut illa indicaverat ei: Sed sine, inquit, illum ibi & tantum roga pro eo Dominum; ipse legendo reperiet quis ille sit error, & quanta impietas. Simul etiam narravit, se quoque parvulum a seducta matre sua datum fuisse Manichæis, & omnes pene non legisse tantum, verum etiam scriptitasse libros eorum; sibique apparuisse, nullo contra disputante & convincente, quam esset illa secta fugienda; itaque fugisse. Quæ cum ille dixisset, atque illa nollet acquiescere; sed instaret magis deprecando, & ubertim flendo, ut me videret, & mecum dissereret; ille jam substomacatus tædio: Vade, inquit, a me, ita vivas: fieri enim non potest, ut filius istarum lacrymarum pereat. Quod illa ita se accepisse, inter colloquia sua mecum sæpe recordabatur, ac si de cælo sonuisset. Sic ipse, qui hoc tempore in his totus erat; sed quando tandem e fæce emerserit, dicendum suo loco erit. Gratianus autem cum accepisset ab hujusmodi nebulonibus curiosam juventutem duci captivam, his & aliis, quas dicemus, legibus eos exagitare curavit.

X. Ambrosius scribit de virginitate.

Hic ipse etiam annus est, quo sanctus Ambrosius, mense Januarii, ipso die natali S. Agnetis exorsus de virginitate sermonem, propagavit illum in libros tres ad sororem conscriptos de Virginibus: profitetur enim id ipse, cum ait (b): *Hæc ego vobis, sanctæ virgines, nondum triennalis sacerdos munuscula paravi, licet ausu indoctus, sed vestris edoctus moribus: Quantus etenim adolescere usus poterit in tam parva initiatæ religionis ætate?* Hæc ipse. Porro hic ille est annus, quem tertium agebat in sede Ambrosius, absolvendum post decem menses & semis; unde jure illud: *Nondum triennalis sacerdos.* Sed miraculum plane istud ingens, ut qui necdum Christianus ad docendum alios Episcopus creatus est; hoc ipso anno, secundo jam in cathedra expleto & mense uno cum dimidio, tot tantaque de fide, moribus, & Ecclesiæ institutis Ecclesiastica elucubraverit monumenta: quippe qui anno superiori in Lucam commentarios pereruditos scripserit, hoc vero anno de Virginibus luculentam elaboraverit tractationem; ut re vera appareat, nonnisi divino cum afflatum spiritu hæc adeo magna tantaque copia præstare valuisse. Qui igitur semel ad culturam eam sedulo studio redegisset Ecclesiam, fertilem quidem terram, Ariani autem Antistitis impietate factam sterilem; quæ nobiliora essent in Ecclesia Catholica semina, nempe sanctæ virginitatis, in ea serere-

(b) *Ambr. de Virg. l. 2.*

PAGIUS

fectura in annum CCCLXXXIV. incidit, ut Baronius observavit. Quod si Augustinus anno trecentesimo quinquagesimo quinto natus fuisset, anno vicesimo nono exeunte, ac jam tricenariam ætatem agens, Christi CCCLXXXIV. fuisset Rhetor Carthagine, Fausto convixisset, & ab eo discessisset; cum tamen anno CCCLXXXIV. Romæ docuerit, indeque Mediolanum a *Symmacho* missus fuerit, ubi incumbente autumno publicum Rhetorem agere cœpit; & ineunte anno CCCLXXXV. tanquam Oratoriæ artis Professor ad Bautonem Consulem Orationem habuerit. Ex Symmachi itaque Præfectura Augustini ætas colli-cienda, de qua rursus infra sermo erit.

V. *Gratianus nunquam Romæ fuit.*

Petavius in Notis ad Orationem XIII. Themistii suspicatur, *Gratianum* currenti anno Romam venisse, ibique triumphasse, quod Themistius dicat: *At certe Scipio cum asseritum a vinculis Terentium Carthagine adduceret, jucundius est a vetustis illis Romanis conspectus: atque hac triumphi maxime splendida & magnifica pars fuit, Vir Romanus illustris, Scipionem in libertatis pileo asectans. At Gratianum solemni pompa ingredientem, quantum agmen eorum, qui servati & soluti sunt, sine pileo, aut alia libertatis nota sequitur? Ego vero sanctiorem hunc triumphum existimo*

rere laboravit; nec tamen fessus est aliquando, si reddere solita terra fructum centuplum, ne jactum quidem semen ingrata rependeret; hinc ipse (*a*): *Dicet aliquis; tu nobis quotidie virginum canis laudes. Quid faciam, qui eadem quotidie cantitu, & proficiu nihil? Sed non mea culpa. Denique de Placentino sacrandæ virgines veniunt, de Bononiensi veniunt, de Mauritania veniunt, ut hic velentur. Magnam rem videtis; hic tracto, & alibi persuadeo. Si ita est; alibi tractemus ut vobis persuadeamus. Quid quod etiam qui me non audiunt, sequuntur; qui audiunt, non sequuntur? Nam plerasque virgines cognovi velle, & prohiberi etiam prodire a matribus, & (quod est gravius) viduis, cum quibus hic mihi sermo est.*

(a) Ambr. de Virg. l. 1.

XI. Aderat tunc in auditorio, cum hæc S. Ambrosius concionaretur, S. Eusebius Bononiensis Episcopus; de quo ipse (*b*): *Bene*, inquit, *accidit, quia nos laboraturos Dominus sciebat; & auxilium de sociis ministravit. Adest piscator Ecclesiæ Bononiensis aptus ad hoc piscandi genus.* Hæc idcirco Ambrosius, quoniam Eusebii cultura & studio Bononiensis Ecclesia ea præclara sobole fœcundata admodum videbatur, ut idem Ambrosius eodem libro primo testatur; ad quem & scripsit commentarium, cujus est titulus, *Institutio virginis.*

(b) Ambr. de Virgin. lib. 3.

XII. Erant plane sacræ virgines Ecclesiæ gemmæ ornantes Episcoporum coronas, eædemque Deo dicatæ duplicis erant generis, alterius nimirum eæ quæ in domo paterna cum suis parentibus & cognatis agebant, e quarum numero sancta Marcellina Ambrosii soror fuit, quæ Romæ a Liberio Papa Deo sacrata domi degebat, atque alias ipsa dives in eandem professionem & consortium sibi adlegerat; sicut & Romæ itidem Eustochium, Principia, Demetria, & aliæ apud suos habitantes, atque Deo servientes: alterum autem earum genus erat, quæ sub uno conclavi, nempe in monasterio religiosam vitam ducerent, quarum supra suo loco meminimus. De Orientalis quoque Ecclesiæ ejusdem institutionis observantia, duplicique genere distinctis sacris virginibus sanctus Gregorius Nazianzenus in carmine ad Hellenium (*c*) his verbis meminit: *Multas quidem in omnibus illis regionibus, quas salutifera Christi doctrina peragravit, invenire est, quæ partim in sodalitio vivunt, eamdemque cælestis vitæ cupiditatem fovent, atque idem vitæ institutum sequuntur, partim infirmis suis parentibus aut fratribus, quos castitatis suæ testes habent, sedulæ assident. Mihi quidem etsi parvus est hujusmodi mulierum numerus; cælestibus tamen, pulcherrimisque Christi sideribus adeo gestio atque exulto, ut pro paucis his meis de virtutis præstantia cum multo pluribus in contentionem venire non dubitem.* Sic ille.

Virgines in Ecclesia magnum decus.

Sacratum virginum genus duplex.

(c) Greg. Naz. ad Hellen.

Ejusmodi autem sacris virginibus ad ecclesiam venientibus, locus ab aliis tabulati interstitio separatus dabatur, & quidem ornatus diversis appositis ex divinis Scripturis virginitati congruis monumentis; prout S. Ambrosius, virginem lapsam alloquens, docet his verbis (*d*): *Nonne & illum locum tabulis separatum, in quo in ecclesia stabas, recordari debuisti ad quem religiosæ matronæ & nobiles certatim currebant tua oscula petentes, quæ sanctiores & meliores te erant? Nonne vel illa præcepta, quæ oculis tuis ipse scriptus paries ingerebat, recordari debuisti? Divisa est mulier & virgo: Quæ non est* (*e*) *nupta, cogitat quæ Domini sunt, quomodo sit sancta corpore & spiritu. Tu autem in contrarium vertens dictum, &c.*

(d) Ambr. ad Virgin. lapsam c. 6.

(e) 1. Cor. 7.

XIII. Porro etsi in his Ambrosius admodum versatus est; nihil tamen apud eum antiquius fuit, vel curavit propensius, quam ad exactam absolutamque Ecclesiasticam disciplinam clerum componere; cujus rei causa tres illos egregios de Officiis libros scribere postea est aggressus, cum aliquandiu populum docuisset, in quorum exordio ita præfatur (*f*): *Ego enim raptus de tribunalibus atque administrationis infulis ad sacerdotium, docere vos cœpi, quod ipse non didici. Itaque factum* est,

Ambrosius componit Clerum.

(f) Ambr. de offic. l. 1. c. 1.

PAGIUS *stimo, quem de iis, quos servaverit & custodierit, ducet.* Hæc quæ de apparatu triumphali dicuntur, quo Gratianus Romam ingrediens excipiendus erat, magnam mihi suspicionem faciunt, inquit Petavius, id quod tamen ex nullis aliis monumentis liquet, Gratianum Romam venisse, quo anno dicta est Oratio hæc, id est, anno CCCLXXVII. circa mensem Aprilem aut Maium: quo tempore nulla Constitutio, nullum rescriptum proferri potest, a Gratiano alibi datum; nullum denique vestigium, quo ejus vel in Galliis, vel in alia terrarum parte commoratio demonstretur. Auget vero suspicionem meam, quod Orat. 15. pag. 208. conceptis verbis Theodosio audiente confirmat, Gratianum a se visum olim & oratione compellatum: se vicissim dicentem ab eo auditum, acceptumque comiter & perbenigne. Romæ igitur id factum oportuit, quo & se venisse Gratiano hortatore, profitetur Orat. 31. ubi denique expectari Gratianum hoc loco testatur. Ita Petavius.

VI. Verum hæc conjectura nequaquam admittenda: ab anno enim trecentesimo quarto ad quadringentesimum quartum nempe per integrum seculum *ter* tantum Augusti Romæ visi, ut inquit Claudianus in sexto Consulatu Honorii, cujus versus anno CCCXCV. explicabimus. Quare Constantini Magni tempore ipse & *Maximianus Herculius* Romæ fuerunt. Secundo, *Constantius* ibidem triumphavit, & tertio, *Theodosius Magnus* & *Valentinianus junior* in eandem Urbem

Imperatores qui hoc sæculo Romam venere.

est, ut prius docere inciperem, quam discere. Discendum igitur mihi simul & docendum est; quoniam non novi ante discere. Et quantumlibet quisque profecerit; nemo est qui doceri non egeat, dum vivit. Ita ipse. Qualem autem delectum habuerit in clericis deligendis, quamque in singulos ad officia Ecclesiastica cooptandos fixerit oculorum obtutum; quæ ipsemet habet in iisdem tunc a se editis commentariis, his verbis significat (*a*): *Meministis, filii, quemdam amicum, cum sedulis se videretur commendare officiis, hoc solo tamen in clerum a me non receptum, quod gestus ejus plurimum dedeceret: Alterum quoque cum in clero reperissem, jussisse me, ne umquam præiret mihi, quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos feriret meos. Idque dixi, cum * redierint post offensam muneri; hoc solum excepi. Nec fefellit sententia. Uterque enim ab Ecclesia recessit, ut qualis incessu prodebatur, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Arianæ infestationis tempore fidem deseruit; alter pecuniæ studio, ne judicium subiret, sacerdotem se nostrum negavit. Lucebat in illorum incessu imago levitatis, species quædam scurrarum percursantium.* Hæc ipse.

(a) Ambr. de offic. l. 1. c. 18.

* reddetentur.

XIV. Ambrosius corrigit pravos usus.

At sicut ex Ariani Episcopi administratione populum magna ex parte corruptum curavit, atque eletum Ecclesiastica disciplina solutum correxit; ita ad Gentilicios mores incuria ministrorum coalitos quantocyus extirpandos incubuit. Fidem horum facit declamatio illa adversus Januarii (*b*) Kalendas superstitiose colentes. Acclamationesque illas in Lunæ defectu penitus sustulit (*c*); auctorque extitit, ut diem illum Kalendarum, quo populus Gentilis genio indulgebat, Fideles jejunando transigerent. Sed & quæ symbolo aliquo & affinitate Gentiliciis ritibus viderentur esse conjuncta, penitus abolevit, ut inter alia piorum illa convivia, Agapes nominata, in ecclesiis peragi consueta, quorum meminit Augustinus (*d*); quæ quod imaginem quamdam Parentalium repræsentarent, Ambrosii exemplo idem sanctus Augustinus postea in Africana Ecclesia auferenda curavit (*e*). In eo quoque multus fuit, ut pravam illam consuetudinem, quæ tam in Occidente, quam etiam in Oriente usu temporis coaluerat, qua Fideles quamplurimi usque ad provectiorem ætatem baptismum differrent, penitus ut malum germen ex agro Dominico evelleret; & quod se fecisse doluit, ab aliis ne in posterum fieret, vehementer admonuit (*f*): præstiteruntque hoc ipsum apud Orientales Basilius atque Gregorius Nazianzenus, necnon Gregorius Nyssenus, ut ipsorum de Baptismo editæ orationes significant. At de rebus ab Ambrosio gestis hoc tempore hactenus; conveniemus eum sæpe in futurum.

(b) Ambr. serm. 10. (c) Ambr. serm. 82. (d) August. confess. l. 6. c. 2. (e) Conc. 3. Carthagin. c. 30. Augustin. epist. 64. (f) Ambr. ser. de Sanctis, & aliis in locis.

XV. Hoc eodem anno idem Imperator pro clericorum immunitate ita rescripsit (*g*): *Presbyteros, diaconos, subdiaconos, atque exorcistas, & lectores, ostiarios etiam, & omnes perinde qui primi sunt, personalium munerum expertes esse præcipimus. Dat. III. Non. Mart. Gratiano IV. & Merobaude Coss.*

(g) l. 24. de Episcop. & cleric. C. Theod.

XVI. Symmachi honores.

Hoc pariter anno, magno favore Imperatorum, tum Romæ, tum etiam Constantinopoli Symmacho Consulari, ipsis Principibus carissimo dedicata statua est: ejus autem quæ Romæ erecta est, basis ejusmodi habuit inscriptionem (*h*):

(h) Lib. Inscript. edit. Plantinian. pag. 704.

PHOSPHORII

L. AUR. AVIANIO. SYMMACHO. V. C. PRAEFECTO. URBI CONSULI. PROPRAEFECTIS. PRAETORIO. IN. URBE. ROMA FINITIMISQUE. PROVINCIIS. PRAEFECTO. ANNONAE. URBIS. ROMAE. PONTIFICI. MAIORI. QUINDECEMVIRO. S. F MULTIS. LEGATIONIBUS. PRO. AMPLISSIMI. ORDINIS. DESIDERIIS. APUD. DIVOS. PRINCIPES. FUNCTO. QUI. PRIMUS. IN SENATU. SENTENTIAM. ROGARI. SOLITUS. AUCTORITATE. PRUDENTIA. ATQUE. ELOQUENTIA. PRO. DIGNITATE. TANTI. ORDINIS. MAGNITUDINEM. LOCI. EIUS. IMPLEVERIT. AURO. INLUSTREM. STATUAM. QUAM. A. DOMINIS. AUGUSTISQ. NOSTRIS. SENATUS. AMPLISSIMUS. DECRETIS. FREQUENTIBUS. IMPETRABIT. IDEM. TRIUMPHATORES.

PRIN-

PAGIUS bem venere; sed nullus alius Imperator toto illo sæculo Romæ fuit, ut loco citato magis explicabimus. Themistius itaque loquitur de ingressu Gratiani in urbem Trevirensem post victoriam Alamannicam hoc anno reportatam, de qua anno sequenti agemus. Post pugnam enim Argentuarensem, seu victoriam, Treveros reversus est; ubi data ab eo XV. Kal. Octob. Lex 3. Codicis Theodosiani *Tributa in ipsis speciebus*, *Mense Februario* Alemanni Rhenum transiere, adversus quos Gratianus Duces suos misit, quos ipsemet postea secutus est, ut habet Ammianus lib. 31. cap. 10. Themistius Gratianum videre & oratione compellere potuit anno trecentesimo septuagesimo octavo, aut insequenti, quo eum Constantinopolim venisse, anno CCCLXXVIII. num. V. & VII, dicemus.

PRINCIPES. NOSTRI.* CONSTITUI. APPOSITA. ORATIONE JUSSERUNT. QUAE. MERITORUM. EIUS. ORDINEM. AC. SERIEM. CONTINERET. QUORUM. PERENNE. JUDICIUM. TANTO. MUNERI. HOC. QUOQUE. ADDIDIT. UT. ALTERAM. STATUAM. PARI. SPLENDORE. ETIAM. APUD. CONSTANTINOPOLIM. COLLOCARET : a dextero latere ejuſdem baſis hæc : DEDICATA. III. KAL. MAIAS. D. N. GRATIANO. IIII. ET. MEROBAVDE. COSS.

☞ hactenus inſcriptio Symmachi, de qua moniti errorem corrigimus, ſiquidem ſecuti fallaces duces, cum ipſis erravimus, dicentes hunc ipſum eſſe Symmachum Urbis Præfectum, qui pro Ara Victoriæ laboravit. Verum erratum corrigimus, aſſerentes hunc ab eo diverſum; parentem tamen ipſius prænomine Lucium Avianum, filium vero Quintum eſſe dictum, cujus tamen Urbana Præfectura non ante annum Domini trecenteſimum octogeſimum quartum contigerit, poſt annos ſeptem. ☜

XVII. At viſis his, quæ Principes ſæculi Romæ Symmacho præſtiterunt; quid ibidem majoris honoris contulerit Deus Ambroſio, haud tacendum: accidit enim, quo anno, neſcitur (poſt aliquot enim annos ab Ambroſii ordinatione contigiſſe tradit Paulinus ejus Romam adventum) ut illud inſigne miraculum ederetur, quod idem auctor deſcribit his verbis (a): *Per idem tempus cum Transtiberim apud quamdam clariſſimam invitaretur, ut ſacrificium in domo offerret; quædam balneatrix, quæ paralytica in lecto jacebat, cum cognoviſſet ibidem eſſe Domini ſacerdotem, in ſellula ſe ad eamdem domum, ad quam ille invitatus advenerat, portari fecit, atque oranti & imponenti manus veſtimenta attigit; quæ cum exoſcularetur, ſtatim ſanitate recepta, ambulare cœpit; ut impleretur illud Dominicum dictum ad Apoſtolos (b): Etiam majora his facietis credentes in nomine meo. Quod tamen ſignum ſanitatis ut mirabile fuit, ita etiam nec occultum: nam ego poſt annos plurimos, ſanctis viris referentibus, poſitus in Urbe cognovi.* Hæc Paulinus. Vides ex his pariter priſtinam illam adhuc perſeverare Romæ conſuetudinem, quæ tempore perſecutionis uſu fuerat neceſſario introducta, nempe ut in domibus privatis ſacra agerentur Miſſarum ſolemnia; quod pluribus exemplis tomo ſecundo Annalium eſt demonſtratum: quomodo vero poſt hæc Eccleſiaſtico canone decretum ſit, ne in privatis ædibus ſacrificia offerrentur, ſuo loco dicendum erit.

(a) Paulin. in vita Ambros.

(b) Joan. 14.

JESU CHRISTI ANNUS 378.	DAMASI PAP. ANNUS 12.	VALENTIS 15. GRATIANI 12. IMPPP. VALENTIN. 3.

I. S. Baſilii magni obitus tempus.

ANnus trecenteſimus ſeptuageſimuſ-octavus aperitur novis Conſulibus Valente ſextum & Valentiniano janiore; cujus exordio, ipſis Kalendis Jnnuarii, S. Baſilius octo nnnis, menſibus ſex, & diebus ſexdecim in Epiſcopatu perfunctus, feliciter nd Deum ex hnc vitn migravit: quibus agitur in Eccleſia ejus natalis dies, per annos ſingulos jugi memoria repetendus, ſed & dies electionis ejuſdem decimooctnvo Knlendns Julii in Eccleſiaſticis tabulis ndnotatur. Annum vero octavum Bnſilium in ſede nbſolviſſe, nonumque inchoaſſe, teſtifientione Gregorii (*a*) fratris ipſius Nyſſeni Epiſcopi ſuperius in ejus electione dictum eſt; ſed & Gregorius Theologus in ipſius epitaphio octo itidem nnnos eum in ſede abſolviſſe confirmat; ut nulln plnne de his remaneat dubitatio. Quod ſi S. Hierouymus ſub Gmtinno, abſque Valentis Imperli mentione, dicat S. Baſilium deceſſiſſe; hæc ldcirco, quod maluit retuliſſe obitum ejus ad tempus pii Imperatoris, qui hoc ipſo nnno, exrincto Valente, Orientis quoque ſibl ſubjectum adminiſtrandum ſuſcepit Imperium. His vero de tempore obitus Baſilii eluei-datis, jam lpſam de morte ejus hiſtorinm proſequamur, petitam ex Gregorio Nazianzeno, qui eam ita deſcribit (*b*):

(*a*) *Gregor. Nyſſ. epiſt. ad Olymp. de obitu S. Macrina.*

(*b*) *Greg. Naz. orat. in laud. Baſilii.*

II. Qualis Baſilii obitus.

Cum autem curſu confecto, fideque ſervata, reſolutionis deſiderio teneretur, tempuſque coronarum appeteret, atque illud quidem non audiſſet (*c*): Aſcende in montem, & morere; *verum*: Morere, & ad nos aſcende; *hic quoque miraculum edit ſuperioribus nequaquam inferius. Nam cum ferme mortuus & exanimis eſſet, maximaque ex parte vita perfunctus, circa extremos ſermones invaleſcit, ut cum pietatis verbis abſcederet, ac fideliſſimis ſuis cultoribus ad Eccleſiaſticos gradus provehendis manum & ſpiritum praberet, ne ſacrario fraudarentur, quos diſcipulos atque in ſacerdotio adjutores habuerat.* Et paulo poſt: *Jacebat ille extremos ſpiritus ducens, atque a cæleſti choro, ad quem jampridem oculos converſos habebat expetitus. Circumfuſa autem illi erat tota civitas, calamitatem hanc ægerrime ferens, ac*

(*c*) *Deuter.* 32.

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1131. Olymp. 289. an. 2. A.C. 378.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5871.

☉ 23. G. ☽ 18. P. 14 April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 378.

DAMASI PAPÆ 13.

GRATIANI 12. VALENTINIANI JUNIORIS IMPP. 4.

I. [1] ANum. I. ad XII. Coſſ. *Valens Aug. VI.* & *Valentinianus junior Aug. II.* Ille in Oriente, hic in Occidente: ille juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam; Quiodeceonalia enim exhibuit: hic juxta tertiam.

Coſſ. & *Quindecennalia Valentis.*

II. Obitus D. Baſilii.

Divus Baſilius Cæſareæ Epiſcopus *Kalendis Januarii*, anni trecenteſimi octogeſimi mortalitatem explevit. De die nulla difficultas eſſe poteſt; ſed annus hactenus ignoratus fuerat. Hunc tamen indicarat Amphilochius io fine Vitæ hujus Sancti: ſed quia locus interpolatus eſt, a recentibus Scriptoribus non intellectus. Ait Amphilochius: *Requievit Baſilius primo Januarii anni quinti Valentis & Valentiniani* Baronius in Annalibus anno ſequenti numero XLIII. ea verba interpretatur de anno quinto Imperii Valentiniani ſenioris & Valentis, quo nondum Baſilius Epiſcopus erat; hiocque Amphi-

NOTÆ [1] COſſ. *Valens Aug. VI.* & *Valentinianus junior II.* Socrates, lib. IV. cap. XXXVIII. *Valens Conſulatu ſuo ſexies*, & *Valentiniano bis*. Faſti Idatii, & Proſperi chronicoo: *Valente* VI. & *Valentiniano II.*

Chronicon Paſchale, ſeu Alexandrinum: *Valente Auguſto* VII. Mendoſe pro VI. & *Valentiniano Cæſare* II. S. Hieronymus in epiſtola præfixa tranſlationi Chronici Euſebii: *Valente ſexies*, & *Valentiniano iterum*. Laterculus Paſchalis Bucherianus, & Chronicon Caſſiodori conſulares Faſtos hujus anni exarant in hunc modum: *Poſt conſulatum Gratiani* III. lege IV. & *Merobaudis*. & poſt hæc Bucherianus; *Valente* VI. & *Valentiniano juniore*. Apud Hieronymum in Chronico habetur hæc: *Quia ſuperiore anno Sarmata Pannonias vaſtaverant, iidem Conſules permanſere*. Paſchalis laterculus in fine Gennadii: *Valente*, ſubaudi VI. & *Valentiniano* II. Vetus lapis erutus in vinea Naria, via Salaria A. D. 1735.

DECESSIT X KAL. JUNIAS
ET. DEPS................
DD NN VALENTE AUG. VI.
ET VALE*ntiniano* II. *Coſſ.*

Fragmentum item veteris lapidis in cœmeterio Calliſti repertum eodem anno 1735.

.... COMPARI SUAE
........ANN. P. M. XI.
Valente VI. ET VALENTINIANO II.

ac discessum perinde ac tyrannidem accusans, ejusque anima non secus ac si vel manibus, vel precibus retineri ac cogi posset, arripere tentans. Mentis enim errorem mærore contraxerant, nec quisquam erat qui non aliquam suæ vitæ partem, si fieri posset, illius vitæ addere paratus esset.

III. *Ut autem victi sunt (oportebat enim eum hominem inveniri atque convinci) atque ipse ad Angelos eos, a quibus abducebatur, postrema hæc prolocutus:* In manus tuas commendo spiritum meum (*a*);

(a) Luc. 16. & Psal. 30.

animam lætus exhalasset, non ante tamen quam sacrosancta doctrina eos qui aderant inanibus instruxisset, extremisque alloquiis meliores effecisset; tum vero miraculum omnium quæ unquam fuerunt celeberrimum designatur. Efferebatur vir sanctus, sanctorum manibus exaltatus; atque omnes operam dabant, partim ut fimbriam arriperent, partim ut umbram, partim ut feretrum, quo sanctus portabatur, vel solum attrectarent (quid enim illo corpore sanctius ac purius?) partim ut propius ad eos qui corpus ferebant, accederent, partim ut aspectu solo fruerentur, tanquam eo quoque utilitatis aliquid afferente. Plena erant fora, porticus, duplicia & triplicia tabulata hominum illum deducentium, præeuntium, sequentium, assectantium, seque invicem conculcantium, multa millia hominum omnis generis & ætatis ad eam diem incognita: psalmodiæ luctu interrumpebantur ac vincebantur, patientia doloris magnitudine frangebatur. Certabant nostri cum exteris, cum Ethnicis, Judæis, advenis, iique vicissim nobiscum, utris uberiores lacrymæ uberiorem utilitatem afferrent. Ut finem faciam, in periculum etiam luctus desiit, pluribus nimirum hominibus illa propulsionis & prostrationis violentia extinctis, atque hinc simul cum eo digressis; qui etiam mortis nomine felices existimati sunt, ut ipsius itineris comites, atque (ut ferventiorum quispiam dixerit) funebres victimæ. Tandem corpus vix raptoribus elapsum, ac prosequentium victor in parentum sepulcro conditur, ac sacerdotibus sacerdotum princeps, prædicatoribus magna vox, meisque auribus insonans, martyribus martyr adjungitur.

Basilii funus.

IV. *At nunc ille quidem in cælis est, illicque ut opinor, sacrificia pro nobis offert, ac pro populo preces fundit (neque enim ita nos reliquit, ut prorsus reliquerit) ego autem semianimis & semiconfectus Gregorius, utpote a præclara illa conjunctione abreptus, ac tristem vitam & difficilem trahens, ut probabile est eum qui ab eo disjunctus sit, haud scio quid de me tandem fiet illius castigatione privato. Quamquam nunc quoque ob eo admoneor, ac per nocturna visa castigor, si quando ab officio recessero, &c.* Summo quidem dolore ex Basilii obitu Gregorius affectus est, utpote illi ætate æqualis, educatione similis, religione frater, sacramento collega, professione par, studiis laboribusque conjunctus, atque amicitia idem ipse unus cum

Basilius in Cælo pro his qui in terris sunt precatur.

PAGIUS philochium jocose ludit, quod Basilium ante mortuum, quam Episcopum crediderit. Combefisius in Notis ad Amphilochium eadem verba intelligit de quinto Valentis Consulatu, qui in annum Christi CCCLXXVI. incidit. Sed vana utraque explicatio: Amphilochius enim loquitur de anno quinto Valentiniani Junioris, mense Novembri anni trecentesimi septuagesimi noni inchoato, ideoque significat, Kalendis Januariis anni trecentesimi octogesimi Basilium mortuum esse. Eum quippe Kalendis Januariis ad Deum migrasse diserte asserit. Nomen itaque Valentis a sciolo quopiam intrusum, ideoque ex Amphilochii textu expungendum. Nec mirum, Amphilochium Basilii mortem anno quinto Valentiniani junioris, qui in Occidente imperabat, consignasse, cum Hieronymus eundem sub Gratiano, qui etiam in Occidente regnabat, decessisse scripserit. Quare non dubium, quin Combefisius citatus hallucinatus fuerit, quando scribit annum illum quintum sive Imperii, sive Consulatuum Valentis & Valentiniani falsum esse; quod, inquit, ea temporis nota in Vitis Sanctorum non soleat apponi. Nam nihil frequentius in eisdem, quam similes temporis characteres occurrunt. Recte tamen Combefisius ait, eam Sancti Basilii Vitam Amphilochio abjudicandam non esse; quod eo magis existimandum, quod in ea certus Basilii mortis annus, qui alibi non legitur, diserte memoretur. Quod si Basilius anno tantum trecentesimo septuagesimo primo Episcopus Cæsareæ dictus fuerit, ut suo loco ostendi, mors ejus in alium annum, quam in trecentesimum octogesimum incidere non potuit. Præterea Cotelerius in 2. tomo Monumentorum Ecclesiæ Græcæ refert ex duobus Codicibus Bibliothecæ Regiæ epistolam, cui titulus: ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ. id est: *Basilius Magno Imperatori Theodosio.* Theodosius die XIX. Januarii anni trecentesimi septuagesimi noni Imperator nuncupatus est; Basilius vero Kalendis Januariis ad cælestem patriam migravit. Non itaque ante annum trecentesimum octogesimum; alioquin ad Theodosium Imperatorem scribere non potuisset, cum mortuus fuisset, vel hoc anno, ut vult Baronius, vel Kalendis Januarii anni sequentis, ut Hermantius in Vita SS. Basilii & Gregorii Nazianzeni, aliique Viri doctissimi tradidere. Hæc epistola certo difficultatem dirimeret, si constaret, eam legitimum Sancti Præsulis fœtum esse. Verum Cotelerius in Notis ad eam epistolam ait: *In primo e Codicibus emuncta naris Criticus adnotaverat. ἡ ἐπιστολὴ αὕτη, οὔτε ἀπὸ τῶν νοημάτων, οὔτε ἀπὸ τῆς φράσεως ἔοικεν εἶναι τοῦ μεγάλου Βασιλείου.* hoc est: *Ista epistola neque ex sensis neque ex dictione videtur esse Magni Basilii.* Ipseque Cotelerius, dum viveret, illius epistolæ stylum Basilio non convenire sese autumare, mihi ore tenus affirmavit. Sed quidquid hac de re sit, Basilium hoc vel sequenti anno mortuum gratis asseritur, ut mox magis videbitur.

cum eo, prout hæc omnia ipse deplorans in orationis ejus fine testatur. Quam ob causam diu multumque flevit Basilium, non ut amicum tantum ac fratrem, sed ut Ecclesiarum Orientis lumen & gloriam. Unde ipse hoc tempore ad ipsius Basilii germanum Gregorium Nyssenum, audita ejus morte, gemens hæc scribit (a):

(a) Greg. Naz. epist. 37.

V. Gregorii Nazianzeni epistola ad Gregorium Nyssenum.

Hoc quoque ærumnosæ huic vitæ reliquum erat, ut Basilii mortem audirem, sanctæque illius animæ peregrinationem, qua a nobis peregre profectus est, ut præsens sit apud Dominum, utpote toto vitæ curriculo hoc unum meditatus. Mihi vero præter alia hoc quoque ereptum est (quod etiamnum gravi ac periculoso morbo laborem) ut & sanctum cinerem exoscular, tibique præsto sim convenientibus muneribus perfungenti, communibusque amicis nostris consolationem adhibeam. Nam Ecclesiæ solitudinem intueri hujusmodi gloria detonsæ & spoliatæ, atque hujusmodi corona excussa tam grave est, ut nec oculis spectari, nec auribus concipi possit cordatis utique & prudentibus viris. Tu vero, quamquam & amici multi & sermones ad consolationem tibi adsint; tamen a nullo perinde mihi solatium capere posse videris, quam a teipso, illiusque recordatione; quippe qui aliis quoque omnibus philosophiæ exemplum fueritis, ac velut regula quadam spiritualis tam moderationis in rebus secundis, quam tolerantiæ in adversis. Quandoquidem duo hæc novit philosophia, nimirum & prosperitate modeste uti, & calamitatem honeste ferre. Atque hæc a nobis ad præstantiam tuam scripta sint. Me vero hæc scribentem quod tempus, quæ ratio consolabitur præter tuam societatem & congressionem, quam beatus ille vir pro omnibus rebus nobis reliquit, ut virtutes illius vita quasi in pulchro & perspicuo speculo intuentes, illum quoque habere existimemus? Hactenus ad Nyssenum Theologus, cum & ad Eudoxium (b) rhetorem eodem argumento paucis his:

(b) Gregor. Naz. epist. 39.

VI. Status Gregorii Nazianz.

Quæris, quo statu res nostræ sint? admodum acerbo; Basilium non habeo: Cæsarium non habeo, spiritualem fratrem meum & corporalem; pater meus & mater mea dereliquerunt me (ut cum Davide (c) loquar) corpus adversa valetudine laborat, senectus caput premit, curæ aliæ aliis intexuntur, incursant negotia, infidi amici, Ecclesiæ res pastore & gubernatore carent: pereunt bona, nuda & aperta sunt mala; navigatio in nocte, fax nusquam, Christus dormit. Quid faciam? Una mihi malorum depulsio mors. At res etiam alterius vitæ mihi formidolosæ sunt, ex hujus vitæ rebus conjecturam ducenti.

(c) Psal. 26.

Porro idem Gregorius luculentam quidem funebrem habuit orationem, qua ejusdem Magni Basilii res gestas contexuit, dignum plane atque nobile monumentum, nobilis instar columnæ & vivæ statuæ, in qua cum Basilii egregia relucet imago, tum Gregorii excellens exprimitur artificium, utrumque ubique perspicuum, & immortale. Laudarunt autem Basilium non solum Gregorius Nazianzenus atque Nyssenus clarissimi hujus sæculi oratores; sed & magnus ille Syrus Ephræm diaconus Edessenus eidem postrema persolvit, qui & hujusmodi præconiis, instar tituli sepulcralis, hac apostrophe ad finem orationis apposita, amicum quem adeo coluit, sepelivit:

VII. Quas laudes Basilio tribuit Ephræm.

O fidelis, inquit, *Basili, velut Abel acceptus es, sicut Noe salvatus, tamquam Abraham amicus Dei vocatus, ut Isaac pro victima Deo oblatus; instar Jacob tentationes fortiter pertulisti, & sicut Joseph magnifice glorificatus es; ut Moyses, Pharaonem posteriorem virga Crucis demersisti, mare passionum secans; ut Aaron, summus sacerdos Domini fuisti: ut Jesus filius Nave, inimicos in fugam vertisti: ut Phinees æmulator, gratia dignus habitus: ut Isaias, spirituali igne mundatus: ut Ezechiel, sedentem super cherubin spectasti; ut Daniel, ora leonum obturasti; & sicut tres pueri, adversariorum flammam recte conculcasti. Instar Petri prædicasti, instar Pauli docuisti, instar Thomæ Filium Dei passum confessus es: instar Matthæi, Marci, Lucæ, & Joannis, de rebus divinis disseruisti; instar Apostolorum, iniquos erudisti, impios convertisti, & Deo gratus fuisti; deprecare pro me admodum miserabili, & revoca me tuis intercessionibus pater.* Hæc & alia plura in laudem Basilii Ephræm, vir quidem ab adulatione remotissimus, verique si quis alius studiosissimus, ac proinde ab historia minime explodenda. Quidni summis efferret virum præconiis, quem divini Spiritus sciret aperta testificatione laudatum? siquidem (ut auctor est Gregorius Nyssenus & ejus vitæ Acta testantur) cum illum convenit, vidit super Basilii dexteram insidentem columbam, eidem concionanti sermonem suggerentem; columbam quidem hieroglyphicum esse Spiritus sancti, ex sancto Evangelio omnibus notum est.

VIII. Basilium imitati sunt omnes.

Tanta porro refulsit Basilius claritudine, ut cum omnes tamquam omnibus numeris absolutum sibi proposuerint imitandum exemplar: nullum putantes in eo habendum esse delectum, ut quid deligendum, seligendum vero quid in eo existimarint; sed quæcumque ejus essent dicta vel facta, etiam quibus natura minus feliciter arrisisset, eadem ex eo tantum, quod Basilii essent, exacta perfectaque putarint. Audi de his Gregorii testimonium (d): *Tanta*, inquit, *ipsius virtus gloriaque præstantia fuit, ut multa etiam ex parvis illius virtutibus, atque adeo ex corporeis* de-

(d) Greg. Naz. orat. in laud. Basil.

defectibus ab aliis ad gloriam nominisque claritudinem parandam excogitata sunt; cujus generis sunt pallor, barba, certus incedendi modus, tum etiam ad loquendum minime promptum esse, sed ut plurimum, cogitabundum atque intro collectum (id quod multi non recte imitantes, nec animadvertentes, in odiosam quamdam tristitiam inciderunt) vestis etiam genus, & lectuli species, & cibi sumendi modus; quorum nihil ille dedita opera, sed simpliciter ac fortuito factitabat. Ac multos jam Basilios specie tenus videre licet, statuas nimirum in umbris: multum enim fuerit, si repetitam Echus vocem esse dixero: nam illa quamvis postremam duntaxat vocis partem, expressius tamen effingit; hi autem longius ab eo distant, quam quantum accedere concupiscunt. Illud vero non parvi, sed maximi etiam momenti ad gloriam haud immerito existimatur, consuetudinem cum eo aliquando habuisse, aut cum coluisse, aut quippiam ab eo, vel joco vel serio dictum aut factum monumenti loco ferre; quemadmodum ipse quoque me hoc nomine sæpe gloriatum esse scio; quoniam quæ ab illo velut obiter fiebant, multo præstantiora erant, quam ea in quibus alii elaborant. At de his hactenus.

IX. Basilii scripta. Quod autem spectat ad Basilii scripta, sanctus Hieronymus hæc tantum relegit, cum ait (*a*): *Egregios contra Eunomium elaboravit libros, & de Spiritu sancto volumen, & in Hexameron homilias novem, & ἀσκητικὸν, & breves variosque tractatus.* Hæc ipse, ea tantum (ut par est credere) enumerans, quæ ad manus ipsius pervenissent; cum longe plura ab eo fuisse scripta elucubrata, ex Cassiodoro (*b*) possimus intelligere, dum Basilium numerat inter eos Græcos scriptores, qui a principio ad finem usque divinam scripturam sunt interpretati: quantam vero curam Basilius adhibuerit, ut ipsius scripta quam accuratissime describerentur, eleganti epistola ad suum librarium data significat (*c*), & alia ad notarium docet (*d*). Extant ejusdem sancti Basilii complura decreta, quæ Ecclesia Orientalis pie sancteque observanda suscepit, ut quæ continentur in tribus epistolis ad Amphilochium datis; in alia ad Theodorum scripta, alia ad Gregorium, sive Paregorium, qua vetuit senem septuagenarium habitare cum fœmina; & ad Corepiscopos de ordinandis; insuper & perstrinxit graviter simoniacos (*e*), sed & nundinationes fieri solitas in festis sanctorum martyrum vetuit (*f*).

(*a*) *Hier. de script. Eccl. in Basil.*

(*b*) *Cassiod. in præfat. lib. instit. divin. lection.*

(*c*) *Basil. epist. 188.*

(*d*) *Basil. ep. 178.*

(*e*) *Basil. epist. 76.*

(*f*) *Basil. reg. fus. disput. interrog. 40.*

X. Qui autem tam monachis, quam clericis necnon laicis vivendi regulas præscripsit, ipse factus erat (ut dictum est) forma omnibus: nam ut omittamus interiora; quod ad abstinentiam spectat & paupertatem, hæc omnia paucis his Gregorius (*g*) absolvit: *Illi tunica una, & pallium unum, & humi cubatio, & balnei contemptus, illa ejus decora ornamenta, & vigiliæ, & cœna suavissima atque pulmentum illi erat, novum nunquam illud condimentum panis & sal, & potio sobria & uberrima, quam nobis nihil laborantibus fontes proferunt.* Erga proximum vero talem se præbuit, ut ægrotos amplexibus atque osculis quoque foveret; hæc & alia plura Gregorius. Post Basilii vero obitum suffectus est in locum ejus Helladius ipsius discipulus, a quo scriptas fuisse res ab eodem S. Basilio gestas, auctor est Damascenus (*h*), sed non extant; quæ autem Amphilochii falso nomine fertur Vita Basilii, haud digna satis habetur, quæ eruditorum auribus ingeratur, nisi adeo sint perspicaces, qui in eis, quæ sint vera a falsis disquirere atque secernere valeant: complura enim ibi vera esse, inficias nemo iverit, ut ea præsertim quæ ab ambobus Gregoriis, Nazianzeno atque Nysseno, necnon ex Ephræm esse noscuntur accepta, vel ab Helladio mutuatus est auctor.

(*g*) *Greg. Naz. orat. in laudem Basil.*

(*h*) *Dam. de imag. orat. 1.*

XI. S. Basilii effigies. Porro ad postremum ex anonymo Vaticano, qualis esset S. Basilii effigies, hæc accipe: *Magnus Basilius procero fuit habitu corporis, & recto, siccus, gracilis, color ejus fuscus, vultus temperatus pallore, justus nasus, supercilia in orbem inflexa, & adducta, cogitabundo similis fuit, pauca in vultu rugæ, eæque renidentes, genæ oblongæ, tempora aliquantum cava, promissa barba, & mediocris canicies.* Hæc de vultu ibi; quæ autem subduntur, ab alio aliquo auctore addita esse putantur, quod veritati minime consentiant, dum ista ibi leguntur: *Quadraginta natus annos in Episcopalem sedem evectus est; annos quinque Ecclesiæ præfuit:* nam certioribus justis rationibus, & firmioribus testificationibus, rem aliter se habere, jam declaratum est. Accepimus hæc a viro diserto Petro Morino Parisiensi, qui una cum aliis ex eodem codice in Latinum vertit.

XII. Hoc eodem anno Kal. Februarii S. Ephræm diaconus Edessæ ex hac vita discessit

PAGIUS III. S. Ephrem obitus. Ad num. XII. *S. Ephræm* post Sanctum Basilium ex hac vita migravit, ut ex Sancti Basilii Vita ab Amphilochio elucubrata liquet. Quare verum est, quod in Anthologio ab Antonio Arcudio publicato legitur, Ephræm scilicet temporibus Theodosii Magni floruisse. Ephræmi Vita die prima mensis Februarii, quo colitur, a Bollando & Henschenio illustrata, sed perperam *mors* ejus præsenti anno collocata est. In dubium revocat Baronius, quod Am-

De tempore Ephræm obitus. sit, post mensis unius spatium a Basilii migratione, vel (ut Græci ejus diem natalem colunt) duodetrigesimo die. Expetierat id ipse ab eo in fine orationis panegyricæ, quam post obitum ejus habuit, illis videlicet verbis ad finem positis: *Deprecare pro me admodum miserabili, & revoca me tuis intercessionibus, &c.* Ut autem hæc de tempore ejus exitus statuamus, evidens certaque ratio persuadet. Etenim testificatione S. Hieronymi in commentario de scriptoribus Ecclesiasticis liquet ipsum mortuum esse Valente adhuc Imperatore regnante; quem constat hoc ipso anno, mense Augusti, ut dicemus, extinctum esse. Rursum vero cum certum pariter sit, ipsum supervixisse Basilio: nam (ut demonstratum nuper est) in ejus laudem panegyricum dixit; utique cogimur affirmare, tempore hoc interlabente inter Basilii obitum atque Valentis, ipsum Ephræm ultimum clausisse diem, nec alio quidem, quam qui vel a Latinis vel Græcis reperitur ejus memoriæ dedicatus, nempe a Latinis prima Februarii dies, a Græcis vero vigesima octava Januarii. Qui autem ista convellenda putat, necesse est ut S. Hieronymum erroris arguat, ostendatque Ephræm supervixisse Valenti: siquidem superstitem fuisse post Basilium, negari minime potest, oratione illa testimonium perhibente; quam esse dictionem Ephræm qui ejus scriptis assueverunt, numquam inficias ierint; hæc quæ ad temporis rationem pertinent, satis.

XIII. De obitu modo dicendum. Extat oratio, & quidem peregregia ab eo jam proxime morituro astantibus fratribus habita, quæ ea de causa Testamentum Ephræm est appellata; utpote quod illa divinam hæreditatem sanctis admonitionibus consignatam suis possidendam reliquit, cum inter cætera de vitandis hæreticis plurima inculcavit, nominans inter alios Vitalianos, illos nimirum qui a Vitale Antiocheno Apollinaristarum Episcopo ita vocati erant. Rursum vero inter alia quæ eo testamento suos admonitos voluit, illud fuit, quod perfectæ humilitatis, quam vivens præ cæteris virtutibus excoluit, egregium specimen dedit, dum magna contestatione prohibuit, ne exhiberi solita sanctis viris sumptuosa funera, exanimi suo corpori impenderentur; cum tamen illa postrema, quæ a sancta Ecclesia pro salute animarum præstari solent officia, nempe preces, & sacrificia, ea sibi impendi sollicitus postularit, ac inprimis his verbis:

XIV. *Ephræm vita fungendus pro se preces offerri ad Deum jubet.* *Hortor vos, ut loco suavis aromatum odoris, vestris me adjuvetis orationibus, in ipsis continue mei memoriam facientes:* Et inferius: *Comitemini me Psalmis & orationibus vestris, & assidue pro mea parvitate offerre dignemini; & cum trigesimum diem complevero, mei memoriam faciatis. Mortui enim beneficio afficiuntur in oblationibus recordationum sanctorum viventium.* Hæc ipse, qui tamen respuit cætera quæ honoris essent, defunctorum corporibus exhiberi solita, quod se illis indignum penitus judicaret; utpote qui se (ut ibi præfatus est) scelestissimum peccatorem existimaret, cum alloqui sanctissimus esset. Tale ultimis illis verbis, quorum major cæteris in unoquoque ratio haberi solet, quasi testamento & fide publica consignatum postremum reliquit elogium non suis tantum Edessenis, sed universæ Catholicæ Ecclesiæ Magnus Ephræm. *Qui* (inquit S. Hieronymus *a*) *ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum, publice in quibusdam Ecclesiis ejus scripta recitentur.*

(*a*) *Hier. de scrip. Eccl. in Ephræm.*

Quis ergo sanæ mentis homo non auscultandum tanto viro potius judicarit (etiam si cætera innumera ea de re testimonia minime suffragarentur) quam Novantibus una cum fide Patrum traditiones Ecclesiæ convellentibus? Lucubrationes ejus, quod Syro idiomate essent conscriptæ, haud confestim Græcorum aut Latinorum Ecclesiis innotuere: nam S. Hieronymus unius tantum voluminis meminit, quod ex Syro * in Græcum translatum accepit, pedetentim autem alia complura viri egregii monumenta per Græcorum alveos in Latinam Ecclesiam confluxere; quorum omnium in unum colligendorum, edendorumque fuit opus eruditi viri Gerardi Vossii. Quod autem dicatur presbyter a S. Basilio ordinatus; minime assentiri possumus; cum præter alia quæ repugnant, haud esset Basilii juris, Syrum hominem ordinare.

* Syrio.

XV. Rursus vero quod ad postremos illos perpetua memoria dignos ejus affatus pertinet; auctor est Gennadius (*b*), Ephræm commonuisse Paulinum discipulum suum caute agere, ne in hæreseos barathrum se præ-

(*b*) *Genn. de viris illustr. c. 3.*

PAGIUS Amphilochius in Vita S. Basilii cap. 23. dicit, Basilium nempe Sanctum Ephræmum ordinasse, quod haud esset Basilii juris Syrum hominem ordinare. Sed non dubito, quin Basilius Spiritu Divino impulsus, ut Ecclesiæ laboranti, & tunc ab Arianis oppugnatæ succurreret, extra ordinem Ephræmum Sacerdotem ordinasse.

IV. *Salus Ecclesiæ suprema lex.* Multa enim similia in Historia Ecclesiastica occurrunt contra vigorem Canonum gesta a præstantissimis Episcopis, qui, ubi Christianam Religionem periclitari videbant, parvipendere solebant regulas & Canones Ecclesiæ, dummodo Ecclesiam ipsam salvam & integram conservarent. Quare in hujusmodi discriminibus valebat hæc

Paulinus discipulus Ephræm in transversum actus.

præcipitem daret: oam de his hæc ipse: *Paulinus presbyter discipulus B. Ephræm diaconi, homo aeris valde ingenii, & in divinis doctus valde scripturis; sed vivente magistro clarus in doctoribus Ecclesiasticis fuit, & maxime ex tempore declamatar. Post illius autem obitum amore primatus & nominis, separans se ab Ecclesia scripsit cantraria fidei multa. Hunc obiturus B. Ephræm astanti sibi dixisse fertur: Vide, Pauline, ne te submittas cogitationibus tuis, & eleveris, sed cum te ad purum comprehendisse putaveris Deum, crede nec intellexisse. Præsenserat enim illum ex studiis vel sermonibus nova investigare, & in immensum intellectum hæreseon tendere; unde & frequenter Bardesanem novellum vocabat.* Hæc Gennadius, quæ tamen desiderantur in testamento, ubi complurium aliorum discipulorum ejusdem Patris benedictiones & monita recensita leguntor.

Contemptus Episcopatus exemplum.

(a) Sozom. l. 3. c. 15.

At infelicissimo Paulino satis ad Episcopatua dignitatia cootemptom esse poterat ejusdem Ephræm exemplom, quod a Sozomeno narratur his verbis (a): *Quodam tempore quidam ei ad Episcopatum gerendum suffragati, comprehendere hominem conantur, uti ad locum in quo crearetur Episcopus deducerent. Quod simul ut intellexit; in forum cursitat, atque incomposite incedendo, vestem lacerando, & cibum palam capiendo, se furere monstrat. Ubi vero hi qui eum comprehenderant, illum e mentis potestate exivisse arbitrarentur, & appetitio qua ad eum constituendum Episcopum ferebantur, restincta esset; ille idoneum tempus nactus clam aufugit, & tantisper latitavit, dum alter ejus loco creatus esset Episcopus.* Hæc, inqoam, si Paulinus considerasset, & desideriis habenas injecisset, magistri gloria haud impari claruisset. At de Ephræm

satis, cujus memoriam Catholica Ecclesia anniversaria commemoratione prosecuta est, in qua & S. Gregorius Nyssenus orationem ad populum habuit, atque res ab eo gestas omni fide testatas complectitur.

XVI.

Gratianus adversus Gothos parans exercitum fide se munit.

Hoc eodem anno Gratianus Imperator cum expeditionem adversus Gothos Thracias devastantes, suppetias Valenti laturus, pararet; in ipso ferme militari procinctu, quo scuto fidei melius quam quibusvis armis servaretur incolumis, gladioque verbi Dei validius quam lanceis hostes conficeret; petiit a Sancto Ambrosio, quem sincerissimum noverat Orthodoxum, libellum fidei; cum ille, secundum Domini admonitionem (b): *Si quis petit pallium, da ei & tunicam; & si quis te angariaverit mille passus, vade cum eo & decem millia.* Duos elucubratos scripsit ad eum de fide libros, quibus & tertium postea addidit; in quorum exordio hæc de Gratiani studio pietatis (c): *Petis a me fidei libellum, sancte Imperator, profecturus ad prælium: Nosti enim, fide magis Imperatoris, quam virtute militum quæri solere victoriam. Nam & Abraham (d) trecentos decem & octo duxit ad bellum, & ex inimicis trophæa hostibus reportavit, signoque Dominicæ Crucis, & nominis, quinque Regum victriciumque turmarum subacto robore, & ultus est proximum, & filium meruit & triumphum. Jesus (e) quoque filius Nave, hostes, quos totius exercitus manu valida superare non poterat, septem tubarum sacerdotalium sono vicit, ubi ducem militiæ cælestis agnovit. Ergo & tu vincere paras, qui Christum adoras; vincere paras, qui fidem vindicas, cujus a me libellum petisti. Mallem quidem cohortandi ad fidem subire officium, quam de fide disceptandi; in altero enim religiosa confessio*

(b) Matt. 5.

(c) Ambr. de fide ad Grat. lib. 1. cap. 1.

(d) Genes. 14.

(e) Jos. 6.

PAGIUS

hæc regula: *Salus Ecclesiæ suprema Lex esto.* Combefisius laudatus alias hujus facti rationes affert; sed hæc, qua Valesius in simili casu in Notis ad Theodoretum lib. 5. cap. 6. utitur, præferenda. Cotelerius tomo 3. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ pag. 453. refert Sancti Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani epistolam continentem responsiones ad quasdam interrogationes sibi factas, in qua legitur: *Interrogatus 3. de Presbyteris ordinatis Romæ, Neapoli & in Longobardia, absque acclamatione & titulo, an oportet eos recipere, & una cum iis communicare, vesci, psallere? Responsio. Hæreseos tempore propter urgentem necessitatem, non ea plane omni ex parte fiunt, quæ in pace sancita sunt. Id quod fecisse cernitur tum Beatissimus Athanasius, tum sanctissimus Eusebius, qui ambo extra Provinciam ordinationes peregerunt. Idemque nunc in præsenti hæresi factum conspicitur. Itaque memorati Presbyteri, si palam non sint reprehensibiles, nequaquam ob hujusmodi ordinationem aversandi sunt; verum admittendi secundum quatuor propositiones*, &c. Quod idem in re de qua agitur, dicendum. Est is *Eusebius Samosatensis Episcopus*, de quo mox.

V.

Gratianus Alamannos vincit.

Ad num. XVI. Victoriam Alamannicam a Gratiano relatam sub præcedentis anni Consulibus Cassiodorus in Chronico his verbis recitat: *Alamannorum triginta circiter millia apud Argentariam oppidum Galliarum (ab exercitu Gratiani) cæsa.* Quæ verba leguntur etiam in Chronico Hieronymi sub eodem Christi anno, nempe CCCLXXVII. juxta editionem Scaligeri; Pontacena enim per hæc tempora depravata. Quare quando Ammianus lib. 31. cap. 10. dicit, Alamannos transiisse *Rhenum gelu pervium pruinis Februario mense*, loquitur de mense Februario præcedentis Christi anni. Verum est, Hermantium lib. 8. Vitæ SS. Basilii & Gregorii Nazianzeni cap. 4. contendere, eam pugnam ad Argentariam oppidum in Alsatia situm, nuncque *Colmaria* appellatum, hoc anno habitam esse, quod eam referat Ammianus inter ea quæ sub finem anni præcedentis, & adventum Va-

est, in altero incauta præsumptio. Sed quoniam neque tu cohortatione indiges, neque ego excusandi liber: audax negotium verecunda occasione suscipiam, ut de fide pauca disceptem, de testimoniis plura contexam. De Conciliis id potissimum sequar, quod trecenti decem & octo sacerdotes, tamquam Abrahæ electi judicio, consono fidei virtute victores, velut tropheum toto Orbe, subactis perfidis, extulerunt; ut mihi videatur hoc esse divinum, quod eodem numero in Conciliis fidei habemus oraculum, quo in historia pietatis exemplum: & in fine posterioris libri (a):

(a) Ambr. de fide ad Grat. lib. 2. prope fin.

XVII. Victoriam certam vaticinatur Ambrosius.

Progredere plane scuto fidei septus, & gladium spiritus habens, progredere ad victoriam superioribus promissam temporibus, & divinis oraculis prophetatam. Namque, & futuram nostri depopulationem, & bella Gothorum Ezechiel illo jam tempore prophetavit (b), sic enim habet. Propterea prophetiza fili hominis, & dic; O Gog, hæc dicit Dominus: In die illa, cum constituerentur habitare populus meus Israel in pace, surges & venies de loco tuo ab extremo Aquilonis, & gentes tecum multæ, sessores equorum omnes, congregatio multa & magna & virtus copiosa, & descendet ad populum meum Israel, ut nubes operiet terram in novissimis diebus, &c. Gog iste Gothus est, quem jam vidimus exisse, de quo promittitur nobis futura victoria, dicente Domino. Et deprædabuntur eos qui deprædati eos fuerant, & despoliabunt eos qui sibi spolia detraxerunt (dicit Dominus) eritque in die illa, dabo Gog, hoc est Gothis locum nominatum, monumentum in Israel, multorum virorum congestum, qui supervenerunt ad mare, & per circuitum struet vallis peristominum, & obruet illic Gog, & totam multitudinem ejus, & vocabitur Polyandrium Gog; & obruet eos domus Israel, ut purgetur terra.

(b) Ezech. 38.

XVIII. Cladium Thraciarum causa.

Nec ambiguum, sancte Imperator, quod qui perfidiæ alienæ pugnam excepimus: fidei Catholicæ in te vigentis habituri sumus auxilium. Evidens enim antehac divinæ indignationis causa præcessit, ut ibi primum fides Romano Imperio frangeretur, ubi fracta est Deo. Non libet confessorum neces, tormenta, exilia recordari, piorum sacerdotia, peritorum munera. Nonne de Thraciæ partibus per Ripensem Daciam, & Mysiam, omnemque Valeriam Pannoniorum, totum illum limitem sacrilegis pariter vocibus & barbaricis motibus audivimus inhorrentem? Quid poterat nobis vicinia tam feralis invehere? Aut quemadmodum res Romana tali tuta poterat esse custodia? Sed jam satis superque omnipotens Deus, nostro exilio, nostroque sanguine confessorum neces, exilia sacerdotum, & nefas tantæ impietatis luimus; satis claruit, eos qui violaverunt fidem, tutos esse non posse. Convertere Domine, fideique tuæ tolle vexilla. Non hic aquilæ militares, neque volatus avium exercitum ducunt, sed tuum Domine nomen & cultus. Qualianam esse solerent hæc signa Occidentalium Imperatorum Gratiani & Valentiniani, hic impressa ipsorum numismata declarant, nempe Christi nomine Labara insignita, ut ipse probe intueri potes; in quo (ut inscriptiones in orbe ipsorum positæ docent) vir-

Ambrosii apostrophe.

PAGIUS lentis Constantinopolim, quo die XXX. Maii præsentis anni pervenit, contigere. Et quia Ammianus affirmat, bellum hoc ortum, quod Germani noscerent *exercitus pleramque partem in Illyricum, ut Imperatore mox affuturo, progressam*, ut nempe Valenti adversus Gothos Gratianus auxilio esset. Quæ verba ad exordium anni CCCLXXVII. referri non posse arbitratur Vir eruditissimus, quia non apparet, Gothos jam tum rebellasse, ideoque nec Valentem auxilium, nec præsentiam Gratiani postulare coactum fuisse. Nam leves hæ conjecturæ; cum certum sit, jam ab anno CCCLXXVI. Gothos adversus Romanos tumultuatos esse, & anno CCCLXXVII. ut tradit Ammianus citatus cap. 7. *Ricomerem* imperatu Gratiani e Galliis properasse ad Thracias petitu Valentis; imo & Valentem eo anno circiter medio Antiochia, ubi a pluribus annis agebat, adversus Gothos movisse. Cyrillus enim in Vita S. Euthymii a Cotelerio tomo 2. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ publicata cap. 3. ait: *Valens nondum quinto mense post Euthymii nativitatem elapso exercitum duxit adversus Barbaros*. Natus est Sanctus Euthymius quarto Gratiani Consulatu, ut ibidem prodit Cyrillus, anno nempe Christi trecentesimo septuagesimo septimo, idque ante mensem Maium, ut tomo sequenti ostendemus. Quare, licet *Valens* hoc tantum anno Constantinopolim pervenerit, præcedenti tamen, cum accepisset Gothos Constantinopolim usque excurrere, auxilium Gratiani Imp. imploravit, ac dein Constantinopolim profecturus, ex urbe Antiochena discessit. Imo Valentem copias auxiliares anno CCCLXXVI. a Gratiano postulasse existimandum, cum eo anno jam Gothi rebellarint. Nec refert, quod Ammianus de hac victoria sermonem habeat, postquam narravit quæ *anno* præcedenti in *autumnum vergente* in Thracia a Gothis gesta. Is enim de more res uno tenore recitat, sicque cum ad narrationem rerum in alia parte Imperii gestarum orationem convertit, rursus ad principium anni redit. Quare, non mirum si post narrata quæ in Thracia æstate contigere, motos Alemannorum recitaturus, regrediatur ad mensem Februarium, quo Rhenum transiere.

VI. *Valens Imp. mense V. sui Consulatus in Gothis movit.*

Post priorem hujus Tomi editionem Patres Benedictini San-Germanenses publicarunt Tomum primum Analectorum Græcorum, inter quæ extat Sancti Euthymii Vita a Cyrillo Monacho vere scripta, ex qua liquet, eam quam promulgavit Cotelerius scriptam esse a Simeone Metaphraste, eamque hactenus viris doctis errandi ansam quandoque dedisse. In vera autem S. Euthymii Vita cap. 7. legitur: *Natus est, ut accepi-*

virtutem inesse exercitus, & Rempublicam collapsam restitui in adversa parte numismatis Valentiniani pueri manifestissimo signo declaratur, & inscriptione aperte docetur.

(a) Extat apud Lælium Pasqualinum.

(a)

(b) Prægrande numisma aureum extat apud Lælium Pasqualinum.

(b)

Jure igitur: *Non hic Aquilæ exercitum* (inquit Ambrosius) *ducunt, sed tuum Domine nomen*. Jam vides patenter, lector militaria signa Christi nomine insignita, quibus S. Ambrosius certam victoriam consequendam fore ante prædixit. Sed subdit Ambrosius de ejusdem Imperatoris Gratiani exercitu:

XIX. *Non hic infidelis aliqua regio, sed ea quæ confessores mittere solet Italia, aliquando tentata, mutata numquam; quam dudum ab hoste barbaro defendisti, nunc etiam vindicasti. Non hic Imperatoris mens lubrica, sed fides fixa. Ostende nunc evidens tuæ majestatis indicium; ut is qui te verum virtutum Dominum, & cælestis militiæ ducem; is qui te veram Dei virtutem credit esse atque sapientiam non temporalem utique, & creaturam, sed sempiternam (sicut scriptum est c) Dei virtutem & divinitatem, tuæ majestatis fultus auxilio, fidei suæ trophæa mereatur*. Hactenus Ambrosius, hisque finem imponit posteriore volumine. Quo modo autem vera vaticinatus sit sanctus Episcopus, & quam exercitus optarat victoriam consecutus, immo & majorem quam prædixerit, a Deo acceperit fide roboratus exercitus, proxime dicturi sumus.

(c) Cor. 1.

Hic unum illud non prætereat de Gog vaticinium Ezechielis, quod S. Ambrosius existimavit intelligendum esse de Gothis, S. Hieronymo haud probari in omnibus XX.

Gog Gothos intelligi putavit S. Ambrosius.

PAGIUS *pimus, mense Augusto, quarto Gratiani Consulatu*, ideoque anno Christi CCCLXXVII. Metaphrastes mensem prætermisit. Tum subdit Cyrillus: *Nondum expleto quinto mense, sexto Consulatu elatus impius Valens, exercituque in Barbaros Thraciam depopulantes ducto...... irruentes Barbari ipsum incenderunt, nondum completo primo anno ab Euthymii ortu*. Valens hoc anno sextum Consulatum gessit, & die III. Kalend. Jun. Constantinopolim venit incensus a Barbaris, & ex die V. Idus Augusti nunquam apparuit, ut habet Idacius in fastis. Quare Euthymius post diem nonum mensis Augusti anni superioris natus erat. Eum vero natum esse mense Augusto confirmat Cyrillus ibidem pag. 40. ubi dicit LIV. Euthymii ætatis anno Synodum Oecumenicam Ephesi celebratam esse; pag. 34. LXXV. Euthymii ætatis anno Chalcedone Synodum habitam; & pag. 74. XC. Euthymii ætatis anno Theoctistum Abbatem mortuum esse, *mense Septembri, die tertia, principio quinta indictionis*, anno sc. Christi CCCCLXVI. Synodus autem Ephesina mense Junio anni CCCCXXXI. Chalcedonensis mense Octobri anni CCCCLI. celebratæ, ideoque sibi Cyrillus constat in nativitatis Euthymii mense, & ubi a se ipso dissentit, librarii numeros corrupere. Ex quibus sequitur pag. 7. perperam annotatum esse in margine ejusdem Vitæ Cyrillum Monachum conferre annum natalem Euthymii in annum Christi CCCLXIX. neque deceptum a quibusdam locis ejusdem Vitæ depravatis deduxisse Euthymium natum esse *ante mensem Maium*, & denique Metaphrastem loco, *nondum expleto quinto mense, sexto Consulatu*, * verba Græca, de quinto nativitatis Euthymii mense male interpretatum esse.

(a) Hieron. præf. in Ezech. ad Eustoch.

nibus; ipse enim ad Eustochium (*a*) in primis hæc habet: *Illud quod vir nostræ ætatis haud ignobilis ad Imperatorem scribens super hac natione dixerit: Gog iste, Gothus est. Cui qua ratione possint omnia quæ in ea scripta sunt, coaptari: non est meum, sed eorum qui hoc putant, disserere:* hæc ibi. Alibi (*b*) vero sic: *Scio quemdam Gog & Magog; tam de præsenti loco, quam de Ezechiele, ad Gothorum nuper in terra nostra vagantium historiam retulisse; quod utrum verum sit, prælii ipsius fine monstrabitur.* Hæc ipse. Scimus S. Proclum (*c*) vaticinium Ezechielis de Gog ad aliam de Barbaris victoriam obtentam aptasse, ut suo loco nos inferius dicemus. Tu de his interim consule Augustinum (*d*): haud enim patitur historiæ prosecutio, in his diutius immorari.

(b) Hieron. quæst. in Genes.

(c) Apud Socrat. l. 7. c. 43. Niceph. l. 14. cap. 38.

(d) Aug. de Civit. Dei l. 20. c. 11.

XXI. Mira plane divini consilii dispensatione actum est, ut exercitus fide armatus, cui & jure victoria deberetur, sic vicerit, ut tamen impium Imperatorem Valentem nequaquam ab internecione, divina vindicta parata, servaverit; eo vero primum extincto, atque cum ipso impietate sepulta, & fide Catholica restituta, magna Dei virtute ab Italiæ exercitu hostes fuerint penitus debellati. Quo modo autem omnia ista contigerint, rerum gestarum ordine referemus. Auctor est Ammianus (*e*), barbaros Lentienses, populum Alemannicum, audita expeditione Gratiani adversus Gothos suscepta, moræ impatientes, antequam ille e Galliis recederet cum exercitu, hujus anni mense Februarii Rhenum gelu pervium cum copiis depopulaturos Gallias transiisse, icto nuper fœdere perfide fracto. Quo factum est, ut paratas copias ad bellum Orientale adversus eos dirigens Gratianus, apud Argentariam commisso prœlio, ipsos penitus superarit, occideritque omnes, exceptis quinque millibus montana petentibus: quos postea in deditionem acceptos, liberos abire jussit, cum fuisset horum exercitus quadraginta millia armatorum, vel (ut habent alii) septuaginta millia. Subdit his præterea hæc Ammianus (*f*): *Hanc victoriam opportunam & fructuosam, qua gentes hebetavit Occiduas, sempiterni numinis nutu Gratianus, incredibile dictu est, quanto cum vigore exerto, celeritate alvorsum properans, expedivit præclaræ indolis adolescens, facundus, & moderatus, & bellicosus, & clemens, ad æmulationem lectorum progrediens Principum, dum etiam tum lanugo genis inserperet speciosa, &c.* Quod autem subdit postea esse mutatum; agemus de his inferius. Tam præclaris brevi temporis spatio rebus gestis, Galliarumque turbis compositis, Gratianus magna celeritate recedens, Sirmium usque pervenit; cum Valens eo non expectato, temere cum hostibus de rerum summa decernens, turpiter victus est, turpiusque igne crematus. Sed quo modo hæc se habuerint, ut singula clarius innotescant, res cunctas ab eodem Valente hoc anno gestas in primis recenseamus.

(e) Amm. lib. 31.

(f) Amm. lib. 31.

XXII. Qui (ut vidimus ex Ammiano) Valens Imperator ob tumultus Thracios, anno superiori recesserat Antiochia, hoc anno (idem addit *g*) longitudine viarum emensa venit Constantinopolim; ubi eum moratum dicit paucissimos dies popularium seditione pulsatum. Ex his erroris arguitur Theodoretus (*h*), qui Valentem longo tempore Constantinopoli mansisse tradit. De adventu autem ejus hoc anno Constantinopolim hæc Socrates (*i*): *Imperator Valens ad sextum suum Consulatum, Valentiniani autem secundum, tertio Kalendas Junii adveniens Constantinopolim, populum in mœrore magno constitutum offendit.* Quænam autem ea fuerint, & cujus causa populus mœstus esset ex seditione concitata, dicendum, & in primis de Lucio, de quo habet Socrates (*k*) Lucium Episcopum Arianum Alexandria, recepto Petro per Damasum restituto, pulsum, venisse ad Valentem Imperatorem Constantinopolim. Addit vero Sozomenus (*l*), quod Valenti (ut est verisimile) ceris implicato, vim in illos qui expulerant Lucium, inferendi otium minime suppetebat: *Siquidem*, inquit, *barbari & Thraciam populati, & ad usque suburbia progressi, jam ipsa urbis mœnia, nemine prohibente, oppugnare aggressi sunt. Quibus de rebus, Civibus in eum graviter commotis; Imperatori, quod non restitit hostibus, sed bellum gerere distulit, eidem crimini dabant, dissipabantque rumorem, hostes ab illo in urbem deductos fuisse. Tandem vero cum ludis Circensibus interesse viderent; palam contra eum, utpote Reipublicæ salutem contemnentem, vociferari, & arma postulare cœperant, ut illi ipsi cum hoste confligere possent. Itaque Valens his affectus contumeliis, ad bellum cum barbaris faciendum proficiscitur; minaturque si redeat, se populum tum harum contumeliarum causa, tum quod ante Procopio tyranno se adjunxerant, probe ulturum.* Habet eadem quoque Socrates (*m*).

(g) Amm. lib. 31.

(h) Theod. l. 4. c. 29.

(i) Socrat. l. 4. c. ult.

(k) Socrat. l. 4. c. 30.

(l) Sozom. l. 6. c. 39.

(m) Socrat. l. 5. c. ult.

XXIII. Subdit vero Theodoretus de eodem Valente adversus nobilem ducem Traianum temere concitato, propterea quod in præterita pugna Gothica posteriores retulisset, ejusque ignaviæ illud adscribentem, quod ipsius impietati potius fuerat tribuendum. Insignis plane religione Traianus fuit; cujus uxor, Candida nomine laudatissima femina, post viri obitum magno animo monasticum vitæ institutum arripuit

Trajanus dux pius quid in Valentem.

puit

pulit, secumque duxit filiam virginem Christo dicandam; quarum in suscepto instituto laudabilem perseverantiam & optimum finem Palladius (*a*) in Lausiacis testatum reliquit. Ait igitur Theodoretus (*b*): *At postquam Trajanus ab hostibus superatus reverteit; Valens illum conviciis valde lacerare, & mollitiem ignaviamque ei objicere capit. At ille libere uti virum generosum decebat: Non ego inquit, o imperator, victus sum; sed tu ipse prodidisti victoriam, qui contra Deum aciem instruere non desinis, & ita ejus auxilium barbaris concilias: nam abs te oppugnatus, se illis adjungit, atque Deum semper sequitur victoria, & ad eos accedit, quibus Deus se ducem prabet. Non nosti, inquit, quos viros Ecclesiis expuleris, & quibus eas tradideris? Ista quidem ita se habere, & Arinthæus & Victor, qui duces quoque erant, ingenue confessi sunt: Imperatoremque hortati, ne reprehensiones cum veritate conjunctas iniquo animo ferret.* Hæc Theodoretus. Spectato pietate Trajano duci (*c*) Ammianus affirmat pedestres copias commissas fuisse, sed a Valente exauctorarum eo munere, collatumque illud Sebastiano ex Italia accersito duci strenuo, atque militia diu summa cum laude perfuncta egregie nobilitato.

(a) Pallad. in Lausiac. c.44.
(b) Theod. lib.4.c.29
(c) Amm. lib.31.

XXIV. At rursum Theodoretus (*d*): *Ferunt Isacium, qui in eo loco cellam habebat monasticam, ubi vidit Valentem cum exercitu egredi, contenta voce ei dixisse: Quo proficisceris, o Imperator, qui auxilio Dei, contra quem bellum gesseris, prorsus destitutus es? Nam quoniam tu multorum linguas ad blasphemias adversus eum loquendas acuisti, & pios laudibus illum celebrantes Ecclesiis exturbasti: idcirco ille barbaros adversus te concitavit. Desine igitur tu bellum contra eum facere, & ipse bellum contra te commotum sedabit. Redde gregibus optimos pastores, & victoriam facile reportabis. Quod si, his omnibus neglectis, bellum susceperis; rerum eventu experiere, quam durum sit contra stimulos calcitrare. Nam neque ipse reverteris & exercitum propterea amittes. Cui admodum iratus Imperator: Revertar, inquit, & te interficiam, falsæque prædictionis pœnas abs te repetam. Tum ille minas neutiquam veritus, clara voce: Eneca, inquit, si quid falso me dixisse deprehenderis.* Hæc Isacius ad Valentem. Quod autem Theodoretus ait, eum expetiisse ab Imperatore, ut destitutis suis pastoribus Ecclesiis, iidem redderentur; plane apparet, sic a Valente Episcoporum Orthodoxorum esse solutum exilium, ut tamen suæ ipsorum Ecclesiæ iisdem minime fuerint restitutæ; sed subdit: *Bretannion quoque omni genere virtutis insigniter decoratus totius Scythia Episcopus, animo divino pietatis amore succenso, pestiferam dogmatum Arianorum corruptelam, & iniqua facinora contra sanctos edita coarguit, & cum sanctissimo Davide (e) clamavit: Loquebar de testimoniis tuis in Conspectu Regum, & non confundebar.* Hactenus Theodoretus.

(d) Theod. l.4.c.30.
Quid Isacius adversus Valentem.
(e) Psal. 118.

XXV. Egressus (ut dictum est) Constantinopoli Valens, ad Melantiada villam Cæsarianam cum exercitu quievit; ubi accepit nuncium de Alemannis victis a Gratiano, deque ejus profectione in Thracias cum exercitu, adventuque Sirmium. Cujus gloriæ æmulus, quasi ad majorem certamque proficisceretur ipse victoriam, inde recedens, Hadrianopolim veniens, in suburbiis castra locavit, ubi suscepit Ricometem præmissum a Gratiano, qui nunciaret ejus proxime futurum adventum. Ibidem degens, Regis Gothorum Fritigernis Christianæ religionis presbyterum Legatum excepit, rogantem ab eo honestis conditionibus pacem. Sed mali dæmonis impulsu Valens nec Gratianum expectandum putavit, licet præstantissimi duces id suaderent; & legationem Gothi Regis inanem remisit; concitusque ad pugnam prosiluit, se suosque incautus in discrimen adducens. Commissoque prœlio, suis mox in fugam conversis, & ipse fugiens, inter gregarios milites latens, sagitta percus-

Valens invidet Gratiano victoriam.

PAGIUS

XVII. Ad num. XXV. Idacius in Fastis hoc anno scribit: *His Conss. ingressus est Valens Aug. ab Oriente Constantinopolim, die III. Kal. Jun. & ipso anno profectus est Valens Aug. ex urbe ad Frssanum, die III. Idus Jun. & pugna magna fuit cum Romanis & Gothis milliario XII. ab Adrianopoli die V. Idus Aug. Ex ea die Valens Aug. nunquam apparuit, & toto anno per diœcesim Thraciarum & Scythia & Mœsia Gothi habitaverunt simul, & eas prædaverunt. Deinde usque ad portas urbis Constantinopolis venerunt.* Eadem scribit Socrates cap. ultimo libri quarti & cum Idacio tam in narratione, quam in temporum characteribus convenit. *Gratianus* Valenti opitulaturus adversus Gothos e Galliis in Illyricum festinavit per Felicem Arborem, Lauriacum, Bononiam, Sirmium, Martis castra, (in Dacia Ripensi) præmisso ad Valentem Ricomere, a quo quemadmodum & a Trajano & Profuturo Ducibus, anno præcedenti in autumnum vergente, variis casibus adversus Gothos pugnatum est, ut videre est apud Ammianum lib. 31. Valens autem non expectato Gratiano, neque ejus copiis mox secuturis, infeliciter, ut mox diximus, pugnavit. Gratianus in hac rerum perturbatione e Galliis in Pannoniam, Mysiam, Thraciasque (quo pertinet & quod Ambrosius scribit in fine lib. 2. de Fide) imo & Constantinopolim venit, ibique præsens (ut referunt Joannes Antiochensis & Suidas) Orientem, Danubiique limitem ordinavit pacavitque.

Valentis Aug. interitus.

cussus est; delatusque a suis fuit in agrestem casam, quam intus occlusam cum expugnare barbari in prædam effusi, & terere tempus haud utile sibi putarent, suppositis lignis & stipula incenderunt; cum unus ex comitibus inhærentibus Imperatori, e fenestra elapsus, ardere intus nunciavit Imperatorem. Extinctique sunt eodem prælio præcipui militiæ duces, Trajanus atque Sebastianus.

XXVI. Contigit tam dira clades quinto Id. Augusti, ejusdem Valentis quinquagesimo ætatis anno, Imperii decimoquarto, adjectis mensibus quatuor, & diebus novem; hæc omnia ex Ammiano (a); eadem ferme Ruffinus (b), Socrates (c), Sozomenus (d), & Theodoretus (e) habent. Addit his Nicephorus (f), Isacium agentem Constantinopoli monachum, ea ipsa hora qua male periit Valens, divino afflatum spiritu, dixisse: *Nunc Valens igne torretur, & nares profluentem ab eo cinerarum odorem sentiunt*. De eodem S. Hieronymus (g): *Valens*, inquit, *Gothico bello victus in Thracia, eundem locum mortis habuit & sepulcri*. Sed & in Chronico plenius: *Lacrymabile*, inquit, *bellum in Thracia, in quo, deserente equitum præsidio, Romanæ legiones a Gothis cinctæ, usque ad internecionem cæsæ sunt. Ipse Imperator Valens, cum sagitta sauciatus fugeret, & ob dolorem nimium sæpe equo laberetur, ad cujusdam villulæ casam deportatus est; quo persequentibus barbaris, & incensa domo, sepultura quoque caruit*. Sed & S. Joannes Chrysostomus (h) ex Valentis miserando casu consolans alios hæc habet: *Equid vero mirum, si multi ex ducibus hoc modo interierunt, quando & Imperator ipse in vicum quendam cum paucis militibus conclusus, exire quidem & sese invadentibus opponere, minime ausus est; sed intus manens, accenso ab illis igne, una cum iis omnibus quos secum habebat, combustus est, nec viris solum, sed etiam equis, & trabibus, & muris; & omnia in unum atque eamdem cinerem abierunt. Atque hunc nuncium ii qui cum Imperatore ad bellum profecti erant, loco Imperatoris ipsius ad uxorem* (hæc erat Dominica Augusta) *reportantes, redierunt*. Ut plane propheticam illam indignationis divinæ pœnam Valens incurrerit (i): *Sicut ignis qui comburit silvam, & sicut flamma comburens montes; ita persequeris illos in tempestate tua, & in furore tuo conturbabis eos. Post barbarorum discessum* (inquit (k) Zonaras) *cum Imperatoris corpus quæreretur, inventum est in iis ædibus, ubi combustus fuerat, vetus sepulcrum cum hac inscriptione*: HIC MACEDO MIMAS IMPERATOR EST SITUS; quod quidem spectabat ad oraculum illud Valenti antea demonstratum eo distico:

Miser ad Mimanta magnum iter capessito
Citus: hic te sævæ mortis opprimet dolor:

hæc enim in somniis ipsis dicta testatur auctor, ab eruditis interpretata de Mimante monte Asiæ ad mare sito. Præcesserunt & alia signa prænuncia mortis Valentis, ut inscriptio illa reperta Chalcedone, necnon vulgi clamores Antiochiæ editi: VIVUS ARDEAT VALENS: & alia quæ Ammianus (l) narrat.

XXVII. Ex hujusmodi acerbissima illata a barbaris clade sub Christiano Imperatore, datum est Gentilibus occasionem omnem captantibus in Christianam religionem insultandi argumentum haud leve; ad quod Orosius, dum de his agit (m): *Consolatur se, sed in hoc solo pervicacia, miseriaque Gentium, quia temporibus, & regibus Christianis tantæ simul congesta clades pressam Reipublicæ oneravere cervicem, eversæ provinciæ, deletus exercitus, Imperator incensus. Magnum re vera hoc est ad nostrum dolorem, magisque miserum, quo magis novum. Sed quid hoc ad consolationem proficit Paganorum, qui palam pervident & in his quoque; persecutorem Ecclesiarum fuisse punitum? Unus Deus unam fidem tradidit, unam Ecclesiam toto Orbe diffundit, hanc aspicit, hanc diligit, hanc defendit. Quolibet se quisquis nomine tegat; si huic non sociatur, alienus; si hanc impugnat, inimicus est. Consolentur se Gentiles in quantum volunt, Judæorum, hæreticorumque suppliciis; tantum & unum Deum esse, & eumdem personarum acceptorem non esse, vel ex hac potissimum Valentis extincti probatione fateantur. Gothi antea per Legatos supplices poposcerunt, ut illis Episcopi, a quibus Christianæ fidei regulam discerent, mitterentur. Valens Imperator exitiabili pravitate doctores Ariani dogmatis misit: Gothi primæ fidei rudimentum, quod accepere tenuerunt. Itaque justo Dei judicio ipsi eum vivum incenderunt, qui propter eum etiam mortui, vitio erroris arsuri sunt*. Hucusque Orosius: & quidem apposite accidit, ut quos Valens ex fide Catholica ad sectam Arianam conessendam adduxisset, immo conditione pacta ictis fœderis coegisset, ab iisdem flammis ultricibus cremaretur, digno supplicio impiorum.

XXVIII. Quod ad cladem acceptam spectat; equidem perfidia Imperatoris tot tantisque malis exagitatum esse Romanum Imperium, cum prudentes omnes æque sentirent, sanctissimi quoque viri Ecclesiarum magistri sua ipsorum testificatione posteris scriptorum monumentis reliquere testatum: nam ante Orosium Gregorius Nazianzenus refricans ista adeo tristia, sic dixit (n) pro concione Constantinopoli: *Gravia sunt insuper quæ nunc partim* cer-

Valentis interitus.

Gentiles quid in Christianam religionem.

Perfidia non ignavia perdidit Rom. Imperium.

(a) Amm. lib. 31.
(b) Ruffin. l. 2. c. 13.
(c) Socrat. l. 4. c. ult.
(d) Sozom. l. 6. c. ult.
(e) Theod. l. 4. c. 31.
(f) Niceph. l. 11. c. 50.
(g) Hieron. epist. 3.
(h) Chrys. ad Viduam juniorem.
(i) Psal. 82.
(k) Zonar. Annal. 3.
(l) Amm. l. 31.
(m) Oros. l. 7. c. 33.
(n) Greg. Naz. orat. de Pace.

cernimus, partim audimus. Patriæ captivitate oppressa, innumerabiles copiæ ferro procumbentes, terra cruore & cadaverum mole laborans, extera natio alienam regionem velut propriam percurrens, non ob defensorum mollitiem & ignaviam (neque enim eam quisque accuset: hi enim illi sunt qui universum pene Orbem bello atque armis subegerant) sed propter vitia nostra, impiamque doctrinam adversus Trinitatem invalescentem. Hactenus Gregorius; eadem quoque (ut vidimus) S. Ambrosius (a) vaticinando ante testatus est; nempe ob impietatem Principis, & blasphemias suorum gregalium in Filium Dei, atque persecutiones adversus pios sanctosque viros ab eisdem excitatas, digna peccatis ultione pensata, traditos esse eosdem in manus barbarorum; fore tamen, ut per impios illata tam gravis Romano Imperio jactura, per pios viros, nempe Italos, ut ait, Catholicos inquam ipsos, sub Gratiano ad bellum proficiscentes, resarciretur, pellendosque esse barbaros & in pristinum statum restituendum Imperium; quæ cuncta vera, exploratque in omnibus probavit eventus.

(a) *Ambr. de fide ad Gratian. l. 2.*

XXIX. Antequam autem adventaret Occidentalis exercitus, audita clade Orientalium, neceque Valentis, consedit ad tempus Sirmii, donec adversus victores Gothos majoribus fulcirentur auxiliis: alii vero qui erant in Oriente Catholici, Constantinopoli periclitanti suppetias attulere. Etenim veluti miraculo accidit, ut præsto fuerint Saraceni, iidemque non Christiani solum, verum & Orthodoxi (ut vidimus) sub sanctissimo Episcopo Moyse anachoreta. Ammianus (b) enim de Gothis post victoriam consecutam tradit tentasse primo crebris insultibus Hadrianopolim, sed spe frustratos concessisse Perinthum; verum inde quoque ejectos, venisse Constantinopolim, eamque obsidione cinxisse. Quo modo autem sic laborantes Cives a Saracenis sint liberati, Socrates (c) ita narrat, atque Sozomenus (d): *Barbari* (inquit iste) *victoria elati Thraciam universam depopulati sunt, & in ipsa suburbia demum Constantinopolis incursiones fecerunt. Rebus tunc in discrimen adductis, ingenti præsidio fuere primum pauci quidam ex confœderatis Saracenis a Mavia ipsorum Regina submissi; deinde & ex ipso populo quamplurimi. Hi enim, quia Dominica Valentis uxor ipsis ex ærario certam stipendam persolvebat (ut quisque poterat) armati obviam hostibus ierunt, eosque facto impetu procul ab urbe fugarunt.* Hæc ipse; sed paulo fusius ac dilucidius Ammianus his verbis (e): *Saracenorum cuneus (super quorum origine, & moribus diversis in locis retulimus supra) ad furtem magis expeditionalium rerum, quam ad concursatorias habiles pugnas, recens illuc accersitus, congressurus, barbarorum globo repente conspecto, a Civitate fidenter erupit: diuque extento certamine pertinaci, æquis partes discessere momentis. Sed Orientalis turma novo neque ante viso superavit eventu. Ex ea enim crinitus quidam, nudus omnia præter pubem, subraucum, & lugubre strepens, educto pugione, agmini se medio Gothorum inseruit, & interfecti hostis jugulo labra admovit, effusumque cruorem exhausit. Quo monstruoso miraculo barbari territi, postea non ferocientis more, cum agendum appeterent aliquid, sed ambiguis gressibus incedebant.* Hæc Amianus: Addit vero bis, Gothos omnes jam fœderatos ante, in militiamque acceptos atque fecuros, una die opera Julii Magistri militiæ trans Taurum ex improviso esse jussos occidi, datis ad alia loca ubi degerent ad Provinciarum rectores secretis litteris.

Saraceni liberant Constantinopolim.

(b) *Amm. lib. 31.*

(c) *Socrat. l. 5. c. 1.*
(d) *Sozom. l. 7. c. 1.*

(e) *Amm. lib. 31.*

XXX. At quantum roboris esset ad barbaros, eosdemque hæreticos propellendos fides Catholica etiam in homine inerme & infirmis viribus, satis apparuit in S. Acholio Episcopo Thessalonicensi, qui eosdem barbaros ab ingressu ejus Civitatis his temporibus sæpe repressit; quod S. Ambrosius docet his verbis (f): *Hunc ipsum* nimirum Acholium, *toties ingruentibus Gothorum catervis, nequaquam tamen potuerunt barbarica penetrare tela, expugnare multarum gentium bellicus furor. Denique in ceteris populatores locis, illic pacem rogabant. Mirantibusque quid sibi sine milite ullo obsisteret; a prudentioribus intimabatur, Elisæi intus imitatorem degere ætate supparem, non imparem spiritu; caveret, ne exemplo Syriaci agminis, sibi quoque cæcitas offunderetur. Et tamen circa discipulos suos diversa sunt dona Christi. Elisæus quidem in Samariam captivas acies induxit Syrorum: sanctus autem Acholius precibus suis fecit, ut de partibus Macedonia victores fugaret. Nonne & hoc intelligimus virtutis superioris fuisse, ut ubi miles nullus aderat, illic pellerentur sine milite? Nonne & hoc cæcitatis est, ut fugerent, quos nullus urgebat? Sed urgebat, & præliabatur Sanctus Acholius, non gladiis, sed orationibus, non telis, sed meritis. An incognitum nobis est, dimicare Sanctos etiam, cum feriuntur?* Et paulo post, quo modo pulsi sint, declarat hæc addens:

Acholius Episcopus Thessalonicensis fugat Gothos.

(f) *Ambr. epist. 59.*

XXXI. *Non enim inani metu, nec superflua suspicione, sed sæviente lue, & ardenti pestilentia perturbati Gothi ac territi sunt. Denique tum fugerunt, ut evaderent; regressi postea pacem rogaverunt, ut viverent. Vidimus itaque in tanti viri meritis superiora sæcula; & opera Prophetarum, quæ legebamus, aspeximus. Quasi Elisæus inter arma, inter acies dum vixit*

Fugi exercitus Gothorum.

nit, versatus est, meritis suis componens prælia. Hactenus S. Ambrosius. Ex quibus plane perspicue declaratum est, datum esse Gothorum agminibus adversus Romanum exercitum robur propter peccatum, ipsam scilicet perfidiam Imperatoris; quibus ubi fides vera licet inermis occurrit, easdem ferratas barbarorum cohortes redditas esse prorsus imbelles; superasseque senem unum omnem exercitum barbarorum, qui victor Regem dimidiæ Orbis partis subegerat, extinxeratque una cum suis copiis Imperatorem. Adeo ut si haberent Gentiles quid oblatrarent in religionem Christianam ob perfidum ducem; non deesset quid mirantes prædicarent ob sanctum Episcopum legitimum fidei Catholicæ cultorem ac defensorem.

XXXII. Recessisse ea bis regionibus perfractos Gothos, atque retrogressos devenisse usque ad Julias Alpes, Ammianus (*a*) affirmat; eosdemque palabundos omnia quæ sibi occurrerent, devastasse, S. Hieronymus tradit, dum non has tantum hoc anno illatas per barbaros clades, verum alias simul, congerens, quæ postea per quatuor lustra acciderunt, ita scribit ad Heliodorum (*b*): *Viginti*, inquit, *& eo amplius anni sunt, quod inter Constantinopolim & Alpes Julias quotidie Romanus sanguis effunditur: Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessaliam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni vastant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot virgines Dei, & ingenua nobilisque corpora his belluis fuere ludibrio? Capti Episcopi, interfecti presbyteri, & diversorum officia clericorum, subversæ ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effossæ reliquiæ; ubique luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago: Romanus orbis ruit, & tamen cervix nostra erecta non flectitur. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperant barbari?* Hæc Hieronymus, ex cladibus mundi consolans Heliodorum lugentem nimirum Nepotianum; cæterum eadem Gothorum incursione patriam suam, Stridonem civitatem, fuisse subversam, alibi idem tradit (*c*).

Clades a Gothis illatæ.

(*a*) Amm. lib. 31.

(*b*) Hieron. epist. 3.

(*c*) Hieron. de script. Eccl.

XXXIII. Extincto Orthodoxæ fidei perduelle Valente, irrita pariter reddita sunt ejus edicta pro Ariana hæresi adversus Catholicam fidem sæpe statuta, cum & qui (ut dictum est) anno superiori exules relaxati sunt, etiam facultas iisdem data fuit ad suas revertendi Ecclesias, a quibus, Arianis Episcopis subrogatis, ejecti fuerant. Agens de his Sozomenus hæc ait (*d*): *Gratianus interim una cum fratre universum Romanum Imperium adeptus, cum patrui sententiam non probaret, qua ille pertinaciter istos, nempe Catholicos, fuerat persecutus, qui religione ab ipso dissenserant; omnibus iis qui ab illo vivente religionis ergo in exilium pulsi fuerant, reditum concessit* (ad suas scilicet Ecclesias) *legemque tulit, ut quisque libere quamcumque religionem, quemcumque cœtum vellet, sectaretur, exceptis Manichæis, Photinianis, & Eunomianis.* Ita ipse; satis namque visum Imperatori, ulcerosum morbum pedetentim curare, hocque primo initio fidem Catholicam postliminio restituere, ac viros Catholicos suis Ecclesiis reddere, illosque comprimere hæreticos primum omnium, qui execrabiliores haberentur: nam Eunomiani ejus pravæ æstimationis erant, ut ipsos Ariani quoque detestarentur, licet re vera impietate consortes; de iisdem enim ita Ambrosius ad Gratianum (*e*): *Sed quem potissimum legam? Eudoxium, Eunomiumve, an Arium, vel Ætium ejus magistros? plura enim nomina, sed una perfidia, infirmitate non dissonans, communione discordans, non dissimiles fraude, sed cogitatione discreta. Cur enim secum nolint convenire, non intelligo. Eunomii personam diffugiunt Ariani, sed ejus perfidiam asserunt, impietatem assequuntur. Ajunt eum prodidisse effusius quæ Arius scripserat. Magna cæcitatis effusio, auctorem probant, executorem refutant. Itaque nunc in plures se se divisere formas: alii Eudoxium, alii Eunomium, vel Ætium, alii Palladium, vel Demophilum, atque Auxentium, vel perfidiæ eius hæreses sequuntur, alii diversos.* Ita S. Ambrosius de una Ariana hæresi diversis capitibus sibilante, quorum duo illa præcipua primo demetenda præsenti sanctione hoc anno Gratianus constituit; cujus etiam editæ legis meminit Socrates (*f*).

Gratiani edictum pro Catholicis.

(*d*) Sozom. l. 7. c. 1.

(*e*) Ambr. de fide ad Gratian. l. 1. c. 4.

(*f*) Socrat. l. 5. c. 2.

XXXIV. At licet de Arianis nullam factam esse in edicto mentionem Socrates demonstrare videatur; tamen satis eos lege Gratiani

PAGIUS VIII. A num. XXXIV. ad L. Concilium *Antiochenum* uno post Basilii obitum mense celebratum, teste Gregorio Nysseno in epistola ad Olympium, pertinet ad mensem Octobrem anni trecentesimi octogesimi; ideoque ante eum annum Basilius mortuus non est. Valente currentis anni, mense Augusto, extincto, Gratianus *cunctos, qui ab eo in exilium ejecti fuerant, revocavit. Lege præterea sanxit, ut omnes cujuscumque Religionis homines in Ecclesiis convenirent. soli autem Eunomiani, Photiniani & Manichæi pellerentur Ecclesiis.* Ita Socrates lib. 5. cap. 2. cui suffragatur Sozomenus lib. 7. cap. 1. Tum anno trecentesimo septuagesimo nono, *tertio Nonas Augusti*, Mediolani aliam Legem dedit, qua eam revocavit, omnesque hæreses per-

Synodus Antiochena anno CCCLXXX. coacta.

ni perstrictos esse, videri poterat, cum jussu ejusdem Imperatoris juberentur, Catholicis, quas occupaverant, Ecclesias cedere, de qua quidem lege hæc Theodoretus (*a*): *Conscripsit*, inquit, *legem, quâ jubebat, tum pastores ejectos ab exilium redire, suisque gregibus restitui, tum sanctas Ecclesias tradi iis qui Damasi communionem amplexarentur. Hic Damasus Episcopus Romanus fuit in illius Ecclesiæ administratione successor Liberii, vir sane propter vitæ præstabilis ornamenta insignis; qui quoad ejus fieri poterat, doctrinam Apostolicam assidue tutatus est. Ut autem lex, quam dixi modo, majorem haberet auctoritatem, misit cum ea Ducem Saporem, virum id temporis propter nominis & famæ celebritatem facile præstantissimum; cui dedit in mandatis, ut tum Arianæ blasphemiæ præcones, tamquam feras quasdam agrestes, ex sacrosanctis templis exigeret, tum optimos pastores sanctis eorum gregibus restitueret.* Hæc Theodoretus. Vides, lector, quam scite atque prudenter in tanta hæreticorum ac diversarum hæresum colluvie norit pientissimus Imperator, una data tessera, Catholicos distinguere ab hæreticis, nempe communicatione cum Romano Pontifice; nimirum ex more, illos dumtaxat Orthodoxos esse significans, quibus tali edito signo sinceræ & solidæ fidei comprobatis, tuto committendæ forent Ecclesiæ. Subdit Theodoretus (*b*), ipsum Saporem Ducem a Gratiano cum edicto in Orientem missum, venisse Antiochiam, edictumque promulgasse, cujus occasione illic Concilium celebratum fuit.

(*a*) *Theod. l. 5. c. 2.*

Gratiani lex adversus Arianos.

(*b*) *Theod. l. 5. c. 3.*

XXXV. Concilium Antiochenum.

Qui igitur Valentis primum edicto ab exilio relaxati sunt Episcopi Orthodoxi, Gratiani vero sanctione suas Ecclesias recepere; unanimi conspiratione, mutuoque consensu hoc anno mense Septembris Antiochiæ convenerunt, ut prostratæ Orientali Ecclesiæ paribus votis consulentes, suppetiasque laturi, quid agendum esset, una decernerent. Sed antequam de rebus in eo Concilio gestis narrationem aggrediamur; ne quid animi arbitrio absque majorum testificatione temere effundere videamur; quod ad tempus spectat, docet id in primis Gregorius Nyssenus in epistola ad Olympium monachum de vita obituque S. Macrinæ sororis: cum enim ibi dicat ejusmodi Synodum, cui ipse interfuit, Orthodoxorum Episcoporum collectam Antiochiæ nono mense ab obitu S. Basilii, quem superius demonstravimus hujus anni exordio, ipsis Kalendis Januarii, ex hac vita migrasse; plane ejusdem irrefragabili auctoritate dicendum est, eam hoc anno mense Septembri fuisse habitam. Sed subdam verba Gregorii (*c*): *Post hanc jacturam* (nempe obitus S. Basilii Episcopi Cæsareæ Cappadociæ) *nonus mensis aut paulo amplius, cum Episcoporum Concilium indictum est Antiochiæ, cui nos item interfuimus.* Hæc quod ad tempus pertinet.

(*c*) *Greg. Nyssen. ad Olymp. apud Sur. tom. 4.*

XXXVI. Conciliasi simul Meletius atque Paulinus.

Quæ autem in eo Concilio gesta sint, ex abditis perquirenda sunt locis. Atque in primis memoria repetendum, quod sæpe sæpius diversis oblatis occasionibus dixisse meminimus: Catholicos Antiochenos Nicænæ fidei professores fuisse longo schismate, nempe a tempore Juliani, ab invicem separatos, inhærentibus aliis Meletio, Paulino aliis communicantibus: negotium autem tale erat, ut totus ferme Oriens, & fortasse etiam Occidens in schisma induci facile potuisset, pro cujusque studio alterutri parti aliis faventibus, aliis adversantibus. Quod igitur desperata prorsus videretur, ac frustra tentata omnis me-

PAGIUS

perpetuo conquiescere jussit. Ea Lex memoratur in Epitome eo anno num. III. estque 5. Codicis Theod. *De Hæreticis*. Tum Theodosius Magnus anno trecentesimo octogesimo, Kalendis Martii, Thessalonicæ edictum promulgavit, quo jussit omnes in ea Religione versari, quam Damasus Pontifex, & Petrus Alexandriæ Episcopus sequerentur. Ea Lex secunda est Cod. Theod. *De Fide Catholica*. Theodoretus tamen lib. 5. cap. 2. ubi narravit, Gratianum hoc anno Valenti patruo successisse, ait: *Lege lata præcepit, ut Pastores qui in exilium ejecti fuerant, redirent, utque ædes sacræ iis traderentur, qui cum Damaso communicarent.* Ea Lex hodie non extat. Addit Theodoretus: *Porro simul cum Lege Saporem quoque Magistrum militum misit, qui tunc celeberrimus habebatur, & Arianæ quidem blasphemiæ prædicatores, tanquam feras quasdam a sacris ædibus excludi jussit; optimis autem Pastoribus ac Divino gregi easdem restitui. Atque id quidem in singulis Provinciis sine controversia executioni mandatum est: Antiochiæ vero, quæ Metropolis est Orientis, hujusmodi contentio extitit*, &c. Tum capite sequenti; quæ idem Sapores post Concilium Antiochenum præstiterit narrat Theodoretus. Quare cum Sapores post Synodum Antiochenam Legem a Theodosio Magno anno trecentesimo octogesimo datam promulgaverit, constat, ante eum annum Basilium e vivis non excessisse; cum Concilium Antiochenum nono post obitum ejus mense celebratum fuerit.

IX. *Sapores Dux ad Synodum Antiochenam missus.*

Nec est quod quis dicat, *Saporem* a Gratiano in Orientem missum esse, ut Legem ab eo ante Principatum Theodosii emissam exequeretur; non vero eam, quæ anno trecentesimo octogesimo a Theodosio Magno data est. Illud enim, inquit Valesius in Notis ad præfatum locum Theodoreti, nunquam a Gratiano præsumtum fuisset, si tunc temporis *Theodosius* Orientis Imperium obtinuisset. Sed vana hæc Valesii evasio. Quemadmodum enim Valentinianus postquam Valentem fratrem Orientali Imperio præposuit, negotiis Orientis sese sæpe immiscuit, adeo ut Ammianus lib. 26. cap. 4. scripserit, Valentem fratri *in modum apparitoris morigerum* fuisse: ita non dubitandum, quin *Gratianus* negotio Fidei ante evectionem Theodosii cœpto, sese interponere, illudque ad debitum finem perducere voluerit. Rem itaque ita se habuisse exi-

Baron. n. XXXIV.

dela erigendarum Orientis Ecclesiarum, nisi in una eademque pacis & unitatis concordia convenirent; ante omnia ejusmodi inveteratum schisma tollendum, Patres necessarium existimarunt. Hujus itaque rei causa Antiochiæ (ubi malum exortum erat atque in immensum coaluerat) duxerunt illi celebrandum esse Concilium. Ubi quod neutra pars alteri cederet, remedium illud excogitatum est, ut inter utramque partem ita transigeretur (quod superius diximus) nempe, ut cum alteruter ex duobus, Paulinus, vel Meletius, prior ex hac vita decederet; qui superstes esset, in locum demortui nullo alio creato Episcopo successore, solus remaneret Ecclesiæ illius Antistes: ad quod præstandum jurejurando adegerunt sex primores Ecclesiæ illius presbyteros, qui propinquiores ad eum gradum consequendum esse viderentur: quod quidem, ambabus partibus consentientibus, fuit salubriter constitutum: testantur id Socrates (a) atque Sozomenus (b), & alii hos secuti, quibus potius standum esse, quisque jure sentiet, quam Theodoreto, quem in suo narrationis contextu errores admiscuisse cognoscet, dum ipse res tunc Antiochiæ gestas sic narrat (c):

(a) Socrat. l. 5. c. 5. (b) Sozom. lib. 5. cap. 3. (c) Theodor. lib. 5. cap. 3.

XXXVII. Flavianus quid in Paulinum.

Id temporis autem adveniente Antiochiam Sapore Duce, cum legem Gratiani ostendisset; Paulinus se a partibus Damasi stare constanter affirmat; idem quoque affirmat, morbo erroris sui occultato, Apollinaris. At divinus ille Meletius se & quiete gessit, & ab eorum contentione continuit. Flavianus vero vir sapientissimus, qui adhuc fuit ex numero presbyterorum, ad Paulinum, Duce audiente, sic verba facit. Si Damasi communionem, o amice amplecteris; nobis tuæ & illius doctrinæ consensum, cognationemque manifesto commonstra: Nam ille unam Trinitatis essentiam confitetur, tresque personas palam prædicat; at tu contra Personarum Trinitatem penitus tollis. Quare ostende doctrinæ consensum, & Ecclesias capesse, uti lex jubet. Qui cum illi os hac refutatione obturasset, ita Apollinarem alloquitur: Demiror, o amice, te non solum tam impudenter velle veritati repugnare, cum certo scias, Damasum, virum sane admirabilem, affirmare perfectam nostram naturam a Deo Verbo sumptam esse; verum etiam contrariam te opinionem docere; nam mentem nostram salute privas tu quidem. Quod si nos hæc tibi objectando falsa dicimus, jam ergo tute novam doctrinam a te primum in lucem editam denega, Damasi doctrinam amplectere, & sacrosanctas Ecclesias capesse.

XXXVIII. Quid Meletius cum Paulino.

Cum autem sapientissimus Flavianus certis verisque rationibus eorum compressisset audaciam; Meletius vir omnium mansuetissimus comiter admodum & benigne Paulinum compellat his verbis: Quoniam & mihi istarum ovium procurationem commisit Dominus, & tu aliarum curam suscepisti, ipsæque oves inter ipsas veræ pietatis communione consentiunt; greges, o amice, concordiæ vinculis conjungamus, atque contentionem de primatu dirimamus; & cum oves communiter pascamus, communem illis rite moderandis curam adhibeamus. Quod si sedes contentionem gignit; ego hanc contentionem a nobis repellere conabor. Nam ponamus, quæso, in ea librum Evangelii, & utrinque nos sedeamus. Quod si ipse prius e vita abiero; tu solus, amice, gregem moderaberis; sin autem tibi illud contigerit, ego rursum curam ovium pro virili geram. Verum tametsi ista placide & leniter a Meletio dicebantur; Paulinus tamen illis minime acquievit. Itaque Dux Sapores, eorum quæ utrinque dicta erant, judex constitutus, magno Meletio Ecclesias tradidit: Paulinus autem ovium, quas ab initio a reliquis segregaverat, Antistes permansit. Hucusque Theodoretus. At non sunt hæc

PAGIUS

stimandum. Præsenti anno, Valente extincto, edicti in favorem Orthodoxorum emissi executio *Sapori* Orientis Duci, ut docet Theophanes in Chronico, a Gratiano mandata, & quinque post menses ab ea morte, *Theodosius Imperator* Orientis renuntiatus, cui Gratianus, qui eum hoc honore donavit, eam Fidei causam commendavit; utque *Sapores* mandatam sibi commissionem prosequi posset, postulavit. Videtur itaque inter utrumque convenisse, ut Hæretici omnes comprimerentur, Saporesque Leges omnes hanc in rem latas vel ferendas exequeretur; quod cum conjectura scripsissem, gavisus sum illud postea in Theophane literis mandatum reperisse. Ait Theophanes: *Gratianus & Valentinianus Episcopos exilio damnatos data Lege revocaverunt ad Sedes sibi proprias*, &c. *Imperatores porro Legem Orthodoxorum commodo latam per Saporem quendam Orientis Ducem miserunt. Hic Antiochiam profectus*, &c. Quæ verba a Theophane scripta, postquam de Theodosii Magni in Imperii consortium assumptione proxime locutus est. Quare Imperatorum nomine tres Imperatores intelligit Theophanes.

X. *Omnes Leges adversus Hæreticos pro una reputata.*

Theodoretus itaque quascumque Leges post Valentis mortem in Orthodoxorum gratiam emissas conjunctim considerans, easdem Gratiano attribuit, resque variis temporibus tam a Theodosio, quam a Gratiano decretas in unum conjunxit. Idque brevitatis & identitatis materiæ causa. Unde, licet Lex 2. Codicis Theodosiani *De Fide Catholica*, a Theodosio data, non tantum de iis, qui cum Damaso, sed etiam de iis, qui cum Petro Alexandrino communicarent, loquatur, per synecdochen tamen Damasum solum memorat. Imo Legem 25. Cod. Theod. *De Episcopis*, datam *III. Kalend. Mart. Thessalonicæ*, anno Christi trecentesimo octogesimo, his verbis Theodoretus exprimit: *Optimis Pastoribus ac Divino gregi easdem* (nempe sacras ædes) *restitui jussit*; quod docte Gothofredo in Commentario legis 2. de Fide Catholica observatum. Similia facti il-

hæc perfunctorie transeunda, sed magna consideratione adhibita expendenda, quod de re haud levi controversia agitetur.

XXXIX. Defenditur Paulinus a calumnia Flaviani. Hic primum attende, Theodoretum vel ignorasse, vel dissimulasse Synodum Antiochenam hoc anno (ut perspicue est demonstratum) a Catholicis Episcopis congregatam; sed judicium causæ tanti momenti uni tribuere Sapori Duci; idque præsertim contra præscriptum sanctionis, quam ibi promulgavit, Gratiani Imperatoris, cujus illa erat certa disertis expressa verbis assertio, ut illis tribuerentur Ecclesiæ, quos constaret cum Damaso Romano Pontifice communicare. Porro Paulinum junctum fuisse communicatione litterarum formatarum ipsi Damaso, superius luce clarius est demonstratum. Sed & extitisse calumniam Flaviani, & Vitalis primum, Paulinum distinctionem personarum auferentem in Trinitate, consentientem fuisse Sabellio; ea quæ suis locis superius de eo sunt enarrata, manifeste declarant, demonstrantque ipsum semper integerrime in omnibus fidei Catholicæ assertorem fuisse probatum.

Scias lector, eam de Sabellianismo calumniam jam olim tempore Joviani Imperatoris, cum Athanasius & Epiphanius Antiochiæ essent, fuisse a Vitale Apollinaris hæresis patrono objectam Paulino, ipsum vero edita tunc oblataque Athanasio fidei suæ professione, qua & inter alia Sabellium quoque damnaret, se qualis semper fuerat, demonstrasse Catholicum, purissimæque Patrum fidei assertorem; recitat enim, qui interfuit, hæc o-

(a) Epiph. hæresi 77. mnia Epiphanius (a), nosque suo loco pluribus egimus; demonstravimusque ex litteris Damasi ad Paulinum non solum illi ipsi fuisse communione conjunctum, sed & tantæ apud eum æstimationis, ut qui recipiendi Antiochiæ essent, ejusdem Paulini arbitrio crederet.

XL. Theodoreti strophæ detegitur. At cogimur tandem lapsum Theodoreti detegere. Nec quis tamen ob id adversum me clamet, revelari a me ignominiam Patris: nam vulgatum est omnibus, Theodoretum male cœpisse, misericordia autem Domini bene consummasse; eumdemque veracem in reliquis historicum comprobari, in his vero quibus privato favit affectu, indigere censura, prout prudens lector intelliget. Quod enim post mortem Meletii etiam idem conflatum schisma perseveraverit in posteris, & Flavianus contra præstitum jusjurandum fuerit suffectus in locum Meletii, ipseque Theodoretus ejusdem Flaviani partes secatus sit; hoc modo inversa alea res gestas in Antiocheno Concilio aliter quam se haberent, in gratiam ac excusationem Flaviani narravit, & contra adversarium ejus Paulinum male congessit. Cujus infensi animi adversus eumdem Paulinum & illud certum accipe argumentum. Quod enim sciret ex litteris Synodicis Damasi ad Paulinum de fide Catholica scriptis manifeste probari mutuam inter eos communionem, ac proinde adversariæ partis causam infirmari; quid indignum quovis Christiano homine, nedum Catholico Episcopo ausus est perpetrare? Dicere cogor invitus, dicam tamen studio veritatis, cui tantum absque aliqua privata affectione ex instituto devincior.

Scripta fuit Synodalis epistola a Damaso ex Romano Concilio ad Paulinum Episcopum Antiochenum, quæ continet XLI. Thodoretus depravat inscriptionem epistolæ Damasi. anathematismos adversus omnes adhuc oblatrantes hæreses; eam cum intexuit Theodoretus loco non suo in historia, pro Paulino Antiocheno, posuit Paulinum Thessalonicensem, ne videlicet ex illis saltem litteris communicatio Damasi cum Paulino convinci posset. Latina omnia exemplaria, quævis consulas antiquitus scripta atque etiam typis excusa, habent Paulinum Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum. Theodoretus autem ita disertis verbis ejus epistolæ titulum ponit (b): *Confessio* (b) Theod. l. 5. c. 12. *fidei Catholicæ quam Damasus Papa misit ad Paulinum Thessalonicæ urbis Macedoniæ, sive Macedoniæ.* Ita ibi, & perpe-

PAGIUS lustre exemplum extat apud Socratem lib. 4. cap. 12. Is de Legatione Macedonianorum ad Liberium Papam loquens, libellum Fidei recitat, quem Legati Liberio obtulerunt; in quo postquam de pluribus Synodis mentionem fecere, de Lampsacena videlicet, aliisque in Lycia, Pamphilia, Pisidia atque Isauria celebratis; dicunt se ab una Synodo Legatos venisse, & unius Synodi epistolam deferre: ἧς συνόδου πρεσβείαν ποιούμενοι πρὸς τὴν χρηστότητά σου, καὶ πάντας τοὺς Ἰταλούς τε καὶ δυτικοὺς ἐπισκόπους γράμματα κομίζομεν. id est: *Cujus Synodi Legationem obeuntes, tum ad Tuam Benignitatem, tum ad universos Italiæ & Occidentis Episcopos literas afferimus.* Causa cur ita Legati loquantur, ut Valesius ad illum locum optime adnotavit, hæc est, quod Synodus Smyrnensis & reliquæ per Pisidiam & Isauriam, Pamphyliam & Lyciam a Macedonianis celebratæ, ad exemplum & similitudinem Synodi Lampsacenæ, a qua delegati fuerant, compositæ erant, ejusque Fidem & doctrinam tanquam primitivam exemplar exprimebant. Quamobrem omnes istæ Synodi pro una sumuntur a Legatis Macedonianorum: & singularum Synodorum epistolæ, quas ab iisdem Legatis perlatas esse paulo antea retulit Socrates, pro una eademque sumuntur epistola, eo quod eandem Fidei doctrinam complecteretur. Eundem igitur Socratis loquendi modum usurpat Theodoretus; frustraque Blondellus libro contra Primatum Ecclesiæ pag. 102. & seqq. contendit, edicti Ecclesiarum possessionem iis, qui cum *Damaso* communicarent, adjudicantis, exetutionem *Sapori* committi non potuisse. Frustra etiam Gothofredus loco laudato ait, Baronium jam recte omnino observasse, turbide multa hac parte Socratem narrare.

Perperam etiam Valesius in lib. 5. Theodo- XL.

... quidem; nisi ad eum excusandum dixerimus, ejusmodi mentitum titulum ab aliquo alio esse appositum. At quam prudenter omissa antiqua lectione, & auctoritate Latinorum exemplarium, in recentiore Conciliorum editione facta Venetiis in Nicolina typographia, posita sit ea epistola ex Theodoreto cum falsa illa inscriptione; ipse videat, quisquis auctor extitit, qui & superioris epistolæ titulum ad eumdem Paulinum inscriptum, ex eo ambiguum quoque reddidit, ponens in margine pro *Antiocheno Thessalonicensem*. Quisnam quæso, dixerit textum unum Græci auctoris præferendum sexcentis Latinis, in rebus præsertim primum Latine conscriptis in Ecclesia ipsa Latina?

XLII. Sed manifestum in nomine convincamus errorem, atque videamus quisnam eo tempore, quo Theodoretus scriptam esse a Damaso eam vult epistolam, cum ageretur Constantinopolitanum Concilium sub Theodosio, Thessalonicensi Ecclesiæ præerat Episcopus, num Paulinus, ad quem vult eam datam epistolam, an alius aliquis. At relegamus catalogum Episcoporum Thessalonicensium hujus sæculi. Tempore Constantini præfuit illi Ecclesiæ Alexander, qui interfuit Nicæno Concilio, cujus extant litteræ ad Athanasium: tempore vero Concilii Sardicensis ejus Ecclesiæ Episcopus erat Ætius; post autem Concilium Ariminense Ireminus *, de quo Athanasius in Apologia ad Constantium; post vero Ambrosii (*a*) certa testificatione constat, his temporibus, quibus Oriens affligebatur a Gothis; præfuisse Ecclesiæ Thessalonicensi Acholium Episcopum sanctitate clarissimum, de quo haud pridem dictum est. Quin etiam invenies idem nomen Acholii in epistola Synodali Concilii Constantinopolitani apud ipsum Theodoretum (*b*): etenim idem Acholius cum Paulino, Epiphanio, & aliis compluribus Orientis Episcopis Romam ad Synodum se contulit; ut plane intelligas, ipsius quoque Theodoreti testificatione eo tempore non alium quempiam, quam dictum Acholium Ecclesiæ Thessalonicensi Episcopum præfuisse, dum recitat titulum epistolæ Synodi Constantinopolitanæ scriptæ ad Episcopos Romæ in Concilio congregatos, ubi inter alios Acholii nomen habetur expressum.

Episcopi Thessalonicenses hujus temporis.

* Irenius.

(*a*) Ambr. epist. 59.

(*b*) Theod. l. 5. c. 9.

XLIII. At si hæc non sufficiunt, suffragetur etiam apertissima fides de Acholio Episcopo, Thessalonicæ hoc tempore præsidenti, utpote qui anno sequenti (ut auctor est Sozomenus *c*) baptizavit Theodosium Imperatorem morbo laborantem. Constat etiam auctoritate Ambrosii (*d*) Acholio subrogatum Anysium, eumque vixisse diutius: nam liquet ejusdem Ambrosii assertione (*e*), ipsum fuisse superstitem post Concilium Capuanum, quod celebratum esse dicemus anno Domini trecentesimo octogesimo nono, Siricii Papæ anno Pontificatus undecimo. Vides igitur, lector, ne fingi quidem posse, ut Paulinus, quem jactat Theodoretus, fuerit Episcopus Thessalonicensis tempore Concilii Constantinopolitani, nec ante vel postea, quousque sederunt Acholius atque ejus successor Anysius; quamque præstet in his auscultare Socratem atque Sozomenum, utpote externos homines neutri harum partium addictos Novatianos. ☞ Visa est ista justa reprehensio Theodoreti, quousque consuluimus textum Græcum, ex quo idem Theodoretus omni carere culpa probatur, interpres autem hallucinatus convincitur; sic enim se habet: Ὁμολογία τῆς καθολικῆς πίστεως, ἣν ὁ πάπας Δάμασος ἀπέστειλε πρὸς ἐπίσκοπον Παυλῖνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, ὃς ἐγένετο ἐν Θεσσαλονίκῃ, *id est, Confessio Fidei Catholicæ, quam Damasus Papa*

(*c*) Sozom. l. 7. c. 4. & Socrat. l. 5. c. 6.

(*d*) Ambr. ep. 59. & 60.

(*e*) Ambr. epist. 79.

PAGIUS

... reti cap. 2. ait, præfatam Legem 2. *de Fide Catholica*, datam esse a *Gratiano*: constat enim, eam a *Theodosio* emissam; quod aperte docet ejus inscriptio, *Edictum ad populum urbis Constantinopolitanæ*, & subscriptio, *Dat. Thessalonica*, & confirmat Sozomeni auctoritas.

Lex Theodosii Gratiano perperam attributa.

XII. Quæ in ea Synodo gesta, Baronius recitat; Sed eum, dum Legationes, quas in diversas Provincias, ad componendum Ecclesiarum statum in ea decretas esse dicit, hallucinatum credit Valesius. Verum quidem est, Gregorium Nyssenum se a Concilio in Arabiam missum testari, ob idque non improbabile esse, eam Legationem a Synodo Antiochena decretam; sed de *Eusebio Samosatensi Episcopo* nihil hujusmodi proditum est ab Antiquis; nec credibile, Synodum huic potestatem dedisse, non in una duntaxat Provincia, sed in pluribus, adeoque in Syria-Cœle, quæ Diœcesis erat Meletii, Episcopos ordinandi; cum id *Meletio* contumeliosum fuisset. Censet igitur Valesius, Eusebium, quod jam de Ephremo diximus, spiritu Divino impulsum Ecclesiæ laboranti auxilium tulisse. Diu antea idem præstiterat *Eusebius*, & Valentis temporibus Presbyteros, Diaconos & Episcopos in alienis Provinciis ordinarat, ut auctor est Theodoretus lib. 4. cap. 13. Quemadmodum ergo tunc temporis nulla Legatione fretus id gessit; sic etiam nunc post reditum ab exilio, nulla Legatione opus habuit, ut idem præstaret. Quod ante Valesium Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus num. IV. citatus, diserte de eodem Eusebio etiam scripserat. Denique Gregorius Nazianzenus anno CCCLXXX. quo Synodus Antiochena celebrata, jam Constantinopoli docebat, ut suo loco ostendam.

Legationes in Synodo Antiochena factæ.

Baron. n. XLV.

XIII. Cæterum recte a Baronio scriptum, in Synodo Antiochena stabilitam fuisse regulam Fidei, itemque hæresibus nuper obortis, puta Apollinaristarum, anathema dictum: idque apparere ex epistola Synodica Concilii Constantinopolitani ad Damasum apud Theodoretum lib. 5. cap. 9. Sed in eo deceptus est Baronius, quod existimavit, eam Synodum Romanam, ex qua Damasus eam Synodicam misit, diversam non esse ab ea, quæ post Divi Athanasii mortem Romæ habita est anno CCCLXXIII. ut vult Baronius

Apollinaris in Synodo Antiochena damnatus.

Papa misit ad Paulinum Episcopum in Macedoniam, cum esset Thessalonicæ [illegible]. At de his hactenus. Jam reliqua ejusdem Synodi Antiochenæ Acta prosequamur.

XLIV. Fidei regula firmata in Concilio Antiocheno. Rursum vero recognitam in eodem Concilio fuisse rectam fidei regulam ac stabilitam apparet ex Synodica epistola Concilii Constantinopolitani ad Damasum, ubi hæc leguntur (a): *Atque ista de fide a nobis libere ingenueque prædicata summatim dissernimus, de quibus pleniorem cognitionem animis poteritis percipere, si libellum, Concilio Antiocheno convocato, de fidei decisione editum, & eum etiam qui superiore anno a Concilio generali compositus est, legere placuerit, in quibus tum fidem nostram uberius exposuimus, tum hæresibus nuper excogitatis anathema scriptis proditum denunciavimus.* Hæc ibi, quibus etiam innuitur recens obortam hæresim Apollinaris in hac eadem Synodo Antiochena fuisse damnatam.

(a) Apud Theod. l. 5. c. 9.

XLV. Decretæ legationes in diversas provincias. Præterea (quod maximi ponderis negotium visum est) decretæ sunt legationes complures ad visitandas Orientis Ecclesias, easque sublevandas, atque in fide Catholica stabiliendas. Electi ad hoc opus qui præclarioris nominis in ea Synodo interfuissent Episcopi, nempe Gregorius Nyssenus, Eusebius Samosatenus, Gregorius Nazianzenus, atque Meletius Episcopus Antiochenus: agemus autem de singulis. Legationis in primis Gregorii Nysseni testis est ipse, cum sanctam Macrinam sororem ita sibi loquentem introducit (b): *Te ad ferendum auxilium, te ad res constituendas Ecclesiæ mittunt, & Dei munus non aspicis?* Idemque missum se alibi testatur ad invisendam atque componendam Ecclesiam provinciæ Arabiæ, cum ita ait (c): *Mihi propter hanc vivendi rationem, in qua ut vivam, ab eo qui dispensat vitam nostram, constitutus sum; necesse fuit pro sancto Concilio habitu, emendandæ Arabiæ Ecclesiæ gratia ad loca ista proficisci. At cum esset Arabia locis Hierosolymitanis conterminus, pollicitus eram me cum his qui sanctis Hierosolymitanis præsunt Ecclesiis disceptaturum, quod rerum illic esset status perturbatus, et quodam qui medius intercederet, egerent. Præterea vero ipso quoque piissimo Rege viæ facilitatem concedente curru publico, nulla nobis necessitas fuit ea perpeti, quæ etiam alias cogitabamus. Vehiculum enim nobis pro Ecclesia & monasterio erat, omnibus per totam viam simul psallentibus & jejunantibus in Domino.* Hæc ipse. Placuit tamen ut antequam collatum sibi munus obiret, rediret in patriam, sororemque sanctam Macrinam virginem in monasterio agentem inviseret, quam octo annorum spatio, quibus extorris ab Ecclesia atque a patria fuerat, numquam viderat. Accidit id quidem divino plane consilio, ut sanctam sororem proxime morituram videret, de cujus obitu in via per visum admonitus fuit, ut ipse testatur ea epistola, quam de rebus ab ea præclare gestis ad Olympium scripsit.

(b) Gregor. Nyss. ad Olympium monach. de S. Macrina vita apud Sur. to. 4.
(c) Gregor. Nyssen. de peregrin. Hierosol.

Gregorius Nyssenus adiit S. Macrinam sororem & morti ejus interfuit.

XLVI. Porro Gregorii eam invisendi illud fuit institutum, ut de obitu Basilii aliquam ab ipsa, utpote sanctissima atque doctissima femina, consolationem acciperet; quo tempore idem Gregorius ex iis quæ tunc soror ipsa cum eo disseruit, librum illum aureum conscripsit de Anima & Resurrectione, in quo eam ob ipsius insignem eruditionem nominat sæpe magistram. Quanta vero eminueret illa vitæ sanctitate, ex eadem epistola ad Olympium poterit quisque abunde cognoscere. Quam autem prædivitem Gregorius ex bonis ejus post obitum

PAGIUS

renitus, sub anno CCCLXXV. et suo loco diximus. Petrus de Marca in Opusculis posthumis pag. 192. & seqq. explicans Canonem quintum prioris Synodi Constantinopolitanæ, his verbis conceptum: *De libello Occidentalium etiam eos suscepimus, qui Antiochia unam Patris & Filii & Spiritus Sancti Deitatem confitentur*, Baronio adhæret, nisi quod Synodum Romanam, quam is anno Christi CCCLXXIII. illigat, ipse ad annum CCCLXXVIII. (quo etiam Antiochenam post Basilii mortem coactam credit) differt. Quam etiam opinionem Valesius in Notis ad Sozomenum lib. 6. cap. 25. tuetur; dubius tamen, an Romana anno CCCLXXVII. an vero CCCLXXVIII. habita fuerit. Sed hæc magnorum Virorum sententia penitus explodenda. Ut enim recte idem Valesius in Notis ad Theodoretum lib. 5. cap. 10. docet, epistola Synodica Damasi, quam eo loco Theodoretus recitat, data non est in Synodo Romana post Athanasii mortem coacta; cum in ea Damasus dicat: *Quid depositionem Timothei a me denuo postulastis? qui & hic, judicio Sedis Apostolicæ, præsente etiam Petro Alexandrinorum urbis Episcopo depositus est, una cum magistro ipsius Apollinare.*

XIV. Quatuor Synodi Rom. sub Damaso distinguendæ. Quare hæc Synodica Damasi ex alio Concilio Romano, quam ex eo, cui Petrus interfuit, & Appollinaris primum damnatus est, missa in Orientem, hactenusque quod in una Synodo Romana gestum, alteri perperam non raro adscriptum fuit, qui error ut vitetur, observandum ante annum Christi CCCLXXXII. non plures, nec pauciores Synodos Romanas sub Damaso congregatas fuisse, quam quatuor, unamque tantum Antiochenam, quantum hactenus ex veteribus monumentis colligi potuit. Antiochena habita est post divi Basilii mortem, ideoque anno CCCLXXX. ut me demonstrasse existimo. Prior Synodus Romana sub finem anni CCCLXVI. aut insequenti adversus *Valentem* & Ursicinum indicta. Secunda anno CCCLXXII. contra Auxentium celebrata. Tertia anno CCCLXXV. adversus Appollinarem & Timotheum. Quarta denique hoc anno tam adversus varios hæreticos, quam adversus Episcopos e factione Ursicini. Quare cum Appollinaris & Timotheus anno CCCLXXV. a Damaso damnati fuerint, hujus epistola adversus utrumque ab eodem scripta, & recitata a Theodoreto lib. 5. cap. 10. pertinet ad IV. Concilium

tum acceperit hæreditatem, haud erit otiosum referre, cum ex iis sanctorum erga sancta pium studium refereretur: ait enim hæc Gregorius (ut plurima de ea digna memoria prætermittam). *Illa de qua mentionem fecimus, Vestiana, quæ curam ornandi suum corpus acceperat, illudque munus obiret, propriis manibus ornans sacrum caput illud, cum ejus cervici manum*
Crux ferrea, annulus cum ligno Crucis. *submisisset: Ecce (inquit ad me respiciens) quale e collo sanctæ monilis ornamentum pendet. Et hæc dicens, solutis a tergo vinculis protendit manu ferreum Crucis signum, & annulum quemdam ex eadem materia; quæ quidem utraque cordi semper adhærebant. Et ego: Communis, inquam, sit hæc possessio; ac tu quidem habeas Crucis insigne, mihi autem hæreditas annuli satis erit; siquidem in hujus etiam pala Crux erat impressa. At eam mulier intuens, rursum ad me: In deligendo, inquit, non aberrasti; etenim excavatus est annulus sub ipsa pala, ibique de ligno vitæ particulam conditam habet, quod superadjacens pala simili nota significat.* Hæc ibi; atque satis ad alia festinanti, cum alioqui jucundissimum foret integram illam epistolam de clarissimæ virginis vita, & obitu a sancto fratre conscriptam audire.

XLVII. Gregorius vero religiose curato sanctæ sororis purissimo corpore, Ecclesiæ antiquo more, cum psalmorum cantu, noctis pervigilio, & accensis cereis ad martyrum ædem religioso funere collocato, susceptum legationis munus obivit, scripsitque dictam ad Olympium sanctissimum monachum epistolam; quem Antiochiæ, dum ibi Gregorius hujuscemodi causa Synodi moraretur, cognovit illac transeuntem, Hierosolymam ad sancta loca visenda peregrinantem, prout idem Gregorius in eadem ad ipsum epistola scripta præfatur. Cætera autem ejus legationis monumenta penitus excidere; sed quæ præstiterit, ex S. Eusebii collegæ functionibus possumus existimare, nimirum quod horum in diversas provincias Legatorum idem muneris esset, ut quos scirent Catholicos sacerdotes, Ecclesiis ab Arianis obsessis Episcopos constituerent: hoc quidem exhibuisse in sua legatione officium magnum illum virum, de quo sæpe superius mentio facta est, Eusebium Samosatenum Episcopum, Theodoretus (a) docet his verbis: (a) Theod. lib. 5. c. 4.

XLVIII. Eusebii Samosateni legatio. *Porro Magnus Eusebius ab exilio reversus, Acacium qui in magna gloria apud omnes fuit, Berœæ Episcopum ordinavit, Theodotum autem Hierapolis, cujus severa vivendi disciplina ad hodiernum diem ab omnibus celebrata est: Eusebium Chalcedonis*, & Cypri nostræ Isidorum Antistitem constituit, utrumque admirabilem & divino pietatis studio egregie exornatum* (fuerant hi præstantissimi monachi, quorum idem Theodoretus (b) alibi meminit). *Ferunt quoque eumdem, Eulogium illum qui pro doctrina Apostolica strenue decertaverat, quique apud Antinoem una cum Protogene relegatus erat, pastorem Edessæ (jam enim divinus Barses e vita excesserat) creavisse: Protogenem vero eorumdem certaminum socium Charris, urbi haud sana doctrina imbutæ, tamquam medicum ad ejus errores curandos præfecisse; postremum autem Episcopum ab eodem divino viro ordinatum fuisse Marim, quem Doliche parvo oppido, & per id temporis morbi Ariani contagione admodum infecto præposuit. Quem quidem Marim, virum sane præstantem, & omni virtutum ge-*

* Chalcidia.

(b) Theod. in hist. sanct. patr. c. 3.

PAGIUS lium Romanum hoc anno habitum; cum in ea Damasus scribat: *Quid depositionem Timothei a me denuo postulastis?* Quia scilicet in Concilio Romano, aliquot ante annos habito, jam damnatus fuerat Timotheus. Nec dici potest illam Damasi epistolam referri posse ad aliquod aliud Concilium Romanum post annum CCCLXXXI. congregatum; cum Theodoretus capite immediate sequenti referat aliam Damasi epistolam decretalem seu confessionem fidei adversus diversas hæreses, quam jam ostendimus emissam esse in quarta Synodo Romana.

XV. *Incertum cujusnam ex illis interfuerit Acacius Berœensis Episc.* Porro difficile est statuere cui Synodo Romanæ Acacius Berœensis Episcopus interfuerit. In enim anno tantum currenti, post sedatam persecutionem Episcopus dictus, ut videre est apud Baronium, & in cap. LVII. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi recitatur epistola *Alexandri Hierapolitani* ad Acacium Berœensem Episcopum, in qua dicit Alexander: *Scit enim Sanctitas tua, sicut olim mihi per epistolam scripsit, quia & in Roma coram sanctæ memoriæ Episcopo Damaso, præsente tua Sanctitate, motum est de hæresi Appollinaris: & nobis duas naturas confitentibus, ut non Deitati passionem tribuamus, dicebant hi qui erant Appollinaris, duos nos dicere filios.* Lupus in scholiis ad illam epistolam existimat sermonem hic esse de Synodo Romana tertia. Sed, ut animadvertit Baluzius in Notis ad eumdem, Acacius tunc nondum erat Episcopus. Huc usque detegere non potui, an *Acacius* sub hujus anni finem, vel anno CCCLXXXII. quo alia Synodus Romana celebrata, in Occidentem venerit.

Tam Antiochena, quam Romana Synodi, ex Petro de Marca laudato sic explicandæ. Editus est libellus Fidei ab Antiochena Synodo, & Constantinopolim ad Concilium missus ad Orientis Concilium; quod docet epistola Synodica Constantinopolitana apud Theodoretum, qua testantur Patres, qui secundo in urbe regia convenerunt, anno scilicet trecentesimo octogesimo secundo: *Ex qua,* (nempe Fide) *majorem adhuc voluptatem vobis capere licebit, si libellum Antiochia conditum a Synodo, quæ illic celebrata est, legere dignemini.* Porro hanc Fidei Formulam missam fuisse non solum ad Concilium Constantinopolitanum; sed etiam ad Occidentis & Romanum Concilium, nemo dubitare poterit, nisi qui relationes decretorum Fidei ab Oriente in Occidentem, & vicissim mitti solitas ignoret. Missa ergo ab Antiochenis ad Romanos & ceteros XVI. *Gesta in Synodis Antiochena & Romana anno CCCLXXX.*

genere eximie illustratum, cum Eusebius ipse Magnus in sede Episcopali collocare vellet, Dolicham contendit.

XLIX. Eusebii Samosateni martyrium. *In quo oppido mulier quædam perversa Arii doctrinæ peste admodum laborans, tegulam e superiore loco dejecit, qua caput ejus diminutum fuit; quo quidem vulnere paulo post ex hac in aliam longe præstantiorem vitam migravit. Qui cum jam esset moriturus, eos qui aderant, jurejurando obstrinxit, ne ullum supplicium de ea quæ facinus fecerat, omnino sumerent. Etenim is eo imitatus est tum Dominum suum, qui pro iis qui eum Cruci affixerant, sic oravit* (a): *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: tum conservum Stephanum, qui post crebros lapidum ictus, quibus obrutus erat, clamavit* (b): *Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Tali mortis genere Eusebius ille Magnus post multa pro fide confecta certamina occubuit: qui licet barbarorum in Thracia effugisset crudelitatem, impiorum tamen hæreticorum manus haudquaquam effugit, sed per eos coronam martyrii consecutus est.* Hactenus de Eusebio Theodoretus; qui licet ab Antiochena Synodo eum esse legatum ad illud opus, silentio præterierit, tamen certum constansque est, eum ipsum unius civitatis Episcopum in aliena metropoli tot tantaque præsumpsisse, ut in Syria atque Mesopotamia Episcopos ordinarit; cum nonnisi ex Synodi decreto potuerit tam ampla illi tunc fuisse impertita auctoritas. Verum præstantissimi Præsulis jugem memoriam, cum Orientalis, tum etiam Occidentalis Ecclesia prosecuta est, diem natalis ejus, quo coronatus martyrio

(a) Luc. 23.

(b) Act. 7.

PAGIUS

teros Occidentales Fidei Formula, ut in eadem communionis societate se conjunctos esse profiterentur, quid aliud expectamus, quam, ut Synodus Romana Antiochensium Formulam amplecti profiteatur, epistola data ad Orientales Episcopos, qui Synodum Constantinopoli habebant anno trecentesimo octogesimo primo. Ad hoc Concilium Antiochenum pertinent quæ anno CCCLXIX. in medium adduxi.

XVII. Synodus Romana IV. hoc anno coacta. Quartæ Synodi Romanæ epocham, a libello Synodico indicatam, certo nos edocent Epistola Concilii Romani ad *Gratianum & Valentinianum*, quæ est de damnatis e factione *Ursicini*, & Rescriptum Gratiani Augusti juxta illius Epistolæ relationem, datum ad *Aquilinum* Vicarium Urbis, quæ duo Antiquitatis monumenta referuntur Tom. II. Concil. edit. Labbeanæ pag. 1002. & seqq. Recitat etiam Rescriptum illud Baronius anno CCCLXXXI. num. II. & seqq. sed loco non suo. Cum enim Rescriptum nec Valentis, nec Theodosii mentionem ullam habeat, post illius interitum, & ante hujus ad Imperium evectionem emissum fuisse manifestum est, ideoque inter diem IX. Augusti currentis anni, quo *Valens* periit & diem XIX. Januarii proxime sequentis, quo *Theodosius* Augustus salutatus, Rescriptum illud a Gratiano emissum, ut ibidem Labbæus ex Blondello in libro contra Primatum Ecclesiæ pag. 293. & seqq. ostendit; quod & confirmant aliæ rationes apud Blondellum vel Labbæum legendæ. Non dubium itaque quin Concilium Romanum IV. a Damaso Papa sub hujus anni finem coactum fuerit.

XVIII. Varii haeretici in ea damnati. Gesta in ea ex parte discimus ex Libello Synodico, in quo de hac Synodo scriptum est: *Valens cum in Thracia adversus Gothos pugnasset, in Chalcide ab ipsis igne absumptus in quodam palearum receptaculo ad æternum ignem migravit. Valentino etiam* (legendum Valentiniano, seniori scilicet) *in Christo Deo nostro defuncto, Gratianus filius, & Occidentis & Orientis Imperator factus, pios Episcopos ab exilio revocavit. Quo tempore beatus etiam Damasus sacram Romæ convocavit Synodum adversus Arianos, Pneumatomachos, & alios plurimos hæreticos: expositamque definitionem divinorum capitum, Thessalonicam ad Paulinum misit, qua in divina dispensatione ubique mentem perfectam, & Trinitatis homousion adorandam esse omnibus persuasit.* Post hanc Synodum Romanam in Libello Synodico recitatur summarium Concilii Antiocheni, anno CCCLXXX. habiti.

XIX. In eius Synodica mentio est Synod. Romana II. Ex quibus palam fit primo, *Concilium Romanum IV.* sub hujus anni exitum celebratum esse. Secundo, damnatos in eo Arianos, Pneumatomachos, aliosque Hæreticos. Tertio, datam in eo epistolam decretalem contra diversas hæreses, Sabellii & aliorum, quam recitat Baronius anno CCCLXXIII num. X. & seqq. quia scilicet existimavit eam eodem anno, quo Synodum Romanam III. habitam credidit, emissam esse, IV. mentionem, quæ in ea Decretali fit de Concilio Romano, in quo iidem hæretici olim damnati fuisse dicuntur, esse de Concilio Romano II. in quo de Consubstantialitate Spiritus Sancti actum fuisse diximus. Licet enim in exemplari, quo usus est Theodoretus, nulla Synodus Romana memoretur, in MS. tamen quo usus est Justellus, ut videre est Tom. II. Concil. pag. 900. hujus fidei Professionis, Synodicæ, vel decretalis, ut malueris, initium est: *Quia post Concilium Nicænum, aliud in urbe Roma congregatum est, quæ Catholici Episcopi addiderunt de Spiritu Sancto, quia postea inolevit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere, Spiritum S. factum esse per Filium*, &c. Quare perperam Valesius in Notis ad illum Theodoreti locum, eam Synodicam refert ad annum CCCLXXXII. sed optime observat in Notis ad Sozomenum lib. VI. cap. 25. quod in ea de Synodo Romana dicitur, referri ad Synodum Romanam adversus *Auxentium* congregatam. Porro an illa fidei Confessio Decretalis Damasi, vel Epistola Synodica Damasi, appellari debeat, cum tituli singulis capitibus Historiæ Theodoreti præfixi ejus non sint, ut patet ex prioribus editionibus textus Græci Theodoreti, ubi desunt, de loquendi modo hac in re parum curandum.

XX. Alia de quibus in ea Synodo actum. Actum denique in hac quarta Synodo Romana de Ursicino, qui licet anno CCCLXXIV. Gratiani Imp. judicio relegatus fuisset, ipse tamen, ejusque exemplo nonnulli Episcopi Ecclesiis incubabant, & contemptis Cognitoribus, vel fugatis, plures ex ea factione Ecclesias suas retinebant. Præterea *Florentius Puteolanus* anno CCCLXXII. Episcopatu dejectus fuerat; & tamen, ut inquiunt Patres Concilii Romani IV. in Epistola laudata ad Gratianum & Valentinianum, *post sextum annum* (currente scilicet) *repsit ad civitatem, tenuit Ecclesiam, multas in oppido* Pu-

rio triumphavit in cœlo, incertum publicis Ecclesiæ monumentis, anniversaria memoria celebrans.

L. *Gregorius Nazianzenus Constantinopolim a Synodo mittitur.*

Inter alios autem Episcopos, qui ab eadem Synodo ad diversas provincias legati sunt, sanctus Gregorius Nazianzenus missus est a Patribus Constantinopolim ad ruinas tantæ Ecclesiæ reparandas: quo enim difficilior provincia, opusque durius ac pene desperatum videri poterat, eo doctior atque sanctior, animique viribus præstantior ex sacro illo confessorum conventu delectus est. Quis enim satis valeat Ecclesiæ illius statum deploratissimum mente assequi, cui tot annis fæx hæreticorum Eudoxius, idemque perditissimus hæresiarcha præfuit, & post eum Demophilus æque impius atque nefandus? adeo ut qui ibi reliqui erant pauci Catholici, sicut oves errantes absque pastore, luporum semper paterent incursui. Eligitur ad illos expugnandos, hos autem sublevandos atque firmandos, potens opere & sermone Theologus, qui aliquot annis a parentis obitu (ut dictum est) a pastorali cura liber, in abscondito faciei Domini, Seleuciæ apud sanctam protomartyrem Theclam magno negotio otiosus agebat. Puto hunc inde abduxisse secum Meletium, cum ab exilio ex Armenia rediit Antiochiam. Quid autem adeo nobili legatione perfunctus egerit, dicturis per singula, ante omnia certa ratio temporis ejus Constantinopolim profectionis exquirenda nobis est, quod sciamus alios ejusdem Gregorii res gestas prosecutos longe ante præsentem annum ejus adventum Constantinopolim posuisse.

LI. *Tempus adventus Gregorii Nazianzeni Constantinopolim.*

Etenim Gregorius presbyter, qui encomiastica oratione vitam ejusdem Gregorii Nazianzeni tractavit, cum tradat ipsum duodecim annis egisse Constantinopoli, constetque ejusdem tempus certum, quo inde recessit; ex ejus sententia dicendum esset, ipsum anno sexto Valentiniani atque Valentis Imperatorum se Constantinopolim contulisse, Christi vero anno trecentesimo sexagesimo nono, quem liquet recessisse tempore œcumenicæ Synodi illic habitæ, Syagrio & Eucherio Coss. anno Domini trecentesimo octogesimoprimo. In eamdem quoque sententiam de annis duodecim commorationis Gregorii Constantinopoli visus est Nicephorus in Chronico abiisse, dum ait eum sedisse annis duodecim Constantinopolitanorum Episcoporum. Prætermittimus autem recensere alios hos secutos, eadem quoque scribentes, a quorum omnium sententia ut penitus abhorreamus, ipsemet Gregorius Nazianzenus imprimis admonet, dum in carmine de Vita sua de se testatur, non recessisse

PAGIUS

Puteolano, de quo dejectus fuerat, seditiones insolentia concitavit. Adduut Patres de Restituto Episcopo, quem jusserat Imperator, ut causam diceret apud Episcopos, eum morem gerere noluisse, & in Africa Claudianum ab rebaptizatoribus qui expulsi fuerant ordinatum, ad perturbandam urbem Romam, quasi Episcopum destinari. Denique Isaacum Judæum a factione Ursicini subornatum, in Damasum Papam insurrexisse, ejusque caput petiisse; quibus malis remedium petunt a Gratiano & Valentiniano Impp.

XXI. *Qua Imperatores executioni mandari jubent.*

Ad hanc Epistolam iidem Imperatores rescribentes jubent sententias in eosdem seditiosos alias latas executioni mandari, datis hac de re litteris *ad Aquilinum Vicarium Urbis* a Baronio anno CCCLXXXI. num. II. & seqq. recitatis. Verum exemplar quo usus est doctissimus Cardinalis mendosum fuit. Nam ibidem numero III. de Florentio Puteolano Episcopo legitur: *Florentius Puteolanus post damnationem, quam recto judicio convictus accepit, mansuetudinem nostram inquietare conatus, dignum tulit in progressione responsum: post quintum decimum annum Ecclesiam, de qua extrusus fuerat, rursus contaminare conatur*, Verum loco, *post quintum decimum annum*, legendum, *post quintum demum annum*; ut alibi diximus, & legere est apud Labbeum Tom. II. Concil. pag. 1004. Hunc errorem cum neque Baronius, neque Sirmondus in Auctario Cod. Theod. advertissent, annum illum XV. ab anno CCCLXVII. deduxere, & Epistolam ad Gratianum, hujusque Rescriptum in annum CCCLXXXI. distulere; quam tamen opinionem certa argumenta evertunt, ut videre est apud Labbeum citatum.

XXII. Ad num. L. & seqq. Divus Gregorius Nazianzenus ad curandam Ecclesiam Constantinopolitanam hoc, vel sequenti anno missus est, sed non a Synodo Antiochena post Sancti Basilii mortem habita, ut perperam Baronius existimavit; cum hæc Synodus ad annum trecentesimum octogesimum pertineat, &, ut Theophanes in Chronico, postquam de ea sermonem habuit, scribit: *Tunc Gregorius Theologus Constantinopoli in Oratorio Sanctæ Anastasiæ majori cum libertate* docuerit. Idem Theophanes, antequam Valentiniani senioris mortem narret, ait: *Tum etiam Gregorius Theologus, Basilii, Meletii & aliorum pietatis propugnatorum industria Constantinopolitanæ Ecclesiæ regimen suscepit*. Tradit hæc Theophanes, postquam proxime locutus est de Concilio Illyriciano anno trecentesimo septuagesimo primo congregato. Ex quo liquet, *Nazianzenum* non a Synodo Antiochena, verum ab aliqua alia Constantinopolim destinatum, quæ nonnisi post Valentis mortem celebrata fuit. Eo enim vivente Nazianzenum adversus Arianos Constantinopoli docuisse, nullus sibi persuaserit. Baronius in Annalibus duo egregie demonstrat. Primum, Nazianzenum triennio tantum Constantinopoli docuisse, ideoque ante præsentem annum illuc sese non contulisse. Secundum, cum non sponte Constantinopolim venisse, sed coactum ab Episcoporum Conventu. Verum in eo erravit Baronius, quod Conventum illum Antiochenum post Divi Basilii mortem habitum fuisse existimaverit.

Cura Ecclesiæ Constantinopolitana Gregorio commissa.

Baron. n. LI. & seq.

XXIII. *Hortatu S. Basilii.*

Certe Divum Basilium adhuc in vivis fuisse, quando hæc cura Nazianzeno commissa, docet Gregorius Presbyter in Nazianzeni Vita, dicens: *Divino spiritu ad eam expeditionem impulsum fuisse, ut illic pro ipso spiritu depugnaret: statim autem Magnum Basilium hortatorem accessisse, quasique ad spiritualia certamina eum inunxisse: ac*

com-

cessisse Nazianzo, nisi post obitum patris, quem tempore Nicæni Concilii redditum Christianum, sedisse tradit Episcopum annos quadragintaquinque, sicque propagasse vitam ad annum Domini saltem trecentesimum septuagesimumsecundum. At postquam Nazianzo recessit; cum testetur Ibidem, se ad ecclesiam S. Theclæ profectum esse Seleuciam, ibique esse diutius commoratum; nihil esse loci potest dictæ ipsorum sententiæ de annorum duodecim commoratione Constantinopoli; quam qui sequuntur, ipsi Gregorio desormiter adversari noscuntur: nam præter hæc, idem ipse alibi certum definit annorum numerum quibus Constantinopoli detentus est: ut plane nullus de his remaneat amplius dubitandi locus.

LII. *Triennii mora Gregorii Constantinopoli.*

Ipse, inquam, Gregorius Theologus, cum tantum triennio tradat se commoratum esse Constantinopoli, certe non ante præsentem annum illuc profectum esse declarat; sunt enim hæc verba ipsius (*a*): *Vos laborum meorum testes estis. Quid improbum, quid vobis contrarium, quid noxium vel verbis protuli, vel designavi toto hoc jam triennio? unum licet excipiatis, quod malis pepercerim, a quibus ingressu primo lapidatus, hoc ipsum constanter toleravi, &c.* Hæc ipse; quibus probe consentit Ruffinus, qui ea ferme, quæ præ oculis habebat temporum suorum gesta scribebat, dum ait (*b*) de Gregorio: *Reddita vero pace, Constantinopolim ad Ecclesiam docendam venire cohortatus, non abnuit: ubi brevi tempore tantum ad emendandum populum vetustis hæreticorum infectum venenis profecit, ut tunc primum Christiani fieri viderentur, &c.* Quod igitur nonnisi reddita pace Ecclesiæ, illuc Gregorium accessisse, brevique tempore permansisse dicat; plane recitare ipsius Gregorii sententiæ de triennio assentitur. Sed illud male Ruffinus, dum ibi affirmat Gregorium ante creatum fuisse Episcopum Nazianzenum: nam eodem in loco ipse Gregorius, ubi agit de adventu suo Constantinopolim, sic ait: *Nequaquam deserto populo, cui aliqua necessitudine obligatus essem: nam illa sunt hostium meorum figmenta, falsique sermones, &c.*

(*a*) *Gregor. Naz. carm. de Episc. edit. Leuvenklai.*

(*b*) *Ruffin. l. 2. c. 9.*

LIII.

Quod vero illuc non sponte profectus sit, sed coactus ab Episcoporum conventu, Catholicis qui erant reliqui Constantinopoli maxime id petentibus, alibi ipse etiam Gregorius testatur, cum ait (*c*): *Huic orationi testimonio sum ego ipse qui hæc dico. Cum supra vis spectabiles positus essem, & mente cum solis intelligibilibus versarer abjecta gloria, possessionibus, spe, doctrina, delicias ex eo ipso capiens, quod delicias nullas sectarer, exiguo pane contentus jucundam vitam agerem ab omni petulantia liber; præter omnem spem, a bonis his abreptum me quispiam longe abduxit. Et quis ille fuerit, dicere non habeo, divinus ne Spiritus, an peccata mea, ut electionis pœnas darem. Hoc quidem manifestum est, impulisse me huc pastorum conventum, & populum recte sentientem, qui tamen nondum amplus & copiosus erat.* Hæc ipse, qui & in carmine de vita sua:

Ad hoc (quod esse crederemur in Deo
Sermone, vita & nobiles, quamvis fere
Semper secuti rusticum vitæ genus)
Me misit almus Spiritus, vocantibus
De plebe multis, atque item pastoribus;
Plebem ut juvarem, pro fide arma sumere.

& paulo post:

Sic sum profectus, sponte non certe mea,
Verum coactus, ut fidem defenderem.

(*c*) *Gregor. Nazian in carm. de Episc. edit. Leuvenklai.*

A Synodo Antiochena Gregorius Nazianzenus missus Constantinopolim.

Sic itaque cum ipsius iterata assertione liqueat, coactum a conventu Episcoporum Constantinopolim profectum esse; licet ubi ejusmodi Synodus Episcoporum collecta sit, minime dicat; tamen quod nullum aliud reperiatur hoc anno convocatum Concilium Episcoporum, nisi Antiochenum; immo quod nec alibi ab aliis colligi potuerit, cum eo tempore perpauci qui erant in Oriente Episcopi Orthodoxi (ut dictum est) coierint Antiochiæ: sed & quod nec quævis alia Synodus in Oriente celebrata tantæ auctoritatis esse potuerit, ut ad curandam Constantinopolitanam Ecclesiam valuerit renitentem Gregorium cogere; necessitate adstringimus profiteri id factum in Antiocheno Concilio, in quo & aliæ huic fi-

PAGIUS *complures Episcopi, & Regiæ urbis cives obnixe ab eo poposcisse.* Imo ipse Gregorius Nazianzenus in Oratione funebri de laude Basilii, quam altero, aut circiter anno, post hujus obitum habuit, istius officii tarditatem excusans inquit: *In vera doctrina periclitantis negotio interim occupati fuimus, pulchre coacti, & propter Deum tantum non extranei effecti*, scilicet a Cappadocia, in qua natus Nazianzenus; qui addit, quod hoc *non* videatur *præter mentem generoso isti veritatis pugili* accidisse, *qui nihil sui spiravit, ac verum & totius mundi salvificum doctrinam*. Recte itaque Theophanes prodidit, Basilium hortatum fuisse Nazianzenum, ut Ecclesiæ Constantinopolitanæ curam susciperet. Hermantius in Vita S. Basilii lib. 8. cap. 18. & Papebrocius die XII. Maii in Vita S. Gregorii Nazianzeni arbitrantur, Nazianzenum nonnisi post Basilii mortem Constantinopolim missum esse, Gregorium Presbyterum deceptum scribunt, & locum laudatum Nazianzeni interpretari conantur. Sed Basilii Episcopatu, & obitu suis annis redditis, hujusmodi interpretationes evanescunt, constatque, Basilii mortem profectionem Constantinopolitanam Nazianzeni non præcessisse, sed subsecutam esse.

miles (ut diximus) legationes decretæ fuerunt.

LIV. De vi autem, quam tunc passus est, hæc idem ipse Constantinopoli cum esset (a) Gregor. Naz. orat. ad Arian. pro concione ad Arianos (a): *Ego parvulus ille obscuro & ignobili patria natus* (objectabant enim hæc in eum Ariani) *ad vos accessi; idque non ultro, nec me ipsum offerens, ut moris est hodie plerisque qui ad Ecclesiæ gubernacula temere prosiliunt; sed accitus, ac vi compulsus, ac timore Spirituque obsecutus. Quod si falsa loquor; hoc mihi pro sceleris pœna imprecor, ut diutius hic belli molestias incassum sustineam, nec quemquam errore liberem, sed vota sua compotes fiant, qui animæ meæ sterilitatem imprecantur.* Hæc ipse. At antequam Gregorii proficiscentis Constantinopolim vestigia assectemur, pauca quæ reliqua hujus Antiochenæ Synodi sunt, hic reddamus.

LV. Theodoretus addictus Meletio, & a Paulino perquam aversus, nulla penitus de collega in munere pastorali & societate laborum habita mentione, nec aliorum qui Synodo interfuerunt, sed omnia in (b) Theod. l. 5. c. 4. ea gesta Meletio tribuens, ita narrat (b): *Divinus vero Meletius Diodorum illum, cuius ante mentionem feci, qui navem Ecclesiæ in gravissima tempestate incolumem servaverat, Tarsi pastorem designavit, Ciliciumque gentem ei concredidit; Episcopum vero Apameæ Joannem creavit, qui illustri genere ortus quidem fuit, sed suis ipsius recte factis multo maiorem splendorem, quam ex majorum rebus præclare gestis est consecutus: nam non doctrina solum, sed præstabilis vitæ ornamentis insigniter decoratus erat. Hic turbulentis procellæ temporibus, conventum eorum qui fide secum sentiebant, gubernavit, sociumque habuit & adjutorem Stephanum virum cum primis laudatum. Verum istum divinus Meletius ad alia transtulit certamina: nam ubi intellexit Germaniciam labe Eudoxii infectam, eum velut medicum (nam & humaniore litteratura & sacris litteris ab ineunte ætate instructus fuerat) ad morbum curandum misit. Neque certe spes eum frustrata est. Siquidem spiritualis doctrinæ subsidio lupos in oves mutavit.* Hactenus Theodoretus; atque finis esto Synodi Antiochenæ: si quæ autem alia ibi decreta sunt, nos latent. Addimus tamen his appendicem de Meletio; qui cum visitaret Diœcesim, Ecclesias erigens, & Syriæ quoque monachos invisere sibi subditos, invenit inter alios Simeonem Stylitam habitationem sibi super columnam statuisse, inauditumque hactenus vitæ institutum arripuisse: quem cum vinctum quoque arcte ferro spectasset, jussit acciri fabrum, qui solveret ferri vincula, illud addens: Amanti Deum homini satis pro vinculo esse mentem. In

Meletius novos ordinat Episcopos.

cæteris eum ab instituto minime dimovere voluit. Fuerant hæc ejusdem Simeonis primordia, & quidem Deo juvante felicia, utpote qui in eodem, immo arctiori vivendi genere propagavit ætatem usque ad tempora Theodosii junioris; hæc modo satis indicasse de eo ex Theodoreto (c): cætera autem alias, ut occasio feret inferius. (c) Theod. l. SS. Patrum c. 26.

At prosequamur jam Gregorium properantem Constantinopolim. Cum enim illuc pervenisset, hospitio excipitur a piis viris sanguine sibi conjunctis; testatur enim id ipse, cum ait (d): *Quod si gravavimus, parcendo potius & repudiando, quam accipiendo graves fuimus. Hujus vos si causam quæritis, domus quædam pia Deique amore flagrans, non secus atque (e) Elisæum Sunamitidis domus nos refocillavit, hominum corporis spiritusque cognatione mecum conjunctarum, ac singulari liberalitate præditorum; apud quos hic quoque populus compactus est, cum furtim adhuc Orthodoxam fidem persecutionibus vexatam atque afflictam haurires, nequaquam libero ac sine periculo. Rependat illis Dominus in die retributionis.* Hæc Gregorius. Erat hic Nicobolus Nicoboli junioris parens; de quo inferius. Quod igitur maxima ex parte Civitas illa Arianis hominibus conferta esset sub Ariano Episcopo præpotente; quamvis Valens extinctus esset, Gratianique edictum fuisset promulgatum; haud tamen his poterat contineri procacia atque ferocia Arianorum publice in Catholicos debacchantium; cujus rei causa ipse sui adventus initio domi clandestine docebat. LVI.

(d) Gregor. Naz. orat. in Maxim.

(e) 4. Reg. 4.

Gregorii Nazianzeni hospitium Constantinopoli.

At divino plane miraculo factum, ut domus illa in Ecclesiam converteretur; atque cresceret in Basilicam: quod & ipse ante prædixit, nempe ut Jebus in Hierosolymam, & Bethlehem mutaretur in Silo: quæ ab ipso vocata est Anastasia, ea de causa, ut idem testatur, quod compressa & extincta fides Catholica in ea civitate (f), ibi excitata revixerit. Cæterum haud assentiri possumus Gregorio presbytero, qui locum illum antea Anastasiam appellatum putat, fuisseque Ecclesiam ab Arianis velut ignobilem derelictam: nam illam ipsam privatam domum extitisse, & ab effectu eo nomine decoratam, idem ipse Gregorius sæpe affirmat, de qua ita ait (g): *Illa primum Dei verbum, quod prius in radicibus manebat, ad supremum montis cacumen evexit, ob idque Anastasiæ nomen adepta est. Anastasia inquam illa laboriosum manus meæ opus insigne.* Porro ob loci angustiam (ut dictum est) eamdem sæpe Bethlehem nominavit. Sed & illam dicatam fuisse in memoriam sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, Sozomenus testatur; qui & ait (h), sententiam quorumdam fuisse, ex LVII.

(f) Greg. Naz. orat. ad centum quinquag. Episc.

(g) Gregor. Nazian. in somnio Anastas.

(h) Sozom. l. 7. c. 5.

co

eo dictam Anastasiam, quod mulier gravida e sublimi porticu, cum verbum Dei audiret; deorsum lapsa, atque extincta, communibus omnium precibus revocata ad vitam fuerit. Sed præstat audire Gregorium ipsum tantæ fabricæ architectum, qui a fidei resurrectione locum nomen adeptum, sæpe confirmat. Potuit verum esse, quod de muliere collapsa Sozomenus tradit; siquidem ob loci angustiam & sexus honestatem structa illic fuerant tabulata, ex quibus Dei verbum feminæ audirent, ut apparet ex ejusdem Gregorii carmine de Insomnio Anastasiæ.

LVIII. Accidit postea, ut quæ latioribus fidei terminis longe lateque crescens totum ambitum Civitatis complexa fuit, æque creverit amplioribus murorum spatiis: nam post hæc Martianus (a) nobilis Civis idemque prædives, ingentem ibi suo patrimonio extruxit Ecclesiam; in qua ipse presbyter semper vixit. Auctor est Theodorus Lector in Collectaneis, ob nomen Anastasiæ illuc postea fuisse delatas Anastasiæ sanctissimæ martyris reliquias, ejusdemque martyrii die natali ipsam Basilicam in ejus memoriam consectatam. His addimus (ne quid prætereat) fuisse Constantinopoli aliam ejusdem nominis ecclesiam, Anastasiam dictam, sed (ut habet Sozomenus b) fuisse Novatianorum, ab Arianis dirutam, ab ipsis vero denuo excitatam; unde & consecuta fuerit id ipsum nomen, Anastasia: sed hæc ab Anastasia Gregorii longe diversa, in qua ipse tamquam certaminis campo omnes profligans hæreticos, victricia erexit trophæa victoriæ: illic enim pro concione insignes quinque illas inter alias de Theologia habuis orationes, ex quibus nomen est Theologi consecutus, quibus exsultantes & insultantes repressit hostes: qui diutius summa rerum potiti, nemine adversante fastu tumido incedentes, magnam cum potentia ex perfidia & impietate sibi gloriam comparaverant: sed cum fortis ille armatus (c) fores observaret, quo tuta esset absque exturbatore possessio, fortior illo veniens, nempe in Gregorio Christus, ablata aucta fœnore recuperavit. Quam autem opportunus atque pernecessarius fuerit Gregorii tunc adventus, & qualis esset urbis ipsius status; ex iis intelliges, quæ ipse aliquando pro concione ad ingratum populum dixit (d): nimirum non secus ac si navi tempestate jactatæ & periclitanti manum porrexisset, aut urbi obsidione cinctæ, vel ædibus flammarum ardore conflagrantibus, instrumentis extinguendæ flammæ accommodatis opem tulisset: his & aliis symbolis usus est ipse: apologiam habens adversus eos qui ipsum ambitionis nomine redarguerent.

(a) Martian. ast. apud Metaphr. die 10. Jan.

(b) Sozom. l.4.c.19.

(c) Lucæ 11.

(d) Gregor. Nazian. de suo affect. cathed. Constantinop.

LIX. Cum autem detectus esset Gregorius suscepisse patrocinium Catholicæ fidei, mox sensit Arianos infestos; qui eo audaciæ atque furoris adacti sunt, ut cum hæreticum inclamarent, atque etiam lapidibus sanctissimum virum impeterent: testatur id ipse pluries; & in Vita sua his versibus (e):

At qui mearum tunc fuit rerum status?
Ingressus urbem plurimis jactor malis.
Exarsit in me tota primum civitas,
Multos perinde ac si deos inducerem.
Mirum nec est hoc: instituti sic erant,
Ignota prorsus ut quibus fides pia
Esset, modoque trina quonam est unitas,
Atque una rursum Trinitas; siquidem pie
Intelligantur hæc duo.

(e) Gregor. Naz. in vita sua

Gregorius primo ingressu quæ passus.

Sic namque res se habebat hoc tempore: quod reciperetur ab omnibus nomen hypostasis, hactenus pro substantia usurpatum; plane accidebat, ut qui tres hypostases dicerent, ac proinde tres substantias, alias subsistentias prædicarent, trium deorum assertores inclamarentur; sicut e contra qui eam vocem non reciperent, ab istis nominarentur Sabelliani, ut nuper vidimus de Paulino, dicturique sumus de S. Hieronymo. Sed de furente in ipsum plebe hæc ibidem subdit:

—— Plebsque insuper
Læsis favere suevit, ut tum Præsuli
Suo, vicem ejus graviter infaustam ferens:
Plebs tanta & animis plena non in omnibus
Superare rebus, quæ probrum ingens duceret.
Imbres taceo saxeos, epulas meas;
Vanos fuisse quos queror tantummodo,
Hæc assecutos, assequi quæ nil juvat.
Necem nec infert.

Plebs lapidibus Gregorium petit

ista a plebe Ariana Gregorius passus est. Qui autem modestius cum eo visi sunt agere; eumdem raptum ad tribunal, quasi maleficum ac seductorem, falsæque doctrinæ auctorem, traxerunt. Nam ipse hæc mox addit:

—— Post velut sicarius
Vultu superbo praditos ad Præsides,
Queisque una studio lex erat plebi obsequi,
Trahor ipse, sceleris qui nihil patraveram,
Nec cogitaram; discipulum Christi ut decet.
Ac tum patronus astitit Christus mihi, &c.

Gregorius raptus ad tribunal.

Etenim magna fiducia Gregorius in se Dei sæpe expertus auxilium (licet undique impendere sibi mala conspiceret, & ex multitudine Arianorum, florentique rerum statu consterni animo potuisset) divinitus confortatus spe certa melioris temporis, his se consolabatur alloquiis (f): *Hic*, inquit, *mecum cogitans ajebam: Domos*

Consolatio Gregorii.

(f) Gregor. Nazian. ad Arian. & de se ipso.

Ariani habent, nos inquilini; hi templa, nos Deum, idque præterea quod Dei vivi templa sumus, victima viva, holocausta spiritualia, sacrificia perfecta, Dei denique, Trinitatis adorata beneficio: hi vulgus habent, nos Angelos; hi temeritatem & audaciam, nos fidem: hi minas, nos preces & orationes: hi feriendi insolentiam, nos patientiam: hi aurum & argentum, nos purgatam fidei doctrinam: Fecisti tibi (ut eam Scriptura (a) loquar) duplices & triplices contignationes, domum fenestris distinctam: At hæc fide mea nondum sublimiora sunt, cælisve, ad quos excelsus feror: At mihi grex exiguus, sed ad præcipitia non fertur: At angusta mihi caula, sed lupis inaccessa, & latrones non admittens; atque ejusmodi, ut nec a furibus, nec ab extraneis transcendi queat. Nec dubito, quin eam quoque aliquando latiorem perspecturus sim: multi enim ex iis qui in luporum numero sunt, a me inter oves recensebantur, ac fortasse etiam inter pastores. Hæc mihi feliciter annuntiat bonus ille pastor, propter quem ego animam meam pro ovibus pono. Hæc Gregorius, quem Deus aliqua visione (ut olim (b) Petro ostenso linteo) eorum quæ futura essent bonorum, fuit in tanta rerum angustia consolatus. At ista modo satis de Gregorii primis illis diebus commoratione Constantinopoli: reliqua autem ab eo gesta rejicimus in sequentem annum.

(a) Agg. 1.
(b) Act. 10.

LX.

Hieronymus calumniam passus in eremo.

Sed ut ad res Syriæ redeamus. Pamdem prorsus calumniam, quam Paulinus Episcopus Antiochenus (ut vidimus ex Epiphanio atque Theodoreto) passus est a Vitale primum, ac deinde a Flaviano, cum ab eis Sabellianus appellaretur, pati cogitur S. Hieronymus in Syriæ solitudine apud Chalcidem in eremo degens, quod communicaret cum eodem Paulino, a Meletii puto studiosis exagitatus, nominatus & ipse ab iisdem Sabellianus, adeoque vexatus, ut coactus fuerit inde recedere. Tradit hæc omnia ipse scribens ad Marcum presbyterum Chalcidensem (ut habet vetus exemplar) non Celedensem: degebat enim ipse (ut dictum est) in Syriæ solitudine Chalcidense, cum quæ pateretur ab illis, narrat his verbis (c):

(c) Hieron. epist. 77.

Decreveram quidem utendum mihi psalmistæ voce dicentis (d): Cum consisteret adversus me peccator, obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis. Et iterum (e): Ego vero tamquam surdus non audiebam, & tamquam mutus non aperiens os suum, & factus sum, ut homo non audiens. Sed quia charitas omnia superat, & propositum vincit affectus, non tam injuriam facientibus reddo vicem, quam tibi respondeo postulanti. Apud Christianos enim non qui patitur (ut quidam ait) sed qui facit contumeliam, miser est. Et primo quidem antequam de fide mea, quam optime nosti, tecum loquar; adversus barbariem hujus loci versu cogor clamare vulgato (f):

(d) Psal. 38.
(e) Psal. 37.

Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? Hospitia prohibemur arenæ:
Bella cient, primaque vetant consistere terra, &c.

(f) Virgil. l. 1. Æneid.

Quæ idcirco de Gentili poeta sumpsimus, ut qui Christi pacem non servat, pacem saltem discat ab Ethnico. Hæreticus vocor, homousion prædicans Trinitatem. Sabellianæ impietatis arguor, tres subsistentes, veras, integras, perfectasque personas indefessa voce pronuncians. Si ab Arianis, merito. Si ab Orthodoxis; qui hujusmodi arguunt fidem, Orthodoxi esse desierunt. Aut si eis placet; hæreticum me cum Occidente, hæreticum me cum Ægypto, hoc est cum Damaso, Petroque condemnent. Quid unum hominem, exceptis sociis, criminantur? Si rivus tenuiter fluit, non est alvei culpa, sed fontis. Hæc idcirco S. Hieronymus, quod cum Damaso, Petro Alexandrino, totaque Ecclesia Occidentali, dicere mallet tres in Trinitate personas, quam hypostases: cum (ut diximus) per hypostases intelligerent Latini substantias: quod etiam ex ejusdem Hieronymi ad Damasum epistola (g) cognosci potest. At observa, lector, qua etiam adversarii reverentia prosecuti sint Romanos Pontifices: ut licet Flavianus, & alii cum Paulinum, tum Hieronymum Sabellianæ hæresis insimularent; adversus tamen Damasum, ex cujus hi ore pendebant, nequaquam ausi sint loqui. Sed subdit idem S. Hieronymus:

(g) Hieron. epist. 57.

Reverentia erga Romanum Pontificem.

LXI.

Episcoporum, non monachorum esse de fide cognoscere.

Pudet dicere. De cavernis cellularum damnamus Orbem; in sacco & cinere volutati, de Episcopis sententiam ferimus. Quid facit sub tunica pœnitentis regius animus? Catenæ, sordes, & comæ non sunt diadematis signa sed fletus. Permittant me, quæso, nihil loqui. Cur eum lacerant, qui non meretur invidiam? Hæreticus sum: quid ad te? quiesce, jam dictum est. Ista quidem Hieronymus, quod non esset monachorum, sed Episcoporum hæc perscrutari atque punire; sed paulo post: *Hæc venerabilis & sancte pater, cum quali gemitu, cum quali dolore conscripserim, testis est Jesus. Tacui: Numquid semper tacebo, dicit Dominus (h)? Non mihi conceditur unus angulus eremi. Quotidie exposcor fidem; quasi sine fide renatus sim. Confiteor ut volunt, non placet; subscribo, non credunt. Unum tantum placet, ut hinc recedam. Jam jam cedo; abruperunt partem a me animæ meæ carissimos fratres. Ecce discedere cupiunt, immo discedunt, melius esse dicentes, in-*

(h) Isai. 42.

ter

tur feras habitare, quam cum talibus Christianis. Et ego ipse, nisi me & corporis imbecillitas, & hiemis retineret asperitas, jam modo fugerem. Veruntamen dum vernum tempus adveniat, obsecro, ut paucis mihi mensibus eremi concedatur hospitium; aut si hoc tardum videtur, abscedo: Domini (a) est terra, & plenitudo ejus. Ascendant soli cælum; propter illos tantum Christus mortuus sit, habeant, possideant, glorientur. Mihi (b) autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, &c.

(a) Psalm. 23.
(b) Gal. 6.

LXII. Hæc quidem passus est S. Hieronymus, non (ut multi putant) ab hæreticis, sed ab iis qui communicantes Meletio, infestabantur Catholicos Paulini communionis; qualis erat ipse Hieronymus, ut superius pluribus demonstratum est. At plane consilium Dei fuit, ut his turbis S. Hieronymus exagitatus, eremum licet invitus relinquere cogeretur, cum tamen numquam monachus esse desierit, factumque est, ut sub modii angustia lucerna latens, super candelabrum in Ecclesiæ amplitudine collocata, longe lateque splendoris sui radiis effulgeret.

Quo autem profectus sit ipse egressus ex Syriæ eremo; certe quidem Hierosolymam ante abiisse, quam Romam veniret ad Damasum, ex ipsius assertione probatur, dum in præfatione ad Paulinum in Didymi commentarium de Spiritu sancto, recedens tunc Roma post obitum Damasi, se postliminio Hierosolymam reversum affirmat; & in epistola ad Asellam (c), quam Roma egressus, navem conscensurus conscripsit, ait: *Ora autem ut de Babylone Hierosolymam regrediar*: quibus intelligas, jam ante ipsum Hierosolymis versatum fuisse quam Romam veniret ad Damasum. Quantum vero temporis Hierosolymis manserit, haud satis liquet; constat tamen eum posthac esse profectum Constantinopolim, ubi audivit illic docentem Gregorium Nazianzenum; quando autem id contigerit, suo loco dicemus.

(c) Hier. epist. 99.

LXIII. Cum vero S. Hieronymus Hierosolymis moraretur, totus erat in rebus Hebraicis perscrutandis, prout intelligi potest ex ejus ad Damasum eo tempore datis litteris (d). Quando etiam Damasus Papa eumdem epistolis frequentabat, crebris eum divinæ Scripturæ quæstionibus pulsans, prout ejusdem Damasi litteræ ad eum datæ significant. Intercurrebat tanta viarum spatia Etherius tabellarius, idemque diaconus, cujus cum in Damasi, tum etiam in Hieronymi litteris habetur mentio (e). Admiratione quidem dignum erat, tantum Antistirem, atque doctorem, qui munere pastorali ex sublimiori cathedra in medio Ecclesiæ sita omnes doceret; tamen non dedignatum aliqua, ut plenius disceret, a privato homine percontari; ut ex his saltem videas, quam procul ab omni fastu, cujus aliquando insimulatus fuerat, Damasus abhorreret, quod & facilius ex ejusdem Damasi verbis intelliges, cum ad Hieronymum scribens postquam Syriæ reliquerat solitudinem, hisce verbis eum compellat (f)[1].

(d) Hier. epist. 125.
(e) Apud Hier. epist. 124. & 125.
(f) Apud Hier. epist. 124.

LXIV. Damasus ab omni fastu alienus consuluit S. Hieronymum.

Dormientem te longo jam tempore, legentem potius quam scribentem, quæstiunculis ad te missis excitare disposui; non quo & legere non debeas (hoc enim veluti quotidiano cibo alitur & pinguescit oratio) sed quo lectionis sit fructus iste, si scribas. Itaque quoniam Etherio tabellario ad me remisso, nullas jam te epistolas habere dixisti, exceptis his, quas aliquando in eremo dictaveras, quasque tota aviditate legi atque descripsi: & ultro pollicitus es, te furtivis noctium operis aliqua si vellem, posse dictare; libenter accipio ab offerente, quod rogare volueram, si negasses. Neque ullam puta digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quam si de Scripturis sermocinaremur inter nos, id est, ut ego interrogem, tu respondeas; qua vita nihil puto in hac luce jucundius, quo animæ pabulo omnia mella superantur. Hæc & alia quam familiarissime Damasus cum Hieronymo. Quibus itidem litteris, non nuper eum ex eremo egressum, sed jampridem inde secessisse demonstrat; sed quotonam potissimum anno Domini id acciderit, ignoramus; quatuor tamen anni mansionis ejus in eremo ab incerto auctore (g) numerantur; qua ratione dicendum esset, ipsum egressum ab eremo ante annum superiorem, nimirum Domini trecentesimo septuagesimo sexto: at quoniam haud solidæ fidei auctor ille est qui complura de S. Hieronymo mendacia consarcinavit, noluimus hæc dubia certo superius consignare anno, sed hic potius occasione calumniæ Flaviani in Paulinum ejusdem meminisse. At de lucubrationibus ipsius Hieronymi ad Damasum agemus inferius.

(g) Extat apud Hier. t. 9.

LXV. Hieronymus presbyter ordinatur a Paulino.

Placuit Paulino Episcopo Antiocheno, eumdem sanctum Hieronymum ordinare presbyterum; cui tamen sic ipse assensit, ut non pateretur alicui adscribi Ecclesiæ, quippe qui sic consentiret in clerum adsciri, ut tamen nollet deserere esse mona-

NOTÆ [1] Hanc epistulam Hieronymus non *Hierosolymis*, sed *Romæ* accepit, neque ibi legendum, *Quoniam Erbrio tabellario*, sed ut habent veteres codices: *Quoniam & heri tabellario*. Scripta autem creditur hæc epistola A. D. 384. paucis ante Damasi obitum mensibus.

nachus, sed pro animi arbitrio liber quo vellet, pergeret; testatur id ipse Hieronymus, cum a Joanne Episcopo Hierosolymitano ipsios Ecclesiæ subjici rentaretur, ad Pammachium (a) scribens, ipsum Joannem ita compellans: *Porro quod dicis, se petiisse, ut subjicerentur Ecclesiæ Dei, & non scinderent eam, neque proprium sibi facerent principatum; de quibus dicas, non satis intelligo. Si de me & presbytero Vincentio; satis multo dormisti tempore, qui post annos tredecim nunc excitatus hæc loqueris. Ob id enim & ego Antiochiam, & illo Constantinopolim urbes celeberrimas deseruimus, non ut te in populis prædicantem laudaremus, sed ut in agris & in solitudine adolescentiæ peccata deflentes Christi in nos misericordiam deflecteremus. Sin autem de Pauliniano tibi sermo est; vides enim Episcopo suo esse subjectum, versari Cypri, ad visitationem nostram interdum venire, non ut tuum, sed ut alienum, ejus videlicet a quo ordinatus est. Quod si hic etiam esse voluerit, & in exilio nostro quietus in solitudine vivere, quid tibi debet, nisi honorem, quem omnibus debemus Episcopis? Fac a te ordinatum; idem ab eo audies, quod a me misello homine sanctæ memoriæ Episcopus Paulinus audivit: Num rogavi te, ut ordinarer? Si sic presbyterium tribuis, ut monachum nobis non auferas; tu videris de judicio tuo. Sin autem sub nomine presbyteri tollis mihi, propter quod sæculum reliqui; ego habeo quod semper habui: nullum dispendium in ordinatione passus est.* Hæc ipse.

(a) Hier. epist. 61.

LXVI. Ex his vides, nequaquam sustinuisse Hieronymum alicui, cum ordinatus est, adscribi titulo, nec postea in aliquam referri Ecclesiam tolerasse; immo de ambobus, nempe de Hieronymo & Vincentio, Epiphanius (b) ad Joannem scribens testatur, nec precibus adduci umquam potuisse, ut vel saltem in monasterio sacerdotis munere fungerentur. At si quod plerique dicunt, idem Hieronymus a Damaso Papa factus est Cardinalis tituli Sanctæ Anastasiæ; cur cum redigi vellet a Joanne sub Ecclesia Hierosolymitana, non æque excepit, sicut de ordinatione a Paulino facta, ita de Cardinalatu, quo dicunt a Damaso Romæ donatum? Vel cur ex illa facta contestatione Paulino, se omnino liberum esse declarat, si postea a Damaso in titulum Cardinalis cooptatus est? Sed cum omnino se liberum fateatur, nec umquam tituli vinculo voluisse astringi testetur; vide quo modo subsistat, ut fuerit ipse creatus a Damaso presbyter Cardinalis. Da igitur presbyterum Cardinalem sine titulo, & aquiescent qui de his dubitant, dicentibus Hieronymum ordinatum a Damaso presbyterum Cardinalem: sunt enim correlativa, & ad aliquid significantia antiquo more presbyter Cardinalis & titulus, ut alterum sine altero esse non valeat. Nec est quod fingere quis possit, Hieronymum postquam recusavit adscribi Ecclesiæ Hierosolymitanæ, venientem rursus Romam, passum a Damaso in titulum Cardinalis adscribi: nam illa epistola (uti ibi testatur) decimotertio anno scripta est, postquam Hieronymus Hierosolymis commoratus est, totidemque & amplius post obitum Damasi; sed de his rursum inferius.

(b) Apud Hier. ep. 60.

JESU CHRISTI ANNUS 379.	DAMASI PAP. ANNUS 13.	GRATIANI 13. VALENTIN. 4. THEODOSII 1. IMPPP.

I. Consulatus Ausonii Galli. TRecentesimus undeoctogesimus annus Domini Ausonium Gallum, & Olybrium habuit Consules ordinarios. Ejusmodi honore primario Gratianus Augustus Ausonium magistrum suum ornare voluit; illud probe sciens, magistris æque ac parentibus haud dignam meritis vicem referri posse. Rependit illi pro munere & ipse Ausonius egregiam gratiarum actionem, quam coram ipso Imperatore & amplissimo Senatu dixit; qua & hæc inter (a) Auson. Grat. act. pro Cons. alia (a): *Tu Auguste venerabilis, districtus maxima bello, assultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubii ora prætexitur, Comitia Consulatus mei armatus exerces. Tribunitia ista quod in urbe Sirmio geruntur, an ut quod in procinctu, Centuriata dicentur? an (ut quondam) Pontificalia vocabuntur? sive arbitrio multitudinis sacerdotum tractata collegiu? sic potius sic vocentur; quæ tu Pontifex Maximus Deo participatus habuisti. Non est ingenii mei, piissime Imperator, falsa comminisci: verba sunt litterarum tuarum, quibus apud me auctoritatem summi numinis & tuæ voluntatis amplificas; sic enim* Pietas Gratiani. *loqueris: Cum de Consulibus in annum creandis solus mecum volutarem, ut me nosti, atque ut facere debui, ut velle te scivi; consilium meum ad Deum tuli. Ejus auctoritati obsecutus, te Consulem designavi, &c.* Hæc ibi; & inferius de Gratiani pietate: *Nullum tu umquam diem ab adolescentia tua, nisi adorato Dei numine, & reus voti, & illico absolutus, egisti lautis manibus, mente pura, immaculabili conscientia, & (quod in paucis est) cogitatione sincera.* Hæc ipse. Ista voluimus retulisse ad insinuandam Christiani Principis pietatem; cui etsi hucusque cum Imperio titulus ille nomine tenus potius, quam re inhæreret, Pontificis Maximi, sicut aliis superioribus Christianis Imperatoribus: ipse tamen (ut dicemus) pietatis purus cultor abjecit.

Porro autem idem Ausonius (b) in precatione illa, qua sui Consulatus auspicia occinerit, hæc haud vane anni hujus auguratus est bona, dum post alia ita habet: II. (b) Auson. in precat. prid. Kal. Jan. Idyl. 8.

Jane veni, novus anne veni, renovate veni Sol,
Hostibus edomitis, qua Francia mixta Suevis
Certat ad obsequium, Latiis ut militet armis:
Qua vaga Sauromates sibi junxerat agmina Chunis,
Quaque Getis sociis Histrum adsultabat Alanus.
Hoc mihi præpetibus Victoria nunciat alis.
Jam venit Augustus, nostros ut comat honores

Offi-

PAGIUS Anno Urbis 1132. secundum Baronium 1130. Olymp. 289. an. 3. secundum Baronium Olymp. 289. SÆC. IV. A.C. 379. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5872.

☉ 14. F. ☽ 19. P. 22. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 379.

DAMASI PAPÆ 14.

GRATIANI 13. VALENTINIANI JUNIORIS 5. THEODOSII 1.

[1] AD num. I. & seq. Coss. *Ausonius*, & *Q. Clodius Hermogenianus Olybrius*; uterque Occidentalis: nam post Imperii in Orientale & Occidentale divisionem, Imperatoribus Quinquennalia vel id genus festa in Occidente edentibus, uterque Consul sæpe in Occidente creatus, & vice versa in Oriente, ut multis exemplis liquet. In hunc porro annum *Valentiniani junioris Quinquennalia* incidunt. De Olybrio legendus Gothofredus in Prosopographia Cod. Theod. Coss. & Quinquennalia Valentiniani junioris.

Ausonius Treviris positus Panegyricum *Gratiano* dixit, in quo accepti Consulatus ei gratias agit. Qui Panegyricus, ut docte notavit Gothofredus in Chronologia Cod. Theod. non hujus anni initio, ut perperam Ausonii Interpretes, sed circa finem recitatus. Quomodo enim *Kalendis Januariis*, ut vult Vinetus, *Gratia-* II. Ausonii Panegyricus sub finem anni recitatus.

NOTÆ (1) *COss. Ausonius & Q. Clodius Hermogenianus Olybrius.* Relandus ita: *Decimus Magnus Ausonius & Q. Clodius*, &c. ut Pagius. Alii *decium* pro *decimo* habent. Gruterianus lapis ex Pinciana villa Barghesia, pag. CCCLIII. 2.

CONIUGI. Q. CLODI. HERMOGENIANI
OLYBRI &c.
CONSULIS ORDINARII.

Reines. cl. XX. pag. 985.

DIE. XVI. KAL. SEPT. AUSONIO. ET
OLYBRIO CONSS.

Gudianæ inscript.

IDIBUS JUL. DEPOS. XVII. K. AUG.
AUSONIO. ET. OLYBRIO. CONSS.

Paschalis laterculus in fine Gennadii, & Prosperi Chronicon: *Ausonio*, & *Olybrio*;

Officio exornans, quos participare cupiscet.

& paulo post:

Ecce ubi se cumulat mea purpura (mitibus audi
Auribus hoc Nemesis) post me dignatur oriri
Augustus Consul, plusquam conferre videtur
Me sibi, qui jussit nostros præcedere fasces:

de Theodosio nimirum eodem mense Imperatore creato intelligens.

Nam

PAGIUS tianus initium Consulatus Præceptoris sui, præsentia sua honorare potuit; cum is die decimo nono ejusdem mensis Januarii *Sirmii* fuerit, ibique *Theodosium Magnum* Orientis Imperatorem, ut mox dicetur, renuntiarit, ipsoque Vineto sistente, Treviros inter & Sirmium sint plus mille & quingenta milliaria, & sic plus septuaginta quinque dierum iter, aut circiter? Ausonius in fine suæ Gratiarum actionis ait: *Dein quia interesse primordiis dignitatis per locorum intervalla non poterat*, (scilicet Gratianus) *ad solemnitatem condendi honoris occurreret, beneficiis ne deesset officium*. Tum paulo post: *Tu Gratiane, tot Romani Imperii limites, tot flumina & lacus, tot veterum intersepta regnorum, ab usque Thracia, per totum, quam longum est, latus Illyrici, Venetiam Liguriamque & Galliam veterem, insuperabiles Rhætiæ, Rheni æquora, Sequanorum invia, porrecta Germaniæ, celeriore transcursu, quem est properatio nostri sermonis, evolvis, nulla requie otii, ne somni quidem, aut cibi munere liberali, ut Gallias tuas inopinatus illustres, ut Consulem tuum, quamvis desideratus, anticipes*. Gratianus itaque, ut Gothofredus citatus observat, mensibus Januarii & Februarii *Sirmii* fuit, ubi VI. Kal. Mart. dedit Legem I. Cod. Theod. *De Palatinis S. L.* Sirmio in *Galliam* reversurus per Venetiam, ubi *Aquileiæ*, & Liguriam, ubi *Mediolanum*, transiit, teste Ausonio laudato. Itaque datæ mense Julio, *Aquileiæ* L. 2. Cod. Theod. *De desertoribus*, & L. II. *De lustrali collat.* eodemque mense Julio extremo & Augusto *Mediolani* L. 4. Cod. Justin. *Quemadmodum testam. aperiantur*, & L. 5. Cod. Theod. *De Hæreticis*. Mediolano profectus Liguriam, Galliam veterem, Rhætiam, Rheni accolas, Sequanos, Germaniam (primam scilicet) pertransiit. Hujus celeritatis rationem assignat Socrates lib. 5. cap. 6. ubi ait: *Et Gratianus quidem confestim ad Gallias reversus est, eo quod Alamanni Provincias illas depopularentur*. Emensis illis regionibus Treviros pervenit, ubi XVIII. Kal. Octob. dedit L. 11. Cod. Theod. *De Medicis & Professoribus*. Hinc est quod Ausonius in ea urbe Gratiano de Consulatu gratias agens, ait: *Quia interesse non poteras*, &c. *ad solemnitatem condendi honoris occurrisse, beneficiis ne deesset officium*, id est, circa finem Consulatus, ut Gothofredus interpretatur. Porro ex hoc Ausonii loco valide confirmatur quod anno CCCLXXVIII. num. VII. affirmavimus, *Gratianum* nempe, Valente mortuo, Gothisque ad portas usque urbis Constantinopoleos excurrentibus, teste Eunapio in Excerptis, in eam urbem in Thracia sitam venisse, indeque Sirmium; cum Ausonius dicat, eum a Thracia digressum, totum latus Illyrici, cujus initium Sirmio longe remotius, percurrisse.

III. Ex ea Ausonii Oratione constat, annos certos fuisse Imperatorum Consulatibus destinatos; ait enim: *Te videre sæpius in hoc magistratu, Gratiane, desidero, ut & sex Valerii Corvini, & septem Caii Marii & cognominis tui Augusti tredecim Consulatus unus æquipares. Tibi plures potest ætas & fortuna tua præstare*: (vides Consulatus aliquos ab ætate pependisse, qui nempe Decennalibus & id genus festis addicti erant, quique in aliorum Imperatorum consortio geri debebant, quosdam vero a fortuna, qui scilicet propter victorias, aut triumphos assumi poterant) *verum ego in numero parcior, quam tu in munere liberalior. Ipsum enim te sæpius hoc honore defraudar, ut & aliis largiaris*. Imperatores ex præscripto Consulatum sumsere, Erant itaque Consulatus aliqui Imperatoribus proprii, quibus plerique seipsos sæpe privabant. Difficile tamen annos reperire, quibus se Gratianus Consulatu fraudavit. Is anno CCCLXVII. Augusteam dignitatem adeptus est, annoque insequenti, quo juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam Consul procedere debuit, locum aliis reliquit. Sed in Quinquennalibus, Decennalibus, & Quindecennalibus Consulatum assumpsit. Quomodo itaque dici potest, eum se sæpius Consulatu defraudasse; cum semel tantum Consulatum in alios transtulisse videatur? Sed cessabit admiratio, si consideremus, Gratianum semel & iterum cum Valentiniano patre triumphasse, ut indicat Ausonius in Mosella, de Rheno fluvio loquens:

Spectavit junctos Natique, Patrisque triumphos
Hostibus exactis Nicrum super & Lupodunum.

Ad quos triumphos referenda Inscriptio, quæ extat apud Groterum pag. 285. 6. — IV. *An Gratianus triumpharit?*

VICTORIIS. TRIUMFISQUE
MAGNIFICO
D. N. VALENTINIANO
INCLYTO. PRINCIPI
SEMPER. AUG
RUFIUS. VOLUSIA
NUS. V. C. PRAEF
URB. ITERUM
JUDEX. SACRARUM
COGNITIONUM
CLEMENTIAE. EJUS
DEDICATUS

Quare, cum propter utrumque triumphum *Gratiano* Consulatus debitus esset, isque eum non capessierit, jure merito scribit *Ausonius*, Gratianum sæpius sese Consulatu defraudasse. Fatendum tamen, Imperatores triumphum cum Decennalibus, & id genus festis plerumque copulasse, & quando aliis annis triumpharunt, ut plurimum Consulatum suscepisse: indeque intelligimus, indicare Ausonium, Gratianum in Quinquennalibus propriis, vel patriis, in quibus Consulatum suscepit, triumphasse; quamvis speciales Consulatus triumphis suis destinare potuisset. Dici etiam potest, Oratorem significare, Gratianum, tam anno CCCLXVIII. quo propter Imperii exordium annum aperire debebat, quam præsenti, quo ob victoriam Alemannicam

III. Nam paulo post, nempe ejusdem mensis Januarii (a) die decima sexta, idem Gratianus Augustus proxime spectans imminentes in cladem totius Romani Imperii Gothorum victrices turmas; cum ipse revocaretur in Gallias ob Alemannos iterum rebellantes Imperatoris absentia, & ob cladem Orientalem ferocioribus animis insolescentes; Sirmii agens, adorato que numine, ejus instinctu publicis Comitiis militaribus creat Orientalis Imperii in locum Valentis defuncti Theodosium Imperatorem annum agentem ætatis tertium supra trigesimum, qui tempore Valentiniani senioris post præclaras adversus barbaros res gestas, invidiam passus, atque ad necem quæsitus, servatus tamen fuit magno Dei consilio ad erigendum collapsum in Oriente Romanum Imperium ob incursiones barbarorum, & ad vindicandum Occidentale e cruentis sanguine regio manibus tyrannorum. Affulsisse divinitus numen in ejus natalibus, ut bonorum futurorum prænuncium nomen consequeretur, Theodosiusque diceretur, auctor est Aurelius Victor, qui ait (b): *Huic ferunt nomen somnio parentes monitos sacravisse, at Latine intelligimus A Deo datum. De hoc etiam quibusdam oraculis in Asia divulgatum est, cum enim Valenti dicerent successurum, cujus nomen e Θ, E, O, atque Δ, Græcis litteris initiaretur, qua cognatione principii deceptus Theodorus, cum sibi Imperium præsumeret, scelestæ cupidinis supplicia percepit.* Hæc Victor, qui eum patre Honorio, matre Thermantia, genere Hispanum, originem a Trajano traxisse dicit. Cæterum quod ad parentem ejus spectat, non Honorium fuisse sed Theodosium, Sanctus Ambrosius (c), Orosius (d), Ammianus & alii testantur; patriam vero ipsius Marcellinus (e) tradit Italicam: Zosimus autem (f) eum Caucæ Galleciæ oppidi natum dicit. Unus hic inter tot tantosque Imperatores juventus, sententia Claudiani (g) qui non quæsierit purpuram; sed ipse quæsitus sit ab ea; nam ait:

Hæc sunt innumeris per se quæsita trophæis:

(a) Soc. l. 5. c. 2.

Theodosius Imp. eligitur.

(b) Aurelius Victor. in Theod.

(c) Ambr. orat. in funere Theod.

(d) Oros. l. 7. cap. 33.

(e) Marc. in Chron.

(f) Zosim. l. 4.

(g) Claud. de 4. Consulatu Honorii.

Non generis dono, non ambitione potitus.
Digna legi virtus: ultro se purpura supplex
Obtulit, & solus meruit regnare rogatus.

Laudatur summopere de Theodosii electione Gratianus, utpote qui prospiceret publicæ potius, quam privatæ utilitati, fortissimo duci dimidium cedens Imperium, qui reliqui dimidii jam ante fratrem adscivisset sibi consortem. Commendat eum S. Augustinus his verbis (h): *Gratianus Theodosium regni participem fecit, cum parvulum haberet, & fratrem, avidior fidæ societatis, quam nimiæ potestatis.* Ita ipse. Porro de creatione Theodosii errasse convincitur Theodoretus, dum ait nonnisi post adeptam victoriam de Gothis fuisse a Gratiano nominatum Imperatorem; cum reliqui omnes antiqui historici dicant eum ante creatum fuisse Augustum; postea vero cum exercitu profectum esse contra barbaros. Pugna autem ab eo inita adversus Gothos, victoriaque adepta sic ab ipso Theodoreto describitur (i): *Theodosius fide communitus, alacri animo & erecto iter suscipit; & ingressus in Thraciam, barbarosque ex adverso vementes conspicatus, aciem velut prælium facturus instruit. Facta autem levi pugna, cum barbari Romanorum impetum sustinere non possent, aciem deserunt, atque terga dantes fugæ se mandant; quos Romani, quantum poterant, persequuntur, magnaque barbarorum fit cædes: nam non a Romanis solum, sed ab se mutuo interfecti ciderunt. Quare cum quam plurimi essent ad hunc modum trucidati, & pauci qui latere poterant, Istrum trajecissent: Dux ille longe præstantissimus Theodosius, copiis suis ad vicinas urbes distributis, ad Imperatorem Gratianum celerrime, quo suæ victoriæ ipse nuncius esset, proficiscitur. Atque cum Gratianus Imperator, quæ narrabat, ne credibilia quidem putaret, & factum supra modum miraretur; illi quos stimuli pungebant invidiæ, ajunt eum & fugæ se dedisse, & exercitum amisisse. Theodosius igitur postulat ab illis qui contradicerent, uti mittant nuncios,* per-

IV.

(h) Aug. de Civit. Dei lib. 5. c. 21.

(i) Theod. lib. 5. c. 5.

Theodosius debellat Gothos.

PAGIUS mannicam Consulatus ei debitus erat, ea se dignitate fraudasse. Ausonius enim in laudata Oratione de Consulatu suo loquens, ait: *Quartum hunc gradum novi beneficii tui, Auguste, constituis, auferre tibi ipsi, quo alter ornetur.* Verum quidem est victoriam Alemannicam pertinere ad annum CCCLXXVII. ideoque videri Gratiano anno CCCLXXVIII. purpuram Consularem debitam, sed obstabat designatio Valentis & Valentiniani Augustorum in eumdem annum CCCLXXVIII. quo revera Consules processere.

V. Ad ann. III. *Theodosius*, non *XVII. Kalend. Februarii*, ut perperam scribit Socrates & Baronius cum eo, sed *XIV. Kalend. Februarii* seu die XIX. Januarii in consortium Imperii adscitus, ut Idacius in Fastis, Auctor Chronici Alexandrini, Marcellinus in Chronico & Farrago Alexandrina testantur. Hinc nova Imperii divisio facta. *Theodosio* cessit Oriens cum Thracia, ut docent Zosimus lib. 4. Orosius lib. 7. & Miscella lib. 12. Inter *Gratianum* vero & *Valentinianum* fratres divisum Imperium Occidentale, ita ut Gratiano cesserint Galliæ, Hispaniæ, Britanniæ; Valentiniano Italia, Illyricum & Africa. Nuncupatio Theodosii Augusti indicium *Quinquennalium Valentiniani junioris.*

Theodosius fit Imperator.

perque eos multitudinem barbarorum interfectorum diligenter cognoscam; facile namque esse ex spoliis numerum addiscere. Cui orationi assensus Imperator, misit nuncios qui res gestas explorarent, eique postea referrent.

V. *Dum autem optimo Theodosio interim apud Gratianum commoranti divina quaedam visio ab ipso omnium rectore Deo objecta est. Videbatur enim videre divinum Meletium Ecclesiæ Antiochenæ Præsulem, lænam sibi Imperatoriam injicere, & coronam illi honori convenientem capiti imponere. Quæ cum nocte secundum quietem vidisset, prima luce eandem ex familiaribus indicavit. Ille somnium manifestum esse, & nihil obscuri ambiguive in se complecti dixit. Ac pauci dies jam intercesserant, cum redierunt nuncii, qui ad res a Theodosio gestas explorate cognoscendas profecti fuissent, retuleruntque permulta barbarorum millia esse trucidata, &c.* Hæc de victoria Theodosii, postquam perperam ponit ipsum creatum Imperatorem; quamobrem & visionem recensitam longe ante contigisse oportuit. Non enim uno, sed multis ante præliis victos a Theodosio Gothos, testantur Victor & Marcellinus. Quanti momenti fuerit ista victoria, Claudianus his versibus cecinit (a):

Visio ostensa Theodosio.

(a) Claud. de 4. Consulatu Honorii.

Nulla relicta foret Romani nominis umbra,
Ni pater ille tuus jam jam ruitura subisset
Pondera, turbatamque ratem, certaque levasset
Naufragium commune manu, &c.

VI. Sozomenus de bello nihil, sed Gothos per Legatos tradit pacem petentes in amicitiam esse receptos: Gratianum autem profectum contra Alemannos, eos feliciter debellasse; nam ait (b): *Sub hoc tempus Gratianus, Alemannis Galatas*, Gallos scilicet, *Occidentales adhuc infestantibus, ad paternam imperii sortem reversus est; quam ipsi, fratrique ipsius gubernandam reliquerat, cum prius Illyricos & Orientis Imperium Theodosio commisisset. Res autem illi ex voto contra Alemannos, ut & Theodosio contra Istrum accolentes barbaros, confecta est. Illos quidem bello subegit, hos in amicitiam populi Romani supplices recepit; a quibus acceptis obsidibus, firmata pace, Thessalonicam venit.* Hæc Sozomenus.

(b) Sozom. lib. 7. c. 4.

Gratianus vicit Alemannos.

VII. Sane quidem ingentem hostium multitudinem a Gratiano prostratam, reliquos vero in deditionem acceptos fuisse Zosimus (c) auctor est. Sed unde tanta hæc Gratiano, nisi precibus sanctissimi sacerdotis Ambrosii? Accipe quid ipse in litteris postea redditis ad Gratianum (d) habeat, cum se excusat, quod redeunti ipsi ex Illyrico profecturo in Gallias non occurrerit; *Revertenti tamen*, inquit, *etsi non occurri vestigio, occurri animo, occurri voto, in quo majora sunt officia sacerdotis. Occurri dico? Quando enim abfui, quem toto sequebar affectu, cui sensu ac mentibus inhærebam? Et certe major animorum præsentia est. Tuum quotidianum iter legebam, nocte ac die in tuis castris cura & sensu locatus orationum excubias prætendebam, etsi invalidus merito, sed affectu sedulus. Et hæc quidem cum pro tua salute deferebamus, pro nobis faciebamus. Nihil hoc adulationis est, quam tu non requiris, & ego alienam nostro duco officio; sed plurimam gratiæ, quam dedisti. Scit ipse nostri arbiter, quem fateris, & in quem pie credis, refici viscera mea tua fide, tua salute, tua gloria, neque non solum officio publico debitus pendere preces, sed etiam amore privato. Reddidisti enim mihi quietem Ecclesiæ, perfidorum ora utque (quod utinam) & corda clausisti, & hoc non minore fidei quam potestatis auctoritate fecisti.* Hæc ipse.

(c) Zosim. lib. 4.

(d) Ambr. epist. 26.

VIII. At non Ambrosius dumtaxat pro Gratiani victoria solicitus juges obtulit Deo preces, sed Fidelium omnium vota publica nuncupata sunt, frequensque tunc pro eo piorum ad basilicas concursus prospera illi assidue postulantium; unde Ausonius hujus anni Consul in gratiarum actione: Non *forum, & basilicæ olim negotiis plenæ, nunc votis, votisque pro tua salute susceptis; nam de sua cui non, te imperante, securitas?* Ex his plane intelligis hoc esse tempus, quo Gratianus Imperator eas litteras ad Ambrosium dedit, quibus ab eo petiit scribi non libros fidei (nam hos jam ante dederat) sed de Spiritu sancto, quos post sequentem annum ab ipso Ambrosio esse conscriptos, inferius demonstrabimus. Qui ergo adeo perspicuis cognovisset exemplis, pietate Deum conciliari, præstoque ipsum esse cultoribus religionis; reversus e prælio nihil antiquius habuit, quam in veram incumbere religionem: quamobrem ut eam omni studio perfectam omnibusque numeris absolutam redderet, Ambrosium ad se his litteris accersivit (e):

Piorum vota pro Gratiano.

(e) Apud Ambr. ep. 25.

IX. *Ambrosio religiosissimo sacerdoti omnipotentis Dei Gratianus Augustus.*

Litteræ Gratiani ad Ambrosium.

Cupio valde, ut quem recordor absentem, & cum quo mente sum, cum eodem corpore sim præsenti. Festina igitur ad me, religiose sacerdos, ut doceas doctrinam vere credentem; non quo contentioni studeam, aut velim magis Deum verbis quam mente complecti, sed ut magis aperto pectori revelatio divinitatis insideat. Docebit enim me ille, quem non nego, quem fateor Deum ac dominum esse meum; non ei objiciens, quam in me video creaturam, qui Christo nihil me addere posse confiteor;

tor; verumtamen ut etiam Patri me commendem, Filium prædicando. Non ego in Deum verebor invidiam, non me talem laudatorem putabo, qui divinitatem verbis augeam. Ego infirmus & fragilis quantum possum prædico, non quantum est ipsa divinitas. Rogo te, ut mihi de ipso tractatu, quem dederas, augendo illic de Spiritu sancto fidelem disputationem, Scripturis atque argumentis Deum esse convincas. Divinitas te servet per multos annos, cultor Dei æterni, quem colimus Jesum Christum. Hactenus Gratianus ad Ambrosium.

X. Abierit ne ad eum Ambrosius, licet quid certi minime affirmari possit; non defuisse tamen ipsum adeo religiose petenti, par est credere: cæterum antequam proficisceretur, liquet ad ejusdem Gratiani recitatas litteras rescripsisse; extat ipsa epistola (a) omni plena officio, ex qua ea quæ paulo ante sunt recitata, hic exscripsisse sufficiat, & meminisse tituli, cum *Christianissimum Principem* nominat. Insuper excusans, scriptionem elaborandam de divinitate Spiritus sancti haud ita cito a se mittendam, cum magni momenti esset opus, hæc ait: *De Spiritu vero interim veniam scriptioni peto; quoniam quem judicem mei sim sermonis habiturus, agnovi, &c.* Porro non ante biennium eam lucubrationem ab Ambrosio absolutam, & ad Gratianum missam, suo loco dicturi sumus. Expetiisse interim ipsum Ambrosium lucubrationes Basilii eo argumento conscriptas, facile intelliget, qui leget utriusque doctoris ea de re commentarios editos; quod & S. Hieronymus probe novit.

(a) *Ambr. epist. 26.*

XI. Post tantam autem adeptam victoriam, quamnam gratiarum actionem Gratianus Deo, populoque fideli pro precibus impensis munus rependit? utique illud quod ait Ambrosius: *Reddidisti mihi quietem Ecclesiæ, perfidorum ora, atque (quod utinam) & corda clausisti.* Quonam vero modo hoc? utique sanctionem pio dignam Imperatore promulgando, qua hæreticorum omnium ora blasphema compescuit, ad Hesperium Præfectum Prætorio ita scribens (b):

Omnes vetita legibus & divinis & Imperialibus hæreses perpetuo conquiescant. Quisquis opinionem plectibilis * *Dei profanus imminuit; sibi tantummodo nocitura sentiat, aliis obfutura non pandat. Quisquis redempta venerabili lavacro corpora, parata morte, tabificat; id auferendo quod geminat* (nempe baptismum) *sibi solus talia noverit, alios nefaria institutione non perdat: Omnesque perversæ istius superstitionis magistri pariter & ministri, seu illi sacerdotali assumptione Episcoporum nomen infamant, seu quod proximum est, presbyterorum vocabulo religionem mentiuntur, seu etiam se diaconos, cum nec Christiani quidem habeantur, appellant: hi conciliabulis damnatæ dudum opinionis abstineant. Denique antiquato rescripto, quod apud Sirmium nuper emersit; ea tantum super Catholica observatione permaneant, quæ perennis recordationis pater noster & nos ipsi victura in æternum æquo numerosa jussione mandavimus. Dat. III. Non. August. Mediol. Accept. XIII. Kal. Septemb. Ausonio & Olybrio Coss.* Hæc ex Codice Theodosiano, ut antiquiori, deprompsimus; in Codice autem Justinianeo (c) cum hæc habeantur summatim perstricta, his additur ista appendix: *Hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis adversus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel levi argumento a judicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare.* Hæc ibi.

(b) *l. 5. de hæret. Cod. Theod. & eod. tit. C. Justin. l. 2.*
*

Gratiani lex adversus hæreticos.

(c) *l. 2. C. de hæreticis*

Porro jam intelligis absque alia admonitione, lector, una cum hæresi in regna cladem invehi, & cum fide Catholica salu- XII. Victoria Religioni conjuncta.

PAGIUS

VI. *Gratianus omnes Hæreticorum cœtus prohibet.*

A Num. XI. ad XIV. *Gratianus* hoc anno *III. Non. Aug. Mediolani* emisit Legem 5. Cod. Theodosiani *De Hæreticis*, qua Cœtus seu Conciliabula omnium omnino Hæreticorum, itemque suas hæreses Hæretici pandere, aliosque in his instituere prohibentur; revocato *rescripto Sirmiensi* nupero; firmatis contra Valentiniani patris, suisque jussionibus. Indicat autem Gratianus Legem a se post Valentis obitum editam, cujus meminere Socrates lib. 5. cap. 2. & 4. Sozomenus lib. 7. cap. primo, Suidas in voce *Γρατιανός* & Joannes Antiochenus *in* Excerptis Constantinianis, qua cautum fuerat, ut sine fraude vel metu, quam quisque Fidem profiteretur, impune sectaretur, omnibusque adeo passim coeundi licentia esset, exceptis tantum *Manichæis*, *Photinianis*, & *Eunomianis*. Gratianus itaque, Valente superstite, in Hæreticos omnes insurrexit; eo vero mortuo in Orientem profectus, nonnisi in *Manichæos*, *Photinianos* & *Eunomianos*; mox hac Lege in omnes rursum. Eam Ambrosio Mediolanensi Episcopo auctore Gratianum emisisse, vel saltem communicato cum eo consilio, Gothofredus in ejus Commentario suspicatur, quod hoc tempore *Ambrosius*, Gratiano petente, libros *de Fide* scripserit, ut apparet ex fine libri 2. ubi Valentis necem perstringere videtur Gratiano ad bellum profecto.

VII. *Immunitas clericis negotiantibus concessa.*

Dedit & Gratianus *III. Non. Jul. Aquileia* Legem Cod. Theod. 11. *De lustrali collatione*, qua cum Valentiniano fratre certum solidorum numerum statuit, intra quem Clerici negotiantes immunes essent a lustrali collatione: nempe *in Illyrico* (Occidentali scilicet; nam Orientali potiebatur Theodosius Magnus) & *Italia* intra decem solidos, *in Galliis* intra quindecim. Clericis hactenus a Constantio immunitas a lustrali collatione, haud adeo distincte & limitate data fuerat, verum indeterminate: vel enim ab eo data fuerat alimoniæ tantum causa negotiationem Baron. n. XIII.

salutem ferri; perdidisse profanam hæresim simul cum Imperatore pariter Orientis Imperium; restitutum tamen ipsum atque amplius & pulchrius redditum, simulac fides Catholica imperavit: sicque in Occidente cumulari victoriis Gratianum, & frementes undique barbaros reddi debiles ac prorsus imbelles, cum in castris excubat cum gratia atque precibus sacerdotum sancta religio: contra vero felicissimum ac tranquillissimum Imperii statum inverti senties, mox ut Augustos hæreticis favere videris, atque pro defensione Catholicæ veritatis torpescere, vel religiosos Antistites ab iisdem impie perturbari; adeout perspicue intelligas, alatam Victoriam (si dicere ita licet) religionem penitus consequi; hæreses vero tristes Erymnas evocatas ab inferis secum ducere: hæc enim S. Ambrosius in libris ad Gratianum de fide scriptis consideranda proponit, atque in iis etiam quos de Spiritu sancto ad eumdem adiecit, in mentem revocat, ut diximus suo loco, & inferius dicturi sumus.

XIII. Compescuit hoc item anno, dato rescripto ad eumdem Hesperium PP. Gratianus avaritiam clericorum exercentium mercaturam, quos a lustrali collatione nonnisi in denis vel quindenis solidis voluit immunes esse (a). Extat præterea hoc eodem anno ejusdem Gratiani rescriptum (b) ad Caterium Comitem sacrarum largitionum, virum pietate insignem, cujus memoria viget titulo sanctitatis apud Tolentinates: Acta tamen ejus, quæ vidimus, erroribus scatent. Sed jam ad res Orientalis Ecclesiæ hujus anni se convertat oratio.

(a) l. 11. de lustrali collat. Cod. Theod.
(b) l. 3. de Palat. sacrar. largit. Cod. Theod.

XIV. Quod autem hoc anno post edomitos Gothos Theodosius nequaquam Constantinopolim se contulerit, immo nec ultra Thessalonicam sit progressus, sed ibidem ei hiemare contigerit; quodque insuper idem Imperator adhuc cathecumenus nesciretur a cujusnam sectæ baptizari vellet Antistite, cum præsertim in baptizandis Imperatoribus in Oriente Ariani id sibi muneris arrogassent, baptizatis ab eis Constantio atque Valente, immo de Constantino Magno id ipsis mendaciter asserentibus; inde accidit, ut iidem Ariani adhuc animis erecti Catholicos incesserent, lacesserentque illis præsertim in locis, in quibus numero præstarent, atque favore magistratuum auctoritate pollerent; ut inter alia loca scimus accidisse Constantinopoli. Ibi enim S. Gregorium Nazianzenum fidem Catholicam edocentem, lapidibus primum impetiere, traxereque, ut maleficum ad tribunal; cum ille inter hæc divina confortatus spe de magno ex prædicatione futuro proventu, omnia sustinebat propter electos, sciens agrum Dominicum afferre solere fructum centuplum in patientia; sicque appetitus lapidibus tolerans, contumeliisque vexatus, uberes benedictiones rependens, plane effecit, ut etiam complurium perditorum animos sibi conciliaret, atque ad fidem Catholicam suscipiendam magnopere provocaret.

Ariani adhuc procaces.

Gregorius Nazianzenus quanta passus ab Arianis.

XV. Id quidem de se ipse coram amplissimo Synodi auditorio, coactus sua prosequi instituta, atque pro concione suæ sementis fructus ostendere, his verbis significat (c): *Vultis aliquid elatius adiiciam? Videtis adversarias linguas, posita feritate mitescentes, atque eos qui divinitati bellum indixerunt, nihil jam turbarum nobis facessentes? Id quoque spiritus, id quoque agriculturæ nostræ est. Non enim inscite atque inerudite docemus, nec adversarios contumeliis & conviciis incessimus, quemadmodum plerique faciunt, non cum dogmate, sed cum dogmatis assertoribus confligentes, ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes, non aliter ac sepias ante se atramentum vomere ajunt, ut piscatores effugiant, aut conspectum sui eis eripiant. Verum nos pro Christo bellum gerere perspicuo argumento declaramus, dum secundum illum paci-*

(c) Gregor. Naz. orat. ad 150. Episcop.

PAGIUS nem exercentibus, Lege 8. Cod. Theod. *De Episcopis*, si exiguis admodum mercimoniis victum sibi & vestitum conquirerent Lege 15. ejusdem Codicis *De Episcopis*; vel etiam indistincte data fuerat, Lege 10. & 14. ejusdem Codicis *De Episcopis*, hoc præsupposito quod quæstum negotiationis omnem in pauperes erogaturi essent. Valens contra & contraria illa noue, Clericos omnes negotiantes lustrali collationi obnoxios fecit Lege 5. Cod. Theod. *De lustrali collatione*, quam Valentis constitutionem Gratianus & Valentinianus junior hoc anno ex parte abrogant. Nempe quandiu & ubi Clerici nondum, vel non adeo divitiis abundavere, ac maxime cum divites ad Clericatum non assumerentur; qua de re videndæ Leges Cod. Theod. 3. 6. 17. *De Episcopis*, negotiationem quandam alimoniæ causa exercentibus ipsis, & ut victum sibi vestitumque conquirerent, ea immunitas data. Item aliquando data indistincte, ut ipsi pauperes juvare possent, quod atique peculiare votum Clericorum erat, ut docet Lex 5. Cod. Theod. *De lustrali collatione*. Iterum adempta indistincte, ubi jam satis divitiarum in Ecclesiam & Clericos congestum videbatur, apparebatque, non pauperibus eos, verum suis commodis studere. Tandem data distincte hoc anno Lege 11. laudata *De lustrali collatione*, & determinate; quia visum, aliquid his deesse: & quidem varie; nempe ubi ditiores Clerici erant, veluti in Italia & Illyrico, intra minorem summam; ubi non adeo divites, veluti in Galliis, intra dimidio majorem. Hæc enim, neque alia proportionis istius ratio reddi potest, ut recte observat Gothofredus in hujus Legis Commentario, ubi plura de hac Lege.

Gregorii Nazianzeni in docendo modestia.

tificum & clementem Christum, atque infirmitates nostras portantem, dimicamus. Neque enim cum veræ atque Orthodoxæ fidei pernicie pati studemus, nonnihil de animorum contentione remittentes, ut moderationis, & æquitatis famam colligamus (non enim quod bonum est, male aucupamur) atque interim tamen pacem colimus, legitime nimirum pugnantes, atque intra limites nostros, spiritusque regulam nosmet continentes. Ac de his quidem ita sentio, cunctisque animarum dispensatoribus rectæque doctrinæ arbitris legem statuo, ut nec asperitate sua adversariorum animos exulcerent, nec submissione insolentiores efficiant, sed prudenter & consulte in fidei causa se gerant, nec in alterutro borum mediocritatis lineas transiliant. Hæc Gregorius.

XVI. Gregorius Nazianzenus contemptui habitus.

Hisce quippe exemplo & doctrina Christi comparatis ad expugnandos implacabiles hostes armis Gregorius vicit tandem, cum alioqui aliis ex causis contemptui esset atque despectui haberetur, ut ipse testatur his jambicis (*a*):

(a) Gregor. Naz. in carm. de vita sua

Nec enim ferebant pauperem plane virum,
Rugis aratum, visibus fixis humi,
Vilique veste, tabidum fletu & fame,
Metu & futuri, cæterisque etiam malis,
Nec elegantis præditum vultu, hospitem,
Vagumque tenebris horridis terræ abditum.

Gregorii Nazianzeni virtus innotescit.

At plane accidit, ut quemadmodum si fumus clarescat in flammam, qui ante molestus oculis erat, suo splendore visum illustret, exhilaretque, ita sane evenerit de Gregorio; ut quod vitæ duritia, vultusque asperitate horridum & tetrum aspectum præseferret; puritate tamen doctrinæ lucescens, animique moderatione, aliarumque virtutum fulgore resplendens, hostium quoque oculos in se converteret, alliceretque eos, atque adduceret ad rectam semitam veritatis: adeo ut quæ cæcutientibus oculis prius esse videbantur horrori, fierent eadem ad pietatem illecebræ; sicque quod scriptum est in Proverbiis (*b*): *Justorum semita quasi lux splendens procedit & crescit usque ad perfectam diem*; Gregorius longe lateque doctrina & sanctitate refulgens, admirationi esse cœperit cunctis, etiam absentibus. Haud enim urbis licet amplissimæ ambitu valuit contineri insigne nomen Gregorii, quin etiam provincias remotissimas penetraret.

(b) Prov. 4.

XVII. Gregorii enim fama permotus, impulsusque S. Hieronymus una cum collega Vincentio, e Syria, tam longinquo terrarum spatio, contulit se Constantinopolim. Res plane admiratione digna est; hominem quem ob insignem eruditionem consulerent Occidentales Episcopi, immo ipse Episcopus Episcoporum Damasus id crebrius factitaret, tam longa difficiliaque itinera peragrasse, ut Gregorii esse mereretur auditor, ac sub tanto magistro posset profiteri discipulum, indesibi summum gloriæ decus conciliaturum existimans cum accessione doctrinæ. Quam autem magni ipse hoc idem fecerit, audi quanta gloria id ostentet: *Ego* (inquit (*c*) adversus Ruffinum agens) *magistro glorior & exulto*. Et alibi ad Domnionem scribens, Gregorium Nazianzenum suum cathechistam appellat (*d*), quasi ejus comparatione plane rudis, qui fidem eo explanante didicerit, videretur; & adversus Jovinianum (*e*) agens, putans tanti nominis auctoritate perfringi posse procaciam petulantis hæresiarchæ, eum sic citat: *Præceptor meus Gregorius Nazianzenus virginitatem & nuptias disserens Græcis versibus explicavit*. Et cum alibi præclara ejusdem Gregorii scriptorum recenset monumenta, quanta gloria id exaggerat, cum ait (*f*)? *Gregorius Nazianzenus Episcopus, vir eloquentissimus*. Sed non id sibi satis; unde illud addit: *Præceptor meus*: & hoc parum, nisi adjiciat: *Quo Scripturas explanante didici*.

Hieronymus venit Constantinopolim ad Gregorium Nazianzenum.

(c) Hieron. ad Pammach. adv. Ruffin.

(d) Hieron. epist. 51.

(e) Hieron. adv. Jovin. l. 1.

(f) Hieron. de Script. Eccl. in Gregor. Nazianz.

XVIII. Quæ autem ipse sitiens ex uberrimo limpidissimoque fonte potavit, ita mente retinuit, ut non ea solum quæ serio ab ipso explanata essent in cathedra, sed & quæ familiariter joco jactata essent, tenacis memoriæ thesauro condita custodierit, posterisque tradiderit, ut illud ad Nepotianum (*g*) docet, cum ait: *Præceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus a me, ut exponeret, quid sibi vellet in Luca* (*h*) *sabbatum* δευτερόπρωτον, *eleganter lusit: Docebo te, inquiens, super hac re in ecclesia; in qua mihi omni populo acclamante, cogeris invitus scire quod nescis; aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere; quæ quicquid non intelligit, plus miratur*. Hæc Hieronymus; ex quibus & illud plane significatur, jam agnitum Gregorium Constantinopoli eo æstimationis pervenisse, ut excipi soleret magno plausu quicquid ipse dixisset. At ejusdem Gregorii dexteritas quam suavis, dum se a discipulo magistrum ex tempore magna quæstione pulsante sic comiter liberavit, & pulchra honestaque tergiversatione delusit!

(g) Hieron. epist. 2.

(h) Luc. 6

Gregorius Nazianzenus facete eludit Hieronymum.

XIX. Inhærens tunc Gregorio Hieronymus, ut magnæ aquilæ pullus, qui ejus interdum humeris portaretur, ausus est sublimi volatu spectare cœlos, & usque ad Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum pervenire, seque admiscere

Hieronymus duce Gregorio Nazianzeno celsa petit.

scere Seraphinis; ubi quæ didicit arcana mysteria, scriptis mandata tradidit Damaso Romano Pontifici: testatur id ipse, cum sextum Isaiæ caput post annos triginta interpretaturus, his se verbis excusat (*a*): *De hac visione ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli, & apud virum eloquentissimum Gregorium Nazianzenum tunc ejus urbis Episcopum sanctarum Scripturarum studiis erudirer; scio me brevem dictasse, subitumque tractatum, ut experimentum caperem ingenioli mei, & amicis jubentibus obedirem. Ad illum itaque libellum mitto lectorem, oroque ut brevi hujus temporis expositione contentus sit.* Hæc Hieronymus. Ex amicis jubentibus Damasus præcipuus fuit, ad quem ipse tractatum illum inscripsit (*b*). Porro quod tanto doctore quæ didicit securus scripserit; haud opus habuit post annos triginta eamdem repetens interpretationem, priora (ut fecerat secundo interpretatus Abdiam) delere posterioribus, aut amplioribus cum terminis dilatare. Hoc plane ipsum tempus consignat, cum de erroribus Origenis ad Pammachium & Oceanum Hieronymus scribens epistolam ait (*c*), ab hoc tempore, quo edidit ejusmodi interpretationem in Isaiæ caput sextum, intercurrisse spatia annorum viginti.

(a) Hieron. in Isa. c.6.
(b) Hier. ep. 142. 143.
(c) Hieron. epist. 65.

XX. Gregorius Nyssenus innotescit Hieronymo.

Quantum autem temporis contigerit Hieronymum apud Gregorium Constantinopoli commorari, exactius disquitamus ex consignata ab ipso superius ejus scriptionis chronographia, cum testatur se illa scripsisse, Gregorio ipso jam facto Constantinopolitano Episcopo: contigit id post annum sequentem; quod insuper se ibi Gregorium Nyssenum cognovisse testetur, quem tempore indictæ Constantinopolitanæ Synodi illuc cum aliis Episcopis contigit proficisci; ex his inquam (si a præsenti anno numeres) invenies Hieronymum tribus ferme annis Constantinopoli audisse Gregorium. Ipse vero de Gregorio Nysseno ita meminit (*d*): *Gregorius Nyssenus Episcopus frater Basilii Cæsariensis ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, &c.* Sed redeamus ad Theologum Constantinopoli publice profitentem.

(d) Hieron. de Script. Eccl. in Gregor. Nyss.

XXI. Gregorius Nazianzenus qualis cum Hieronymo.

Quonam modo qui inter alia nobilissima ingenia Hieronymum Gregorius discipulum habuit, ad eum docendum est comparatus? num supercilio præceptoris, doctorisve tumido fastu? minime gentium, sed familiariter omnia, ac velut cum socio & æquali (nisi quando ille e suggestu doceret) mutua collocutione disceptationeque pari: ut interdum ab omni arrogantia ipse Gregorius procul abhorrens, se minorem imparemque sublimi Scripturæ sensu fateri non erubesceret. Sit in exemplum quod de ipso in commentariis in epistolam ad Ephesios idem Hieronymus docet his verbis (*e*): *Gregorius Nazianzenus vir valde eloquens & in Scripturis apprime eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, solebat dicere: Vide quantum istius capituli sacramentum sit, ut Apostolus in Christo & in Ecclesia illud interpretans, non se ita asserat, ut testimonii postulabat dignitas, expressisse; sed quodammodo dixerit: Scio quia locus iste ineffabilibus plenus sit sacramentis, & divinum cor quærat interpretis.* Hæc Hieronymus; qui quidem mente retinens sublime illud in Gregorio dicendi genus, scriptaque ejus ferri velut flumen exundans, in quod omnium scientiarum rivi confluxerint; non potuit non succensere Ruffino, qui exiguo angustoque alveo illud in Latinos derivare præsumpserit, ob id jure illud in eum exclamans (*f*): *Responde, cur scribere aliqua ausus sis, & virum disertissimum Gregorium pari eloquii splendore transferre: Unde tibi tanta verborum copia, scientiarum lumen, translationum varietas? &c.*

(e) Hieron. ad Ephes. cap. 5.
(f) Hieron. ad Pammach. advers. Ruffin.

XXII. Hieronymus in quibus superavit Gregorium Nazianzenum.

Cæterum quod gloria patris sit filius sapiens, discipulique excellens doctrina decori sit præceptori, secundum illud antiquum: *Multi discipuli prudentiores magistris:* si conferas Hieronymum cum Gregorio, invenies aliqua quibus amplius hic excellat; ut veram judices Ennodii Ticinensis esse sententiam, ita dicentis: *Hieronymus noster, nisi præceptorem suum Gregorium diceret, illo melior censeretur: sed illi applicanda sunt bona nomina tum a quo sumpsisse videntur originem.* Hæc ipse. Certe quidem in his quæ spectant ad multiplicium linguarum peritiam, quam in divinis explicandis scripturis, & diversarum linguarum scriptoribus consulendis, magni momenti esse nemo negarit, absque controversia Gregorium primas dare Hieronymo certum est, utpote qui profiteatur etiam Latinam linguam toto orbe Romano diffusam se penitus ignorasse: quod ad Posthumianum Græcam Latinamque linguam callentem, scribens, ita testatur (*g*): *Sublimis es eruditione, & quidem utroque eruditionis genere, & utraque dicendi facultate: alterius enim quantam famam audivimus? (nec enim lingua Romanus sum, nec Italicam doctrinam calleo) alterius autem periculum ipsi fecimus, &c.* Factus vero postea Episcopus Constantinopolitanus Gregorius ordinavit presbyterum Vincentium Hieronymi comitem, ita tamen, ut non passus sit ille Constantinopoli, sicut nec ipse Antiochiæ retineri, prout idem Hieronymus testatur in epistola ad Pammachium (*h*). Sed de Hieronymo satis: quando autem contigerit ipsum inde recedere, Romamque ad Damasum se conferre, dicemus suo tempore.

(g) Gregor. Nazianz. epist. 71. ad Posthumianum.
(h) Hieron. epist. 61.

At

XXIII.

De Evagrio Pontico discipulo Gregorii Nazianzeni.

At vero Gregorius Constantinopoli docens, haud ita felix in Evagrio Pontico suo discipulo fuit, sicut extitit in Hieronymo. Hunc quidem tradit Palladius (a) ordinatum fuisse lectorem a S. Basilio, secutum vero post illius obitum Gregorium Constantinopolim, ab eoque ordinatum fuisse diaconum, commendatumque ab eodem Constantinopoli recedente ejus successori Nectario, sed coactum postea recedere ab urbe profectum esse in Ægyptum; ubi ipse cum Didymo Alexandrino Origenis studiosissimo consuetudinem habens, dogmata Origenis commiscens, renovansque illius pravas opiniones, factus est Origenistarum dogmatum assertor & propugnator: de quibus singulis dicendum est inferius pro temporis ratione, simulque recensendæ lucubrationes ab eo editæ, quas enumerat Socrates (b); qui tamen in eo magnopere errat, cum ait Gregorium Nazianzenum una cum Evagrio post abdicatam sedem esse profectum in Ægyptum: quonam vero se contulerit Gregorius, cum recessit Constantinopoli, dicemus inferius.

(a) Pallad. in Laus. c. 25.

(b) Socrat. l. 4. c. 58.

XXIV.

Maximi Cynici adventus Constantinopolim.

Inter hæc autem Maximus ille Alexandrinus ex philosopho Cynico Christianus, qui se jactabat martyrum filium, & pro fide exulem in Oasis solitudine; quasi gloria confessionis illustris, Constantinopolim veniens, tamquam in scæna ludens edidit ostentationis spectaculum ob oculos omnium; cum Gregorius, ut par esse videbatur, hominem suscepit, amplexatusque est, quasi a prælio victorem redeuntem, inque laudem ejus luculentam habuit orationem, de qua hæc S. Hieronymus: (c): *Scripsit Gregorius laudes Maximi philosophi post exilium reversi, quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt, quia & est alius liber vituperationem ejusdem Maximi continens: quasi non licuerit eumdem laudare & vituperare pro tempore.* Hæc ipse. Venit quidem is dolose, ut exturbaret Gregorium Constantinopoli, ipse vero cathedram illam arriperet: significat id sane Gregorius illis versibus (d):

(c) Hieron. de Script. Eccl. in Greg. Naz.

(d) Gregor. Nazian. in carmin. de vita sua.

—— improbe quod struxerat
Sæveque solio scilicet me ut pelleret,
Cui nec thronus erat, ulla nec alta dignitas,
Instructor essem quam quod & custos gregis.

excepit autem eum domi Gregorius, suæque mensæ participem fecit, & inter suos primo loco habuit, ut paulo inferius idem ipse Gregorius ita docet;

Amicus ille sit mihi, sicut fide
In me anteiret Maximus cunctos viros:
Mensæ, domusque, dogmatum hunc, & consilei
Consortem habebam.

Maximus adit Gratianum.

Porro Maximus ad tantam rem, quam moliebatur, jacere instituens fundamenta, aggressus est primum aucupare animum majoris imperatoris, nempe Gratiani: quamobrem Mediolanum ad eum profectus, obtulit illi librum, & quidem (ut ait S. Hieronymus e) insignem, de fide adversus Arianos.

(e) Hieron. de Script. Eccl. in Maximo.

XXV.

Inter hæc autem, cum opera Gregorii crevisset magnopere numerus Orthodoxorum

PAGIUS VETE.

Maximus Epis. Constantinopolitanus creatus.

Ad num. XXIV. & seqq. *Maximus Cynicus* Constantinopoleos Episcopus ordinatus est a *Petro Alexandrino* Episcopo, qui ad eam ordinationem peragendam tres Episcopos ex Ægypto misit, quemadmodum affirmat Epistula Episcoporum Italiæ ad Theodosium Imp. quam Sirmondus post Baronii mortem publicavit, quæque tomo 2. Conciliorum Generalium pag. 1007. legitur. Baronius quidem ait, *Petrum Alexandrinum* septem Episcopos Ægypti ad id perficiendum misisse, citatque hanc in rem Orationem Gregorii in Ægyptiorum adventum. Verum, qui in ea nominantur, non Episcopi erant, sed nautæ, seu potius gubernatores classis Alexandrinæ, qui frumentum ex Ægypto Constantinopolim advexerant. Quo maxime argumento convincitur, eos Episcopos non fuisse. Neque enim Episcopali dignitati convenit frumenti advectio. Denique in tota illa Oratione eos nunquam Episcopus, semper vero Laicos Nazianzenus appellat, cum dicit toties, λαὸς ἐμὸς, & λαὸς Θεῦ, id est, *populus meus*, & *populus Dei*. Et verba hæc Gregorii: *Verum postquam Cæsari, quæ sunt Cæsaris contulistis, Deo etiam, quæ Dei sunt, tribuistis; illi nempe vectigal, huic timorem; & postquam cibis vestris populum aluistis, ipsi quoque, ut alamini, huc accedistis;* hæc inquam, verba aperte Laicos designant, & nautas qui frumentum seu Canonem urbis Constantinopolitanæ advexerant: quæ observatio est Valesii in Notis ad lib. 5. Theodoreti cap. 8.

IX.

Damasus translationem Nazianzeni ad Sedem Constant. improbat.

Cæterum, *Damasus Papa* non favit *Gregorio* Nazianzeno in hac causa, ut putavit Baronius. Damasus enim in epistola generali ad aliquot Episcopos Ægyptios data, primum graviter reprehendit ordinationem *Maximi*, deinde vero damnat eorum consilium, qui *Gregorii* translationem peregerant, tametsi hunc non nominet. *Detrusit litteris dilectionis vestra* (inquit Damasus in Collect. Romana Holstenii pag. 37.) *fratres charissimi, satis jam contristatus, eo tempore quo Deo præstante, Hæretici fuerant abjecti, nescio quos ex Ægypto venientes in postulatione contra regulam Ecclesiasticæ disciplinæ alienam a nostra professione in Constantinopolitana civitate Cynicum ad Sacerdotium vocare voluisse.* Tum exagitata ordinatione illa, addit, commonere se eos, ut in Concilio Constantinopolitano, quod indictum ob eam causam erat, darent operam, quemadmodum prædictæ civitatis Episcopus eligatur, qui nullam habeat reprehensionem. In fine eos hortatur ad custodiam Canonum, & ne patiantur aliquem migrare de civitate ad civitatem. Quod adversus *Gregorium* scriptum esse, nul-

Baron. an. 380. n. v.

Gregorius Nazianzenus postulatur Episcopus,

rum Constantinopoli; iidem Catholici, in odium Demophili Ariani in eadem urbe Episcopi, ne ipsi soli pastore carere viderentur, Gregorium postulant ejus urbis Episcopum: cujus quidem postulationis licet nullus fuerit plenus consecutus effectus, quod ipse in solio invidioso sedere penitus recusaret; tamen Petrus Alexandrinus eumdem Gregorium instituit per litteras Episcopum Constantinopolitanum, prout his versibus ipse Gregorius indicat (a):

(a) Gregor. Nazianz. in carm. de vita sua.

Qui Petrus ipse Præsulam illorum arbiter
Prius quidem nos litteris clarissimis
Fucoque vacuis, littera ipsa ut fidem
Faciat, sacrato fixerit nos in throno.

Episcopi Ægypti pro Maximo agunt.

Sed haud stetit in sententia Petrus; qui ab instituto revocatus, favens Maximo adversus Gregorium, manibus pedibusque nisus est ut idem Maximus ordinaretur ejus sedis Antistes: ad quod perficiendum septem legavit Episcopos, alia tamen occasione prætensa; nempe ut frumentum debitum Imperatori navigiis impositum portarent Constantinopolim: erant hæc Episcoporum nomina, Ammon, Apammon, Harpocras, Stippas, Rhodon, Anubis, & Hermanubis. Hi vero quod Catholici essent, declinantes in urbe communionem Demophili Arianorum Episcopi, Gregorio adhæserunt, a quo & benigne suscepti sunt, immo & ab eo laudati publica concione (b), cujus est exordium: *Eos qui ab Ægypto venerunt, prout debeo, salutabo*, &c. qua quidem oratione, cum S. Athanasium, tum Petrum, totamque Ægypti Ecclesiam custodem Catholicæ fidei plurimum prædicavit; ipsos denique ex eo potissimum commendavit, quod Constantinopolim venientes declinassent Arianorum communionem, & Catholicis adhæsissent; atque: *Non enim vos promiscua multitudinis admiscuistis, nec hominum numero pietatem definivistis, nec miscellaneum vulgus potius esse sustinuistis, quam populus Dei verbo perpurgatus. Verum posteaquam Cæsari quæ sunt Cæsaris (ut par erat) contulistis, Deo quoque quæ Dei sunt attribuistis, illi nempe vectigal, huic timorem. Ac nutrito cibis vestris populo, ipsi quoque cibi accipiendi causa ad nos perrexistis: nam & ipsi frumentum erogamus*, &c.

(b) Gregor. Naz. orat. in Ægypt. Episc. appulsum.

Quod audis allatum ab Episcopis vectigal ad Imperatorem, nequaquam existimes id pensitatum ab Ægypti Ecclesia: nam tantum abest ut Ecclesiæ triticum pro tributo perferrant ad Imperatorem, ut etiam ab Imperatore clerici omnes ex Constantini munificentia (ut dictum est superius) solerent illud accipere. Publicum namque totius Ægypti vectigal id erat, quod legatione Episcoporum Constantinopolim, Episcopi Alexandrini accedente opera, mitteretur; indeque accidit (quod suo loco diximus) ut inter alias calumnias in Athanasium ab Arianis consarcinatas, illa fuerit, quod comminatus esset, si vellet, impedire, ne frumentum Constantinopolim deferretur; id quidem ipsemet (ut hic etiam eadem repetamus) docet his verbis (c): XXVI.

Episcopi frumentarii.

(c) Athan. Apolog. 2.

Sed

PAGIUS

nullus est dubitandi locus. Sic enim ait Damasus: *Illud præterea commoneo Dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta Majorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, & deserere plebem sibi commissam, & ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora incipiunt*, &c. De Gregorio hic agi manifestum est, & docet præterea epistola Concilii Italiæ apud Theodosium de ordinatione Maximi agens, his verbis: *Tamen ne absentibus partibus præsumpto aliquid desiasse videremur, Clementiam tuam, datis literis, putavimus instruendam, ut ei consuleretur ex usu publicæ pacis atque concordiæ, quum revera advertebamus, Gregorium nequaquam secundum traditionem Patrum Constantinopolitana Ecclesia sibi Sacerdotium vindicare.* Extat ea Epistola in Appendice Codic. Theod. pag. 104. Præter illam Epistolam generalem, *Damasus* aliam seorsum dedit ad *Acholium Thessalonicensem Episcopum*, a quo & ipse seorsum ab Episcopis scriptam epistolam acceperat de ordinatione *Maximi*, ad eumque rescripsit, non sibi placuisse ordinationem illam, hortaturque eum dare operam, ut Catholicus Episcopus in Constantinopolitana urbe constituatur. Extat hæc epistola apud Holstenium laudatum pag. 43. Has epistolas Baronius non vidit, quia ejus ætate nondum editæ erant, ex iisque evertitur ejus conjectura ex epistola Nicolai I. Papæ ad Imperatorem Michaelem scripta. Excerpta hæc observatio ex lib. 5. Marcæ de Concordia cap. 12.

Maximus Cynicus Damasum Papam aliosque Italiæ Episcopos circumvenit; hæc enim universa Maximi gestorum series a Blondello in Apologia pro sententia Hieronymi *de Episcopis & Presbyteris* sect. 3. recte observata. Anno CCCLXXII. Maximus ob fidei confessionem ab Ariomanitis *virgis cæsus & Oasim deportatus est*, ut testatur ipsemet Nazianzenus Orat. 23. Anno CCCLXXVIII. Valente mortuo, Alexandriam rediit, unde, ut inquit Gregorius Carm. de Vita sua, *cum consueta alimenta deessent*, hoc anno ineunte Constantinopolim se contulit, a Gregorio laudibus ornatus fuit ob simulatum pietatis zelum, ex eodem Orat. 23. ejusdem *convictu* usus est ex eodem Carmine; donec cum Ammone, aliisque sex classiariis, quos Petri Alexandrini Episcopi *exploratores* vocat Gregorius, advenientibus, prima de Constantinopolitano throno invadendo consilia agitavit, ac paulo post cum *Ducibus & Pastoribus*, qui priores miserant, idest, Præsulibus a Petro delegatis, *Presbyteri Thasii* auro redempta factiosorum colluvie, conspiravit, Anastasiæ Basilicam de nocte invasit, ac inde fugatus *in Choraula domo tonsus* & ordinatus est. Constantinopolitanis ejus conspectum non ferentibus, Theodosium Thessalonicæ degentem adiit, cum-

X. *Maximi invasio explicatur.*

Sed frumentum ab Athanasio, utvelque detentas calumniati sunt; eamque gloriatum esse dixere, quod frumenti deportationem ex Alexandria Constantinopolim impedire posset. Hæc ibi, & licet calumniose, ex usu tamen rerum verisimilitudo videri poterat comparata. Quin & Constantii quoque Ariani tempore persolvebatur Ecclesiæ Ægypti frumentum, ea Constantini munificentia annua pensitatione debitum: id sane epistola Synodalis Concilii Alexandrini testatur ad finem (*a*): habetur ipsa intexta ab Athanasio in secunda ipsius Apologia. Fortasse tunc accidit, ut quemadmodum postea lege Theodosii junioris (*b*) scimus præceptum fuisse, ut ad prædam curialium antevertendam, ad ejusmodi negotia frumentaria Alexandriæ alia certa designarentur officia; ita id muneris antea fuerit delegatum Episcopis. Sed ad Gregorium redeamus.

(*a*) *Apud Athanas. Apolog. 2.*

(*b*) *l. 1. de frumento Alexand. C. Theod.*

XXVII. Quid autem post hæc ausu temerario Maximus pertentarit ipse Gregorius in carmine de Vita sua satis abunde explicat; coisse nimirum simul cum Maximo quemdam presbyterum Constantinopolitanæ Ecclesiæ ordine secundum, Catholicæ communionis, ob æmulationem vero atque livorem in Gregorium infensissimum, quod præreptam fortasse doleret spem illius Ecclesiæ Episcopatus, quam conceperat ob toleratum multorum annorum bellum ab Arianis illatum. Hic itaque adversus Gregorium cum Maximo conspiravit. Qui quidem Maximus suffarcinatus auro mutuo accepto ab amico qui appulerat Constantinopolim pecunia publica emptutus tabulas ad fabricam templi construendam, Ægypti Episcopos illic agentes illo sibi conciliat: idque iidem simul tractant, quod gratum Petro ipsorum Episcopo esse scirent, gentilem suum sedi Constantinopolitanæ præficere cupienti; occasionis interea opportunitatem expectantes, quo secretius, quoad fieri posset, Maximum detonsa Cynica coma, Episcopum ordinarent. Quid plura? Accidit ex sententia, ut Gregorius ægrotans foris in suburbio esset; cum illi ea captata occasione, noctis tempore in ejus irrumpunt Ecclesiam, atque in sede collocant Maximum.

Studia Maximi pro sede adipiscenda.

XXVIII. Mane autem facto, magnus clericorum Orthodoxorum excitatus est ob facinus deforme tumultus, atque universa commota est civitas, detestantibus omnibus etiam Arianis nefandum scelus: quod concinne a Gregorio his jambis concinitur (*c*):

Nox erat, at æger ipse eram; cum isti, velut
Caulam introgressi conciti rabie lupi,
Nentes habentes plurimos pecunia
Partos, facile Alexandriam qui incendere
Solent (eos nam junxit irrumpens cohors
Secum) locare in sede detonsum canem
Nituntur, antequam gregi ac primoribus
Hoc indicassent, aut mihi, saltem ut cani:
Sic impetratum: nam sibi ipsi dictiteat.

(*c*) *Gregor. Nazian. in carmin. de vita sua.*

Maximus intruditur in sedem Constantinopolitanam.

& paulo post illa subdit:

Ut luxit autem, clerus (etenim proxime
Habitabat) ira frendet, atque celerrime
Disseminatur iste res. Tum maxima
Hinc flamma surgit: nam magistratus statim
Multi, exterique confluunt etiam nothi;

Ariani videlicet.

Ob hoc furebant nam scelus cuncti, mihi
Pendi laborum præmia hæc cum cernerent.

At ne sic quidem perfracta est illorum audacia, quæ eo impudentius urget opus, quo viribus premi contrariis sensit: siquidem quod perficere non licuit in Ecclesia, in scenici hominis divertentes domum, sacrilegum munus explent. Subdit de his ita Gregorius:

Quid multa? referunt illico e templo pedem

Ordinatio Maximi in domo scenici.

PAGIUS cumque repulsam passus esset, in patriam redux, Petrum Alexandrinum (qui eodem anno fatis concessit) minis perculit, ab eo literas ad Occidentales extorsit, Gratiano *Mediolani insignem de Fide librum dedit*, Italorum animos sibi conciliavit; qui simul ac rescissam anno CCCLXXXI. a Synodo Constantinopolitana ejus ordinationem audierunt, scripta ad Theodosium Synodica, de Collegarum judicio conquesti sunt. Licet autem Theodosium Thessalonicæ toto fere anno CCCLXXX. hæsisse latæ ibidem leges doceant, ut videre est in Chronologia Cod. Theod. indeque certum fiat, Illyricum Orientale, cujus caput Thessalonica, ei a Gratiano attributum fuisse, ineunte tamen vere a Theodosio rejectum Maximum necesse est, quandoquidem Thessalonica excedens *Maximus* Alexandriæ turbas concitavit, antequam e vivis excessisset Petrus, literisque ab eo quomodocumque impetratis, in Occidentem properavit. Hinc deceptus est Baronius quando hoc anno scripsit, *Maximum ad tantam rem*, quam adversus Gregorium *moliebatur, jacere instituentem fundamenta aggressum esse primum aucupare animum majoris Imperatoris, nempe Gratiani: quamobrem Mediolanum ad eum profectum, obtulisse illi librum & quidem, ut ait Sanctus Hieronymus in Catalogo, insignem*. Nam id ex ipsomet Hieronymi loco refellitur: cum enim *Maximum* Constantinopoli *pulsum*, *insignem de Fide adversus*

Illud dolentes maxime, cœpta irrita
Cessisse. Verum ne mali incassum forent;
Explere pergunt, deerat quod fabulæ.
Namque in chorauIæ sordidam ingressi domum
Graves superno & numini cari viri,
Ac quosdam habentes face de vulgi infima,
Canem resecta Præsulem signant coma
Nequissimum, &c.

Re autem comperta, quo animo id acceperint Cives, ita narrat ipse Gregorius:

Certe ob patratum tum scelus tantus dolor
Invasit Urbem; nemo non ut tum foret,
Qui non fureret, ac multa in ipsum effunderet
Acerba, vitamque illius proscinderet,
Ira efferente quicquid animus finxerat.
Hic illud, aliud ille promebat mali,
Quo pingeretur unius perversitas
Insignis.

At quid tandem? ab iisdem Civibus Maximus pulsus est Urbe; qui ne sic quidem cessit, sed Thessalonicam proficiscitur ad Theodosium Imperatorem, prout ipse Gregorius inferius narrat; quæ tamen rejicimus in sequentem annum, quod Theodosium constet Thessalonicæ diutius quievisse; qua ratione & quæ de Maximo narrata sunt, hoc ipso anno contigisse oportuit.

XXIX. Hæc dum exacte copioseque Gregorius describit, addit (*a*) appendicem, excusationem de eo quod talem hominem, immo monstrum recepisset, ac tantopere publice pro concione laudasset; excusat se inquam ita dicens:

(*a*) *Gregor. Nazianz. in carm. de Vita sua.*

Gregorius Nazianzenus recantat palinodiam de laudato Maximo.

Quid igitur? An non carus hic nuper tibi?
Non hunc ferebat laudibus summis prius?
(Fortasse dicet quispiam, hæc qui sciet,
Ac facilitatem vertat hanc mihi criminis,
Per quam colebam pessimos etiam canes).
Culpanda prorsus hæc mea ignoratio.
Me gustus, Adamum ut, traxit in fraudem improbus.
Visu decorum lignum erat, re non item.
Fidei fefellit larva me; fucum mihi
Fecere verba subdolo corde edita.

Sic plane Gregorius deceptus ab hypocrita Maximo. Sed paulo post:

Quid erat agendum? dicite o sciti viri,
Aliud ne quiddam cuspiam vestrum placet?
Augusta cum tam foret adhuc Ecclesia,
Stipulas ut ipse cogerer quoque legere:
(Namque arcta tantam non ferunt licentiam,
Quam lata quæ sunt tempora, & late fluunt;
Magni æstimabam, quod canis caulam meam
Tereret.

Adeo namque tenues, & exiles erant res Catholicorum ipsis primordiis adventus Gregorii Constantinopolim, ut magno lucro duceret, si quem invenisset Catholicum hominem sibi communicatione inhærentem, præferentem ignominiam Christi divitiis Pharaonis.

XXX. Sed & quid amplius eincere videbatur in Maximo, si quæ ille jactabat, vera fuissent? illa omnia, quæ in ea oratione in ejus laudem, mutato titulo, in laudem Heronis scripta leguntur; nempe, ut paucis multa perstrin-

Laudes dictæ de Maximo.

PAGIUS *sus Arianos scripsisse librum, quem Mediolani Gratiano Principi dedit*, totidem verbis Hieronymus afferat; postquam magnis excidii ausis, non quo tempore eadem moliebatur, Mediolanum ad Gratianum profectum fuisse res ipsa clamat, inquit Blondellus.

XI. Contra vero Nazianzenus desideratus ad Constantinopolitanos accessit, a Concilio Illyriciano, vel ab alio nobis ignoto delegatus, Thracum nemine reclamante. Petrus enim Alexandrinus, cui tandem Maximi partes fovere visum est, factum laudavit; sic enim de eo Gregorius in Carm. de Vita sua: *Pastorum illorum arbiter ipse Petrus, literis adeo manifeste duplicitate liberis (prout ipsa ad nos data literæ fidem faciunt) nos primum stabilit, sedisque sessione honorat.* Maximum thronum invadere ausum, urbe excedere Constantinopolitani, hinc Gregorius: *Illinc male malus, aut (si verum loqui malis) ut malus bene latratibus abactus est.* Eadem in positis ad Thessalonicam Imperatoris castris passum, & Alexandriam repetere coactum paulo post Præfectus fugavit: *Ad castra accurrit*, inquit ibidem Gregorius, *& inde cursus ut canis pulsus*, &c. *Alexandriam denuo se se confert*, &c. *Præfecto concitatam flammam verente, foras mittitur.* Gregorio contra anno CCCLXXX. Novemb. XXVI. Basilicam majorem Arianis ademptam tradidit Theodosius. *Dat*, inquit Imperator apud Gregorium ibidem, *templum per nos Deus tibi tuisque laboribus*, ac exinde invitum in cathedra collocavit populus: *Zelo & ira ferventes, vos (qui plebe estis) clamantem me & lamentantem in hoc throno collocastis*, inquit Gregorius Orat. 27. idque postea ex Orientali, Pontica, Asiana, & Thracia Diœcesibus in urbe Regia congregata Synodus anno CCCLXXXI. ineunte confirmavit: *Quotquot per Orientem erant (Ægypto excepta, populorum præsides usque ad Romam secundam, ex intimis terræ marisque recessibus, nescio quibus Dei verbis moti conveniunt*, &c. *Hi me clamantem & gementem in venerandis throno collocant*, inquit Gregorius in Carm. de Vita sua.

Nazianzenus Constantinopolim vocatus venit.

XII. In alia tamen Itali coætanei, contra quam putavit Baronius, sententia fuisse videntur. Revera, inquiunt in Epistola num. IX. citata ad-

ftringam, quod fe ex parentibus martyribus pregnatum diceret, quodque Chrifto ipfe totum fe addixiffet, temporeque perfecutionis fæviffimæ fub Lucio Alexandriæ adverfus Catholicos excitatæ ftetiffet infractus pro fidei patrocinio, cujus caufa dire virgis cæfus fuiffet, ad poftremum vero in Oafin deportatus, illic quadriennio permanfiffet. Accedebat iis, quam hypocrita affectabat, Chriftiana in omnibus philofophia, nempe gloriæ divitiarumque contemptus, modeftia, animique fucata fubmiffio, charitas erga omnes, ftudium falutis omnium, & ad confutandos hæreticos, Gentilefque convincendos fcientia minime vulgaris. His inquam coloribus pictam larvam, abfolutiffimum reddentem omnium virtutum exemplar, tali tempore, tali loco non potuit non magni facere Gregorius tantopere indigens in tanto prœlio non ducibus tantum fortiffimifque militibus, fed lixæ cujufvis etiam minifterio.

Alter hic plane Proteus; fic enim quoque ipfum appellat Gregorius: & ut proprius dicam, alter hic Luciani Peregrinus, qui ex Evangelio captans fibi gloriam, quæ fceleftas ob delicta paffas effet, fidei defenfionis caufa fe toleraffe jactaret; nam & id quoque teftatur ita Gregorius (a):

(a) Greg. in carm. de Vita fua.

—— Hocque majus, quod fugam ob noxas graves
Velabat, ut fi pro Deo hanc paffus foret,
Qui vapularat ut nocens, hunc martyrem
Falfo arbitrabar, &c.

XXXI. Poftquam autem talia tamque nefanda Maximus præfumpfiffet; Gregorius e fuburbano, ad quod valetudinis caufa conceſſerat, Conftantinopolim rediit, Ecclefiamque quam tanto labore collegerat, fchifmate fciffam reperit: nam presbyter ille nefarius cum adhæfiffet Maximo, nonnullos a Catholicis eidem conciliarat. Hæc ergo fciens, immo oculis fpectans ipfe Gregorius, orationem illam habuit, cujus eft exordium: *Defiderabam vos, filii, parique a vobis defiderio expetebar, &c.* Poft multa vero hac invectiva perftrinxit Maximum ac fectatores ipfius (b): *Jam*, inquit, *mihi quoque timorem injiciunt canes, per vim paftores fefe conftituentes, idque (quod abfurdum eft valde) cum ad paftoralis muneris adminiftrationem nihil omnino aliud contulerint, quam quod comam, cui ornandæ & alendæ turpiter ftuduerant, raferunt: qui nec in canum ordine manferunt, nec paftores facti funt, nifi ut lanient ac difpergant, laborefque aliorum infringant.* Et paulo poft: *Ac proinde ut nunc quidem infolentius efferantur qui canes adverfus gregem concitarunt, qui nec oviculam quidem unam proferre poffunt, quam adduxerint, vel confervarint; nec enim recte facere didicerunt, qui improbitatem ftudiofe coluerunt, &c.* Poft multa vero in fchifmaticos dicta, eofdem conteftatus, exprobrat animi fui moderationem, quam experti jam effent ab omni fedis cupiditate remotam; cum videlicet illi jam ante delegiffent eum Epifcopum, & in fede voluiffent collocare, nec acquieverit ait enim (c):

Gregorius Nazianzenus rediens orat in Maximum.

(b) Greg. Naz. orat. in Max.

(c) Greg. Naz. cad. orat.

XXXII. *Quid præterea? agent ipfi fcilicet. Epifcopatum abrogabant, & thronis dejicient?*

PAGIUS *advertebamus Gregorium nequaquam fecundum traditionem Patrum Conftantinopolitanæ Ecclefiæ fibi Sacerdotium vindicare.* Unde *advertebant?* Si nunquam fibi (æmulo carens) vindicaverat, imo oblatum a Petro Alexandrino, Theodofio, Conftantinopolitanis, Orientis totius Synodo, pro virili recufaverat, quantum minus poft inthronizatum Nectarium fibi vindicaverit? Quamprimum ipfum poft intrufum Maximum de receffu cogitare fenfit Ecclefia. *Exurgit continuo*, inquit Gregorius in Carm. de Vita fua, *non fecus ac apum vi fumi infeftatum examen, & clamoribus furit, viri, mulieres, virgines, juvenculi, pueri, fenes, nobiles, ignobiles, præfides, veterani quidam, unufquifque ira & defiderio fervet ex æquo, ira adverfus hoftes, & Paftoris defiderio, fed meum non erat ad vim genuflectere, nec illegitimam Sedem exofculari, qui me coactus legitimam admiferim.* Et tamen Maximus aliter Italis perfuafit. Hæc eorum ad Theodofium Aug. verba funt in Appendice Cod. Theod. pag. 104. *In Concilio nuper Maximus Epifcopus, Alexandrinæ Ecclefiæ communionem manere fecum lectis Petri fanctæ memoriæ viri literis prodidit.* Ignorabant itaque Italiæ Epifcopi, Petrum paulo antequam Conftantinopolim advenifet Maximus, fcripfiffe Epiftola Nazianzeni Epifcopatum firmaviffe, eundemque ftylum fubinde cum mente vertere folitum, Maximi terrore ac minis, et pro eo fcriberet, coactum fuiffe. Tandem Maximus patria profugus in Occidentem abiit, Synodique Italiæ Patribus, non fponte fcriptas, quod videbatur, fed extortas a Petro literas exhibuit, idemque fibi *intra privatas ædes (quia Ariani Bafilicas adhuc tenebant) fecretum effe, mandatoribus Epifcopis ordinantibus, dilucida teftificatione docuiffe* vifus, ut in laudata Appendice pag. 104. dicitur, Orthodoxos ab anno CCCLXXVIII. in fanctæ Anaftafiæ Bafilica, expulfum fe, ac demum *in Choraula infami domo* ordinatum tacuit. Imo quam aliis intulerat, *vim fibi repugnanti a plerifque, etiam de populo & Clero illatam*, ne quid *in quo de Epifcopatu ejus dubitare poffent, habere* fe deinceps profiterentur Itali, mentitus eft. Quare, non mirum, fi Damafum & Epifcopos Italiæ Maximus circumvenerit. Hæc Blondellus, quibus illuftrari poteft Vita Sancti Gregorii Nazianzeni quæ extat Tomo II. Actorum Sanctorum menfis Maii Bollandianorum, & refelli aliqui Scriptores Catholici, qui Gregorii electionem ejufque agendi modum criminati funt.

Maximus Itales perfuafit Nazianzenum Sedem Conftantinop. invafiffe.

Gregorius Nazianzenus non est passus fieri Episcopus.

Et quos tandem aut nunc, aut antea prompte atque hilari animo consecravi? An vero eos qui ascendunt, beatos prædicare soleo? Scilicet, mihi eos dulces ac jucundos reddis, ita indigne concedeas? Quid? ne hæc quidem quæ nuper acciderunt, animi mei sententiam voluntatemque declararunt? An illa quoque delectæ quædam & fucus erant, atque amoris ergo me vestes & desiderii exploratio? Nimirum callidi ac versuti homines facile adducuntur ut vitia sua de aliis partim suspicentur, partim loquantur. Quid vero illa animi oppressio? quid illæ imprecationes, quas adversus nos ipsos publice concepimus? quid illæ lacrymæ, quarum tantam vim profudimus, ut vobis etiam misericordiam moverimus, quamvis aliqui propter oblectationem adeo pene essemus? Hæc & alia Gregorius, illis in memoriam revocans, quantopere refragatus fuerit, cum ab ipsis eligeretur Episcopus. Demum in Petrum Episcopum Alexandrinum, quem propitium primo, postea vero sensit adversum, ita jure conqueritur: *Nihil proprius factum est, quam ut Petrus etiam me abjuraret. Ac fortasse nec fiet quidem amare, ut peccato medeatur.* Ac rursum schismaticos ejusmodi compellat apostrophe: *Quomodo distracti estis, & distraxistis, quasi boves temere venales solati? Quomodo altare adversus altare erexistis? Quomodo repente in desolationem ac vastitatem facti estis? Quomodo & ipsi hac præcisione extincti atque mortui estis, & dolorem nobis inussistis? Quomodo pastorum simplicitate ad gregis eversionem & interitum abusi estis? non enim eorum imperitiam reprehendo, sed vestram malitiam accusabo.* Sic Gregorius adversus Ægypti Episcopos, qui Maximo manus imposuerant, addisque alia fletu digna: quæ autem postea acciderint, sequenti anno dicemus.

JESU CHRISTI ANNUS 380. | DAMASI PAP. ANNUS 14. | GRATIANI 14. VALENTIN. 5. IMPPP. THEODOSII 2.

I. Theodosius baptizatus.

CHristi sequitur annus octogesimus supra trecentesimum, Consulatu quinto Gratiani atque Theodosii inchoatus: quo idem Theodosius Imperator ab Acholio Episcopo Thessalonicensi baptizatur. Qua autem occasione ibi eo sacramento ipsum initiari contigerit, sic narrat Socrates (a): *Theodosius autem post evecta trophæa, Constantinopolim ire maturans, Thessalonicam pervenit. Ibi in morbum incidens, cupiebat baptismo donari: quippe ex majoribus religionem jam olim didicerat Christianam, fideique Consubstantialis se totum addixerat. Et cum propter morbi gravitatem baptizari properaret, & Episcopum Thessalonicensium ad istud munus obeundum requireret; primum sciscitabatur ab Episcopo, quam fidem amplo-*

(a) Socr. l.5. c.6.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5873.

SÆC. IV. ☉ 25. ED, ☽ 1. P. 22. April. Indict. 8.

Anno Urbis 1133. Olymp. 289. an. 4.

JESU CHRISTI 380.

DAMASI PAPÆ 25.

A.C. 380. GRATIANI 14. VALENTINIANI JUNIORIS 6.

THEODOSII . 2.

I. Consules. [1] AD num. I. Coss. *Gratianus Aug. V. & Theodosius Aug.* hic juxta priorum Consulatuum Cæsareorum regulam, ob Imperium nempe anno præcedenti susceptum: ille juxta secundam. Ausonius in Edyllio VIII. cujus titulus: *Precatio Ausonii Consulis designati, pridie Kalendas Januarii fascibus sumtis*, dicto die tricesima prima mensis Decembris anni trecentesimi septuagesimi octavi pridie quam Consul Olybrio Collega procederet. In eo Edyllio hæc Poeta habet:

Jane, veni: novus anne, veni: renovate veni Sol.
Hostibus edomitis, qua Francia mixta Suevis
Certat ad obsequium, Latiis ut militet armis:
Qua vaga Sauromates sibi junxerat agmina Chuni,
Quaque Getes sociis, Histrum adsultabat Alanis.
Hoc mihi præpetibus victoria nuntiat alis.
Jam venit Augustus, nostros ut comat honores.

Oss.

NOTÆ [1] COss. *Gratianus Aug. V. & Theodosius Aug.* Vetus lapis apud Boldettum pag. 83. n. 20.

LEO. DEPOSITUS. III. NONAS OCTO
BRIS. DD. GRATIANO (ET) THEO
DOSIO AVGG. COSS.

Ita Fasti Idatiani, Prosperi Chronicon, Paschalis laterculus, Marcellinus Comes, & Socrates, lib. V. cap. VI. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Gratiano (subintellige V.) & Theodosio.*

plenaretur. Et cum Episcopus respondisset, opinionem Arii minime per Illyricum * *pervasisse, neque novam illius doctrinam ejus regionis Ecclesias potuisse occupare; sed omnes qui in illis versabantur, antiquam illam & vetustam fidem ab Apostolis traditam, inque Concilio Nicæno confirmatam semper observasse: Imperator ab Acholio* * *(ita enim vocabatur Episcopus) libentissimo animo baptismum recepit. Paucis igitur post diebus a morbo recreatus Constantinopolim contendit octavo Kal. Decembris, Gratiano jam quintum Consule, eoque ipso Theodosio primum.* Hucusque Socrates, in eo sane corrigendus, dum loco Macedoniæ ponit Illyricum: Thessalonica enim, cujus Acholius erat Episcopus, non in Illyrico, sed in Macedonia sita est. Cæterum ipsum delegisse ab Acholio baptizari ob insignem viri vitam miraculorum virtute conspicuam, existimamus. Qualia autem quantave adversus Gothos divina virtute operatus sit, cum victorem exercitum, qui copias Romanorum vicerat, & ipsorum Imperatorem extinxerat, superavit, superius enarratum est. Deo igitur omnia accepta ferens Theodosius; Imperium atque vitam, nihil antiquius habuit, quam de fide Catholica bene mereri; de quo S. Augustinus sic ait (a): *Inter hæc omnia ex ipso initio Imperii sui non quievit justissimis, & misericordissimis legibus adversus impios laboranti Ecclesiæ subvenire, quam Valens hæreticus favens Arianis vehementer afflixerat; cujus Ecclesiæ membrum esse magis quam in terris regnare gaudebat.* Hæc ipse. Hujus quidem rei fidem facit aurea illa sanctio ab eo hoc anno Thessalonicæ promulgata, quæ sic se habet (b):

* Macedoniam.

* Ascholio.

(a) Aug. de Civit. Dei l. 5. c. 26.

(b) l. 2. de fid. Cathol. C. Theod.

II.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad populum urbis Constantinopolitanæ.

Theodosii sanctio de fide Catholica.

Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam divinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usque nunc ab ipso insinuata declarat; quamque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis: Hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam, Evangelicamque doctrinam, Patris & Filii & Spiritus sancti unam Deitatem sub pari majestate, & sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti; reliquos vero dementes, vesanosque judicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere, nec conciliabula eorum, Ecclesiarum nomen accipere; divina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos. Dat. III. Kal. Martias, Thessalonicæ, Gratiano A. quintum & Theodosio A. I. Coss. Qua die hæc quæ sequuntur itidem Thessalonicæ rescripsisse reperitur (c):

(c) l. 25. de Episc. & cler. C. Theod.

III.

Qui divinæ legis sanctitatem aut nesciendo confundunt, aut negligendo violant & offendunt, sacrilegium committunt. Dat. III. Kal. Mart. Thessal. Gratiano Aug. V. & Theodosio A. I. Coss. Sequenti vero mense de pio religiosoque cultu sacri

Aliæ Theodosii leges.

Qua.

PAGIUS *Officio accurrens, quos participare cupisset.*

Jane, veni: novus anne, veni; renovate veni Sol.

Aurea venturo Sol porrige gaudia Jane:

Fascibus Ausonii succedat Cæsar in annum,

Quintum Romulei prætentam habiturus honoris.

Ecce ubi se cumulat mea purpura (mitibus audi

Auribus hoc Nemesis) post me dignatur oriri

Augustus Consul. Plusquam conferre videtur

Me sibi, qui jussit nostros præcedere fasces.

Ex his discimus, *Gratianum* anno CCCLXXVIII. Consulem se se in præsentem annum designasse, & quidem juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam, ob *Vicennalia* nempe uno anno anticipata. Quid vero dicere velit Ausonius, quando ait, *Gratianum* honores ejus Consulatus participare cupisse, in obscuro est. Vinetus in Notis ad Ausonium ait: *Cur non fuisset Gratianus Collega si voluisset?* Cui interrogationi ipse non respondet.

II. *Barbari a Theodosio M. victi.* Denique ex laudatis Ausonii versibus, in quibus nulla mentio victoriæ *de Alanis, Hunnis & Gothis* reportatæ, manifeste colligitur, eam ad annum CCCLXXIX. pertinere, hosque, postquam *Theodosius* in Imperii consortium a *Gratiano* adscitus est, profligatos fuisse, ut recte a Zosimo lib. 4. pag. 751. proditum, & a *Victore* in Epitome insinuatum. Si enim anno CCCLXXVIII. Theodosius adhuc privatus Barbaros illos devicisset ut vult Theodoretus lib. 5. cap. 5. & ex eo Auctor Miscellæ lib. 12. cap. 19. Ausonius, qui Edyllium præfatum sub illius anni finem cecinit, insignem adeo victoriam silentio non præteriisset. Quare Baronius recte illum Theodoreti lapsum agnovit; sed perperam Theodoreti narrationem amplexus est. Cum enim hic in tempore, quo ea victoria relata, peccarit, verosimile est, in narrando facto etiam errasse, Zosimo eam longe aliter referente, ut apud ipsum legere est. Zosimo suffragantur Socrates lib. 5. cap. 6. Sozomenus lib. 7. cap. 4. Orosius lib. 7. cap. 20. Jornandes tam in lib. de Regnorum successione cap. 93. quam in libro de rebus Geticis cap. 26. Marcellinus in Chronico, & Idacius in Fastis, uterque anno CCCLXXIX. Imo Idacius diem memorat, quo hujus victoriæ nuntium Romam perlatum est. Ausonio enim & Olybrio Coss. anno sc. CCCLXXIX. prodit: *Ipso anno multa bella Romani cum Gothis commiserunt. Deinde victoria nuntiata sunt adversus Gothos, Alanos atque Hunnos die XV. Kal. Decemb.* Error itaque Theodoreti excusari non potest.

III. *Thessalonica in Illyrico sita. Baron. n. 1.* *Theodosius Magnus ab Acholio* Episcopo Thessalonicensi baptizatus est, ut docet Socrates lib. 5. cap. 6. quam urbem in Illyrico fuisse sitam recte insinuat; totius enim Illyrici Metropolis erat, ut Theodoretus lib. 5. cap. 16. ostendit,

ideo-

salutem ferri; perdidisse profanam hæresim simul cum Imperatore pariter Orientis Imperium; restitutum tamen ipsum atque amplius & pulchrius redditum, simulac fides Catholica imperavit: sicque in Occidente cumulari victoriis Gratianum, & frementes undique barbaros reddi debiles ac prorsus imbelles, cum in castris excubat cum gratia atque precibus sacerdotum sancta religio: contra vero felicissimum ac tranquillissimum imperii statum inverti senties, mox ut Augustos hæreticis favere videris, atque pro defensione Catholicæ veritatis torpescere, vel religiosos Antistites ab iisdem impie perturbari; adeout perspicue intelligas, alatam Victoriam (si dicere ita licet) religionem penitus consequi; hæreses vero tristes Erymnas evocatas ab inferis secum ducere: hæc enim S. Ambrosius in libris ad Gratianum de fide scriptis consideranda proponit, atque in iis etiam quos de Spiritu sancto ad eumdem adiecit, in mentem revocat, ut diximus suo loco, & inferius dicturi sumus.

XIII. Compescuit hoc item anno, dato rescripto ad eumdem Hesperium PP. Gratianus avaritiam clericorum exercentium mercaturam, quos a lustrali collatione nonnisi in denis vel quindenis solidis voluit immunes esse (a). Extat præterea hoc eodem anno ejusdem Gratiani rescriptum (b) ad Catervium Comitem sacrarum largitionum, virum pietate insignem, cujus memoria viget titulo sanctitatis apud Tolentinates: Acta tamen ejus, quæ vidimus, erroribus scatent. Sed jam ad res Orientalis Ecclesiæ hujus anni se convertat oratio.

(a) l. 11. de lustrali collat. Cod. Theod.
(b) l. 3. de Palat. sacrar. largit. Cod. Theod.

XIV. Quod autem hoc anno post edomitos Gothos Theodosius nequaquam Constantinopolim se contulerit, immo nec ultra Thessalonicam sit progressus, sed ibidem ei hiemare contigerit; quodque insuper idem imperator adhuc cathecumenus nesciretur a cujusnam sectæ baptizari vellet

Ariani adhuc procaces.

Antistite, cum præsertim in baptizandis Imperatoribus in Oriente Ariani id sibi muneris arrogassent, baptizatis ab eis Constantio atque Valente, immo de Constantino Magno id ipsis mendaciter asserentibus; inde accidit, ut iidem Ariani adhuc animis erecti Catholicos lacesserent, lacesserentque illis præsertim in locis, in quibus numero præstarent, atque favore magistratuum auctoritate pollerent; ut inter alia loca scimus accidisse Constantinopoli. Ibi enim S. Gregorium Nazianzenum fidem Catholicam edocentem, lapidibus primum impetiere, traxereque ut maleficum ad tribunal; cum ille inter hæc divina confortatus spe de magno ex prædicatione futuro proventu, omnia sustinebat propter electos, sciens agrum Dominicum afferre solere fructum centuplum in patientia; sicque appetitus lapidibus tolerans, contumeliisque vexatus, uberes benedictiones rependens, plane effecit, ut etiam complurium perditorum animos sibi conciliaret, atque ad fidem Catholicam suscipiendam magnopere provocaret.

Gregorius Nazianzenus quanta passus ab Arianis.

Id quidem de se ipse coram amplissimo Synodi auditorio, coactus sua prosequi instituta, atque pro concione suæ sementis fructus ostendere, his verbis significat (c): *Vultis aliquid clarius adjiciam? Videtis adversarias linguas, posita feritate mitescentes, atque eos qui divinitati bellum indixerant, nihil jam turbarum nobis facessentes? Id quoque spiritus, id quoque agriculturæ nostræ est. Non enim inscite atque inerudite docemus, nec adversarios contumeliis & conviciis incessimus, quemadmodum plerique faciunt, non cum dogmate, sed cum dogmatis assertoribus confligentes, ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes, non aliter ac sepias ante se atramentum vomere ajunt, ut piscatores effugiant, aut conspectum sui eis eripiant. Verum nos pro Christo bellum gerere perspicuo argumento declaramus, dum secundum illum paci-*

XV.

(c) Gregor. Naz. orat. ad 150. Episcop.

PAGIUS nem exercentibus, Lege 8. Cod. Theod. *De Episcopis*, si exiguis admodum mercimoniis victum sibi & vestitum conquirerent Lege 15. ejusdem Codicis *De Episcopis*; vel etiam indistincte data fuerat, Lege 10. & 14. ejusdem Codicis *De Episcopis*, hoc præsupposito quod quæstum negotiationis omnem in pauperes erogaturi essent. Valens contra & contraria illatione, Clericos omnes negotiantes lustrali collationi obnoxios fecit Lege 5. Cod. Theod. *De lustrali collatione*, quam Valentis constitutionem Gratianus & Valentinianus junior hoc anno ex parte abrogant. Nempe quandiu & ubi Clerici nondum, vel non adeo divitiis abundavere, ac maxime cum divites ad Clericatum non assumerentur; qua de re videndæ Leges Cod. Theod. 3. 6. 17. *De Episcopis*, negotiationem quandam alimoniæ causa exercentibus ipsis, & ut victum sibi vestitumque conquirerent, ea immunitas data. Item aliquando data indistincte, ut ipsi pauperes juvare possent, quod utique peculiare votum Clericorum erat, ut docet Lex 5. Cod. Theod. *De lustrali collatione*. Iterum adempta indistincte, ubi jam satis divitiarum in Ecclesiam & Clericos congestum videbatur, apparebatque, non pauperibus eos, verum suis commodis studere. Tandem data distincte hoc anno Lege II. laudata *De lustrali collatione*, & determinate; quia visum, aliquid his deesse: & quidem varie; nempe ubi ditiores Clerici erant, veluti in Italia & Illyrico, intra minorem summam; ubi non adeo divites, veluti in Galliis, intra dimidio majorem. Hæc enim, neque alia proportionis istius ratio reddi potest, ut recte observat Gothofredus in hujus Legis Commentario, ubi plura de hac Lege.

Gregorii Nazianzeni in docendo modestia.

cificum & clementem Christum, atque infirmitates nostras portantem, dimicamus. Neque enim cum veræ atque Orthodoxæ fidei pernicie pace studemus, nonnihil de animorum contentione remittentes, ut moderationis, & æquitatis famam colligamus (non enim quod bonum est, male aucupamur) atque interim tamen pacem colimus, legitime nimirum pugnantes, atque intra limites nostros, spiritusque regulam nosmet continentes. Ac de his quidem ita sentio, cunctisque animarum dispensatoribus rectæque doctrinæ arbitris legem statuo, ut nec asperitate sua adversariorum animos exulcerent, nec submissione insolentiores efficiant, sed prudenter & consulte in fidei causa se gerant, nec in alterutro horum mediocritatis lineas transiliant. Hæc Gregorius.

XVI. Gregorius Nazianzenus contemptui habitus.

Hisce quippe exemplo & doctrina Christi comparatis ad expugnandos implacabiles hostes armis Gregorius vicit tandem, cum alioqui aliis ex causis contemptui esset atque despectui haberetur, ut ipse testatur his jambicis (*a*):

(a) Gregor. Naz. in carm. de vita sua

Nec enim ferebant pauperem plane virum,
Rugis aratum, visibus fixis humi,
Vilique veste, tabidum fletu & fame,
Metu & futuri, cæterisque etiam malis,
Nec eleganti præditum vultu, hospitem,
Vagumque tenebris horridis terræ abditum.

Gregorii Nazianzeni virtus innotescit.

At plane accidit, ut quemadmodum si fumus clarescat in flammam, qui ante molestus oculis erat, suo splendore visum illustret, exhilaretque, ita sane evenerit de Gregorio; ut quod vitæ duritia, vultusque asperitate horridum & tetrum aspectum præseferret; puritate tamen doctrinæ lucescens, animique moderatione, aliarumque virtutum fulgore resplendens, hostium quoque oculos in se converteret, allieeretque eos, atque adduceret ad rectam semitam veritatis: adeo ut quæ cæcutientibus oculis prius esse videbantur horrori, fierent eadem ad pietatem illecebræ; sicque quod scriptum est in Proverbiis (*b*): *Justorum semita quasi lux splendens procedit & crescit usque ad perfectam diem;* Gregorius longe lateque doctrina & sanctitate refulgens, admirationi esse cœperit cunctis, etiam absentibus. Haud enim urbis licet amplissimæ ambitu valuit contineri insigne nomen Gregorii, quin etiam provincias remotissimas penetraret.

(b) Prov. 4.

XVII. Gregorii enim fama permotus, impulsusque S. Hieronymus una cum collega Vincentio, e Syria, tam longinquo terrarum spatio, contulit se Constantinopolim. Res plane admiratione digna est; hominem quem ob insignem eruditionem consulerent Occidentales Episcopi, immo ipse Episcopus Episcoporum Damasus id crebrius factitaret, tam longa difficiliaque itinera peragrasse, ut Gregorii esse mereretur auditor, ac sub tanto magistro posset profiteri discipulum, indesibi summum gloriæ decus conciliaturum existimans eum accessione doctrinæ. Quam autem magni ipse hoc idem fecerit, audi quanta gloria id ostentet: *Et ego* (inquit (*c*) adversus Ruffinum agens) *magistro glorior & exulto*. Et alibi ad Domnionem scribens, Gregorium Nazianzenum suum cathechistam appellat (*d*), quasi ejus comparatione plane rudis, qui fidem eo explanante didicerit, videretur; & adversus Jovinianum (*e*) agens, putans tanti nominis auctoritate perstringi posse procaciam petulantis hæresiarchæ, eum sic citat: *Præceptor meus Gregorius Nazianzenus virginitatem & nuptias disserens Græcis versibus explicavit*. Et cum alibi præclara ejusdem Gregorii scriptorum recenset monumenta, quanta gloria id exaggerat, cum ait (*f*)? *Gregorius Nazianzenus Episcopus, vir eloquentissimus*. Sed non id sibi satis; unde illud addit: *Præceptor meus*: & hoc parum, nisi adjiciat: *Quo Scripturas explanante didici*.

Hieronymus venit Constantinopolim ad Gregorium Nazianzenum.

(c) Hieron. ad Pammach. adv. Ruffin.
(d) Hieron. epist. 51.
(e) Hieron. adv. Jovin. l. 1.
(f) Hieron. de Script. Eccl. in Gregor. Nazianz.

XVIII. Quæ autem ipse sitiens ex uberrimo limpidissimoque fonte potavit, ita mente retinuit, ut non ea solum quæ serio ab ipso explanata essent in cathedra, sed & quæ familiariter joco jactata essent, tenacis memoriæ thesauro condita custodierit, posterisque tradiderit, ut illud ad Nepotianum (*g*) docet, cum ait: *Præceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus a me, ut exponeret, quid sibi vellet in Luca* (*h*) *sabbatum δευτερόπρωτον, eleganter lusit: Docebo te, inquiens, super hac re in ecclesia; in qua mihi omni populo acclamante, cogeris invitus scire quod nescis; aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus injustitiæ condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere; quæ quicquid non intelligit, plus miratur.* Hæc Hieronymus; ex quibus & illud plane significatur, jam agnitum Gregorium Constantinopoli eo æstimationis pervenisse, ut exeipi soleret magno plausu quicquid ipse dixisset. At ejusdem Gregorii dexteritas quam suavis, dum se a discipulo magistrum ex tempore magna quæstione pulsante sic comiter liberavit, & pulchra honestaque tergiversatione delusit!

(g) Hieron. epist. 2.
(h) Luc. 6

Gregorius Nazianzenus facete eludit Hieronymum.

XIX. Inhærens tunc Gregorio Hieronymus, ut magnæ aquilæ pullus, qui ejus interdum humeris portaretur, ausus est sublimi volatu spectare cœlos, & usque ad Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum pervenire, seque admi-

Hieronymus duce Gregorio Nazianzeno celsa petit.

scere

scere Seraphinis; ubi quæ didicit arcana mysteria, scriptis mandata tradidit Damaso Romano Pontifici: testatur id ipse, cum sextum Isaiæ caput post annos triginta interpretaturus, his se verbis excusat (a): *De hac visione ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli, & apud virum eloquentissimum Gregorium Nazianzenum tunc ejus urbis Episcopum sanctarum Scripturarum studiis erudirer; scio me brevem dictasse, subitumque tractatum, ut experimentum caperem ingenioli mei, & amicis jubentibus obedirem. Ad illum itaque libellum mitto lectorem, oroque ut brevi hujus temporis expositione contentus sit.* Hæc Hieronymus. Ex amicis jubentibus Damasus præcipuus fuit, ad quem ipse tractatum illum inscripsit (b). Porro quod tanto doctore quæ didicit securus scripserit; haud opus habuit post annos triginta eamdem repetens interpretationem, priora (ut fecerat secundo interpretatus Abdiam) delere posterioribus, aut amplioribus eam terminis dilatare. Hoc plane ipsum tempus consignat, cum de erroribus Origenis ad Pammachium & Oceanum Hieronymus scribens epistolam ait (c), ab hoc tempore, quo edidit ejusmodi interpretationem in Isaiæ caput sextum, intercurrisse spatia annorum viginti.

(a) Hieron. in Isa. c. 6.
(b) Hier. ep. 142. 143.
(c) Hieron. epist. 65.

XX. Gregorius Nyssenus innotescit Hieronymo.

Quantum autem temporis contigerit Hieronymum apud Gregorium Constantinopoli commorari, exactius disquiramus ex consignata ab ipso superius ejus scriptionis chronographia, cum testatur se illa scripsisse, Gregorio ipso jam facto Constantinopolitano Episcopo: contigit id post annum sequentem; quod insuper se ibi Gregorium Nyssenum cognovisse testetur, quem tempore indictæ Constantinopolitanæ Synodi illuc cum aliis Episcopis contigit proficisci; ex his inquam (si a præsenti anno numeres) invenies Hieronymum tribus ferme annis Constantinopoli audisse Gregorium. Ipse vero de Gregorio Nysseno ita meminit (d): *Gregorius Nyssenus Episcopus frater Basilii Cæsariensis ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, &c.* Sed redeamus ad Theologum Constantinopoli publice profitentem.

(d) Hieron. de Script. Eccl. in Gregor. Nyss.

XXI. Gregorius Nazianzenus qualis cum Hieronymo.

Quonam modo qui inter alia nobilissima ingenia Hieronymum Gregorius discipulum habuit, ad eum docendum est comparatus? num supercilio præceptoris, doctorisve tumido fastu? minime gentium, sed familiariter omnia, ac velut cum socio & æquali (nisi quando ille e suggestu doceret) mutua collocutione disceptationeque pari: ut interdum ab omni arrogantia ipse Gregorius procul abhorrens, se minorem imparemque sublimi Scripturæ sensu fateri non erubesceret. Sit in exemplum quod de ipso in commentariis in epistolam ad Ephesios idem Hieronymus docet his verbis (e): *Gregorius Nazianzenus vir valde eloquens & in Scripturis apprime eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, solebat dicere: Vide quantum istius capituli sacramentum sit, ut Apostolus in Christo & in Ecclesia illud interpretans, non se ita asserat, ut testimonii postulabat dignitas, expressisse; sed quodammodo dixerit: Scio quia locus iste ineffabilibus plenus sit sacramentis, & divinum cor quærat interpretis.* Hæc Hieronymus; qui quidem mente retinens sublime illud in Gregorio dicendi genus, scriptaque ejus ferri velut flumen exundans, in quod omnium scientiarum rivi confluxerint; non potuit non succensere Ruffino, qui exiguo angustoque alveo illud in Latinos derivare præsumpserit, ob id jure illud in eum exclamans (f): *Responde, cur scribere aliqua ausus sit, & virum disertissimum Gregorium pari eloquii splendore transferre: Unde tibi tanta verborum copia, scientiarum lumen, translationum varietas? &c.*

(e) Hieron. ad Ephes. cap. 5.
(f) Hieron. ad Pammach. advers. Ruffin.

XXII. Hieronymus in quibus superavit Gregorium Nazianzenum.

Cæterum quod gloria patris sit filius sapiens, discipulique excellens doctrina decori sit præceptori, secundum illud antiquum: *Multi discipuli prudentiores magistris.* si conferas Hieronymum cum Gregorio, invenies aliqua quibus amplius hic excellat; ut veram judices Ennodii Ticinensis esse sententiam, ita dicentis: *Hieronymus noster, nisi præceptorem suum Gregorium diceret, illo melior censeretur: sed illi applicanda sunt bona nominatim a quo sumpsisse videntur originem.* Hæc ipse. Certe quidem in his quæ spectant ad multiplicum linguarum peritiam, quam in divinis explicandis scripturis, & diversarum linguarum scriptoribus consulendis, magni momenti esse nemo negarit, absque controversia Gregorium primas dare Hieronymo certum est, utpote qui profiteatur etiam Latinam linguam toto orbe Romano diffusam se penitus ignorasse: quod ad Posthumianum Græcam Latinamque linguam callentem, scribens, ita testatur (g): *Sublimis es eruditione, & quidem utroque eruditionis genere, & utraque dicendi facultate: alterius enim quantam famam audivimus? (nec enim lingua Romanus sum, nec Italicam doctrinam calleo) alterius autem periculum ipsi fecimus, &c.* Factus vero postea Episcopus Constantinopolitanus Gregorius ordinavit presbyterum Vincentium Hieronymi comitem, ita tamen, ut non passus sit ille Constantinopoli, sicut nec ipse Antiochiæ retineri, prout idem Hieronymus testatur in epistola ad Pammachium (h). Sed de Hieronymo satis: quando autem corrigerit ipsum inde recedere, Romamque ad Damasum se conferre, dicemus suo tempore. At

(g) Gregor. Nazian. in epist. 71. ad Posthumianum.
(h) Hieron. epist. 61.

XXIII. *De Evagrio Pontico discipulo Gregorii Nazianzeni.* At vero Gregorius Constantinopoli docens, haud ita felix in Evagrio Pontico suo discipulo fuit, sicut extitit in Hieronymo. Hunc quidem tradit Palladius (*a*) ordinatum fuisse lectorem a S. Basilio, secutum vero post illius obitum Gregorium Constantinopolim, ab eoque ordinatum fuisse diaconum, commendatumque ab eodem Constantinopoli recedente ejus successori Nectario, sed coactum postea recedere ab urbe profectum esse in Ægyptum; ubi ipse cum Didymo Alexandrino Origenis studiosissimo consuetudinem habens, dogmata Origenis comminiscens, renovansque illius pravas opiniones, factus est Origenistarum dogmatum assertor & propugnator: de quibus singulis dicendum est inferius pro temporis ratione, simulque recensendæ lucubrationes ab eo editæ, quas enumerat Socrates (*b*); qui tamen in eo magnopere errat, cum ait Gregorium Nazianzenum una cum Evagrio post abdicatam sedem esse profectum in Ægyptum: quonam vero se contulerit Gregorius, cum recessit Constantinopoli, dicemus inferius.

(a) Pallad. in Laus. c. 25.

(b) Socrat. l. 4. c. 18.

XXIV. *Maximi Cynici adventus Constantinopolim.* Inter hæc autem Maximus ille Alexandrinus ex philosopho Cynico Christianus, qui se jactabat martyrum filium, & pro fide exulem in Oasis solitudine; quasi gloria confessionis illustris, Constantinopolim veniens, tamquam in scæna ludens edidit ostentationis spectaculum ob oculos omnium; cum Gregorius, ut par esse videbatur, hominem suscepit, amplexatusque est, quasi a prælio victorem redeuntem, inque laudem ejus luculentam habuit orationem, de qua hæc S. Hieronymus: (*c*): *Scripsit Gregorius laudes Maximi philosophi post exilium reversi, quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt, quia & est alius liber vituperationem ejusdem Maximi continens: quasi non licuerit eumdem laudare & vituperare pro tempore.* Hæc ipse. Venit quidem is dolose, ut exturbaret Gregorium Constantinopoli, ipse vero cathedram illam arriperet: significat id sane Gregorius illis versibus (*d*):

(c) Hieron. de Script. Eccl. in Greg. Naz.

— improbe quod struxerat
Sæveque solio scilicet me ut pelleret,
Cui nec thronus erat, ulla nec alta dignitas,
Instructor essem quam quod & custos gregis.

(d) Gregor. Nazian. in carmin. de vita sua.

excepit autem eum domi Gregorius, suæque mensæ participem fecit, & inter suos primo loco habuit, ut paulo inferius idem ipse Gregorius ita docet;

Amicus ille sit mihi, sicut fide
In me anteiret Maximus cunctos viros:
Mensæ, domusque, dogmatum hunc, & consilii
Consortem habebam.

Porro Maximus ad tantam rem, quam moliebatur, jacere instituens fundamenta, aggressus est primum aucupare animum majoris imperatoris, nempe Gratiani: quamobrem Mediolanum ad eum profectus, obtulit illi librum, & quidem (ut ait S. Hieronymus *e*) insignem, de fide adversus Arianos.

Maximus adit Gratianum.

(e) Hieron. de Script. Eccl. in Maximo.

Inter hæc autem, cum opera Gregorii crevisset magnopere numerus Orthodoxorum XXV.

PAGIUS VIII. *Maximus Epis. Constantinopolitanus creatus.* Ad num. XXIV. & seqq. *Maximus Cynicus* Constantinopoleos Episcopus ordinatus est a *Petro Alexandrino* Episcopo, qui ad eam ordinationem peragendam tres Episcopos ex Ægypto misit, quemadmodum affirmat Epistola Episcoporum Italiæ ad Theodosium Imp. quam Sirmondus post Baronii mortem publicavit, quæque tomo 2. Conciliorum Generalium pag. 2007. legitur. Baronius quidem ait, *Petrum Alexandrinum* septem Episcopos Ægypti ad id perficiendum misisse, citatque hanc in rem Orationem Gregorii in Ægyptiorum adventum. Verum, qui in ea nominantur, non Episcopi erant, sed nautæ, seu potius gubernatores classis Alexandrinæ, qui frumentum ex Ægypto Constantinopolim advexerant. Quo maxime argumento convincitur, eos Episcopos non fuisse. Neque enim Episcopali dignitati convenit frumenti advectio. Denique in tota illa Oratione eos nunquam Episcopos, semper vero Laicos Nazianzenus appellat, cum dicit toties, λαὸς ἐμὸς, & λαὸς Θεοῦ, id est, *populus meus*, & *populus Dei*. Et verba hæc Gregorii: *Verum posteaquam Cæsari, quæ sunt Cæsaris contulistis, Deo etiam, quæ Dei sunt, tribuistis; illi nempe vectigal, huic timorem; & postquam cibis vestris populum aluistis, ipsi quoque, ut alamini, huc accessistis*; hæc inquam, verba aperte Laicos designant, & nautas qui frumentum seu Canonem urbis Constantinopolitanæ advexerant: quæ observatio est Valesii in Notis ad lib. 5. Theodoreti cap. 8.

IX. *Damasus translationem Nazianzeni ad Sedem Constant. improbat.* Cæterum, *Damasus Papa* non favit Gregorio Nazianzeno in hac causa, ut putavit Baronius. Damasus enim in epistola generali ad aliquot Episcopos Ægyptios data, primum graviter reprehendit ordinationem *Maximi*, deinde vero damnat eorum consilium, qui *Gregorii* translationem peregerant, tametsi hunc non nominet. *Decursis litteris dilectionis vestræ* (inquit Damasus in Collect. Romana Holstenii pag. 57.) *fratres charissimi, satis sum contristatus, eo tempore quo Deo præstante, Haretici iverant abjecti,* Baron. an. 380. n. v. *nescio quos ex Ægypto venientes in postulatione contra regulam Ecclesiasticæ disciplinæ alienam a nostra professione in Constantinopolitana civitate Cynicum ad sacerdotium vocare voluisse.* Tum exagitata ordinatione illa, addit, commonere se eos, ut in Concilio Constantinopolitano, quod indictum ob eam causam erat, darent operam, quemadmodum prædictæ civitatis Episcopus eligatur, qui nullam habeat reprehensionem. In fine eos hortatur ad custodiam Canonum, & ne patiantur aliquem migrare de civitate ad civitatem. Quod adversus *Gregorium* scriptum esse, nul-

Gregorius Nazianzenus postulatur Episcopus.

rum Constantinopoli; iidem Catholici, in odium Demophili Ariani in eadem urbe Episcopi, ne ipsi soli pastore carere viderentur, Gregorium postulant ejus urbis Episcopum: cujus quidem postulationis licet nullus fuerit plenus consecutus effectus, quod ipse in solio invidioso sedere penitus recusaret; tamen Petrus Alexandrinus eumdem Gregorium instituit per litteras Episcopum Constantinopolitanum, prout his versibus ipse Gregorius indicat (a):

(a) Gregor. Nazianz. in carm. de vita sua.

Qui Petrus ipse Præsulum illorum arbiter
Prius quidem nos litteris clarissimis
Fucoque vacuis, litteræ ipsæ ut fidem
Facient, sacrato fixerit nos in throno.

Episcopi Ægypti pro Maximo agunt.

Sed haud stetit in sententia Petrus; qui ab instituto revocatus, favens Maximo adversus Gregorium, manibus pedibusque nisus est ut idem Maximus ordinaretur ejus sedis Antistes: ad quod perficiendum septem legavit Episcopos, alia tamen occasione prætensa; nempe ut frumentum debitum Imperatori navigiis impositum portarent Constantinopolim: erant hæc Episcoporum nomina, Ammon, Apammon, Harpocras, Stippas, Rhodon, Anubis, & Hermanubis. Hi vero quod Catholici essent, declinantes in urbe communionem Demophili Arianorum Episcopi, Gregorio adhæserunt, a quo & benigne suscepti sunt, immo & ab eo laudati publica concione (b), cujus est exordium: *Eos qui ab Ægypto venerunt, prout debeo, salutabo, &c.* qua quidem oratione, cum S. Athanasium, tum Petrum, totamque Ægypti Ecclesiam custodem Catholicæ fidei plurimum prædicavit; ipsos denique ex eo potissimum commendavit, quod Constantinopolim venientes declinassent Arianorum communionem, & Catholicis adhæsissent; atque: *Non enim vos promiscuæ multitudini admiscuistis, nec hominum numero pietatem definivistis, nec miscellaneum vulgus potius esse sustinuistis, quam populus Dei verbo perpurgatus. Verum posteaquam Cæsari quæ sunt Cæsaris (ut par erat) contulistis, Deo quoque quæ Dei sunt attribuistis, illi nempe vectigal, huic timorem. Ac nutrito cibis vestris populo, ipsi quoque cibi accipiendi causa ad nos perrexistis: num & ipsi frumentum erogamus, &c.*

(b) Gregor. Naz. orat. in Ægypt. Episc. appulsum.

XXVI. Quod audis allatum ab Episcopis vectigal ad Imperatorem, nequaquam existimes id pensitatum ab Ægypti Ecclesia: nam tantum abest ut Ecclesiæ triticum pro tributo perferrent ad Imperatorem, ut etiam ab Imperatore clerici omnes ex Constantini munificentia (ut dictum est superius) solerent illud accipere. Publicum namque totius Ægypti vectigal id erat, quod legatione Episcoporum Constantinopolim, Episcopi Alexandrini accedente opera, mitteretur; indeque accidit (quod suo loco diximus) ut inter alias calumnias in Athanasium ab Arianis consarcinatas, illa fuerit, quod comminatus esset, si vellet, impedire, ne frumentum Constantinopolim deferretur; Id quidem ipsemet (ut hic etiam eadem repetamus) docet his verbis (c):

Episcopi frumentarii.

(c) Athan. Apolog. 2.

Sed

PAGIUS

nullus est dubitandi locus. Sic enim ait Damasus: *Illud præterea commoneo Dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta Majorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, & deserere plebem sibi commissam, & ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora accipiunt, &c.* De Gregorio hic agi manifestum est, & docet præterea epistola Concilii Italiæ apud Theodosium de ordinatione Maximi agens, his verbis: *Tamen ne absentibus partibus præsumpte aliquid definisse videremur, Clementiam tuam, datis literis, putavimus instruendam, ut ei consuleretur ex usu publicæ pacis atque concordiæ, quia revera advertebamus, Gregorium nequaquam secundum traditionem Patrum Constantinopolitana Ecclesia sibi Sacerdotium vindicare.* Extat ea Epistola in Appendice Codic. Theod. pag. 104. Præter illam Epistolam generalem, *Damasus* aliam seorsum dedit ad *Acholium Thessalonicensem Episcopum*, a quo & ipse seorsum ab Episcopis scriptam epistolam acceperat de ordinatione *Maximi*, ad eumque rescripsit, non sibi placuisse ordinationem illam, hortaturque eum dare operam, uti Catholicus Episcopus in Constantinopolitana urbe constituatur. Extat hæc epistola apud Holstenium laudatum pag. 43. Has epistolas Baronius non vidit, quia ejus ætate nondum editæ erant, ex iisque evertitur ejus conjectura ex epistola Nicolai I. Papæ ad Imperatorem Michaelem scripta. Excerpta hæc observavi ex lib. 5. Marcæ de Concordia cap. 21.

X. Maximus Cynicus Damasum Papam aliosque Italiæ Episcopos circumvenit: hæc enim universa Maximi gestorum series a Blondello in Apologia pro sententia Hieronymi *de Episcopis & Presbyteris* sect. 3. recte observata. Anno CCCLXXII. Maximus ob fidei confessionem ab Arianis *virgis cæsus & Oasim deportatus est*, ut testatur ipsemet Nazianzenus Orat. 23. Anno CCCLXXVIII. Valente mortuo, Alexandriam rediit, unde, ut inquit Gregorius Carm. de Vita sua, *cum consueta alimenta deessent*, hoc anno ineunte Constantinopolim se contulit, a Gregorio laudibus ornatus fuit ob simulatum pietatis zelum, ex eodem Orat. 23. ejusdem *convictu* usus est ex eodem Carmine; donec cum Hammone, aliisque sex classiariis, quos Petri Alexandrini Episcopi *exploratores* vocat Gregorius, advenientibus, prima de Constantinopolitano throno invadendo consilia agitavit, ac paulo post cum *Ducibus & Pastoribus*, qui priores militant, idest, Præsulibus a Petro delegatis, *Presbyteri Thasii* auro redempta factiosorum colluvie, conspiravit, Anastasiæ Basilicam de nocte invasit, ac inde fugatus *in Choraulæ domo tonsus* & ordinatus est. Constantinopolitanis ejus conspectum non ferentibus, Theodosium Thessalonicæ degentem adiit,

Maximi invasio explicatur.

cum-

Sed frumentum ab Athanasio, navesque detentas calumniati sunt; cumque gloriatum esse dixere, quod frumenti deportationem ex Alexandria Constantinopolim impedire posset. Hæc ibi, & licet calumniose, ex usu tamen rerum verisimilitudo videri poterat comparata. Quin & Constantii quoque Ariani tempore persolvebatur Ecclesiæ Ægypti frumentum ex Constantini munificentia annua pensitatione debitum: id sane epistola Synodalis Concilii Alexandrini testatur ad finem (*a*): habetur ipsa intexta ab Athanasio in secunda ipsius Apologia. Fortasse tunc accidit, ut quemadmodum postea lege Theodosii junioris (*b*) scimus præceptum fuisse, ut ad prædam curialium antevertendam, ad ejusmodi negotia frumentaria Alexandriæ alia certa designarentur officia; ita id muneris antea fuerit delegatum Episcopis. Sed ad Gregorium redeamus.

(*a*) *Apud Athanas. Apolog. 2.*

(*b*) *l. 2. de frumento Alexand. C. Theod.*

XXVII. Studia Maximi pro sede adipiscenda.

Quid autem post hæc ausu temerario Maximus pertentarit ipse Gregorius in carmine de Vita sua satis abunde explicat; coisse nimirum simul cum Maximo quemdam presbyterum Constantinopolitanæ Ecclesiæ ordine secundum, Catholicæ communionis, ob æmulationem vero atque livorem in Gregorium infensissimum, quod præreptam fortasse doleret spem illius Ecclesiæ Episcopatus, quam conceperat ob toleratum multorum annorum bellum ab Arianis illatum. Hic itaque adversus Gregorium cum Maximo conspiravit. Qui quidem Maximus suffarcinatus auro mutuo accepto ab amico qui appulerat Constantinopolim pecunia publica empturus tabulas ad fabricam templi construendam, Ægypti Episcopos illic agentes illo sibi conciliat: idque iidem simul tractant, quod gratum Petro ipsorum Episcopo esse scirent, gentilem suum sedi Constantinopolitanæ præficere cupienti; occasionis interea opportunitatem expectantes, quo secretius, quoad fieri posset, Maximum detonsa Cynica coma, Episcopum ordinarent. Quid plura? Accidit ex sententia, ut Gregorius ægrotans foris in suburbio esset; cum illi ea captata occasione, noctis tempore in ejus irrumpunt Ecclesiam, atque in sede collocant Maximum.

XXVIII. Mane autem facto, magnus clericorum Orthodoxorum excitatus est ob facinus deforme tumultus, atque universa commota est civitas, detestantibus omnibus etiam Arianis nefandum scelus: quod concinne a Gregorio his jambis concinitur (*c*):

(*c*) *Gregor. Nazian in carmin. de vita sua.*

Maximus intruditur in sedem Constantinopolitanam.

Nox erat, at æger ipse eram; cum isti, velut
Caulam introgressi conciti rabie lupi,
Nautas habentes plurimos pecunia
Partos, facile Alexandriam qui incendere
Solent (eos nam junxit irrumpens cohors
Secum) locare in sede detonsum canem
Nituntur, antequam gregi ac primoribus
Hæc indicassent, aut mihi, saltem ut cani:
Sic impetratum: nam sibi ipsi dictitant.

& paulo post ista subdit:

Ut luxit autem, clerus (etenim proxime
Habitabat) ira frendet, atque celerrime
Disseminatur ista res. Tum maxima
Hinc flamma surgit: nam magistratus statim
Multi, exterique confluunt etiam nothi;

Ariani videlicet.

Ob hoc furebant nam scelus cuncti, mihi
Pendi laborum præmia hæc cum cernerent.

At ne sic quidem perfracta est illorum audacia, quæ eo impudentius urget opus, quo viribus premi contrariis sensit: siquidem quod perficere non licuit in Ecclesia, in scenici hominis divertentes domum, sacrilegum munus explent. Subdit de his ita Gregorius:

Ordinatio Maximi in domo scenici.

Quid multa? referant illico e templo pedem

PAGIUS cumque repulsam passus esset, in patriam redux, Petrum Alexandrinum (qui eodem anno fatis concessit) minis perculit, ab eo literas ad Occidentales extorsit, Gratiano *Mediolani insignem de Fide librum dedit*, Italorum animos sibi conciliavit; qui simul ac rescissam anno CCCLXXXI. a Synodo Constantinopolitana ejus ordinationem audierunt, scripta ad Theodosium Synodica, de Collegarum judicio conquesti sunt. Licet autem Theodosium Thessalonicæ toto fere anno CCCLXXX. hæsisse latæ ibidem leges doceant, ut videre est in Chronologia Cod. Theod. indeque certum fiat, Illyricum Orientale, cujus caput Thessalonica, ei a Gratiano attributum fuisse, ineunte tamen vere a Theodosio rejectum Maximum necesse est, quandoquidem Thessalonica excedens *Maximus* Alexandriæ turbas concitavit, antequam e vivis excessisset Petrus, literisque ab eo quomodocumque impetratis, in Occidentem properavit. Hinc deceptus est Baronius quando hoc anno scripsit, *Maximum ad tantam rem, quam* adversus Gregorium *moliebatur, jacere instituentem fundamenta aggressum esse primum aucupare animum majoris Imperatoris, nempe Gratiani: quamobrem Mediolanum ad eum profectum, obtulisse illi librum & quidem, ut ait Sanctus Hieronymus in Catalogo, insignem.* Nam id ex ipsomet Hieronymi loco refellitur: cum enim *Maximum* Constantinopoli *pulsum, insignem de Fide adver-*
sus

Illud dolenter maxime, cœpta irrita
Cessisse. Verum ne mali successum forent;
Explere pergunt, deerat quod fabulæ.
Namque in choraulæ sordidam ingressi domum
Graves superno & numini cari viri,
Ac quosdam habentes fæce de vulgi infima,
Canem refecta Præsulem signant coma
Nequissimum, &c.

Re autem comperta, quo animo id acceperint Cives, ita narrat ipse Gregorius:

Certe ob patratum tum scelus tantus dolor
Invasit Urbem; nemo non ut tam foret,
Qui non fureret, ac multa in ipsum effunderet
Acerba, vitamque illius proscinderet,
Ira efferate quicquid animus finxerat.
Hic illud, aliud ille promebat mali,
Quo pingeretur unius perversitas
Insignis.

At quid tandem? ab iisdem Civibus Maximus pulsus est Urbe; qui ne sic quidem cessit, sed Thessalonicam proficiscitur ad Theodosium Imperatorem, prout ipse Gregorius inferius narrat; quæ tamen rejicimus in sequentem annum, quod Theodosium constet Thessalonicæ diutius quievisse; qua ratione & quæ de Maximo narrata sunt, hoc ipso anno contigisse oportuit.

XXIX. Hæc dum exacte copioseque Gregorius describit, addit (a) appendicem, excusationem de eo quod talem hominem, immo monstrum recepisset, ac tantopere publice pro concione laudasset; excusat se inquam ita dicens:

(a) Gregor. Nazianz. in carm. de Vita sua.

Quid igitur? An non caecus hic nuper tibi? — Gregorius Nazianzenus recantat palinodiam de laudato Maximo.
Non hunc ferebas laudibus summis prius?
(Fortasse dicet quispiam, hac qui sciet,
Ac facilitatem vertat hanc mihi criminis,
Per quam colebam pessimos etiam canes).
Culpanda prorsus hæc mea ignoratio.
Me gustus, Adamum ut, traxit in fraudem improbus.
Visu decorum lignum erat, re non item.
Fidei fefellit larva me; fucum mihi
Fecere verba subdolo corde edita.

Sic plane Gregorius deceptus ab hypocrita Maximo. Sed paulo post:

Quid erat agendum? dicite o sciti viri,
Aliud ne quiddam cuipiam vestrum placet?
Angusta cum tam foret adhuc Ecclesia,
Stipulas ut ipse cogerer quoque legere:
(Namque arcta tantam non ferunt licentiam,
Quam lata quæ sunt tempora, & late fluunt;
Magni æstimabam, quod canis caulam meam
Tereret.

Adeo namque tenues, & exiles erant res Catholicorum ipsis primordiis adventus Gregorii Constantinopolim, ut magno lucro duceret, si quem invenisset Catholicum hominem sibi communicatione inhærentem, præferentem ignominiam Christi divitiis Pharaonis.

Sed & quid amplius elacera videbatur in Maximo, si quæ ille jactabat, vera fuissent? illa omnia, quæ in ea oratione in ejus laudem, mutato titulo, in laudem Heronis scripta leguntur; nempe, ut paucis multa perstrin- — XXX. Laudes dictæ de Maximo.

PAGIUS *sus Arianos scripsisse librum, quem Mediolani Gratiano Principi dedit*, totidem verbis Hieronymus afferat; postquam magnis excidit ausis, non quo tempore eadem moliebatur, Mediolanum ad Gratianum profectum fuisse res ipsa clamat, inquit Blondellus.

XI. Contra vero Nazianzenus desideratus ad Constantinopolitanos accessit, a Concilio Illyriciano, vel ab alio nobis ignoto delegatus, Thracum nemine reclamante. Petrus enim Alexandrinus, cui tandem Maximi partes fovere visum est, factum laudavit; sic enim de eo Gregorius in Carm. de Vita sua: *Pastorum illorum arbiter ipse Petrus, literis adeo manifesta duplicitate liberis (prout ipsa ad nos data litera fidem faciunt) nos primum stabilit, sedesque tesserâ honorat.* Maximum thronum invadere ausum, urbe exegere Constantinopolitani, hinc Gregorius: *Illinc male malus, aut (si verum loqui malis) ut malus hinc latratibus abactus est.* Eadem in positis ad Thessalonicam Imperatoris castris passum, & Alexandriam repetere coactum paulo post Præfectus fugavit: *Ad castra accurrit*, inquit ibidem Gregorius, & *inde rursus ut canis pulsus*, &c. *Alexandriam denuo se se confert*, &c. *Præfecta concitatam flammam vertente, foras mittitur.* Gregorio contra anno CCCLXXX. Novemb. XXVI. Basilicam majorem Arianis ademptam tradidit Theodosius. *Dat*, inquit Imperator apud Gregorium ibidem, *templum per nos Deus tibi tuisque laboribus*, ac exinde invitum in cathedra collocavit populus: *Zelo & ira ferventes, vos (qui plebs estis) clamantem me & lamentantem in hoc throno collocastis*, inquit Gregorius Orat. 27. idque postea ex Orientali, Pontica, Asiana, & Thracia Diœcesibus in urbe Regis congregata Synodus anno CCCLXXXI. ineunte confirmavit: *Quotquot per Orientem erant (Ægypto excepta) populorum præsides usque ad Romam secundam, ex intimis terræ marisque recessibus, nescio quibus Dei verbis moti conveniunt*, &c. *Hi me clamantem & gementem in venerandis thronis collocant*, inquit Gregorius in Carm. de Vita sua.

XII. In alia tamen Itali coætanei, contra quam putavit Baronius, sententia fuisse videntur. Revera, inquiunt in Epistola num. IX. citata ad-

Nazianzenus Constantinopolim vocatus venit.

ſtringam, quod ſe ex parentibus martyribus prognatum diceret, quodque Chriſto ipſe totum ſe addixiſſet, temporeque perſecutionis ſæviſſimæ ſub Lucio Alexandriæ adverſus Catholicos excitatæ ſtetiſſet infractus pro fidei patrocinio, cujus cauſa dire virgis cæſus fuiſſet, ad poſtremum vero in Oaſin deportatus, illic quadriennio permanſiſſet. Accedebat iis, quam hypocrita affectabat, Chriſtiana in omnibus philoſophia, nempe gloriæ divitiarumque contemptus, modeſtia, animique fucata ſubmiſſio, charitas erga omnes, ſtudium ſalutis omnium, & ad confutandus hæreticos, Gentileſque convincendos ſcientia minime vulgaris. His inquam coloribus pictam larvam, abſolutiſſimum reddentem omnium virtutum exemplar, tali tempore, tali loco non potuit non magni facere Gregorius tantopere indigens in tanto prœlio non ducibus tantum fortiſſimiſque militibus, ſed lixæ cujuſvis etiam miniſterio.

Alter hic plane Proteus; ſic enim quoque ipſum appellat Gregorius: & ut proprius dicam, alter hic Luciani Peregrinus, qui ex Evangelio captans ſibi gloriam, quæ ſceleſtas ob delicta paſſus eſſet, fidei defenſionis cauſa ſe toleraſſe jactaret; nam & id quoque teſtatur ita Gregorius (a):

— *Hocque majus, quod fugam ob noxas graves*
Velabat, ut ſi pro Deo hanc paſſus foret,
Qui vapularat ut nocens, hunc martyrem
Falſo arbitrabar, &c.

(a) Greg. in carm. de Vita ſua.

XXXI. Poſtquam autem talia tamque nefanda Maximus præſumpſiſſet; Gregorius e ſuburbano, ad quod valetudinis cauſa conceſſerat, Conſtantinopolim rediit, Eccleſiamque quam tanto labore collegerat, ſchiſmate ſciſſam reperit: nam presbyter ille nefarius cum adhæſiſſet Maximo, nonnullos e Catholicis eidem conciliarat. Hæc ergo ſciens, immo oculis ſpectans ipſe Gregorius, orationem illam habuit, cujus eſt exordium: *Deſiderabam vos, filii, parique a vobis deſiderio expetebar, &c.* Poſt multa vero hac invectiva perſtrinxit Maximum ac ſectatores ipſius (b): *Jam*, inquit, *mihi quoque timorem injiciunt canes, per vim paſtores ſeſe conſtituentes, idque (quod abſurdum eſt valde) cum ad paſtoralis muneris adminiſtrationem nihil omnino aliud contulerunt, quam quod comam, cui ornandæ & alendæ turpiter ſtuduerant, raſerunt: qui nec in canum ordine manſerunt, nec paſtores facti ſunt, niſi ut lanient ac diſpergant, laboreſque aliorum infringant.* Et paulo poſt: *Ac proinde ne nunc quidem inſolentius efferantur qui canes adverſus gregem concitarunt, qui nec oviculam quidem unam proferre poſſunt, quam adduxerint, vel conſervarint; nec enim recte facere didicerunt, qui improbitatem ſtudioſe coluerunt, &c.* Poſt multa vero in ſchiſmaticos dicta, eoſdem conteſtatus, exprobrat animi ſui moderationem, quam experti jam eſſent ab omni ſedis cupiditate remotam; cum videlicet illi jam ante delegiſſent eum Epiſcopum, & in ſede voluiſſent collocare, nec acquieverit ait enim (c):

Gregorius Nazianzenus rediens orat in Maximum.

(b) Greg. Naz. orat. in Max.

(c) Greg. Naz. ead. orat.

XXXII. *Quid præterea? agent ipſi ſcilicet. Epiſcopatum abrogabunt, & thronis dejicient?* Et

PAGIUS *advertebamus Gregorium nequaquam ſecundum traditionem Patrum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſibi Sacerdotium vindicare.* Unde *advertebant?* Si nunquam ſibi (æmulo carent) vindicaverat, imo oblatam a Petro Alexandrino, Theodoſio, Conſtantinopolitanis, Orientis totius Synodo, pro virili recuſaverat, quantum minus poſt inthronizatum Nectarium ſibi vindicaverit? Quamprimum ipſam poſt intruſum Maximum de receſſu cogitare ſenſit Eccleſia. *Exurgit continuo*, inquit Gregorius in Carm. de Vita ſua, *non ſecus ac apum vi fumi infeſtatum examen, & clamoribus furit, viri, mulieres, virgines, juvenculi, pueri, ſenes, nobiles, ignobiles, præſides, veterani quidam, unuſquiſque ira & deſiderio fervet ex æquo, ira adverſus hoſtes, & Paſtoris deſiderio, ſed meum non erat ad vim genuflectere, nec illegitimam Sedem oſculari, qui me coactus legitimam admiſerim.* Et tamen Maximus aliter Italis perſuaſit. Hæc eorum ad Theodoſium Aug. verba ſunt in Appendice Cod. Theod. pag. 104. *In Concilio nuper Maximus Epiſcopus, Alexandrinæ Eccleſiæ communionem manere ſecum leſtis Petri ſanctæ memoriæ viri literis prodidit.* Ignorabant itaque Italiæ Epiſcopi, Petrum paulo antequam Conſtantinopolim adveniſſet Maximus, ſcriptis Epiſtolis Nazianzeni Epiſcopatum firmaviſſe, eundemque ſtylum ſubinde cum mente vertere ſolitum, Maximi terrore ac minis, ut pro eo ſcriberet, coactum fuiſſe. Tandem Maximus patria profugus in Occidentem abiit, Synodique Italiæ Patribus, non ſponte ſcriptas, quod videbatur, ſed extortas a Petro literas exhibuit, idemque ſibi *intra privatas ædes (quia Ariani Baſilicas adhuc tenebant) ſecretum eſſe, mandatoribus Epiſcopis ordinantibus, dilucida teſtificatione docuiſſe* viſus, ut in laudata Appendice pag. 104. dicitur, Orthodoxos ab anno CCCLXXVIII. in ſanctæ Anaſtaſiæ Baſilica, expulſum ſe, ac demum *in Choraula infami domo* ordinatum tacuit. Imo quam aliis intulerat, *vim ſibi repugnanti a pleriſque, etiam de populo & Clero illatam*, ne quid *in quo de Epiſcopatu ejus dubitare poſſent, habere* ſe deinceps profiterentur Itali, mentitus eſt. Quare, non mirum, ſi Damaſum & Epiſcopos Italiæ Maximus circumvenerit. Hæc Blondellus, quibus illuſtrari poteſt Vita Sancti Gregorii Nazianzeni quæ extat Tomo II. Actorum Sanctorum menſis Maii Bollandianorum, & refelli aliqui Scriptores Catholici, qui Gregorii electionem ejuſque agendi modum criminati ſunt.

Maximus Italis perſuaſit Nazianzenum Sedem Conſtantinop. invaſiſſe.

CHRISTI 379. | DAMASI PAP. 13. | GRATIANI 13. VALENTIN. 4. IMPPP. THEODOSII 1.

Gregorius Nazianzenus non est passus fieri Episcopus. *Et quos tandem aut nunc, aut antea promptu atque hilari animo consendi? An vero eos qui adscendunt, beatos prædicare soleo? Scilicet, mihi eos dulces ac jucundos reddis, ita indigne concedens? Quid? ne hæc quidem quæ nuper acciderunt, animi mei sententiam voluntatemque declararunt? An illa quoque deliciæ quædam & fucus erant, atque amoris ergo me vestri & desiderii exploratio? Nimirum callidi ac versuti homines facile adducuntur ut vitia sua de aliis partim suspicentur, partim loquantur. Quid vero illa animi oppressio? quid illa imprecationes, quas adversus nos ipsos publice concepimus? quid illæ lacrymæ, quarum tantam vim profudimus, ut vobis etiam misericordiam moveremus, quamvis alioqui propter obluctationem adeo pene essemus?* Hæc & alia Gregorius, illis in memoriam revocans, quantopere refragatus fuerit, cum ab ipsis eligeretur Episcopus. Demum in Petrum Episcopum Alexandrinum, quem propitium primo, postea vero sensit adversum, ita jure conqueritur: *Nihil proprius factum est, quam ut Petrus etiam me abjuraret. Ac fortasse nec fiet quidem amare, ut peccato medeatur.* Ac rursus schismaticos ejusmodi compellat apostrophe: *Quomodo distracti estis, & distraxistis, quasi boves teneri vinculis solati? Quomodo altare adversus altare erexistis? Quomodo repente in desolationem ac vastitatem facti estis? Quomodo & ipsi hac præcisione extincti atque mortui estis, & dolorem nobis inussistis? Quomodo pastorum simplicitate ad gregis eversionem & interitum abusi estis? non enim eorum imperitiam reprobando, sed vestram malitiam accusabo.* Sic Gregorius adversus Ægypti Episcopos, qui Maximo manus imposuerant, additque alia fletu digna: quæ autem postea acciderint, sequenti anno dicemus.

JESU CHRISTI ANNUS 380. | DAMASI PAP. ANNUS 14. | GRATIANI 14. VALENTIN. 5. IMPPP. THEODOSII 2.

I. Theodosius baptizatur. CHristi sequitur annus octogesimus supra trecentesimum, Consulatu quinto Gratiani atque Theodosii inchoatus: quo idem Theodosius Imperator ab Acholio Episcopo Thessalonicensi baptizatur. Qua autem occasione ibi eo sacramento ipsum initiari contigerit, sic narrat Socrates (a): *Theodosius autem post erecta trophæa, Constantinopolim ire maturans, Thessalonicam pervenit. Ibi in morbum incidens, cupiebat baptismo donari: quippe ex majoribus religionem jam olim didicerat Christianam, fideique Consubstantialis se totum addixerat. Et cum propter morbi gravitatem baptizari properaret, & Episcopum Thessalonicensium ad istud munus obeundum requireret; primum sciscitabatur ab Episcopo, quam fidem ample-*

(a) Socr. l.5. c.6.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5873.

SÆC. IV. ☉ 25. ED, ☽ 1. P. 22, April. Indict. 8.

Anno Urbis 1133. Olymp. 389. an. 4. JESU CHRISTI 380.

DAMASI PAPÆ 15.

A.C. 380. GRATIANI 14. VALENTINIANI JUNIORIS 6.

THEODOSII. 2.

I. Consules. [1] AD num. I. Coss. *Gratianus Aug. V. & Theodosius Aug.* hic juxta priorum Consulatuum Cæsareorum regulam, ob Imperium nempe anno præcedenti susceptum: ille juxta secundam. Ausonius in Edyllio VIII. cujus titulus: *Precatio Ausonii Consulis designati, pridie Kalendas Januarii fascibus sumtis*, dicto die tricesima prima mensis Decembris anni trecentesimi septuagesimi octavi pridie quam Consul Olybrio Collega procederet. In eo Edyllio hæc Poeta habet:

Jane, veni: novus anne, veni: renovate veni Sol,
Hostibus edomitis, qua Francia mixta Suevis
Certat ad obsequium, Latiis ut militet armis:
Qua vagus Sauromates sibi junxerat agmina Chuni,
Quaque Getes sociis, Histrum adsultabat Alanis.
Hoc mihi præpetibus victoria nuntiat alis.
Jam venit Augustus, nostros ut comat honores.
Offi-

NOTÆ [1] COss. *Gratianus Aug. V. & Theodosius Aug.* Vetus lapis apud Boldettum pag. 83. n. 21.

LEO. DEPOSITUS. III. NONAS OCTO
BRIS. DD. GRATIANO (ET) THEO
DOSIO AVGG. COSS.

Ita Fasti Idatiani, Prosperi Chronicon, Paschalis laterculus, Marcellinus Comes, & Socrates, lib. V. cap. VI. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Gratiano* (subintellige V.) *& Theodosio.*

pleuaretur. Et cum Episcopus respondisset, opinionem Arii minime per Illyricum * *pervasisse, neque novam illius doctrinam ejus regionis Ecclesias potuisse occupare; sed omnes qui in illis versabantur, antiquam illam & vetustam fidem ab Apostolis traditam, inque Concilio Niceno confirmatam semper observasse: Imperator ab Acholio* * *(ita enim vocabatur Episcopus) libentissimo animo baptismum recepit. Paucis igitur post diebus a morbo recreatus Constantinopolim contendit octavo Kal. Decembris, Gratiano jam quintum Consule, eoque ipso Theodosio primum.* Hucusque Socrates, in eo sane corrigendus, dum loco Macedoniæ ponit Illyricum: Thessalonica enim, cujus Acholius erat Episcopus, non in Illyrico, sed in Macedonia sita est. Cæterum ipsum delegisse ab Acholio baptizari ob insignem viri vitam miraculorum virtute conspicuam, existimamus. Qualia autem quantave adversus Gothos divina virtute operatus sit, cum victorem exercitum, qui copias Romanorum vicerat, & ipsorum Imperatorem extinxerat, superavit, superius enarratum est. Deo igitur omnia accepta ferens Theodosius, Imperium atque vitam, nihil antiquius habuit, quam de fide Catholica bene mereri; de quo S. Augustinus sic ait (a): *Inter hæc omnia ex ipso initio Imperii sui non quievit justissimis, & misericordissimis legibus adversus impios laboranti Ecclesiæ subvenire, quam Valens hæreticus favens Arianis vehementer afflixerat; cujus Ecclesiæ membrum esse magis quam in terris regnare gaudebat.* Hæc ipse. Hujus quidem rei fidem facit aurea illa sanctio ab eo hoc anno Thessalonicæ promulgata, quæ sic se habet (b):

* Macedoniam.

* Ascholio.

(a) Aug. de Civit. Dei l. 5. c. 26.

(b) L. 2. de fid. Cathol. C. Theod.

II.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad populum urbis Constantinopolitanæ.

Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam divinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usque nunc ab ipso insinuata declarat; quamque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis: Hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam, Evangelicamque doctrinam, Patris & Filii & Spiritus sancti unam Deitatem sub parili majestate, & sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti; reliquos vero dementes, vesanosque judicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere, nec conciliabula eorum, Ecclesiarum nomen accipere; divina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos. Dat. III. Kal. Martias, Thessalonica, Gratiano A. quintum & Theodosio A. I. Coss. Qua die hæc quæ sequuntur itidem Thessalonicæ rescripsisse reperitur (c):

Theodosii sanctio de fide Catholica.

(c) L. 25. de Episc. & cler. C. Theod.

III.

Qui divinæ legis sanctitatem aut nesciendo confundunt, aut negligendo violant & offendunt, sacrilegium committunt. Dat. III. Kal. Mart. Thessal. Gratiano Aug. V. & Theodosio A. I. Coss. Sequenti vero mense de pio religiosoque cultu sacri

Qua.

Aliæ Theodosii leges.

PAGIUS

Officio aeternae, quae participare cupisset.
Jane, veni: novus anne, veni; renovate veni Sol.
Aurea venturo Sol porrige gaudia Jano:
Fascibus Ausonii succedet Cæsar in annum,
Quintam Romulei prætextam habiturus honoris.
Ecce ubi se cumulat mea purpura (mitibus audi
Auribus hoc Nemesis) post me dignatur oriri
Augustus Consul. Plusquam conferre videtur
Me sibi, qui jussit nostros præcedere fasces.

Ex his discimus, *Gratianum* anno CCCLXXVIII. Consulem se se in præsentem annum designasse, & quidem juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam, *ob Vicennalia* nempe uno anno anticipata. Quid vero dicere velit Ausonius, quando ait, *Gratianum* honores ejus Consulatus participare cupisse, in obscuro est. Vinetus in Notis ad Ausonium ait: *Cur non fuisset Gratianus Collega si voluisset?* Cui interrogationi ipse non respondet.

II. Denique ex laudatis Ausonii versibus, in quibus nulla mentio victoriæ *de Alanis, Hunnis & Gothis* reportatæ, manifeste colligitur, eam ad annum CCCLXXIX. pertinere, hosque, postquam *Theodosius* in Imperii consortium a *Gratiano* adscitus est, profligatos fuisse, ut recte a Zosimo lib. 4. pag. 751. proditum, & a Victore in Epitome insinuatum. Si enim anno CCCLXXVIII. Theodosius adhuc privatus Barbaros illos devicisset ut vult Theodoretus lib. 5. cap. 5. & ex eo Auctor Miscellæ lib. 12. cap. 19. Ausonius, qui Edyllium præfatum sub illius anni finem cecinit, insignem adeo victoriam silentio non præteriisset. Quare Baronius recte illum Theodoreti lapsum agnovit; sed perperam Theodoreti narrationem amplexus est. Cum enim hic in tempore, quo ea victoria relata, peccarit, verosimile est, in narrando facto etiam errasse, Zosimo eam longe aliter referente, ut apud ipsum legere est. Zosimo suffragantur Socrates lib. 5. cap. 6. Sozomenus lib. 7. cap. 4. Orosius lib. 7. cap. 20. Jornandes tam in lib. de Regnorum successione cap. 93. quam in libro de rebus Geticis cap. 27. Marcellinus in Chronico, & Idacius in Fastis, uterque anno CCCLXXIX. Imo Idacius diem memorat, quo hujus victoriæ nuntium Romam perlatum est. Ausonio enim & Olybrio Coss. anno sc. CCCLXXIX. prodit: *Ipso anno multa bella Romani cum Gothis commiserunt. Deinde victoria nuntiata sunt adversus Gothos, Alanos atque Hunnos die XV. Kal. Decemb.* Error itaque Theodoreti excusari non potest.

Barbari a Theodosio M. victi.

III. *Theodosius Magnus ab Acholio* Episcopo Thessalonicensi baptizatus est, ut docet Socrates lib. 5. cap. 6. quam urbem in Illyrico fuisse sitam recte insinuat; totius enim Illyrici Metropolis erat, ut Theodoretus lib. 5. cap. 17. ostendit,

Thessalonica in Illyrico sita. Baron. n. 1.

ideo-

Quadregesimalis temporis ibidem loci ita ad Albucianum Vicarium Macedoniæ rescripsit (a):

(a) L. 4. de quæst. Cod. Theod.

Quadraginta diebus, qui auspicio caremoniarum Paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quæstionum. Dat. VI. Kalen. April. Thessalonica, Gratiano quinttum & Theodosio I. Coss.

IV. Maeimus redit Alexandriam.

Dum autem adhuc Theodosius Thessalonicæ moraretur; Meeimus Cynicus, qui Constantinopolitanam sedem invadens pulsus ab urbe fuerat, Imperatorem convenit, rogans eb eo sibi cathedram confirmari: Verum eb ipso penitus repulsus est atque rejectus; immo & nisi a cœptis desisteret, graves minæ intentatæ fuerunt: quamobrem desperetus infelix, magno æstimationis suæ mendaciis comparatæ dispendio se contulit Alexandriam ed Petrum adhuc in humanis agentem: hæc omnia pluribus enarrate Gregorius ipse habet (b). Quid vero idem Meximus insaniens nimie Episcopatus cupiditate Alexandriæ egerit, idem subdit his verbis:

(b) Greg. Nazianzen. carm. de vit. sua.

Aggreditur, atque non parum angustat senem,

nempe eumdem Petrum Episcopum Alexandrinum,

Poscens vel illam, finxeret quem spe sibi
Sedem: vel ejus se thronu sese, minans,
Sessurum; Hyparchus donec hanc (ut par erat)
Flammam expavescens, vetera ne ad mala quippiam
Adjungeretur, urbis hunc pepulit solo:
At nunc videtur hic quidem quiescere.
At est verendum, ne grevi quæ grandine
Est fœta nubes, aspero vento incita
In non putaetes grandinem effundat seam,
Nec enim quieti pravitas unquam studet.

Hæc ipse, & quidem prophetice. Etenim lapsus est in hæresim Apollinaris; cujus rei causa eb Episcopis (ut Theodoretus (c) ait) damnatus fuit. Constat insuper eumdem Maximum post hæc eliqua adversus ipsum Gregorium conscripsisse: quæ tamen ut valde inepta ipse contempsit; satisque sibi visum, quelis ille qualiave ejus scripta essent, paucis occinere, cum ita rem ecorditur (d): *Quid de his dicam? Audes ne tu quoque, Maxime, aliquid scribere? Tu ne scribere audes? Proh quanta hæc est impudentia! Profecto hæc ex parte canes alios*, nempe Cynicos, *superes. Omnia scilicet quibusvis jam tentare licet.* Et inferius: *O rem incredibilem & inauditam! Saul vates est, Maximus librorum scriptor. Quis deinceps non vates esse volet? quis a scribendo manum continebit? Omnium scilicet est charta, vel anicula scriptorium sibi calamum usurpent.* Hæc & alia plura lepide quidem atque enimo imperturbato Gregorius. Cœpta itaque contentio Maximi cum Gregorio anno superiori, præsenti jem anno extincta fuit.

(c) Theod. l. 5. c. 8.

Maximus scribit in Gregorium Nazianz.

(d) Greg. Naz. carm. in Maximum tom. 3. edit. Leunclavii.

V. Damasus Papa favit Gregorio Nazianz.

Quod eutem Theodosius eum cum primum vidit, despexit, e seque repulit, hominem alioqui profitentem fidem Catholicam; id ea de causa opinamur contigisse, quod sciret Damesum Romanum Pontificem adversus eum in capessendo Episcopatu favisse Gregorio. Dolemus excidisse ipsas Damesi litteras tunc pro Gregorio contra Maximum scriptas, quarum meminit Nicolaus Rom. Pontifex in epistola ad Michaelem Imp. in quibus hæc habet (e): *Denique ut ex his paucos commemoremus: Nonne Maximus, postquam multum a Dama-*

(e) Extat to. 2. Conc.

PAGIUS

ideoque non solius Macedoniæ, quæ tamen & ipsa in Illyrico fuit. Quare lapsus est Baronius, cum Socratem hac parte erroris arguit, & Thessalonicam non in Illyrico, verum in Macedonia fuisse scribit. Illyricum quippe Orientale ex duabus Diœcesibus constabat, Macedonia videlicet & Dacia, & Macedonicæ Diœcesis Thessalonica Metropolis fuit; Episcopus vero Thessalonicensis Illyrici totius Primas.

IV. *Quando Illyricum in Orientale & Occidentale divisum.*

Hic autem gravis difficultas oritur, quomodo sc. *Theodosius Magnus* baptizari, ac tot Leges tam præsenti, quam præcedenti anno *Thessalonica* dare potuit, cum *Illyricum* illi non crediderit Gratianus, sed eam Imperii partem, quam Valens rexerat, ut scribit Theodoretus „ lib. 5. cap. 6. Idem confirmat Zosimus lib. 4. „ inquit Marca in Dissert. de Primatu Lugdu- „ nensi, num. XXXIII. qui Theodosium Orien- „ tis & Thraciæ rebus, non autem Illyrici a „ Gratiano præfectum ducet lib. 4. Inde est, „ quod *Probus* Valentiniani II. beneficio Præ- „ fectura Italiæ, Africæ & omnis Illyrici po- „ tiebatur anno CCCLXXXIII. ut colligitur „ ee L. I. Cod. Theod. *Si per obrep. rescr. „ fuer. Imp.* Quare Sozomeni hallucinatio „ excusari non potest, qui commissum Theo- „ dosio *Illyricum*, & Orientem scripsit lib. 7. „ cap. *cum Illyricum & Orientis partes Theo- „ dosio tradidisset*, nempe Gratianus. Post ne- „ cem Gratiani a Maximo Tyranno cæsi an- „ no CCCLXXXIII. Valentinianus II. eundem „ Maximum in societatem Imperii adscivit: & „ statim, ut caput suum tueretur ab insidiis „ Tyranni, qui contra fœderis leges Italiam „ cum copiis ingressurus erat, ex *Aquileia* in „ ultimos Regni fines, nempe per Thessaloni- „ cam, navigio aufugit cum Justina matre an- „ no CCCLXXXIII. teste Zosimo. Quod re- „ tulit Socrates ad consilium Probi Præfecti lib. „ 5. ca. 11. quem ab Italia discedentem ad Il- „ lyricum se contulisse scribit, & constituisse „ Thessalonicæ: *Confestim ex Italia digressus venit in Illyricum, & in urbe Macedoniæ Thessalonica sedem fixit.*

V. *Lapsus Theodoreti.*

„ Hic dissimulari non debet lapsus Theodo- „ reti lib. 5. cap. 13. qui forma Imperii Orien- „ talis, quæ sua ætate, id est, anno CCCCL. „ vigebat, inspecta, putavit, Valentinianum „ II. in ditionem Theodosii, regno suo dereli- „ cto, confugisse; cum tamen, ut omnia, & testi-

masi Papa (sicut ejus ad diversos epistolæ indicant) laboratum est, Constantinopoli pulsus est? Ita ipse. Equidem puto S. Hieronymum auditorem Gregorii (ut dictum est) Constantinopoli tunc agentem, apud Damasum pro ipso Gregorio litteris egisse; factumque ut cum sententia Damasi innotuisset Civibus Constantinopolitanis, iidem ipsi confestim infelicem Maximum ab urbe pellerent; deque his admonitus Theodosius Imperator eumdem ad se venientem Thessalonicam æque fugarit. Et quis dubitat de re tanta, cum scriberet Damasus in Orientem, eodem quoque argumento ex more scripsisse etiam ad Theodosium Imperatorem? Sedisse aliquantisper in sede Maximum, indicium illud est, quod fecit ibidem ordinationes, quas Synodus Constantinopolitana celebrata anno sequenti irritas penitus esse decrevit, ut ex ejus Concilii Actis Sozomenus (a) testatur. At de Maximo hactenus; ad res autem Gregorii hujus anni, Constantinopolitanæque Ecclesiæ statum oratio convertatur.

(a) Sozo. l. 7. c. 9.

VI. Perculsis licet Arianis novo Imperatoris edicto dato ad populum Constantinopolitanum; tamen tantum abfuit, ut ita compressi quieverint, quin potius majoribus audaciæ spiritibus sumptis, insolentius adversus Catholicos insilunrunt, instar sævissimæ bestiæ, quæ etsi semper noxia visa sit & infesta; cum sese laqueis constringi senserit, tunc violentius commovetur, & in quemcumque sibi obvium furit. Ariani enim cum se Theodosii legibus vinciri scirent, acrius in Orthodoxos exacerbabantur, eoque furoris adacti sunt, ut in confessorem haud pridem ab exilio reversum incidentes, eum lapidibus impetentes occiderint.

Testatur id quidem Gregorius Nazianzenus ea oratione, quam habuit ad Arianos: ibi enim Catholicorum commendans animi moderationem, qua feliciore tempore uteretur, illorum contra in pios viros ac in Ecclesiam ipsam Catholicam immania scelera perpetrata recenset; atque ad postremum quod nefas admisissent, ob oculos ponit his verbis: *Nonnulli*, inquit, (b), *atrociores quoque atque immaniores sese præbuerunt, quam temporis ratio ferre videretur; non secus ac sues, qui per septa quædam violenter impelluntur. Hominem meum posco, quem hesterno die trucidastis, senem inquam illum & Abrahamicum patrem, quem ab exilio redeuntem & huc appellentem, medio die, in media urbe saxis excepistis. At nos (nisi hoc dictu grave & invidiosum est) obtruncatores etiam ipsos deprecatione nostra pericula mortis liberavimus.* Et post multa in exprobrationem ipsorum arrogantiæ, & petulantiæ, in commendationem vero modestiæ Orthodoxorum hæc addit: *Et quid ex hac temporis insolentia perperam æmulatus sum? idque cum talia exempla ob oculos posita haberem, quibus etiam renotis, a vitio tamen abstinere difficile atque arduum est, utrique exempli? De quibus Ecclesiis vobiscum contendimus, de quibus pecuniis? præsertim cum utraque re ipsi afflueretis, utrisque autem nos inopia premeremur? Ecquod Imperatoris edictum a vobis contemptum & pro nihilo habitum ardenti zelo persecuti sumus? Quos principes in perniciem vestram coluimus atque observavimus? Quorum importunam audaciam judicio nostro prodidimus? Domine ne statuas illis hoc peccatum, dicebam (nam opportune Stephani (c) verba in mentem venerunt) & nunc eadem vota* facio

(b) Greg. Naz. orat. ad Arianos.

Ariani sæviunt magis.

(c) Act. 7.

PAGIUS „ testimoniis certissimis atque adeo ipsius Theodoreti, probavi, solidum Illyricum, & Thessalonica civitas tunc temporis pars esset Occidentalis Imperii. Eodem anno CCCLXXXVIII. *Theodosius* expeditionem in *Maximum* suscepit, & ab eo devicto meritas pœnas ob Gratiani cædem sumsit: compositisque rebus Valentinianum II. integro Occidentis Imperio præfecit; relictis illi Provinciarum iis tractibus, quos pater illius Valentinianus senior possederat, id est, Gallia, Britannia, Hispania, Africa, & solido Illyrico, usque ad Thraciam. Deinde Valentiniano II. per summum Arbogastis scelus Viennæ intra Gallias strangulato anno CCCXCII. Theodosius iterum ultor Regii sanguinis in Occidentem penetravit, sublatoque *Eugenio* Tyranno, ipse quoque Mediolani obiit, collato Occidentis in Honorium filium Imperio, & in Arcadium Orientis, anno CCCXCV. Tunc *Illyrici sectio in duas partes*, quam Notitia Imperii exhibet, inducta est, ex Theodosii arbitrio, aut ex Arcadii usurpatione. Variant enim in hoc capite veteres Historici. Major apud me fides Zosimi, cujus hæc sunt verba: *Theodosius Imperator gentes Italiæ adjunctas, Hispanos, Gallos, atque omnem Africam Honorio filio tradidit*. Illyrici Præfecturam omisit, quia transcripta erat in Arcadium. Ita Marca laudatus.

VI. Verum existimo, Præsulem eruditissimum hallucinari, & *Illyricum*, quod usque ad annum præcedentem indivisum fuerat, ascito in Imperium *Theodosio*, abiisse in Orientale & Occidentale, ut notavit Gothofredus in Commentario Leg. 8. Cod. Theod. *De metallis*. Quod licet ia non probet, illud tamen evidenter ostendunt, non tantum præfatæ Leges *Thessalonicæ* datæ, & Theodosii baptismus *Thessalonicæ* susceptus; sed etiam quod Theodosius, postquam a Gratiano Augustus renuntiatus est *Sirmii*, Thessalonicam profectus, illic diu sedit, & Legationes civitatum Orientis excepit. Præterea, inquit Valesius loco mox citando, in Synodo Constantinopolitana anno sequenti habita, cui solos Episcopos Orientales interfuisse constat, recensetur *Acholius Episcopus Thessalonicensis*, ut videre est apud Socratem lib. 5. cap. 8. Respondet Marca lib. 5. cap. 10. seu potius Baluzius, cujus est illud caput, Acholium non fuisse unum ex Episcopis Orientalibus, cum Illyricum solidum accenseretur Occidenti, & præterea eum interfuisse huic Syno-

Refellitur opinio Marca circa divisionem Illyrici.

(a) 2. Cor. 4.

facio. Maledicimur (a) & benedicimus; persecutionem patimur, & sustinemus. Hæc & alia multa id genus Gregorius objecit ea oratione in Arianos, & quidem post Gratiani prius & Theodosii posterius promulgatum edictum, cum res Catholicis arriderent.

VII. Catholici cur irati Gregorio.

Sed quid accidit? Tolerantia ista Gregorii, & pro illatis ab eis contumeliis atque cædibus officiorum compensatio nonnullorum Orthodoxorum animum exacerbavit, illorum præsertim, qui in eam ferme diem a temporibus Constantii Imperatoris ab eisdem insolescentibus Arianis dirissima jugiter passi essent: quippe hæc dictitare solebant, quæ ipse Gregorius in oratione, quam coram Episcopis ad Synodum convenientibus habuit, recitat his verbis (b): *Jam crimina quoque nostra, quæso, expendite. Tanto jam tempore, inquiunt, Ecclesiæ præest, temporis favore & auxilio fultus, Imperatorisque generoso impetu, quod maximi æstimari debet. Ecquod mutationis signum nobis affulsit? Quot hominum contumelias prius pertulimus? Quid acerbitatis passi non sumus? non injurias? non minas? non exilia? non pecuniarum direptiones? non bonorum proscriptiones? non presbyterorum in mari conflagrationes? non templa profanata, atque ex templis in sepulcra mutata? non publicas senum Episcoporum, aut ut magis proprio verbo utar, Patriarcharum cædes? non eam immanitatem, ut piis solis invius esset locus omnis? non denique quicquid calamitatis ullis verbis exprimere quisquam possit? Quorum quidnam iis qui nos læserunt rependimus? Quandoquidem versis, ut par erat, rerum vicibus, rependendi potestas nobis facta est, atque eos a quibus importune vexati fueramus, castigari oportebat. Atque ut omissis aliis calamitatibus, ad nostras, ne dicam ad tuas calamitates, veniamus,* his scilicet quæ cum Gregorio iidem passi essent, postquam venisset Constantinopolim: *Nonne persecutionibus vexati sumus? non injuriis omnibus oppressi? non Ecclesiis, domibus, & quod acerbissimum est, solitudinibus exturbati? non furentem populum tulimus? Præfectos violentos & importunos? Imperatores simul cum edictis suis contumeliose spretos? Quid postea? superiores extitimus, & persecutores nostri pœnae effugerunt.*

(b) Greg. Naz. orat. ad 150. Episcopos.

VIII. Expostulatio Catholicorum in Gregorium.

Ista erant quæ Catholici Constantinopolitani subinsense in Gregorium ab hoc tempore ad finem usque ejus commorationis Constantinopoli jactare solerent: ad quos hæc erat Gregorii responsio, quam subdit: *Ita sane est, inquam. Mihi enim adversus eos qui injuriam intulerunt, satis gravis pœna est referendæ injuriæ potestas.* Quæ quidem responsio haud illis arridere videbatur, *qui* (ut subdit) *incitabant Gregorium ad ultionem, illa rursus verba ingeminantes: Quis Præfectus multatus est? inquiunt. Quis Populus castigatus est? Quinam plebis inflammatores? Quem terrorem nobis ipsis in posterum indulsimus?* Ita illi quidem, qui hanc ob causam deinceps animo abalienato a Gregorio esse cœperunt; sicque propemodum factum est, ut divulsis ab eo Catholicorum nonnullis prius (ut diximus) schismate Maximi, compluribus autem ab eo dictis ex causis animis frigescentibus, res Gregorii paulatim diffluerent: verum populi amor erga eum erat immensus; cujus quidem rei periculum factum est, eum ipsum recedere cupientem non permisit.

IX. His enim agitatus molestiis Gregorius,

eum

PAGIUS Synodo, ut unum Occidentalium; cum in epistola Concilii Italiæ ad Theodosium Imp. dicant Patres, se ita unius Acholii expectasse judicium, *ut de Occidentalibus partibus Constantinopolim evocandum putarent.* Verum ipsemet Valesius in Notis ad lib. 5. Theodoreti cap. 8. illum locum laudavit, & cap. 9. observat *Acholium* interfuisse Synodo Romanæ anno CCCLXXXII. celebratæ, quod esset Occidentalium Episcopus. Erat itaque Occidentalis, quia Thessalonica pendebat a Patriarchatu Romano; erat vero Orientalis, quia Thessalonica parebat Theodosio. Hinc Theodoretus lib. 5. cap. 7. recte scripsit: *Theodosius Episcopos duntaxat Imperii sui Constantinopolim jussit convenire.* Denique Marca lib. 1. de Concordia cap. 4. recte docet, *secundum Patrum Constantinopolitanorum sententiam pro Occidentalibus haberi, qui circumscripti non sunt Diœcesibus illis quinque, Thracia, Pontica, Asiana, Orientali, & Ægyptiaca;* quod probat ex Canone V. illius Synodi, ut apud eum videre est.

VII. Valesius in Notis ad Socratem lib. 5. cap. 11. existimat, Valentem post mortem fratris Valentiniani, Macedoniam & Daciam Imperio suo adjunxisse, ex consensu filiorum fratris sui; quod se colligere ait ex lib. 31. Ammiani in fine, ubi ait, *milites ac Palatinos Valentis, qui apud Hadrianopolim obsessi fuerant a Gothis,* soluta tandem obsidione digressos, alios in *Daciam*, alios in *Macedoniam* properasse, *Valentem eo se recepisse existimantes.* Verum hæc conjectura levissima; cum Valens, si in fugam tantum a Gothis anno CCCLXXXVIII. conjectus fuisset, potuisset in Macedoniam vel Daciam, quæ Valentiniano juniori nepoti suo parebant, sese recipere, ad eas præsertim incitas adactus. Divisio itaque *Illyrici in Occidentale & Orientale*, non Theodosio Magno morienti, sed *Gratiano*, hunc in Imperii consortium asciscenti, videtur attribuenda. Nec obstat Lex unica Cod. Theod. *Si per obreptionem fuerint impetrata*, a Valentiniano II. data: in qua Probo Præfecto Prætorio injungit, ut eam observari curet *per omnem Italiam, tum etiam per Urbicarias, Africanasque regiones, ac per omne Illyricum;* Valentinianus enim intelligendus de omni eo Illyrico, quod Probo subditum erat, non vero etiam de ea Illyrici parte, quæ jam a quinquennio Imperatori Orientis, nempe *Theodosio Magno*, a Gratiano concessa fuerat.

Divisio Illyrici a Gratiano facta.

Illy-

Gregorius cogitat de discessione.

cum jam res Catholicæ fidei sub Catholico Imperatore in tuto collocatas esse videret, consideraretque nequaquam se illius sedis astringi vinculis, ut ibi permanere cogeretur: etenim quamvis a populo electus, acclamatusque fuisset Episcopus, non tamen ea electio legitima secundum canones Ecclesiasticos sibi videbatur; quamobrem recedendi Constantinopoli consilium iniit: sed cum clandestine facere minime licuisset; communicato cum populo animi sui decreto, piorum precibus, clamoribus, lacrymisque retinetur invitus; sed quibus conatibus, ipse versibus illis insinuat (a):

(a) Greg. Nazian. in carm. de vita sua.

Hæc verba simulac audiit plebs, illico
Effrenis altum quippiam questum dedit,
Populusque surgit, agmen ut fumo solet
Apum: furitque maximis clamoribus
Uterque sexus, virgines, juvenculi,
Pueri, senesque nobiles, ignobiles,
Vita quieti, Præsides, ac militum
Nonnulli: amore quilibet & ira æstuans,
Iratus hosti, Præsulem exposcens suum.
At non decebat me genu ad vim flectere,
Nec capere sedem rite non mihi traditam.

Hæc ipse.

X. Ariani autem, qui absente Imperatore ejus edictum contemnere visi sunt, cum jam Thessalonica Constantinopolim venientem cœperunt præsentem timere; contigit ejus adventus in urbem (ut ex Socrate (b) dictum est) hoc anno iisdemque Consulibus octavo Kalendas Decembris. At quid tunc primum in Arianos egerit, Marcellinus Comes (c) docet, cum ait: *His Consulibus, Theodosius magnus, postquam de Scythis & Getis triumphavit, expulsis continuo ab Orthodoxorum ecclesiis Arianis, qui jam fere per quadraginta annos eas sub Arianis Imperatoribus tenuerant, nostris Catholicis Orthodoxus restituit Imperator mense Decembris.* Hæc ipse. Quomodo autem id factum sit, Sozomenus (d) sic narrat: *Imperator vero per nuncium præcepit Demophilo* (erat hic post Eudoxium Episcopus Constantinopolitanus hæreticus) *ut aut ex decreto Nicæni Concilii religionem propugnaret, & populum ad concordiam reduceret, aut Ecclesiis excederet. Ille vero, convocato populo, mandatum Imperatoris exposuit, & in posterum diem se extra urbem concionaturum significavit: Quandoquidem*, inquit, *divina lex jubet* (e), *ut si vos ex hac urbe pellant, fugiatis in aliam. Hæc cum præfatus esset, deinceps extra urbem concionatus fuit, & una cum eo Lucius, qui ab Arianis quondam Alexandrinæ Ecclesiæ præfectus fuit, & inde expulsus, exul, ut dictum est, Constantinopolim concessit, ibique moratus fuit. Postquam igitur Demophilus Ecclesiam reliquisset, ingressus Imperator preces fun-*

Theodosius venit Constantinopolim.

(b) Socr. lib. 5. c. 6.

(c) Marcell. in Chronic. hoc anno.

(d) Sozom. lib. 7. c. 5.

(e) Matt. 10.

PAGIUS VIII. *Illyricum Orientale Theodosio paruisse probatur.*

Illyricum Orientale Theodosio Magno paruisse certam facit L. 17. Cod. Theod. *De Cohortalibus*, data a Theodosio Magno *Timasio & Promoto Coss.* anno sc. Christi CCCLXXXIX. qua mandat, *ut aurum ad Officium Inlustris per Illyricum Præfecturæ cum certa taxatione perferatur*, seu ad Officium Præfecti Prætorio Illyrici. Adjutum tunc Illyricum auro Orientis, ad cujus Prætorii Præfectum ea Lex directa, conficiendis forte reliquiis Barbarorum, qui in Macedonum, Thessalorumque fortunas grassati fuerant, absente Theodosio in Occidente, adversus Maximum Tyrannum; de qua grassatione, & victoria Theodosii de illis relata legendus Zosimus lib. 4. pag. 770. & 771. *Macedonia* itaque, cujus caput *Thessalonica*, & *Thessalia* subjectæ erant Theodosio Magno, ut ex Zosimo ibidem deducitur. Hic itaque in divisione Imperii de Illyrico non loquitur, quia ejus tantum partem Gratianus Theodosio concessit. Contra vero *Illyricum* Theodosio cessisse dicit Sozomenus a Marca citatus & perperam reprehensus, ob eam nempe, quæ ei data est, partem. Sic male Theodoretum arguit Marca, quod scripserit, Valentinianum II. *relictis Imperii sui partibus*, in ditionem Theodosii se recepisse. Thessalonicam enim, quæ Theodosio Magno parebat, venit. *Thessalonicæ* etiam anno CCCXC. magna hominum cædes facta, ob quam D. Ambrosius Theodosium objurgavit, quod septem millia hominum occidi passus esset. Quare Theodosio tunc Thessalonica parebat. Legendus Gothofredus in Commentario L. 2. Cod. Theod. *De Comitibus Principum*, ubi multa scitu digna habet de Præfectis Prætorio Illyrici, qui tamen contra illud quod in Comm. L. 7. *De metallis*, jam citato scripserat, ait, *Illyricum* non cessisse Theodosio Magno, nisi post cædem Valentiniani junioris anno CCCXCII. patratam, exindeque tantum Illyricum divisum fuisse in Orientale & Occidentale. Nam verum est, tunc totum Illyricum Theodosium obtinuisse; sed jam ipsi sui Imperii initio pars ei Illyrici tradita fuerat; quod recte quantum in re obscurissima assequi possum, scripsit postea Gothofredus in Comment. laudato in Leg. 7. *De metallis*. Quas Provincias complecteretur Illyricum Orientale, dixi anno CCCLXV. n. XI.

IX. *Ecclesiæ Constantinopolitanæ Orthodoxis redditæ.*

A num. X. ad XIV. Idacius in Fastis sub hujus anni Consulibus scribit: *His Coss. victoria nuntiata sunt amborum Augustorum. Et ipso anno ingressus est Theodosius Aug. Constantinopolim die XVIII. Kal. Decemb.* Verum, ut observat Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani, nota numeralis X. rejicienda, reponendumque, VIII. Kal. Decembris. Nam XV. vel XVI. Kal. Decembris Theodosius erat adhuc Thessalonicæ, ut docet Lex 15. Cod. Theod. *De petitionibus*. Præterea Auctor Chronici Alexandrini Theodosium VIII. Kal. Decemb. Constantinopolim ingressum diserte scribit, quod etiam Socrates laudatus docet. Theodosius Constantinopolim ingressus Orthodoxis Ecclesias dedit: *Annus autem hic erat, quo Gratianus quintum & Theodosius primum Consulatum gessere: ex quo vero Ariani Ecclesias occupaverant, quadragesimus*, inquit Sozomenus lib. 7. cap. 5. ab anno nempe trecentesimo quadragesimo, quo Eusebius ex urbe Nicomediensi ad Sedem Constantinopolitanam translatus. Hinc manifestum fit, Ecclesias ab *Arianis* occupatas non anno CCC-

dit; & ex eo tempore qui consubstantialem Trinitatem profitebantur, templa recuperarunt. Erat autem hic annus, quo Gratianus quintum, Theodosius primum Consules fuerunt, quadragesimus scilicet ex quo Ariani Ecclesias occuparunt. Hucusque Sozomenus: quæ quidem (ut dicemus) anno potius sequenti contigerunt; nam ab his diversa ipse Gregorius tradit; nimirum Arianos totos in armis fuisse, ut primarium templum tuerentur.

XI. Visus est autem Gregorio Theodosius paulo frigidius agere, si comparatio facienda fuisset cum Arianis Imperatoribus longe majori animi ardore hæresim propagantibus: in carmine (*a*) enim sæpe citato, quo res suas contexuit, hæc habet de Theodosii adventu Constantinopolim:

(*a*) Greg. Nazian. in carm. de vita sua.

Theodosius visus paulo frigidior excusatur.

— Dum statu nos hoc sumus,
En Imperator advenit nobis repens
Terra ex Macedna, Marte domitis barbaris,
Stimularat ingens quos manus, & ingens furor:
Minime quidem ille vir malus, quantum ad fidem:
Tenere mentes posset ut qui simplices,
Triadisque sanctæ cultor esset maximus:
(Sic quippe & ipse sentio, & cuncti asserunt,
Qui sede stabili tuto amant insistere:)
Fervore sed non præditus tanto tamen,
Æquaret ut eum pristinus præsentia,
Sanaret atque temporis mala tempore.
Fervore vel si par erat, non par erat
Fiducia ne pectoris, an audaciæ
Dicam? Vocare præstat hoc prudentiam.
Suadere quippe est æquius, quam cogere.

Sic ille lenitati adscribens tarditatem atque remissionem Theodosii Imp. nam paulo post:

Hæc ille opinor cogitans, nulli gravem
Metam inferebat, comiter coactor trahens,
Cujusque mentem liberam lege & sinens.

Hæc Gregorius de Theodosio.

XII. Quomodo autem tunc, cum venisset Constantinopolim Imperator, ad Ecclesiam, ubi erat Gregorius & Catholici convenerant, properarit, & quid ipsi Gregorio dixerit Theodosius, idem sic narrat:

Quid Theodosius cum Gregorio.

Ut ergo cupidus venit ad cupidos sui,
Complexus ut me sit statim: quæ dixerit,
Quæ perlubenti rursus aure acceperit,
Quid est accesse dicere? Pudendum foret,
Si gloriarer tum senex ob talia,
Quæ cuncta parvi deputo præter Deum.
Tandem ista fatur: Dat tibi per nos Deus
Nunc hocce templum, dat tuis laboribus.

Hæc licet Theodosius Gregorio polliceretur; ut tamen præstaret effectu, impossibile tradit esse visum, resistentibus Arianis, quibus referta Civitas erat, iisdemque incensis animis ut templum tutarentur, ne cederent sedem alicui, paratis etiam si vis adhiberetur, in Gregorium impetum facere.

XIII. Post hæc autem Theodosius occupat templum, relinquitque ad custodiam militum partem; atque reliquæ exercitus parti jubet, ut Gregorium ad templum perduceret, ut collocaretur in throno. Cum vero Ariani interim se resistere non posse cernerent, omnia miscent luctu atque clamoribus; quæ quidem eleganter ipse ita describit (*b*):

Theodosius occupat templum inque inducitque Gregorium Nazianzenum.

(*b*) Greg. Nazian. in carm. de vita sua.

Jam tempus aderat, militum & vis maxima
Templum obtinebat, bellicos enses gerens.
Faciebat omnis impetum contra tumens
Populus, arena ut, nix vel, aut fluctus maris,
Utens & ira, precibus & blandis simul,
Iratus in nos, Principi supplex. Erant
Plenæ viæ, dromique pleni omnes loci,
Plenæ domusque tum viris, tum feminis
Ætate quassis, parvulis spectantibus.
Gemitus, dolores, lacrymæ, clamor gravis,
Imago capti bellico insultu oppidi.
Ego vero fortis ille dux ac strenuus
Ægro tametsi corpore essem ac debili,
Spirante quiddam languidum ac fere mortuum,
Inter ducem medius & inter milites
Ibam bona spe fultus, & sursum videns,
In æde donec collocor, &c.

Subdit vero mirum quiddam accidisse, nimirum

PAGIUS X. CCCXXXIX. ut credidit Baronius, sed anno CCCXL. alioquin hic annus non quadragesimus, sed quadragesimus primus, aut secundus fuisset. Marcellinus in Chron. postquam anno superiori narravit Theodosii M. prælia & victorias de *Alanis*, *Hunnis*, *Gothis*, & gentibus Scythicis reportatas, hoc anno ait: *His Coss. Theodosius M. postquam de Scythicis gentibus triumphavit, expulsis continuo ab Orthodoxorum Ecclesia, Arianis, qui eam per XL. ferme annos sub Arianis Imperatoribus tenuerant, nostris Catholicis Orthodoxis restituit Imperator mense Decembri.*

Triumphus Theodosii M. de gentibus Scythicis.

Non patitur Gregorius Nazianzenus collocari in throno.

mirum tunc temporis atram nubem sic radios Solis obtegisse, ut media die noctem ferme redderet; quo tamquam prodigio exultarent hæretici, metuerent autem pii: sed quasi miraculo factum, ut simulac Gregorius sacros cancellos introivit, adorato numine, nube disjecta, Sol purissimis radiis effulserit; perinde ac si superi accensa cælitus face, Gregorii lætum, Deoque gratum ingressum significarent. Secutaque mox est Orthodoxorum omnium acclamatio, qua peterent Gregorium collocari in throno, reclamante tamen ipso Gregorio, atque dicente:

Hunc premite, quæso, premite clamorem o viri:
Nunc sunt agendæ gratiæ summæ Deo.
Majoraque sunt, his erit tempus suum.
Hæc verba plausu maximo plebs excepit.
Amica namque est omnibus modestia.
Abiitque Princeps maxima hac laude efferens.
Hic concionis exitus tandem fuit.

XIV. Additque ob nimiam compressionem, confusionemque prementium, ensem evaginatum ad incutiendum terrorem a quodam, sed mox in vaginam reductum. Cum autem templi & ædium Episcopalium possessor effectus esset, Ariani æstuabant adversus Gregorium immenso implacabilique odio: quos tandem ipsius Gregorii insignis animi modestia delinivit: quæ cum in omnibus rebus quas gereret eluceret, novo casu adeo omnibus perspicua atque manifesta reluxit, ut sibi etiam hostium animos devinciret. Accidit enim, ut ipso subægrotante Gregorio in lectulo decumbente, sicarius ad eum conficiendum, clam ingressus sit, tectus multitudine accedentium, ut ei gratularentur de templo recepto, ab Arianisque vindicato; pro quo munere vota Deo nuncupasset. Eoque persuncto officio, cum discessissent, sicarius ille solus ibi relictus, manibus pedes sanctissimi viri prehendens, lacrymas copiose fundens atque lamentans supplex veniam postulavit. Gregorio autem sciscitante, quid hoc sibi vellet; atque præ immenso dolore, ipso tacente, unus ex his qui aderant, rem sentiens, Gregorio dixit: Hic ille carnifex tuus est, o pater, qui a nonnullis subornatus ferrum tibi in præcordia defixurus erat, nisi Christus perspicue tibi auxilio fuisset: quod enim ad eorum voluntatem spectat, scelus est consummatum: proinde hic facti pœnitens ad pedes tuos lacrymis veniam petit. Ad quem conversus Gregorius ait: Propitius sit tibi Deus, tibique ignoscat, qui me servavit; hocque solum pro noxa peto, ut hæresim execrans, meus fias.

Gregorius Nazianzenus appetitur a sicario.

Hoc autem cum universæ innotuisset civitati; hostium Gregorii, Arianorum hominum nonnihil emollita sunt corda, ergaque ipsum reddita propensiora: hæc omnia brevi compendio recitata, ab ipsomet Gregorio fusius descripta sunt (a).

(a) Greg. in carm. de vita sua.

XV. Quod autem sequenti anno Orientales Episcopi Orthodoxi Constantinopolim, ut Gregorium collocarent in throno, vocati fuerint a Theodosio Imperatore; id quidem suadente Damaso, qui (ut dictum est) Gregorii suscepit patrocinium, factum putamus. Cujus etiam admonitione, idem Episcoporum Concilium collectum Constantinopuli condemnasse hæresim Macedonii, quis est qui non facile sibi persuadeat? Cum enim certum sit, Romanos Pontifices solere litteris salutare novos Imperatores, ad eosdemque de tollendis hæresibus, sedandisque schismatibus scribere, hortari, viamque qua id perficerent aperire; par est credere Theodosium Damaso suadente, ad hæc omnia perficienda sedulo animum addixisse: docet enim id etiam vehemens conjectura ex frequenti rerum usu comparata, exempiisque sæpe monstrata. At de his suo loco pluribus agendum erit: hic vero jam esto finis rerum Gregorii præsentis temporis.

Damasus agit cum Theodosio pro Ecclesia Orientali.

XVI. Hoc itidem anno moritur Petrus Episcopus Alexandrinus, cum sedisset annos octo: in locumque ejus est subrogatus Timotheus ipsius frater; cujus mentio habetur in Theodosii sanctione anno sequenti data (b): in illa autem quam datam diximus præsenti anno cum Petri sit mentio, plane apparet, alterum eorum nempe Petrum hoc tempore desiisse, alterum vero, Timotheum videlicet, Episcopum ejus Ecclesiæ creatum esse. Sunt qui ut excusent Petrum faventem adversus Gregorium Nazianzenum Maximo Cynico, ea omnia quæ dicta sunt, adscribant ejusdem Petri successori Timotheo: sunt hi Theodoretus, (c) Cassiodorus (d), Nicephorus (e), & fortasse alii. At certe nugæ sunt hæ: nam querelæ ipsius Gregorii de Petro satis perspicuæ extant, ut de his dubitandi omnis prorsus occasio auferatur. Non ita quidem de Petro ista se habent, ut illa quæ in ipsum vulgo jactata tradit S. Hieronymus: olim rum, quod reversus in Ecclesiam, adeo facilis fuerit in recipiendis ad communionem lapsis hæreticis, ut nonnullis acceptæ pecuniæ in suspicionem venerit: nam scimus ex instituto Athanasii ad Basilium scribentis (quod supra suo loco demonstratum est) omnes Arianos ad Ecclesiam redire volentes, oblata fidei Nicænæ confessione, nullatenus debuisse repelli. Quod autem idem Petrus Maximo faverit pecuniæ causa, ut credamus adduci non pos-

Obitus Petri, subrogatio Timothei.

(b) l. 3. de hæret. C. Theod.

(c) Theod. l. 5. c. 8.
(d) Cassiod. l. 9. c. 13.
(e) Niceph. l. 12. c. 12.

fumus, sed ab eo deceptum aliqua nova larva, sicut ab eodem vidimus ipsum Gregorium fuisse delusum.

XVII. Cæterum quod pertinet ad Timotheum successorem, quantumlibet Petrus defunctus esset, nulla tamen spes fuit sub Catholico Principe Lucio Ariano Episcopo Alexandrino eam recuperandi sedem, ipso Theodosio resistente, e qua & pulsum ab eo tradit S. Hieronymus, qui de Lucii scriptis ita subdit: *Extant ejus solemnes de Pascha epistolæ, & pauci variarum ὑποθέσεων libelli*. Vendicarat sibi profanus Arianorum Antistes, ut Paschales

Theophili Cyclus Paschalis. epistolas scriberet ad Catholicam Ecclesiam, quæ annis singulis dari solebant ab Episcopo Alexandrino universis Christi fidelibus ad Paschatis certum tempus insinuandum. Cæterum Theophilum ejusdem Ecclesiæ postea Episcopum ab hoc anno Paschalem cyclum annorum centum inchoavisse, nimirum a primo Consulatu

(a) Leo ep. 64. Theodosii, testatur S. Leo Papa (a) in epistola ad Marcianum Imperatorem; erat tunc ipse Theophilus Ecclesiæ Alexandrinæ clericus apprime ejusmodi scientiam callens; quam ne quis hæreticus sibi in posterum arrogaret, centum ipse annos inclusit, quibus dies Paschatis exploratus annis singulis haberetur.

XVIII. Justina Augusta facet Arianis. Eodem plane tempore quo hæc agebantur in Oriente, contigit Mediolanensem Ecclesiam perturbari cœpram esse a Justina Augusta Valentiniani senioris Imperatoris conjuge, Ariana femina audacissima. Hæc quidem hæresi patrocinatura, cum accepisset Sirmiensem Ecclesiam (est Sirmium Civitas posita in Illyrico)

(b) Amm. l.15.&16. Socrat.l.5. cap.2. (b) destitutam esse pastore, illuc properavit, quo Arianum illi Antistitem præfici procuraret. Ambrosius etiam illuc se contulit (perseverabat enim antiqua illa divisio Provinciarum, qua lege Vatinia

(c) Suet. in C. Julio cap.22. (c) conjuncta erat Provincia Illyrici Galliæ Cisalpinæ) ut Ecclesiæ Sirmiensi suæ Diœcesis consulturus præficeret Catholicæ communionis Episcopum. Quænam autem tum ibi contigerint, Paulinus ita describit (d): *Cum Ambrosius Sirmium ad creandum Episcopum Anemmium* * *perrexisset, ibique Justinæ tunc temporis Reginæ potentia & multitudine coadunata, de Ecclesia pelleretur, ut non ab ipso, sed ab hæreticis Arianis Episcopis in eadem Ecclesia ordinaretur; essetque constitutus in tribunali, nihil curans eorum quæ a muliere excitabantur: una de virginibus Arianorum impudentior cæteris, tribunal conscendens, apprehenso vestimento sacerdotis, cum illum attrahere vellet ad partem mulierum, ut ab ipsis cæsus de Ecclesia pelleretur; audivit (ut ipse solitus erat referre:) Etsi ego indignus tanto sacerdotio sum; tamen te non convenit, vel professionem tuam, in qualemcumque sacerdotem manus injicere: unde debes vereri Dei judicium, ut tibi aliquid eveniat. Quod dictum exitus confirmavit: nam alio die mortuam ad sepulcrum usque deduxit; gratiam pro contumelia rependens. Sed hoc factum non levem adversariis incussit metum, pacemque magnam Ecclesiæ Catholicæ in ordinando Episcopo tribuit.* Hæc Paulinus. Ordinatus est itaque Anemmius: quem cum constet anno sequenti interfuisse Aquilejensi Concilio, pariterque ejus nomen repetiatur inter Episcopos Occidentales, ad quos Synodalis epistola e Concilio Constantinopolitano data est, plane declaratur Anemmii electionem ante sequentem annum contigisse, sed non quidem (ut putamus) ante præsentem: nam hactenus res Ambrosii tranquillissime se habuisse, quæ sunt recensita demonstrant. Hoc vero tempore Arianos favore Justinæ tumultuari cœpisse liquet, atque, adeo res perturbasse, ut Gratianus Basilicam unam, quam peterent ipsi Ariani sibi tradi, ab Ambrosio abstulerit, non tamen illis dederit, sed eidem Ambrosio restituerit; ut ex iis quæ S. Ambrosius ad eum scribit, intelligi potest; dum ait (e): *Neque enim aliud possumus dicere, nisi sancti Spiritus hanc fuisse gratiam, quod ignorantibus omnibus subito Basilicam reddidisti:* & paulo post: *Etenim Basili-*

(d) Paul. in vita S. Ambrosii. * Avennium.

Quid Sirmii Ambrosius.

(e) Ambr. de Spiritu S. l.1. c.1.

PAGIUS

XI. S. Ambrosius Sirmium venit. Ad num. XVIII. & seq. Baronius existimat, ideo *Divum Ambrosium* hoc anno Sirmium venisse, ut Sirmiensi Ecclesiæ Orthodoxum Episcopum præficiendum curaret, quia Lege Vatinia conjuncta erat Provincia Illyrici Galliæ Cisalpinæ. Verum ex Suetonio in Julio cap. 22. quem Baronius citat, liquet, in favorem Julii Cæsaris illas duas Provincias unitas, sed a Constantino M. duobus *Præfectis Prætorio* subjectas. Quare quando ea etiam unio durasset post Julium Cæsarem, Constantini tamen tempore cessasset. *Sirmium* itaque Episcopo Mediolanensi subjecta non erat: ideoque illuc venit Ambrosius, aut quia a Provinciæ Episcopis vocatus, aut ut laboranti Ecclesiæ opem ferret, ut notavit Hermantius in Vita S. Ambrosii lib. 5. cap. 59.

Sapores Persarum Rex, qui tot annis imperavit quot vixit, septuaginta nempe, hoc circiter anno mortuus est, postquam multas de Romanis victorias reportasset. *Post Saporem Artaxerxes germanus frater, ut regni jam particeps, quatuor ubi regnans egisset annos, emoritur. Hujus filius Sapores & ipse dictus, annos quinque regnavit; totidem vero & germanus, alteroque adjecto Saporis filius Varanes. Post hunc Isdegerdes filius suscepit Principatum, qui & magnus apud Romanos habetur, & celeberrimus*, inquit Agathias lib. 4. num. 22. De Isdigerde seu Isdigerde, ut alii eum appellant, sæculo sequenti sermo erit: alii enim Persarum Reges, qui eum præcessere, obscuri, & hoc loco solum memorati, ut illorum Regum serie Annales illustrentur.

XII. Obitus Saporis Persarum Regis.

stlicam sequestrasti, ut fidem probares. Implevit igitur propositum suum pietas tua quæ sic sequestraverat, ut probaret; sic probavit, ut redderet. Nec fructum amisi sed judicium teneo: patuitque omnibus in quadam facti discretione, discretam tibi numquam fuisse sententiam: patuit inquam omnibus, & tuum non fuisse cum sequestrares, & tuum esse cum redderes. Hæc Ambrosius.

XIX. Cum autem Ariani instarent, & perinde atque justam foverent causam, quod Conciliabuli Ariminensis patrociniom suscepissent, eumdem Gratianum Imperatorem hoc anno Sirmium venientem interpellant (*a*), querentes se a Catholicis undique pelli; ob idque se generale postulare Concilium, quo in eo universæ Ecclesiæ demonstrare possent se, assa Catholicos, atque injuria infamari hæresis Arianæ, instant, urgent, obtundontque Principis aures, donec ab eo quod petierant extorserunt de indicendo generali Concilio. Cæterum cum hæc ab Imperatore esse decreta Ambrosius intellexisset; continuo intercessit, probrosum esse & indignissimum asserens, propter duos cariosos hæreticos, totius Catholici Orbis Episcopos convocare, magno Ecclesiarum detrimento, quæ pastoribus destitutæ, luporum paterent incursui. Sicque ex sententia Ambrosii factum est, ut Imperator acquiesceret Aquilejense celebrari Concilium, in quo finitimi tantum convenirent Episcopi, ex Africa autem & Gallia satis esse Legatos adesse. Indictio autem Synodi dilata est in annum sequentem Aquilejæ celebrandæ mense Septembris, in qua eorumdem causa tractanda esset hæreticorum: nos vero de ea suo loco pluribus. Hæretici autem qui id extorserunt a Gratiano, fuerunt Palladius, & Secundianus Episcopi; quorum frequens est mentio in ipso Aquilejensi Concilio.

(*a*) Conc. Aquilejen. in princ.

Ariani agunt apud Gratianum Imp. de cogendo Concilio.

XX. Novissime autem quod ad privatas res gestas anni hujus pertinet; hoc ipso anno tertia Januarii (ut ex Eunapio Sardiano (*b*) colligitur) Festus Proconsul in Asia cum idolorum cultui se dedisset, miserando modo diem clausit extremum. Quo vero pacto id se habuerit, Eunapius docet his verbis: *Tertius illuxerat dies a Kalendis Januariis, quas ita Romani nuncupant, quando omnes Festo gratulantes, convivium addicunt; ipse vero Eumenidum delubrum accedit, haud temere umquam deos colere suetus; quippe qui omnes a se supplicia affectos, hanc potissimum ob causam de medio sustulerit. Ingressus ad eas narrat visum sibi somnium, atque inter narrandum lacrymis vultum aspergit: id autem ejusmodi erat. Dicebat Maximum* (philosophum nempe illum Juliani Apostatæ magistrum, qui sub Valente accusatus magiæ male periit) *numella collo injecta, visum fuisse ipsum ad orcum pertrahere, sistendum Plutonis judicio. Qui aderant, conterriti, vitamque viri totam recolentes, lacrymas quisque pro se profusas siccabant, jubebantque veniam & pacem a deabus precari. Ille dictis audiens, vota facit. Sed dum egreditur, ipse concidit humi, duobus pedibus in terga delatis, vocisque usu defectus jacuit; ac domum relatus, confestim expiravit. Ea res visa est a divina providentia procurata.* Hæc quidem Eunapius, qui & ipse deorum cultor & impius, talia effari de suis cogitur. Sed jam ad sequentis anni res gestas progrediamur.

(*b*) Eunap. vit. philos. in Maxim.

I. TRecentesimus octogesimus primus Christi annus Eucharii * & Syagrii Consulatus auspiciis aperitur, idemque numeratur decimusquintus pontificatus Damasi, atque ab exorto schismate Ursicini: quo tribus jam lustris sæpe compresso, numquam autem extincto; Gratianus & Valentinianus in Occidente Imperatores novissime adversus eosdem schismaticos rescripserunt. Acciderat enim, ut etsi iidem schismatici sæpe damnati fuissent, atque in diversa loca exules amandati; iidem nihilominus, torpescentibus Judicibus, inde recedentes, atque ad propria remeantes rursus seditiones turbasque conflarint non sine magno Catholicæ Ecclesiæ pacis detrimento. Quamobrem iidem Imperatores in primis redarguentes ignavos Judices, quid ab eis post hæc de iisdem agendum esset, decernentes, rescriptum ad Vicarium ordinariorum judiciorum dederunt, quod hic primo cudendum curavimus ex bibliotheca Vaticana acceptum, ex codice inquam illo ubi descriptæ habentur complures Pontificum Romanorum epistolæ, a nobis sæpe citato: quod sane scatebat mendis, sed collatione habita cum alio exemplari, ut licuit, restituimus.

* Eucherii.

Ursicini schisma vigens.

Gratianus & Valentin. AA. Aquilino Vicario Ordinariorum.

II. *Sententias Judicum aut quæ temporum limes, aut contumacis pronunciatio, aut habitum coram patribus sanxit examen, nec a mediocri auctoritate labefactari, atque convelli, nec a potentioribus, nec ab impudentibus pertimescunt nostra præcepta per vestram negligentiam destituta. Quæ tandem poterit ferri sententia, quam quidem dum despicitis, non excitetis, ut longæ tolerantiæ in desperatos sumat effectum, & officium metus cogat agnosci? At non- ne absurdius est quod Ursicinè jussit amentia, quam quod serenitas nostra mitibus persuasit edictis, ut omnes qui impios cœtus profanata religione tentarent, vel ad centesimum Urbis milliare pellerentur? ubi pertinax furor ab obsequentibus destitutus in ejus tantum perniciem rueret, qui solus erraret, & ut condemnati judicio recta sentientium sacerdotum, reditum postea vel ad Ecclesias, quas contaminaverant, non haberent, vel redintegrationem judicii frustra a nobis imprudenti pervicacia precarentur. Repetat laudanda, & spectata tua sinceritas, quales ad virum clarissimum Simplicium quondam Vicarium litteras clementia nostra transmiserit; & desinat iterationem sperare * mandati; quia pinpendus mansuetudinis nostræ pudor est, reinstaurare præceptum.*

Quid Imperatores in schismaticos rescribunt.

* expectare.

III. *Ursicinum quidem Gallia coercet, & ne motus aliquos inquietos exerceat, cohibet Agrippina secessio; quem tamen ipsum per occursantes obtundentem sæpius, quam monentem, ad hoc ut sequentes abjiceret, audivimus. Hisacem remotus Hispaniæ angulus titulo damnationis inclusit. Non bene capiti consultum, si quid turbarum vesanus agitaverit Parmensis Episcopus eo perniciosior, quod inclytæ Urbi magis proximus, & imperitorum multitudinem magis exagitat, & Ecclesiam, de qua judicia sanctorum præsulum dejectus est, inquietat, inanem videlicet gloriam sententiæ gravioris expectans: quem, si quid decessor tuus devoti vigoris habuisset, protinus ultra fines debuisset extrudere. Et Florentius Puteolanus post damnationem, quam recto judicio convictus accepit, mansuetudinem nostram inquietare conatus, dignum tulit in progressione responsum: post quintum decimum annum Ecclesiam, de qua extrusus fuerat, rursus contaminare conatur, cum-*

Ursicinius relegatus in Gallias eas infestavit.

PAGIUS SÆC. IV.

Anno Urbis 1134. Olymp. 290. an. 1. A.C. 381.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5874.

☉ 26. C. ☽ 2. P. 28. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 381.

DAMASI PAPÆ 16.

GRATIANI 15. VALENTINIANI JUNIORIS 7.

THEODOSII 3.

I. [1] AD num. I. Coss. *Flavius Eucherius* Orient. & *Flavius Syagrius* Occident. De utroque fuse egi in Prolegomenis Dissert. Hypat. num. 27. Eucherius fuit Arcadii Imperatoris propatruus, ut suo loco dicam. De Syagrio multa habet Gothofredus in Prosopographia Cod. Theod.

Consules.

NOTÆ [1] COss. *Flavius Eucherius, & Flavius Syagrius*. Nonnulli ita hos consules exhibent: *Posthumius Syagrius, & Annius Eucherius*. Ammianus lib. XXVIII. Cap. II. *Syagrium tunc notarium, postea Præfectum & Consulem*. Vulgares Fasti, & Marcellinus Comes: *Eucherio & Syagrio*. Item *Syagrio, & Eucherio*. Vetus fragmentum in Gudianis.

.....GRIO. ET. EUCHERIO. VV. C.

Prosperi Chronicon: *Syagrio, & Eucherio*. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Syagrio & Eucherio*, pro *Eucherio*, *coss.*

congressiones illicitas facere molitur, egentemque consilii multitudinem perditi animi persuasione depravat, nostrorum videlicet Judicum socordia fretus, qui privatæ gratiæ Imperialia præcepta condonant; & religionem, quem nos jure veneramur (quam fortasse ipsi negligunt) inquieturi patienter accipiunt.

IV. De Claudiano schismatico. *Claudianus etiam ab his qui contra divina præcepta vitia religionis instaurunt, ab his inquam, quos expelli jusseramus, accitus, quasi purum facinoris aggressus esset, si in Africa perstitisset, Romæ sese dicitur intimesse, falsusque præceptor, vel expertes adhuc devio profanare mysterio, vel jam initiatos ex integro initiare flagitio majore corrumpere, cum religionis sanctissima disciplinam non cumulet iteratio, sed evertat. Quem nos Claudianum dissimili pœna ac meruit prosequentes, repetere tantummodo patriam bactenus, remota severitate, præcepimus: sed residere etiam nunc dicitur imperitos soliciteus, & cassem omnino mercedem requirens perdit animas corporum redemptorum. Hinc illi insectatores sanctissimæ sedis, non solum Dei numine (quod satis erat) sed etiam judiciorum examine exploratum mentis sanctissimæ virum (ut etiam divo patri Valentiniano est comprobatum) turpissimis calumniis Episcopum Damasum inquietare non veriti; postquam desperaverunt posse percelli, populum pro quo ille divinitati obses est, inquietant. Sed hactenus stertis iners dissimulatio judicantium (nec est admonere necesse, quo possit sanctio contempta procedere) hactenus, inquam, stertit appetitorum supina desidia.*

V. Pœna in schismaticos iterata. *Post hæc nisi omnes (at nominatim jussionis nostræ summa complectitur, vel quos turbas istiusmodi molientes sanctorum Episcoporum Concilia consensu ostenderint) ultra centesimum milliarium ab urbe depuleris, atque eorum Civitatum finibus extorres esse præceperis, quarum plebem, vel Ecclesias, vel per se, vel per simile sui vulgus exercent; præter æstimationis injuriam, cujus apud bonos non levis jactura est, piaculum neglectæ sanctionis incurres.*

VI. Judicia Episcoporum diversa. *Volumus autem, ut quicumque judicio Damasi, quod ille cum consilio quinque vel septem habuerit Episcoporum, vel eorum qui Catholici sunt, judicio vel consilio condemnatus fuerit; si juste voluerit Ecclesiam retentare, ut qui evocatus ad sacerdotale judicium per contumaciam non ivisset; ut ab illustribus viris Præfectis Prætorio Galliæ atque Italiæ, auctoritate adhibita ad Episcopale judicium remittatur, sive a Proconsulibus * vel Vicariis, ut ad urbem Romam sub prosecutione perveniat: aut si in longinquioribus partibus alicujus ferocitas talis emerserit, omnis ejus causa edictio ad Metropolita in eadem Provincia Episcopi deduceretur examen; vel si ipse Metropolitanus est, Romam necessario, vel ad eos quos Romanus Episcopus Judices dederit, sine dilatione contendat: ita tamen, ut quicumque dejecti sunt, ab ejus tantum urbis finibus segregentur, in quibus fuerint sacerdotes. Mitius enim graviter meritos coercemus, & sacrilegam pertinaciam lenius quam meretur ulciscimur.*

*Consularibus.

VII. Romanæ Ecclesiæ supremum tribunal. *Quod si vel Metropolitani Episcopi, vel cujuscumque sacerdotis iniquitas est suspecta aut gratia; ad Romanum Episcopum, vel ad Concilium quindecim finitimorum Episcoporum accersitum liceat provocare; modo ne post examen habitum, quod definitum fuerit, integretur. Jam vero illud quod in negotiis quoque rerum minorum, & in levibus causæ dictionibus animis nostris justitia naturalis inseruit, multo diligentius in causis justissimis volumus convalescere, ne facile sit cuiquam prædito notabili pravitate morem, aut infami calumnia notato personam criminatoris assumere, aut testimonii dictionem in accusationem Episcopi profiteri.* Hactenus Imperatorum rescriptum: ex quo cum Damasus calumniis schismaticorum impetitus cognoscitur; tum Ursicinus exilio longinquo mulctatus, eodemque in præsens continuato, percipitur. Ex his omnibus suspectum redditur falsitatis, quod habetur in libro de Romanis Pontificibus; Ipsum Neapolis in Campania fuisse post schisma creatum Episcopum: cujus quidem Episcopatus nec Marcellinus ejus fautor in libello dato Theodosio, quo ejus causam prosecutus est, meminit; quod (ut puto) non tacuisset, si id vere accidisset. Hic quidem positum volumus Imperatorum a nobis recitatum rescriptum, cujus testificatione hoc anno decimoquinto Damasi datum constat: sed jam ad res a Theodosio Imperatore in Oriente pie gestas orationem convertamus.

VIII. Theodosii lex contra Arianos. Hoc ipso anno, iisdemque Consulibus, quarto Idus Januarii Theodosius Imperator cum aliis Imperatoribus adversus hæreticos hujusmodi edidit sanctionem (*a*).

(*a*) *l. 6. de hæret. C. Theod.*

Nullus hæreticis mysteriorum locus, nulla ad exercendi animi obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiamsi quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab hujusmodi hominum genere impetratum est, non valere. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ. Unius & summi Dei nomen ubique celebretur. Nicænæ fidei dudum a majoribus traditæ, & divinæ religionis testimonio atque assertione firmatæ observantia semper mansura teneatur. Photinianæ labis contaminatio, Ariani sacrilegii venenum, Eunomianæ perfidiæ crimen, & nefanda monstruosis nominibus auctorum prodigia sectarum ab ip-

so

*so etiam aboleantur audita. Is autem Nicanæ assertor fidei, Catholicæ religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum, & Christum Filium Dei uno nomine * confitetur, Deum de Deo, lumen de lumine; qui Spiritum sanctum, quod ex summo rerum parente speramus, accipimus, negando non violat; apud quem intemeratæ fidei sensu viget incorrupta Trinitatis indivisæ substantia, quæ Græci assertione verbi, οὐσία, recte credentibus dicitur. Hæc profecto nobis magis probata, hæc veneranda sunt. Qui vero iisdem non inserviunt; desinant affectatis dolis alienum veræ religionis nomen assumere, & suis apertis criminibus denotentur, ab omnium summoti ecclesiarum limine penitus arceantur: cum omnes hæreticos illicitas agere intra oppida congregationes vetemus. Ac si quid eruptio factiosa tentaverit; ab ipsis etiam urbium mœnibus, exterminato furore propelli jubemus, ut cunctis Orthodoxis Episcopis, qui Nicænam fidem tenent, Catholicæ Ecclesiæ toto Orbe reddantur. Dat. IV. Id. Januar. C. P. Eucherio & Syagrio Coss.*

* substantia.

IX. Hujus quidem edendæ sanctionis causa efficax illa præcessit; quod cum ab ipso Theodosio (ut vidimus) in fine anni superioris tradenda esset Ecclesia primaria Gregorio Nazianzeno, Ariani adeo perstrepere, atque ciere tumultus, ut opus fuerit armato exercitu adire templum, & illuc Gregorium introducere: quos omnes una cum aliis hæreticis ejusmodi promulgato edicto Theodosius coercendos esse jure decrevit. Mentio hujus legis qua Photiniani interdicti sunt conventus, est in epistola Synodali Concilii Aquilejensis, de quo inferius. Post hanc autem sanctionem contigisse videtur, quod ex Sozomeno dictum est, Arianos exutos ecclesiis conventus extra mœnia collegisse.

X. Hoc quoque Januarii mense (inquit Marcellinus *a*) *Athanaricus Rex Gothorum, cum quo Theodosius Imperator fœdus pepigerat, Constantinopolim venit, eodemque mense morbo periit.* De quo Ammianus hæc ait (*b*): *Athanaricus proximorum factione genitalibus terris expulsus, Constantinopoli fatali sorte decessit, & ambitiosis exequiis ritu sepultus est nostro;* nempe Gentilitio: non enim Christianus, sed Christianorum persecutor extiterat. Tanta clementia inerat Christiano Principi Theodosio, ut ea etiam voluerit hosti Christianæ religionis impertiri. Zosimus & ipse Ethnicus hæc vehementer admiratus, ita rem gestam scribit (*c*): *Athanaricus a suis expulsus, se celeriter ad Theodosium contulit non ita pridem morbo liberatum, qui spem de vita dubiam fecerat. Theodosius vero hominem cum barbaris comitibus amanter excepit, spatium non exiguum extra Constantinopolim obviam ei progressus. Cumque confestim extinctus fuisset, regia sepultura mortuum terræ mandavit: & tantam sepulturæ magnificentiam adhibebat, ut tam superbo funere barbaris omnibus obstupefactis, Scythæ quidem domum redirent, nec Romanos amplius infestarent, bonitatem Principis admirati: quotquot autem cum Rege vita defuncto venerant, custodiendæ ripæ fluminis Istri intenti, diu, quo minus Romani vexarentur incursionibus, impedirent.* Hæc Zosimus.

(*a*) Marcellin. in Chron.

(*b*) Ammi. l. 27.

Obitus Athanarici Regis Gothorum.

(*c*) Zosim. l. 4.

XI. Sed & Themistius philosophus & ipse Gentilis, quanta bona Theodosii clementiam fuerint consecuta, admiratus hæc ait (*d*): *Quibus munitus præsidiis, o Rex, non sagittariis, non armatis militibus, non Armeniis, aut Hispanis, non equorum armatorum agmine ad extinguendam Scytharum flammam egisti, sed tuo usus consilio & prudentia, flamma illa per se extincta est.* Verum & Orosius (*e*) ex

(*d*) Themist. orat. 6.

(*e*) Oros. l. 7. c. 34.

PAGIUS

II. Ad num. X. Idacius in Fastis hoc anno habet: *His Coss. ingressus est Athanaricus Rex Gothorum Constantinopolim die III. Idus Januar. Eodem mense diem functus Athanaricus VIII. Kalend. Februar.* Sub sequentis vero anni Consulibus scribit: *His Coss. Theodosius Aug. corpus Augusti Valentiniani in sarcophago deposuit die IX. Kal. Mart. Ipso anno universa gens Gothorum cum Rege suo in Romaniam se tradiderunt die V. Non. Octob.* Die itaque undecima Januarii Athanaricus Constantinopoli susceptus est, dieque vicesima quinta ejusdem mensis obiit. Hinc Isidorus, Prosper, & alter Idacius in Chronicis aiunt, die XV. quo susceptus fuerat, mortuum esse. Anno insequenti, Marcellino & utroque Idacio testibus, Gothi Romano sese tradidere Imperio, sed *infida pace*, inquit Idacius in Chronico. Quare in Fastis Idacii loco, *cum Rege suo in Romaniam*, legendum, *cum Regno suo in Romania*; cum anno sequenti, quo Gothi Romanis se tradidere, Regem non haberent. Isidorus currenti anno Gothos Romano se tradidisse Imperio scribit; annoque sequenti ait, Gothos *patrocinium Romani fœderis recusantes Alaricum Regem sibi* constituisse. Verum Isidorum hallucinatum ostendit Themistii Gratiarum actio *ad Imperatorem Theodosium, ob pacem cum universa Gothorum gente factam, & ob Consulatum Saturnini militum Ma*gistri anno CCCLXXXIII. gestum. Rupta itaque pax videtur anno CCCLXXXIII. quo ea Oratio recitata, eoque anno *Alaricus* a Gothis Rex declaratus; ait enim ibidem Isidorus, eum vicesimo octavo anno Regni defunctum esse, anno nempe CCCCX. ut suo loco ostendam; ideoque anni illi XXVIII. utrimque incompleti fuere.

Athanarici Gothorum Regis obitus.

III. Non hinc discedam, quin prius observavero, vocem *Romania* alias Imperium vel Occidentale, vel Orientale designasse. Athanasius in epist. ad Solitarios ait, Arianos Liberio Episcopo Romano non pepercisse, nec veritos fuisse Romam *Metropolim esse Romaniæ*, id est, Imperii Occidentalis. Epiphanius in hæresi

Quid Romania significet.

Quid hæresis quid vera religio afferat.

ex nostris: *Universa*, inquit, *Gothorum gentes, Rege defuncto, aspicientes virtutem benignitatemque Theodosii, Romano sese Imperio dediderunt. In iisdem etiam diebus Persæ, qui Juliano interfecto aliisque Imperatoribus sæpe victis, nunc etiam Valente in fugam acto recentissime victoriæ satietatem cruda insultatione ructabant; ultro Constantinopolim ad Theodosium misere Legatos, pacemque suppliciter poposcerunt. Illumque tunc fœdus est, quo universus Oriens usque ad nunc tranquillissime fruitur.* Hæc Orosius. At Pacatus (*a*), Persas munera detulisse ad Theodosium Imperatorem, affirmat.

(*a*) *Pacat. in Panegyric. Theodosii.*

XII. Quot quantaque bona secum vehat fides catholica.

Quis hæc tot tantaque considerans, non admiretur, quot mala hæreses invexerint in Orientem, & quot bona restituta postliminio Catholica fides secum attulerit; ut eodem ferme tempore quo scriberet Theodosius leges pro Orthodoxa fide adversus hæreticos, eodem e Gothis & Persis victoribus hostibus de ineunda pace Legatos idem exceperit? Hæc tam perspicua considerans pariter S. Ambrosius, scribens ad Gratianum commentarios de Spiritu sancto, ista præfatur (*b*): *Etiam Constantinopolis jam verbum Dei recepit, & evidentia meruit tui documenta judicii. Etenim quamdiu venena Arianorum suis fovebat inclusa visceribus, bellis finitimis inquieta, murus armis circumsonabat hostilibus. Postea vero quam fidei exules abdicavit; hostem ipsum Judicem Regum, quem semper timere consueverat, deditum vidit, supplicem recepit; morientem obruit* *, *sepultum possidet. Quantos ergo & Constantinopoli, quantos postremo toto hodie in Orbe mundasti? Non mundavit Damasus* (Deum alloquitur) *non mundavit Petrus*, nempe Alexandrinus, *non mundavit Ambrosius, non mundavit Gregorius: nostra enim servitia, sed tua sunt sacramenta.* Hæc Ambrosius; quibus plane & illud innotescit, haud ante præsentem annum ipsum ad Gratianum Imperatorem scripsisse duos libros illos de Spiritu sancto.

(*b*) *Ambr. in prolog. l. 2. de Spiritu sancto.*

* obtinuit.

XIII. Porro hoc ipso anno hæc scripta esse ab Ambrosio, certum argumentum est, quod meminit Petri, de cujus obitu, ipse nondum certior redditus asset: nam Timotheum nominasset, si scisset ipsam in locum Petri subrogatum fuisse. Quod vero spectat ad ipsum commentarium de Spiritu sancto ab Ambrosio ad Gratianum elaboratum; nescio quid sibi velit Ruffinus bis verbis (*c*): *Ambrosius sanctus de Spiritu sancto non solum verbis, sed & sanguine suo scripsit; obtulit enim persecutoribus sanguinem suum, quem in se fudit; sed a Deo ad alios adhuc reservabatur labores.* Hæc ipse; quem miror ignorasse libros illos, exposcente Gratiano Catholico Principe, scriptos, ab eo primum expetitos, avideque susceptos, qui eumdem Ambrosium ut parentem coluit, & adversus Arianos, ut ipse testatur, suscepit patrocinium.

Ambrosii libri de Spiritu sancto.

(*c*) *Ruffin. invect. in Hieron.*

XIV. Confutatur Ruffini calumnia in Hieronymum.

Sed & calumnia Ruffini ibidem in Hieronymum illa est, dum subdit ea de causa ipsum interpretatum esse Didymum de Spiritu sancto, ut Ambrosii furta detegeret: siquidem longe ante, quam Ambrosius in opus incumberet, illud aggressus fuerat S. Hieronymus, ut testatur litteris (*d*) ad Damasum scriptis ex Oriente, antequam Romam rediisset: nam in Orientem postea nonnisi post mortem Damasi reversus est; quod suo loco dicemus: ut plane appareat aliud fuisse consilium Hieronymi in opere aggrediendo, quam quod Ruffinus calumniose sugillat.

(*d*) *Hieron. epist. 125.*

XV. Quod rursus spectat ad felicitatem Theodosii ex pietate comparatam; præstat audire Pacatum (*e*), quam feliciter sub pio Principe barbari orbis Orientalis coluerint, obedierint, vel saltem timuerint Theodosium imperantem: *Si qui*, inquit, *forte sunt barbarorum, qui nondum virtutis tuæ fulmen exceperint; nominis terrore perculsi, & velut afflati quiescant. Tua enim, Imperator, auspicia non hæ tantum gentes tremunt, quas ab Orbe nostro silvarum intervalla vel flumina, montesve distinguunt, sed quas æternis ardoribus inaccessas, aut continua hieme separatas, aut interfusis æquoribus abjunctas natura disterminat. Non Oceano Indus, non frigore Bosphoranus, non Arabs medio Sole securus est: & quo vix pervenerat nomen, ante Romanum accedit Imperium*

(*e*) *Pacat. in Panegyric. Theod.*

PAGIUS resi 46. scribit, *Manem*, Persarum regione relicta, *Romaniam* invasisse; & hæresi 49. inquit, Constantium literas adversus Arium misisse per totam *Romaniam*: & denique Possidius in Vita Augustini cap. 30. de Vandalia Africam depopulantibus loquens, eos *Romaniæ* eversores appellat. Ex quibus omnibus liquet, *Romaniæ* nomine aliis Imperium Romanum significatum fuisse; quo etiam nomine sæpius ab Idacio in Fastis & ab Auctore Miscellæ in libris 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24. Imperium Orientis designatur. Illud tamen nomen hodie æquivocum: ut enim animadvertit Blondellus in lib. de Primatu Ecclesiæ pag. 125. Myræus lib. 2. de statu Religionis cap. 27. Malabariæ Indiæ tractus populos Romaniam vocare testatur, regiones, quæ aliis Imperii Occidentis pars fuere, quod eorum Lingua e Latino seu Romano derivata sit. Sic Turcæ Threciam Provinciam, Constantinopoli vicinam, *Romaniam* seu *Rumeliam* nominant, quod Constantinopolis nova Roma dicta alias fuerit. Sic denique Itali antiquum Ravennæ Exarchatum Romandiolam, vulgo *la Romagna*, nuncupant, quod illum *Pipinus* Pontifici Romano tradiderit. Quæ variæ significationes Historicos legentibus negotium facessere possent.

rium. Dicam ne ego receptor ad servitium Gothos castris tuis militem, terris sufficere cultorem? Dicam a rebellibus Sarracenis pœnas polluti fœderis expetitas? Dicam interdictum Scythis Tanaim? & imbelles arcus esse fugientis Albani? Quæcumque natio barbarorum robore, ferocia, numero gravis nobis umquam fuit; aut boni consuluit, ut quiescat; aut lætatur quasi amica, si serviat. Persis ipsa Reipublicæ nostræ retro æmula, & multis Romanorum ducum famosa funeribus, quicquid umquam in Principes nostros inclementius fecit, excusat obsequio. Denique ipse ille Rex ejus dedignatus antea se fateri hominem, jam fatetur timorem, & in his te colit templis in quibus colitur, tum legatione mittenda, tum gemmis, sericoque præbendo: ad hoc triumphalibus bellis in tua efseda suggerendis, etsi adhuc non est fœderatus, jam tamen tuis cultibus tributarius est. Hucusque Pacatus.

XVI. Qui igitur favendo pietati, quam amplissimos inde proventus se præcoci messe collegisse cognovit Theodosius Imperator, eamdem magis magisque excolere perseverans, paulo post sub iisdem Consulibus ultima die Martii clericis ejusmodi indulsit privilegium (a):

(a) l. 26. de Episcop. & Cleric. C. Theod.

Universos quos constiterit custodes Ecclesiarum esse, vel sanctorum locorum ac religiosis obsequiis deservire, nullius attentationis molestias sustinere decernimus. Quis enim eos capite censos patiatur esse devinctos, quos necessario intelligit supramemorato officio mancipatos? Dat. Prid. Kal. April. Constantinopoli, Eucherio & Syagrio Coss.

XVII. Hoc eodem anno mense Maji celebrata est Constantinopoli Synodus centum quinquaginta Episcoporum: ita sane Socrates, qui & causam hujus indicendæ Synodi recensens hæc ait (b): *Imperator nulla mora interposita, Concilium Episcoporum ipsius fidem amplectentium convocat, quo tum fides Concilii Nicæni corroboraretur, tum Constantinopoli designaretur Episcopus. Ac quoniam in spem venerat, se posse Macedonianos ad concordiam cum illis Episcopis qui erant ejusdem cum illo fidei reducere; Episcopos sectæ Macedonianæ accersivit. Itaque in unum conveniunt qui fidem tenebant Consubstantialis, Timotheus Alexandriæ Episcopus, Hierosolymorum Cyrillus, qui id temporis pœnitentia adductus, fidei Consubstantialis se totum addixerat: Meletius autem jampridem aderat, eo scilicet tempore, quo erat propter designationem Gregorii illo accersitus: Ascholius * etiam Thessalonicæ Episcopus, & alii complures: erant omnes numero centum quinquaginta. Partis Macedonianæ primas obtinuerunt Eleusius Episcopus Cyzici, & Marcianus Lampsaci. Omnes illius sectæ erant ad numerum triginta sex, quorum major pars e civitatibus Hellesponti fuit. Ad Concilium igitur conveniunt, Eucbario * & Evagrio * Coss. mense Majo.* Hæc Socrates. Porro Concilium hoc nominatum esse Generale, ex epistola Synodali ad Damasum & alios Episcopos Romæ ad Synodum congregatos certum est.

Concilium Constantinopolitanum.

(b) Socr. l. 5. c. 8.

* Acholius.

* Eucherio.

* Syagrio

XVIII. Quod vero Socrates ait, diu ante accersitum fuisse Meletium Antiochia Constantinopolim, ut in throno Gregorium collocaret; haud dubium ante mensem Maji id factum apparet, sed non ab uno Meletio, verum ab ipsa Synodo Episcoporum, quam & ad hoc fuisse collectam, idem Gregorius docet his jambicis versibus (c):

(c) Greg. Nazianzen. carmin. de vita sua

Mala auspicatur hic mihi celsa a throno;
Nam

PAGIUS IV.

Synodus Oecumenica Constantinopolitana.

A num. XVII. ad XXXV. Synodus *Oecumenica Constantinopolitana* mense Maio, ut habet Socrates, celebrata: perperamque Spondanus scribit, eam ad finem anni coactam aperte intelligi ex literis Synodalibus, quibus Patres testantur, eam convocatam esse post Concilium Aquileiense *Nonis Septembris* habitum; cum Episcopi in ea loquantur, non solum de Synodo post Concilium Constantinopolitanum Oecumenicum congregata, sed etiam de ipso Concilio Oecumenico; dataque sit ea Synodica anno sequenti; & dicant Patres, se eo anno Constantinopolim convenisse juxta literas Damasi Papæ, *superiore anno* (currenti nempe) *post Aquileiense Concilium ad piissimum Imperatorem Theodosium missas.* Literæ itaque Damasi post Concilium Oecumenicum, ac post mensem Septembrem scriptæ, sed illud jam mense Maio coactum.

V. Porro hæc Synodus a Theodosio Magno convocata, ut liquet ex epistola Synodica ad Theodosium, qua Episcopi se & ejus mandatis ad eam vocatos testantur, & gestorum confirmationem ab ipso petunt. Præterquam quod Socrates lib. 5. cap. 8. Sozomenus lib. 7. cap. 7. & Theodoretus lib. 5. cap. 7. Theodosium suæ Fidei Episcoporum Concilium convocasse diserte testantur, atque Theodoretus: *Theodosius Episcopos duntaxat Imperii sui Constantinopolim jussit convenire.* His adde Auctorem Anonymum Vitæ Sancti Pauli Constantinopolitani Episcopi apud Photium in Bibliotheca codice 257. *Convocat Concilium pius Imperator, meditans & Macedonianos conciliare Orthodoxis, & qui Consubstantialitatem profitebantur.* Denique si Theodosius Damasum consuluisset, is procul dubio Legatos ad hanc Synodum misisset, & ad eam Episcopos Occidentis convocasset. Quare vi convocationis solius Orientis Synodus fuit, & tantum ex postfacto Oecumenica extitit, Damaso, totaque Occidentali Ecclesia hanc illi suo consensu dignitatem & auctoritatem tribuentibus.

A Theodosio indicta.

VI. Hanc Synodum per se habitam non esse pro Oecumenica, ex epistola Concilii Italiæ hoc anno coacti ad Theodosium Imp. colligitur. In ea enim Episcopi inquiunt: *Nos in Synodo ea qua totius Orbis Episcopis videbatur esse proscripta, nihil temere statuendum esse censuimus. At eo ipso tempore, qui Generale Concilium declina-*

Per se habita non est pro Oecumenica.

Nam quicquid Ortus Præsulum (Ægyptum citra)
Habebat usque ad inclytam Romam novam
Terra marisque ex intimis recessibus
(Quo concitatum calltas pacto, haud scio)
Coit repente, firmet ut thronum mihi.
Quos inter unus, vir erat pius admodum,
Simplex, apertis moribus, plenus Deo, &c.

describit enim Meletium illis versibus, quos superius recitavimus. Ex his quidem duo consideranda sunt; asserere in primis Gregorium, hos Episcopos ad confirmationem electionis ipsius convenisse, ut scilicet quod populus postularat & Princeps, iidem Ecclesiastico ritu perficerent; deinde aperte affirmare, eo tempore, quo isti convenere, abfuisse Timotheum Episcopum Alexandrinum, accessisse vero postea, ut dicemus; atque adeo conventum hunc diversum fuisse ab illo, quem mense Maji Socrates & alii collectum fuisse tradunt, damnatumque in eo Macedonium hæresiarcham & alios; huneque licet hoc anno, ante tamen illud tempus celebratum fuisse liquet, in eoque nihil prætereà actum esse, quam de confirmatione electionis Gregorii, deque ejusdem cathedræ possessione adipiscenda.

XIX. Vocatio secreta. Sed quod Gregorius ait, se ignorasse, quonam modo totius Orientis Episcopi, ut confirmarent collatam sibi antea sedem, Constantinopolim una convenerint; putamus id ipsum latere voluisse auctores Synodi, quod timuerint, ne si scisset, evestigio solum verteret. Cæterum quod Ægypti Episcopi minime vocati tunc fuerint; id quidem jure sibi visi sunt Antistites vendicasse, quod illi nefarium hominem Maximum scelerate admodum in Ecclesiam creatum Episcopum intrusissent.

Accidit vero, ut cum tot tantique in unum convenissent Episcopi, de Macedonii hæresiarchæ damnatione in Synodo ageretur; placuisse in primis id Damaso Romano Pontifici, ipsumque de his egisse apud Theodosium Imperatorem, jure opinari licet, quod sextæ Synodi Actio ope Damasi atque favore Theodosii id factum testentur his verbis (a): *Macedonius Spiritus negabat Deitatem & Dominum, eumque conservum prædicabat: sed maximus Theodosius Imperator, & Damasus fidei adamas obstiterunt; quorum solidam mentem aggressiones atque conflictus nullatenus sauciarunt, &c.* Hæc ibi. Sed hujus quoque veritatis vetera reperiuntur Romanæ Ecclesiæ monumenta, quibus res gestæ Damasi describuntur, quæ in eadem Ecclesia Romana publice recitari solebant: extant ipsa in nostra bibliotheca: sed ne domesticos testes citare videamur; habentur eadem in scripto codice pervetusto Vaticanæ bibliothecæ, necnon in alio S. Mariæ Majoris, in quibus hæc scripta leguntur: *Sententiam de damnatione Macedonii & Eunomii Damasus confirmari præcepit etiam in sancta secunda Synodo, quæ præcepto & auctoritate ejus apud Constantinopolim celebrata est.*

Damasus & Theodosius simul agunt pro pietate.

(a) Sext. Syn. Act. 18.

XX. Non potuit Synodus agi absque Romano Pontifice. At quisnam de his poterit dubitare, cum constet absque auctoritate Romani Pontificis ejusmodi Synodos congregari minime licuisse? cujus quidem veteris observantiæ probatum antiquitus usum Lucentius Apostolicæ sedis Vicarius in Concilio Chalcedonensi libera voce his verbis testatus est (b): *Judicii sui ipsum, nempe* Dioscorum, *necesse est reddere rationem; quia cum nec personam judicandi haberet, subrepsit; & Synodum ausus est facere sine auctoritate sedis Apostolicæ; quod rite*

(b) Concil. Chalced. Act. 2.

PAGIUS *noverant, Constantinopoli quæ gessisse dicuntur? Nam cum cognovissent, ad hoc partium venisse Maximum, ut causam in Synodo ageret suam, quo etiam si indictum Concilium non fuisset, &c.* Ubi Episcopi Generale Concilium Constantinopolitano opponunt, illudque appellant quod Romæ anno superiori a Damaso, ad Maximi Cynici causam discutiendam, indictum fuerat. Quod cum Orientales Episcopi detrectassent, iterum hoc anno Italiæ Episcopi post Aquileiense Concilium, Theodosium Imp. rogarunt, ut Romæ Generalis Synodus Orientalium simul & Occidentalium congregaretur. Ad quam convocati a Damaso Episcopi Orientales, moram suam Constantinopoli excusarunt, quod ob suarum Ecclesiarum discrimen in Oriente detenti, Romam proficisci non possent, temporis angustias insuper causati: agnoscentes nihilominus Romani Pontificis auctoritatem, qua eos ad suum Concilium jure convocabat, ut legere est in illorum epistola Synodica.

VII. Neque Baronii rationes in contrarium urgent. Nam Codices MSS. quos citat, ante octavum Ecclesiæ sæculum exarati non videntur, & non potest non esse suspecta ac dubia Codicum, licet pervetustorum, fides, quibus veterum omnium Historicorum, & ipsius epistolæ Synodicæ a Patribus Constantinopolitanis ad Theodosium Imp. datæ auctoritas refragatur. Deinde ex auctoritate sextæ Synodi, quæ dicitur Theodosium, & Damasum Macedonio obstitisse, non sequitur, hunc Concilium Constantinopolitanum convocasse; cum in Concilio Romano ejus hæresim anathemate confixerit, & quæ Constantinopoli contra eam decreta sunt, assensu suo firmarit. Denique regulæ quidem Ecclesiasticæ Synodos facere, & decreta in Ecclesiis sancire absque Romanorum Pontificum auctoritate vetant; sed non prohibent absque ejus auctoritate Nationales Synodos, vel totius etiam Orientis Concilia convocari, quæ Oecumenica quidem non erunt vi convocationis ab Imperatoribus, Patriarchis, vel Metropolitanis factæ; eorum tamen auctoritatem consequentur, si Romani Pontificis & totius Occidentalis Ecclesiæ assensus accesserit, ut jam diximus.

Non indicta a Damaso.

re nunquam factum est, nec fieri licuit. Ita ipse; sed de his esse regulas Ecclesiasticas & Patrum instituta, Paschasinus Legatus addit. Testatur & ipse Damasus (a), nullius esse momenti decreta Synodi, cui ipse per se vel per Legatos assensum non præbuisset. Confirmat id Socrates (b), prohibereque ait Ecclesiasticam canonem, ne decreta absque sententia Romani Pontificis in Ecclesiis sancirentur: quod & Sozomenus pariter (c) attestatur. Sed ad Gregorium redeamus. Ipse quidem sic dicit, se nescire, quo vocantia convenerint Orientales Episcopi Constantinopolim ad sui in eam sedem promotionem, quod res (ut dictum est) secretior ageretur: constat tamen eosdem litteris Imperatoris convocatos: testantur enim id iidem ipsi qui convenerant Episcopi in sua ipsorum epistola Synodali (d) ad Episcopos Occidentales; affirmatque id ipsum Johannes Chrysostomus in oratione dicta in laudem Meletii.

(a) Damas. epist. ad Episc. Illyr apud Theod. l. 2. c. 22.

(b) Socr. l. 2. c. 13.

(c) Sozo. l. 3. c. 9.

Litteris Imp. vocari Episcopi.

(d) Apud Theod. l. 5. c. 9.

XXI. Inter alios autem insignes Episcopos Orientis, qui Constantinopolim venerant, fuit Gregorius Nyssenus frater sancti Basilii, qui & secum attulit libros a se scriptos adversus Eunomium, quos legit Gregorio Nazianzeno, nostroque Hieronymo, qui tunc (ut diximus) agebat (e) Constantinopoli, auditor Gregorii perseverans: hos enim secum vexit ipse Nyssenus commentarios, quod persensisset convocatos Episcopos post promotionem Gregorii Nazianzeni in Episcopatum Constantinopolitanam, adversus hæresim Macedonii & Eunomii conventus agitaturos; licet & ipse testetur primam causam hujus cogendæ Synodi fuisse, ut Ecclesia suo traderetur Episcopo: id enim insinuat in oratione tunc habita in funere Meletii (f), cum ait ejus adventus Constantinopolim illam fuisse causam, ut sponsam sponso traderet.

Gregorius Nyssenus venit ad Synodum.

(e) Hieron. de Script. Eccl. in Gregor. Nyssen.

(f) Extat apud Sur. t. 1. die 12. Febr.

XXII. Interfuerunt huic Synodo post Gregorium alii complures ex confessoribus; qui tempore persecutionis Valentis Imperatoris exilium passi fuerant, ut ipse Meletius inter primos adnumerandus, & alii, quos complexa est Theodosii constitutio, quam suo loco inferius recitabimus. Verum & præsto fuerunt plures ex illis, qui antea, Valentis tempore, pulsis Orthodoxis, Arianorum favore, vacantes sedes acceperant: hi enim tempori inservientes, sub Catholico Imperatore æque Catholicæ fidei defensores se præbuere, cum antea vel gratia ducum exercitus, vel favore aliorum magistratuum in Episcopatum omnino licet indigni, nihilominus irrepsissent; de quibus omnibus fusius ipse Gregorius Nazianzenus inferius.

Episcopi insigniores hujus Concilii.

XXIII. Quod autem pertinet ad rerum in Synodo gestarum ordinem; errore quidem lapsi mihi videntur Socrates (g), atque Sozomenus (h), qui post creationem Nectarii tradunt transactas fuisse in Synodo controversias, actumque de perperam facta electione Maximi & aliis, quæ in hac Synodo statuta esse reperiantur. Namque quo modo id potuit accidisse, si testificatione Gregorii Nazianzeni (ut suo loco dicemus) satis aperte constat, post abdicationem ipsius Gregorii ante electionem Nectarii, qui prudentiores erant in Synodo Episcopi ob indignum facinus protinus secessisse? Rursum vero quo modo non prioris Synodi tempore de his actum esse divetimus, si Meletius, qui ante abdicationem Gregorii mortuus est, ipsi Synodo reperitur esse subscriptus? Nos ergo concinnum magis ordinem rerum gestarum in Synodo prosequemur firmiori ratione subnixum. Qui igitur omnes convocati Constantinopolim fuerunt, ut Gregorio sedem Constantinopolitanæ Ecclesiæ stabilirent; antequam id agerent, aggressi sunt Maximi causam pertractare, qui adversus Gregorium sedem erexerat, ordinatus ab Ægyptiis Episcopis ejus sedis Antistes, & Episcopales ibidem functiones administrarat, utpote qui aliquot ordinasset, & in clerum ejus Ecclesiæ adscivisset.

(g) Socr. l. 5. c. 8.

(h) Sozo. l. 7. c. 8.

XXIV. Percognita itaque fuit in primis, examinataque causa Maximi: judicialis enim Ecclesiasticus ordo id exigebat, ut antequam in sede legitimus collocaretur Antistes, ejus qui primo fuerat perperam ordinatus, causa Maximi tractaretur. Quamobrem præpostero plane ordine cum Theodoretus (i), tum Sozomenus (k) post Nectarii etiam creationem, qui successit Gregorio, abdicationem a Synodo factam Maximi collocant. Cæterum de eodem Maximo constat S. Synodum in eam sententiam abiisse, ut communi consensu declararet, eum nec fuisse, neque esse Episcopum, clericos item ab eodem ordinatos omnis Ecclesiasticæ functionis & muneris expertes vacuos abire debere: hæc Sozomenus. Addit Theodoretus, eumdem Maximum hæresis Apollinaris sectatorem quoque fuisse convictum, ob idque etiam Ecclesiastica communione privatum; sed alii id postea. Synodi vero canone quarto de damnatione Maximi ita decernitur:

Primum de Maximi ordinatione actum.

(i) Theod. l. 7. c. 8.

(k) Sozo. l. 7. c. 9.

Quod ad Maximum Cynicum attinet, & ea quæ illius tempore inhoneste, indecenter, ac flagitiose Constantinopoli acciderunt; decrevimus, ac censuimus, Maximum neque Episcopum fuisse, aut esse; neque eos qui ab eo in quocumque gradu Ecclesiæ ordinati sunt, clericos vel fuisse, vel esse debere: omnibus his quæ circa ipsum, vel ab ipso acta sunt, improbatis ac rescissis.

Quid decretum in Maximum.

XXV. Ejecto igitur ab Ecclesia Maximo ante perperam intruso, cœtuque Fidelium inter-

Gregorius confirmatur Episcopus Constantinopolitanus.

terdicto, communi Patrum calculo probata confirmataque est electio Gregorii Nazianzeni: cui enim dabebatur messis, nisi qui seminarat; cuive domus, nisi qui cum eam dirutam invenisset, ædificarat? Id vero pergratum Deo, id hominibus veræ religionis cultoribus jucundum, id denique acceptum scientes Imperatori, omnes Episcopi mox læta citaque nulla cunctatione præpedita de sede Gregorii tulere suffragia; solus ipse mærens tunc erat & lugens, ut declarat illis versibus (a):

(a) Greg. Nazian. in carmin. de vita sua.

—— Sacris me collocant his sedibus
Flentem, gementem, &c.

Addit enim, se una illa causa permotum acquievisse, ut dissidentes in Ecclesia Episcopos simul pace conciliaret: quod & perficere curavit; nam in dicendis sententiis in Synodo nonnisi paci consuluit: de pace enim tunc egregiam habuit concionem, adjecit & alia, de quibus suo loco dicturi sumus.

XXVI. Dato jam obfirmatoque in Ecclesia Constantinopolitana Gregorio Episcopo, sublato in hunc modum schismate, ad concordiam unitatemque omnibus una redactis; jam de his quæ spectarent ad fidem Catholicam actitatam est inter Patres. Hoc namque ordine Synodum progressam esse, declarant ejusdem Concilii litteræ ad Theodosium datæ, inferius describendæ. De fide igitur tractaturis Patribus exhibitum fuisse volumen Occidentalium, ejusdem Synodi canon quintus significat. At quodnam Scriptum per illud volumen Occidentalium intelligendum sit, explorandum est. Ad quod assequendum, illud considerandum: cum in dicto canone comprobari dicatur cum eo volumine etiam fidem Antiochenorum unam substantiam in personarum Trinitate confitentium; in eam sententiam adducimur, ut nihil aliud per volumen Occidentalium Patres intellexerint, quam professionem illam fidei a Damaso ex Concilio Romano (b) scriptam ad Paulinum Episcopum Antiochenum, quæ continet anathematismos adversus omnes hæreses tunc temporis Orientalem Ecclesiam potissimum infestantes: recitat eam Theodoretus (c), sed perperam mutato titulo, cum loco Paulini Episcopi Antiocheni apposuerit ipse Paulinum Episcopum Thessalonicensem: quod, cum de eadem scriptione egimus, superius dictum est. Rursum vero ipsum errasse diximus, cum eam suo loco minime ponit, post Concilium Constantinopolitanum collocans, quam constat scriptam esse ex Romana Synodo superius recensita: nam quo modo potuit ea Damasus scripsisse ad Paulinum Episcopum Antiochenum, quem (ut demonstrabimus suo loco) liquet tunc

Editum in Synodo Constantinopolitana volumen Occidentalium.

(b) Extat t. 2. Concil. in Damas.

(c) Theod. l. 5. c. 11.

una cum Damaso præsentem fuisse Romano Concilio? Ex volumine igitur illo Occidentalium, nempe Damasi, ejicitam esse plenissimam de Spiritus sancti divinitate assertionem in Symbolo in hac Synodo instituto collocatam, omnes qui eam legent, intelligent: ut non mirum sit, si de his quæ ad fidem spectant, Damasus Oecumenicam hanc voluerit Synodum nominari, in qua quid Occidens, quid Oriens, quid universa demum Catholica Ecclesia, ipseque præsertim Romanus Pontifex, quid de Spiritu sancto sentiendum esset, paribus votis, unaque sententia ediderunt.

XXVII. Quod vero Patres, qui eidem Constantinopolitano Concilio præsentes fuerunt, optime scirent Antiochenos communicationis Paulini recepisse a Damaso fidei professionem; haud potuerunt eosdem communicantes cum Damaso Romano Pontifice non recipere. Quamobrem ad tollendam omnem schismatis suspicionem, se eos recipere, publica attestatione decernunt, cum ejusmodi in eadem Synodo canonem statuerunt.

Quod ad volumen attinet Occidentalium; etiam eos qui sunt Antiochiæ, approbavimus, unam confitentes Patris & Filii & Spiritus sancti divinitatem. Hæc canon in libello Synodicarum constitutionum (d), necnon apud Theodorum (e), sed paulo diverse. Sic igitur ex his plane intelligis, ita divisos fuisse inter se Christianos Catholicos Antiochenos, ut tamen id fieri absque schismatis labe contigerit: qua etiam conditione ea divisio perseveravit in posterum.

(d) Conc. Constant. 1. c. 5.

(e) Theo. in Nomocan. Photii.

XXVIII. Præter autem Damasi volumen fidei, cognitum pariter fuit in hoc eodem Concilio atque ab omnibus absque cunctatione receptum Nicænum fidei Symbolum: Sed cum in eo parcius de divinitate Spiritus sancti actum fuisset, eo quod nulla tunc hæresis ei adversaria emersisset; placuit S. Synodo de Spiritus sancti divinitate addere aliqua (ut olim de Filio in Nicæno Concilio factum fuerat) quibus adversus omnes hæreticos ejusdem Spiritus sancti una eademque cum Patre & Filio divina substantia prædicaretur, idemque Dominus diceretur, quem servum esse impii blasphemabant hæretici: scriptum namque fuisse in hac Synodo a Patribus libellum fidei, iidem ipsi testati sunt in epistola sequenti anno data ad Damasum & alios Episcopos qui Romæ convenerant, his verbis (f): *De his pleniorem cognitionem animis poteritis percipere, si libellum Concilii Antiochiæ convocato de fidei decisione editum, & eam etiam qui superiori anno a Concilio generali composita est, legere placuerit: in quibus tum fidem nostram uberius exposuimus, tam*

De divinitate Spiritus sancti patres decernunt.

(f) Apud Theod. l. 5. c. 9.

hæresibus nuper excogitatis anathema scriptis proditum denunciavimus. Hæc ibi. Porro ipsum libellum fidei, sive dixerimus Symbolum summa deliberatione sanctorum Patrum examinatum, atque decretum, tradunt (a) scriptum fuisse a S. Gregorio Nysseno Episcopo; quod sic se habet recitatum in Concilio Chalcedonensi (b), his præmissis:

(a) Niceph. l. 12. c. 13. & alii.

(b) Concil. Chalcedon. Act. 2.

Sancta fides, quam exposuerunt sancti centum quinquaginta Patres, consona est sanctæ & magnæ Nicænæ Synodo.

XXIX. Symbolum Concilii Constantinopolitani.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; natum, non factum; homousion Patri (hoc est ejusdem cum Patre substantiæ) per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & nostram salutem descendit: Et incarnatus est de Spiritu sancto & Maria virgine humanatus est: Et crucifixus pro nobis sub Pontio Pilato, & sepultus: Et tertia die resurrexit: Et ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris: Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis: Et in Spiritum sanctum Dominum & vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum, & conglorificandum; qui locutus est per Prophetas. In unam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum: Et expectamus resurrectionem mortuorum; Et vitam venturi sæculi. Amen. Subditur ibi: *Omnes reverendissimi Episcopi clamaverunt: Hæc omnium fides; hæc Orthodoxorum fides: omnes sic credimus.* Idem reperitur apud Latinos, diversa tamen translatione, & cum illo additamento, FILIOQUE; quod quando, quave occasione appositum fuerit, suo loco dicturi sumus. Ut autem in Occidente infra sacrorum solemnia caneretur, recentior usus fuit, non autem (ut aliqui putant) ex Damasi Papæ decreto: nam auctoritate Ruffini (c), qui his temporibus scribebat, liquet nullum aliud Romanam Ecclesiam novisse in sacris ritibus, quam Symbolum Apostolicum. Tantum namque abest ut id Damaso tribui possit, ut quod careret hac consuetudine Occidentalis Ecclesia, Toletanum (d) tertium Concilium eum se profiteatur ab Ecclesia Orientali accipere velle laudabilem usum.

(c) Ruffin. in expositione in Symbol. in princ.

(d) Concil. Tolet. 3. c. 2.

XXX. Post scriptum libellum fidei, confecutam esse in Synodo communi omnium Patrum sententia damnationem hæresum, decreto edito, eorum epistola ad Damasum scripta testatur (e). Illum vero ipsum tunc ea de re ab iisdem Patribus sancitum canonem hic subjicimus, qui sic se habet (f): *Ne rejicitor, reprobatorve fides trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa Bithyniæ convenerunt; sed maneto ea firma ac rata. Et extrema execratione ac detestatione damnator omnis hæresis, perversave & impia opinio, præcipue Eunomianorum, sive Anomæorum, item Arianorum, sive Eudoxianorum, item Semiarianorum, sive Pneumatomachorum, Sabellianorum, Marcellianorum, Photinianorum & Apollinarianorum.* Hæc canon. At non tantum hæreses, sed eorum auctores nominatim in hac Synodo fuisse damnatos, omnes æque consentiunt.

(e) Apud Theod. l. 5. c. 9.

(f) Ex libello Synodic. Consti. t. 2. Concil.

Probatur fides Nicæna, damnantur hæreses.

Quod autem hoc eodem canone damnati scribantur hæretici Eudoxiani, ita dicti ab Eudoxio Episcopo Constantinopolitano, de quo superius; cum iidem desierint Eudoxiani nominari, redactique essent unde exierant, in classem Arianorum; accidit ut posteris obscurum redditum fuerit Eudoxii quoque nomen. Indeque est quod S. Gregorius (g) ita scribit ad Eulogium Episcopum Alexandrinum: *Præterea idem frater noster*, nempe Cyriacus Episcopus Constantinopolitanus, *omnia in suis Synodicis catholice, Deo auctore, locutus est, quemdam vero Eudoxium damnavit, quem neque in Synodis damnatum invenimus, neque a decessoribus ejus in suis Synodis reprobatum. Et canones quidem Constantinopolitani Concilii Eudoxianos damnant; sed quis fuerit eorum auctor Eudoxius, minime dicunt. Romana autem Ecclesia eosdem canones vel gesta Synodi illius hactenus non habet, nec accipit; in hoc autem eamdem Synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum. Reliquas vero hæreses, quæ illic memoratæ sunt, ab aliis jam Patribus damnatas reprobat. De Eudoxianis vero nihil hactenus agnovit. In historia autem Sozomeni de quodam Eudoxio, qui Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur; sed ipsam quoque historiam sedes Apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur.* Hæc Gregorius. At præter Sozomenum, a pluribus antiquioribus Patribus Eudoxium nefandæ hæresis infamatum atque convictum fuisse, quæ dicta sunt superius manifeste declarant. Sed ex Gregorii verbis jacturam passa esse Romana archivia significantur, in quibus de rebus impie ab Eudoxio gestis & ejus damnatione nihil præterea reperiri daretur, quam quæ a Sozomeno scripta essent. Cur autem factum sit, ut canones Constantinopolitani Concilii apud Occidentales in suspicionem adducti sint, ut eos nec vellet habere, nec recipere; dicemus postea id accidisse impostura Græcorum quorumdam veris falsa miscentium.

XXXI.

(g) Greg. l. 6. ep. 13.

Quod

XXXII. Quod ad Semiarianos, de quibus sæpe superius, damnatos hoc eodem Concilio pertinet; adhuc superstitem fuisse eorum antesignanum Eleusium Episcopum, & ad Synodum convocatum, tradit Socrates (a), cum ait: *Ab Imperatore itaque & Episcopis, qui eamdem cum eo fidem amplexabantur, modis omnibus laboratum fuit, ut Eleusium cum suis ad concordiam fidei adducerent; cumque non solum legationis, quam Eustathius, & alii cum illo eorum nomine ad Liberium jamdudum Romanum Episcopum obierant, in memoriam redegerunt; verum etiam quod cum multo ante, nullo habito discrimine, sua sponte cum illis qui fidem Consubstantialis tuebantur, communicaverant; eosque nequaquam pie & religiose facturos, si cum antea consentientem cum illis de fide opinionem agnovissent, jam rursus ea quæ præclare decreverant, penitus evertere molirentur. Verum apud illos nec admonitioni, nec reprehensioni locus relictus fuit: Nam se malle opinionem Arianam asseverare, quam fidei Consubstantialis assentiri, dixerunt. Quæ cum respondissent, Constantinopoli abscesserunt: perque litteras populo cujusque Civitatis significarunt, ut fidei Concilii Nicæni minime consentirent.* Hactenus Socrates. De consuetudine vero Eleusii cum Catholicis olim tempore Constantii, dictum est supra ex Hilario.

(a) Socr. l. 5. c. 8.

Eleusii hæretici obstinatio.

XXXIII. His autem in sacrosancto Patrum Concilio pro fide Catholica adversus hæreticos eam labefactantes stabilitis; ad pacem inter Catholicos initam conservandam aliud decretum recentis mali occasione a sancta Synodo excogitatum est. Quod enim Ægypti Antistites, Petro Alexandrino Episcopo (ut vidimus) annuente, præsumpsissent in tam remota a sua Diœcesi Civitate Episcopum ordinare; ejusque rei adeo perperam factæ causa destruendæ opus fuerit (ut diximus) tot ex universo Oriente Constantinopolim Antistites convenire, ut statum illius Ecclesiæ perturbatum componerent; ne id ulterius a quovis præsumeretur Antistite, quæ decreta fuerant in Nicæno Concilio de distinctione Diœceseon innovantes, ejusmodi canonem Patres sanciverunt (b):

Decretum de servandis limitibus diœceseos.

XXXIV. *Qui ultra quamque Diœcesim sunt Episcopi constituti, ne ad Ecclesias extra suæ administrationis fines sitas accedunto, neque confunduntu Ecclesias. Sed secundum canones (c) Alexandrinus quidem Episcopus res Ægypti dumtaxat administrato. Orientis autem Episcopi Orientem solum regunto (reservatis Ecclesiæ Antiochenæ iis quæ in canonibus Nicææ editis continentur, dignitatibus, prærogativisve) Asiaticæ item administrationis Episcopi res Asiaticæ Diœceseos dumtaxat regunto. Item Pontici res Ponticas solas, similiter Thraciæ Episcopi res Thraciæ administrationis administranto. Invocati autem neque accersiti Episcopi ultra Diœcesim ne accedunto, neque ordinandi, neque alias Ecclesiasticas res administrandi causa, observato vetere suprascripto canone de Diœcesibus. Nam hoc clarum & manifestum est, quod in quaque Provincia, præfecturave ipsius Provinciæ Concilium administrare debebit ea, quæ Nicææ decreta atque statuta sunt. Ecclesias autem Dei in barbaricis nationibus constitutas administrari oportet secundum eam quæ obtinuit & in usu habetur, consuetudinem Patrum.* Hactenus ibi; hæcque omnia ex præscripto Nicæni Concilii sibi visi sunt agere. Unde in epistola Synodali anno sequenti ad Damasum data hæc leguntur (d): *De administrationibus autem quæ sunt cujusque Ecclesiæ propriæ, cum vetus (ut nostis) lex est, tum sanctorum Patrum in Concilio Nicæno decisio; ut videlicet singularum provinciarum Antistites una cum finitimis, modo id ipsum visum fuerit Episcopis, ministros ad Ecclesiarum commodum in suis ipsorum provinciis ordinent. Ex cujus legis & decisionis præscripto scitote tum alias quoque Ecclesias apud nos administratas esse, tum illustrissimarum Ecclesiarum sacerdotes electos.* Sic ibi. Porro ad hunc canonem hæc habetur appendix adjecta (e):

(b) Concil. Constantin. c. 2. ex libel. const. Synod. test. Concil.

(c) Concil. Nicæn. c. 6.

(d) Apud Theod. l. 5. cap. 9.

(e) Concil. Constant. c. 4. aliàs 3. apud Theodor. 3.

XXXV. *Constantinopolitanus tamen Episcopus obtineto præcipuum honorem & dignitatem secundum Episcopum Romanum, ideo quod Constantinopolis nova Roma est.* Hæc ibi: In

Canon de sede Constant. qualis habeatur.

PAGIUS VIII. Ad nom. XXXV. & seq. Canon tertius, qui est de secundo Episcopi Constantinopolitani in Ecclesia loco, & honoris primatu post Romanum, commentitius non est, ut putavit Baronius; cum antiqui omnes Codices, & Collectiones omnes antiquæ mediæ ætatis & posteriorum sæculorum illum contineant; ac præterea Socrates lib. 5. cap. 8. Sozomenus lib. 7. cap. 9. & Nicephorus lib. 12. cap. 13. conditum illud decretum referunt. Neque hic tertius Canon adversatur secundo, quo ex præscripto Nicæni Concilii decrevit Synodus Constantinopolitana, quibuscumque Provinciis jura sua esse servata; quia privilegium legem firmat, ideoque non sequitur aliarum Sedium jura convelli; etiamsi æqualibus privilegiis Constantinopolitana exornetur. Præterea constituit quidem Canon ille, ut in limitibus, quos figit, Diœceseon, Orientis Episcopi Orientem tantum gubernent, *servatis privilegiis, quæ Nicænis Canonibus Ecclesiæ Antiochenæ tributa sunt.* Sed per erectionem Sedis Constantinopolitanæ in Patriarchicam, non fuit imminutus Antiochenæ Sedis honos.

Patriarchatus Constantinopolitanus instituitur.

IX. Imo nec fuit derogatum aliquid Alexandrinæ Ecclesiæ juribus; quia Thracica Diœcesis, cujus administratio in Constantinopolitanam translata est, a nullo Patriarcharum pendebat. Quod etiam de Asiana & Pontica dicendum, quæ postea Regiæ urbis Episcopo subjectæ sunt. Nec

Sine derogatione antiqua Patriarchatus Alexandrini.

In cujus canonis explanatione ait Theodorus, fuisse olim Byzantii Ecclesiam sub metropoli Heracleæ; sed hisce postea auctam privilegiis cum a Constantino collatis, tum ab hac Synodo impertitis, primum post Romanam Ecclesiam locum obtinuisse. Sed quod in eo commenticium prorsus illud privilegium (ut vidimus) habeatur, quo ea dicuntur ab ipso eidem Ecclesiæ esse collata; quodque insuper (ut ex S. Gregorio nuper recitavimus) Romana Ecclesia nonnisi quæ in causa fidei ab hac Synodo essent decreta receperit; hinc illud libera voce Gelasius Papa (a) adversus Acacium profert elogium: *Cujus sedis Episcopus?* Acacius scilicet. *Cujus metropolitanæ civitatis Antistes? nonne parochiæ Heracliensis Ecclesiæ? &c.* Siccine murus fuit Timotheus Alexandrinus Episcopus, ut præferri sibi æquo animo Constantinopolitanum Antistitem passus esset? At præter id quod constat hunc canonem a Romana Ecclesia minime fuisse receptum; imposturæ nomine etiam suspectus habetur, immo plane additicius esse atque suppositus, vel ea saltem ratione docetur, quod in Synodo immo post absolutam Synodum Chalcedonensem, id tamquam ibi in ea Synodo factum usurpare conatus Anatolius Constantinopolitanus Episcopus, mox Leonem Romanum Pontificem expertus est sibi acetrime adversantem. Quod si id ante Constantinopolitanæ sedi concessum fuisset ab hac Oecumenica Synodo; satis erat Anatolio præsentem citare canonem, cujus numquam vel levem saltem habuit mentionem; qui quidem canon si extitisset, fuisset omnino sæpe citandus, cum S. Leonis sibi refragantis litteris tantopere urgeretur.

(a) *Gelas. Papa epist. ad Episc. Dardan. t. 2. Concil.*

XXXVI. Quod si quis objiciat, hujus canonis mentionem haberi apud Socratem (b) & Sozomenum; dicam majoris apud me argumenti esse, quod cum Episcopi, qui sequenti anno Constantinopoli convenere, scripserint litteras ad Damasum de rebus hoc anno gestis in Synodo, nullam penitus habuere hujus canonis mentionem; qui quidem si sancitus esset, minime prætermittendus fuisset. Rursum vero quod hic canon adversari videatur superiori edito canoni; haud par est credere ab eadem Synodo eumdem esse decretum. Quonam modo, quæso, ex præscripto Nicæni Concilii voluit S. Synodus quibuscumque provinciis jura sua integra esse servata, si in præjudicium aliarum Ecclesiarum uni Ecclesiæ Constantinopolitanæ tanta contulit? Certe nisi canonem istum commenticium fuisse dixerimus; ille saltem post hæc primo decreta, postque Nectarii electionem sancitus esse dicendus erit, ab iis qui remanserunt Constantinopoli Episcopi Orientales; quorum (ut dicemus) tantum studium fuit, ut Orientalem Ecclesiam etiam præferrent Occidentali; ipsorumque decreto tunc factum, ut Episcopus Constantinopolitanus curaret Ecclesias non Thraciæ tantum & alias proximas, sed Asiæ quoque. Nam in Concilio Chalcedonensi, ubi actum est de jure ordinationis Episcopi Ephesini totius minoris Asiæ Metropolitani, hoc spectare ad Episcopum Constantinopolitanum, proclamarunt clerici ejusdem Constantinopolitanæ Ecclesiæ, id sibi ex hujus Synodi canone vendicantes: Hæc enim ibi leguntur (c): *Clerici Constantinopolitanæ Ecclesiæ clamaverunt: Ea quæ sanctorum Patrum centum quinquaginta sunt, teneant privilegia Constantinopolis, ne depereant: Ordinatio secundum morem ab Archiepiscopo nostro fiat.* Ita ibi. Et ne putes juris fuisse Episcopi Constantinopolitani Episcopum Ephesinum tantum deponere & ordinare; ex S. Joannis Chrysostomi Actis constat ipsum non solum ejus urbis Antistitem deposuisse, sed & alios plures Asianos Episcopos, aliosque in ipsorum locum substituisse. Quinctiam ex alia ejusdem Synodi Actione pariter intelligitur (d) Bythiniæ Provinciæ Ecclesia posita fuisse ex privilegio sub Diœcesi Constantinopolitana. At hæc quidem nonnisi hujus Synodi auctoritate potuit huic tempori proximus sibi vendicare Chrysostomus, qui successit Nectario, substitutus ipse Magno Gregorio, qui hoc anno in ejusdem Ecclesiæ thronum ab hac Synodo evectus est: haud enim par est credere tantum Episcopum ea sibi usurpasse absque majoris Synodi auctoritate.

(b) *Socr. l. 5. c. 2. & Sozom. l. 7. cap. 8.*

(c) *Concil. Constantin. Act. 11.*

(d) *Concil. Chalcedon. Act. 13.*

XXXVII. Denique canon (e) in hoc eodem Concilio statutus reperitur de accusationibus Episcoporum; novissime vero quo modo ab heresi redeuntes hæretici recipiendi forent. Quibus omnibus absolutis, hæc ad Theodosium Imperatorem iidem Patres simul convenientes conscripserunt (f):

Re-

(e) *Can. 6. & 7. ex libello Syn. Constit. to. 2. Concil.*

(f) *Extat in libello Constit. Synodic. t. 2. Concil.*

PAGIUS Nec enim Diœceses Synodis suis commissæ, Exarchis suis parebant, Pontica Cæsariensi, Thracica Heracleensi, Asiatica Ephesinu. Quare soli Episcopo Heracleensi injuria aliqua irrogata censeri potest. Quæ tamen injuria dici non debet, cum penes Concilium esset jus administrandi Ecclesiam Thracicam, sibi per Nicænam Synodum quæsitum, in alium Episcopum, vel in Constantinopolitanum transcribere. Neque opus fuit, ut *Anatolius* post Synodum Chalcedonensem canonem illum laudaret; cum a S. Leone urgebatur; cum eum apprime calleret Sanctus Leo, utpote in Concilio Chalcedonensi citatum. Imo Anatolius canonem illum protulit, ut patet ex epistola S. Leonis ad ipsum data, in qua his verbis ipsum compellat Leo: *Persuasioni enim tuæ in nullo penitus suffragatur quorundam Episcoporum ante LXX. ut jactas, annos facta subscriptio*, &c. Legenda quæ de hoc tertio Canone Viri doctissimi dissertarunt.

'A num.

Synodi ad Theodosium litteræ pro confirmatione.

Religionis ac pietatis observantissimo, Deique amantissimo Imperatori Theodosio sanctum Concilium Episcoporum, qui ex diversis Provinciis præfecturisve Constantinopolim convenimus.

Initio quidem nostri ad tuam pietatem scripti, gratias agimus Deo, qui tuæ pietati Imperium constituit ad communem pacem Ecclesiarum, & sanæ fidei confirmationem. Agentes autem Deo debitas gratias, necessaria quoque ea, quæ acta sunt in sancto Concilio, ad tuam referimus pietatem; nempe quod ex quo tempore ex mandatu tuæ pietatis Constantinopoli convenimus, primum quidem mutuam inter nos concordiam renovavimus; deinde vero breves etiam præscripsimus ac prænunciavimus quosdam quasi terminos, regulasve, quibus & Patrum qui Niceæ congregati fuerunt, fidem confirmavimus comprobavimusque, & quæ adversus eam obortæ sunt, perversas hæreses ac pravas opiniones extrema cum execratione ac detestatione reprobavimus. Præterea etiam ad recte constituendum ac ordinandum statum & disciplinam Ecclesiarum, certos canones statuimus ac præscripsimus. Quæ omnia huic nostro scripto subjecimus. Rogamus igitur tuam clementiam, ut per litteras tuæ pietatis ratum esse jubeas, confirmesque Concilii decretum: & sicuti litteris, quibus nos convocasti, Ecclesiam honore prosecutus es; ita etiam summam eorum quæ decreta sunt, conclusionem sententia atque sigillo tuo corrobores. Dominus autem Imperium tuum in pace & justitia stabiliat, transmittatque, & producat in multas & infinitas usque ætates & generationes, atque ad terrenam potentiam cælestis quoque regni gaudium & fructum adjiciat. Gratificetur Deus Orbi terrarum, ut te, qui re vera pietatis studiosissimus, Deique amantissimus Imperatores, valentem, omnibusque præclaris rebus florentem, & excellentem videat; id quod sancti etiam ab illo precibus ac votis petunt & orant. Hactenus Patres, qui his sancitos canones subjecere.

XXXVIII. Cur volunt confirmari ab Imperatore decreta Concilii.

Quod autem adeo studiose exposcunt statuta in Synodo ab eo confirmari, atque sigillo muniri; id quidem prudenter, quod eo modo sibi fidem Imperatoris stabilem duraturam oppignerarent; utpote qui experti essent Valentem Imperatorem in deterius esse mutatum. Porro eamdem Synodum Constantinopolitanam confirmatam fuisse a Damaso Papa Photius tradit in libello de septem Synodis: quod sane intelligendum est in his quæ spectant ad fidem Catholicam, ut ex sententia S. Gregorii paulo superius est declaratum. Cæterum auctoritate ejusdem Damasi, eadem ex parte, hoc Concilium constat obtinuisse nomen Oecumenici: eo enim nomine posteri omnes ipsum nuncupare soliti sunt. Etenim tantum roboris & firmitatis quælibet Synodus consequi solet, quantum eidem auctoritatis impertit Romana Ecclesia, ipsa Apostolica sedes; quod multis exemplis demonstratum est, & alias sæpe continget inferius diversis temporibus demonstrari.

XXXIX. De subscriptione Episcoporum.

Post hæc autem consecuta est subscriptio Patrum. ita tamen, ut nomina postea supervenientium Episcoporum, nempe Timothei Episcopi Alexandrini, Dorothei Oxyrinci in Ægypto Episcopi, & aliorum, immo & Nectarii, qui post abdicationem Gregorii creatus est Constantinopolitanus Episcopus, fuerint superadjecta. Sed perperam factum, nescimus a quo, ut quoniam Gregorius nuncium remisit sedi, qui ante subscripserat Episcopus Constantinopolitanus, inveniatur inter Episcopos Provinciæ Cappadociæ & ultimo loco positus, quasi non fuerit Constantinopolis Episcopus, sed Nazianzi. Nec est, quod quis dicere possit, post ejus abdicationem, & subrogationem Nectarii, Patres Synodo subscripsisse. Nam id omnino falsum esse, ex eo convincitur, dum subscriptus huic Synodo reperitur Meletius Episcopus Antiochenus, post cujus mortem liquet Gregorium sedem reliquisse, eamque tandem collatam fuisse Nectario, qui ultimo loco habitæ Synodo suum apposuit chirographum, sed librarius qui exscripsit, imprudens quidem (si tamen velimus dolum malum abfuisse) quod sciret sedem Gregorii collatam esse Nectario, sublato a Gregorio ejus sedis titulo, ne duo simul invenirentur subscripti Constantinopolitani Episcopi Gregorius, & Nectarius; illum inglorio patriæ tantum nomine, exiguæ civitatis Episcopum ultimo deposuit Cappadocum Antistitum loco, Nectarium autem titulo Episcopi Constantinopolitani in eadem subscriptione recensuit, quod scilicet absurdum sibi visum esset, duos ejusdem sedis ibidem Antistites nominari.

XL.

Licet autem ita, ut dictum est, sacro-

PAGIUS

X. *Gregorius Nazianzenus Sedem Constantinopolim relinquit.*

A num. XL. ad LXXXI. Amphilochius in Vita Sancti Basilii de Gregorio Nazianzeno scribit: *Qui & annos circiter duodecim Apostolicæ Sedis gubernacula tenuit.* Gregorius Presbyter in Encomio, quo texit Vitam *Gregorii*, duodecim annos ipsum Constantinopoli commoratum esse scribit, Nicephorus Patriarcha annos ei XII. attribuit. Idem habent Menæa die XXX. Januarii in memoria trium Sanctorum Ecclesiæ Doctorum. Denique Cedrenus ait, decenniam & paulo amplius Constantinopoli moratum esse Gregorium. Et tamen certum est, hunc non amplius quam triennio in ea urbe docuisse. Baronius existimat, hos Scriptores duodecim illorum annorum principium ab anno CCCLXX. deduxisse, ideoque valde hallucinatos esse. Combefisius in Notis ad Vitam S. Basilii ab Amphilochio compositam idem scribit. At incredibile, eos in tam crasso errore versatos esse, dicendumque, illos *Gregorio Nazian-*

Baron. n. LIV. & seq.

Baron. n. 378. n. LI.

zeno

De obitu Meletii Episcopi Antiocheni.

sancta Synodus fuerit absoluta, atque præsentium Episcoporum subscriptione firmata; novi tamen eventus retinuere Patres ne recederent Constantinopoli, sed illic diutius morarentur. Fuit moræ prima causa, ex qua aliæ confluxere, obitus Meletii Episcopi Antiocheni, viri quidem ob consummatam longævam ætatem in exiliis, ad quæ ob tuendam Catholicam fidem tum a Constantio, tum a Valente Brianis Imperatoribus sæpius pulsus fuerat, aliaque pro pietate officia honestissime persuncta, omnium ore laudati, summaque veneratione ab omnibus culti. Laudavit eum tunc Gregorius Nyssenus (a) panegyrica illa oratione, cujus est exordium: *Auxit nobis numerum Apostolorum novus Apostolus, qui cooptatus est in ordinem Apostolorum, &c.* Inimo ante ipsum alius ex Patribus, fortasse Amphilochius disertissimus vir, pro concione pariter ejusdem prosecutus fuit laudes Meletii: quod Idem Gregorius illis verbis testari videtur, quibus ait (b): *Meministis omnino, quemadmodum vobis ante hanc nostram habita oratio labores & certamina viri exposuit, quod cum per omnia sanctam Trinitatem honoraret, etiam in numero certaminum honorem conservaret, ut qui in tribus incursionum tentationibus decertaverit; audistis continuationem, contextum & seriem laborum, qualis in primis, qualis in mediis, qualis esset in postremis, &c.* utpote qui sub Constantio primum, inde sub Juliano, demum sub Valente Augustis gloriosa pro fide certamina obiisset. Quomodo autem publico & celebri funere fuerit honoratus, idem Gregorius in fine sic habet:

(a) *Greg. Nyss. orat. in funere Meletii.*

(b) *Greg. Nyss. ibid.*

XLI. *Funus Meletii.*

Exponite bonas narrationes, dicite miraculum, cui fides derogetur: Quomodo maris in modum condensati, innumerorum hominum populus, unum continuum corpus universi erant, tamquam aqua quædam circa tabernaculi pompam æstuantes: Quomodo præclarus David multifariam multisque modis in innumeros ordines sese distribuens, inter diversæ simul & ejusdem linguæ homines circa tabernaculum tripudiabat & saltabat. Significat hac figura Gregorius diversorum ordinum psalmodiam, qua venerandum corpus prosequebantur. Sed addit de luminaribus: *Quomodo utrinque quasi ignei amnes continentibus facibus, tractu continuo perpetuoque fluentes, quoad oculi longissime prospicere possent, porrigebantur. Exponite studium totius populi, Apostolorum contubernium, quomodo sudaria faciei ejus ad præsidium atque custodiam Fidelium discerpebantur. Adjiciatur orationi etiam Imperator mærens ob calamitatem, & e solio exurgens, totaque Civitas una cum pompa Sancti transiens; & consolamini vos invicem in sermonibus istis:* post hæc vero de Meletio in cælo cum Deo agente: *Intercedit autem pro nobis & populi erratis, &c.* Hæc Gregorius Nyssenus coram amplissimo Patrum Senatu; ut probe intelligas, id ipsum esse professum, quod universum Concilium & cum eo Catholica Ecclesia pie crederet, sanctos in cælo pro nobis apud Deum preces fundere.

XLII. *Meletii corporis translatio Antiochiam.*

Translatum deinde fuit corpus ejus Antiochiam, ibique summo honore exceptum, anniversariaque celebritate perpetuaque memoria consecratum, nomine ejus relato in tabulas Ecclesiasticas die festo jugiter celebrando. Avoluto autem lustro, postea S. Joannes Chrysostomus (c) in laudem ejus habuit frequenti populo concionem. Quod vero tertio Idus Februarii Meletii memoria in publicis monumentis legatur adscripta; non quidem quod ea die ex hac vita migrarit, id factum est; cum constet æstivo tempore esse defunctum, sed quod, more majorum, vel ea die fuerit Episcopus ordinatus, vel forte quod Constantinopoli Antiochiam ea die transferri contigerit. De cujus translatione Gregorius Nazianzenus ita jambicis breviter agit (d):

(c) *Extat apud Lipom. die 12. Febr. & Sur. t. 1. eu die.*

Ecclesiamque vectus est post ad suam
Thesaurus ingens, hoc bonum agnoscentibus.

(d) *Greg. Naz. in Carm. de vita sua.*

Rursum vero de translatione reliquiarum Meletii hæc Sozomenus (e): *Meletii reliquiæ Antiochiam translatæ, juxta loculum Babylæ martyris conditæ fuerunt. Fertur autem eas regia continue via ex Imperatoris mandato intra mœnia in civitates fuisse receptas præter consuetudinem Romanis usitatam, & alternatis psalmorum cantibus unoquoque in loco honoratas, donec Antiochiam usque transportarentur.*

(e) *Sozom. lib. 7. c. 10.*

Hæc

PAGIUS

zeno attribuisse tempus, quod ab anno trecentesimo septuagesimo nono, quo Constantinopolim se contulit, usque ad mortem ejus fluxit.

XI. *Nunquam abjecit curam Ecclesiæ Constantin.*

Licet enim Sedem Constantinopolitanam hoc anno abdicasit, ea tamen quæ ad Catholicam Fidem spectare videbat, gnaviter semper implevit. Sic *Apollinaristis* rursus Conventum facientibus, dormientem in his *Nectarium* Constantinopolitanum Episcopum, scriptis ad eum literis, ad tanti mali depulsionem & correctionem hortatus est. In eo tamen ab aliquibus ex citatis Scriptoribus erratum, quod tradiderint, Nazianzenum per annos duodecim Constantinopoli moratum esse. Qui error inde profluxit, quod in antiquis Auctoribus legerant, eum per annos duodecim Ecclesiæ Constantinopolitanæ curam gessisse, a morte nempe Valentis, seu anno CCCLXXIX. ad trecentesimum nonagesimum primum, quo ad Deum migravit. Nam si rigorose loquendum sit, paucis hebdomadis Gregorius Episcopus Constantinopolitanus fuit; cum eadem Synodo & renun-

tiatus

Hæc Sozomenus. Gregorius Nazianzenus de eodem S. Meletio tradit, ipsum morientem commendasse Episcopis pacem Ecclesiæ: Ex cujus plane sententia, de non subrogando aliquem in locum ipsius a prudentioribus in Synodo agi cœptum, idem Gregorius affirmat; sed per factiosos quosdam Flaviani studiosos, qui in locum Meletii sufficiendum ipsum Flavianum Antiochenum presbyterum conabantur, conflatæ sunt turbæ, tumultusque concitati non leves; de his enim ita Gregorius:

Actum in Synodo de ordinando successore Meletii.

De non movenda re statim cœptum est agi;
Quam turbulenti scilicet urgebant viri:
Hos molientes improbi, ut tunc unico
Opponeretur Præsuli Præsul novus.

Jam dictum est, divisum a tempore Juliani, citra tamen schisma Orientem ab Occidente ob Meletium atque Paulinum Catholicos Episcopos Antiochenos, studuisseque Orientales Meletio, Paulino autem, quem creaverat Lucifer Calaritanus, favisse Ægypti Episcopos & omnes Occidentales. Porro seniores, prudentioresque pacis cupidi Patres ex facta jam ante transactione, quam diximus, cessandum esse ab ordinando successore Meletii, æqua lance rem tantam pensantes, existimabant: erat autem minor longeque inferior horum numerus, respectu eorum qui contrariam suadebant, indigne ferentes ordinatum ab Occidentali Episcopo præesse Orientalibus populis.

XLIII. Sententia Gregorii Nazianzeni celeberrima.

Cum de tanto negotio Patrum sententiæ rogarentur, Gregorius Theologus gravissimam sane sententiam dixit: cui quidem si paruissent cæteri, ingens illa discordia fuisset penitus consopita, immo prorsus extincta: suadere enim conatus est, ut sineretur Paulinus jam ætate consumptus, paucis diebus quibus vita superstes foret, solus sedere Episcopus Antiochenus; eo vero defuncto (ne quid suorum jurium Orientales dispendii paterentur) in defuncti locum tunc subrogarent quem cuperent; ita namque fore, ut Oriens & Occidens summa concordia jungerentur; quod si secus fieret, discordias novas iterum pullulare, & veteres recrudescere oportere.

XLIV. Hanc autem ipsam quam Gregorius sententiam dixit, in Vita sua carmine scripta, jambicis exaravit metris, ubi post multa, quibus eos ad pacem exhortaretur, & exacerbatorum molliret animos, dicta, quid ipse sentiret, his explicat:

Thronum retineat, qui tenuit ad hunc diem,

nempe Paulinus.

Quid hoc nocebit, paula si diutius
Nos lugeamus hunc virum, mos ut vetus
Ferebat? Ætas post dabit cana exitum
Rebus secundum, quique mortales manet
Omnes caduca terminus vitæ: bonus
Abibit ille morte, quo pridem cupit,
Functus, datori spiritum reddens Deo.
Plebisque tum nos scilicet concordibus,
Antistitumque calculis prudentium,
Alium, favente Spiritu, dabimus throno,
Si forte præsens opprimi poterit malum.

felum sane probumque consilium; & post multa:

Cedamus ipsi paululum, palma amplior
Hinc ut paretur, nosque servemur Deo,
Servemus atque perditum Orbem pessime, &c.

At quid consultissima hac sententia profecit Gregorius? nihil prorsus: tantumque abfuit, ut quod vellet persuaderet, dissidentesque in concordiam revocaret; ut contrariæ factionis Episcopos magis magisque ad iram provocarit, reddideritque eorumdem animos odio concitatos, in se ipsum hæc sapientissime perorantem,

Gregorius favere visus Occidentalibus concitat adversarios.

PAGIUS

tiatus sit Episcopus & exauctoratus. Certe hoc anno III. Kalend. Aug. quo Theodosius dedit Legem 3. Codicis Theodosiani *De Fide Catholica*, jam *Nectarius* Episcopus Constantinopolitanus erat; ejus enim in ea Lege mentio. Liquet præterea ex eadem Lege, eo die jam finitum fuisse Concilium Constantinopolitanum, cujus ideo Canones recte ideo præferunt diem septimum Iduum Juliarum.

XII. Meletii obitus.

In Lege 3. Codicis Theodosiani *De Fide Catholica*, memorantur *Nectarius* Episcopus Constantinopolitanus, & *Timotheus* Alexandrinus Episcopus; Episcopi vero Antiocheni nulla mentio fit, quia paulo post absolutam Synodum *Meletius* Episcopus Antiochenus mortuus est, cui *Flavianus* per factiosos quosdam substitutus fuit, cujus electioni Catholici refragati sunt: unde de novo schisma in Ecclesia Antiochena obortum. Igitur cum Theodosius ea

Baron. n. XL.

Lege Catholicorum Episcoporum exempla prælata vellet, Antiochenæ præferre non potuit, utpote cujus communioni Catholici communicare nollent, ut recte Gothofredus in Commentario hujus Legis. Lex 8. ejusdem Codicis *De Hæreticis*, dicitur data *XIV. Kal. Aug.* ideoque post celebratum Concilium Constantinopolitanum, non vero dum illud ageretur, ut perperam scribit Baronius. Denique Theodosius *VI. Nonas Maii* Legem 1. Codicis Theodosiani *De Apostatis*, emisit, qua iis, qui ex Christianis Pagani fierent, testandi facultatem eripuit. Primus *Theodosius* fuit, qui non tantum in Paganorum ritus, quod superiores Principes fecerant; sed etiam qui in Apostatas, e Christianis ad Paganorum ritus transeuntes, quod alii Imperatores nondum fecerant, insurrexit. Legendus rursus Gothofredus in illius Legis Commentario.

juſtaque ſuadentem, infenſos ac plane implacabiles; utpote qui illis viſus eſſet ab Occidentalibus ſtare, eorum cauſam fovere, patrocinarique ſententiæ Damaſi Romani Pontificis Paulino ſtudentis: id enim verſibus illis Gregorius ipſe ſignificat, quibus ait:

Hæ conciones comprobant noſtræ, licet
Saxis petitæ; livor unde in me improbus
Exarſit.

& quæ ſequuntur:

XLV. Cæterum qua cœperat animi conſtantia dicere quod æquum, utile, omniquc ex parte optimum videbatur, eadem perſeveravit in finem, conteſtatus ſe ceſſurum throno potius, quam ut illis injuſta, damnoſa, in omnibuſque peſſima decernentibus, inhæreſceret: quod his quoque verſibus explicat:

At mihi carentem vos throno concedite
Vitam, periclo liberum, etſi ingloriam:
Illic ſedebo, nulla ubi ſedes malis.
Hoc namque præſtat, cæteris quem ut miſceur,
Meamque nec eos flectere in ſententiam
Poſſim, nec illos rebus in pravis ſequi, &c.

Quid demum illi poſt noviſſimam hanc conteſtationem Gregorii; ipſum probe deſcribentem audiamus; ait enim:

Seniores ſequuntur juvenum ſententiam.

—— Clamitant illi undique,
Ut graculorum turba, rem unam moliens
Juvenum caterva (quam tabernam diceres)
Trahenſque turbo pulverem venti æmulè:
Dignatus eſſet cum quibus nemo metu
Sancte, thronoque præditus, quicquam loqui:
Præpoſtere ut qui funderent verba, &
velut
Veſpæ inſilirent concite in frontem impetu.
At hos ſecutus eſt tamen cætus ſenum
Motus juventæ fervidos, quos par erat
Frænare. Hæc ipſe.

At non omnes puto ſenes Orientales de electione Flaviani tumultuantes alios eſſe ſectatos, ſed ex iis aliquos erga eumdem Flavianum nimium ſtudioſos; reſiliiſſe autem ſanctiſſimos confeſſores veri amantes, quibus æque ac Gregorio mens nulla privata cujuſquam flecteretur affectione.

XLVI. Cæterum minime levis hæc quidem culpa fuit, noxave tenuis, ſed ea plane quæ turpem illis notam inuſſit; cum præſertim qua ratione, quoque prætextu rem prorſus iniquam velarent, nullum habuerint: cum iidem miſeri ut conſulerent pudori, primorum inſtar parentum, opus habuerint conſuere ficus folia, quibus denudata peccato verenda contegerent. At quænam iſta? ridebis cum Gregorio, ſi audias. Factioſi enim illi quo probarent præſtare Orientalem Eccleſiam Occidentali, quod omnibus aliis deſtituerentur probationibus & argumentis, unam illam rationem afferebant, dicentes: Quoniam Chriſtus in Oriente natus eſt, idcirco potior eſſe debet auctoritas Orientalis Eccleſiæ. Scite quidem, niſi eadem ratione contra eos dicendum quoque fuiſſet, Ægypti provinciæ, quæ jungitur Judæorum regioni, in qua natus eſt Chriſtus, potiora eſſe jura debere, quam aliarum remotiorum provinciarum; ob eamque cauſam controverſiam illam adjudicandam fore Paulino; cujus electioni (ut ſæpe diximus) favit in primis Magnus Athanaſius, & omnes Ægypti Paſtores. Futile argumentum adverſariorum.

XLVII. At indignam prorſus tanto cœtu ſententiam, & perpetuo ſilentio condemnandam, ipſe Gregorius deridet hiſce verſibus:

—— Ratio porro quam ſcita, aſpice:
Debere noſtras nempe res Solem ſequi:
Ortum hinc trahentes, unde reguntur poli
Nobis, amictus carne, primum ſplenduit.

& inferius his alludens.

Adverſa ſtabat his tumens Phœbo phalanx.

Porro qualeſnam eſſent, qui adeo inſulſa effutirent, pluribus docet, nempe Epiſcopos, qui temporariam ſolerent habere fidem & cum Principibus mutarentur, quorum arbitrio ſolerent eſſe Catholici, vel hæretici: horum vero inconſtantiam, & perditum ſtudium idem Gregorius hac ſugillat ironia (a):

Alloquimur omnes: intret huc quiſquis volet,
Fidem licet bis, pluries aut verterit.
Nunc nundinarium tempus eſt, quæſtu ſine
Nullus recedat. Verſa erit quando alea,
(Mutationem facile unum tempus capit)
Artem ipſe calles: protinus rurſum exeas.

(a) Greg. Naz. in carm. de vita ſua. Quales Epiſcopi tumultuantes.

Hæc ipſe, & alia plurima de iiſdem omni contemptu dignis Epiſcopis.

XLVIII. Ex quibus colligere potes, quali quantove libramento juſtitiæ, Romana Eccleſia hujus Synodi canones reſpuerit, & tantum quæ de fide ſtatuiſſent, ſecernens pretioſum a vili ſumma auctoritate ample-

xa

xa fuerit; utpote, quod nihil præterea novi in eu apposuissent, sed quod antiquitus traditum, divinis Scripturis probatum, a veteribus Patribus custoditum, & a recentioribus Scriptoribus declaratum, nimirum a S. Basilio, qui decesserat, & Gregorio Nazianzeno atque Nysseno, qui aderant; quod vero magnæ videbatur esse securitatis atque fiduciæ, omnia iidem decrevissent secundum quod acceperant per recitatum in Synodo volumen Damasi ab Occidente. At cur, dices, summa auctoritate idem Damasus ejusmodi Synodum honestavit, paremque Nicænæ esse statuit, cum eidem Oecumenicæ nomen indiderit, utpote eum qua tum Oriens, tum Occidens conspirarint consenserintque, si tamen indignam existimavit, cujus præter id quod de fide in ea statutum fuisset, cætera probarentur? Ex nuper dictis causam ipse conjicere poteris, quam tibi apertius pandam.

Consilium Damasi de Concilio Constantinopolitano Oecumenico nominando.

XLIX. Intelligis, puto testificatione Gregorii Nazianzeni, quales exceptis paucis, tunc esse solerent Episcopi Orientalis Ecclesiæ, quo modo fidem habere consueverint pro ratione temporis mobilem, & nonnisi ad privatum commodum accommodatam: cujus quidem rei non Gregorius dumtaxat, sed & Basilius suis scriptis locuples testis accedit, ut suo loco superius est demonstratum. Quod erga Macedoniana & Eunomiana hæresis invaluisset in Oriente, licet eam Damasus in Concilio Romano damnasset; cum idem percepisset ab amplissimo Patrum conventu, ab omnibus inquam qui tunc post persecutionem colligi potuerunt Orientales Episcopi, ipsas damnari, Nicænamque fidem firmius stabiliri; oblatam ansam libenter arripiens, quo eosdem motu leves in officio contineret, firmaretque, ipsi Synodo summam est impertitus auctoritatem, ut sic iidem suis ipsorum vinculis firmius stringerentur, qui posthac nefas ducerent, quod summo consensu fuerat institutum, & ab Occidentalibus receptum, ac sublimi loco repositum, solita levitate convellere, atque infringere temeritate. Quod quidem consilium Damasi magno fuisse Catholicæ Ecclesiæ emolumento, eventus edocuit. Sed ad res in Synodo gestas redeamus.

L. Quod autem in ea Synodo suprema videretur esse Gregorii Nazianzeni auctoritas, tum ex eminenti doctrina, fideque Catholica, tum optimis moribus longo usu rerum ad senectam usque indefesso studio propagata (ut omittam dicere de throno sublimi, in quem nuper evectus erat) haud ausi sunt improbi tentare tanti viri constantiam, quem cuperent ad vota pertrahere, quo æstimatione Gregorii suam ipsorum valerent turpitudinem honestare. Quid faciunt contentiosi illi & male compositi juniores Episcopi? Quod scirent & reliquos seniores Episcopos invitos obtortoque collo ab eis traduci absque Gregorio; ausi sunt illud ipsum quod conabantur de Flaviano per ejus familiares eidem suadere. At quam procul absuerit ut ab his ipse Gregorius ageretur in præceps, ita idem narrat (a):

Tentatur Gregorii constantia.

(a) Greg. Naz. in carm. de vita sua.

Quid me necesse est dicere, quibus vocibus
Ab his amicis nostra cauicies fuit
Tentata? cum illi cederent primas mihi,
Aliquid petentes pro fide summa
A fido amico, sed fide summa in malis:
Nempe ut juvarem rebus hos in omnibus:
In omnibus ne? Finxit hoc quisnam sibi,
Quo turbam sequerer ipse, non gnatum Dei?
Natura sursum fontium tendet prius,
Partesque ad imas flumma labetur vorax,
Quam quid salutis perfidus prodam meæ.
Eximere cæpi hinc ipse de medio pedem.

sicque indignans abscessit e Synodo.

LI. Quid demum? Cum e Synodo Gregorius recessisset, qui remanserunt communibus votis eligunt Flavianum presbyterum Antiochenum Meletii successorem: sicque continuata est prior discordia, ut unius Ecclesiæ Catholico populo duo præessent Episcopi, nempe Paulinus, atque Flavianus: sed & his defunctis, eorum successores in locum ipsorum suffecti, adeo ut usque ad annum Domini quadringentesimum octavum minime valuerit (licet plurimum in hoc insudaverint sanctissimi viri) schisma componi; quod tandem per Innocentium Romanum Pontificem vix potuit, reddita pace, tolli. En vides quam bene consuluerit Gregorius sapientissimus architectus, & quam male consilium juvenum reliqui secuti fuerint seniores. Laudanda magnopere enituit in his fluctibus Damasi Pontificis Maximi incomparabilis longanimitas, qui licet id minime probarit quod egerant, haud tamen nexu excommunicationis eos obvolvit, ne magna scissura in duas Ecclesiam Catholicam partes divideret, separaretque ab invicem totum Orbem: sed tum ipse, tum posteri successores opportuna tolerantia agendum existimarunt, officiis potius & beneficiis adversarios demerentes, prout inferius sæpius ac pluribus dicturi sumus.

Flavianus Episcopus Antiochenus eligitur.

LII. Rem indignam indigne adeo Gregorius tulit, ut non e Synodo tantum, sed ex ipsius Episcopatus ædibus (ut ipse testatur) excesserit, quo significaret se potius absque Episcopali functione otiose vitam acturum, quam ut talia tantaque adversus jus nefasque tractari conspiceret. At illi qui ejus secessione debuerant emolliti;

ni; ut quem pro Occidentalibus agentem experti fuerant adversantem, e throno prorsus dimoverent, novam oblatam sibi recens occasionem quam libentissime arripuere: Quænam autem ista fuerit, rerum ordo postulat ut dicamus.

LIII. Timothei Episcopi Alexandrini adventus Constantinopolim.

Timotheus Episcopus Alexandrinus venit hoc tempore Constantinopolim una cum suis, & cum eo aliquot Episcopi Macedoniæ, acciti hi quidem omnes, ut ipsorum quoque sententia componerentur res Antiochenæ: sed cum pervenissent, resque deploratas ob electionem Flaviani reperissent, indignantesque ipsis non expectatis, sedem Gregorio confirmatam, quam ante Ægyptii tempore Maximi improbaverant; ejus promotionem, ut illegitime factam cœperunt arguere, negantes fuisse id juris Episcopi Antiocheni, nempe Meletii. Etenim Episcopus Alexandrinus, quod primæ sedi post Romanam præesset, id ad se spectare contendebat, atque jam Timothei prædecessor Petrus in ordinando Maximo ejusdem sedis Antistite quasi jus debitum antea vendicarat. Quin & post hæc, scimus, defuncto Nectario ejusdem sedis Episcopo, in ordinatione Joannis Chrysostomi ejus successoris requisitum esse consensum Theophili tunc Episcopi Alexandrini, ut Socrates (a), Sozomenus (b), atque Palladius (c) tradunt. Verum hæc de exturbatione Gregorii, ipsius auctoritate narremus, & in primis quæ de adventu Ægyptiorum ac Macedonum Episcoporum ipse narrat his versibus (d):

(a) Socrat. lib. 6. c. 2. (b) Sozom. lib. 8. c. 2. (c) Pallad. in dialog. de Actis S. Jo. Chrys. (d) Greg. Naz. in carm. de vita sua.

Veniunt repente: nam vocati, fœderi
Ut sancienda jungerent vires suas,
Niloticique, Macedonesque, operarii
Mysteriorum seduli & legum Dei,
Inhalitantes Hesperium in nos & grave,
Adversa stabat his tumens Phœbo phalanx,

Discordia inter Ægyptios, & Orientales.

Hæc idcirco Gregorius, quod Ægyptii atque Macedones tuerentur partes Paulini, Orientales vero partes fuerint consectati Meletii. Ægyptii ergo atque Macedones, cum cernerent ipsos Orientales, contempta pace de electione Antiocheni Episcopi decrevisse; & ipsi nulla habita communis concordiæ ratione, confirmationem (ut dictum est) Gregorii ab ipsis factam impugnare cœpere, non quidem in odium ipsius Gregorii, sed in invidiam Orientalium Episcoporum: quod idem Gregorius testatur his verbis, cum pugnas inter eos acerbissimas excitatas recenset:

Odio quidem non tam mei, vel ut in throno
Alium locarent, quam dolorem ut ingererent
Aliquem his, throno me fixerant qui in Præsules.
Saltem remotis hoc mihi interdum arbitris
Ipsi asserebant. Non enim nec pristinas
Se ferre posse, nec novas injurias.

Ægyptii Episcopi quales erga Gregorium.

Et quidem haud poterant, qui partes Occidentalium tuerentur Ægyptii atque Macedones Episcopi, non bene velle Gregorio, qui (ut demonstratum est) tam vehemens pro componenda pace Occidentalium Episcoporum susceperat patrocinium, adeo ut eisdem diserta oratione & vehementi contradictione restiterit. Sic igitur erat causa Gregorii, ut in eum, a quibus collocatus in throno fuerat, Episcopi Orientis ob defensionem causæ Occidentalium infenso animo essent, & Occidentales ipsi in odium Orientalium de sede illegitime occupata negotium illi facesserent. At quonam, rogo, animo Gregorius ista tulit? Ipsum audi, ante stomachatum in Episcopos ob res inique perpetratas, cum jam secessionem paravit, ait enim:

Movere at ista cœpit ut primum hæc cohors;
Effringo vincla, traditamque ansam libens
Arripio, &c.

LIV. Gregorius concionatur in Synodo de pace.

At non sic quidem abscessit Gregorius, ut quod erat officii prætermitteret, nempe ut ad simul conciliandos eos tam aspere inter se concertantes sequester medius intercederet. Tunc enim orationem de pace habuit, quam tertiam ordine positam dicunt, cujus est exordium (e): *Pax amica, non re dumtaxat, sed nomine quoque ipso suavis, &c.* Ibi autem post multa, quod ad causam de qua agitur spectat, hæc habet: *At nunc alii, mea quidem sententia, per quam misere mutuis opibus, auxiliisque fulciuntur; adeo ut mundus, qui diuturno labore vix tandem & paulatim, nec sine plurimi cruoris effusione collectus fuerat, in duas jam contrarias partes distinctus sit: quicumque autem paci student, medeosque se profitentur, ab utrisque male mulctentur, utpote qui vel contemptui sint, vel etiam bello lacessantur. A qua parte cum ipsi quoque hodierna die stemus, qui hæc reprehendimus, ac propterea cathedram certaminis invidiaque plenam accepimus; haud mirandum erit, si ab utroque laceremur & proculcemur, ac post multos sudores & ærumnas de medio submoveamur; ut sublato jam omni obice atque interstitio, cominus atque omni animi ardore sese mutuo convulnerent. Enim vero hæc sedare atque comprimere, maxime quidem Dei fuerit*

(e) Greg. de Pace orat. 3.

omnia

omnia amicitiæ vincula sanstringentis; deinde autem & hominum earum, qui virtutem summo studio colunt, & concordiæ bonum cagnitum atque perspectum habent, &c. At licet hæc Gregorius sapientissime perorasset, altercantium tamen aures pertinacia & obstinatione simul obductæ nihil admittere poterant, quod Christiana professio suaderet.

LV. Eodem ferme tempore, cum adversarii oblatrantes in Gregorium, de eo sparsissent in vulgus, non defendendæ veritatis amore Constantinopolim se contulisse, sed ejus sedis cupiditate incensum; idem Gregorius egregiam illam habuit Apologeticam orationem, cujus est titulus: *De non affectata cathedra Constantinopolitana*. Sed licet animis affectibus vacuis hæc plus satis persuasa essent; apud adversarios tamen odio turgescentes nihil omnino profecit, ut erga ipsum (quod dignum erat) æquanimiores redderentur, sed contra exasperarentur magis. Re igitur penitus desperata; Gregorius quod ante fuerat meditatus, jam perficiendi tempus opportunum accepit, oblatamque occasionem abdicandi se Episcopatu libenter atripuit: eo nimirum justo dignoque prætextu, ut quia suæ causa sedis inter se mutuo concertarent Episcopi, ea sublata, tamquam obstaculo quodam medio interjecto remoto, dissidentes sanctæ unitatis fœdere jungerentur in unum; præstare quidem ratus, ut sedis suæ jactura, omnes concordiam mutuamque pacem inirent. Quamobrem ipsam Synodum ingressus, ut desinerent inter se mutuo concertare, & procellosis exagitati fluctibus, tandem reddita tranquillitate quiescerent, cohortatus; ut alter Jonas, devovere se mari, suæque sedis dispendium perlibenter fore passurum, liberaliter obtulit; quod & ingenue præstitit: hæc enim ipse his jambis (a):

Gregorius ob pacem sedi renunciat.

(a) Greg. Naz. in carm. de vit. sua.

Tempusque nactus cammodum, in medio affero
Hæc dicta cœtu: Vos viri, quas hic Deus,
Grata statuatis ut suo quæ numini,
Junxit, videte postero de me loco.
Quid namque de me, cœtus hic si maximus
Consideretur, fiat, haud magni interest.
Erigite mentes altius vestras, precor:
Caste in unum: vos amor tandem liget,
Quousque sævi ut & truces ridebimur:
Præterque pugnas omnium ut rerum inscii
Dexteras amici fœderis date invicem.
Ega vero Jonæ (b) facinus excelsum æmular.
Me pro salute da libens nostræ ratis,
Licet excitati turbinis causa haud siem,
Nas forte captar mergite insano mari:
Nos hospitalis cœtus excipiet. Sit hoc
Concordiæ vobis initium: pergite
Ad cuncta deinceps alia. Latitudinis (c)
Locus hic vocetur. Splendidior hinc surget mihi,
Si stetis in me, &c.

(b) Jona 1.

(c) Gen. 26.

Hæc & alia ad eos Gregorius, egregia plane comparatione alludens etiam ad puteum, quem post multa Philistinorum jurgia S. Patriarcha Isaac effodiens, absque altercatione possedit, ob idque eum *Latitudinem* nominavit. Et quidem puto ex verbis his Gregorii in magna Synodo coram Patribus dictis, factum esse, ut locus ille, ubi ejusmodi Concilium celebratum fuit, nuncupatus esset *Concardia*: id enim S. Joannes Damascenus testatur (d), cum ita air: *Erant in oratoria reliquiæ Pantalemoni & Marini martyrum. Quod quidem aratarium, Cancordia nominatur; quoniam illic centum quinquaginta Episcopi, Theodosio Magno Imperatore regnante, in eandem sententiam convenere.* Hæc ipse.

Locus Synodi Concordia nuncupatus.

(d) Jo. Damascen. de Imag. li. 3.

LVI. Sic rebus dispositis, haud fuit qui (ut par erat) Gregorium sedere coegerit. Etenim Orientales, a quibus fuerat in thronum illum impositus, in ipsum ob denegatum Flaviani electioni suffragium subinsensi, se frigidos justissimæ causæ exhibuere defensores. Ægyptii autem atque Macedones, quod infectum irritumque reddere cuperent quicquid ab illis non expectato ipsorum adventu de Antiochenis rebus decretum fuerat, æque passi sunt Gregorium sedi cedere; qui de Synodi consensu subdit:

Cur Gregorius abire permittitur.

Facilis repente cœtus assensit mihi.

Si quis autem requirat quantum temporis Gregorius ipse sederit; certe quidem habita ratione ejus in throno sessionis, cum hoc anno (ut dictum est) ipse in sede collocatus fuerit ab hac ipsa Synodo, rursum autem cum in hac eadem Synodo se abdicarit; paucas sane numerabit hebdomadas, ne dicam menses: unde ipse inferius ad eosdem:

Heri locastis in throno, nunc pellitis.

LVII. Porro egressus e Synodo Gregorius (ut ipse tradit) ad Theodosium Imperatorem se contulit, quem enixis rogavit precibus, ut acquiesceret ob totius Ecclesiæ pacem, sedem quam acceperat Constantinopolitanam altercantibus se relinquere Episcopis, ut ita inter se mutuo digladiari desisterent; fore namque, ut jurgiorum causa submota, tot fluctibus exagitatis Ecclesiis optata diu tranquillitas redderetur, quo nihil excogitari posset utilius universo cui ipse præesset Imperio. Sed quid ad

Gregorius adit Theodosium Imperatorem.

hæc

hæc Theodosius? ipsemet subdit Gregorius (*a*):

(a) Greg. Naz. in carm. de vita sua.

His Imperator vocibus plausum dedit,
Aliique pariter. Cedit at votis meis
Ille haud libenter, ut ferunt: cedit tamen.

LVIII. Erat quidem Theodosius Imperator ergs Gregorium propensiori animo, quem venerabstur ut dignissimum sacerdotem, atque colebat ut amantissimum patrem, cumque excipere conviviis consuevit, quibus tandem caruisse, ad quæ abducebatur invitus, Gregorius maximo lucro duxit. Id quidem ipse alibi testatur his verbis (*b*): Non *jam*, inquit, *Imperatori, ut prius, contubernalis erit Gregorius, utrò suo nonnihil gratificans, atque inter medios epulones tristis & tacitus accumbens, ægre anhelitum ducens, & servilem in modum edens*. Hæc ipse.

(b) Greg. Naz. in carm. de vit. different.

LIX. De oratione Gregorii ad centum quinquaginta Episcopos. His diebus idem Gregorius cum sedi ouneium temisisset, in primario urbis templo, ubi aderant omnes illi Episcopi numero centum quinquaginta, egregiam, eamdemque novissimam habuit orationem; cujus est exordium: *Quomodo res nostræ vobis se habere videntur, o cari pastores*, &c. est quidem oratio ejusmodi, ut neminem, qui Gregorii ante actas dignissimas actiones accurate consideret, eam sic eis putem oculis perlecturum. In ipsa igitur magna Synodo, centum simul ac quinquaginta Episcopis considentibus, perorans Gregorius, ut alter Samuel (*c*) populum contestatus, vel ut alter Paulus (*d*) Ephesios, primum omnium cunctarum a se gestarum rerum, ex quo tempore Constantinopolim venit, exactam redditurus rationem, quo statu illas collocatas invenerit, & quo relinquat, ob oculos ponit; nempe e gutta progressum fluvium, e scintilla fornacem globos igneos in cœlum extollentem, atque e granos sinapis arborem erevisse, demonstrans; aliisque his similibus usus exemplis, quantum profecerit insinuans, labores, ærumnas, quas subierit, contumelias, jurgia, atque mortis pericula, quæ a fidei hostibus passus sit, quæve ab invidis & amicis dolose agentibus pro gratia receperit mala, adducit in medium tamquam vivos testes pro ipso Gregorio in adversarios inclamantes. Ipsam insuper tamquam monilibus ornatam sponsam, Constantinopolitanam Ecclesiam, coram omnibus repræsentat, quæ expurgata nigredine Ariana, abstersisque aliis sordibus hæreticorum, Catholicæ fidei candore refulgeat, sacrorum ministrorum nitore splendeat, sacratum virginum agminum decore reluceat, emicetque egregiis totius populi vitæ cum integra fide moribus; ac denique (ut paucis absolvam) omnibus charismatibus insignita, longe lateque nitescat; pro quibus omnibus quid sibi ab illis compensari optet, ita declarat (*e*):

(c) 1. Reg. 12.
(d) Act. 20.
(e) Greg. Naz. orat. ad 150. Episcop. vet. edit.

Quid igitur est, inquit, *quod dico? Non enim gratuitus virtutis sum cultor, nec in eam virtutis magnitudinem perveni. Laborum meorum præmium mihi date. Quod tandem? Non quod nonnulli fortasse ex his qui ad quidvis supplicandum facile adducuntur, existimarint; sed quod mihi tuto postulare liceat. Diuturnis laboribus me levate, atque in quietem vindicate. Moveat vos hæc canicies, flectat hospitii & peregrinationis ratio: alium subrogate, qui pro nobis hostiliter prematur, qui puras sit manibus, qui voce non tarda & inerudita; qui ita animo comparatus, ut omnibus in rebus vobis obsequi, curasque Ecclesiæ simul perferre possit; quandoquidem tales præsertim hoc tempus efflagitat. At mihi cernitis quomodo corpus etiam hoc se habeat, nimirum & tempore, & morbo, & labore confectum. Quid vobis timido & ignavo sene opus est, atque in dies singulos (ut ita loquar) moriente, non corpore tantum, sed etiam curis & ærumnis? qui vix hæc quoque vobis loquor*, &c.

LX. Petit Gregorius ab Episcopis missionem.

LXI. Cum Apologia reprehensio conjuncta. Cur autem præterea abdicationis consilium inierit, explicat, simulque defensionem struit de his quibus ab adversariis impugnaretur, ista subdens: *Non jam ultra ferre queo facilitatem animi atque clementiam criminis loco mihi objici; non jam ultra cum dogmatibus & cum invidia pugnare queo, cum hostibus, & cum sociis.* Quam autem immania & implacabilia hæc essent prœlia, pluribus docet, cum hæc addit: *Quin hæc quoque fortasse nobis exprobraveris (jam enim exprobrarunt) quod nec mensa lauta & opipara, nec augusta veste utimur, nec magnifice in publicum prodimus, nec eos a quibus convenimur, fastuose excipimus. Nesciebam scilicet, nobis cum Consulibus, & Præfectis, clarissimisque belli Ducibus, qui tot opibus copiisque circumfluunt, ut quo sua projiciant non habeant, æmulationem ac certamen esse; dudumque esse operam, ut & nobis pauperum bonis ad luxum & delicias abutentibus, venter undique comprimatur, & necessaria in res superfluas effundantur, atque altaria ipsa ructibus nostris contaminentur. Nesciebam nos equis insignibus & lascivis ferri, sellisque & curribus magnifice attolli, ac cum fastu & pompa deduci, velutque blanda manu demulceri oportere, atque omnes nobis perinde ac belluis de via decedere, & in utramque viæ partem scindi ac distrahi, aut etiam tantam præeuntium turbam esse, ut procul conspicuus sit incessus noster. Si hæc gravia & acerba fuerunt, præterierunt; hanc injuriam mihi condonate. Antistitem alium,*

qui

qui multitudini placeat, create: mihi autem solitudinem date, & rusticam vitam, ac Deum, cui soli per frugalitatem etiam pertenuemque victum cultumque placebimus.

LXII. Gregorius cur contemnat quæ alii cupiunt. *At grave est, concionibus, & cætibus & publicis conventibus, & plausibus his, a quibus quasi pennis in sublime ferimur, & familiaribus, & amicis, & honoribus, & urbis pulchritudine ac magnitudine, & hoc denique fulgore qui eos qui hæc intuentur, nec oculorum aciem intro collectam habent, circumfundit & illuminat, privari. At hoc mihi minus grave fuerit, quam si diutius in tumultu verser, ac civilis vitæ turbis & fervoribus commaculer, atque ad vulgi mores me ipsum inflectere necesse habeam. Non enim sacerdotes, sed rhetores quærunt, nec animarum dispensatores, sed pecuniarum custodes, nec puros sacrificos, sed fortes & robustos defensores, &c.* atque demum: *Hoc mihi sit dimicationis præconium; missionis libellum mihi date, quemadmodum Imperatores militibus solent; ac si quidem vestra voluntas tulerit, cum fausto & præclaro elogio & testimonio, ut honori meo consulatur. Sin minus, utcumque vobis collibuerit. Nihil de ea re altercabor, quamdiu Deus rerum nostrarum statum inspectabit. Quem igitur tibi substituemus, dicet aliquis? Videbit sibi Dominus pastorem ad præfecturum, quemadmodum ovem vidit ad holocaustum. Hoc unum requiro, ut ex eorum numero sit, qui aliis invidia sunt, non miserationi: qui non in omnibus rebus cunctis obsequuntur, sed qui in quibusdam etiam ob recti studium in hominum offensionem incurrunt: alterum enim in præsens jucundissimum est, alterum in posterum utilissimum. Ac vos quidem orationes discessui meo congruentes parate.* Hæc & alia Gregorius.

LXIII. Atque tandem ad calcem oratione perducta, novissimis verbis omnibus salutationem impertiens, postremæ finem imponit orationi. Dignum vero est ut ultima hæc tanti Patris eloquia, tali tempore, tali loco prolata, hic singula perpetuæ memoriæ consecrentur; sic enim se habent:

Gregorii ultima salutatio. *Ego autem his verbis extremum vos salutabo. Vale Anastasia, nomen a pietate habens: tu enim nobis fidei doctrinam, quæ adhuc contemptui erat, excitasti. Vale, inquam, communis victoriæ sedes, nova Silo, in qua primum arcam fiximus quadraginta annis in deserto circumactam, incertisque sedibus vagantem. Tuque o magnum hoc templum & nobile, nova hæreditas, quod magnitudinem, quam nunc habes, ab Orthodoxa doctrina suscepisti, quodque nos, cum prius Jebus esses, Hierusalem effecimus: Vosque etiam aliæ ædes sacræ huic dignitate proxima, alia aliam quamdam urbis partem complectentes, quasi vincula quædam & compages, ac propinqua loca vindicantes, quas cum hac corporis imbecillitate non nos, sed Dei gratia nobiscum, qui pro perditis & desperatis habebamur, implevit. Valete Apostoli* (nempe templum Apostolorum) *præclara colonia* (in illud enim Andreæ, Lucæ, Timotheique reliquiæ translatæ fuere) *certaminis mei magistri, etsi minus sæpe festa vestra celebravi, fortasse Pauli vestri satanam ad utilitatem* (a) *meam in corpore circumferens, ob quem nunc a vobis abscedo.*

LXIV. *Vale cathedra, invidiosum hoc & periculosum fastigium; Pontificum Concilium, sacerdotum non minus majestate, quam ætate ornatorum, & quicumque tandem alii circa sacrosanctam mensam Domini ministratis, atque ad appropinquantem Deum appropinquatis. Valete Nazaræorum chori* (nempe monachi) *psalmodiarum concentus, nocturnæ stationes, virginum sanctimonia, mulierum modestia, viduarum & orphanorum cœtus, pauperum oculi in Deum & in nos intuentes. Valete domus hospitales, & Christi amantes, infirmitatisque meæ adjutrices. Valete sermonum meorum amatores, & cursus & concursiones, & calami tam perspicui, quam occulti* (nempe exceptores concionum) *atque hujus suggesti cancelli a multitudine compressi, hominum audiendi studio sese mutuo protrudentium. Valete Imperatores, & Palatia, atque omnes Imperatoris famuli & cubicularii; si quidem Imperatori fideles, haudquaquam certum habeo, Deo autem magna ex parte infidi. Manibus plaudite, acute clamate, Rhetorem vestrum in sublime tollite: siluit vobis improba & loquax lingua nec tamen silebit: pugnabit enim manu & atramento: cæterum in præsentia consilui mus.*

LXV. *Vale magna civitas & Christi amore prædita* (vera enim testabor) *etsi non secundum scientiam hic zelus est; benigniores nos disjunctio reddidit: ad veritatem accedite, ad meliorem frugem tandem aliquando vos convertite: Deum amplius quam consuevistis colite. Non turpe est sententiam mutare; sed in malo perseverare, funestum & exitiosum. Vale Oriens & Occidens, pro quibus & a quibus oppugnamur: testis est ille qui pacatos nos reddet, si nonnulli secessionem meam imitentur.* Hæc dicens Gregorius haud dubium alludit ad Flavianum nuper creatum Episcopum Antiochenum; cujus causa tot dissidia conflata erant. Sed subdit: *Non enim Deo jacturam quoque facient qui thronis cesserint, sed supernam cathedram habebunt hic multo sublimiorem & tutiorem. Præter omnia & ante omnia clamabo: Valete Angeli, hujus Ecclesiæ præsides, meæque præ-*

(a) 2. Cor. 12.

stantia & peregrinationis, si modo in manu Dei res nostræ sunt. Vale Trinitas, meditatio mea & decus meum: His velim serveris, & hos serves, meum hunc populum (meus enim est, etiam si alster gubernemur) atque audiam te quotidie tum sermone, tum vita, & moribus augeri & in sublime attolli. Filioli, depositum, quæso, custodite; mementote lapidationum mearum. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.

LXVI. At quid tunc accidit? commiseratione plane dignum, ac novum. Populus enim sui amantissimi Præsulis studiosus, absoluta lacrymabili concione, loco acclamationum, quibus dicta Patris prosequi consueverat, rependit luctus & ejulatus, pro lætis plausibus tristes manus ad manum verberationes, pectoris tunsiones, lamenta, fletus, atque singultus: soli persecutores Episcopi silice duriores perseverabant immobiles; illi autem quorum mens sanior & erga Gregorium propensior animus, longe aliter: hi enim cum hunc tandem infelicem exitum rem consecutam fuisse conspicerent, adeo perculsi animoque consternati sunt, ut protinus in sedes reversuri, lugentes discesserint Constantinopoli, haud ferre valentes alium videre in throno Gregorii collocari; de his enim hæc ipse (a):

(a) Greg. Nazian. in carmin. de vita sua. Episcopi quidam recedunt, cum Gregorius se abdicat.

Antistitesque carpserat quos hinc dolor:
Plerique siquidem cupta consilia ut statim
Sensere, fugiunt illico, ictum ut fulminis,
Aurem obstruentes, atque ferientes manus,
Tam triste ne ipsi cernerent spectaculum,
Alium insidentem scilicet nostris thronis.

Quinam autem hi fuerint, licet verbis non exprimat; conjectura tamen ducimur, fuisse veteres ipsius collegas, amantissimos amicos, quibuscum arcta necessitudo ex diuturna consuetudine intercesserat; quales fuere Amphilochius Episcopus Iconii, Gregorius Nyssenus, Petrus germanus ejus Episcopus Sebastenus, Heliadius Cæsariensis Antistes, & alii Cappadoces, nec non Otrejus Melitenus, Eulogius Edessenus, Bretannio Scytha, & si qui alii magni nominis viri mente stabiles inventi sunt ibi Gregorio studentes.

At qualiter tunc affectus Gregorius? Ipse fatetur; nimirum contrariatum passionum ventis animo agitatum, ac primum quidem ingenti gaudio, utpote quod e tempestate pervenisset ad portum; immenso vero dolore, quod Ecclesiam suo labore cultam, ac filios carissimos, quos in Evangelio genuisset, deserere cogeretur, nec sciret cui relinqueret: quem quidem animi mœrorem, quoad vixit, numquam potuit superare, sed (ut ipse fatetur) semper ut sævum tyrannum sibi expertus est dominantem, adeo ut illa sua Anastasia semper esset in mente, in ore versaretur assidue, eamdemque semper calami litura formaret, sedi & dormienti quoque ipsi eam somnia repræsentarent. Sic igitur magnus Gregorius, sublimis Ecclesiæ Theologus, post triennii commorationem, paucos post dies ex quo thronum acceperat, pacis studio, sedi vale faciens, inde recedens revertitur in Cappadociam. Quæ autem post hæc ejus fuerint studia & actiones, dicturi sumus inferius. Hic vero admonitum lectorem volumus, Prosperi Chronicon sui exordio totum pene inversum esse, ac depravatum, dum sub hujus anni Consulibus ponitur ibi obitus ipsius Gregorii Nazianzeni; & Concilium hoc, de quo agitur, celebratum habetur anni superioris Consulibus; & alia pleraque in nominibus & numeris penitus labefactata. Quod voluimus admonuisse lectorem, ne imprudens in foveas errorum incurrat.

Gregorius redit in Cappadociam.

Quod rursum ad Gregorium spectat; illud certe hic dicere minime prætermittimus, ipsum tanto stomacho discessisse a convento Episcoporum, ut numquam amplius Synodo tumultuantium interesse decreverit; sunt enim hæc verba ipsius (b): *Mihi enim vero certum est & deliberatum, numquam posthac anserum aut gruum temere inter se pugnantium Synodis interesse, in quibus omnia contentione ac bello ardent, flagitiaque prius obscura atque incognita in unum collecta, ab inimicis in lucem proferuntur, &c.* Quo tempore ipsum scripsisse carmen de Vita sua, ut credamus, eo certo ducimur argumento, quod illud nonnisi usque ad sedis abdicationem appareat prosecutus. Sunt & aliæ ipsius, eorumdem sacerdotum causa, adversus Episcopos gravissimæ invectivæ, eædemque versibus decantatæ, ut illa in carmine de Vitæ differentiis, & contra falsos sacerdotes, vel cujus est titulus, *Ad Episcopos*; & in eo cujus est inscriptio, *De Episcopis* (c), ubi inter alia de his junioribus Antistitibus, a quibus persecutionem passus est, quales fuerint, docet his verbis: *Dimiserunt me ab urbe non admodum repugnantem; quippe turpissimum erat illorum me fidei cauponum in numero esse; quorum alii nepotes erant eorum, qui tributorum scribæ fuerant, & aliud nihil animo volvebant, quam falsas & subdolas rationum depravationes; alii ab aratris venerunt adusti a Sole; alii a ligone vel bidente totum diem non quiescente; alii remos, exercitusve reliquerant, redolentes adhuc sentinam, vel corpus fœdatum cicatricibus habentes, populi gubernatores, ac duces militum, qui ne mini-*

LXVII.

(b) Greg. Nazian. in carmin. de vita sua different. in fin.

(c) Habetur in edit. Leuven. t. 3.

Quales Episcopi adversantes Gregorio.

mum

mum quidem concessuri videntur; nonnulli etiam opificiorum, quæ citra ignem operas suas perficere nequeunt, gnari, ne fuliginem quidem carnis integre abluerant, flagriones, ac pistrinis digni, &c.

LXVIII. Sed unde ista fæx hominum emersit ad sacerdotium? Memioisse oportet, eodem auctore Gregorio, superius dictum esse ejusmodi sacerdotes nundinarios ex lucro temporali fidem temporariam coluisse. Quod enim Valentis tempore contigerit Episcopos Catholicos exulare, & complures ex illis vita functos esse, tunc cuique audaci invadendi Episcopatum additus animus ex oblata occasione fuit, quod scirent ad publicum præcoulum satis esse perfidiam Arianam. Hi vero sub Catholico Imperatore mox evasere Catholici, & quo imperitiores erant, eo loquaciores, & eruditis infestiores esse solebant. A quibus in hac Synodo illud tantummodo bonum provenit, ut fidei Catholicæ formulæ subscriberent, suoque chirographo ita tenerentur perpetuo obligati. Sed ne pie sancita vilium subscribentium personarum nomine periclitari possent omnino, Damasus summa (ut dictum est) auctoritate munivit, ut quicquid ibi de fide Catholica statutum esset, tamquam totius Ecclesiæ Catholicæ decretum (urpore in id ipsum cum majoribus omnibus iisdem consentientibus) Occumeuici Concilii nomine munitum, stabile firmumque in perpetuum perduraret.

LXIX. Sed ad res gestas post Gregorii & aliorum ipsi similium Episcoporum discessionem, & ad electionem successoris Gregorii redeamus: de qua illud in primis admonendum est, errare eos qui tradunt ante Meletii obitum Nectarium electum fuisse, deceptos nimirum ordine narrationis epistolæ Synodalis ad Damasum scriptæ: nam assertione Gregorii historiam hanc exactissime describentis liquet, longe ante electionem Nectarii Meletium esse

De electione Nectarii. defunctum. Quod autem ad creationem Nectarii spectat; accidit plane prodigium, ac plane monstrum: etenim cum Episcopus Gregorio haud impar meritis atque doctrina, qui in locum ejus sufficiendus esset, quæri deberet (nam secundum

(a) Chrys. de translation. S. Ignatii. sententiam Joannis Chrysostomi (a), cum lapis e structura tollitur, illi magnitudine similis collocandus ibidem est, ne quid vacuum in pariete maneat) contigit loco absolutissimi Christiani, suffici hominem nondum Christianum, sed catechumenum adhuc; & loco Theologi perfectissimi, subrogari hominem rerum Ecclesiasticarum penitus imperitum; ac denique pro consummatissimæ perfectionis monacho, hominem petitum e curia; & loco virginis,

(b) Sozo. l. 7. c. 10. dari qui hactenus intemperantius vixisset; quod ipsemet apud Sozomenum (b) testatur: qui licet in seculi obeundis negotiis dexter videri potuerit, tamen in Ecclesiasticis functionibus (ut ita dicam cum Gregorio c) præseferret cadaver vivum,

(c) Greg. Nazian. in carmin. de vita sua. nulla penitus ex parte conferendum cum ipso Gregorio. At quo modo id factum sit ab iis qui remanserunt Constantinopoli Episcopis, sic describitur a Sozomeno (d).

(d) Sozo. l. 7. c. 8.

LXX. Diodorus Tarsensis studet Nectario. *Eo*, inquit, *tempore, Nectarius quidam Tarsensis e Cilicia splendidissimo Senatorii ordinis gradu ortus, Constantinopoli morabatur. Is jam accinctus ad iter in patriam, Diodorum Tarsi Episcopum convenit, ut litteras peteret, si quas ille scribere vellet. Meditabatur autem Diodorus tum forte secum, quemnam potissimum ipse ad electionem tam seriam proponere deberet; & intuitus Nectarium, dignum Episcopatu censuit, eique statim tota mente addictus fuit, cum propter caniciem viri & vultum sacerdote dignum, tum propter suavitatem morum. Itaque velut aliud agens, eum ad Antiochiæ Episcopum (hic erat Flavianus) adduxit, commendavit, & ut illi studeret hortatus est. Hic vero in negotio serio, ad quod multi viri spectatissimi suffragiis expeterentur, risit votum Diodori: nihilominus tamen accitum ad se Nectarium, paulisper adhuc manere jussit. Non multo post, cum sacerdotibus nomina eorum, quos ad ordinationem dignos judicabant, charta inscribere Imperator jussisset, ac sibi ipsi ex omnibus iis unius electionem reservasset; alii alios in album retulerunt; quare & Antiochena Ecclesiæ Præsul inscripsit quoque quos voluit; quibus omnibus ultimo loco & Nectarium adjecit in gratiam Diodori.*

LXXI. Theodosius Nectarium eligit. *Imperator igitur, perlecto inscriptarum catalogo, substitit in Nectario, & intendens mentis aciem, secum tacite consultabat, impresso ultima nomenclatura digito. Rursusque ad caput egressus, cunctos ordine percurrit, ac Nectarium deligit. Hoc factum admirantur omnes; ac sciscitantur, quisnam esset iste Nectarius, & quod sectaretur institutum vitæ, & unde esset: multo etiamnum magis admirati sunt insolentiam judicii in Imperatore. Ignorabat autem id, opinor, etiam Diodorus; neque enim ausus fuisset sciens, nondum baptizato dare suffragium sacerdotii; sed ut consentaneum est, quia canus erat, putavit eum jam olim fuisse baptizatum. Facta vero sunt hæc non sine providentia divina, cum & Imperator, postquam baptismi expertem intellexisset, in eadem sententia persliterit, multis sacerdotibus reluctantibus. Postquam igitur omnes cesserunt, & in Imperatoris calculum consenserunt; baptizatus fuit, & sacri baptismatis convenienti habitu etiamnum indutus,*

communi Synodi suffragio Constantinopolis Episcopus declaratus est. Hæc Sozomenus de electione Nectarii; de quo illud sententia omnium affirmatur, probum quidem virum fuisse, imparem tamen tanto oneri & inexpertum: unde factum est postea, ut nimia viri facilitate & imperitia confisi hæretici, rursum Constantinopolim magno Catholicæ fidei irrepserint detrimento, ut constat ex his quæ de eodem Nectario suo loco dicturi sumus. Porro auxit Nectarii electio mœrorem luctumque Gregorii, utpote qui sciret sub tali pastore patere relictum gregem incursioni luporum, sicut postea apud ipsum litteris conquestus est.

LXXII. Jactantia Episcoporum Gregorio adversantium.

(a) Apud Theod. l. 5. c. 7.

De eadem electione Nectarii, iidem qui convenerant iterum Constantinopoli anno sequenti Orientales Episcopi, ad Damasum Romanum Pontificem inter alia ita scripsere (a): *Ecclesiæ Constantinopolitanæ recens (ut ita dicam) ædificatæ, quamque ex hæreticorum blasphemia, tamquam ex ore leonis per misericordiam Dei nuper eripuimus, reverendissimum, sanctissimumque Nectarium in Concilio generali communi omnium consensu, præsente Theodosio Imperatore religiosissimo, totius denique cleri totiusque civitatis suffragiis Episcopum constituimus*. Hæc ipsi. Intelligis ne perspicue, lector, vel saltem aspicis per transennam, quales sint isti? qui nulla habita honesta mentione Gregorii Theologi sponte se in eadem Synodo abdicantis, & laborum ipsius in eadem Ecclesia ab hæresibus liberanda, & e fundamentis restituenda, totum id immensa gloria sibi tribuunt, illud summa jactantia magna emphasi effutientes: *Ex hæreticorum blasphemia, tamquam ex ore leonis per misericordiam Dei eripuimus*. Egregiam sane laudem, ut cum sapientissimum, qui molem construxerat, architectum ejecissent, se ipsos exhiberent, ac inaniter ostentarent esse ejusdem ædificii erectores. Ex his disce alia, nempe quam vera sint quæ in eosdem Gregorius sæpe conscripsit. Horum quoque arbitrio illud potuisse statutum esse decretum post discessionem Timothei Episcopi Alexandrini, in cujus Ecclesiæ præjudicium vertebatur, ut Constantinopolitana Ecclesia præferretur Alexandrinæ, de quo superius actum est, mihi facile persuadeo: nam quod furtive res est transacta, in eadem epistola ad Damasum nuper citata, cum de reliquis hoc unno rebus gestis in Concilio generali statutis exacte distincteque fecerint mentionem, rem tantam silentio obvolutam penitus reliquerunt. Cætera autem de Cyrillo in hac eadem Synodo statuta, & de aliis confirmatis Episcopis, dicentur, cum eadem epistola inferius suo loco & tempore describetur.

LXXIII.

Quod vero spectat ad tempus electionis Nectarii; licet qua potissimum hujus anni die contigerit ignoretur; tamen ante Augusti mensem factam esse, Theodosii Imperatoris sanctio edita tertio Kal. Augusti, in qua de Nectario mentio habetur, ratio manifesta demonstrat. Ad hanc quoque Synodum spectare videtur, quod idem Theodosius Imperator cum sciret complures hæreticos sub Catholico nomine adhuc retinere Ecclesias, ad horum fraudes convincendas in diversis provinciis Orientis quosdam nominavit sacerdotes, quorum fides Catholica spectata esset, quibus qui communione jungerentur, iidem Catholici haberentur, & Ecclesiis præficerentur; qui secus, exploderentur: sanctio autem sic se habet (b):

(b) l. 3. de fide Cathol. C. Theod.

Theodosius Imp. ad Auxonium Proconsulem Asiæ.

LXXIV.

*Episcopis tradi omnes Ecclesiæ mox jubemus, qui unius majestatis atque virtutis Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum confitentur ejusdem gloriæ, claritatis unius, nihil dissonum profana divisione facientes, sed Trinitatis ordinem, personarum assertionem, & divinitatis * unitatem: quos constabit communione Nectarii Episcopi Constantinopolitanæ Ecclesiæ, necnon Timothei intra Ægyptum Alexandrinæ urbis Episcopi esse sociatos; quos etiam in Orientis partibus Pelagio Episcopo Laodicensi, & Diodoro Episcopo Tarsensi; necnon in Asia Proconsulari atque Asiana diœcesi Amphilochio Episcopo Iconiensi, & Optimo Episcopo Antiocheno; in Pontica diœcesi Helladio Episcopo Cæsariensi, & Otreio Meliteno, & Gregorio Episcopo Nysseno, Bretannio * Episcopo Scythiæ, Marmario * Episcopo Marcianopolitano communicare constiterit. Hos ad obtinendas Catholicas Ecclesias ex communione probabilium sacerdotum oportebit admitti: omnes autem qui ab eorum quos commemoratio specialis expressit, fide communionis dissentiunt, ut manifestos hæreticos ab Ecclesiis expelli, neque his penitus posthac obtinendarum Ecclesiarum Pontificium, facultatemque permitti; ut vera ac Nicænæ fidei sacerdotia casta permaneant, nec post evidentem præcepti nostri formam malignæ locus detur astutiæ. Dat. III. Kal. August. Heracleæ, Eucherio & Syagrio Coss.*

* profitentes.

* Tyrannio Terennin.

* Martyrio.

LXXV. Synodi decretum de probandis catholicis.

Hujus quidem sanctionis meminisse visus est Gregorius Nyssenus in epistola ad Flavianum, cum ait in fine: *Quod si ex sacerdotio dignitas æstimanda est; par & idem a Synodo concessum est privilegium, vel potius cura emendationis publicæ; eæque in eo quod jure pari esse jussi essemus*. Hæc ipse: ex quibus quoque colligitur, quod Theodosius postea promulgavit, jam ante fuisse decretum in Synodo: nam ex

Syno-

Synodi canone, non autem Imperatoria sanctione id sibi Gregorius Nyssenus vendicat: ut appareat ex his etiam eos in Theodosii edicto esse nominatos, quos jam Episcopi in Synodo tali honore dignassent: ut non mireris si ille doctrina excellens, & qui in his dignoscendis accuratissimus esset, atque demum in omnibus omnium celeberrimus, præteritur silentio, & relinquitur prorsus inglorius Gregorius Nazianzenus, jam ab illis penitus oblivione sepultus. Porro Episcoporum in edicto nominatorum diversis locis superius facta est mentio. Otrejus autem Episcopus Melitinæ in Armenia, cujus ibidem nomen exprimitur, non solum fide Catholica insignis habitus est, sed vitæ quoque sanctitate clarus enituit: ejus enim meminit Cyrillus Monachus in Actis S. Euthymii, qui infantulus (ut tradit) Deo oblatus est ab eodem Otrejo, necnon tonso capite in clerum cooptatus.

LXXVI. Sed hic adverte, Socratem (a) a veritatis scopo longe aberrasse, dum putavit ex hoc Concilio Metropoles, immo Patriarchatus a Patribus constitutos fuisse; ait enim: *Dispartitis Provinciis, Patriarchas constituunt, decernuntque, ut nullus Episcopus relicta sua Diœcesi ad exteras Ecclesias demigraret: nam antea propter persecutionum tempestates istud facere, cuique liberum erat. Nectario igitur ampla illa Civitas Constantinopolis, & tota Thracia obvenit. Pontica autem Diœcesis Patriarchatus Helladio Cæsareæ Cappadociæ post Basilium Episcopo, Gregorio Nyssæ (hæc est etiam urbs Cappadociæ) fratri Basilii, & Otrejo Melitinæ quæ est in Armenia, contigit. Patriarchatum autem Asianum Amphilochius Episcopus Iconii, & Optimus Antiochiæ Pisidiæ sortito cupiunt. Ægypti Diœcesis Timotheo Alexandriæ Episcopo tribuitur. Ecclesiarum denique versus Orientem Diœcesim iidem Episcopi qui antea, Pelagius scilicet Episcopus Laodiceæ, & Diodorus Tarsi, honoris prærogativa Ecclesiæ Antiochiæ reservata, quam Meletio tunc præsenti tribuerunt. Itemque statuerunt, ut si usus postularet, res cujusque Provinciæ Concilium Provinciale dispensaret: his etiam Imperator suffragatus est. Istud itaque Concilium talem exitum est consecutum.* Hactenus Socrates, qui non unum, sed plures (pace ipsius dixerim) simul coacervavit errores, licet haud volens, sed quod minime sit assecutus sensum decreti Synodi, Theodosiique sanctionis nuper recitatæ. Undenam somniavit tot tunc Patriarchatus institutos, Cappadociam divulsam a Cæsarea Metropoli, datamque Asiam Amphilochio, & alia id genus multa?

(a) Socrat. lib. 5. c. 8.

Socratis error de institutis Patriarchis.

LXXVII. Sed felicius Sozomenus (b) ex sententia ejusdem Imperatoriæ sanctionis ait, non ad distinguendas Provincias, sed ad dignoscendos vere Catholicos ab hæreticis, Imperatorem eam voluisse adhiberi cautelam, nimirum ut hi censerentur esse Catholici, quibus & committi possent Ecclesiæ, qui in eo edicto nominati essent insignioris nominis Orthodoxi Episcopi: *Hos porro*, inquit ipse, *esse, qui congruerent in fide cum Nectario Constantinopoli, & in Ægypto qui cum Timotheo Alexandriæ Episcopo; in Orientalibus vero Ecclesiis qui cum Diodoro Tarsensi, & cum Pelagio Laodicensi in Syria Episcopo; apud Asianos, qui cum Amphilochio Iconiensis Ecclesiæ Præsule; in Civitatibus vero Ponti a Bithynia usque ad Armeniam cum Helladio Cæsariensis in Cappadocia Ecclesiæ Episcopo, & cum Gregorio Nyssæ, & Otrejo Melitinæ Episcopo; in Thracia autem Scythiæque urbibus, qui cum Terentio* * *Tomorum, & Martyrio Marcianopolis Episcopo convenirent. Hos enim & Imperator quoque visos & eorum allocutus approbavit, de quibus & integra constabat fama, quod suis Ecclesiis religiose præessent. Postquam autem hæc ita peracta essent, finemque Concilium cepisset, cæteri quidem domum quisque reversi sunt.* Hæc Sozomenus.

(b) Sozo. l. 7. c. 9.

Sozomeni recta sententia.

* Tyrannio Bretannio.

LXXVIII. At quoniam Nectarius haud tantæ erat scientiæ, ut hæreticorum dolos cavere posset; ne ab illis deciperetur, caute egit, ut retineret sibi unum ex Episcopis Cilicibus gentilibus suis, & alios, ejusdem Provinciæ disertos viros; de quibus hæc idem Sozomenus (c): *Nectarius autem præceptore Cyriaco Adanorum Episcopo officium sacerdotale didicit; cum hoc enim ipso, ut secum aliquamdiu maneret, Diodorum Tarsensem Episcopum rogaverat; invitaverat & alios multos Cilices, ut secum morarentur; ex quibus & Martyrium, quem ut medicum familiarem, ita commissorum in juventute delictorum conscium habuerat, diaconum ordinare cogitabat: cæterum Martyrius in eo adversatus est, indignum se esse ministerio divino asseverans, actaque sibi antea vitæ testem Nectarium ipsum citans. Cui Nectarius: Numquid ego, inquit, idem qui nunc sacerdos sum, vitam meam hactenus multo magis dissolute traduxi, quam tu tuam, cum vel tu ipse id testari possis, qui frequenter intemperantiæ meæ opem persæpe tulisti? Tum ille vicissim: Atqui tu, o beate recens baptizatus ac purificatus, & mox insuper sacerdotio auctus es: utraque autem hæc peccatorum expiatoria esse, Deus constituit: ac proinde, ut mihi quidem videris, tu ab infantibus jam recens natis nihil differs; ego vero jam olim sacri baptismi factus particeps, in consuetudine vitæ meæ usum semper antiquum obtinui. Atque il-*

(c) Sozo. l. 7. c. 10.

Cilices viri eruditi retenti a Nectario.

lo

le quidem talis causatus, ordinationem non admisit. Hæc Sozomenus. Erat tunc Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconus a Gregorio ordinatus Evagrius (*a*) Ponticus, qui ibi remansit post ejus discessionem, eo consilio, at qui discipulus ipsius Gregorii extitisset, esset adjumento Nectario in dogmatibus disquirendis: sed quonam pacto iste coactus fuerit Constantinopoli proficisci, dicemus suo tempore.

(*a*) *Palladius in Lausiac. c. 85.*

LXXIX. Quod vero Episcopi confessores exules Imperatoriis sanctionibus jam ante in suas ipsorum Ecclesias fuerant revocati; æquum visam est Theodosio, inspirante numine, ut & qui ejusdem persecutionis Arianæ tempore subiissent martyrium, e remotioribus locis eorum reliquiæ cum honore, tamqaam triumphantium athletarum, in saas ipsoram revocarentur Ecclesias: ande de Paali sanctissimi Episcopi Constantinopolitani, qui apud Cacusum Armeniæ oppidum sub Constantio fuerat strangulatas, ut ejus venerandam corpus Constantinopolim transferretar, mandatum dedit hoc ferme tempore, ut Sozomenus tradit his verbis (*b*): *Porro Imperator ubi cognovisset ea quæ Paulo quondam Constantinopolis Episcopo acciderant, transtulit ejus corpus, & in ecclesia sepelivit; quam Macedonius Episcopus ejus persecutor extruxerat, quæque adhuc de ipsius nomine nomen servat, augustissima existens ædes & nobilissima: quæ res multos veritatis ignaros, velut & mulierculas & e plebe complures, suspicari facit, Paulum Apostolum illic esse conditum.* Ita ipse. Socrates etiam ejusdem translationis meminit (*c*). Qaod autem ea semel fama vulgo concepta, posteris eodem errore tradita; auctaque magis magisque fuerit; inde puto accidisse, quod legimus in epistola Clementis Quarti Romani Pontificis ad Reginam Francorum de homine Græco, qui attulit ad ipsam caput, qaod diceret esse Pauli Apostoli: illud enim (nisi stropha ab eo conficta fuit) potuit jure existimari fuisse caput Pauli Episcopi Constantinopolitani insignis martyris, errore vulgi creditum Apostoli Pauli.

Translatio Pauli Episcopi Constantinopolitani.

(*b*) *Sozom. lib. 7. c. 10.*

(*c*) *Socr. lib. 5. c. 9.*

LXXX. Dum autem adhuc Synodas ageretur, quæ (ut vidimas ex Theodosii nuper recitato edicto) usque ad finem mensis Julii producta est, eodem mense idem Theodosius Imperator edicto vetuit ab hæreticis fabricari ecclesias intra vel extra urbes. Quod enim expulsi ab ecclesiis essent, vetitique synaxes agere; iidem qai potentes divitiis essent, utpote penes quos sub duobus Imperatoribus Constantio atque Valente summa rerum fuisset, aggressi sunt fabricare novas ecclesias, alias in urbibus, alias in suburbiis, ad qaas convenirent: id quidem cum Theodosio innotuisset, dato ejusmodi rescripto ad Comitem Orientis, ipse occurrit (*d*):

*Nullum Eunomianorum atque Arianorum vel ex dogmate Ætii in civitatibus vel agris fabricandarum ecclesiarum copiam habere præcipimus. Quod si temere ab aliquo id præsumptum sit; domus eadem ubi hæc constructa fuerint, quæ construi prohibentur, fundus etiam vel privata possessio protinus Fisci nostri viribus * vindicetur, atque omnia loca fiscalia statim fiant, quæ sacrilegi hujus dogmatis vel sedem receperint, vel ministros. Dat. XIV. Kalen. August. C. P. Eucherio & Syagrio Coss.* Porro non hos tantum hæreticos sed & alios, nempe Manichæos, Encratitas, Apotacticos, & Hydroparastas idem Theodosius suis hoc anno legibus exagitavit (*e*), eosdemque infamia notatos intestabiles reddidit, & ne quid caperent ex testamento prohibuit. Quo item tempore & hæc rescripsit adversus apostatas (*f*):

(*d*) *l. 8. de hæret. C. Theod.*

* juribus

(*e*) *l. 9. de hæret. Cod. Theod.*

His qui ex Christianis Pagani facti sunt eripiatur facultas, jusque testandi. Omne defuncti si quod est testamentum, submota conditione rescindatur. Dat. VI. Non. Maii. C. P. Syagrio & Eucherio Coss.

(*f*) *l. 1. de apostat. C. Theod.*

LXXXI. Eodem anno Nonis Septembris celebratum est Concilium Aquilejense a Gratiano, extortum illud a duobus Episcopis Palladio & Secundiano, ut dictam est anno superiori. Hi enim cum a Catholicæ Ecclesiæ Episcopis, ut Ariani, extra Ecclesiam pulsi vitarentar; callida arte nomen sibi Catholicum usurpantes, tales se re vera esse apud Imperatorem Gratianum conquesti, a Concilio universali suam ipsorum causam examinari expetierunt. Cum Gratianus, licet invitus, de cogenda Synodo Aquilejæ hoc anno, litteras ad Italiæ comprovinciales Episcopos dedit; cum reliquis autem externarum provinciarum Episcopis ea est usus modestia, ut neminem cogeret, sed cujusque arbitrio relinqueret adventum: venientes tamen ut publicis deducerentur expensis, præ-

Concilium Aquilejense.

PAGIUS XIII. Ad num. LXXXI. & seqq. Petrus Franciscus Chiffletius e Societate Jesu, qui Vigilii Tapsensis libros adversus Arianos scriptos Notis illustravit, contendit, *Altercationem* contra Palladium, germana Concilii Aquilejensis Acta complecti, una cum epistola ad Gratianum, alteraque ad Episcopos Gallorum, ac Scripto adversus Arianos Divo Ambrosio attributo; ideoque quæ hujus Concilii circumferantur Acta, supposititia esse. Sed Hermantius lib. 3. cap. 3. Vitæ S. Ambrosii, quam lingua Gallica composuit, fuse ostendit, Chiffletium hac in re deceptum fuisse; cum in iisdem Actis nihil legatur quod Ambrosio hujus Concilii Aquilejensis quasi anima dignum non sit. Argumenta, quibus Chiffletius motus, ibidem confutata videri poterunt.

Acta Concilii Aquilejensis.

præcepit: Orientalibus quoque Præfecti Italiæ litteris significatum est, ut si vellent, conveniendi liberam potestatem haberent. Sed satis illis visum hoc anno (ut vidimus) convenisse Constantinopoli; cum nonnisi in Oecumenicis Conciliis una simul Orientales & Occidentales convenire, Ecclesiasticæ consuetudinis esset: hæc omnia ex Actis ejusdem Synodi, quæ extant, certa, redduntur.

LXXXII. Qui autem Aquilejæ convenerunt Episcopi, pauci quidem extitere, sed iidem virtute sublimes, omnesque numero triginta duo: quorum ex Africana Catholica Ecclesia missi fuere Legati duo, Felix, & Numidius; ex Galliis Narbonensi, Viennensi, & Lugdunensi Legati tres, Constantius, Proculus, atque Justus. Horum igitur omnium qui antiquorum scriptorum monumentis celebrati reperiuntur, post Ambrosium omnibus fama notum, est in primis numerandus Valerianus ipsius Aquilejæ civitatis Episcopus, qui labefactatam a Fortunatiano Ariano Antistite prædecessore eam Ecclesiam ab omni quam citissime labe purgavit, reddiditque eam nova propagine eruditorum & morum præstantia illustrium clericorum toto Orbi conspicuam, ut suo loco superius dictum est. Porro ejusdem Valeriani nomen jugi memoria in publicis Ecclesiasticis tabulis perseverat (a). Huic in eadem Episcoporum serie proximo loco jungitur Eusebius Bononiensis Episcopus, & ipse sanctitate clarus, Sancti Ambrosii elogio (b) commendatus, interque sanctos post obitum receptus sacris dypticis retinetur adscriptus. Quartus vero ordine positus Limenius Vercellensis Episcopus, post Sanctum Eusebium primus ejus civitatis creatus Antistes.

Episcopi insigniores qui huic Synodo interfuerunt.

(a) Martyr. Rom. 27. Novembr.

(b) Ambr. de Virgin. lib. 1.

LXXXIII. Anemmius autem Sirmiensis quinto loco recensitus habetur, eodem Ambrosio promotore, adversantibus licet Arianis & Imperatrice Justina, factus Episcopus Sirmiensis, ut anno superiori dictum est. Sed mea sententia, qui sequitur ordine sextus, sive spectes doctrinam viri, sive vitæ egregiam sanctitudinem, inter primos adnumerandus Sabinus Episcopus Placentinus: quanta enim hujus esset in litteris sacris peritia, illud unum satis tibi evidens sit argumentum, quod magnus noster Ambrosius huic sua scripta dignoscenda atque emendanda credebat: locupletes hujus rei testes sunt ejusdem Ambrosii ad eumdem ea de re scriptæ (c) litteræ: sed & quam insignis miraculorum operatione nituerit, S. Gregorius (d) qui ea describit, amplam sane fidem facit: recensetur & ipse in Ecclesiasticis (e) tabulis digno præconio sanctitatis. Octavus vero ibi ordine collocatus Philastrius Episcopus Brixianus scriptorum memoria clarus, & certaminibus adversus Arianos insignis habitus, accedentibus ad doctrinam dignis vitæ meritis, & ipse inter claros scriptores & viros sanctos adnumeratus habetur (f), de quo plura superius dicta sunt: hunc apud S. Ambrosium se novisse Mediolani, Sanctus Augustinus (g) gloriatur. Recensetur post alios nonnullos Heliodorus Episcopus Altinensis, quem scimus Sancti Hieronymi (h) litteris plurimum commendatum: quantum præterea Græcarum litterarum facultate imbutus esset, superius est demonstratum: accessit vero ad ipsius coronam Nepotiani nepotis egregia morum institutio: hic in bona senectute diem claudens extremum, adhuc anniversaria commemoratione in Ecclesia (i) vivit; sicut & collegæ Eventius (k) Ticinensis, & Bassianus (l) Laudensis inter sanctos relati. ☞ Qui sequitur ordine Exuperantius Episcopus Dertonensis, ille esse putatur discipulus S. Eusebii Episcopi Vercellensis, de quo magna cum laude fit mentio in sermone sexagesimo nono, sed primo de S. Eusebio apud S. Ambrosium ☜.

(c) Ambr. ep. 40.

(d) Greg. dialog. l. 3. cap. 10.

(e) Martyr. Rom. die 11. Decemb.

(f) Martyr. Rom. die 18 Jul.

(g) Aug. de hæres. ad Quodvult deum.

(h) Hier. ep. 1. 2. 3.

(i) Martyrol Rom. die 3. Julii

(k) Martyr. Rom. die 18. Febr.

(l) Martyr. Rom. die 19. Januar.

LXXXIV. Qui vero adfuerunt Legati ex provincia Narbonensi & Viennensi Constantius & Proculus, ut Synodi litteræ declarant, ille Arausicæ, Proculus vero Massiliensis fuit Episcopus, insignes plane hujus sæculi viri; quorum Proculus a S. Hieronymo mirifice commendatur; nam scribens ad Rusticum Narbonensem (m): *Habes istic*, inquit, *sanctum & doctissimum Pontificem Proculum, qui viva & præsenti voce nostras schedulas superet, quotidianisque tractatibus iter tuum dirigat*. Mentio ejusdem est etiam in Concilio Taurinensi. Qui vero Gallorum Legatus Justus nominatus legitur, fuit hic Episcopus Lugdunensis sanctitate clarus, cujus jugis memoria in Martyrologio perseverat (n), ejusque res gestæ conscriptæ leguntur (o). His & aliis clarissimis viris tunc enituit illa corona sanctorum tanquam floribus semper vividis atque odore fragrantibus in Ecclesia Dei; adeo ut vix sit reperiri alia Synodus, in qua tam exiguo Episcoporum numero, tot comprehensi habeantur viri sancti & eruditi, famaque celebres, vigentes in Ecclesia memoria sempiterna, anniversaria commemoratione votis fidelium redivivi. At quam commode accidit, ut qui a nobis ex instituto fuissent magno labore colligendi, hic una collecti, uno eodemque consessu dispositos, perfacile fuerit recensere, atque de singulis agere.

Viri clarissimi qui interfuerunt Concilio Aquilejensi.

(m) Hieron. epist. 4.

(n) Martyr. Rom. die 2. Septembr.

(o) Apud Sur. tom. 5. die 2. Sept. Ado in Chron. & Alii.

LXXXV. Jam vero par esset, ut ipsa Acta Synodi Aquilejensis hic verbatim describerentur; singulæque tot sanctorum Patrum sententiæ, ut divina quædam oracula ex integro redderentur: sed quoniam ea singula pluries edita adeo innotuerunt, ut

Acta Synodi summatim collecta.

cui-

cuicumque ea cupienti pateant; abstinemus, satisque erit omnia summatim complexa (quod ad rerum cognitionem spectat) hic paucis repræsentare. Fuit ejus Synodi unica tantum Actio, quod a prudentibus bellatoribus dolosa impietas e latebris in lucem coacta progredi, cito citius tamquam horrendum monstrum jaculis omnium confecta est; adeo ut (quod eadem Acta habent) una die a prima hora usque ad septimam totum prœlium confectum sit, licet visæ fuerint Patribus longæ moræ, laborque supervacaneus, jam publice notos hæreticos ad defensionem admitti, atque iterum condemnari; quos manifesta impietatis nota semel inustos, ab Ecclesia Catholica extorres, ubique profugos, omnes vitarent, atque maxime exhorrerent.

LXXXVI. Ante sessionem Ambrosius diu (ut ipse tradit) disseruit cum iisdem Palladio & Secundiano hæreticis, si forte eos ad meliorem frugem perducere potuisset: sed opera frustra impensa, in ipsa sessione prælocutus, in Acta redigi omnia postulavit; quo eorum blasphemiæ cunctis patentes, nulla valerent postea tergiversatione celari. Sicque in Acta primum omnium relata est epistola Imperatorum, qua Episcopos spontaneos ad Synodum convocarunt. Inde causa agi cœpta est, recitataque epistola Arii, in qua dictum erat, *Solus æternus Pater*. Et rogatus Palladius, quid sentiret; subterfugiens: ille, negavit se respondere posse, absentibus Episcopis suis, nempe Orientalibus: quos vocatos Præfecti litteris venire noluisse, respondit Ambrosius. Urget tum ipse Ambrosius cum aliis Episcopis, ut propositæ rogationi respondeat de divinitate Filii Dei, quam Arius scripto negarat; eumdemque moras nectentem eo dilemmate arctat, cum diceret: *Soles te Arianum negare: Aut damna hodie Arium aut defende*. At cum nec sic responderet, sed de minus pleno Concilio congregato querelas jungeret; Ambrosius a Synodo petiit, damnari Palladium, qui Arium damnare nollet; atque ad ipsum Palladium conversus, illud addidit: Dubitas damnare post divina judicia, cum crepuerit medius? Interpellatique Legati Afrorum, Gallorum, & primæ sedis Illyrici Episcopus Sirmiensis, omnes una voce, anathema dixerunt omnibus secundum Arium sentientibus.

Arii Epistola in Synodo recitata.

LXXXVII. Rursum rogatus Palladius, sic tandem Christum Filium Dei confessus est verum, ut secundum cavillos Auxentii, confiteretur verum Filium, non verum Deum. Sed cum adigi non valeret hæreticus, ut diceret Filium verum Deum; ab omnibus ei dictum est anathema, qui non confiteretur Filium Dei verum Deum. Post hæc cum ex sententia Apostoli (a), Patrem solum habere immortalitatem Palladius diceret, ac ex eo divinitatem Filii Dei negaret; dicentibus Episcopis secundum divinitatem æque Patri ac Filio & Spiritui sancto eamdem immortalitatem competere; detrectante hoc profiteri Palladio, a Synodo anathema dictum omnibus id non affirmantibus.

Palladii tergiversationes variæ.

(a) 1. Tim. 6.

Ac rursus Palladius spiris se, serpentis instar, involvens, quod non explicaret quid sentiret sincera fidei libertate; iterum anathema dictum est ei. Sed cum idem Palladius eo blasphemiæ prorumperet, ut palam negaret Filium Dei sapientem; iterum anathema eidem inflictum est. Quodque itidem sic diceret Filium bonum, ut asserere nollet Deum bonum; iterato anathema ipsi irrogatum est. Sic item eadem percussus est sententia, cum nollet asserere Filium Dominum omnipotentem; sed provocaret ad Concilium generale. Post hæc autem ipse Palladius percontari cœpit Catholicos, & disputationem struere ex verbis illis Domini: *Pater major me est*. Sed etsi a Sabino repulsus est, ut indignus qui audiretur, nisi prius Arium condemnaret; tamen & hoc eidem indulserunt. LXXXVIII.

Urgente vero adhuc Palladio Catholicos illa sententia: *Pater major me est*; & illis perspicue omnes solventibus ambages; falsa usus Palladius textus ejus allegatione, dictitabat esse scriptum: *Qui misit me, major me est*. Sentiens igitur Ambrosius ab illo adulterari divinam Scripturam adjectione illorum verborum: *Qui misit me*; inclamavit cum aliis in eum anathema, dicens: *Anathema illi qui divinis Scripturis addit aliquid vel minuit*. Appellante vero illo alios auditores, sententia Sabini Episcopi definitum est, deteriores esse Palladii blasphemias, quam Arii. Surgente autem illo, ut exiret, & perstante in sententia, majorem secundum divinitatem Patrem esse Filio; iterum in eum a Patribus inculcatum est anathema. Instantibus rursus Catholicis, ut contra Arium, Filium æqualem Patri profiteretur; cum nollet respondere, eam ipse silentii falsam causam prætexuit, quod quæ dicerentur ab eo, minime a Notariis exciperentur. Quare ad omnem cavillationem eludendam permisit illi Synodus ut ipsius Notarii exceptores introducerentur. Sed cum rursus Palladius provocaret ad plenum Concilium; detrectante illo damnare epistolam Arii, ac diversis subterfugiis utente, Valerianus Episcopus Aquilejæ detexit larvam, nempe Palladium ordinatum fuisse a Photinianis, atque cum illis jam antea damnatum: quare dicto in eum rursum anathemate, ille iterum ad alios provocat auditores. LXXXIX.

Palladius urget Catholicos frustra.

Cum-

XC. Palladius appellat judices sæculares. Cumque eo tandem dementiæ venisset Palladius, ut sæculares etiam Judices peteret; Sanctus Ambrosius gravem illam sententiam dixit: *Sacerdotes de laicis judicare debent, non laici de sacerdotibus:* atque tandem novissimam hanc in eum damnationem his verbis intulit: *Etsi Palladius in multis impietatibus deprehensus sit; erubescimus tamen ut videatur qui sacerdotium sibi vendicat, a laicis esse damnatus.* Sententia in Palladium. *Ac per hoc, quoniam & in hoc ipse damnandus est, qui laicorum expectat sententiam, cum magis de laicis sacerdotes debeant judicare; juxta ea quæ hodie audivimus Palladium profitentem, & juxta ea quæ condemnare noluit, pronuncio illum sacerdotio indignum & ejiciendum, & ut in loco ejus Catholicus ordinetur.* Ita Ambrosius: in quam sententiam a cæteris omnibus Patribus itum est.

XCI. Secundiani Episcopi Ariani causa. Damnato Palladio, Secundianus rogatus est sententiam dicere, quid profiteretur de Filio Dei: qui eadem quæ Palladius de ipso Filio Dei sentire professus est, licet circumventione videri vellet esse Catholicus; sed tamen quadam inversione verborum, quemadmodum arte jocalatoria impostores visum fallunt, ita assereret Filium esse Deum verum unigenitum, ut dictionem illam, *Verum*, ad Filium, non autem ad Deum relationem habere vellet; at cum Deum verum diceret, Verum ad unigenitum referret; quasi diceret, Filium verum esse Patris unigenitum. At licet hic terminentur Acta quæ extant, nec ea integra omnia habeantur; tamen ex epistola a Synodo scripta, æque damnatum esse Secundianum atque Palladium, apparet. Quinetiam Attalum presbyterum ex Catholico Arianum factum, Patres eadem sententia perculere: Valentem quoque Pseudoepiscopum intrusum in locum Marci Petavionensis Episcopi, quod a populo ejectus, patriam Gothis proditione tradidisset, habitu Gothico cum torque & brachialibus incedentem, nec non ordinationes illegitimas ubique facientem, detulerunt per litteras Imperatoribus; a quibus & petierunt, ne Photinianis cogendi conventum apud Sirmium, quod tentabant, facultas daretur. Sed Synodalem hic epistolam ad Augustos per Legatos missam recitamus, prout de aliis factum est.

XCII. *Imperatoribus clementissimis & Christianis, beatissimisque Principibus Gratiano, Valentiniano, & Theodosio sanctum Concilium quod convenit Aquilejæ.*

Litteræ Synodi ad Imperatores. *Benedictus Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, qui vobis Romanum Imperium dedit; & benedictus Dominus noster Jesus Christus unigenitus Dei Filius, qui regnum vestrum sua pietate custodit; apud quem gratias agimus vobis, clementissimi Principes, quod & fidei vestræ studium probavistis, qui ad removendas altercationes congregare studuistis Sacerdotale Concilium, & Episcopis dignatione vestra honorificentiam reservastis, ut nemo deesset volens, nemo cogeretur invitus. Itaque juxta mansuetudinis vestræ statuta convenimus sine invidia multitudinis, & cum effectu disceptationis; nec ulli de hæreticis Episcopi sunt reperti, nisi Palladius & Secundianus, homines vetustæ perfidiæ; propter quos congregari Concilium postulabant de extrema parte Orbis Romani. Ecce nullus senectutis annis gravatus, cujus vel sola esset reverenda canicies, de ultimo sinu maris Oceani venire compulsus est, & Concilio nihil defuit; nullus debile corpus trahens jejuniorum stipendiis oneratum, itineris est coactus injuria, fortitudinis amissæ damna deflere; nullus postremo paupertatem, in sacerdotibus gloriosam, subsidio veniendi destitutus ingemuit.*

XCIII. *Unde completum in te est, clementissime Principum Gratiane, quod Scriptura divina laudavit* (a): Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. *Quam grave autem, si propter duos in fide cariosos, toto in Orbe essent Ecclesiæ sacerdotibus destitutæ? Qui etiam si venire propter prolixitatem itineris nequiverunt; tamen omnes prope ex omnibus Provinciis Occidentalibus, missis adfuere Legatis, & altercationibus evidentibus id se tenere, quod nos asserimus, & in tractatu Nicæni congruere Concilii designarunt, &c.* Postque enarrata Acta Concilii superius explicata, ibidem Patres, ut damnati heretici ministerio Præfectorum ab Ecclesiis arceantur, auxilium implorant his verbis: *Vestram fidem, vestram gloriam deprecamur, ut reverentiam Imperii vestri deferatis auctori, constantisque impietatis assertores & adulteros veritatis, datis apicibus clementiæ vestræ ad judicia competentia ab Ecclesiæ arcendos esse liminibus; ut in damnatorum locum per nostræ parvitatis Legatos sancti subrogentur sacerdotes. Attalum quoque presbyterum de prævaricatione confessum, & palam sacrilegiis inhærentem par sententia comprehendat. Nam quid de magistro ejus Valente dicemus? Qui cum esset proximus, declinavit sacerdotale Concilium, ne eversa patria, perditorumque Civium causas præstare sacerdotibus cogeretur. Qui etiam torquem, ut asseritur, & brachialia, impietate Gothica profanatus, more indutus Gentilium ausus sit in prospectum exercitus prodire Romani. Quod sine dubio non solum in sacerdote sacrilegium, sed etiam in quocumque Christiano abhorretur more Romano, nisi forte sic solent idololatræ sacerdotes prodire Gothorum.* Episcopos

De Attalo, & Valente proditore patriæ.

(a) Psal. 40.

Arianos torquatos interdum incedere consuevisse, alibi diximus, & inferius quoque aliis patebit exemplis. Subdunt iidem Patres:

XCIV. [Alia petitio Episcoporum.] *Moveat pietatem vestram sacerdotale nomen, quod ille sacrilegus infamat; qui etiam suorum vocibus (qui tamen superesse possunt) nefandi sceleris arguitur. Certe domum repetat suam; non contaminet florentissimas Italiæ Civitates, qui nunc illicitis ordinationibus consimiles sui sociat sibi, & seminarium quærit suæ impietatis atque perfidiæ per quosque perditos relinquere, qui Episcopus esse nec capit. Nam primo Petavione superpositus fuerat sancto viro Marco admirabilis memoriæ sacerdos; & postquam deformiter dejectus a plebe est, qui Petavione esse non potuit, is nunc Mediolanum post eversionem patriæ, ne dicamus proditionem, inquietavit. Super omnibus igitur pietas vestra* [* nos.] *consoluri dignetur, ne obtemperantes vestræ tranquillitatis statutis, frustra convenisse videamur. Non solum enim cavendum est, ne nostra, sed ne vestra decreta infamentur. Petimus igitur, ut Legatos Concilii functos viros æque clementia vestra audire dignetur, & cum effectu eorum quæ poscimus, maturius redire præcipiat, ut mercedem accipiatis a Domino Deo Christo, cujus Ecclesias ab omni sacrilegorum labe purgastis. Photinianos quoque, quos &* [Photiniani ne coeant.] *superiori lege censuistis nullos facere debere conventus, & eam quæ de Concilio sacerdotum data est congregando, removistis; petimus, ut (quoniam in Sirmiensi oppido adhuc conventus tentare cognovimus), clementia vestra, interdicta etiam nunc coitione, reverentiam primum Ecclesiæ Catholicæ, deinde etiam legibus vestris deferre jubeatis; ut & vos, Deo præstante triumphetis, qui paci Ecclesiarum, quietique consulitis.* Hactenus Episcopi ad Imperatores.

XCV. Dederunt quoque iidem litteras ad comprovinciales Episcopos, qui Legatos ad Concilium miserant; quarum ibidem extat exemplar, earum scilicet, quæ missæ sunt ad Episcopos Galliarum Provinciæ Narbonensis ac Viennensis, ex quibus Proculus & Constantius Synodo interfuere Legati. Quod vero nulla legatio ab Hispaniarum Episcopis missa fuerit, cum ex Africa etiam advenerit; illa causa creditur, quod universa Hispania hoc tempore ob Priscillianum hæresiarcham maxima jactabatur dissidii tempestate. Quomodo autem hæc se habuerint, proxime dicturi sumus. Lex vero illa, qua Photinianis conventus interdicti erant, utique ea est, quam superius recitavimus hoc anno datam quarto Idus Januarii, iisdem Consulibus Eucherio atque Syagrio. Quod item ajunt Arianum hominem Mediolanensem Civitatem perturbare; tantam fiduciam haud dubium Justinæ Augustæ favore sibi impios vendicasse, certum est; cujus quoque studio ejusdem sectæ homines sese in aulam etiam Gratiani insinuarunt, eoque insolentiæ progressi sunt, ut duo ex illis illudere conati sint sanctissimo sacerdoti Ambrosio; quonam modo id acciderit, Paulinus narrat his verbis (a): [(a) Paulin. in vit. S. Ambros.]

XCVI. [Ariani aulici quid in Ambrosium.] *Fuerunt etiam duo cubicularii tunc temporis Gratiani Imperatoris de hæresi Arianorum, qui tractandam Episcopo quæstionem proponerent. Ad quam audiendam altero die ad Basilicam Portianam se adfuturos promiserant. Erat enim quæstio de Incarnatione Domini. Sed alio die miserandi homines superbiæ tumore completi, nec memores promissorum, contemnentes Deum in sacerdote ipsius, nec plebis expectantis considerantes injuriam, immemores etiam dictorum Dominicorum* (b): *Quoniam qui scandalizaverit unum ex minimis istis, oportet ut mola asinaria collo ejus alligetur, & demergatur in profundum maris;* [(b) Matth. 18.] *conscendentes in equos, quasi gratia gestandi, Civitate egressi sunt, expectante sacerdote & plebe in Ecclesia constituta. Sed hujus contumaciæ quis finis fuerit, horresco referens. Subito enim præcipitati miseras animas emiserunt, atque corpora illorum sepulturæ sunt tradita. Sanctus vero Ambrosius cum ignorasset quod factum esset, nec diutius posset plebem tenere, ascendens pro tribunali, de eadem quæstione quæ fuerat proposita, sermonem adorsus est, dicens: Debitum, fratres, curo solvendum, sed hesternos meos non invenio creditores, & reliqua quæ sunt scripta in libro, qui de incarnatione Domini intitulatur.* Hæc Paulinus: ex quibus videas juxta illud Proverbiorum (c) eisdem accidisse: *Parata sunt derisoribus judicia:* [(c) Prov. 9.] at de rebus Ambrosii hactenus; ad Romanum Pontificem orationem convertamus.

XCVII. [Damasus agit pro cogendo Romæ Concilio generali.] Post hæc autem cum de rebus gestis in Synodo Constantinopolitana Damasus Romanus Pontifex nuncium accepisset, & inter alia quod in Paulini Episcopi Antiocheni contumeliam creassent Episcopum in locum Meletii Flavianum; quod res eo progressa esse videretur, ut dissimulari non posset, agit cum Imperatoribus de cogendo anno sequenti Romæ Concilio generali; ad quod ut Orientales Episcopi, qui hoc anno convenerunt Constantinopoli, venire compellerentur, auxilium implorat Theodosii Augusti Constantinopoli commorantis; id quidem testantur litteræ (d) Orientalium Episcoporum, qui sequenti anno Constantinopoli convenere. [(d) Apud Theod. l. 5. c. 9.] Sed & Gratianum quoque interpellatum a Damaso, ut id perficiendum curaret, Sozomenus affirmat, qui

de

(a) Sozo. l. 7. c. 11.

de his ejusmodi instituit orationem (a): *Ex eo*, inquit, nempe quod Flavianus in locum Meletii Episcopus Antiochenus subrogatus est, *maxima rursus perturbatio Antiochenam Ecclesiam corripuit, ac plurimi se a Flaviani communione abstraxerunt, & privatim sub Paulino conventum egerunt. Quin & ipsi quoque sacerdotes ob hanc rem inter se contendebant; atque Ægyptii quidem, & Arabici, & Cyprii velut ob Paulinum injuria affectum stomachabantur: Syri vero, Palæstini, Phœnices, tum etiam ex Armeniis, ex Cappadocibus, ex Galatis, & ex Ponticis plurimi pro Flaviano stabant. Non minime autem indignatus fuit Episcopus Romanus, & cum eo cuncti sacerdotes Occidentales: ac Paulino quidem ceu Antiochiæ Episcopo consuetas scribebant epistolas, quas Synodales appellant; ad Flavianum vero silentium agebant. Quin & Diodorum Tarsi, & Acacium Berææ Episcopos, qui illum ordinarant, reos agebant & pro excommunicatis habebant. Itaque ut de hisce rebus cognosceretur, scripserunt tum ipsi, tum Gratianus Imperator, in Occidentem convocantes Episcopos Orientales.* Hæc Sozomenus. Cæterum haud eo res pervenit, ut sectatores Flaviani sententia excommunicationis percellerentur, licet Sozomenus dicat ordinatores fuisse excommunicatos. Verum toleratum id diu, quod non unius Civitatis, vel Ecclesiæ, sed totius Orientis hæc causa esset. Isthæc omnia per Damasum apud Theodosium acta esse post Aquilejense Concilium, litteræ (b) Orientalium fidem faciunt; quibus pariter declaratur paruisse Damaso Theodosium, ut datis ad Episcopos Orientis literis, eos Romam ad Concilium proficisci debere significaret. Meminit & S. Hieronymus (c) ejusmodi Imperialium litterarum, quibus Episcopi Orientis in Occidentem Romam convocabantur: ex quibus ipse Paulinus Episcopus Antiochenus, Epiphanius in Cypro Constantiæ Episcopus, & alii accersiti Romam se contulerunt, cum & ipse quoque S. Hieronymus in Urbem reversus est. Sed de his anno sequenti.

Qui Paulino quive Flaviano faveant.

(b) Apud Theod. l. 5. cap. 9.

(c) Hiero. ep. 16. & 27.

XCVIII. Jam vero reliquum est, ut de rebus Hispanicis hujus temporis hic contexamus historiam; cui sane Ecclesiæ exagitatæ turbis Priscilliani hæresiarchæ, minime liberum fuisse ut Legatos mitteret ad Concilium Aquilejense, paulo superius diximus. Unde autem ejusmodi hæresis ea Gnosticis irrepserit in Hispanias atque Priscillianum infecerit, ut ipse in ea provincia hujuscemodi primus auctor haberetur; res ex altiori principio repetenda; quam Severus (d) ita describit:

Hæresis Gnosticorum illapsa in Hispanias.

(d) Sever. hist. lib. 2.

XCIX. *Sequuntur tempora ætatis nostræ gravia & periculosa, quibus non usitato malo pollutæ Ecclesiæ, & perturbata omnia. Namque tum primum infamis illa Gnosticorum hæresis intra Hispanias deprehensa, superstitio exercrabilis, arcanis occulta secretis. Origo istius mali oriens ab Ægyptiis. Sed quibus ibi initiis coaluerit, haud facile est disserere. Primus eam intra Hispanias Marcus intulit ex Ægypto profectus, Memphis ortus. Hujus auditores fuere Agape quædam non ignobilis mulier, & rhetor Helpidius.* Hæc Severus de origine & loco unde manavit. Hic tibi, lector, in memoriam revoco quæ dicta sunt superius; nimirum S. Epiphanium (e) Constantiæ in Cypro Episcopum, cum in Ægypto juvenis esset, impegisse in hujusmodi latentes ibi turpissimos Gnosticos, parumque abfuisse, quin ipse blanditiis illius sectæ feminarum fuerit irretitus: qui divina fultus gratia liber exiens, eos latitantes circiter octoginta denunciavit locorum illorum Episcopis, quorum studio iidem infames hæretici ex Ægypto expulsi fuerunt: quos assertione Severi in Hispanias navigasse scimus, licet quo profecti fuerint Epiphanius nihil dicat. Certe quidem conveniunt tempora, nempe Epiphanii juventus cum Marco ea Ægypto veniente, & alios edocente, a quibus Priscillianus veneno potatus fuit.

Gnostici ex Ægypto in Hispanias.

(e) Epiphan. hæres. 26. prope fin.

C. Porro Marcum in Gallias primo, deinde navigasse in Hispanias cum his mercibus, Sanctus Hieronymus tradit, dum ita de his scribit: (f) *Insidiatur in apocrypho, quasi in spelunca sua, insidiatur ut rapiat pauperem. Ascensio enim Isaiæ, Apocalypsis Eliæ, hoc habent testimonium; & per hanc occasionem, multaque hujusmodi, Hispaniarum & Lusitaniæ deceptæ sunt mulierculæ oneratæ peccatis, quæ ducuntur desideriis variis, semper discentes, & numquam ad scientiam pervenientes, ut Basilidis, Balsami, atque Thesauri, Barbelonis quoque & Leusibote, ac reliquorum nominum portenta susciperent; de quibus diligentissime scribit vir Apostolicus Irenæus Episcopus Lugdunensis & martyr, multarum originem explicans hæreseon, & maxime Gnosticorum, qui per Marcum Ægyptium Galliarum primum circa Rhodanum, deinde Hispaniarum nobiles feminas deceperunt, miscentes fabulis voluptatem, imperitiæ suæ nomen scientiæ vendicantes, &c.* Hæc Hieronymus. Sed prosequamur narrationem Severi, rem accurate ita describentis:

(f) Hieron. in Isai. c. 44.

CI. *Ab his Priscillianus est institutus, familia nobilis, prædives opibus, acer ingenio, facundus, multa lectione eruditus, disserendi ac disputandi promptissimus; felix profecto, si non pravo studio corrupisset optimum ingenium; prorsus multa in eo animi & corporis bona cerneres;*

Qualis Priscillianus.

vigilare multum, famem ac sitim ferre poterat, habendi minime cupidus, utendi parcissimus, sed idem vanissimus, & plus justo inflatior profanarum rerum scientia. Quin & magicas artes ab adolescentia eum exercuisse, creditum est. Is ubi doctrinam exitiabilem aggressus est; multos nobilium, pluresque populares auctoritate persuadendi, & arte blandiendi allicuit in societatem. Ad hoc, mulieres novarum rerum cupidæ, fluxa fide, & ad omnia curioso ingenio catervatim ad eum confluebant; quippe humilitatis speciem ore & habitu prætendens; honorem sui & reverentiam cunctis injecerat.

CII. Hispaniæ corruptio a Priscilliano.

Jamque paulatim perfidiæ istius tabes pleraque Hispaniæ loca pervaserat. Quin & nonnulli Episcoporum depravati; inter quos Instantius & Salvianus, non solum consensione, sed sub quadam etiam conjuratione susceperant. Quo Adyginus * *Episcopus Cordubensis, ex vicino agens, comperto, ad Idacium emeritæ ætatis sacerdotem refert. Is vero sine modo & ultra quam oportuit, Instantium & socios ejus lacessens, facem quandam nascenti incendio subdidit, ut exasperaverit malos potius, quam compresserit. Igitur post multa inter eos & digna memoratu certamina, apud Cæsaraugustam Synodus congregatur; cui tum etiam Aquitani Episcopi interfuere. Verum hæretici committere se judicio non ausi. In absentes tum lata sententia, damnatique Instantius & Salvianus Episcopi, Elpidius & Priscillianus laici. Additum etiam, ut si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eamdem sententiam promendam.* Hæc Severus. Extant fragmenta quædam ejusdem Concilii Cæsaraugustani, non autem ipsum integrum, in nominibus Episcoporum enormiter depravata, atque errore Collectoris rejecta ad tempora Hormisdæ Papæ; cum idem Concilium ex certa auctoritate Severi sub Damaso collocandum fuisset: reddamus hic ipsum decurtatum (ut reperitur) & emendemus pro virili qui irrepserunt errores; sic enim se habet (a):

* Higinus

Concilium Cæsaraugustanum.

(a) Tom. Concil. veter. edit.

CIII. Acta Concilii Cæsaraugustani contra Priscillianum.

Quarto Nonas Octobris Cæsaraugustæ, in Secretario residentibus Episcopis Siradio, Delphino, Raticio, Ampelio, Augentio, Lucio, Itallio, Splendinio, Valerio, Symposio, Caterio, & Italio, ab universis dictum est: Recitentur sententiæ, &c. Habes hic Delphinum nominatum, quem fuisse Burdegalensem Episcopum & adversarium Priscilliani idem Severus (b) affirmat. Legis insuper, Italium & Italium; scias legendum ex eodem Severo, Idacium & Ithacium; qui fuerunt acerrimi oppugnatores Priscilliani. At sicut desunt integra Synodi Acta, ita etiam excidisse plurimorum nomina Episcoporum, qui eidem Synodo interfuerunt, possumus existimare. Ac ne dubites hunc illum ipsum esse conventum, quem Severus describit; habes in primis Severi sententia decretum esse in ea Synodo, ut damnatos hæreticos nemo in communionem reciperet, alioqui eadem ipsum sententia plectendum esse: quod invenies expressum in quinto canone his verbis (c):

(b) Sever. hist. lib. 2. prope fin.

(c) Conc. Cæsaraug. c. 5. t. 2. Concil.

CIV.

Item lectum est: Ut hi qui per disciplinam aut sententiam Episcopi ab Ecclesia fuerint separati, ab aliis Episcopis non sint recipiendi: Quod si scientes Episcopi fecerint, non habeant communionem. Ab universis Episcopis dictum est: Qui hoc commiserit, Episcoporum non habeat communionem. Hæc ibi. Sed & ex dogmatibus atque corruptelis Priscilliani, quæ sanctis contrariis legibus idem Concilium conatum est convellere; plane intelliges, hoc illud ipsum esse Concilium Cæsaraugustanum, cujus Severus meminit. Ut in primis, quod constet cum ex Severo, tum etiam ex S. Hieronymo (ut dictum est) a Priscilliano atque collegis deceptas esse pluri-

PAGIUS XIV. *Synodus Cæsaraugustana.*

Ad num. CII, & seqq. Concilium *Cæsaraugustanum* Æra 418. celebratum, ut titulus hujus habet, ad quem Baronius animum non advertit, proindeque anno Christi trecentesimo octogesimo. Prosper in Chronico sub Ausonii & Olybrii Consulatu anno CCCLXXIX. gesto ait: *Ea tempestate Priscillianus Episcopus de Gallacia ex Manichæorum & Gnosticorum dogmate hæresim nominis sui condidit.* Ea itaque anno ea hæresis agnita, & insequenti Synodus hæc adversus eam habita. Idacius in Chronico anno Abrahami 2402. qui Kalendis Octobris anni Christi trecentesimi octogesimi quarti incipit, ait: *Priscillianus declinans in hæresim Gnosticorum per Episcopos, quos sibi in eadem pravitate collegerat, Abula Episcopus ordinatur. Qui aliquot Episcoporum Conciliis auditus, Italiam petit & Romam. Ubi ne ad conspectum quidem sanctorum Episcoporum Damasi & Ambrosii receptus, cum his, cum quibus ierat, redit ad Gallias. Ibi similiter a Sancto Martino Episcopo, & ab aliis Episcopis Hæreticus judicatus, appellat ad Cæsarem; quia in Galliis his diebus potestatem Tyrannus Maximus obtinebat Imperii.* Baronius Chronicon illud non viderat, cujus ope Annales veriis in locis illustrari poterunt. *Idacius* ex Episcopis Hispaniarum unus, qui nascenti huic hæresi sese opposuit, vocatur a Severo lib. 2. Hist. quando de hoc Concilio loquitur, *emeritæ ætatis* Sacerdos. Sed locus corruptus, videturque fuisse Emeritæ Episcopus, ideoque legendum, *Emeritæ civitatis*, ut Viris doctis observatum. Quesnellus in Notis ad S. Leonem scribit, Priscillianum nunquam agnitum fuisse Episcopum, & locum Hieronymi ad Ctesiphontem, ubi habet, *in Labitensi oppido*, corruptum esse. Sed perperam; cum præter Hieronymum, Prosper & Idacius eum Episcopum in suis Chronicis vocent.

XV. Duodecim tantum Episcoporum nomina, eaque corrupta in Actis leguntur: primus est Siradius, qui videtur esse Sanctus *Phœbadius* Agen-

timas nobiles feminas, atque seductas sub specie pietatis & disciplinæ: en quam apposite ad hæc avertenda Patres primum omnium statuere:

CV. *Ut mulieres omnes Ecclesiæ Catholicæ fideles a virorum alienorum lectione & cœtibus separentur; nec ad ipsas legentes alii studio vel docendi vel discendi conveniant; quoniam & hoc Apostolus (a) jubet. Ab universis Episcopis dictum est: Anathema futuros, qui hanc Concilii sententiam non observaverint.* At quod iidem hæretici jejunarent die Dominico, & abominanda perpetrantes, clandestinos conventus agerent; his occurrentes Patres hæc secundo canone decreverunt, quem ita ibi legit Lucius Episcopus:

(a) 1. Cor. 14. 1. Tim. 2.

Ne quis jejunet die Dominico causa temporis, aut persuasionis, aut superstitionis; nec Quadragesimæ diebus ab ecclesiis fideles desint. Nec habitent in latibulis cubiculorum ac montium qui in suspicionibus perseverant; sed exemplum & præceptum custodiant sacerdotum; & ad alienas villas agendorum conventuum causa non conveniant, &c. Sane quidem Priscillianistas consuevisse jejunare die Dominico, S. Leo in epistola ad Turibium (b) expresse testatur, atque alii antiquiores affirmant.

(b) Leo epist. 93.

CVI. Quod insuper iidem ut laterent, convenientes ad ecclesiam Catholicorum, ut viderentur communicare, sic accipiebant Eucharistiam, ut eam non comederent; hæc ob eam causam contra eos decrevit Synodus: *Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam non consumpsisse in ecclesia, anathema sit in perpetuum.* Rursus adversus eorumdem occultas collectiones hæc iidem: *Vigesimo & primo die*, id est, a decimo sexto Kalen. Jan. usque in diem Epiphaniæ, qui est octavo Idus Januarii, continuis diebus nulli liceat de Ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere in villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad Ecclesiam. Quod qui non observaverit de susceptis, anathema sit in perpetuum.* De his idem qui supra S. Leo tradit, eosdem Priscillianistas jejunare consuevisse tempore Natalis Domini, ea nimirum ex causa, quod non credebant eum carnem suscepisse humanam.

* Viginti & uno diebus.

CVII. Rursum vero quod (ut ex Severo dictum est) Priscillianus affectaret sanctitatem in habitu, quem & ejus sectatores imitarentur; idcirco Patres hæc statuere: *Si quis clericus propter luxum, vanitatisque præsumptum de officio suo sponte discesserit, ac velut observatorem legis, monachum videri se maluerit esse quam clericum; ita de Ecclesia repellendum, at nisi rogando, & obsecrando plurimum temporis satisfecerit, non recipiatur.* Sed & illud etiam contra Priscillianum: *Ne quis doctoris nomen sibi imponat, præter has personas quibus concessum est.* Jam probe ex his vides, hoc illud esse Concilium Cæsaraugustanum, cujus Severus meminit, qui & mox subdit (c): *Ithacio Sossubensi* Episcopo negotium datum, ut decretum Episcoporum in omnium notitiam deferret, maximeque Hyginum extra communionem faceret: qui cum primus omnium insectari palam hæreticos cœpisset, postea turpiter depravatus, in communionem eos recepisset.*

(c) Sever. hist. l. 2. in fin.

* Sussobensi.

CVIII. *Interim Instantius & Salvianus damnati judicio sacerdotum, Priscillianum etiam laicum, sed principem malorum omnium una secum Cæsaraugustana Synodo notatum, ad confirmandas vires suas Episcopum in Abilensi oppido constituunt* (sic restituendum Labilensi: nam Abilæ Episcopum postea factum Priscillianum fuisse, S. Hieronymus contra Pelagianos affirmat) *rati nimirum, si hominem acrem & callidum sacerdotali auctoritate armassent, tutiores fore*

Priscillianus expellitur.

PAGIUS gennensis in Aquitania secunda Episcopus, qui ob antiquitatem, sanctitatem, ac scientiam primum locum tenere potuit. Secundus est, *Delphinus* Burdigalæ Aquitaniæ secundæ Metropoleos Episcopus. Septimus est *Ithacius*, vocatus *Itacius* ab Isidoro Hispalensi, *Clarusque* cognominatus. Hic Episcopus Hispaniæ erat, & verosimiliter *Ossonobensis*, ut existimat Mariana, quia Sulpicius Severus vocat eum Episcopum *Sossubensem*, quod nomen corruptum. *Ossonoba* autem urbs Lusitaniæ fuit. Nomina cæterorum vel corrupta, vel eorum Sedes adhuc ignotæ. Cæterum Severus Sulpicius de hac hæresi loquens, ait: *Primus eam intra Hispanias Marcus intulit, Ægypto profectus, Memphi ortus: hujus auditores fuere, Agape quædam non ignobilis mulier, & Rhetor Helpidius.* Qui Helpidius non videtur diversus ab Helpidio in Concilio Cæsaraugustano damnato. Quare *Marcus* iste alius a Marco auctore sectæ *Marcosiorum*, cujus mentionem facit Irenæus lib. I. cap. 89. & de quo loquitur Baronius anno CLXXV. num. XXIV. & seqq. Secta enim Priscillianistarum, ex Manichæorum & Gnosticorum dogmate conflata, ut numero præcedenti ostendi: Manes autem hæresim suam publicavit anno CCLXXVII. sæculo ferme post hæresim Marcosiorum.

Marcus auctor hæreseos Priscillianistarum.

XVI. Et tamen Baronius utrumque *Marcum* confundit, innixus auctoritate Divi Hieronymi, qui in Commentario ad Isaiam cap. 44. scribit, Marcum in Gallias primo, deinde navigasse in Hispanias. *Et per hanc occasionem*, inquit Hieronymus, *multaque hujusmodi, Hispaniarum & Lusitaniæ decepta sunt mulierculæ onerata peccatis*, &c. *de quibus diligentissime scribit Vir Apostolicus Irenæus Episcopus Lugdunensis & Martyr, multarum originem explicans hæreseon, & maxime Gnosticorum, qui per Marcum Ægyptium Galliarum primum circa Rhodanum, deinde Hispaniarum nobiles feminas deceperunt.* Qua de re idem Hieronymus epist. 29. ubi magis mentem suam aperit. Verum hallucinatur Sanctus Doctor, ut etiam observavit Hermantius in Notis ad Vitam Gallicam Sancti Ambrosii lib. 3. cap.

Diversus est a Marco de quo loquitur S. Irenæus.

fore sese. Tum vero Idacius, atque Ithacius acrius instare, arbitrantes posse inter initia malum comprimi; sed parum sanis consiliis sæculares Judices adeunt, ut eorum decretis atque executionibus hæretici urbibus pellerentur. Igitur post multa & fœda, Idacio supplicante, elicitur a Gratiano tum Imp. rescriptum, quo universi hæretici excedere non Ecclesiis tantum, aut urbibus, sed extra omnes terras propelli jubebantur. Quo comperto Gnostici diffisi rebus suis, non ausi judicio certare, sponte cessere qui Episcopi videbantur; cæteros metus dispersit.

CIX. Priscillianus venit Romam. *At tum Instantius, Salvianus, & Priscillianus Romam profecti, ut apud Damasum Urbis ea tempestate Episcopum objecta purgarent. Sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit; ubi tum ab imperitis magnifice suscepti, sparsere perfidiæ semina, maximeque Elusanam plebem sane tum bonam & religioni studentem pravis prædicationibus pervertere. A Burdegala per Delphinum repulsi; tamen in agro Euchrociæ aliquantisper morati, infecere nonnullos suis erroribus. Unde iter cœptum ingressi, turpi sane pudibundoque comitatu cum uxoribus atque alienis etiam feminis, in queis erat Euchrocia, ac filia ejus Procula, de qua fuit sermo hominum Priscilliani stupro gravidam, partum sibi graminibus abegisse. Hi ubi Romam pervenere, Damaso se purgare cupientes, ne in conspectum quidem ejus admissi sunt. Regressi Mediolanum, æque adversantem sibi Ambrosium repererunt.*

CX. Priscillianus subripit rescriptum. *Tum vertere consilia, ut quia duobus Episcopis, quorum, ea tempestate summa auctoritas erat, non illuserant; largiendo & ambiendo, ab Imperatore cupita extorquerent. Ita corrupto Macedonio tum Magistro officiorum, rescriptum eliciunt, quo calcatis quæ prius decreta erant, restitui Ecclesiis jubebantur.* Immane profecto piaculum, quo suggestione Macedonii Gratianus Princeps maxime pius, ejus quod pie sancteque sanxerat, prævaricator est factus: ex quo quidem facinore sibi necem comparavit. Nam ad immane scelus vindicandum, & hæreticos libera voluntate indulgentia Gratiani vagantes comprimendos, atque digna animadversione plectendos, suscitavit adversus eum Deus Maximum tyrannum, qui Imperatori necem intulit, & in principes hæreticorum gladio animadvertit. Sed hæc licet postea, ex præsenti tamen causa contigisse, nemo non videt.

Sed nec inultus abiit improbus Macedonius hæreticorum fautor, erga Catholicos parum æquus, de quo ista Paulinus (a): *Temporibus Gratiani, cum ad prætorium Macedonii tunc Magistri officiorum pro quodam intercedendo Ambrosius perrexisset, atque præcepto prædicti viri fores invenisset clausas, nec copiam ingrediendi adeptus esset, ait: Et tu quidem venies ad Ecclesiam, quam nec, clausas januas invenient, ingredieris. Quod factum est, mortuo Gratiano. Confugiens etenim Macedonius ad Ecclesiam, patentibus januis aditum reperire non poterat.* Hæc Paulinus. Quod enim scirent aulici nihil a Gratiano Imperatore Ambrosio denegari; invidiæ æstu succensi, præcludere aditum illi interdum consuevere; ut aliquando contigit, cum Ambrosius pro pœna mortis damnato intercedere conaretur; rem gestam Sozomenus ita narrat (b): *Paganus quidam ordine vir illustris Gratianum quidem conviciis prosciderat, & patre indignum appellaverat, ejusque rei habito judicio capite damnatus erat. Cumque jam ad supplicium duceretur, venit ad Palatium Ambrosius pro illo supplicaturus. Cæterum cum Gratianus eorum instinctu qui illi damnato insidiabantur, distineretur spectaculis venationum (quales privatæ delectationis, non publici commodi gratia Principes exhibere consueverunt) nec aulicorum quisquam illi rem indicaret, quasi opportunum non esset, recessit. Progressus autem ad illam portam, per quam feras introducebant, clanculum se habuit; ac simul cum venatoribus ingressus, non antea rei causam agere omisit, neque prius Gratiani & aulicorum ejus obsecrationibus cessit, quam salutiferum suffragium Gratiano extorsisset, quo mortis destinatum liberaret.* Hactenus de his Sozomenus. Sed redeamus ad institutam de Priscilliano & sociis orationem. CXI. Macedonius contumeliosus.

(a) Paulin. in vita S. Ambr.

(b) Sozom. l. 7. c. 24.

Quid demum scelestissimi hæretici, extorto atque subrepto edicto a Gratiano? CXII.

subdit

PAGIUS 3. cap. 10. Irenæus enim de alio Marco loquitur, qui ante originem hæresis Manichæorum devixerat, ut mox dixi. Secundo, non dicit Irenæus, *Marcum e Rhodano in Aquitaniam*, & postea in Hispaniam transiisse, sed tantum habet: *Talia dicentes & operantes, & in iis quoque, quæ sunt secundum nos regiones Rhodanenses, multas seduxerunt mulieres.* Verum itaque non est. Gallias primum hæresi Priscillianistarum infectas fuisse, & Marcum, cujus meminit Irenæus, eundem esse cum Marco hæresæos Priscillianistarum auctore. Perperam etiam Baronius existimat, Marcum hunc venisse ex Ægypto anno CCCLXXII. quo credit, *Epiphanium* ibi fuisse, & octoginta circiter Gnosticos latitantes locorum illorum Episcopis denuntiasse, ut ipsemet Epiphanius ait hæresi 26. Nam, ut Papebrocius observat die XII. Maii, in Vita Sancti Epiphanii cap. 12. illa Gnosticorum denuntiatio referenda ad annum circiter CCCXXVI. ut ibidem explicat, quo tempore Marcus Priscillianistarum auctor nondum forsan natus erat.

(a) Sever. hist. l. 2.

Priscillianus prævalet in Hispania.

* Viventio.

subdit ita Severus (a): *Hoc freti Instantius & Priscillianus, repetivere Hispanias. Nam Salvianus in Urbe obierat. Ac tum sine ullo certamine Ecclesias, quibus præfuerant, recepere. Verum Ithacio ad resistendum non animus, sed facultas defuit. Quia heretici corrupto Volventio * Proconsule, vires suas confirmaverant. Quinetiam Ithacius ab his, quasi perturbator Ecclesiarum, reus postulatus, jussusque per atrocem executionem deduci, trepidus perfugit ad Gallias. Ibi Gregorium Præfectum adiit. Qui compertis, quæ gesta erant, rapi ad se turbarum auctores jubet, atque de omnibus ad Imperatorem refert, ut hæreticis viam ambiendi præcluderet. Sed id frustra fuit: quia per libidinem & potentiam paucorum, cuncta ibi venalia erant. Igitur hæretici suis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obtinent, ut Imperiali auctoritate, Præfecto erepta cognitio, Hispaniarum Vicario truderetur: nam jam Proconsulem habere desierant. Missique a Magistro officiales, qui Ithacium tum Treveris agentem ad Hispanias retraherent: quos ille callide frustratur, ac postea per Pritannium Episcopum defensus, illusit.*

Unde clades Imperii.

Hactenus Severus de his quæ contigerunt usque ad Maximum tyrannum; nempe ad annum sequentem, qui (ut dictum est) pro Catholicis adversos hæreticos suscepit patrocinium. Vides, lector, quibus suffulciatur fundamentis Imperium, nempe veræ religionis defensione; a qua si deficiant Imperatores, omnia quantumlibet firma corrui necesse sit atque prosterni.

CXIII. Cæterum Idacius non apud Judices tantum sive Ecclesiasticos, sive sæculares Priscillianum cum sociis prosecutus est, sed scriptis editis eosdem exagitavit, de quibus Isidorus (b): *Idacius Hispanus Episcopus, cognomento & eloquio Clarus, scripsit quemdam librum sub Apologetici specie, in quo detestanda Priscillianorum dogmata, & maleficiorum ejus artes, libidinumque ejus probra demonstrat, ostendens Marcum quemdam Memphiticum magicæ artis scientissimum discipulum fuisse Manis, & Priscilliani magistrum.* Hæc ipse, qui sic dixit Marcum Mania discipulum, quod etiam Manichæorum hæresim sit amplexus, non autem Manetis temporibus vixerit: nam quod ad Priscilliani dogmata spectat, hæc S. Augustinus (c): *Priscillianistæ, quos in Hispania Priscillianus instituit, maxime Gnosticorum & Manichæorum dogmata permixta sectantur; quamvis & ex aliis hæresibus in eas sordes tamquam in sentinam quamdam horribili confusione confluxerint.* Et S. Leo epistola ad Turibium (d) tradit, ita Manichæos & Priscillianistas inter se mutuo fœdere esse connexos, ut solis fuerint nominibus discreti.

(b) Isidor. de Vir. illustr.

Idacius urget scriptis Priscillianum.

(c) Aug. de hæres. c. 70.

Dogmata Priscilliani.

(d) Leo ep. 93.

CXIV. Subdit vero Augustinus hæc de Priscillianistarum erroribus: *Propter occultandas autem contaminationes & turpitudines suas, habent in suis dogmatibus & hæc verba:*

Jura, perjura, secretum prodere noli.

Hi animas dicunt ejusdem naturæ atque substantiæ, cujus est Deus, ad agonem quemdam spontaneum in terris exercendum, per septem cælos, & per quosdam gradatim descendere principatus, & in malignum principem incurrere, a quo istum mundum factum volunt, atque ab hoc principe per diversa carnis corpora seminari. Astruunt etiam fatalibus stellis homines colligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa cæli esse compositum: sicut hi qui Mathematici vulgo appellantur, constituentes in capite arietem, taurum in cervice, Geminos in humeris, cancrum in pectore, & cætera nominatim signa percurrentes ad plantas usque perveniunt, quas piscibus tribuunt, quod ultimum signum ab Astrologis nuncupatur. Hæc & alia fabulosa, vana, & sacrilega, quæ persequi longum est, hæresis ista contexit: carnes tamquam immundas escas etiam ipsa devitat; conjuges, quibus hoc malum potuerit persuadere, disjungens, & viros a nolentibus feminis, & feminas a nolentibus viris; opificium quippe omnis carnis non Deo bono & vero, sed malignis angelis tribuunt; hoc versutiores etiam Manichæis, quod nihil scripturarum canonicarum repudiant, simul cum apocryphis legentes omnia, & in auctoritatem sumentes, sed in suos sensus allegorizando vertentes quicquid in sanctis libris est, quod eorum evertat errorem. De Christo Sabellianam sectam tenent, eumdem ipsum esse dicentes non solum Filium, sed etiam Patrem & Spiritum sanctum. Hæc Augustinus; qui & alibi (e) ait, Priscilliani fuisse assertionem de mendacio, quod peccatum non esset, etiam juncto perjurio: quo tanto errore permotos, ut eum confutaret, se tradit scripsisse librum contra mendacium. Porro hisce ipse Priscillianus offusis tenebris, cunctas quæ umquam excogitari possent, cum suis quas seduxisset feminis turpitudines operabatur. Idem de his alibi (f) dicit, solitos habere librum, quem Libram appellarent, eo quod duodecim quæstionibus velut unciis explicaretur, quibus horrendæ continebantur blasphemiæ. Eosdemque ait uti solitos hymno quodam peculiari; eumque ipsum esse dicebant, quem Dominus post cœnam dixisset. De eorumdem dogmatibus plane ridendis est epistola Orosii (g) ad Augustinum; ibi de duodecim Patriarcharum nominibus, duodecim præcipuis corporis membris attributis, & aliis deliramentis ea Manichæorum petitis insomniis. Ejusdem

(e) Aug. retract. l. 2. c. 11.

(f) Aug. contr. mendac.

(g) Apud August. in consult. de error. Priscill.

dem

dem vero Orosii impulsu sanctus Augustinus volumen scripsit peculiare adversus Priscillianistas.

CXV. S. Hieronymus (*a*) adversus Pelagianos agens, Priscillianistarum quoque detegit turpitudines, eosdemque ex parte Manichæos fuisse testatur, eosque solos cum solis claudi solitos mulieribus, & carmina illa inter amplexus canere (*b*):

(*a*) *Hier. adv. Pelag. ad Ctesiphont.*

(*b*) *Virg. 2. Georg.*

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium læte descendit, & omnes
Magnus alit magno commixtus corpore fœtus:

& post pauca, hæc de Agape, femina illa, quæ seduxit Elpidium: *Mulier*, inquit, *virum, cæcum cæca duxit in foveam, successoremque sui Priscillianum habuit Zoroastres magi studiosissimum, & ex mago Episcopum; cui juncta Galla non gente, sed nomine, germanam huc illucque currentem, alterius & vicinæ hæresis reliquit hæredem, nunc quoque mysterium iniquitatis operatur*, &c. Porro capita singula dogmatum Priscilliani S. Leo (*c*) Papa in epistola ad Turibium complexus est; de quibus alia occasione suo loco dicendum: hæc modo de his, quod ad institutum pertinet orationis, satis sunto.

(*c*) *Leo PP. ep. 93.*

Hoc eodem anno mense Decembris a Theodosio Imperatore adversus idololatriam ejusmodi rescriptum (*d*) datum reperitur: CXVI.

(*d*) *l. 7. de Pagan. C. Theod.*

Rescriptum adversus Gentiles.

Si quis se vetitis sacrificiis diurnis nocturnisque velut vesanus & sacrilegus incertorum consultorum immerserit, fanumque sibi aut templum ad hujuscemodi sceleris executionem assumendum crediderit, vel putaverit adeundum, proscriptioni se noverit subjugandum; cum nos justa institutione moneamus castis Deum precibus excolendum, non diris carminibus profanandum. Dat. XIII. Kal. Januarii Constantinopoli, Eucherio & Syagrio Coss. Valentis enim temporibus, cujus adversus Catholicos, tantummodo odium fervescebat, in Orientali Imperio in primis adeo invaluerat Gentilium licentia contra eos, ut Alexandriæ (quod dictum est superius) iidem cogere præsumpserint Catholicos ad deorum cultum, tempore persecutionis Lucii Episcopi Ariani. Quam illatam sub Christianis Imperatoribus tunc ignominiam ipse Theodosius alta mente conservans, non hoc tantum adversus eos promulgavit edictum, sed opportuniori oblata occasione, mirificum illud templum Serapis Alexandriæ situm demolitus est; de quo suo loco dicendum erit.

JESU CHRISTI ANNUS 382. | DAMASI PAP. ANNUS 16. | GRATIANI 16. VALENTIN. 7. IMPPP. THEODOSII 4.

I. Concilium Romanum. TRecentesimus octogesimus secundus Domini annus Consulatu Syagrii secundo cum collega Antonio annotatur: quo Romæ Concilium celebratum est ea Episcopis diversarum provinciarum, nempe Orientis, aliarumque Catholici orbis regionum. Inter alios autem venerant ab Oriente Paulinus Episcopus Antiochenus, & ex

PAGIUS SÆC. IV. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5875.

☉ 27. B. ☽ 3. P. 17. April. Indict. 10.

Anno Urbis 1135. JESU CHRISTI 382.

Olymp. 290. an. 2. DAMASI PAPÆ 17.

A. C. 382. GRATIANI 16. VALENTINIANI JUNIORIS 8.

THEODOSII 4.

I. Consules. [1] AD num. I. Coss. *Antonius*, & *Syagrius*: ille in Oriente, hic in Occidente creatus. *Syagrius* diversus est a Syagrio, qui anno præcedenti annum aperuit, ut ostendi in Prolegomenis ad Dissert. Hypaticam num. XXVIII. ideoque perperam cum nota numerali a Baronio editur. *Antonius* erat pater Placillæ prioris Theodosii Imperatoris uxoris. Themistius enim in Oratione, quæ inscribitur, *Gratiarum actio ob pacem & ob Consulatum Saturnini* anno sequenti gestum, quam Harduinus in nova Operum Themistii editione publicavit, Theodosium laudat his verbis: *τὴν γὰρ τοῦ γένους ἀγχιστείαν πρῶτον τιμήσας τὸν πατράδελφον λέγω καὶ τὸν κηδεστὴν*, &c. id est: *Postquam enim generis propinquitati primas honoris detulisti, patruo videlicet & affini*. Ubi patruus est Eucherius, qui anno præcedenti Consul fuit; affinis vero, seu, ut vox Græca *κηδεστὴς* magis proprie significat, alius non

NOTÆ [1] COss. *Antonius & Syagrius*. Relandus habet: *Afranius Syagrius*, ex opinione Jacobi Gothofredi in Prosopographia Codicis Theodosiani. Alii Fastos hujus anni his nominibus disponunt: *Flavius Antonius*, & *Postumius Syagrius* II. Cæterum vulgati Fasti: *Antonio*, al. *Antonino & Syagrio*. Prosperi Chronicon: *Antonio* & *Syagrio*. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Antonio & Syagrio*.

& ex Cypro insula Epiphanius Episcopus Constantiæ; de his enim hæc S. Hieronymus (a) ad Eustochium: *Cumque Orientis & Occidentis Episcopos ob quasdam Ecclesiarum dissensiones Romam Imperiales litteræ contraxissent; vidit admirabiles viros Christique Pontifices Paulinum Antiochenæ urbis Episcopum & Epiphanium Salaminæ Cypri, quæ nunc Constantia dicitur. Quorum Epiphanium etiam hospitem habuit* (S. Paula scilicet mater Eustochii) *Paulinum in aliena manentem domo, quasi proprium humanitate possedit. Quorum accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat; non domus, non familiæ, non possessionum, non alicujus rei quæ ad sæculum pertinet, memor, sola (si dici potest) & incomitata ad eremum Antoniorum atque Paulorum pergere gestiebat; tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad Ecclesias suas Episcopis, & ipsa voto cum eis ac desiderio navigavit.* Hucusque Hieronymus, quibus non tantum Episcoporum adventus Romam ad Concilium significatur, sed tempus, quo Romæ manserunt, pariter innotescit, nempe commoratos esse Romæ usque ad sequentis anni veris tempus.

(a) Hier. epist. 27.

II. Idemque S. Hieronymus (b) ad Principiam scribens tradit se quoque tum Romam ex Oriente venisse cum iisdem sanctis Episcopis; nam ait de S. Marcella: *Denique cum & me Romam cum sanctis Pontificibus Paulino & Epiphanio Ecclesiastica traxisset necessitas, &c.* Indicat his sane verbis Hieronymus, se vocatum a Damaso. Sed quod ait venisse Romam cum iisdem nominatis Episcopis; haud puto intelligendum eum Antiochia una cum Paulino solvisse, vel cum Epiphanio e Cypro insula: nam cum ipsius sententia (ut dictum est superius) constet, ipsum apud Gregorium Nazianzenum permansisse Constantinopoli usque ad tempus, quo idem Gregorius Episcopatum ejus Ecclesiæ consecutus est, plane apparet eum non ante præteritum annum recessisse Constantinopoli, quem quidem haud existimo Antiochiam reversum esse, ut cum Paulino & Epiphanio se Romam conferret; sed Damasi monitum litteris, venturum Romam iter per Græciam suscepisse; eoque tempore Athenas adire voluisse: ipsum namque petiisse Athenas, verba hæc in commentariis in Zachariam (c) fidem faciunt: *In arce,* inquit, *Atheniensium juxta simulacrum Minervæ, vidi sphæram æream gravissimi ponderis, quam ego præ imbecillitate corpusculi movere vix potui. Cum quærerem quidnam sibi vellet; responsum est ab urbis ejus cultoribus, athletarum in illa massa fortitudinem comprobari, nec prius ad agonem quemquam descendere, quam ex levatione ponderis sciatur quis cui debeat comparari.* Hæc ipse. Sic igitur qui Constantinopoli recedens per Græciam in Italiam venit, iisdem Episcopis eodem tempore vocatis Romam venientibus potuit occurrisse. Venisse creditur vocatus & ipse a Damaso Papa, qui eo in responsionibus Synodalibus uteretur. Contigisse autem videtur ipsius Hieronymi & aliorum Episcoporum Romam adventus autumnali tempore: nam cum ad Asellam scribens dicat se prope triennium Romæ mansisse, minime tamen absolvisse; rursumque ejusdem Hieronymi in Apologia adversus Ruffinum assertione certum sit, ipsum mense Augusti Roma profectum; certe quidem ipsum hoc anno, autumnali (ut dictum est) tempore, vel hieme Romam venisse oportuit.

(b) Hier. epist. 61.

Hieronymi reditus Romam.

(c) Hier. in Zach. c. 12.

III. Venit ad eamdem Synodum Romam Acholius Episcopus Thessalonicæ, Anemmius Episcopus Sirmii metropolis Illyrici, Valerianus Episcopus Aquilejæ, S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, & alii qui nominati habentur in epistolæ Synodalis inscriptione Constantinopoli hoc anno tempore Concilii Romam missæ; licet paucorum tantummodo ibi nomina Episcoporum habeantur expressa (d), reliqua silentio prætermissa: nam (ut de aliis taceamus) nec Paulini Antiocheni, nec Epiphanii, quos constat interfuisse Synodo, in ea epistola nomina recensentur. [1]

Episcopi alii qui venerunt ad Synodum.

(d) Apud Theod. l. 5. c. 9.

IV. Sed quid inter hæc moliuntur Orienta-

PAGIUS non est, quam Antonius hoc anno in Oriente Consul Placcillæ Augustæ pater. Verum est, Zosimum lib. 5. pag. 781. vocare Eucherium τὸν τοῦ βασιλέως θεῖον, id est, *Imperatoris patruum*, nempe Arcadii, de quo ibidem loquitur. Sed vox θεῖος, quæ proprie patruum, aut avunculum significat, eo in loco *propatruum* significare existimo, qualis erat Eucherius respectu Arcadii.

NOTÆ

[1] Optat Baronius, ut in fronte Epistolæ Episcoporum Constantinopolitani Concilii, nomina Episcoporum qui Romæ convenerant, præponerentur. At id dolose minime factum notat Coustantius in Monito ad hanc epistolam, pag. 557. n. VI. observat enim Baronii suspicionem, qua censet Orientales, *astuto consilio subterfugium quærere occasione captantes, ex condicto consilio Cpolim venisse*, ut Romanam Synodum declinarent, probabilibus conjecturis non inniti. Nisi ergo, inquit Coustantius, falsa sit Theodoreti narratio, lib. V. Cap. VIII. Orientales nequaquam Cpolim venire cœperunt, quum litteras Occidentalium accepissent, sed quum jam Cpoli propter alia negotia essent, tum demum ibi Occidentalium Episcoporum Synodicam acceperunt, qua Romam venire hortabantur.

Orientales vitant Romanam Synodum.

les Episcopi, qui anno superiori interfuerunt Constantinopolitano Concilio, cum litteris Theodosii (ut diximus) Romam ad Synodum vocarentur? Astuto consilio subterfugium quavis occasione captantes, veniunt ex condicto Constantinopolim; persuadent Theodosio, maximam jacturam passuras Orientales Ecclesias ob eorum absentiam, hæreticis etsi ab eis expulsis, pro foribus tamen excubantibus, paratis in eas irrumpere, cum illas pastoribus vacuas vidissent; satisfactumque Damaso fore addiderunt, si Constantinopoli ipsi Concilium celebrantes, Romam ad Synodum Legatos Episcopos mitterent; quod & persuasum Theodosio fuit. Cogunt itaque Constantinopoli Concilium, ad quod etiam plures absentes vocant Episcopos, & inter alios nomine Imperatoris accersendum curant Gregorium Nazianzenum, puto quidem ut tanti viri præsentia ipsorum Synodus majorem sibi conciliaret auctoritatem. At quid ipse responderit, antequam describamus; quo statu ipsius res sitæ essent, cum Constantinopoli reversus est Nazianzum, operæpretium est recensere.

Gregorius Nazianzenus vocatur Constantinopolim ad Synodum.

V.

Res Gregorii cum est reversus in patriam.

Cum in patriam pervenisset, eamque Ecclesiam adhuc pastore destitutam ab obitu parentis comperisset; ne illud subire onus cogeretur, nihil antiquius habuit, quam ut ageret cum Metropolitano Antistite Helladio Cæsariensi de creando Episcopo Nazianzeno; salutatus enim ab eo litteris tempore festi Paschalis, inter alia ita rescripsit (a): *Nunc autem purius ex hac gravi & caliginosa vita Ægypto egressus, & luto ac lateritio opere, cui astringimur, liberatus, ad promissionis terram transferri concupisco: Hanc nobis precare, si quid tibi curæ est quam præclarissime de nobis mereri. Tibi vero utinam vivo & incolumi sæpius contingat simul cum Ecclesia festum celebrare. Quod si mihi senectutem quoque beneficio vestro egregie claudere licuerit, constituto nimirum a vobis huic Ecclesiæ Episcopo, quem Spiritus sanctus designavit; egregio opere perfuncti fueritis, paternisque (ut sic loquar) benedictionibus digno.* Hæc ad eum, qui sibi jus ejus Ecclesiæ vendicarat.

(a) Greg. Nazianz. epist. 54.

VI.

Annuit Helladius Gregorio, Ecclesiæque Nazianzenæ præfecit Eulalium, quem missis illuc Episcopis provincialibus ex more ab eisdem ordinandum curavit. Non adhuc autem consolidata fuisse videntur & usu recepta, quæ de facta divisione Provinciæ Cappadociæ in duas, sunt dicta superius, per quam Nazianzum sub Metropolim Tyanensem redacta videbatur: nam si constitisset, non Cæsariensis Archiepiscopi, sed Tyanensis id muneris erat. Sed quid accidit? Falsus rumor increbuit invito Gregorio id factum esse, eumque etiam ab Helladio sede paterna spoliatum. Quo & ad Gregorium Nyssenum perlato, cum de his Gregorio Nazianzeno litteris condoleret, ita ipse ad illum rescripsit (b): *De nobis autem & dominis Episcopis, ne quisquam obsecro, falsos sermones jactet, eos nimirum, invitis nobis ac repugnantibus, Episcopum alium nominasse. Non enim usque adeo illis contemptui sumus, nec ita infesta odia in nos commoventur; sed multum diuque obtestatus propter effœtum annis & emortuum corpus, simul etiam quod neglectæ Ecclesiæ gravitatem pertimescerem, hanc ab iis gratiam postulavi, nec Ecclesiasticis legibus adversantem, & nos refocillantem, ut is Ecclesiæ pastor daretur, qui & precibus tuis datus est, pietate vestra dignus; quem tibi quoque in manus trado & colloco; venerabilem dico Eulalium, cujus utinam manibus immori mihi contingat. Quod si quis est, qui putat, Episcopo vivente, alium institui non debere* (prohibitum id enim est decreto Magni Concilii Nicæni) *is sciat, se ne hac quidem in parte nobis causa superiorem esse. Inter omnes enim constat, me non Nazianzi, sed Sasimorum Antistitem creatum fuisse; tametsi patris reverentia, & eorum qui supplices hoc a me contenderunt, ad breve tempus præfecturam quasi hospites accepimus.* Hæc Gregorius, qui & de hoc quoque calumniam passus est, cum obtrectatores in eum tacite susurrarent, ipsum nimirum fastu contempsisse parvam Ecclesiam, qui maximam adeo affectasset. Has vero & alias mente volvens ærumnas ipse suas, pro solatio sic versibus cecinit (c):

Falsus rumor de Gregorio sede privato.

(b) Greg. Nazianz. epist. 42.

Eulalius Episcopus Nazianzenus creatus.

Ut vero ad patrios idem remeare penates
Me voluit, morbis natum, curisque molestis:
(Cura homini porro crux & lethale venenum est)
Exigue fessos recreavi corporis artus,
Insigni pastore data, ne Præsule cassas
Aggrederetur oves quisquam, raptasque voraret:

(c) Greg. Naz. carm. qua queritur de calamit. suis.

& paulo post subdit:

Pars hominum nostris omnino incredula morbis
Usque meum tacito lacerabat murmure nomen;
Meque pium nimio populum contemnere fastu
Censebat, si non verbis jactabat apertis.
At cernit nostros, qui cernit cuncta, dolores.

Hæc & alia ipse.

Cum

VII. Gregorius recusat venire ad Synodum.

Cum autem hoc statu res Gregorii essent, & ad Synodum Constantinopolim Imperatoris Theodosii nomine litteris Præfectorum accerseretur, ita ipse breviter ad Procopium primo scripsit (a):

(a) Greg. Nazianz. epist. 55.

Ego, si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, ut omnia Episcoporum Concilia fugiam; quoniam nullius Concilii finem lætum, faustumque vidi, nec quod depulsionem malorum potius, quam accessionem & incrementum habuerit. Pertinaces enim contentiones & dominandi cupiditates (ac ne me, quæso, molestum & importunum existimes hæc scribentem) ne ullis quidem verbis explicari queant; citiusque aliquis in culpam vocabitur, dum de aliena judicium fert, quam ut aliorum perversitatem comprimat. Quocirca egomet me collegi, animæque securitatem in sola quiete solitudineque mihi positam judicavi. Nunc vero huic quoque meo judicio patronus morbus accedit, quippe qui me ita distorqueat, ut quotidie fere extremos spiritus efflem, nec ulla re me ipso uti queam. Atque ob hanc causam ignoscat mihi tua animi magnitudo; detque operam, ut piissimus Imperator me inertiæ condemnet, sed infirmitati veniam det, ob quam se quoque nobis, instar alius cujuspiam beneficii hoc postulantibus, secedendi potestatem fecisse novit. Hæc ad Procopium tunc Gregorius, recusans plane ad conventus illorum accedere, quos inter se discordia sciebat esse conscissos, faventibus aliis Flaviano, aliis vero Paulino. Cum autem rursus iteratis litteris, immo edicto Imperatoris importunius vocaretur, ita ad Olympium Præfectum Cappadociæ (b):

(b) Greg. Nazianz. epist. 76.

VIII. Gregorius vocatus iterum se excusat.

Hoc mihi morbo ipso gravius est, quod ne ægrotanti quidem fides habetur, sed peregrinationem ita longam inire jubeor, atque in medios tumultus me me intrudere; quorum secessionem ita amavi, ut hoc nomine gratiam quoque corporis afflictioni propemodum habeam. Quieta enim & a negotiis semota vitæ ratio actuosæ vitæ splendore præstantior est. Hoc illustrissimo quoque Icario non ita pridem scripsi, cum idem ab eo edictum accepissem. Magnificentiam autem tuam rogo, ut pro nobis quoque id scribere digneris: quippe quem morbi nostri locupletem testem habemus. Argumento est detrimentum illud, quod nunc accepimus, cum per corporis infirmitatem nec ad te accurrere, nec te frui nobis licuerit, Principe adeo commodo, tamque admiranda virtute prædito, ut præludia quoque ipsa magistratus tui excellentiora sint ea gloria, quam alii toto Imperii tempore consequuntur. Hactenus Gregorius, qui non sic contempsit Synodos, ut communis Ecclesiæ utilitatis causa, cum se occasio daret, accedere penitus recusarit; sed Synodi illorum vitavit accessum, quos quales essent, & quam præter jus Flavianum instituissent, superiori anno plus satis (ut vidimus) expertus fuerat. Nam quantum ipse aliis Patrum conventibus detulerit, & pro Ecclesiæ pace sollicitus fuerit, dicemus inferius.

Qui igitur declinantes Romanam Synodum Orientales Episcopi convenerunt Constantinopoli, Legatos Romam miserunt ad congregatum ibi Concilium, litterasque dedere, quibus quæ gessissent anno superiori in generali Synodo, pariter significarunt. Recitantur eædem litteræ a Theodoreto, quæ sic se habent (c): IX.

(c) Apud Theod. l. 5. c. 9.

Epistola Concilii Constantinopolitani.

Dominis honoratissimis & cum primis reverendis fratribus ac collegis Damaso, Ambrosio, Britoni, Valeriano, Acholio, Anemmio*, Basilio & cæteris Sanctis Episcopis in celebri urbe Roma convocatis sanctum Concilium Orthodoxorum Episcoporum in ampla urbe Constantinopoli coactum in Domino salutem.*

* Avemio.
* Bassiano.

Multitudinem calamitatum nobis a dementis sectæ Arianæ principibus inflictarum, vestræ reverentiæ tamquam earumdem ignaræ exponere, narrareque erit fortasse supervacaneum. Nam neque vestram pietatem res nostras tam parvo æstimare arbitramur ut de his docendi sitis, pro quibus deberetis nobiscum una condolescere: neque ejusmodi sunt tempestates illæ, quibus undique jactamur, uti propter earum parvitatem vos latere queant. Quinetiam tempus persecutionis adeo nuper præteriit, ut non illis solum qui in eo afflictati erant, verum etiam eorum amici qui propter amorem in doloris cum illis venerant societatem, recentem ejus memoriam teneant. Nam heri (prope dixerim) & nudiustertius, nonnulli exilii vinculis liberati, & infinita fere afflictionum genera perpessi, ad Ecclesias suas redierunt. Aliorum autem exilii cruciatibus extinctorum reliquiæ duntaxat in patriam sunt reportatæ. Quidam post reditum ab exilio in furorem hæreticorum adhuc sævientem incidentes, graviora tormenta in sua ipsorum, quam in aliena regione tolerarunt, & more B. Stephani lapidibus obruti occubuerunt. Alii variis cruciatibus dilacerati, stigmata Christi & vibices in corpore adhuc circumferunt. Porro pecuniæ jacturam, amissiones civitatum quas incolebant, proscriptiones, singulorum insidias, contumelias, carceres quis posset enumerare? Nam afflictionum genera nobis impactarum vix numero comprehendi possunt, propterea fortasse, quod pœnæ peccatis debitæ nobis persolvendæ erant. Fortasse autem quod benignus Deus per ingentem rerum adversarum multitudinem nos exercere volebat; pro quibus Deo certe agendæ sunt gratiæ, qui per tot cruciatus servos suos erudivit, & secundum multitudinem miserationum suarum rursum eduxit nos in refrigerium.

Status Ecclesiæ Orientalis.

X. Jugis infestatio hæreticorum. Nobis quidem diuturno otio & multo tum tempore, tum labore ad Ecclesiarum emendationem opus est, ut corpus earum tamquam diuturno morbo vexatum, curationibus pedetentim adhibitis, recreantes, tandem ad pristinam pietatis sanitatem reducamus. Nam etsi videmur persecutionis asperitate penitus liberati, & Ecclesias diu ab hæreticis occupatas modo recuperasse; tamen lupi nobis permultum facessunt molestiæ; atque licet ab ovilibus abacti sint, in silvis tamen greges diripere, conventus contrarios nobis audacter opponere, populi seditiones concitare non cessant: denique nihil omnino prætermittunt, quod Ecclesiis quicquam afferre possit incommodi. Itaque erat (ut diximus) pernecessarium, ut in his rebus rite constituendis plus temporis collocaremus.

XI. Excusatio Episcoporum. Jam vero, quoniam vos, quo fraternam vestram erga nos charitatem declararetis, Concilio Dei voluntate ac nutu Romæ coacto, nos velut membra propria per Imperatoris sanctissimi litteras accersivistis; ut cum nos soli jam antea res acerbas subire coacti essemus, nunc Imperatoribus de pietate consentientibus, sine nobis vos regnaretis, sed potius, (uti loquitur Apostolus a) ut nos vobiscum corregnaremus: est certe nobis in optatis, si posset fieri, Ecclesiis penitus relictis, vestro desiderio, aut necessario potius Ecclesiæ negotio inservire. Quis enim nobis dabit pennas sicut columbæ, & volabimus, & requiescemus apud vos? Verum quoniam hoc modo Ecclesiæ nuper renovatæ nudarentur, & res a plerisque fieri omnino non queat, propterea quod Constantinopoli mandato litterarum superiori anno a vestra reverentia post Concilium Aquilejense ad sanctissimum Imperatorem Theodosium missarum, ad iter dumtaxat Constantinopolim usque faciendum nos præparavimus, atque de hoc uno Concilio celebrando consensum Episcoporum qui in provinciis manserant una vobiscum attulimus; idcirco neque longiore itinere opus esse expectabamus, neque de ullo alio omnino ante acceperamus, quam Constantinopoli in unum conventum esset. Huc accedit, quod temporis præstituti angustia, neque ad longius iter parandum, neque ad Episcopos in singulis provinciis, qui sunt ejusdem nobiscum communionis, de hac re commonefaciendos, neque ad eorum consensus obtinendos satis spatii dedit.

(a) 1. Cor. 4.

XII. Legatio a Synodo Constantinopolitana. Itaque cum & hæ res & alia præterea complures majori parti Episcoporum impedimento sint, quo minus ad vos veniant; idcirco quod secundo in loco faciendum erat, tum ad statum rerum Ecclesiasticarum rite ordinandum, tam ad ostendendum quanti vestrum erga nos charitatem æstimemus, illud certe fecimus: quippe oravimus reverendissimos, honoratissimosque fratres & collegas nostros Episcopos Cyriacum, Eusebium, & Priscianum, uti laborem ad vos proficiscendi suscipere non gravarentur. Qui quidem non solum vobis exponent, quam nostra voluntas pacis studiosa sit, & quo pacto nihil aliud quam Ecclesiæ concordiam sibi proponat; verum etiam quam ardenti studio ad sanam fidem tuendam accensi simus, perspicue significabunt. Nam persecutionum procellas, cruciatus, minas Imperatorias, crudelem magistratuum violentiam, aliarumque rerum incommodarum tentationes, quas ab hæreticis sustinuimus, pro fide Evangelica a trecentis decem & octo sanctis Patribus Nicææ urbis Bithyniæ confirmata pertulimus. Etenim ista fides tum a nobis, tum a vobis, tum ab omnibus qui non verbum veræ fidei pervertunt, approbari debet: quippe cum & antiquissima sit, & lavacro baptismatis, quo tincti sumus, consentanea, & nos doceat credere in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, hoc est in divinitatem, potentiam, & substantiam unam Patris & Filii & Spiritus sancti, æqualem dignitatem, & coæternum regnum in tribus perfectis ὑποστάσεσιν, id est, in tribus personis, adeo ut neque quicquam loci detur pestiferæ Sabellii hæresi, qua confunduntur personæ, hoc est, proprietates earum tolluntur; neque blasphemia Eunomianorum, Arianorum, aut eorum qui Spiritum sanctum oppugnant, quicquam habeat ponderis, qua quidem essentiam, naturam, & divinitatem Trinitatis discindit, & ei quæ nec creata est, & consubstantialis est, & coæterna est, naturam posteriùs genitam, aut creatam, aut quæ sit alterius essentiæ, tribuit.

XIII. Decreta in priori Synodo Constantinopolitana. Nos autem Doctrinam Dominicæ incarnationis integram & perfectam tenemus; & neque œconomiam carnis Christi vel animæ vel mentis expertem vel imperfectam esse asserimus; sed agnoscimus Verbum Dei ante sæcula omnino perfectum esse, & perfectum hominem in novissimis diebus pro nostra salute factum esse. Atque ista de fide a nobis libere ingenueque prædicata summatim disseruimus: de quibus pleniorem cognitionem animis poteritis percipere, si libellum, Concilio Antiochiæ convocato, de fidei decisione editum, & eum etiam qui superiori anno a Concilio generali compositus est, legere placuerit: in quibus tum fidem nostram uberius explicavimus, tum hæresibus nuper excogitatis anathema scriptis proditum denunciavimus.

XIV. De Flaviani electione. De administrationibus autem quæ sunt cujusque Ecclesiæ propriæ, cum vetus (uti nostis) lex est, tum sanctorum Patrum in Concilio Niceno decisio: Ut videlicet singularum provinciarum Antistites una cum finitimis, modo ipsis ita visum fuerit Episcopis, ministros ad Ecclesiarum commodum

dum

dum in suis ipsorum provinciis ordinent. Ex cujus legis & decisionis præscripto, scitote, tum alias quoque Ecclesias apud nos administratas esse, tum illustrissimarum Ecclesiarum sacerdotes delectos. Unde Ecclesia Constantinopolitanæ recens (ut ita dicam) ædificatæ, quamque ex hæreticorum blasphemia, tamquam ex ore leonis per misericordiam Dei nuper eripuimus, reverendissimum Sanctissimumque Nectarium in Concilio generali, communi omnium consensu, præsente Theodosio Imperatore religiosissimo, totius denique cleri, totiusque civitatis suffragiis, Episcopum constituimus. Ecclesiæ autem vetustissimæ & vere Apostolicæ Antiochiæ urbis Syriæ, in qua primo venerandum Christianorum nomen auditum est, reverendissimum & sanctissimum Flavianum Episcopi illius provinciæ & diœceseos Orientales in unum convenientes, tota illa Ecclesia (uti canon postulat) suffragante, & velut uno ore virum illum honorifice collaudante, Episcopum ordinarunt: quæ quidem ordinatio, uti legitima, communi Concilii consensu approbata est.

XV. De confirmatione Cyrilli Episcopi Hierosolymitani. *Porro Ecclesia Hierosolymitanæ, quæ est aliarum omnium mater, reverendissimum & sanctissimum Cyrillum Episcopum vobis ostendimus, tum ab Episcopis provinciæ (uti canon vult) jampridem creatum esse, tum plurima prœlia adversus Arianos variis in locis confecisse. Quibus rebus tamquam legitime & secundum Ecclesiæ canones constitutis, obsecramus vestram reverentiam, uti congratuletur; spiritali charitate nos mutuo devinciente, & timore Domini, qui omnem humanam affectionem reprimit, Ecclesiarumque ædificationem amori illi & benevolentiæ, qua singuli singulos complectuntur, longe anteponit. Quod si doctrina fides ad hunc modum communi consensu stabilita sit, & charitas Christiana in nobis confirmata; posthac desinemus dicere illud quod ab Apostolis (a) condemnatum est, nimirum: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ: atque omnes cum simus Christi, qui in nobis non est divisus, corpus Ecclesiæ, Dei largiente gratia, integrum conservabimus, & ad tribunal Domini fidenti animo nosmet sistemus. Isti contra Arii, Ætii, & Eunomii insaniam, quinetiam contra Sabellii, Photini, Marcelli, Pauli Samosateni, & Macedonii amentiam scripserunt. Simili ratione & novæ Apollinaris doctrinæ palam anathema indixerunt: quandoquidem, nos, inquiunt, doctrinam incarnationis Dominicæ integram tenemus, & neque carnis ejus œconomiam animæ mentisve expertem aut imperfectam asserimus.* Hactenus Synodalis epistola secundi Constantinopolitani Concilii ad Synodum quæ Romæ hoc anno agebatur.

(a) 1. Cor. 1.

XVI. Quonam animo, quove consilio ista scripserint Episcopi iterum congregati Constantinopoli, recte cognosces, lector, si memoria retinens quæ gesta sunt anno superiori ab eisdem Episcopis in Concilio generali ibidem considentibus; nempe in hoc incubuisse, ut justis quibusdam prætextibus declinarent Romanam Synodam, in qua redditurl rationem essent de Flaviani electione perperam facta adversus Paulinum, cui cum Ægyptiis Occidentales favebant; pariterque de canonibus ab eis statutis, num recte legitimeque sanciti essent, judicandi fuissent. Sed & quod superius attigimus & magnopere displicet, vides ex iis ingratum de Gregorio Nazianzeno eorumdem Episcoporum silentium, & inanem falsamque obstentationem jactantiæ de Constantinopolitana Ecclesia ab hæreticis liberata: itemque quod de Flaviani electione dicitur ab Episcopis Provincialibus habita: Synodi enim id tunc fuisse operis, ex Gregorio satis superius demonstratum est. Verum & quod intelligis nullam hic haberi mentionem de primatu sedis Constantinopolitanæ post Romanam, sicut de aliis rebus in Synodo institutis; jam manifeste apparet, vel id minime factum, vel si vere contigit, illud fuisse clandestinis suffragiis sancitum, latereque voluisse tum Damasum Romanam Pontificem, tum Timotheum, quos scirent habituros acerrimos adversarios.

Quale Concilium Orientalium Episcoporum.

XVII. Quid autem Romæ his acceptis litteris Synodalibus, auditisque Legatis, factum sit, latet; deperiere enim Acta Romani Concilii: nam quæ Theodoretus (b) de damnatione Apollinaris atque Timothei facta dicit post has acceptas litteras in dicto Romano Concilio, haud ei satis aptari posse videntur: nam in litteris Orientalium nulla reperitur facta mentio quod ipsi petierint damnandum Apollinarem ab ipso Romano Pontifice. Sed & sequens fidei professio, quod scripta esse appareat in legitima codicum electione ad Paulinum Episcopum Antiochenum absentem, nequaquam ab ista Synodo potuit esse conscripta: nam de Paulino (ut dictum est ex Sancto Hieronymo) liquet Romæ hoc tempore eidem interfuisse Synodo, nec nisi ea absoluta, Antiochiam reversum esse. Cæterum quonam consilio ab eodem Theodoreto, loco Paulini Antiocheni, positus fuerit Paulinus Thessalonicensis, cum nec nunc, nec ante a tempore Nicæni Concilii præfuerit Ecclesiæ Tessalonicensi aliquis Paulinus nomine, suo loco superius pluribus demonstratum est. Scias ergo, eadem a Theodoreto sub hoc Romano Concilio posita, jure meritoque collocata esse in superiori Romana Synodo adversus hæresim Apollinaris congregata; de qua pluribus actum est.

(b) Theod. l. 1. c. 10. 11.

Cæ-

XVIII. [1] Caeterum licet hujus Synodi Acta non extent; tamen quæ in ea fuerint definita, ex rerum eventibus indicantur. Cum enim Paulinus reperiatur (ut dictum est) absoluto Concilio, sequenti anno esse reversus Antiochiam, atque etiam ipso defuncto, in locum ipsius non sine assensu Romani Pontificis fuisse subrogatus Evagrius; plane eidem adjudicatam sedem Antiochenam ex Synodi Romanæ decreto affirmandum est, cum & Paulini partes successores Damasi Romani Pontifices, ut æquiores, defendendas susceperint. Sed de his inferius suis quibusque annis agendum erit. Admonemus te interim, lector, caute legendum esse Theodoretum (a) in Paulinum & Evagrium plus æquo invehentem, ac nonnulla a veritate abhorrentia scriptis prosequentem; prout quæ superius dicta sunt sub priori Romano Concilio aperta luce declarant. Cujusnam autem potiora jura essent, Flaviani, an Evagrii Paulini postea successoris, Ambrosius (b) testis accedat; apud quem ex rebus gestis, & causa in pluribus Synodis examinata, nullum vel ignoratio, vel privata affectio locum habere potuit, utpote hominem sinceræ veritatis amantem. Sed de his inferius. Illud tamen æque prudenter factum reperimus, quod Flavianus, quamvis ejus ordinatio minime probata esset, toleratus tamen fuerit, nec ab Ecclesia Catholica anathematis sententia segregatus, ea nimirum (ut demonstratum est) ex causa, ne totus ferme Oriens una cum illo, cui communicaret, & cujus causam foveret, a Catholica communicatione pariter scindendus esset.

Paulino causa adjudicata.

(a) Theod. l.5. c.23.

(b) Ambr. epist.78.

XIX. Quod rursus ad hoc ipsum Romanum Concilium spectat; in Collectione Cresconiana nobili antiquitate veneranda, tam in Vaticano codice, quam in nostro, post descriptos recensitos superius anathematismos, & divinarum scripturarum catalogum, ejusmodi de sedium Patriarchalium prærogativa editum habetur decretum:

[2] *Post has omnes Propheticas & Evangelicas & Apostolicas, quas superius deprompsimus, scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est; etiam intimandum putavimus, quod quamvis per Orbem Catholicæ diffusæ Ecclesiæ quasi unus thalamus Christi sit: Sancta tamen Romana Ecclesia nonnullis Synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est: sed & Evangelica voce Domini Salvatoris nostri primatum obtinuit: Tu (c) es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam; & tibi dabo claves regni cælorum; & quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælo. Addita est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli, Vasis electionis, qui non diverso (sicut haretici garriunt) sed uno tempore, uno eodemque die, gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est; & pariter supradictam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus in universo mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia non habens maculam, neque rugam, neque aliud hujusmodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam Beati Petri nomine a Marco ejus discipulo atque Evangelista consecrata est; ipseque in Ægyptum directus a Petro Apostolo, verbum veritatis prædica-*

Canon de prærogativa sedium.

(c) Matt. 16.

NOTÆ [1] BAronius A.D. 867. Fidei catholicæ expositionem de qua supra actum est, truncatam esse censet, & a Theodoreto dolo malo falsatam. Ab opinione Baronii abit Coustantius in Monito prævio in Epistolam Damasi ad Paulinum, n. VI. pag. 503. nam præterquam quod anathematismi Damasi ex collectione Cresconiana a Baronio edita, longe abhorrent ab anathematismorum illorum stylo: iis verbis, quæ Baronius laudavit, adjecta sunt nonnulla, quæ in Damasum convenire minime possunt. Palam est, huic scripto Damasi nomen falso inditum esse; quippe in eo *Cælestini* Papæ, *Cyrilli* Alexandrini, *Leonis*, *Nestorii*, *Eutychetis*, Conciliorum *Ephesini* & *Chalcedonensis* mentio fit. Quod vero ex Gennadio Patriarcha Constantinopolitano & ex Damaso citat, id eductum esse ex Toletana prima Synodo, in qua regula Fidei Leonis Papæ temporibus edita citatur, ibidem docet Coustantius, n. VII. *Erroris origo*, inquit Coustantius, n. VIII. *ex eo orta est, quod in codice Canonum, ad calcem operum S. Leonis editum, occurrit hæc fidei regula, quæ inscribitur: Libellus catholicæ fidei Augustini contra omnes hæreses, ex quo libello, & anathematismis Damasi constatus est sermo, alias Augustini de tempore 129. nunc in Append. 233. Si autem huic sermoni, in quo nihil est Augustini, ipsius Augustini nomen præfixum est: idem sermo propter anathematismos, qui Damasi sunt, potiori jure ipsi Damaso inscribi potuit.* Hæc autem Damasi epistola ad Paulinum, ut censet Coustantius, scripta est circa exitum anni 378.

[2] DEcretum de prærogativa Sedium, non a Damaso in Synodo Romana A. D. 382. editum esse, ostendit Coustantius in notitia Scriptorum *seu* gestorum Damasi, §.XV. n.26. pag.600. propterea quia Baronius deceptus sit fragmento Gelasiani decreti, quod in nonnullis codicibus *Damasi* nomen pro *Gelasii* præfert. Nam in eo fragmento, Ephesina & Chalcedonensis Synodus, Cœlestini & Leonis Papæ, & Nestorii atque Eutychetis nomina memorantur. Ex quo liquet, falso huic fragmento Damasi nomen præfixum.

cavit, & gloriosum consummavit martyrium. Tertia autem sedes est apud Antiochiam beatissimi Apostoli Petri, quæ habetur honorabilis, eo quod illam primitus quam Romam venisset, habitaverit, & illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exorditum est. Hucusque canon: cujus quidem sanciendi occasionem inde credimus emanasse, quod licet Orientales Episcopi Constantinopoli congregati ad Concilium Romanum nihil scripserint de prærogativa collata Ecclesiæ Constantinopolitanæ super Alexandrinam; Damasus tamen hoc ipsum subodoratus, una cum universo Concilio ista de legitima & antiqua sedium prærogativa palam scriptis ediderit, quo audax illorum retunderetur præsumptio: qua etiam occasione hæc eadem scimus a Gelasio Papa (*a*) iterum scriptis prodita in Romano Concilio, & adversus Acacium Constantinopolitanum Episcopum eadem pertentantem sæpius inculcata.

(*a*) *Cap. Sacrosanct. dist. 15. ex Rom. conc.*

XX. Decreta Romani Concilii. In Actis autem Damasi Papæ in Ecclesiis recitari solitis, de quibus inferius erit mentio, habentur aliqua ab eodem Pontifice decreta in Romano Concilio, hoc ne, an priori haud certum est: Ac primo, ut decimæ atque primitiæ a Fidelibus darentur; & qui detrectarent, anathemate ferirentur: Eadem quoque plectendos sententia, qui fœnori vacarent. Ejici etiam ab Ecclesia præcipiuntur, qui in ea vanis sermonibus operam darent: Nec non etiam excommunicandos esse omnes maleficiis, auguriis, sortilegiis, omnibusque aliis superstitionibus vacantes: qua sententia præsertim feminas illas plectendas esse, quæ illusæ a dæmone, se putant noctu super animalia ferri, atque una cum Herodiade circumvagari. Prohibitum etiam ex præscripto (ut ibi ponitur) Niceni canonis, ne ante horam tertiam diebus festis Missæ canerentur, aliis vero diebus a media hora quarta usque ad nonam facere liceret. Decretumque ibi ponitur, quo jubetur in fine cujusque Psalmi apponi: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.*

XXI. ☞ At hic opportune admonendus est lector, nequaquam fluxisse ab Oriente (quod multi putarunt) ut in fine cujusque Psalmi caneretur *Gloria Patri*. Licet enim istiusmodi glorificatio Trinitatis quæ & a majoribus appellata est *Hymnus glorificationis* (ut superius dictum est) ab exordio nascentis Ecclesiæ, ipsis Apostolorum temporibus, in Ecclesiis a Christianis cani soleret; nondum tamen usu receptum erat in Oriente, ut caneretur in fine Psalmi, sed in fine hymnorum recens conscriptorum, ut in Ecclesia Mediolanensi fecit S. Ambrosius more Orientalium, ut S. Augustinus affirmat (*b*); vel in fine Antiphonarum, sicuti Cassianus docet. Ut autem in fine cujuslibet Psalmi, *Gloria Patri* dicatur, ut moris est, peculiaris fuit Occidentalis Ecclesiæ usus; audi Cassianum (*c*): *Illud etiam quod in hac provincia vidimus, ut uno cantante, in clausula Psalmi omnes astantes concinant cum clamore:* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, *nusquam per omnem Orientem audivimus. Sed cum omni silentio ab eo qui cantat, finito Psalmo, orationem succedere. Hac vero glorificatione Trinitatis, tantummodo solere Antiphonam terminari.* Hæc ipse ☜.

(*b*) *Aug. Confess. l. 9. c. 7.*

(*c*) *Cassian. l. 2. de nocturn. orat. mod. c. 8.*

Quod autem spectat ad canonem de feminis eo modo a dæmone illusis: eadem ferme a S. Augustino descripta (*d*) habentur, nec non in appendice Ancyrani Concilii, & apud Gratianum sub eodem titulo (*e*) collocata. Constat quidem auctoritate Severi (*f*), hoc tempore tum in Occidente tum etiam in Oriente maleficorum hominum artes plurimum invaluisse. Qui quidem Severus ubi narrat quemdam Sabbatium monachum a dæmone illusum, ista mox subdit: *Animadversum est tamen eodem fere tempore fuisse in Hispaniis juvenem, qui cum sibi multis signis auctoritatem paravisset, eo usque elatus est, ut se Eliam profiteretur. Quod cum plerique temere credidissent, addidit, ut se Christum esse diceret: in quo etiam adeo illusit, ut eum quidam Episcopus, nomine Rufus, ut Dominum adoraret: propter quod eum postea ab Episcopatu dejectum vidimus. Plerique etiam nobis e fratribus retulerunt, eodem tempore in Oriente quemdam extitisse, qui se Joannem esse jactaret. Ex quo conjicere possumus istiusmodi pseudo prophetis existentibus Antichristi adventum imminere, qui jam in istis mysterium iniquitatis operatur.* XXII.

(*d*) *Aug. de spirit. & anim. c. 28.*

(*e*) *26. quæst. 5. c. 12.*

(*f*) *Sever. Vit. S. Martin. c. 25.*

Sed quod deterius videri poterat, in ipsos sacros Dei ministros præstigiæ quoque magicarum excantationum irrepserunt. Audi quidnam de Gerontio diacono S. Ambrosii habeat Sozomenus (*g*): *Hic,* inquit, *cum sub Ambrosio Mediolanensi Episcopo diaconus esset, haud scio qua re motus, utrum ne præstigias molitus, an vero dæmonis instigationibus ac spectris agitatus, noctu indicabat se Onoscellidem (hoc est, dæmonum genus asininis cruribus apparens) apprehensum, capite raso, in pistrinum conjecisse. Qua de causa Ambrosius eum ut indignum ministro Dei locutum, præscripto tempore manere domi, & pœnitentia expiari jusserat. Ille vero, cum & medicus præstantissimus, & ad dicendum persuadendumque promptissimus, & ad amicos conciliandos accommodatissimus esset, Constantinopolim profectus est eo proposito, ut Ambrosium criminaretur, &c.* XXIII.

(*g*) *Sozom. l. 8. c. 6.*

tra-

tradit demum ipsum a Chrysostomo Nectarii successore exauctoratum fuisse. At pleni sunt Ammiani ultimi libri de quæstionibus tum Antiochiæ, tum Romæ adversus maleficos his temporibas agitatis. Sed reliqua prosequamur.

XXIV. *Hieronymus quid apud Damasum.* His igitur de Romano Coneilio enarratis, jam superest, ut res gestas S. Hieronymi Romæ toto triennio, quo illic ipsum morari contigit, pervestigemas. Ac primam quod ad publicas pertinet functiones: Damasus Papa, qui eum longe licet absentem de divinæ Scripturæ locis consulere, crebrisque epistolis excitare consuevit; eum haberet præsentem, haud passus est degere otiosum: siquidem in primis ejus opera usus est in conscribendis epistolis ad diversas consultationes ex diversis Ecclesiarum Conciliis ad ipsum Romam perlatas, testatur id quidem ipse Hieronymus his verbis (a): *Ante annos plurimos, cum in chartis Ecclesiasticis juvarem Damasum Romanæ urbis Episcopum, & Orientis, & Occidentis Synodicis consultationibus responderem &c.* Sed periere hæc omnia cum ipsis Conciliorum Actis adeo egregia monumenta Hieronymi. Quantæ vero tunc ob consuetudinem eum Damaso adeo intimam apud omnes fuerit æstimationis, ipse alibi ad Asellam scribens ita ait (b): *Antequam domum S. Paulæ nossem, totius in me Urbis studia consonabant, omnium pene judicio dignus summo sacerdotio decernebar. Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat; dicebar sanctus, dicebar humilis & disertus, &c.*

(a) *Hier. epist. 22.*

(b) *Hier. epist. 99.*

XXV. *De Cardinalatu Hieronymi opinio.* Ex bis autem quod dicat dignum summo sacerdotio æstimatum, opinati sant, puto, nonnalli eumdem Hieronymum creatum fuisse a Damaso Papa presbyterum Cardinalem, non intelligentes, per summum sacerdotium, quemlibet Episcopatum designari, ut pluribus in nostris ad Romanum Martyrologium Notis palam fecimus. Sed & quod intime Damaso inhæreret, eam dignitatem existimant consecutum; quasi necesse fuerit, omnem qui ab epistolis esset summo Pontifici, fuisse Cardinalem, cum de S. Prospero, auctore Gennadio (c), certum sit in eodem ministerio usui fuisse S. Leoni Pontifici, nec tamen Cardinalem extitisse. Vel ex eo alii deduxerunt argumentum, quod S. Augustinus ad ipsum Hieronymum scribens (d), hæc dicat: *Quamquam secundum honorum vocabula, quæ jam Ecclesiæ usus obtinuit, Episcopatus presbyterio major sit; tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est.* Ita ipse. Sed quæ hæc multa? accipe: quod ætate grandior, cui plurimum deferendum erat; quodque Christianus a puero; quod insuper linguarum peritia excellebat; quod nulla aliquando hæresi fuerit infamatus, vel spuria sobole auctus; quibus omnibus Augustinum Hieronymo fuisse minorem, liquido constat. Sed & quod superius a nobis pluribus dictum sit, Hieronymum ita creatum esse presbyterum Antiochiæ a Paulino, ut numquam passus fuerit alicui adscribi titulo; haud adeo libere possumus, ipso contradicente, ejus Cardinalatui suffragari.

(c) *Gennad. de vir. illust. c. 84.*

(d) *Apud Hier. ep. 97.*

XXVI. *Assertores Cardinalatus Hieronymi.* Sed contra ipsam ejusdem Hieronymi assertionem auctor illoram sermonum quos Augustino supposuit, & ad fratres de eremo inscripsit (quisquis ille fuerit, hac certe ex parte nonnisi impostor dicendus, eum multorum mendaciorum sanctissimum ac doctissimum virum constituerit assertorem, ut in Notis ad Romanum Martyrologium demonstravimus) hic inquam adversus ejusdem Hieronymi assertionem hæc habet (e): *Legimus enim, fratres carissimi, sanctum Patrem Hieronymum Cardinalem fuisse in Ecclesia Sancti Laurentii martyris, &c.* At quam perspicue se detegit recentiorem auctorem, cum ait: *Legimus?* Sed & quod eodem sermone ait S. Hieronymum secessisse ab Urbe una cum Paula & Eustochio, rogatu patris illarum; certe existimasse videtur Paulam, & Eustochium fuisse sorores, eodemque parente genitas. Vides quos ea assertio adstipulatores habeat. Sed & idem auctor (f) Cardinalatus Hieronymi, quantum calluerit res ejusdem Hieronymi, ex eo intelliges, dum ait ipsum pervenisse usque ad Sixtum Pontificem; quem constat diem obiisse sub Bonifacio, Consulibus Theodosio octavum atque Constantio. Rursus vero alius ille anonymus auctor (tutius enim sine auctoris nomine produntur mendacia) qui scripsit vitam S. Hieronymi, æque Cardinalatus ejus assertor est (g); sed quot portentosis mendaciis consarcinatus sit libellus ille, suo loco dicturi sumus. Ecce tibi jam habes, e quibus fontibus hausere recentiores scriptores, atque pictores prototypum mutuati sunt. Verum in his non immorandum diutius; sed jam quæ sunt germaoa Hieronymi prosequamur.

(e) *Serm. ad fratres de eremo 24.*

(f) *Microlog. c. 1.*

(g) *Apud Hier. t. 9.*

XXVII. *Hieronymi Romæ elucubrationes.* Damasus divinarum scripturaram studiosissimus indagator, plura ab ipso S. Hieronymo (ut dictum est) præsente exegit, quam quæ ab eo absente accipere consueverat: haud enim voluit Romæ agere otiosum; sed aliqua semper percontatus, pulsans hominem quæstione, latius disserendi ansam præbebat. Etenim tunc ipsum Hieronymum ea credimus elucubrasse, quæ tractationem potius quam epistolam repræsentant, utpore præsenti traditam, non autem ad absentem per tabellarium missam, nimirum de Osanna quæstionem, appendicem ad tractationem de Seraphim, tractatum de filio prodigo,

translationem duarum Origenis homiliarum in cantica canticorum, emendationem quatuor evangeliorum editionum inter se discrepantium, nec non canones Concordantiæ Evangelicæ; sed & emendationem quoque Psalterii, Romæ cum esset, elaboravit, atque septuaginta duorum translationem accommodavit; sed cursim factam eamdem iteram majori diligentia examinandam subjecit incudi.

XXVIII. Insuper Romæ cum esset S. Hieronymus, inter alios exantlatos labores oblatrantem canem Helvidium, hominem imperitum, sed blasphemiis pollentem compescuit. Fuit hic hostis virginitatis, utpote qui diceret ejusdem esse gloriæ virgines ac maritatas (*a*); eoque sceleris atque dementiæ prolapsus est, ut sanctissimæ Deiparæ negare scelestus virginitatem post partum auderet: quem tam sacrilega audentem Hieronymus non confutavit solum, sed & derisit, contempsitque, ut par erat, illum exposuit, qui ex blasphemia sibi comparare gloriam studuit; de eo enim hæc inter alia ipse Hieronymus: *Quis te, oro, ante hanc blasphemiam noverat? quis dupondii supputabat? Consecutus es quod volebas, nobilis es factus in scelere. Ego ipse qui contra te scribo, cum in eadem tecum Urbe consistam, albus (ut ajunt) aterve sis, nescio.* Scripsisse autem Hieronymum hunc librum Romæ, & Damaso ostendisse, ipse quidem testatur in Apologia ad Pammachium, in qua hæc verba leguntur (*b*): *Dum adhuc viveret sanctæ memoriæ Damasus, librum contra Helvidium de beatæ Mariæ virginitate perpetua scripsimus, in quo necesse fuit nobis ad virginitatis beatitudinem prædicandam, multa de molestiis dicere nuptiarum. Num vir egregius, & eruditus in scripturis, & virgo, Ecclesiæ virginis doctor aliquid in illo sermone reprehendit? In libro quoque ad Eustochium multo duriora de nuptiis diximus, & nemo super hoc re læsus est.* Hæc Hieronymus. Porro tractationem illam de custodia virginitatis ad Eustochium Romæ itidem scripsit post editum commentarium adversus Helvidium; quod ipsemet tradit (*c*), simulque addit S. Damasum eodem argumento carmine & prosa scripsisse libellos, ac S. Ambrosium alios: quod ipsum in Oriente Basilius, necnon Gregorius Nazianzenus paulo ante, Chrysostomus vero postea præstiterunt; ut plane intelligas, instinctu divino sanctissimos atque doctissimos Patres tam in Oriente, quam in Occidente, in eadem versatos esse materia, cum diabolus sua monstra erat in medium producturus, impios, qui nobilem Ecclesiæ thesaurum voce Domini commendatum, oreque Apostolico prædicatum, majorum omnium denique præconiis celebratum terræ infoderent nulli usui profuturum. Cæterum tractationem illam ad Eustochium de custodia virginitatis, quod post editum in Helvidium commentarium scriptam fuisse constet, ultimo ferme anno ejus commorationis Romæ, nempe trecentesimo octogesimo tertio, vel quarto, elucubratam esse putamus, ex rationibus inferius subjiciendis.

Helvidium Hieronymus confutat.

(*a*) *Hier. cont. Helvid.*

(*b*) *Hier. epist.* 50.

(*c*) *Hier. epist.* 22.

XXIX. At non Helvidius tantum repertus est ejus fuisse falsitatis assertor, licet primus Romæ ausus sit tot tantasque inclamare blasphemias; sed Epicureus Jovinianus pseudomonachus eidem extitit in impietate collega. Præcursor namque hujus fuit Helvidius; sed egregius potensque confutator utriusque Hieronymus, cujus Romam hac tempestate contigit opportunus adventus. Quam enim oportuit præmunire castas aures, atque sepire spinis, hortum sponsæ claudere, fontemque puritatis signare adversus irruentem aprum de silva cuncta dire vastantem, ac fœde spurcantem? Nam de eo hæc Augustinus: (*d*) *Joviniana hæresis sacrarum virginum meritum æquando pudicitiæ conjugali tantum valuit in Urbe Roma, ut nonnullas etiam Sanctimoniales, de quarum pudicitia suspicio nulla præcesserat, dejecisse in nuptias diceretur, hoc maxime argumento, cum eas urgeret, dicens: Tu ergo melior es quam Sara, melior quam Susanna, sive Anna? & cæteras commemorando testimonio sanctæ Scripturæ commendatissimas feminas, quibus se illæ meliores vel etiam pares cogitare non possent. Hoc modo etiam virorum sanctorum sanctum cælibatum commemoratione patrum conjugatorum & prædicatione frangebat. Huic monstro sancta Ecclesia, quæ ibi est, fidelissime ac fortissime restitit.* Damaso nimirum & S. Hieronymo ea adverso pugnantibus.

Joviniani hæresiarchæ origo.

(*d*) *Aug. Retract. l.* 2, *c.* 22.

XXX. Sed unde prodierit bestia lutulenta, deque ejus ortu, moribus, habitu & charactere diligentius exquiramus; ut monstrato fonte, qualis inde aqua potuerit emanasse, lector prudens intelligas. Ab Auxentio Ariano, illo seniore qui post S. Dionysium in Mediolanensem Ecclesiam intrusus est, Helvidiam originem duxisse, Gennadius (*e*) auctor est. At Jovinianus cum collegiis impietatis sub Catholico nomine & habitu monastico aliquandiu delituit in monasterio Mediolanensi, illo nimirum sacrosancto spectatæ disciplinæ laudatæque observantiæ habitaculo, cujus cum S. Augustinus meminit, ait (*f*): *Erat monasterium Mediolani plenum bonis fratribus extra urbis mœnia sub Ambrosio nutritore.* Quod instar maris expuit latentia ibi cadavera, nempe Jovinianum ac socios, Deo quidem mortuos, & aquis jam concupiscentiæ turgidos.

(*e*) *Gennad. de vir. Illust. in Helvidio c.* 32.

Monasterium Mediolanense.

(*f*) *Aug. Confess. l.* 8. *c.* 6.

XXXI. Id vero factum esse post Limenii Vercellensis Episcopi obitum, quem anno superiori interfuisse vidimus Aquilejensi Concilio, non autem post mortem Eusebii, Ambrosius in epistola ad Vercellenses declarat: nam quod ibi ait electionem suam Orientem exemplo probasse, alludens ad electionem Nectarii, qui pariter contra canones catechumenus adhuc electus fuit Constantinopolitanus Episcopus; quando scripserit, docet. Ad ipsam igitur Vercellensem Ecclesiam viduatam pastore morte Limenii S. Ambrosius eam scribens epistolam, egredientes e silvis lupos ut caveant, monet his verbis (a): *Audis enim homines, qui dicunt, nullum esse abstinentiæ meritum, nullam frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æstimari pretio, delirare eos qui jejuniis castigent carnem suam ut menti subditam faciant. Quod numquam fecisset, numquam scripsisset ad instruendum alios Paulus Apostolus, si deliramentum putasset; gloriatur itaque dicens (b): Sed castigo corpus meum & servituti redigo, ne aliis prædicans, ipse reprobus inveniar. Ergo qui non castigant corpus suum, & volunt prædicare aliis, ipsi reprobi habentur. An quicquam tam reprobum, quam quod ad luxuriam, ad corruptelam, ad lasciviam provocat, quam incitamentum libidinis, incontinentiæ fomes, incendium cupiditatis? Quæ istos Epicuræos nova schola misit? non philosophorum, ut ipsi ajunt, sed imperitorum, qui voluptatem prædicent, delicias suadeant, castimoniam nullius esse dicant utilitatis. Fuerunt nobiscum, sed non fuerunt ex nobis (neque enim pudet dicere quod dicit Evangelista Joannes c): Sed hic positi, primo jejunabant, intra monasterium continebantur, nullius erat luxuriæ locus, interdicta ludibriosa disputationis licentia. Hoc delicati non potuerunt ferre; abierunt: deinde volentes redire, non sunt recepti: pleraque enim audierant, quæ deberent cavere: monueram; nihil profeceram. Effervescentes itaque, disseminare talia cœperunt, quibus incentores essent vitiorum omnium. Miserabiles perdiderunt utique quod jejunaverunt: perdiderunt quod aliquo se continuerunt tempore. Nunc itaque diabolica studia invident aliorum operibus bonis, quorum ipsi fructu exciderunt, &c.*

(a) Ambr. epist. 82.

Ambrosius admonet Vercellenses de nova hæresi.

(b) 1. Cor. 9.

(c) 1. Jo. 2.

XXXII. Sed egressus e monasterio, quodnam vitæ genus Jovinianus impurus exercuerit, egregie describit S. Hieronymus (d), sic exordiens: *Completum est in eis verissimum illud proverbium: Canis reversus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti: nolui omnem locum secundæ (e) Petri epistolæ ponere, ne longum facerem, sed tantummodo ostendi Spiritus sancti vaticinio hujus temporis & doctores, & hæresim pronunciatam. Denique manifestius eos denotat, dicens: Venient in novissimis diebus illusores, seducentes, juxta propria desideria ambulantes, &c. Descripsit sermo Apostolicus Jovinianum loquentem buccis tumentibus, & inflata verba trutinantem, promittentem in cœlis libertatem, cum ipse corruptionis servus sit atque luxuriæ, canis revertens ad vomitum suum. Nam cum monachum esse se jactitet, & post sordidam tunicam, & nudos pedes, & cibarium panem, & aquæ potum, ad candidam vestem & nitidam cutem, ad mulsum & elaboratas carnes, ad jura Apicii & Paxami, ad balneas quoque ac fritillas & popinas se contulerat; manifestum est, quod terram cœlo, vitia virtutibus, ventrem præferat Christo, & purpuram coloris ejus putet regna cœlorum. Et tamen iste formosus monachus, crassus, nitidus, dealbatus, & quasi sponsus semper incedens, aut uxorem ducat, ut æqualem virginitatem nuptiis probet; aut si non duxerit, frustra contra nos verbis agat:* Et inferius (f): *Ante nudo eras pede, modo non solum calceato, sed & ornato: tunc pexa tunica & nigra subucula vestiebaris, sordidatus, & pallidus, & callosam opere gestitans manum; nunc lineis & sericis vestibus, & Atrebatum ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis: rubent buccæ, nitet cutis, comæ in occipitium frontemque tornantur, protensus est æqualiculus, insurgunt humeri, turget guttur, & de obesis faucibus vix suffocata verba promuntur.* Hæc ipse de monstruosa metamorphosi monachi in Sardanapalum.

Metamorphosis Joviniani.

(d) Hier. cont. Jovinian. l. 1.

(e) 2. Petr. 3.

(f) Hieron. contra Jovinia. l. 2.

XXXIII. At hujusmodi sic compositum hominem a S. Hieronymo concinne descriptum; quid illum, lector, putas eructare potuisse? verbum bonum, an crapulam? fructum Spiritus, an opera carnis? jam tu ipse tibi responde: ego certe aliis novi characteribus insignitum, stigmatibusque notatum prædicatorem veritatis, assertoremque virginitatis Paulum Apostolum, dicentem (g): *Usque ad hanc horam esurimus & sitimus, nudi sumus, &c.* Ac illud ab Ambrosio adversus eosdem nuper inculcatum: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo.* Numquid ergo immutata divina lex, alius innovatus est Spiritus, & diversus a priori Deus innotuit, quem contraria prioribus nunciaturum hominibus, contrarios oportuerit Apostolos delegisse; dedignatumque Spiritum sanctum per alia organa, quam per distenta crapula membra palam facere hominibus veritatem? Vides igitur, quam procul absit, ut e limoso fonte bestiarum pedibus agitato, vel gutta potuerit fluxisse aquæ limpidæ veritatis: quod magis intelliges, si an-

Convincitur hæresis ex promulgatore ipsius.

(g) 1. Cor. 4. 1. Cor. 9.

si antiquiores mente recoles lacunas illas aquarum putentium, ex quibus rivos Jovinianus eduxit, nimirum sordidissimas illas recensitas superius hæreses, carnis spurcitias omnibus præferentes.

XXXIV. Cæterum illud quod mireris, & fortasse laudes, invenis in homine; ipsum nimirum quantumlibet ab institutis & legibus monachorum penitus abhorreret, haud tamen eo pervenisse audaciæ & impudentiæ, ut & nomen quoque abjecerit monachi, sed retinuerit, eodemque (ut diximus ex Hieronymo) magnopere gloriari soleret; ut ex his intelligant recentiores apostatæ, quam deteriores, execrabilioresque Joviniano existant, qui cum eamdem sæpe damnatam putentem hæresim denuo excitaverint, nomen quoque monachorum ut portentum exhorruerunt. Sed & eo quoque se Joviniano turpiores esse cognoscant, dum haud ille ita improbabat sicut isti virginitatem, ut rem detestabilem esse diceret, verum non esse eam tantæ excellentiæ, ut mereretur præferri conjugio, sed æquandam. Nec aliter sentire poterat, qui ex Stoicis meritorum æqualitatem acceperat, & ab Epicuro lasciviam; de quo ita Hieronymus

(a) Hier. contra Jovinian. l. 2. (a) eleganter lusit: *Lubricus serpens & Proteus noster in variarum se mutat portenta formarum. Qui enim in coitu & saturitate Epicuræus est, subito in retributione meritorum Stoicus efficitur: Hierosolymam Cithio, Judæam Cypro, Christum Zenone commutat.*

XXXV. Hæreses Joviniani. Porro ejus dogmata ita describit, cum ait: *Proponam breviter adversarii sententias, & de tenebrosis libris ejus, quasi de foveis serpentes protraham, neque sinam venenosum caput spiris maculosi corporis protegi. Pateat quod noxium est, ut possit conteri cum patuerit. Dicit, virgines, viduas, & maritatas, quæ semel in Christo lotæ sunt, si non discrepent cæteris operibus, ejusdem esse meriti. Nititur approbare, eos qui plena fide in baptismate renati sunt, a diabolo non posse subverti. Tertium proponit, inter abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam esse distantiam. Quartum, quod & extremum, esse omnium, qui suum baptisma servaverint, unam in regno cælorum remunerationem. Hæc sunt sibila serpentis antiqui; his consiliis dra-*

(b) Genes. 23. *co de paradiso hominem (b) expulit, &c.* Hæc Hieronymus; qui & scripta ipsius Joviniani prorsus delira, incompta, nulla sibi compage cohærentia, & prorsus inerudita fuisse demonstrat. Præterea eo blasphemiæ adactum esse procacem hominem a malo dæmone impulsum, ut instar Helvidii diceret, Deiparam Mariam desiisse Virginem esse cum Christum peperit, S. Ambrosius tradit: sed & illud Ma-

nichæorum coacervasse, ut negaret Filium Dei veram carnem suscepisse, idem sanctus affirmat. Eadem de Joviniani hæresi Augustinus (c), dum ait eam obortam esse cum juvenis ipse esset; cumque addat cito extinctam fuisse, neque sacerdotem aliquem decipere voluisse, plane significat his ipsis temporibus Mediolani in monasterio exoriri cœpisse, at nonnisi post obitum Damasi Romæ innotuisse, & sub Siricio Papa damnatam esse; ut vere intelligas quod dictum est, Helvidium Romæ præcursorem fuisse Joviniani. Porro de Joviniani & sociorum damnatione suo loco dicemus sub Siricio Romano Pontifice. (c) Aug. de hæres. c. 82.

XXXVI. Hieronymus Luciferianos confutat. Sed prosequamur jam reliquas Hieronymi lucubrationes. Hoc ipso triennio quo in Urbe permansit, elaboratus ab eo creditur liber adversus Luciferianos: etenim schismatici, qui adversus Damasum ordinaverant Ursicinum, sæpius ab Urbe pulsi, & in exilium relegati, cum Luciferianis conspirarant, ut ex libello Marcellini & Faustini Theodosio Imperatori oblato liquet, qui Romæ agentes pro Lucifero ac ejus sectatoribus certamen inibant. Quod vero ad reliqua Romæ scripta Sancti Hieronymi pertinet; pauca numerare continget, si conferas cum quotidianis familiaribus colloquiis illis, cum a diversis de diversis interrogaretur quæstionibus. Verum audiamus ipsum ad Principiam virginem hæc (d) scribentem de S. Marcella ipsius matre: *Cum me*, inquit, *Romam cum Sanctis Paulino, & Epiphanio Ecclesiastica traxisset necessitas; quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminiam Cypri rexit Ecclesiam; & vere-* (d) Hier. epist. 16.

cunde nobilium feminarum oculos declinarem; ita egit, Marcella scilicet, *secundum Apostolum (e), importune, opportune, ut pudorem meum sua superaret industria. Et quia alicujus tunc nominis esse existimabar super studio Scripturarum, numquam convenit, quin de Scripturis aliquid interrogaret; nec ut statim acquiesceret, sed moveret e contrario quæstiones, non ut contenderet, sed ut quærendo disceret earum solutiones, quas opponi posse intelligebat. Quid in illa virtutum, quid ingenii, quid sanctitatis, quid puritatis invenerim, vereor dicere, ne fidem credulitatis excedam, & tibi majorem dolorem incutiam, recordanti, quanto bono carueris. Hoc solum dicam, quod quicquid in nobis longo fuit studio congregatum, & meditatione diurna quasi in naturam versum, hoc illa libavit, didicit, atque possedit; ita ut post profectionem nostram, si in aliquo testimonio Scripturarum esset oborta contentio, ad illam judicem pergeretur. Et quia valde prudens erat, & noverat illud quod appellant philosophi,* (e) 2. Tim. 4. Marcellæ spectata scientia & virtus.

τὸ πρέπον, id est, decere quod faciat; sic ad interrogata respondebat, ut etiam sua, non sua diceret, sed vel mea, vel cujuslibet alterius; ut in eo ipso quod docebat, se discipulum fateretur; sciebat, enim dictum ab Apostolo (*a*): *Docere autem mulieri non permitto; ne virili sexui, & interdum sacerdotibus, de obscuris, & ambiguis sciscitantibus, facere videretur injuriam.* Hæc Herouymus.

(*a*) 1. Timot. 2.

XXXVII. Porro ipsa quidem S. Marcella non semper cum quid addiscere vellet, eum præsens adibat, sed per epistolam id etiam facere consuevit, ut idem S. Hieronymus tradit (*b*). Docuit (*c*) eam inter alia plurima decem voces, quibus apud Hebræos Dei nomen appellatur. Explicavit (*d*) eidem dictiones Hebraicas, Alleluja, Maranatha, necnon Diapsalma (*e*) Græcam vocem, ac tractatum (*f*) de blasphemia in Spiritum sanctum; disseruit (*g*), & de aliis variis quæstionibus. Ingens plane Christianæ virtutis Marcella exemplum ediderat: quippe quæ post septem menses, quibus viro conjuncta fuit, vidua relicta (ut testatur S. Hieronymus epistola ad Furiam *h*) repudiatis, ut dictum est, nuptiis Cerealis clarissimi viri, absque ulla vel levi suspicione vitam castissimam custodierit. Erat & hæc consobrina Pammachii, ut idem Hieronymus tradit (*i*). Quantum autem ejusdem S. Marcellæ constantia Ecclesiæ Romanæ profecerit, cum silentibus cæteris, ipsa se pro muro objecit, ne hæresis Origenis jam in Urbem invecta una cum Periarcho a Ruffino translato, radices figeret, suo loco dicturi sumus.

(*b*) Hier. epist. 147.
(*c*) Idem epist. 136.
(*d*) Idem epist. 137.
(*e*) Idem epist. 138.
(*f*) Idem epist. 147.
(*g*) Idem epist. 148.
(*h*) Idem epist. 10.
(*i*) Idem epist. 32.

XXXVIII. Sed quæ doctrinam Hieronymi consecuta est, quo modo vitæ quoque monasticæ imitata sit institutum, quod & propagavit in alias; idem tradit his verbis (*k*): *Suburbanus ager vobis pro monasterio fuit, & rus electum pro solitudine, multoque ita vixistis tempore, ut ex imitatione vestri & conversione multarum, gauderemus Romam factam Hierosolymam: crebra virginum monasteria, monachorum innumerabilis multitudo: ut pro frequentia servientium Deo, quod prius ignominiæ fuerat, esset postea gloriæ.* Hæc ipse.

(*k*) Idem epist. 16.

De Albina.

Porro & Marcellæ mater Albina discendi cupidissima S. Hieronymum frequentavit; de qua ipse (*l*): *Certe cum Romæ essem, numquam tam festina me vidit, ut non de Scripturis aliquid interrogaret; neque vero more Pythagorico, quicquid responderam, rectum putabat: nec sine ratione præjudicata apud eam valebat auctoritas; sed examinabat omnia & sagaci mente universa pensabat, ut me sentirem non tam discipulam habere, quam Judicem.* Hæc de Albina Hieronymus.

(*l*) Hier. in præfat. in epist. Paul. ad Galat.

XXXIX. Harum vero adeo illustrium feminarum exemplo, aliæ quoque Romanæ nobiles viduæ Christianæ, quin & virgines cum ipsis adire consueverunt Hieronymi habitaculum, ut ab eo erudirentur; nam ad Asellam hæc ipse (*m*): *Pene certe triennium cum eis vixi; multa me virginum crebro turba circumdedit: divinos libros, ut potui, nonnullis sæpe disserui; lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat.* At quam id caste, quam sincere, idem mox subdit: *Dicant quid umquam in me aliter senserint, quam Christianum decebat? Pecuniam cujusquam accepi? munera vel parva vel magna non sprevi? in manu mea æs alicujus insonuit? obliquus sermo, oculus petulans fuit? &c.*

(*m*) Idem epist. 99.

XL. Cæterum inter alias nobiles matronas, feminas Consulares, S. Paula majori pietatis studio erga Hieronymum propensior fuit, licet eum serius nacta esset; nam de illa ita ipse Hieronymus (*n*): *Antequam domum S. Paulæ nossem, totius in me Urbis studia consonabant.* Quæ tametsi tardius ipsum cognoverat, plus tamen cæteris ejus eruditione profecit. Siquidem non ipsa tantum, sed & filii atque cognati, ejus usu perfectissimi redditi sunt Christiani, & domus ejus veluti in Ecclesiam commutata. Erat (*o*) genus maternum ejus nobilissimum ex Gracchorum ac Scipionum familiis prognatum; matre orta Blesilla seniori, patre peregrino sed regio Græcorum stemmate, Rogato nomine; virum nacta Toxotium seniorem, ex quo quinque suscepit liberos, nempe primo loco Blesillam, deinde Paulinam, tertio Juliam Eustochium, quarto Ruffinam, quinto & ultimo Toxotium. Horum vero primogenita Blesilla nupta, sed mox relicta vidua est; Paulina conjugio juncta Pammachio: Eustochium autem virgo permansit: Ruffina Aletiam virum accepit: Toxotius vero duxit uxorem Lætam, Albini filiam, Ethnici hominis & Gentiliciæ superstitionis Pontificis; ex quibus genita est Paula junior. Sed agamus de singulis, ut quantum in eis Hieronymus profecerit, cognoscamus.

(*n*) Hier. ead. ep. 99.
Paulæ familia Deo addicta.
(*o*) Idem ep. 26. & 27.

XLI. Mirandum plane accidit, ut pia conversatione Toxotii atque Lætæ, Albinus Pontifex, Christianæ religionis hostis implacabilis, admirante præ miraculo Urbe, jam evaserit Christianus, ut idem S. Hieronymus narrat his verbis (*p*) scribens ad ejus filiam Lætam de Paula filia: *Quis*, inquit, *hoc crederet, ut Albini Pontificis neptis de promissione martyris nasceretur? ut præsente & gaudente avo, parvula adhuc lingua balbutiens, Christi Alleluja resonaret? ut virginem Christi in suo gremio nutriret senex? Et bene feliciterque expectavimus. Sancta & fidelis domus virum sanctificat infidelem. Jam candidatus est fidei, quem filiorum & nepo-*

(*p*) Idem ep. 7.
Albinus Pontifex idololatra ad Christum conversus.

tum

tum credem turba circamdat. Ego puto, etiam ipsum Jovem, si babuisset talem cognationem, potuisse in Christum credere. Hæc ipse. Grande sane miraculum, potuisse senem renasci denuo, atque idolorum Pontificem io extrema Fidelium classe profiteri, & incipere discere religionis elementa, qui apud suos factorum agebat Antistitem, & decrepitum senem a nepte infantula balbutiente deprompatam reddere Allelaja; quam ipsam mater Læta sanctissima femina cupida despondere virginem Christo, ab eodem Sancto Hieronymo petiit & accepit de institutione ejusdem filiæ epistolam (*a*) pareneticam; qua ipsa quantum profecerit, illud modo satis sit indicasse, eandem ætate auctam ad aviam Paulam Hierosolymam navigasse, ibique eam S. Eustochio in sancta Deo dicata virginitate consenuisse.

(*a*) *Hier. ep. 7.*

XLII. Quod autem pertinet ad Blesillam; tantæ hæc virtutis fuit, ut viginti annorum vidua a viro relicta, quocum mensibus tantum septem vixerat, magis (inquit Hieronymus *b*) Ipsam deploraverit amissam virginitatem, quam mariti obitu doluerit. At quonam modo ad mundi contemptum hanc idem S. Hieronymus instituerit, ipse ad Eustochium sororem scribens docet his verbis (*c*): *Memini me ante hoc ferme quinquennium, cum adhuc Romæ essem, & Ecclesiasten sanctæ Blesillæ legerem, ut eam ad contemptum mundi hujus provocarem, & omne quod in mundo cerneret, putaret esse pro nihilo, rogatum ab ea ut in morem commentarioli obscura quæque dissererem, ut absque me posset intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est, &c.* Porro quantæ hujus adolescentulæ viduæ virtutes extiterint, idem Sanctus Hieronymus in consolatione de obitu ejus ad Paulam matrem conscripta (*d*) pluribus docet. Fuisse autem excultam Græcis ac Latinis litteris, idem affirmat, cum ait: *Si Græce loquentem audisses, Latine eam nescire putares. Si in Romanum sonum lingua se verterat, nihil omnino peregrini sermo redolebat.* Sed & de eadem subdit: *In paucis non dicam mensibus, sed diebus ita Hebrææ linguæ vicerat difficultates, ut in discendis canendisque psalmis cum matre contenderet.*

(*b*) *Hier. epist. 25.*

Blesillæ spectata virtus.

(*c*) *Idem epist. 126.*

(*d*) *Idem epist. 25.*

XLIII. Inter quatuor Sanctæ Paulæ filias, nempe Paulinam, Eustochium, Blesillam, atque Ruffinam, primam omnium Blesillam contigit ex hac vita migrasse, ut idem S. Hieronymus ad Pammachium scribens affirmat; de cujus ad Christum conversione extat ejusdem ad S. Marcellam epistola, ubi agit de ægrotatione Blesillæ. Quod autem reperitur Blesillæ epitaphium, alterius potius esse convincitur, quæ non vidua esset, sed reliquisset post se virum superstitem: puto tamen fuisse monumentum feminæ Christianæ: nam nequaquam præmittitur illa præfigi solita, DIIS MANIBUS, ex more Gentilium dedicatio; sic enim se habet (*e*).

HIC. EST. POSITA
ALLIA. BLESILLA. RARI. EX
EMPLI. FEMINA. QUÆ. VIXIT
ANNIS. XXVI. M. II. D. XII.
.....FECIT. DULCISSIMÆ. CONIUGI:

sed rursum ad Paulæ filias.

(*e*) *Extat apud Ald. de Orthograph. pag. 34.*

XLIV. De Paulina autem ejusdem Sanctæ Paulæ filia, sorore Blesillæ, extat in ejus dormitione Sancti Hieronymi epistola ad Pammachium consobrinum Sanctæ Marcellæ, ut idem S. Hieronymus tradit (*f*), qui fuit ejus Romæ condiscipulus (*g*).

(*f*) *Hier. epist. 52.*

(*g*) *Hier. epist. 50.*

Quarto loco nata Ruffina nupta est viro clarissimo Aletio; quæ immaturo funere (inquit Hieronymus *h*) pium matris animum consternavit. Hujus præclaras virtutes S. Paulinus Nolanus Episcopus scripsit in consolatione obitus ejus ad Aletium virum ipsius. Porro hæc minor nata nondum nupserat, quando ab Urbe recessit Paula mater Hierosolymam profectura; sed jam nubilis facta, ut testatur S. Hieronymus (*i*), femina matris educatione sanctæ æque viro sancto conjuncta; de qua idem Paulinus (*k*): *Est enim conjux fidei, soror virginitatis, filia perfectionis, cui Paula mater, soror Eustochium, in maritus.*

(*h*) *Idem epist. 27.*

De Ruffina & Aletio.

(*i*) *Idem ep. 27. in epitaphio Paulæ.*

(*k*) *Paulin. epist. 37.*

XLV. De Eustochio vero, minores sunt omnes laudes sancto proposito quod suscepit; & vitæ instituto quod arripuit, quas majoribus in dies virtutum incrementis adauxit, ac tandem feliciter consummavit; de qua ad Pammachium hæc Hieronymus (*l*): *Quid Eustochio fortius, quæ nobilitatis portas & arrogantiam generis Consularis virginali proposito fregerit, & in Urbe prima primum genus subjugaverit pudicitiæ?* Hanc altiorem gradum cæteris conscendentem idem S. Hieronymus scripto ad ipsam de custodia (*m*) virginitatis libello adjuvit. Quidnam autem terribile acciderit Prætextatæ amitæ, virginem a suscepto proposito abripere conanti, ita narrat Sanctus Hieronymus (*n*): *Prætextata nobilissima quondam femina, jubente viro Hymettio, qui patruus Eustochii virginis fuit, habitum ejus cultumque mutavit, & neglectum crinem mundano more texuit * sibi, vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium. Et ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Angelum terribili voce minitantem pœnas, & hæc verba frangentem: Tu ne ausa es viri imperium præferre Christo? tu caput virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manibus? quæ jam nunc arescant, ut sentias excruciata quid feceris, & finito mense quinto ad inferna duceris; sin* an-

De Eustochio, & Prætextata.

(*l*) *Hier. epist. 26.*

(*m*) *Idem epist. 22.*

(*n*) *Idem ep. 7.*

* pexuit.

autem perseveraveris in scelere; & marito simul orbaberis & filiis. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram miseræ pœnitentiam velox signavit interitus. Sic ulciscitur Christus violatores templi sui, sic gemmas, & pretiosissima ornamenta defendit. Et hoc retuli, non quod insultare velim calamitatibus infelicium, sed ut moneam cum quanta metu & cautione servare debeas, quod Deo spopondisti. Hactenus Hieronymus ad Lætam hæc probe scientem, quæ Paulam filiam natam ex promissione (ut dictum est) martyris, virginem permansuram Deo dicaverat adhuc teneliam. At de Eustochio, & Paula sæpe dicendum inferius.

XLVI. Quod rursum ad res gestas anni hujus spectat; promulgatum constat edictum ab Imperatoribus adversus Gentilitium Idolorum cultum, nempe ut redditus qui pendi Romæ solerent pro sacris faciundis Virginibus Vestalibus, pendi omnino cessarent. Hoc quidem hoc anno contigisse ex eo possumus affirmare, quod post ejusmodi sancitum ab Imperatoribus edictum de auferendis redditibus, qui sacris Gentilium erant adscripti (ait Symmachus in eodem Relationis libello) diram famem esse consecutam, quam suo loco ostendemus accidisse anno sequenti, qui præcessit ejusdem Symmachi Præfecturam. Cæterum hoc ipso anno, biennio nimirum ante dictam Symmachi Urbanam Præfecturam, a Gentilibus Senatoribus legatio missa est ad Imperatorem: cui quidem legationi intercessit primo Romæ Damasus, & Senatores Christiani, quo minus superstitionis Gentilciæ sectatores voti compotes fierent. Horum testis est S. Ambrosius, qui ad Valentinianum Imperatorem scribens hæc ait (a): *Pauci Gentiles communi utuntur nomine: nam & ante biennium ferme, cum hoc petere tentarent, misit ad me Sanctus Damasus Romanæ Ecclesiæ Sacerdos, judicio Dei electus, libellum, quem Christiani Senatores dederunt, & quidem innumeri, postulantes* nihil se tale mandasse, non congruere Gentilium istiusmodi petitionibus, nec præbere consensum. Questi etiam publice, privatimque se non conventuros ad Curiam, si tale aliquid decerneretur. Dignum non est temporibus vestris, hoc est, Christianis temporibus, ut dignitas Christianis Senatoribus abrogetur, qua Gentilibus Senatoribus profanæ deferatur voluntatis effectus. Hunc libellum ego fratri clementiæ vestræ direxi. Unde constitit, non Senatum aliquid de superstitionis impensis mandasse Legatis. Sed fortasse dicatur: Cur dudum non interfuerint Senatui, cum ista peterentur? Satis loquuntur quid velint, qui non interfuerunt; satis locuti sunt, qui apud Imperatorem locuti sunt, &c.*

Legatio Gentilium Senatorum pro cultu Deorum.

(a) *Ambr. epist. 30.*

* expostulantes.

Damasus restitit Gentilibus Senatoribus.

XLVII. Hoc item anno, qui numeratur vigesimus a conflagratione templi Apollinis Daphnitici apud Antiochiam, S. Joannes Chrysostomus, ut ipse testatur, adversus Gentiles disertissimum commentarium elaboravit: nam ait (b): *Ecce enim jam vigesimus ex ea annus agitur, nec tamen ædificii ab igne relicti pars ulla deleta est.* Hæc ibi Chrysostomus; qui & eodem anno quinque illas nobilissimas orationes adversus Judæos elucubravit: significat id ipse etiam, cum in earum secunda hæc item habet (c): *Sub Imperatore qui fuit ætate nostra ante annos viginti,* Julianus scilicet, *qui Imperatores omnes superavit impietate, &c.* Insuper & eodem itidem anno adversus Anomæos hæreticos de incomprehensibili Dei natura quinque homiliis erudite, copioseque tractavit. Id enim facile inde potest intelligi, quod in secunda earum sic ipse ait: *Nuper cum in hoc venissemus curriculum disputandi, & luctandi captus eosdem tetigissemus, quemadmodum meministis, pugna nos cum cunea Judæorum excepit.* En vides, tunc contra hæreticos illos exeruisse stylum, cum paulo ante conseruisset manus adversus Judæos. Sed & inferius cum dicat ante decem annos accidisse sævitiam illam Valentis Imperatoris Antiochia exhibitam adversus eos, qui Imperium affectassent, eandem utique chronologiam consignat.

(b) *Chrysost. advers. Gentil.*

Jo. Chrysostomus scribit adversus Gentiles.

(c) *Chrysost. orat. 2. cont. Judæos.*

Vides magno miraculo, ipso sui ortu statim in tria flumina erumpere fontem, & in militia tyronem adversus triplicia armata in Ecclesiam agmina Gentilium, Judæorum, & Hæreticorum irrumpere, eadem summa felicitate, atque facilitate disjicere, ardua petere, appetereque acerbiores Ecclesiæ hostes. Haud enim pridem Diaconus a S. Meletio Joannes fuerat ordinatus; Antiochiæque degens, absente Flaviano successore Meletii, docendi munere ejus vicem agebat. De absentia enim Flaviani hæc ipse in exordio tractationis adversus Anomæos hæreticos ait: *Quid hoc sit, fratres carissimi? pastor abest; & tamen oves suum cum diligentia servantes ordinem video. Profecta boni illius pastoris id quoque officium est, ut non modo ille præsente, verum etiam absente, ovile studium omne adhibeat.* Quonam autem profectus fuerit Flavianus jam anni hujus initio dictum est, nimirum ad Constantinopolitanum Concilium, ut Romanam declinaret Synodum, ad quam una cum Epiphanio venisse Paulinum alterius partis Antiochiæ Episcopum, & cum aliis S. Hieronymum, jam demonstratum est. XLVIII.

Jo. Chrysostomi facundia cum doctrina conjuncta.

Sed quid insuper hoc eodem anno ad populum tractasse Antiochiæ reperitur? Habuit eodem tempore sermonem illum cui est titulus, *De anathemate:* ab alio vero perperam addita inscriptio illa: *Quod neque vivi, neque mortui Anathema-* XLIX.

Jo. Chrysostomi tractatio de Anathemate.

mate plectendi sint: eam quidem homiliam dictam esse ab ipso mox post quinque illas adversus Anomæos orationes, plane fatetur ejus exordio, cum his verbis orationem auspicatur; *Nuper ad vos de incomprehensibili cognitione Dei disserens, tam Scripturarum testimoniis, quam rationibus, quas natura suppeditat, copiose declarabam:* & paulo post: *Age nunc & de Anathemate, quæ convenit in medium fideliter afferamus.* Sic igitur videas perspicue demonstratum certa quadam concinnatione temporum, tanquam in catena annulum inclusam annulo, hoc anno Chrysostomum primo adversus Gentiles scripsisse, deinde disseruisse adversus Judæos, confutasse postea Anomæos, atque ad postremum de Anathemate sermonem habuisse. At quorsum, dices, ejusmodi adeo exacta de scriptis Chrysostomi disquisitio? Plurimi quidem interest, nosse quo tempore eam ipse de Anathemate tractationem instituit; ut & ex hujus temporis rebus gestis nonnulla quæ in eo sermone habentur obscura, quæ & in petram scandali insipientibus posita esse videntur, in quam offendant, perspicua fiant, & manifesta luce intelligantur.

L. At quænam ista? Audi: *Heus tu,* inquit, *qui tantæ auctoritatis, qui tantam tibi usurpas potentiam?* ut scilicet dicere audeas anathema, quo qui separatur a Deo, mancipatur diabolo. *Tunc enim sedebit filius Dei, & statuet oves a dextris, & hædos a sinistris. Cur igitur dignitatem tantam assumis, quæ Apostolis tantum communicata, & iis qui illorum sunt idonei successores, vere pleni gratia & virtute? Jam Apostoli diligenter id mandati servarunt: sic enim hæreticos ejiciebant ex ecclesiis, quasi effodiendus esset dexter oculus: qua tempestiva membri defectione magnum suæ compassionis & doloris indicium præseferebant &c.* ostendit enim Apostolos perraro & perægre ea usos esse potestate; atque subdit: *Vultis discere qualia de hoc,* nempe qui indebitum sibi jus usurpans, audet anathema inferre, *qui & Apostolorum temporibus martyrium meruit? Monstraturus hujus verbi gravitatem, tali utebatur exemplo: Sicut privatus homo regiam sibi ipsi purpuram circumponens, una cum omnibus qui eum juvant, punitur ut tyrannus; ita & qui Dominicam sententiam fert, & hominem facit anathema Ecclesiæ, abducit se ipsum in extremum perniciem, usurpando dignitatem filii Dei. Sic ille dicebat: Putatisne hanc parvi momenti rem esse, ante judicem, judiciique tempus, aliquem hujusmodi sententia condemnare?* At quæ his graviora subdit, attende: *Obsecramus & contestamur vos, ut a tanto malo desistatis.*

Verba Chrysostomi ab Hæreticis male accepta.

LI. *Nam is quem tu anathematizare decrevisti, vel vivit, & adhuc in mortali vita hac superest, vel mortuus est. Quod si adhuc superest; impie agis, qui eum, qui a malo in bonum se vertere potest, crudeliter abscecas: Sin mortuus est, multo magis crudelis es. Cur ita? Quia Domino suo stat, vel cadit, non jam sub jure humano existens:* atque tandem hæc ad finem: *En propter vos oro, ne vobis verba hæc mente excidant. Dogmata enim impia, & quæ ab hæreticis profecta, arguere, & anathematizare oportet: hominibus autem parcendum, & pro salute ipsorum orandum.*

Hæc vero cum tanta energia inculcet Chrysostomus, ejus stylum exosculantur hæretici, quasi unum invenerint qui eadem quæ ipsi sapiat, tantum doctorem, excommunicandi jus e manibus Episcoporum injuste hactenus usurpatum extorquentem. Sed hos omnes una, si velimus, responsione perfacile possemus eludere, si dixerimus, ipsum quod hoc anno adhuc diaconus, novus miles (quod fert ætas) inconsulte disseruit, postea provectioris factum ætatis atque maturioris consilii, cum dictis tum factis abundantius emendasse, dum de infligendo ab Episcopis anathemate sexcentis (ut ita dixerim) locis pro concione tractavit, & sublimiores quoque personas (ut inferius apparebit) anathemate condamnavit. Hæc inquam si dixerimus, errasse Chrysostomum, quod humanum est; quod juvenum est; sed factum virum, cum verbis, tum operibus perperam dicta correxisse: quid esset quod objectare adhuc valeant obgannientes hæretici? nisi noline pœnituisse, quem incaute semel lapsum esse constasset; quod S. Augustinum laudabiliter sæpe fecisse, omnes prædicant. Non habes igitur quid, hæretice, dicas, si Chrysostomum opponimus Chrysostomo, senem adolescenti, veteranum tyroni, peritiorem perito, verbo semel lapso contrarium sæpius verbis & operibus astruentem, & ad rectam Ecclesiastici dogmatis lineam veritatem vim passam accommodantem.

Chrysostomus assertor Anathematis.

LII. Sed absit, ut vel minimum quicquam eum in his errasse dicamus: non enim recto pede incessisse ad Evangelii veritatem, ipsis tantum videri potuit, qui limis oculis intuentes, strabones nostri temporis, quæque a recto distorquent. Ex tempore enim, loco, rebus, personis, quisnam sit germanus sensus verborum Chrysostomi, quisque cupidus veritatis facile assequetur: quorum omnium nisi ratio habeatur, vix erit, ut objectionum multiplices laqueos quis evitet. Considera, inquam, tempus; hoc nempe anno, quo est celebratum Romæ Concilium, & sedes Antiochena est adjudicata Paulino,

Verborum Chrysostomi germanus sensus.

Joan-

Joannem Chrysostomum eum habuisse sermonem. Attende & illud, Antiochiæ concionem dictam, absente ejus partis Episcopo Flaviano (ut diximus ex ejus verbis) qui Constantinopolim profectus erat ad Synodum. Intuere pariter, Chrysostomum ea perorasse ad populum communionis Flaviani, exasperatum in adversæ partis Fideles Paulino communicantes, & in eumdem odio percitum anathema inclamantem; locutum ad ignobile vulgus, quod nec quid vox anathema significaret, intelligeret: in hos ipso pene exordio his verbis Chrysostomus sic invehitur: *En specto viros, qui nullum ex sacris litteris germanum sensum, immo nihil omnino sacrarum litterarum tenent, & (ut pleraque transeam, nam erubesco dicere) furibundos, nugaces, contentiosos, qui neque sciunt quæ dicunt; neque de quibus affirmant; in hoc uno tantum audaces, quod dogmata statuunt, & anathema declarant ea quæ maxime ignorant.* En vides ad quos sit sermo Chrysostomi, & quibuscum tota illa disceptatio insumatur. In hos, inquam, est tota illa de non inferendo anathemate exaggeratio, vel cum ait: *Heus, quis tu tantæ auctoritatis, qui tantam tibi usurpas potentiam? &c.* Vel cum illam citat martyris sententiam, qui Apostolorum temporibus vixit. At quisnam hic qui scriptorum monumenta reliquerit, alius quam Ignatius? Est sane locus in epistola ad Smyrnenses, ubi hæc leguntur verba (a): *Si enim jura censetur pœna dignus qui adversus regem insurgit, ut qui violet bonas legum constitutiones; quanto putatis graviori subjacebit supplicio, qui sine Episcopo quid volet agere, concordiam rumpens, & decentem ordinem confundens? &c.* Reddidit ipse sententiam, & non verba Chrysostomus, atque ad propositum illud suum inflexit.

(a) Ignat. epist. 10.

LIII. *Qua motus occasione Joannes eam habuit Orationem.*

Sed & illo quoque dilemmate convincenda erat plebs ipsa, & omni denique argumenti genere infrenanda, quo a cœpta reprimeretur audacia: plurimi namque intererat Flaviani communionis homines in officio continere; ne qui a Romana tolerabatur Ecclesia Flavianus ipse cum suis, nec anathemate hactenus perculsus erat, licet improbaretur ejus electio, pateretur ipse cum illis, quod inferretur in Paulini communionis homines anathema. Magna quidem indulgentia Romanæ Ecclesiæ ea fuit, ut cujus non probaret electionem, eum a communione minime separarit. Versans igitur in re magni momenti Chrysostomus, acerrime in eos invehitur, qui in Paulini sectatores anathema conclamarent, perinde ac si essent hæretici, atque eadem ratione qua Apollinaristæ censendi: quorum temeritatem, procaciamque retundens, vanumque prætextum redarguens, ista subdit: *Ad hæc quid respondent illi malitia potentes? Hæreticus, ajunt, ille factus est, & inhabitantem habet diabolum: adversus Deum injustitiam loquitur; multos in profundum perditionis abducit eloquentiæ suæ efficaci suadela & deceptione. Sane propter hoc a Patribus ejectus est, maxime quia ajunt magister quoque partem Ecclesiæ abstulit, Paulinum vel Apollinarem designando. Sane de istorum singulorum discrimine sermo multis bene novitatem refutavit, errorem in perniciosissima præsumptionis penetralibus invaluisse redarguens.* Hæc ipse, plane significans, longe diversam esse Paulini causam atque Apollinaris, quorum differentias alio sermone se discriminasse testatur, qui non extat.

LIV. Jam vero, probe intelligis, lector, ex tempore, loco, personis, & rebus, Chrysostomum tumultuantem populum (ut ipse profitetur) redarguere voluisse, qui inanibus vocibus in adversarios, Paulini asseclas anathema inclamaret; cujus rei nec jus, nec tempus, nec locus esset. Intueris pariter, quam necessarium sit, ex occasione oblata vim orationis expendere; cum interdum contingat, his minime perspectis, aliquem existimari loqui blasphemias; cum tamen habita causæ perfecta cognitione, nihil dici inveniat potuisse sanctius, atque rectius. Nam ex sententia Salomonis (b), *Sermo opportunus, ille est optimus:* cum alioqui nec ipsa Chrysostomi oratio ita soluta fluat, ut quis licet ignoret ex rebus gestis comparatam occasionem, necesse sit errore labatur: habet enim ossa sua, quibus subsistat, aliosque labentes sustentet, cum ait jus excommunicationis a Christo communicatum Apostolis, & successoribus ejus Episcopis; illisque tantum denegatum, qui ab horum numero haberentur extorres; nam hæc adjecit verba: *Cur igitur dignitatem tantam assumis, quæ Apostolis tantum communicata, & iis qui illorum sunt idonei successores vere pleni gratia & virtute? &c.* Quibus plane intelligis, in eos invehi doctorem Ecclesiæ, qui extra ordinem Apostolicæ successionis existunt homines, ista sibi temere vendicantes, quæ tantummodo Episcoporum esse noscuntur: quo nihil rectius, nihilque dici potuit aureo ore dignius: At de his hactenus.

(b) Prov. 15.

LV. *Ætas Joannis Chrysostomi & vitæ ejus institutio.*

Hæc omnia (ut diximus) Chrysostomus cum diaconus esset, ad populum peroravit: secundum enim Marcellini atque Palladii calculum, dicentium ipsum quinquennio ministrasse diaconum, duodecim vero annos egisse presbyterum usque ad tempus quo Episcopus creatus est; plane invenitur, cum anno superiori sacro diacona-

tus ordine initiatum, & ut omnes affirmant, a Meletio, antequam scilicet ad Constantinopolitanum Concilium se conferret. Ex quibus & Socratem & alios confutes, qui scripta Chrysostomi nuper recensita, ab eo elucubrata tradunt, cum esset Antiochenæ Ecclesiæ lector. Sed ut ejusdem Joannis ætatis & rerum gestarum scriptorumque ratio ineatur; auctore Palladio æquali ejus, & aliis, sic se habuit. Ex auditorio ad forum, e foro in eremum, & ex eremo in lectorem adscitus fuit Ecclesiæ Antiochenæ; ubi diaconatu, ac deinde presbyteratu auctus permansit usque ad tempus, quo inde abstractus Constantinopolim ad ejus Ecclesiæ regimen vocatus est. At tanta hæc nimia brevitate complexa, quo adeo celebris viri res gestæ aliqua saltem ex parte innotescant, paulo prolixiori prosequamur oratione.

LVI. *Facundia Chrysostomi in foro cognita.* E rhetoricis scholis egressus, quanta cum felicitate in agendis caussarum controversiis in foro versatus sit, ex litteris Libanii tunc temporis ad eum scriptis satis assequi vales: recitat eas Isidorus Pelusiota (a) in epistola ad Ophelium, quæ sic se habet: *Quod non dicam alii (parvum enim id fortasse plerisque videri queat) verum etiam ipse Libanius, qui eloquentiæ nomine apud omnes clarus & celebris est, præclari viri Joannis linguam ac sententiarum pulchritudinem & argumentorum densitatem ad stuporem usque miratus sit: argumento est ea epistola, in qua non modo eum qui tanta dicendi facultate præditus sit, beatum prædicat, verum etiam eos quorum laudes oratione celebrarat, & quidem qui Imperatores essent, quod hujusmodi laudum suarum præconem consecuti essent. Hujus autem epistolæ hoc exemplum est.*

(a) *Isidor Pelus. l.2. epist.42.*

Libanius Joanni S.

LVII. *Libanii epistola ad Joannem.* *Cum pulchram tuam & elegantem orationem accepissem; viris quibusdam, qui & ipsi orationum opifices & architecti sunt, eam legi. Quorum nullus erat, qui non saltaret, & clamorem ederet, eaque omnia faceret, quæ homines admiratione perculsi & attoniti facere solent. Ego igitur eo nomine voluptate affectus sum, quod ad forensem operam, in qua arte specimen edis, demonstrativum quoque dicendi genus adjungis. Atque & te beatum duco, qui ad hunc modum laudare queas, & item eos qui talem suarum laudum præconem nacti sunt, hoc est, & patrem qui Imperium dedit, & filios qui acceperant. Atque hæc quidem scripsit Libanius.* Hactenus Isidorus. Porro in laudem Valentiniani senioris, & ejus filiorum Gratiani atque Valentiniani junioris illam fuisse elucubratam orationem, apparet, cum videlicet Valentiniano hac vita defuncto, ejus filii in Imperium successere. At qua ætate præstitit tanta Chrysostomus? Secundum initam superius ejus ætatis rationem, agebat ipse tempore senioris Valentiniani obitus annum vigesimum primum. At licet oratio ipsa desideretur dicta in laudem patris & filiorum Imperatorum; tamen qualis illa fuerit, ex aliis ejusdem scriptis tunc temporis editis (si ex germani superstitis vultu, prædefuncti fratris effigiem quis existimet contemplandam) intelligi facile poterit: proxime enim, nempe sequenti anno, aureos illos de Sacerdotio dialogos elucubravit, cum jam ad Episcopatum adscito Basilio amico carissimo, ipse ne teneretur, fuga sibi consuluit; & e foro (ut idem ibi testatur) in solitudinem exculturus monasticam vitam, se contulit.

Agebat tunc, ut ipse fidem facit, annos viginti duos: nam in eodem libro de Sacerdotio id accidisse testatur, cum tunc implesset annos adolescentiæ, ab heri (ut ajebant æmuli) & nudius tertius; nempe cum exegisset annum vigesimum primum, qui est terminus adolescentiæ, & vigesimum secundum inchoasset: tali enim termino etiam apud Græcos & illius temporis scriptores distingui adolescentiam a juventute, sanctus Basilius docet homilia in psalmum centesimum decimumquartum. His etiam bene consentiunt, quæ itidem Chrysostomus (b) alibi de se affirmat, nimirum quo tempore Valens Imperator diras illas in magos & sacrilegos quæstiones exercuit Antiochiæ, fuisse ætate adolescentulum, nempe sexdecim aut septemdecim annorum. Quibus omnibus egregie respondet quod Græci (c) testantur auctores, eumdem Chrysostomum vixisse annos quinquaginta duos & menses octo, obiisseque anno Domini quadringentesimo septimo, Honorio septimum, & Theodosio secundum Consulibus. LVIII.

(b) *Chrys. in Act. Apost. hom. 48.*

(c) *Leo Imper. in Encom. de S. Jo: Chrysost. Georg. in vita ipsius Chrysost. & Zonaras.*

LIX. *Ratio annorum & lucubrationum Joannis Chrysostomi.* Qui igitur erat annorum octo tempore (ut dictum est) quo Julianus degebat Antiochiæ, & templum Apollinis conflagravit, atque decimum sextum vel septimum agebat, cum Valens itidem adversus magos quæstiones agitaret, & tempore Valentiniani majoris obitus & filiorum successionis vigesimum primum annum, vigesimum vero secundum cum scripsit de Sacerdotio, & secessit in eremum; idem hoc anno vigesimum octavum implens annum, jam diaconus ea quæ paulo ante recensuimus contra Gentiles, Judæos, & hæreticos peroravit, atque etiam ad sedandos populares tumultus, sermonem illum de Anathemate habuit.

LX. De tempore autem commorationis ejus in eremo (ne quid retro intactum relinquamus) diversæ reperiuntur sententiæ, cum alii dicant sexennio in eo vitæ instituto perseverasse, alii quadriennio apud

Joannem Chrysostomum eum habuisse sermonem. Attende & illud, Antiochiæ concionem dictam, absente ejus partis Episcopo Flaviano (ut diximus ex ejus verbis) qui Constantinopolim profectus erat ad Synodum. Intuere pariter, Chrysostomum ea perorasse ad populum communionis Flaviani, exasperatum in adversæ partis Fideles Paulino communicantes, & in eumdem odio percitum anathema inclamantem; locutum ad ignobile vulgus, quod nec quid vox anathema significaret, intelligeret: in hos ipso pene exordio his verbis Chrysostomus sic invehitur: *En specto viros, qui nullum ex sacris litteris germanum sensum, immo nihil omnino sacrarum litterarum tenent, & (ut pleraque transeam, nam erubesco dicere) furibundos, nugaces, contentiosos, qui neque sciunt quæ dicunt; neque de quibus affirmant; in hoc uno tantum audaces, quod dogmata statuunt, & anathema declarant ea quæ maxime ignorant.* En vides ad quos sit sermo Chrysostomi, & quibuscum tota illa disceptatio insumatur. In hos, inquam, est tota illa de non inferendo anathemate exaggeratio, vel cum ait: *Heus, quis tu tantæ auctoritatis, qui tantam tibi usurpas potentiam? &c.* Vel cum illam citat martyris sententiam, qui Apostolorum temporibus vixit. At quisnam hic qui scriptorum monumenta reliquerit, alius quam Ignatius? Est sane locus in epistola ad Smyrnenses, ubi hæc leguntur verba (a): *Si enim jure censetur pœna dignus qui adversus regem insurgit, ut qui violet bonas legum constitutiones; quanto putatis graviori subjacebit supplicio, qui sine Episcopo quid volet agere, concordiam rumpens, & decentem ordinem confundens? &c.* Reddidit ipse sententiam, & non verba Chrysostomus, atque ad propositum illud suum inflexit.

(a) Ignat. epist. 10.

LIII. Sed & illo quoque dilemmate convincenda erat plebs ipsa, & omni denique argumenti genere infrenanda, quo a cœpta reprimeretur audacia: plurimi namque intererat Flaviani communionis homines in officio continere; ne qui a Romana tolerabatur Ecclesia Flavianus ipse cum suis, nec anathemate hactenus perculsus erat, licet improbaretur ejus electio, pateretur ipse cum illis, quod inferretur in Paulini communionis homines anathema. Magna quidem indulgentia Romanæ Ecclesiæ ea fuit, ut cujus non probaret electionem, eum a communione minime separarit. Versans igitur in re magni momenti Chrysostomus, acerrime in eos invehitur, qui in Paulini sectatores anathema conclamarent, perinde ac si essent hæretici, atque eadem ratione qua Apollinaristæ censendi: quorum temeritatem, procaciamque retundens, vanumque prætextum redarguens, ista subdit: *Ad hæc quid respondent illi malitia patrates? Hæreticus, ajunt, ille factus est, & inhabitantem habet diabolum: adversus Deum injustitiam loquitur; multos in profundum perditionis abducit eloquentiæ suæ efficaci suadela & deceptione. Sane propter hoc a Patribus ejectus est, maxime quia ejus magister quoque partem Ecclesiæ abstulit, Paulinum vel Apollinarem designando. Sane de istorum singulorum discrimine sermo multis bene novitatem refutavit, errorem in perniciosissimæ præsumptionis penetralibus invaluisse redarguens.* Hæc ipse, plane significans, longe diversam esse Paulini causam atque Apollinaris, quorum differentias alio sermone se discriminasse testatur, qui non extat.

Qua motus occasione Joannes eam habuit Orationem.

LIV. Jam puto, probe intelligis, lector, ex tempore, loco, personis, & rebus, Chrysostomum tumultuantem populum (ut ipse profitetur) redarguere voluisse, qui inanibus vocibus in adversarios, Paulini asseclas anathema inclamaret; cujus rei nec jus, nec tempus, nec locus esset. Intueris pariter, quam necessarium sit, ex occasione oblata vim orationis expendere; cum interdum contingat, his minime perspectis, aliquem existimari loqui blasphemias; cum tamen habita causæ perfecta cognitione, nihil dici inveniat potuisse sanctius, atque rectius. Nam ea sententia Salomonis (b), *Sermo opportunus, ille est optimus*: cum alioqui nec ipsa Chrysostomi oratio ita solute fluat, ut quis licet ignoret ex rebus gestis comparatam occasionem, necesse sit errore labatur: habet enim ossa sua, quibus subsistat, aliosque labentes sustentet, cum ait jus excommunicationis a Christo communicatum Apostolis, & successoribus ejus Episcopis; illisque tantum denegatum, qui ab horum numero haberentur extorres; nam hæc adjecit verba: *Cur igitur dignitatem tantam assumis, quæ Apostolis tantum communicata, & iis qui illorum sunt idonei successores vere pleni gratia & virtute? &c.* Quibus plane intelligis, in eos invehi doctorem Ecclesiæ, qui extra ordinem Apostolicæ successionis existunt homines, ista sibi temere vendicantes, quæ tantummodo Episcoporum esse noscuntur: quo nihil rectius, nihilque dici potuit aureo ore dignius: At de his hactenus.

(b) Prov. 15.

LV. Hæc omnia (ut diximus) Chrysostomus cum diaconus esset, ad populum peroravit: secundum enim Marcellini atque Palladii calculum, dicentium ipsum quinquennio ministrasse diaconum, duodecim vero annos egisse presbyterum usque ad tempus quo Episcopus creatus est; plane invenitur, cum anno superiori sacro diacona-

Ætas Joannis Chrysostomi & vitæ ejus institutio.

tus

tus ordine initiatum, & ut omnes affirmant, a Meletio, antequam scilicet ad Constantinopolitanum Concilium se conferret. Ex quibus & Socratem & alios confutes, qui scripta Chrysostomi nuper recensita, ab eo elucubrata tradunt, cum esset Antiochenæ Ecclesiæ lector. Sed ut ejusdem Joannis ætatis & rerum gestarum scriptorumque ratio ineatur; auctore Palladio æquali ejus, & aliis, sic se habuit. Ex auditorio ad forum, e foro in eremum, & ex eremo in lectorem adscitus fuit Ecclesiæ Antiochenæ; ubi diaconatu, ac deinde presbyteratu auctus permansit usque ad tempus, quo inde abstractus Constantinopolim ad ejus Ecclesiæ regimen vocatus est. At tanta hæc nimia brevitate complexa, quo adeo celebris viri res gestæ aliqua saltem ex parte innotescant, paulo prolixiori prosequamur oratione.

LVI. *Facundia Chrysostomi in foro cognita.* E rhetoricis scholis egressus, quanta cum felicitate in agendis causarum controversiis in foro versatus sit, ex litteris Libanii tunc temporis ad eum scriptis satis assequi vales: recitat eas Isidorus Pelusiota (a) in epistola ad Ophelium, quæ sic se habet: *Quod non dicam alii (parvum enim id fortasse plerisque videri queat) verum etiam ipse Libanius, qui eloquentiæ nomine apud omnes clarus & celebris est, præclari viri Joannis linguam ac sententiarum pulchritudinem & argumentorum densitatem ad stuporem usque miratus sit: argumento est ea epistola, in qua non modo eum qui tanta dicendi facultate præditus sit, beatum prædicat, verum etiam eos quorum laudes oratione celebrarat, & quidem qui Imperatores essent, quod hujusmodi laudum suarum præconem consecuti essent. Hujus autem epistolæ hoc exemplum est.*

(a) *Isidor. Pelus. l. 2. epist. 42.*

Libanius Joanni S.

LVII. *Libanii epistola ad Joannem.* *Cum pulchram tuam & elegantem orationem accepissem; viris quibusdam, qui & ipsi orationum opifices & architecti sunt, eam legi. Quorum nullus erat, qui non saltaret, & clamorem ederet, eaque omnia faceret, quæ homines admiratione perculsi & attoniti facere solent. Ego igitur eo nomine voluptate affectus sum, quod ad forensem operam, in qua arte specimen edis, demonstrativum quoque dicendi genus adjungis. Atque & te beatum duco, qui ad hunc modum laudare queas, & item eos qui talem suarum laudum præconem nacti sunt, hoc est, & patrem qui Imperium dedit, & filios qui acceperant. Atque hæc quidem scripsit Libanius.* Hactenus Isidorus. Porro in laudem Valentiniani senioris, & ejus filiorum Gratiani atque Valentiniani junioris illam fuisse elucubratam orationem, apparet, cum videlicet Valentiniano hac vita defuncto, ejus filii in Imperium successere. At qua ætate præstitit tanta Chrysostomus? Secundum initam superius ejus ætatis rationem, agebat ipse tempore senioris Valentiniani obitus annum vigesimum primum. At licet oratio ipsa desideretur dicta in laudem patris & filiorum Imperatorum; tamen qualis illa fuerit, ex aliis ejusdem scriptis tunc temporis editis (si ex germani superstitis vultu, prædefuncti fratris effigiem quis existimet contemplandam) intelligi facile poterit: proxime enim, nempe sequenti anno, aureos illos de Sacerdotio dialogos elucubravit, cum jam ad Episcopatum adscito Basilio amico carissimo, ipse ne teneretur, fuga sibi consuluit; & e foro (ut idem ibi testatur) in solitudinem exculturus monasticam vitam, se contulit.

LVIII. Agebat tunc, ut ipse fidem facit, annos viginti duos: nam in eodem libro de Sacerdotio id accidisse testatur, cum tunc implesset annos adolescentiæ, ab heri (ut ajebant æmuli) & nudius tertius; nempe cum exegisset annum vigesimum primum, qui est terminus adolescentiæ, & vigesimum secundum inchoasset: tali enim termino etiam apud Græcos & illius temporis scriptores distingui adolescentiam a juventute, sanctus Basilius docet homilia in psalmum centesimum decimumquartum. His etiam bene consentiunt, quæ itidem Chrysostomus (b) alibi de se affirmat, nimirum quo tempore Valens Imperator diras illas in magos & sacrilegos quæstiones exercuit Antiochiæ, fuisse ætate adolescentulum, nempe sexdecim aut septemdecim annorum. Quibus omnibus egregie respondet quod Græci (c) testantur auctores, eumdem Chrysostomum vixisse annos quinquaginta duos & menses octo, obiisseque anno Domini quadringentesimo septimo, Honorio septimum, & Theodosio secundum Consulibus.

(b) *Chrys. in Act. Apost. hom. 48.*

(c) *Leo Imper. in Encom. de S. Jo: Chrysost. Georg. in vita ipsius Chrysost. & Zonaras.*

LIX. *Ratio annorum & lucubrationum Joannis Chrysostomi.* Qui igitur erat annorum octo tempore (ut dictum est) quo Julianus degebat Antiochiæ, & templum Apollinis conflagravit, atque decimum sextum vel septimum agebat, cum Valens itidem adversus magos quæstiones agitaret, & tempore Valentiniani majoris obitus & filiorum successionis vigesimum primum annum, vigesimum vero secundum cum scripsit de Sacerdotio, & secessit in eremum; idem hoc anno vigesimum octavum implens annum, jam diaconus ea quæ paulo ante recensuimus contra Gentiles, Judæos, & hæreticos peroravit, atque etiam ad sedandos populares tumultus, sermonem illum de Anathemare habuit.

LX. De tempore autem commorationis ejus in eremo (ne quid retro intactum relinquamus) diversæ reperiuntur sententiæ, cum alii dicant sexennio in eo vitæ instituto perseverasse, alii quadriennio apud

De Basilio ad quem Joannes scripsit de Sacerdotio.

Cartherium egisse. Errant tamen qui post presbyteratum consecutum, cum in eremum profectum esse tradunt, cum ipsius assertione pateat, e foto foras esse progressum in solitudinem. Sed & graviore illi detinentur errore, qui Basilium illum, quocum a puero assueverat, quique postea ad Episcopatum assumptus est, existimant (a) fuisse ipsum Basilium Magnum Cæsareæ Cappadociæ Episcopum: nam agebat jam septimum annum in Episcopatu Cæsariensi Basilius, cum iste junior creatus est, ut ex temporum exacta ratione habita perspicue licet inspicere. Sed & cum attestatione Chrysostomi constet Basilium juniorem eo tempore cum creatus est Episcopus, non excessisse ætatem annorum vigiori duorum (æquales enim erant) quo modo fingi potest, hunc illum esse Basilum ætate senem, qui & post sequentem annum ex hac vita migrasse dicetur? Cæterum, & cum ipse Chrysostomus de juniore Basilio dicat, eadem illum qua se patria esse natum, nempe Antiochiæ, facultatibus pauperem; quam longe discrepat ab illo Magno, patria Cæsariense, quem prædivitem fuisse, Gregorius Nazianzenus & Nyssenus affirmant? Vel quid conveniens, ut Basilius Cæsariensis Antiochiæ electus esset ab Episcopis Syriæ, sicut junior iste, de quo Chrysostomus scribit? Vel cum constet Basilium hunc eremum cogitantem esse electum, Basilium vero Magnum liqueat, postquam cum Gregorio Nazianzeno eremum incoluisset, vocatum esse ad Episcopatum?

(a) Socr. l. 6. c. 3. & alii eum secuti.

LXI. Liber Chrysostomi de Sacerdotio.

At licet longe alium hunc Basilium ab illo Cæsariensi fuisse pateat; extitisse tamen doctrina & moribus valde conspicuum, nec adeo Chrysostomo imparem, potest intelligi; cum utrique vix egressi limen adolescentiæ quæsiti fuerint ad Episcopatum, tentusque ille, cum Chrysostomus fugam arripiens in sui excusationem commentarium illum tam celebrem de Sacerdotio elaboravit: de quo audi quid Isidorus Pelusiota ad Eustathium scribat (b):

(b) Isidor. Pelus. l. 1. epist. 156.

LXII. *Ego quidem librum, quem a me petiisti, misi: fructumque ex eo per te expecto, qui ab omnibus exigi consuevit. Nullum enim, nullum inquam, pectus hujus lectio penetravit, quod non divino amore sauciarit; ut qui augustam quidem ac venerandam rem accessuque difficilem sacerdotium esse ostendat, verum sine ulla reprehensionis labe consectandam esse doceat. Siquidem sapiens ille & traditus arcanorum Dei interpres Joannes Byzantinæ Ecclesiæ, atque adeo Ecclesiarum omnium oculus, librum eum ita subtiliter & prudenter atque accurate condidit, ut omnes, tam qui ut Deo gratum sacerdotia funguntur, quam qui negligenter & ignave sacerdotalem dignitatem administrant, hic & virtutes suas & offensiones reperiant.* Hactenus Isidorus.

LXIII. Quisnam vero fuerit ille Basilius Chrysostomi pernecessarius; haud quid certum habemus, quod firmiter affirmare possimus, scimus tamen, eodem tempore, in eadem Syriæ provincia duos vixisse Basilios, qui interfuerunt Synodo Constantinopolitanæ, nempe Basilium Raphanensem in Syria, & alium Episcopum Bibli in Phœnicia. Opinantur alii fuisse Basilium Seleuciæ Isauriæ Episcopum; attamen constat, Theodoreto (c) auctore, illum vitam egisse monasticam sub sancto Marciano abbate, & cum eo diu versatum, Episcopum vero postea claruisse tempore Concilii Chalcedonensis, cui & subscriptus habetur, post annos septuaginta uno minus; cum tamen Seleuciæ Syriæ tempore Chrysostomi esset Episcopus Maximus, qui (ut auctor est Socrates d) collega fuit ipsius Joannis in exercitatione vitæ monasticæ una cum Theodoro illo postea Mopsuestiæ Episcopo plane infelicissimo: nam a monachatu excidit & a fide; ad quem lapsum scribens ex eremo ipse Chrysostomus recenset insigniores collegas Valerium, Florentium, & Porphyrium. Hos autem omnes sub cura egisse Diodori & Chartherii Abbatum, Socrates tradit: quorum priorem Tarsensi ait Præfectum Ecclesiæ: addit Evagrium juniorem filium senioris Evagrii nobilissimi civis Antiocheni in eremum jam antea concessisse, & ejus exemplo nonnihil esse permotum Chrysostomum. Eremus porro illa fuit in Syria: nam Diodorum, sub quo etiam Chrysostomus excoluit vitam monasticam, in ea regione habitasse, Theodoretus affirmat (e).

(c) Theo. l. SS. Patr. c. 3.

(d) Socr. l. 6. c. 3.

(e) Theod. l. SS. Patr. c. 8.

LXIV. Quodnam autem vivendi genus arripuerit; vel ex eo probe poteris intelligere, dum crimini sibi tribuit delicias vel cogitasse; ait (f) enim: *Quid ais, o homo, quid loqueris? Arctam viam & angustam jussus es ambulare; ut quid de requie? ut quid de abundantia percontaris? Per angustam januam transire jussus es; quid amplos requiris ingressus? est aliquid ista perversitate nequius? est aliquid ista perversitate deterius? Verum ne existimes me hæc dicentem alios incusare; jam nunc tibi de me, de me ipso inquam narrabo. Etenim cum sedisset in animo meo quondam, relicta urbe, transire ad habitacula monachorum; ego scio quam solicite perscrutabar, unde nobis in illis locis quæ necessaria sunt corpori præberentur; & si possibile esset, & recentis & diurni panis habere quotidie copiam: sed & illud non segniter requirebam; ne forte eodem oleo olla & lucerna esset apsanda, si non leguminis gravis & solitarius cibus fami juberetur; sed & ne ope-*

(f) Chrys. de compunct. cord. l. 3.

Joannis Chrysostomi in eremo vitæ institutio.

operis aliquis gravis esset exactor, ac forte fodere terram cogeret, aut ligna deferre, aut aquam humeris portare, vel cætera hujusmodi exhibere ministeria: ita omni solicitudine pro requie corporis percontabar, &c. Doluit inquam, & maxime doluit hæc aliquando vel animo revulvisse postea, cum libens volensque durissimum vitæ illius institutum sectatus est.

LXV. Lucubrationes Chrysostomi in eremo. Sed quæ fuere ejus lucubrationes in eremo? Posita sunt namque tunc, secundum propheticum illud, deserta in stagna aquarum, cum fluenta doctrinæ ex ejus pectore pro opportunitate manarunt. Etenim ad Theodorum collegam ignavum, desertorem, insignem edidit commentarium, quo eum ad eremum, unde excesserat, revocaret: tradit vero Hesychius (a) Hierosolymitanus, eam scripsis Chrysostomi revocatum, sed iterum lapsum, atque deteriorem redditum, pessimum hæreticorum omnium evasisse; at esse solent omnes qui semel exciderunt e monachismo, qui soleant pro defensione hæresis suscipere patrocinium. Ad eum scripsisse Chrysostomum, testatur quoque Imperator Justinianus: *Scripsit*, inquit, *epistolam ad Theodorum Mopsuestenum, non tamen laudibus, sed querimoniis & increpationibus plenam, utpote illo a bona conversatione lapso*, &c. Elaboravit tunc pariter duos illos *de Compunctione cordis* libros & tres *de Providentia Dei*, magna admiratione habitos; sed & *adversus vituperatores vitæ monasticæ* nobile opus elucubravit tribus libris distinctum; magnopere admiratus, non inter Gentiles tantum, sed inter Christianos aliquos adeo infelices reperiri, qui tam sublimi detraherent philosophiæ, homines plane, quorum Deus venter esset, & gloria in confusione, terrena tantummodo sapientes. *De virginitate* quoque tunc elaborasse tractatum, complures affirmant (b): sed alias inde epistolas idem Chrysosto-

(a) In Actis quintæ Synodi Act. 5.

(b) Socr. l.6. c.3. Niceph. l. 13. c.2. & alii.

mas dedisse putatur, quæ non extant.

Redditum vero ipsum fuisse patriæ ob graves contractas ex duro vivendi genere ægritudines, moxque ibi ordinatum esse lectorem a Zenone Episcopo, auctor est Socrates: quod contigisse videtur, absente Meletio, Zenone ibi vicariam præfecturam agente, non quidem (ut ait) Episcopo Hierosolymitano (nullus enim ejus nominis his temporibus illi Ecclesiæ præfuit) verum Zenone Tyri Episcopo, qui interfuit Concilio Constantinopolitano, vel (quod tradit Nicephorus c) Majumæ Episcopo. At de Chrysostomo hactenas. LXVI. Chrysostomus ordinatus lector.

(c) Niceph. l.13. c.2.

Jam vero reliquas hujus anni, quæ extant, res gestas recenseamus. Theodosius Imp. hoc anno concessit Gentilibus, ut suas adirent basilicas, illas sane, in quas negotiorum causa confluere consueverant, ita tamen ut omnino a sacrificiis abstinerent. Reperitur enim ea de re rescriptam ad Palladium (d) quod sic se habet. LXVII.

(d) l.8. de Pagan. C. Theod.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. Palladio Duci Osdroenæ.

Ædem olim frequentiæ dedicatam, cœtui etiam, populoque communem, in qua simulacra feruntur posita, artis pretio quam divinitate metienda, jugiter patere publici consilii auctoritate decernimus. Neque huic rei obreptivum officere sinimus oraculum; ut conventu Urbis & frequenti cœtu videatur experientia tua, omni votorum celebritate servata, auctoritate nostra ita patere templum permittat oraculis, ne illic prohibitorum usus sacrificiorum hujus occasionis [a] *aditus permissus esse credatur. Dat. prid. Kal. Decemb. Constantinop. Antonio & Syagrio Coss.* Lex de Basilicis adeundis.

[a] occasionem.

Hoc etiam anno, iisdem Consulibus adversus Manichæos clandestinos conventus agentes, iidem ediderunt Imppp. sanctionem, qua cum pluribus illos pœnis afficiant, eosdem jubent inquiri, omnique soli- LXVIII. Manichæi lege Imppp. cohibiti.

PAGIUS II. D. Chrysostomus fit Lector Ecclesiæ Antiochenæ.

Ad num. LXVI. Nicephorus lib. 13. cap. 2. *Zenonem*, qui Sanctum Chrysostomum Lectorem ordinavit, *Gazæ*, seu Majumæ Episcopum facit. Sed, cum Zeno Episcopus Majumæ regnante Theodosio creatus fuerit, ut scribit Sozomenus lib. 5. cap. 8. alius sit oportet ab illo *Zenone*, qui Chrysostomum Lectorem ordinavit; cum Chrysostomus Lector factus sit Principatu Valentis Augusti anno circiter CCCLXX. Baronius *Zenonem* hunc, a quo Chrysostomus Lector Antiochiæ est ordinatus, tradit, Episcopum fuisse *Tyri*, eum qui interfuit Concilio Constantinopolitano; & tunc absente Meletio Vicarium ejus fuisse in Ecclesia Antiochena. Quæ conjectura verosimilis. Sed, quod Socratem reprehendit, qui *Zenonem* illum fuisse dixerit Episcopum Hierosolymorum, in eo perspicue fallitur, inquit Valesius in Notis ad lib. 6. Socratis cap. 3. Neque enim Socrates Zenonem facit Episcopum Hierosolymorum; sed tantum ait, *Zenonem* Episcopum Hierosolymis redeuntem, ordinasse Chrysostomum Lectorem Antiochiæ. *Joannem*, inquit Socrates, *Zeno Episcopus Hierosolymis rediens Lectorem Antiochenæ Ecclesiæ designavit*. Profectus fuerat *Zeno* Hierosolymam vel orationis causa, ut mos fuit illorum temporum, vel ob aliquam Ecclesiasticam necessitatem. Palladius in Vita Chrysostomi, scribit, eum a Meletio Lectorem esse ordinatum; quod ita intelligendum putat Valesius, ut a Meletio id factum esse dicatur, quod a Zenone ejus vices agente factum est.

Ad num. LXVII. Lex 3. Codicis Theodosiani *De Apostatis*, non a Gratiano, ut existimat Baronius, sed a Valentiniano juniori emissa, *Merobaude* II. & Saturnino Coss. anno scilicet sequenti. Inscripta est enim *ad Hypatium PF. P. Africæ*, ut liquet ex Legg. Codicis Theodosiani 13. & 15. *De extraordinariis*, directis ad Hypatium PF. P. & Carthagine propositis. III. Lex adversus Apostatas. Baron. an. 383. num. XXI.

(a) l. 9. de haret. C. Theod.

solicitodine pervestigari; nam post multa hæc habent (a): *Sublimitas itaque tua det inquisitores, aperiat forum, indices denunciatoresque sine invidia delationis accipiat. Nemo præscriptione communi exordium accusationis hujus infringet: nemo tales occultos cogat latentesque conventus: agris vetitum sit, prohibitum mœnibus, sede publica privataque damnatum: ac summa exploratione rimetur, ut quicumque in unum Pascha diem non obsequenti religione convenerint, tales indubitanter, quales hac lege damnavimus, habeantur. Dat. prid. Kalend. April. C. P. Antonio & Syagrio Coss.*

LXIX.

(b) l. 9 de valid. mendic. C. Theod.

(c) Hier. epist. 26.

Mendicantes validi lege vetiti.

Quo pariter anno adversos validos mendicantes est promulgatom edictum (b). Effusa namqoe largitas Christianorum, pauperibus bona erogantium, allieiebat ad mendicandum validos etiam. Nam Hieronymus (c) de Pammachio: *Fores quæ prius salutantium turmas vomebant, nunc a miseris obsidentur, &c.* Agit ibi pluribus de multitudine & miseranda conditione quærentium stipem, atque addit: *Hoc exercitu comitatus incedit, in his Christum confovet, horum sordibus dealbatur; munerarius pauperum, & egentium candidatus sic festinat ad cælum.* Hæc ipse; & alibi de aliis multa id genus: hoc ipsum S. Paulinus in epistola ad Aletium (d). Cum igitur liberalis esse soleret Fidelium erga pauperes omni tempore munificentia; in obitu tamen alicujus ex caris erat effusa, ut iidem citati auctores pluribus docent exemplis: idque ex antiquo Ecclesiæ more, ut Origenes (e) tradit in Job. Cæterum locus mendicantium præ foribus esse solebat ecclesiarum io porticibus atrii: id colligitur in primis ex Gregorio Nazianzeno (f) illis verbis: *Petitionum clamor internis templi cantibus ex adverso respondet, atque e regione mysticarum vocum miserabilis luctus excitatur.* Et Joannes Chrysostomus (g): *Propterea*, inquit, *& ante ecclesias & martyrum monumenta pro foribus pauperes sedent, ut nos ex hujusmodi spectaculo multum capiamus utilitatis.* At de his hactenus.

(d) Paulin. epist. 32.

(e) Orig. in Job. l. 3.

(f) Greg. Naz. orat. de amor. pauper.

(g) Chrys. ad popul. Antiochen. homil. 28.

Qui

I. QUi sequitur annus Domini trecentesimus octogesimus tertius, inchoatus est Merobaude & Saturnino Consulibus, quo & Gratiani decimus sextus absolvitur. ☞ Horum Consulum nota, consignatum habetur epitaphium a S. Damaso Papa conscriptum versibus istis, hoc anno (a):

Quid loquar, aut sileam? probibet dolor ipse fateri.

Hic

(a) *Extat in titulo Equitii, nunc dicto S. Martini in Montibus.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5876.

SÆC. IV. Anno Urbis 1136. Olymp. 290. an. 3. secundum Baronium Olymp. 290. A.C. 383.

☉ 28. A. ☽ 4. P. 9. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 383.

DAMASI PAPÆ 18.

VALENTINIANI JUNIORIS 9.

THEODOSII 5. ARCADII 1.

I. *Consules.* [1] AD nom. I. Coss. *Merobaudes II. & Saturninus*: prior Occidentalis, cujus opera *Valentinianus junior* ad Imperium evectus, de quo Ammianus lib. 30. posterior Orientalis, ad quem extat non nos Gregorii Nazianzeni epistola, qui & Comes Orientis fuit, ut liquet ex epistola D. Basilii 325. Iteratus Merobaudis Consulatus, & Augustea dignitas *Arcadio* a Theodosio patre concessa, Quinquennalium Theodosii Magni hoc anno editorum indicia: sed certum eorum annum nos docuit Themistius in Oratione gratulatoria ad Theodosium de pace & Consulatu Saturnini Ducis, quæ opera Joannis Harduini prodiit in nova Themistii editione anno 1684. In ea Oratione, quæ modo ordine 16. est, Themistius non tantum docet, Theodosium Magnum currenti anno *Quinquennalia* dedisse; sed & Imperatores annis hujusmodi solennibus addictis Consulatum inire so-

Coss. & Quinquennalia Theodosii Magni.

NOTÆ [1] *COss. Merobaudes II. & Saturninus*. Ara effossa in fundamentis prooai Basilicæ vaticanæ, quam vidit & exscripsit Donius, quæque extat inter ejus inscriptiones cl. 1. n. 25. pag. 7.

A R A M D I C A V I T N O N I S. A P R I L I B U S
P P. L L. M E R O B A U D E. E T S A T U R N I N O
C O N S S.

Hæc aotem inscriptio legitur etiam apud Fabrettum pag. 659. en quo discimus, sigiss FF. LL. *Flavios* duos denotare; atque hinc horum consulum prænomina. Idem Fabrettus pag. 666. n. 521.

N O N I S A P R I L. F L. M E R O B A U D E
V. C. I T E R U M. E T. F L. S A T U R N I N O
V. C. C O N S S.

Post Fabrettianum lapidem adde epigramma, Romæ in pavimento Ecclesiæ SS. Silvestri & Martini tit. Equitii, in cujos epigrammatis fine hæc leguntur:

D E P. I I I. K A L. I A N. F L. M E R O B A U D E
E T F L. S A T U R N I N. C O N S S.

Ex qoibus sane dubitari non potest, qoin toto hoc anno *Saturninus* collega fuerit *Merobaudis*.

Inscriptiones Basilicæ S. Pauli n. 340. *depo* SITA. IN. PACE *Conf. Merobau*DII ET SATUBN*ini*. Ibidem n. 345. DEPO*sit* MEBOBAUDE *& Saturnino*. Sponius in Miscellan. pag. 86. lapidem *Apollini Præstanti* dedicatum protulit sub die PBID..... AUGUST· CATULINO ET MEROBAUDE. Cos. quem ex schedis Barberinis, veluti Ardeæ, jn Latio quondam urbis extantem, se excerpisse scribit. Mendum certe in schedis his est; erratque ipse Sponius, qui putat *Catulinum* initio anni 377. cum *Merobaude* consulatum iniisse; eo vero vita functo, Gratianum in demortui locum suffectum. Legeodum itaque SATUBNINO pro CATULINO. In Codice Theodosiano *Saturnini & Merobaudis* consulum nomina leguntur, in legibus latis a IV. *Id. Januarias* usque ad *Kal. Augustas*.

Flavii prænomen, ut hoc etiam moneamus, non modo *Augustis*, *Gothorum Regibus*, & *Longobardorum*, sed *Prætoribus*, *Præsidibus*, *Consulibus*, aliisque Viris clarissimis, præsertim Constantini ævo, placuisse, pluribus ostendit Carolus Cangius in dissert. de inferioris ævi numismatibus cap. XXXVI. De *Saturnino & Merobaude* vide Gothofredum in Prosopographia Cod. Theod. Fasti Idatii, & Prosperi chronicon: *Merobaude II. & Saturnino*. Paschalis laterculus in fine Gennadii. *Merobaude iterum & Saturnino*.

Inscriptio apud Boldettum lib. 1. Cap. XIX. n. 9.

D E P. I I I. K A L. M A I. M E B O B A U D E
E T, S A T U R N I N O. C O N S S.

Socrates lib. V. Cap. X. *Arcadium a Theodosio* patre *Augustum* renunciatum scribit, *XVI. Kal. Febr. Merobaude iterum, & Saturnino coss.* De consulatu *Saturnini* orationem habuit Themistius, quam primus edidit Jo. Harduinus inter Themistii opera pag. 499.

Hic tumulus lacrymas retinet, cognosce, parentum
Projectæ, fuerat primo quæ juncta marito
Pulchra decore, suo solo contenta pudore.
Heu dilecta satis misera genitricis amore.
Accipe, quid multis, thalami post fœdera prima
Erepta, ex oculis Flori genitoris abivit
Ætheriam cupiens cæli conscendere lucem.
Hæc Damasus præstat cunctis solatia fletus.

Vix. an. XVI. M. X. dies XXV. Dep. III. KAL. Jan. FL. MEROBAUDE ET FL. SATURNIN. COSS. Hæc Damasus; qui licet summus Pontifex, tamen & in his quoque se servorum Dzifervum exhibuit, ut parentes de filiæ obitu mœrentes, ita (ut legisti) scripto epitaphio consolaretur. His occasione novorum Consulum positis, jam quæ sub iisdem hoc anno gesta sunt, videamus ☞.

Maximi Tyrannis. Hoc anno Maximus Dux exercitus in Britannia tyrannidem arripiens, acclamatus a militibus Imperator, transmittens exercitum in Gallias, ab infensis Gratiano legionibus exceptus; Imperium sibi corroborat. Hæc Victor (a), & Zosimus (b). Treveris ipsum collocasse thronum Imperii, Gilda (c) Sapiens tradit, qui & hæc de eo summatim habet: *Maximus callida primum arte potius quam virtute, finitimos quosque pagos vel provincias contra Romanum statum, retia perjurii mendaciique sui facinoroso regno adnectens, & unam alarum ad Hispaniam, alteram ad Italiam extendens, & thronum iniquissimi Imperii apud Treveros statuens, tanta insania in dominos debacchatus est, ut duos Imperatores legitimos, unum Roma, alterum religiosissima vita pelleret, &c.* Hæc ipse. Ut autem obsequentes sibi milites redderet, ea usum arte, & colorasse mendacia, Pacatus (d) tradit, ut se Theodosio Imperatori affinitate conjunctum assereret; quasi eadem ipse, conscio Theodosio, aggressus esset. Affirmant alii, Maximum Britannum genere, ex Helenæ Constantini matris propagine originem mentientem, Britanniæ Regulorum ope fultum audax facinus pertentasse. Britannum quidem ipsum fuisse, Socrates (e) tradit; de stemmate vero Constantini sibi aliquid arrogasse, cognomen Fiavium indicium est; dicebatur enim ipse Flavius Clemens Maximus, licet Zosimus (f) Maximum Hispanum genere fuisse velit.

(a) Victor in Gratiano.
(b) Zosim. l. 4.
(c) Gilda de excid. Britan.
(d) Pacat. in Panegyric. Theodos.
(e) Socrat. l. 5. c. 11.
(f) Zosim. l. 4.

Gra-

PAGIUS solitos; illum vero in Saturninum Theodosium hoc anno transtulisse.

II. Insignis Themistii locus Hypat. Dissert. regulas mire firmans. *Magnus*, inquit Themistius de Consulatu Saturnini loquens, *ex iis, quæ dixi, merito præsens est habendus honor: sed ex iis, quæ deinceps audietis, multo pluris existimandus est. Nam, cum superioris memoriæ Imperatores omnes hoc sibi devitandum inprimis putare consuevissent, ut ne Quinquennali, aut Decennali vertente curriculo, cum magistratum a quo annus inscribitur, cuiquam concederent: hanc tamen ille prærogativam isti detulit, & Consulatum dedit, neutiquam cum aliis numerandum; sed tanto pluris æstimandum, quanto præsentia Quinquennalia annis prioribus antecellunt. Sic quod nemini antea tributum fuit, in Imperatorio lustro primas in Republica privatus tenet; neque hoc simplici ratione: sed ita ut id in primo lustro, & propterea grato & accepto, sit consecutus. Quem igitur pro se, quem ipsemet, quem in primo annali Imperii orbe Consulem fecit. nonne ille beatus, & in pretio habendus, qui tot nominibus cæteros vincit, qui eundem honorem aliquando sunt adepti.* In Dissertatione Hypatica anno millesimo sexcentesimo octogesimo secundo in lucem emissa, variis conjecturis & inductionibus innixus docui, Imperatores annis eorum Quinquennalibus & Decennalibus destinatis, Consulatum sumere solitos, aut illum in Viros illustriores transferre. Fuere postea qui Canonem illum a me statutum impugnarint, falsum esse contendentes. Sed laudata Oratio Themistii, quæ tunc mihi prorsus ignota, quia lucem non viderat, non solum hanc meam regulam, quæ secunda Consulatuum Cæsareorum est, verissimam ostendit; sed etiam omnia Censorum argumenta in alias eorundem Consulatuum regulas in medium adducta, prorsus evertit; cum contra cæteras nihil objectum fuerit, quod contra secundam etiam non militet, quam tamen certam, indubitatamque esse nullus nunc negare potest. Valentiniani junioris *Decennalia* in hunc annum incidunt.

III. Locus ille magis explicatur. Memorabile est quod testatur Themistius, post divisum inter filios Constaorioi M. Imperium, quod anno CCCXXXVII. contigit, Imperatores omnes Orientis (de his enim tantum loquitur quando ait: sic quod nemini antea tributum fuit &c.) in primis suis Quinquennalibus, seu in primo Imperii sui lustro semper Consulatum capessisse, & *Saturninum* hoc anno Orientis Consulem, primum ex privatis fuisse, qui in primo Imperii *orbe*, seu quinquennio Consul processerit; hoc enim hactenus ignoratum fuerat, & unus locus ille nos docuit. *Certe Constantius*, primus post Constantinum M. patrem Orientis Imperator anno CCCXLII. quo Augustei Imperii Quinquennalia dedit, Consulatum tertium iniit; *Julianus* anno CCCLX. quo Imperii Cæsarei Quinquennalia exhibuit, tertium Consul fuit, & *Valens*, qui ei successit, anno CCCLXVIII. quo eadem solemnia repræsentavit, iterato Consulatu exornatus est.

IV. Maximi Tyranni patria. Baron. n. 5. *Maximum* Tyrannum *Hispanum* fuisse testatur Zosimus lib. 4. Nominatur tamen a Gilda *germen plantationis Britannicæ*, & ab Ausonio de Claris Urbibus, *Rutupinus latro*, quod, ut docet Victor in Epitome, *apud Britanniam Tyrannidem arripuisset*, indeque *in Gallias transmisisset*. Nec alia mens Socratis lib. 5. cap. 11. cum scripsit: μάξιμος ἐκ τῶν περὶ τὰς βρεττανίας μερῶν ἐπανίστη τῇ Ρωμαίων ἀρχῇ, id est, ut recte vertit Usserius lib. de Britannicarum Ecclesiarum pri-

II. Gratianus autem cum se non Britanniæ tantum copiis, Galliarumque exercitu destitutum videret, sed & infidos esse putaret (quod & expertus est) reliquos, qui apud se erant milites; Hunnos sibi concilians, in Gallias eos vocat adversus Maximum: quorum alios classe voluit infestare Britanniam, ut horum fatigatus molestiis revocari ab incœptis Maximus posset; alios vero Alanis conjunctos in Gallias properare jussit, ut aliis copiis jungerentur. Sed Gratiano exercitus proditione extincto, Valentinianus frater, sub pacis specie cum Maximo ineunda, alio eos abire mandavit: id quidem S. Ambrosius in relatione ad Valentinianum, Maximo inculcatum a se fuisse inter alia tradit, cum ait (a): *Vide autem, quid intersit inter tuas minitationes, & Valentiniani Augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabar, quod barbarorum stipatus agminibus Italiæ te infunderes: Valentinianus Hunnos atque Alanos appropinquantes Galliæ, per Alemanniæ terras reflexit.* Excusat tamen non contra Maximum præcipue accitos esse Hunnos, sed contra Juthungos Rhætias populantes.

(a) Ambr. epist. 27.

III. Inter hæc autem, cum Maximus transiens in Gallias eam Britannis Armoricos e sedibus ejecisset, atque uberem sed habitatoribus vacuam regionem iisdem Britannis militibus tribuisset; quo novam coloniam in posteros propagaret, Connani Britanni Reguli, quem Britannorum ducem habebat in exercitu, consilio; e Britannia novis colonis singulas virgines singulis militibus conjugio fœderandas, missa legatione ad Connubiæ in Britannia Regem, expetiit. Nihil visum est negari debere novo Imperatori; quem in Britannia exortum iidem Britanniæ Regali omni studio confovissent, cum præsertim nonnisi gentilibus suis, iisdemque donatis nova provincia prædivitibus, suas ipsorum filias matrimonio honestissime conjungendas fore, certum haberent. Duabus igitur legionibus Britannicis, pro numero militum, qui tunc in eis reperti fuere, totidem delectæ sunt virgines, omnes numero undecim millia; quarum principem locum tenebat Ursula Regis Cornubiæ, nomine Dionoci, filia, desponsa Connano duci exercitus Britannorum. Cunctæ Londini collectæ, impositæque sunt invitæ naviglis; dumque naves solvunt Armoricorum regionem versus, a sæva procella impelluntur ad Germanicum littus; ubi dum essent, Melga Pictorum & Guanus Hunnorum pyratæ, qui pro Gratiano adversus Maximum mare illud incursabant, eas nacti, in ipsas irruentes ut hostium feminas; sævitia pugnarum atque libidine. Sed cum hortante Ursula, mortem pati potius delegissent, quam virginei pudoris ferre dispendium; barbarico illi in eas incensi furore, quod properarent alio, nec esset otium eas demulcere blanditiis; in ipsas armis ut in hostes insiliunt, trucidantque singulas; quas duplici auctas corona, martyrii scilicet atque virginitatis, cœlum excepit. Hæc quidem ex antiquis monumentis rerum Britanniæ excepisse, Gaufridus Episcopus Asaphensis in suo de rebus Britannicis commentario tradit.

De S. Ursula & sociis martyribus.

IV. At licet multa de aliis auctor habeat fabulosa, quæ veris nonnihil fidei detrahant, ut magno delectu sit liber ille legen-

PAGIUS primordiis pag. 198. *Maximus ex partibus Britanniæ arma contra Imperium Romanum tulit;* licet Baronius, aliique Christophorsonum secuti, patria illum Britannum fuisse hinc collegerint. Ethelwerdus in Chronico, & Annales Anglo-Saxonici natum in Britannia asserunt. At Pacatus, qui tum vixit, in Panegyrico Theodosio Magno dicto, *homines insulanos totius incendium continentis adolevisse, & Regali habitu exulem suum illos exules Orbis induisse* affirmans, ipsumque Maximum *Orbis extorrem, patriaque fugitivum* appellans, inter Britannos *toto Orbe divisos*, & ea ratione *Orbis exules atque extorres*, ab isto Oratore habitos, relicta propria patria, advenam illum vixisse non obscure significat, inquit Usserius laudatus. *Maximi* itaque Tyranni genus ex *Helena*, Constantini Magni matre, deductum prorsus fabulosum, præsertim cum *Helena* in Britannia nata non fuerit.

V. Ad num. III. & seq. Per hæc tempora Sancta *Ursula* cum sociis martyrii palma coronata est; sed ejus Historia multa fabulosa continet, nec legitima sunt Acta, quæ a Surio ad diem XXI. Octobris ex Auctore Anonymo referuntur; sicut nec quæ citantur a Baronio in Notis ad Martyrologium Romanum, quæque in Breviariis plerisque leguntur. Hermannus quidem Crombak Societatis Jesu Theologus tomum integrum *de Ursula vindicata* composuit. Sed quam causam tuendam suscepit, magis incredibilem reddidit. Licet enim certissimum sit, *Pontianum & Antherum* Pontifices Romanos immediate sibi successisse, Crombakius tamen *Cyriacum* fictitium Pontificem Romanum interserit, qui undecim mille Virgines, relicta Sede, fuerit comitatus, martyrii, cujus palmam in illarum societate sibi conferendam revelatione divina prænoverat, desiderio.

Passio Sanctæ Ursulæ & sociarum.

VI. Usuardi Martyrologium Caroli Calvi jussu conscriptum Sanctæ Ursulæ & XI. millium Virginum Martyrum ad diem XXI. Octobris non meminit, sed die XX. Octobris adscribit Passionem *SS. Virginum Marthæ & Saulæ, cum aliis pluribus;* & quidem *Coloniæ*, ubi Martyrologium Romanum & alia recentiora *S. Ursulæ* & sociarum Passionem die XXI. consignant. Denique Schola Sorbonica, quæ Sanctam Ursulam & socias, ut Patronas veneratur, in sacro, quod in illarum festivitate persolvit, Officio, de earum historia unicam tantum Lectionem recitat, Ursulæ sociarum numerum silens; & Breviariorum Coloniensium tam veterum, quam recentium Collectores multa resecarunt, quæ fabulosa esse non dubitabant. Martyrium itaque S. Ursulæ & sociarum certum; sed

De earum numero.

gendus; cum tamen eo loco conftituta res fit, ut inter apochryphorum quifquilias arbitri confidentes, quæ magis verifimilia comprobentur, ea jure deligenda puremus; obviis accepimus manibus, quæ ab eodem auctore narrantur, quod eadem pluribus fulciantur verifimilibus conjecturis, reliqua vero quæ edita habentur Acta plurimis conftent cuique prudenti referta effe figmentis. Differuimus de his in noftris Notis ad Romanum Martyrologium, Lindanique Epifcopi Gandavenfis viri eruditione clariffimi adftipulationem adjecimus. Quibus accedant, quæ vir nobilis & cum primis difertus Marcus Velferus in Fragmentis Itinerariæ antiquæ tabulæ fumma peritia illuftratis haud pridem edidit, ubi agit de Prætorio Agrippinæ ad mare fito: cujus fententiæ antiquorum monimentorum fide certa teftatæ haud inviti fubfcribimus. Tu velim ipfum confulas. Nos jam reliqua percurramus.

V. Hoc anno res Gentilium Romæ mirum in modum collapfæ funt: demptis enim fumptibus facrificiorum ac ftipendiis facerdotum, illud fuperadditum eft, ut Gratianus nomen refpuerit Summi Pontificis, quod hactenus more majorum, abfque tamen labe ipforum facrorum, Chriftiani Imperatores ob fummam poteftatis amplitudinem retinuerant: fed & Urbis Præfecto de rebus ad Gentilicam fuperftitionem pertinentibus (quod Pontificum erat) auctoritatem tribuit judicandi, quod ex Symmachi (a) epiftolis colligi poteft. Verum his acceffit, quod cum Præfecturam Prætorii five Urbanam Gracchus vir clariffimus candidatus Chriftianæ religionis gereret, in dejiciendis idolis egregiam navavit operam. Conrigiffe quidem hoc anno ejus Præfecturam Prætorii, complura Imperatorum refcripta declarant (b); licet S. Hieronymus fcribens ad Lætam ejus confanguineam, Præfecturam Urbanam geffiffe dicat: fed cum de ea nulla fit mentio penes antiquos, facile irrepfiffe error potuit, ut loco Urbanæ, Prætoria, vel e converfo Prætoria pro Urbana fit pofita. Porro de zelo novi

(a) Symm. l. 5. ep. 32.

(b) l. 3. de qu. Cod. Theod. l. 10. Cod. de dignit. l. 22.

PAGIUS fed harum numerus incertus, pleraque ad eam Hiftoriam pertinentia prorfus fabulofa. Recte Martyrologium Romanum ad die XXI. Octobris, ubi prius legebat: *In Colonia Agrippinenfi Natale fanctarum undecim millium Virginum, quæ pro virginitatis conftantia, martyrio vitam confummaverunt*; nunc habet: *Apud Coloniam Agrippinam Natalis Sanctarum Urfulæ & fociarum ejus, quæ pro Chriftiana Religione, & virginitatis conftantia ab Hunnis interfectæ, martyrio vitam confummaverant, & plurima earum corpora Coloniæ condita fuerunt*. In recognitione etiam Breviarii Romani tantæ Virginum multitudinis mentia prudenter omiffa.

VII. *Armorica dicta Minor Britannia.* *Maximum Tyrannum* Britanniam ingenti juventute & omni armata milite fpoliaffe, militaribus Britannorum copiis, quæ poftea non redierunt, fecum in Galliam tranfvectis, hifque minoris Britanniæ agros, pulfis inde Armoricis, diftribuiffe, atque *Conanum Meriadocum* illis præfeciffe, Britannici nonnulli Scriptores, quos Baronius fecutus eft, tradiderunt; fed Britannorum Coloniam in *Armoricam* poft Saxonum adventum traductam effe, oftendit Ufferius in lib. de Britannicarum Ecclefiarum primordiis pag. 420. & fequentibus. Teftatur id vetus Scriptor Armoricanus, qui Fracanum confobrinum Cotonii Regis Britannici cum filio fuo e majore Britannia in *Armoricam* tranfmigraffe oftendens, de tempore Britannicæ Coloniæ eo deductæ ifta præmittit: *Britannorum foboles ratibus ad iftam devecta eft citra mare Britannicum terram, tempore quo gens barbara (dudum afpera in armis, moribus indifcreta) Saxonum maternum poffedit cefpitem. Tunc fe chara foboles in iftum conclufit finum: quo loco magnis laboribus feffa confodit fine bello quieta*, inquit præfatus Anonymus in Vita Sancti Wingualoe filii Fracani memorati. Similiter & Eginhardus in Annalibus anno DCCLXXXVI. *Cum ab Anglis & Saxonibus Britannia infula fuiffet invafa, magna pars incolarum ejus mare trajiciens, in ultimis Galliæ finibus Venetorum & Carofolitanorum regiones occupavit*. His adde Fragmentum Hiftoriæ Francicæ a Petro Pithœo editum: *Juxta Normannos habitationem habent Britanni, qui pulfi a Britannica infula dudum a Saxonibus, tandem regionem, quam modo incolunt, fibi vindicantes, appellavere a fua gente Britanniam, quæ prius Cornu-Gallia dicebatur*. Mitto Gobelinum in Commentario Pii II. lib. 3. Krantzium, & alios recentiores: pro quibus, inquit Ufferius citatos, illud maxime facit, quod ante tempora Childerici I. Francorum Regis, qui eo prope tempore, quo Saxones in Britanniam venere, regnare cœpit, Britannorum Galliam incolentium nulla certa apud Auctores mentio occurrat; neque ulla caufa afferri poffit, quare vel *Βρεττανοὺς* Dionyfii Periegetæ, vel *Britones* five *Brittones*, Juvenalis, Martialis, & Aufonii, de minoris hujus magis quam de majoris Britanniæ incolis accipere debeamus. Vide quæ dixi anno CCCCLX. num. IX. & feq.

VIII. *Templa Idolorum eversa.* Ad num. V. & feq (1) *Gracchus* Præfectus Urbis fub Gratiano anno trecentefimo feptuagefimo fexto in dejiciendis idolis egregiam navavit operam. Fuit enim in Præfectus Urbi *Kalendis Decembris* illius anni, eique infcripta Lex unica Cod. Theodofiani, *Ne in fua caufa quis ju-*

NOTÆ [1] LEges illæ ad Gracchum datæ, quas ex Codice Theodofiano Pagius laudat, ad virum illum non quidem ut Præfectum Urbi *P. U.* fed ut Præfectum Prætorio P. P. directæ funt; nec nifi ex fua conjectura Gothofredus pro *P. P.* emendandum cenfet *P. U.* Cæterum Præfecturam Urbanam, in qua Gracchus tam de Chriftiana religione egregie, quam de Pagana peffime meruit, nonnifi poft annum 378. geffit, ut invictis argumentis Cl. Philippus a Turre *de Mithra cap. ult.* probat.

vi Hierobaal, hæc ipse Hieronymus habet (a): *Ante annos paucos propinquus vester Gracchus nobilitatem patriciam sonans nomine, cum Præfecturam gereret Urbanam, nonne specum Mithræ, & omnia portentosa simulacra, quibus Corax, Nyphus, Miles, Leo, Perses, Helios, Bromius pater initiantur, subvertit, fregit, excussit, & his quasi obsidibus ante præmissis, impetravit baptismum Christi? Solitudinem patitur & in Urbe Gentilitas: dii quondam nationum cum bubonibus & noctuis in solis culminibus remanserunt: vexilla militum Crucis insignia sunt.* Hæc Hieronymus. Sed & Prudentius egregium factum Gracchi ita versibus occinit (b):

(a) Hier. ep. 7.

(b) Prud. adv. Symmach. l. 1.

*Jam quid Poplicolas * percurram nomine Gracchos*
Jure potestatis fultos, & in arce Senatus
Præcipuos, simulacra deum jussisse revelli,
Cumque suis pariter lictoribus omnipotenti
Suppliciter Christo se consecrasse regendos?

* Plebicolas.

Quam autem infenso animo id Gentiles Senatores tulerint, exitus declaravit; siquidem secreto studere cœperunt Maximo tyranno adversus Gratianum Imperatorem.

VI. Porro Maximus quantumlibet esset Christianus, uxoremque maxime piam haberet; tamen cæca dominandi libidine nullam quamvis homine Christiano indignam prætermisit occasionem, qua universum conciliare sibi posset Imperium. Quod igitur sciret Senatores qui erant Romæ Gentiles, ob sublatas aras & sacrificiorum impensas direptas adversus Gratianum infenso animo esse; eos spe feliciorum eventuum delinitos atque illectos, reddidit sibi devinctos, maximeque sui cupidos; atque adeo ut nomen Maximi ce-

lebrare & extollere, minime vererentur. Nam inter alia a Zosimo (c) proditum est, quod cum in ejectando idololatriam Gratianus nomen pariter abjecisset Pontificis Maximi, quod non superstitionis amore, sed juris ac potestatis conservandæ gratia (ut dictum est) titulo tenus Christiani Imperatores hactenus retinuerant; mox illud argutum in Gratianum scomma jactarunt, ex Symmachi puto salibus depromptum: *Si Princeps non vult appellari Pontifex Maximus, admodum brevi Maximus Pontifex fiet.* Hæc apud Zosimum. Quæ autem illis contulerit Maximus, Gratiano extincto, suo loco dicemus.

(c) Zosim. l. 4.

Gratianus rejicit nomen Pontificis Maximi.

VII. At nulla interposita mora, hoc eodem anno, mense Augusto, Gratianus occiditur; de cujus nece hæc summatim S. Hieronymus (d): *Gratianus ab exercitu suo proditus, & ab obviis urbibus non receptus, ludibrio hosti fuit; cruentaque manus vestigia parietes tui, Lugdune, testantur:* Hæc ipse. Porro res gesta a Socrate (e) ita describitur: *In rheda, quæ lecticæ speciem præseferebat, quæque a mulis gestabatur, Andragathius Maximi dux occultatus præcepit ut satellitibus Imperatoris denunciaretur, Imperatoris Gratiani conjugem in ea vectam esse; Imperatorique fluvium Rhodanum, qui Lugdunum urbem Galliæ præterfluit, trajicienti obviam procedere. Imperator itaque conjugem esse ratus, insidias haudquaquam evitavit, sed in hostis manus, tamquam cæcus in fossam, imprudens incidit. Nam Andragathius a rheda desiliens Gratianum interfecit.* Hæc ipse, eademque Sozomenus (f). Cæterum Zosimus (g) longe aliter rem gestam sic breviter narrat: *Conspicatus autem Gratianus primo quidem Mauros equites universos discessionem fecisse, atque Maximum Augustum acclamasse, deinde cæteros etiam paulatim ad Maximi partes transisse; despera-*

Gratiani obitus.

(d) Hier. ep. 3.

(e) Socrat. l. 5. c. 11.

(f) Sozom. l. 7. c. 13.

(g) Zosim. l. 4.

PAGIUS *judices.* Anno proximo, nempe CCCLXXVII. eam quoque dignitatem obtinuit; ad eum enim directa *pridie Non. Januar.* Lex 3. Codicis Theod. *De Quæstionibus.* Gracchi meminit Hieronymus epistola 7. ad Lætam, & Prudentius lib. I. adversus Symmachum. Quare deceptus est Baronius, qui quæ de *Graccho* ab utroque dicuntur ad præsentem annum retraxit. Nempe multa eo tempore circa Religionem Paganam sub hoc Gracchο emendata. Nam & simulacra portentosa Romæ ab eo excisa, qua de re Hieronymus & Prudentius laudati, & ara Victoriæ jussu Gratiani diruta. Ita Gothofredus in Chronologia Cod. Theod. Cæterum anno CCCXII. num. XVII. & seqq. confutavimus quæ tradit Zosimus de Imperatoribus Christianis, eos sc. Pontificatus Maximi nomen usque ad Gratianum tulisse. Quare videnda quæ ibi diximus.

IX. Ad num. VII. & seqq. *Gratianus* VIII. Kal. Septembris hoc anno occisus, ut inquit Marcellinus in Chronico, non vero anno sequenti, ut perperam Prosper in Chronico, ubi asserit, id factum *Merobaudis Magistri militum proditione.* Legendum enim, ut observat Hadrianus Valesius lib. 2. Rerum Francicarum, *Mallobaudis Magistri militum proditione.* Merobaudes quippe, qui bis Consulatum gessit, fidem ad ultimum Gratiano præstitit, eoque ab exercitu suo deserto ac prodito, *Maximi* Tyranni jussu sibi mortem conscivit, ut docet Pacatus in Panegyrico cap. 28. Nec refert, quod Ammianus lib. 30. cap. 3. *Mallobaudem Regem appellet;* cum idem Auctor lib. 31. cap. 10. prodat, Gratianum Mallobaudem Francorum Regem renunciasse Domesticorum Comitem, anno nempe Christi trecentesimo septuagesimo septimo; & Comites seu rectores Domesticorum, equitum & peditum Præfectorum & Magistrorum militiæ auctorati proximi fuerint, ideo-

Gratianus Aug. occiditur.

tis rebus, sumptisque secum trecentis equitibus, pleno cursu cum eis versus Alpes aufugiebat. Eas cum nonnullo munitas præsidio reperisset; versus Rhætias, & Noricum, & Pannoniam, & Mysiam superiorem tendebat. Hac illius fuga non neglecta, Maximus Magistrum equitum Andragathium oriundum e Ponto Euxino, qui esse peramico in ipsum animo videretur, cum equis laborum tolerantissimis ad eum persequendum mittit. Is impetu continuo Gratianum persequens, cum Sigiduni * *pontem transiturum apprehendisset, occidit.* Hæc Zosimus; qui tamen in eo lapsus errore est, dum Sigidunum pro Lugduno posuit; nam omnes alii, iique his temporibus scribentes, apud Lugdunum ipsum occisum esse testantur, ut Ruffinus (*a*) qui cum Hieronymo eadem tradit, nempe suorum magis proditione, quam vi hostium Gratianum Lugduni occisum esse: Quem ultimis affatibus Ambrosium nominasse, ipse in oratione habita in funere (*b*) Valentiniani narrat his verbis: *Tu me inter tua pericula requirebas, tu in tuis extremis me appellabas, meum de te plus dolebas dolorem.*

* Lugduni.

(*a*) Ruff. l. 2. c. 14.

(*b*) Ambr. orat. in obit. Valent.

VIII. Ætas Gratiani. Gratiani necem hoc anno, iisdemque Consulibus, octavo Kal. Septembris contigisse, Marcellinus habet in Chronico. De annis vero quibus imperavit; Socrates, Sozomenus, & alii tribuunt ejus Imperio annos quindecim; cæterum si numeres a Consulatu Lupicini atque Jovini, & ejus anni nono kalendas Septembris, quo a Valentiniano patre idem Socrates tradit Gratianum auctum Imperio (ipse est annus Domini trecentesimus sexagesimus septimus) utique reperies ipsum imperasse annos sedecim & uno die amplius. At minime iis assentimur, qui tribuunt ætati ejus annos vigintiquatuor: nam qui adultus (ut habet Ammianus *c*) a patre Augustus creatus est, atque annos sexdecim imperavit, plane numerum illum excessisse oportuit. Triginta octo eum vixisse apud Victorem legimus: sed puto legendum, annos vigintiocto, quantum ex Ammiano colligere licet.

(*c*) Amm. lib. 27.

IX. Prædicantur a Sancto Ambrosio (*d*) Gratiani laudatissimi mores, ut illis verbis: *Fuit ipse fidelis in Domino, pius atque mansuetus, puro corde: fuit etiam castus in corpore, qui præter conjugium nescierit feminæ alterius consuetudinem.* Rursus idem Ambrosius alibi (*e*) de exitu Gratiani, & fide ipsius: *Recordamur aliquem proxime ab omnibus appetitum, a suis destitutum ac proditum: qui dudum in suggestu locatus Imperii, subito egens omnium, ab ipsis, quorum hæreditarium fuerat sortitus obsequium, cœpit urgeri, ingruentibus in exitum, inferentibus mortem, nullo auxiliatore, nullo jam socio sui, nullo comite. Quid aliud melius dixerit, quam quod ex ipso cui se devovit, acceperat:* Nonne Deo subdita erit anima mea? *Hoc est: Quid persequimini? Quid furitis? Quid insultatis? Carnem potestis interficere, animam non potestis. Vitam istam corporis potestis eripere, meritum non potestis extinguere. Scriptum* (*f*) *est enim: Nolite timere eos qui possunt occidere carnem, &c.* Tota namque illa tractatione quod reliquum est usque ad finem, idem sanctus commendans Gratiani pietatem atque constantiam, Maximi crudelitatem exaggerat, Judæque comparat proditori, Pilatoque duriorem appellat, quod cum ille Christi corpus sepulturæ mandandum petentibus dederit, hoc Maximus denegasset. Deplorat hos mores, hæc tempora idem Sanctus Ambrosius, cum in Apologia David ipsum Regem atque Prophetam commendat, quod cum ei oblata esset occasio nullo negotio nulloque sui periculo Saul persecutoris a Deo rejecti Regis occidendi, Regnique potiundi a Deo sibi unctione prophetica destinati, abstinuit tunc a nece ipsius, expectans, ut a Deo mors eidem inferretur. Ait (*g*) enim: *Quo solo exemplo docuit omnes homines non præripiendum regnum, etiam si debeatur; sed expectandum, ut suo tempore deferatur. Utinam hunc virum imitati essent posteri: non tantas bellorum pertulissemus acerbitates. Arguis quod unum occiderit: non consideras quot docuerit; quemadmodum pax orbi Romano perpetua servaretur. Quam gravi adhuc luimus vastitate! quam publico quodam totius Orbis funere appetiti, necem Regis exuimus! Heu dura supplicia! Inde adhuc nobis barbarus hostis insultat, dum parata adversum se, in nos arma vertuntur. Sic vires ceciderunt publicæ, sic Romana virtus suis moribus fracta consenuit, dum publico rapitur parricidio, quod paterna sollicitudinis religione suscipitur.* Hæc gemens Ambrosius.

(*d*) Ambr. orat. in obit. Valent.

Gratiani mores.

(*e*) Ambr. in Psal. 61.

(*f*) Matt. 10.

(*g*) Ambr. in Apolog. David. c. 6.

Sed funus Gratiani denegatum a sævo tyranno, celebremus nos laudibus, quæ ab ejus sæculi scriptoribus sunt sine invidia cu- X.

PAGIUS

ideoque dignitate eminuerint. Natus erat *Gratianus* die decima octava mensis Aprilis anni Christi trecentesimi quinquagesimi noni, ut testatur quoad annum Hieronymus *in* Chronico, & anno CCCLXVII. ostendimus. Vixit itaque *annis quatuor ac viginti*, ut habet Socrates lib. 5. cap. 11. aut annos circiter quatuor ac viginti, ut habet Sozomenus lib 7. cap. 13. Accurate uterque: vixit enim Gratianus annos viginti quatuor & aliquot menses. Baronius tamen Socratem hallucinatum contendit, quod Ammianus lib. 27. cap. 6. loquens de evectione Gratiani ad Imperium, quæ anno CCCLXVII. contigit, scribat, *Gratianum adulto jam proximum* fuisse, eumque annos sedecim imperasse constet. Addere poterat Baronius Victo-

cumulare: non enim a S. Ambrosio tantum, sed laudatur pariter a Ruffino Gratianus, cum ait (a): *Gratianus pietate & religione omnes pene qui antea fuerunt Principes superabat: usu armorum strenuus, velox corpore, & ingenio bonus erat; sed juvenili exultatione plus fere latus, quam sufficiebat, & plus verecundus, quam Reipublicæ intererat.* Multa magnaque Ausonius congessit de virtutibus Gratiani in gratiarum actione pro suo Consulatu, ut inter alia: *In cibis*, inquit, *cujus sacerdotis abstinentior cærimonia? in vino cujus senis mensa frugalior? Operto conclavis tui non sanctior ara Vestalis, non Pontificis cubile castius, nec pulvinar Flaminis tam pudicum. In officiis amicorum non dico paria reddi: antevenis, & quoties in obsequendo præcedimus, erubescis pudore tam obnoxio, quam in nobis esse deberet ab Imperatore præventis.* Et inferius post nonnulla: *Ægrotantes amicos Trajanus visere solebat: hactenus in eo comitas prædicanda est. Tu & visere solitus & mederi, præbes ministros, instruis cibos, fomenta dispensas, sumptum adjicis medelarum, consolaris affectos, revalescentibus gratularis. In quot vias de una ejus humanitate progrederis? Legionibus universis, ut in communi marte evenit, si quid adversi acciderat, vidi te circumire tentoria: Satin salvæ, quærere: tractare vulnera sauciorum, & ut salutifera apponerentur medelæ, atque ut non cessaretur, instare. Vidi quosdam fastidientes cibos, te commendante, sumpsisse. Audivi confirmantia ad salutem verba profari, occurrere desideriis ßagalorum: hujus sarcinas mulis aulicis vehere, his specialia jumenta præbere, illis ministeria perditorum instaurare lixarum: aliorum egestatem tolerare sumptu, horum nuditatem velare vestitu: omnia agere indefesse & benigne, pietate maxima, ostentatione nulla: omnia præbere ægris, nihil exprobrare sanatis.* Hæc & alia Ausonius Consul.

XI. Cum igitur adeo spectata atque commendata vita extiterit Gratianus; miramur vehementer Ammianum (b), qui cum ipsum laudet, in vana demum studia Commodi deflexisse tradit: & quæ tandem? quod feras in vivariis sagittis conficere soleret. Quid hoc demum, si re haud illiberali consuevit juvenis interdum post curas genio indulgere? Quæ hæc collatio, ut qui nec pilum habeat similem Commodo, eumdem Commodo comparet? sic quidem Ethnicus scriptor in Christianos Principes parum æquus.

XII. Cædes amicorum Gratiani. Post necem vero Gratiani nequaquam extinctus est Maximi furor; sed eum in alios Gratiani studiosos agentes in Galliis, tum præcipue in Merobaudem Consulem, & Balionem Ducem esse conversum, Pacatus tradit; occisumque illum, istum vero ob metum crudelium cruciamentorum sibi ipsi mortem intulisse, idem affirmat. Sed S. Ambrosius Balionis mortem eidem exprobravit Maximo, cum Legatum apud eum egit; nam in relatione ad Valentinianum hæc habet (c) in persona Maximi: *Quos*, inquit, *occidi? Respondi ei: Balionem. At quem virum? qualem bellatorem? Hæccine fuit justa causa exilii, quod Imperatori suo fidem servavit?* Non *ego*, *inquit*, *eum jussi occidi. Respondit: hoc audivimus, quod occidi jussus sit. Sed inquit, si ipse sibi vim non intulisset, jusseram eum deduci Cabillonum, & ibi vivum exuri. Ergo propterea & illud creditum est, quod eum occideris. Quis autem sibi parcendum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, Comes utilis?* Hæc S. Ambrosius. Sed Merobaudem injuste Prosper in Chronico infamat de proditione Gratiani: nam Pacatus virum de fide sincera erga ipsum Imperatorem plurimum laudat.

XIII. Post vero exatiatam Maximi crudelitatem, de stabiliendo sibi Imperio eum cogitare cœpisse, Zosimus (d) tradit, Legatosque misisse ad Theodosium Imperatorem Constantinopolim, ut ejus animum exploraret, vellet ne bello decernere, vel ad-

(a) Ruffin. l. 2. c. 13.

(b) Amm. lib. 31.

(c) Ambr. epist. 27.

(d) Zosim. l. 4.

PAGIUS ctorem in Epitome, qui ait, *Valentinianum* sibi socium in Imperio ascivisse Gratianum filium *needum plene pubentem.* Verum hujusmodi loquendi formulæ facile in errorem inducunt, ut passim similes, quæ ætatem exprimunt, in hoc Opere explicantes ostendimus.

X. Imperii ejus duratio. Imperii ejus annos Victor in Epitome recte distinxit: *Imperavit*, inquit, *cum patre Valentiniano annos octo, dies octoginta quinque*, (die scilicet emortuali excluso) *cum patruo & fratre tres*: (post mortem sc. Valentiniani patris) *cum eodem fratre ac Theodosio quatuor: & cum his omnibus accedente Arcadio, menses sex*; ubi utrumque extremum mensem incompletum Victor prætermittit: alioquin scribere debuisset, *menses septem & aliquot dies*; cum, ut mox visuri sumus, *Arcadius* die XIX. mensis Januarii Augustus dictus sit.

XI. A num. XIII. ad XXII. Zosimus lib. 4. narrata *Gratiani* cæde, ait, *Maximum* Legatos ad Theodosium Imperatorem misisse, & Theodosium consensisse, *ut Maximus Imperator esset*, sed clam in eum bellum molitum esse. Rufinus vero lib. II. cap. 15. ait: *Valentinianus in Italia degens, fratris nece atque hostis metu perterritus, simulatione oblatam pacem a Maximo, simulans ipse quoque libenter amplectitur.* Duæ itaque Legationes distinguendæ, altera *Maximi* Tyranni ad Theodosium M. altera a *Valentiniano juniori* ad Maximum. Utra prior fuerit, incertum. A Valentiniano D. Ambrosius Mediolanensis Episcopus ad Maximum missus: Legatio vero ad Theodosium anno sequenti obita, ut tradit Sigonius in libro de Occidentali Imperio. Verum est, Valesium in Notis ad Socratem lib. 5. cap. 12. contendere, eam pertinere ad annum CCCLXXXVII. quo Cynegius Præfectus Prætorio fuit, quod Zosimus lau-

Inter Maximum & Imperatores pax sancita.

Legatio a Maximo ad Theodosium. adscifcere ipsum in collegam Imperii. Ille autem temporis rationem ducens, bona spe aluit tyrannum, ne eodem furore quo cœperat, pergeret, atque superans Alpes, Valentinianum imbellem adolescentulum æque conficeret, totumque sibi Occidentale Imperium vendicaret. *(a) Socrat. lib. 5. c. 11. Sozom. l. 7. cap. 13.* Quod vero tradunt (*a*), post Gratiani necem Valentinianum, Justinam, atque Probum Præfectum Prætorio metu deseruisse Italiam; haud quidem hoc anno contigit, sed cum postea ex improviso Maximus se in Italiam intulit: quando autem id acciderit, suo tempore dicturi sumus. Cæterum ut sævientis tysanni impetus intra Galliarum limites contineretur, qui instar fulguris eodem ferme momento Britannias, Gallias, atque Hispanias reddidit sibi subditas; latentis fuit virtutis, nempe divini numinis, Maximum id prope nescientem coercentis. At quomodo hoc? audi.

XIV. *Ambrosius devovet se suaque pro salute Italiæ.* S. Ambrosius audito obitu Gratiani, barbarosque omnes sub Maximo militantes ad totius cladem Imperii esse paratos, ac jam jamque in Italiam grassaturos, ab omnibus & ubique timeri; apud Deum sequester pacis accessit, instarque Moysi *(b) Ps. 105.* stetit in (*b*) confractione in conspectu ejus, ut averteret iram ipsius, se suaque pro omnium salute devovens. Obtinuit tandem quod enixis precibus efflagitavit, sed dispendio carissimæ rei, nempe obitu amantissimi fratris Satyri. Testatur quidem id ipse in ejus oratione funebri, cum ait: *Nihil habeo quod querar, sed habeo in quo Deo gratias agam: quia semper optavi, ut si quæ perturbationes, vel in Ecclesiam, vel in me manerent, in me potius ac meam reciderent domum. Deo igitur gratias; quia in hoc omnium metu, cum omnium motibus sint suspecta barbaricis, communem mœrorem privato dolore transegi, & in me conversum est quicquid timebamus omnes: atque utinam hic consummatum sit, ut dolor meus publici doloris re-*
Satyri Ambrosii fratris obitus. *demptio sit. Nihil quidem habui, frater carissime, in rebus humanis tanto fratre pretiosius, nihil amabilius, nihil carius: sed præstant privatis publica, &c.* Præsenti enim anno obitus Satyri fratris contigit; ut ex eo perspicue potest intelligi, cum idem Ambrosius ait, eum litteris Symmachi revocatum ne ex Africa in Italiam veniret, flagrante ipsa Italia bello civili, nimirum cum Maximus in Italiam (ut dicemus) ducturus diceretur exercitum: ille vero contineri non potuit, quo minus periclitanti fratri Ambrosio præsto esset.

Ob cujus prosperum commeatum S. Marcellinam sororem votum nuncupasse S. Laurentio, idem affirmat. XV. Et quidem plane miraculo accidit, ut e maris tempestate, facto naufragio, liber evaderet; cum & sacrum illud pro salute viaticum secum ferret, nempe sacratissimam Eucharistiam sudario obvolutam atque custoditam; cujus antiqui in Ecclesia moris alibi pluribus neminimus. Sed de nuncupato voto sororis hæc ipse Ambrosius: *Tuis enim votis apud Sanctum martyrem Laurentium impetratum esse nunc cognoscimus commeatum: atque utinam non solum commeatum, sed etiam prolixum vitæ tempus rogasses, &c.* At quonam pacto cum periculum evasisset, a Catholicæ communionis Antistite baptizari voluerit, idem prosequitur oratione, cum præsentis temporis rerum statum, & ex his quæ gesta essent, quæ proxime futura timerentur, ita describit (*c*): *Si nunc urgeri Italiam* *(c) Ambr. orat. in funer. fratr.* *tam propinquo hoste cognosceres; quantum ingemisceres, quantum doleres in Alpium vallo summam nostræ salutis consistere, lignorumque concædibus construi murum pudoris? Qua affectione mœreres, in tanto tenere discrimine tuos ab hoste impuro atque crudeli, qui nec pudicitiæ parceret, nec saluti? Quonam, inquam, hæc modo ferres, quæ nos perpeti, & fortasse quod gravius est, spectare cogemur, rapi virgines, & avulsos a complexu parentum parvos liberos supra tela jactari, incesturi sacrata Deo corpora, & senilem viduæ maturioris uterum in usus desuetos onerum redire, non pignorum? &c.*

De sepultura autem Satyri fratris, XVI. Dungalus nobilis suorum temporum scriptor, in commentario edito contra Claudium Taurinensem Episcopum ad Ludovicum Pium, & Clotharium ejus filium Imperatores, his verbis meminit: *Idcirco, ut arbitror, Ambrosius suum fratrem quem nimium dilexerat, juxta sanctum martyrem Victorem sepelivit, de quo tres libros edidit egregios, unum de ejus planctu, alteros duos consolatorios de Resurrectione & Paradiso; cujus epitaphium hoc dictavit tetrasticho.*

Uranio Satyro supremum frater honorem
Mar-

PAGIUS laudatus scribat, Theodosium dedisse in mandatis Cynegio Præfecto Prætorii, cum eum ablegaret in Ægyptum, *ut imaginem Maximi conspiciendam Alexandrinis exhiberet, publiceque poneret, & consortem hunc Imperii factum esse, habita ad populum oratione declararet.* Verum Cynegius Præfectus Prætorio fuit anno CCCLXXXIV. & quinque sequentibus. Cumque Postumianus Præfectus Prætorio Orientis ad extremum hujus anni adhuc fuerit, apparet, Maximum anno tantum sequenti Imperatorem a Theodosio M. agnitum. De Cynegii & Postumiani Præfectura legendus Gothofredus in Chronologia Codicis Theod. ubi variæ Leges exhibentur ad Cynegium Pf. P. anno sequenti inscriptæ. Maximus *Victorem* filium primum Cæsarem, ac deinde Augustum renunciavit, ut docet vetus Inscriptio a Sigonio cita-
to

Martyris ad lævam detulit Ambrosius.
Hac meriti merces, at sacri sanguinis humor
Finitimas penetrans adluat exuvias.

Missa sunt ista nobis haud pridem in lucem vendicata a clarissimo viro & eruditissimo Nicolao Fabro I. C. Parisiensi, cui ex consuetudine litterarum intima amicitia conjungimur.

XVII. ☞ His opportune subjiciendum existimavimus epitaphium S. Marcellinæ sororis ejusdem S. Ambrosii, quæ juxta sanctos fratres maluit sepeliri, quam sepulcris patriis condi. Accepimus illud ex Codice bibliothecæ Basilicæ S. Petri (a), ubi, post vitam ejusdem S. Marcellinæ, hæc habetur inscriptio.

(a) Vit. sanct. litt. C. pag. 147.

Epitaphium S. Marcellinæ.

Incipit Epitaphium S. Marcellinæ Virginis;

Marcellina, tuos cum vita resolveret artus,
Sprevisti patriis corpus sociare sepulcris,
Cum pia fraterni speras consortia somni,
Sanctorumque cupis cara requiescere terra:
Nil longinqua domus cusso decerpsit amori,
Affectus nec morte perit; nam munere lethi
Rursus tacta soror, fraterna redderis aulæ.
Quamvis magna pio suspiret Roma dolore,
Tertia quod sacris patitur jam damna sepulcris,
Nec tamen angustæ sedem quis dixerit aulæ.
Corporis hæc domus est: nam te, pia virgo, superum
Accipit Imperium, placidæque ad munera vitæ
Æterna Christus pretium tibi destinat aulæ.
Præmia duus castis intacta matris honore.
Te Juli medius transcendit fervide cursus,
Et te virgo tuus transvexit ad æthera sponsus.

Apparet ex his S. Marcellinam Romæ cum virginibus sacris degentem, noluisse paterno sepulcro condi, sed Mediolanum transferri corpus suum, ponique apud sanctos Satyrum & Ambrosium, fratres, ambos æque juxta sanctos martyres tumulatos ☜.

Quanti fecerit ipse sanctus Ambrosius apud sanctos martyres sepultura locari Christianum hominem; ex eo poteris intelligere, quod ipse etiam voluit sepeliri in Ambrosiana a se erecta basilica, in quam transtulerat corpora sanctorum martyrum Gervasii atque Protasii. Porro id ex majorum instituto usurpatum, idem affirmat Ambrosius ipse, sive velimus, Maximus Taurinensis (cujusvis alterutrius sit sermo ille) cum ista habet (b): *Ideo a majoribus provisum est, ut sanctorum ossibus nostra corpora sociemus; ut dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangat, dum illis Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo martyribus quiescentes, evadimus inferi tenebras eorum propriis meritis, attamen consocii sanctitate.* Hæc & alia ibi. Quod vero a majoribus id traditum dicat, plane alludere videtur, quod in sacris cœmeteriis, in quibus corpora recondebantur sanctorum martyrum, Fideles quoque cæteri, qui fide constantes in communicatione Catholica diem clausissent extremum, sepeliri solerent.

(b) Apud Ambr. ser. 77.

Quin etiam & S. Paulinus (c) Nolanus Episcopus imitatus esse videtur S. Ambrosium, dum ad finem panegyrici Celsi pueri habet hos versus: XVIII.

(c) Paulin. epist. 43.

Quem Complutensi mandavimus urbe propinquis
Conjunctum tumuli fœdere martyribus;
Ut de vicino sanctorum sanguine ducat,
Quo nostras illo purgat in igne animas.

Hæc Paulinus, qui & litteris interpellavit S. Augustinum, ut eodem argumento scriberet commentarium: Utrum scilicet prosit alicui post mortem, quod corpus ejus apud sancti alicujus memoriam sepeliatur. Præstitit id ipse, cum *de Cura agenda pro mortuis* ad eumdem Paulinum tractatum scripsit: quem velim consulas: nobis enim institutum prosequendi onus incumbit.

XIX. Legatio Ambrosii ad Maximum.

Inter hæc autem, cum tot tantaque mala ob tyrannidem Maximi in Italia timerentur, perdifficilem ac plane desperatam legationem Valentinianus Imperator Ambrosio credidit ad Maximum, si forte ille veritus sanctitudinem viri ubique spectatam ac prædicatam, furentes cohiberet animi impetus dominandi libidine incitatos. Immensæ plane agebatur molis opus, exundantem torrentem aliquo posse obice coerceri, incendiumque extingui, quod vehementioribus flammis ex

PAGIUS to descriptar DD. NN. MAG. CL. MAXIMO, ET FL. VICTORI PIIS FELICIBUS SEMPER AUGUSTIS BONO R. P. NATIS. Ubi Maximus duo prænomina habet *Magni* scilicet, & *Clementis*. In Nummis tamen dicitur tantum *Magnus Maximus*; sed Sulpicius in lib. 2. Hist. eum *Maximum Clementem* vocat.

ex morte Gratiani, universo sibi vendicato Galliarum exercitu, in Maximo maximum acceperat incrementum. At non cunctatus est sanctus sacerdos opus aggredi deploratum, spem sibi concilians ex divina potentia, cujus arbitrio cor Regis agitur. Fuit hæc prior legatio, posterior vero post sequentem annum, licet Paulinus scriptor Vitæ ipsius Ambrosii ambas in unum confundat maximo præjudicio veritatis: semel namque iterumque eodem munere apud Maximum ipsum assa perfunctum, ejusdem Ambrosii testificatione liquet; de utraque enim legatione meminit ipse in oratione in funere Valentiniani habita, his verbis (a): *Ego tuus iterum Legatus repetivi Gallias: & mihi dulce illud officium fuit pro salute tua primo, deinde pro pace atque pietate, qua fraternas reliquias postulabas, nondum pro te securus, & jam pro fraterna sepulturæ honore sollicitus.* Hæc ipse. Quæ autem extat ejusdem Ambrosii relatio ad eumdem Valentinianum, posterioris certum est fuisse legationis; nam in ea ipse mentionem facit de priori, ubi ait: *Non commisisses secundam legationem, nisi primam probasses.* Cujus quidem Acta licet exciderint; tamen quid in ea gestum sit, satis expressum habetur. Nam idem S. Ambrosius in epistola ad sororem, qua queritur de contumeliis ab ingratissima Justina Augusta sibi multis modis frequenter illatis, & inter alia quod ab ea tyrannus nominaretur, hæc habet: (b): *Non hoc Maximum dicere, quod tyrannus ego sim Valentiniani: qui se meæ legationis objectu queritur ad Italiam non potuisse transire.* Hæc de priori legatione: posterior autem haud ita felicem finem consecuta est, ut suo loco patebit. Sic igitur uni Ambrosio acceptum ferendum est, quo minus tyrannus non continuo eodem quo cœperat progredi impetu atque furore, universam Italiam imparatam igne ferroque vastarit. Sed & ex his intelligis, turbas illas ab eadem Justina Arianis studente in Ambrosium concitatas, post priorem hanc de qua egimus legationem Ambrosii contigisse; ut scias errare Socratem (c) atque Sozomenum (d) eas ante Gratiani obitum recensentes.

(a) Ambr. orat. in funere Valent.

(b) Ambr. epist. 33.

(c) Socrat. lib. 5. c. ult.

(d) Sozom. lib. 7. c. 13.

XX. *Gratiani adversus impios ultimum edictum.*

Hoc eodem anno, urgente licet Maximi tyrannide, ante obitum Gratiani, mense Maji, iisdem Consulibus, datum reperitur rescriptum Patavii ad Hippatium PP. adversus apostatas & hæreticos: ex quibus plane intelligas optimam mentem ejusdem Gratiani Principis maxime pii, licet interdum indignissima ipsum rescripsisse diximus fraude Macedonii Magistri officiorum. Sic patenti exemplo vides, minime apud Deum Principes excusari, cum ministrorum fallaciis ad noxia statuenda decepti aliquando inducuntur. At novissimam hanc Gratiani sanctionem tamquam testem ejus erga Christianam religionem studii describamus, quam ipse in procinctu edidit militari; est vero hujusmodi (e):

(e) l. 5. de Apost. Cod. Theod.

XXI. *Christianorum ad aras & templa migrantium, negata testandi licentia, vindicamus admissum. Eorum quoque flagitia puniantur, qui Christianæ religionis & nominis dignitate neglecta, Judaicis semet polluere contagiis. Eos vero qui Manichæorum nefanda secreta, & scelerosos aliquando sectari maluere secessus, ea jugiter atque perpetuo pœna comitetur, quam vel divalis arbitrii genitor Valentinianus adscripsit, vel nostra nihilominus decreta jusserunt. Auctores vero persuasionis hujus, qui lubricas mentes in proprium deflexerant consortium, eadem quæ reos erroris hujuscemodi pœna comitetur: quin etiam graviora pleramque pro motibus Judicum & qualitate commissi extra ordinem promi in nefarios sceleris hujus artifices supplicia censemus. Sed ne vel mortuos perpetua vexet criminationis injuria, vel hæreditariæ quæstiones temporum varietate longorum prorsus emortuæ in redivivos semper exagitentur conflictus; hujuscemodi quæstionibus metam temporis adscribimus: Ut si qui defunctum violatæ atque desertæ Christianæ religionis accusat, eumque in sacrilegia templorum, vel in ritus Judaicos, vel ad Manichæorum dedecus transisse contendit, eaque gratia testari minime potuisse confirmat; intra quinquennium jugæ, quod cum officiosis actionibus constitutum est, proprias exerat actiones; futurique judicii hujuscemodi sortitus exordium, ut eodem in luce durante, cujus prævaricatio criminanda est, flagitii hujus & sceleris particeps fuisse doceatur, publica sub testificatione testatus probet indicium; neque quam superno numini tacitus præstitit perfidiam, sceleribus acquiescens, prævaricationem deinceps tamquam ignarus accuset.* Dat. XII. Kalend. *Junii Patavii, Merobaude II. & Saturnino Coss.* At de rebus Occidentalibus hujus anni hactenus: jam ad res Orientis hujus temporis enarrandas stylum convertamus.

XXII. Quod in primis occurrit, hoc ipso anno sub iisdem Consulibus Merobaude iterum, & Saturnino, decimoquarto Kalen-

PAGIUS XII. *Arcadius a patre Augustus dictus.*

Ad num. XXII. *Arcadius* a Theodosio patre Augustus renuntiatus XIV. Kal. Febr. seu die XIX. Januarii, ut habent Auctor Chronici Alexandrini & Miscella. Quare errant Theodorus Lector in fine libri 2. ubi hoc factum scribit die decima septima Januarii, Socrates ac Idacius in Fastis, qui id factum tradunt die decima sexta Januarii. Dies XIX. electus, quia Theodosius Magnus eodem Imperium acceperat. Sic Arcadius Theodosium juniorem filium

Arcadius appellatur Augustus.

lendas Februarii Theodosius Imperator Arcadium filium majorem natu pronunciavit Augustum: ita Socrates (*a*), Sozomenus (*b*), Marcellinus, (*c*) & alii. Erat tunc Arcadius annum ætatis agens [illegible] festum, [illegible] natus nimirum sub Consulatu Gratiani quarto & Merobaudis, triennio ante Theodosii patris Imperium. At pius Princeps parum sibi visus contulisse filio, si Romanum illi tradens Imperium, non æque in eum transfunderet pietatem; ad Gratianum Imp. epistolam jam scripserat, qua eum rogavit, ut egregium pietate virum, qui filium doceret, quæreret, inventumque Constantinopolim mitteret. Scripsit ea de re Gratianus ad Damasum Romanum Pontificem, qui misit ad eum Arsenium Ecclesiæ Romanæ diaconum egregia probitate spectatum & litteris insigniter eruditum. Cui, cum Constantinopolim pervenisset, Theodosius filios suos tradidit, moribus ac litteris imbuendos, atque dixit: *Posthac tu magis pater eorum, quam ego.* Accidit & illud memoria dignum: cum enim ingressus scholas, vidisset Theodosius Arsenium stantem, Arcadiumque auditorem sedentem, indignatus est, quod magisterii gradum parum decore servasset, cum stans ipse doceret, Arcadius vero sedens addisceret. Arsenius autem cum se excusaret, atque diceret, haud decere sedentem se docere Imperatorem; indignatione ille commotus abstulit ei Imperatoris insigne, sedereque in throno Arsenium compulit, filium vero detecto capite auditorem profiteri; illud inculcans, tunc prolem suam vere fore dignam Imperio, si cum scientia æque imbuta fuerit pietate. Hæc quidem pluribus in ejusdem Arsenii vita (*d*) narrantur: & licet ibi de duobus Theodosii filiis mentio habeatur, tamen de Honorio constat hoc tempore nondum natum esse, quem Placilla Augusta peperit anno sequenti, Ricomere, & Clearcho Consulibus: aliquis enim, quod sciret duos fuisse Theodosio filios adjecit Honorium.

(a) Socrat. l. 5. c. 10.
(b) Sozo. l. 7. c. 12.
(c) Marcell. in Chron.

Arsenius magister Imperatoris.

(d) Apud Metaph. 8. Maii. Sur. 19. Julii.

XXIII. Contigit autem postea, ut cum Arsenius Arcadio verbera inflixisset; ille vero meditaretur instar Neronis, magistro suo mortem inferre; ipse divino monitu ab aula clam recedens, ad Ægypti eremum se contulerit, ubi vixit egregia sanctitate toto Orbe conspicuus: unde S. Hieronymus (*e*) de S. Paula in Ægyptum peregrinante ait, vidisse Macarios, Arsenios, atque Serapiones. Porro quam pie sancteque Theodosius Imperator filios instituendos curaverit, argumento sunt quæ de ipsorum consobrino Nebridio tradit S. Hieronymus (*f*), utpote qui illic accesserit condiscipulus; ait enim: *Mirum dictu est: nutritus in Palatio, & condiscipulus Augustorum, quorum mensa ministrat Orbis, & terræ ac maria serviunt, inter rerum omnium abundantiam, in primo ætatis flore tanta verecundia fuit, ut virginalem puderem vinceret, & ne levem quidem obscæni rumoris in se fabulam daret. Deinde purpuratorum propinquus, socius, consobrinus, eisdem cum ambobus studiis eruditus (quæ res etiam externorum mentes sibi conciliat) non est inflatus superbia, nec cæteros homines adducta fronte contempsit, &c.*

(e) Hier. epist. 27.
(f) Hiero. ep. 9.

XXIV. Eodem quoque anno, mense Junii (ut auctores sunt Socrates (*g*) & Sozomenus (*h*) celebratur Synodus Constantinopoli a Theodosio convocata ad dirimendas in Ecclesia concitatas ob diversas hæreses ubique discordias. Agebat hoc anno Præfectum Prætorio summum magistratum Posthumianus, ut ejusdem Theodosii rescripta (*i*) indicant iisdem Consulibus ad eum data: ad quem Gregorius Nazianzenus scribens, ejus Synodi meminit: nam cum in primis ipsius egregiam eruditionem commendet, deque amplissimo magistratu ob virtutum merita consecuto congaudeat, de eadem coacta Synodo

(g) Socr. l. 5. c. 11.
(h) Sozo. l. 7. c. 12.
Concilium Constantinopolitanum.
(i) l. 20. de bon. proscrip. & l. 11. de hær. C. Theod.

PAGIUS filium *IV. Idus Januarii*, quo Honorius ejus frater Imperator dictus fuerit, Imperii consortem fecit, ut infra videbimus. Si jam usus invaluisset, ut diebus Dominicis, aut solennioribus Festis hujusmodi nuncupationes fierent, errores, qui in numeros irrepsere, facilius detegerentur; sed hoc subsidio deficiente, ad conjecturas recurrendum. Porro eam inaugurationem currenti anno peractam, ex Arcadii Nummis, & Themistii Oratione 16. quæ est de pace & Consulatu Saturnini, hujus anni initio recitata, certum redditur. Cangius lib. *de Familiis Byzantinis Augustis*, duos Arcadii Nummos producit, in quorum postico legitur: CONCORDIA AAAA. quæ quatuor ultimæ literæ quatuor Augustos denotant, nimirum Gratianum, Valentinianum juniorem, Theodosium & Arcadium. Hæc enim Numismata post præsentem annum, quo Gratianus mense Augusto occisus est, cudi non potuere. Parte alia, ante currentem annum Arcadius eam dignitatem non obtinuit: Themistius enim loco citato Theodosium laudans, quod Saturninum in hunc annum Consulem designasset ait: *Cum in potestate esset tua, si nondum tibi tempestivum illum honorem* (nempe Consulatum) *judicares, unicum tuum designare filium; hunc, inquam, cum pro te renuntiare liceret; (quod & antiquis & recentioribus Imperatoribus solenne fuit, ut illud tanquam futuri Principatus initium, liberis suis ante purpuram traderent) cum hæc facere tibi omnia liceret, noluisti tamen.* Nondum itaque hujus anni initio, quo ea Oratio dicta, Arcadius Imperator erat.

XIII. Ad num. XXIV. Imperatores Christianos annis, quibus *Quinquennalia* & id genus festa edidere, Religioni consulere, & ad reducendos Hæreticos *collationes indicere* solitos, variis exemplis ostendi. Luculentum hoc anno *Theodosii Magni* Quinquennalibus nobilitato, sese offert. Post

Collatio de fide a Theodosio Mag. indicta.

(a) Greg. Naz. epist. 71.

nodo ita habet (a): *Nihil tam Imperio tuo convenire existima (quandoquidem rursus Episcoporum Synodus celebratur haud scio qua de causa, & quomodo coeuntium) quam ut te præfecto, ac tua opera Ecclesia ad pacem adducantur, etiam si eos qui dissidiis & factionibus contendunt, asperius objurgare oporteat. Quod si cuipiam nimium curiosus esse videar, quod cum a negotiis recesserim, non tamen curam & solicitudinem abjecerim; hoc ne mireris. Non enim quemadmodum a throno & fastuoso supercilio, ita etiam a pietate secessimus: quin potius eo majorem fidem auctoritatemque apud te habiturus mihi videor, ut qui non rem meam privatam, sed publicam utilitatem curem.* Hæc ad Præfectum Prætorio Gregorius.

XXV. Eodem quoque argumento, nempe ut in Synodo Episcoporum habenda studeat paci Ecclesiæ conciliandæ, idem Gregorius eodem tempore litteras dedit ad Saturninum; illum quidem puto, qui hoc anno cum Merobaude Consulatum gessit, creatus hic a Theodosio in Oriente, ille vero a Gratiano & Valentiniano in Occidente. Litteræ autem Gregorii ad Saturninum datæ sic se habent (b):

(b) Greg. Naz. epist. 72.

Gregorius Nazianzenus solicitus pro Ecclesiæ pace.

Non est apud me dubium (alioquin temerarium esset scribere) quin amicitiæ officium a me requiras. Externis enim licentiam, nobis autem loquendi libertatem tribuis, ut conservis bonus iis qui eo honore digni habiti sunt, ut ad Deum appropinquent. Quocirca te quoque salutamus, & desiderio tuo morem gerentes, rerum nostrarum statum tibi exponimus. Omnia apud nos Dei beneficio recte se habent, hoc uno excepto, quod de Ecclesiis anxii & soliciti sumus tam fœde perturbatis. Hic quicquid operis afferre potueris, communem concordiam & re, & sermone impigre constitue: quandoquidem Episcopi rursus coeunt; ac metuendum rursus est, ne nunc quoque pudore suffundamur, si hæc Synodus parum præclarum finem habuerit quemadmodum & prius. Nam quæ nobis contigerunt, ea Deo omnia scienti & cognoscenda & judicanda relinquemus; etiam si jucundo animo invidia eorum qui id appetebant, cessimus, non tamquam suavem quamdam rem, ut plerisque videtur, sed admodum periculosam relinquentes, ac velut ex aspera & gravi tempestate ad tranquillum quemdam & tutum portum appellentes. Hæc ad Saturninum Gregorius. Porro hos magistratus litteris Gregorii admonitos, impigre curasse negotium, rescripta Imperatoris ad eumdem Posthumianum data declarant.

XXVI. Convocati sunt in hanc Synodum omnium vigentium tunc hæresum defensores, qui inter eos principem locum tenere videbantur; ut si fieri posset humanitate Imperatoris, abjecta hæresi ad Ecclesiam Catholicam revocarentur; qui vero animo refractario recusarent, legibus punirentur. Quid autem coacta in unum Synodo actum sit, perpauca sunt quæ significent. Sed quid de his habeat Sozomenus (c), videamus: *Imperator Nectarium accersit, & cum eo de futura Synoda communicat, & quæstiones eas, quæ hæreses peperissent, ut in disceptationem proponeret, injungit, quo una fieret credentium in Christum Ecclesia, & doctrina consona, qua religio conformari debeat. Nectarius igitur privatim secum meditatus, Agelio Novatianæ Ecclesiæ Episcopo, ut in fide secum sentienti* (in his scilicet quæ ad Nicænum Symbolum pertinent) *voluntatem Imperatoris aperuit. Ille vero, qui ut vitæ sanctimoniam operibus repræsentabat, ita in verborum argutiis, & lenociniis minime exercitatus erat, sibi considerandum proponebat, si quid facto opus esset. Sin vero disputandum foret, virum producebat ex lectoribus suis tunc unum, Sisinium nomine, sed cui postea idem Episcopatus est commissus, ratione & oratione præstantem, qui sacrorum librorum explicationes exacte calleret, & variam eorum cognitionem haberet, quæ tum ab Ethnicis, tum ab Ecclesiasticis auctoribus scripta erant.*

Quid Nectarius cum hæreticis.

(c) Sozom. l. 7. c. 12.

XXVII. *Qui quidem vir etiam hoc articulo rectissime consulere visus, auctor fuit ut fugerent institutas cum sectariis disputationes, utpote rixarum atque pugnarum fomites; sed ex ipsis quærerent, reciperentne eos, qui ante Ecclesiæ distractionem interpretes, & doctores fuissent scripturæ sacræ. Etenim si horum testimonia rejecerint, inquit, a suis ipsorum consortibus explodentur: sin autem sufficere eos ad controversias decidendas arbitrabuntur, produci oportet illorum libros. Certo enim sciebat, veteres, qui coæternum cum Patre Filium cognoverant, ausos non fuisse dicere, illum ex aliquo principio duxisse*

PAGIUS Post Constantinopolitanam Synodum Oecumenicam a biennio celebratam, qua Eunomiani, Ariani, Macedoniani seu Pneumatomachi inter cæteras hæreses condemnati sub Theodosio M. fuerant, Ecclesiæque Orthodoxis Episcopis restitui jussæ: vice versa Hæreticorum, præsertim eorundem, cœtus prohibiti Lege 8. Codicis Theod. *De Hæreticis*, eodem anno data, & Lege 9. ejusdem Codicis *De Hæreticis*, anno præcedenti emissa. Nihilominus in multis Imperii Præfecturæ Orientalis partibus tumultus exinde enorti, & Hæretici Imperialium Constitutionum executioni omni opere intercessere. Quare Theodosio visum, hoc anno novam Synodum *Constantinopoli* indicere, quo etiam conventum *mense Junio*, ut memorant Socrates lib. 5. cap. 10. & Sozomenus lib. 7. cap. 12. eo nempe fine, ut paci Ecclesiæ tandem consuleretur, atque in unam Fidem mutuo Episcoporum congressu coiretur. Et vero Arianorum, Euno-

se originem. Cum igitur & Nectario id se recte habere videretur, & Imperator edoctus, consilium collaudasset; animos sectariorum pertentabat, quidnam ipsi de veterum interpretationibus sentirent. Illis ea magnifice laudantibus, ipse palam verbis expressis proposuit, num illorum dictis in finiendis quæstionibus staturi sint, & satis ne locupletes doctrinæ testes eos esse judicent. Orta & circa hanc quoque rem inter sectarum principes dissensione (neque enim consimiliter singuli de veterum libris sentiebant) animadvertit Imperator, quod undis privatarum opinionum altercationibus mixi, definitum aliquid pronunciare detrectarent. Quamobrem damnata hac illorum pervicacia, jussit ut unaquæque secta doctrinæ suæ libellum ipsi porrigeret.

XXVIII. *Cum itaque huic negotio conficiendo præstitutus dies adesset; convenerunt in Palatium pro iis qui consubstantialem Trinitatem profitebantur Nectarius & Agelius, pro Ariana hæresi Demophilus ejus Antistes, pro Eunomianis ipse Eunomius, Eleusius autem Cyzici Episcopus pro iis qui vocantur Macedoniani. Acceptis vero singulorum libellis, solos eos approbavit, qui consubstantialem Trinitatem asserebant: reliquos vero ut absurdos disrupit. Ac Novatianis quidem hinc præter sententiam nihil accidit: siquidem conformem cum Ecclesia Catholica opinionem de Deo habent. Cæteri vero suis ipsorum sacerdotibus indignabantur, quod coram Imperatore sibi ipsis inscite fuissent adversati; multique cæteris damnatis, ad sententiam approbatam conversi sunt. Imperator vero lege lata sanxit, ut sectarii neque conventus agerent, neque doctrinam fidei profiterentur, neque Episcopos aut alios ordinarent; atque ut alii urbibus agrisque expellerentur, alii notarentur infamia, & Reipublicæ consimiliter ac cæteri participes non essent: & graves quidem legibus adscribebat pœnas, sed eas non exequebatur: neque enim ut pœnas irrogaret, sed ut metum incuteret subditis suis studebat, ut sibi in divinis concordes fierent: siquidem & illos laudabat, qui sua sponte convertebantur.* Hactenus de his Sozomenus. Porro singulas

Patrum sententiis coercentur hæretici.

leges, quas hic recenset, inferius describemus. Habet hæc eadem Socrates (a), & quidem pluribus; addiditque ob rem præclare gestam, consilio Sysinnii Novatiani, ipsum Theodosium eisdem Novatianis favisse, passumque esse ecclesiam Constantinopoli habere, conventus agere, fruique privilegiis, quæ Catholicis impertita fuissent.

(a) *Socrat. l. 5. c. 10.*

At quoniam suspecta fides est hæreticorum de suis dogmatibus & eorum sectatoribus aliquid affirmantium; æque nobis dubium redditur, immo (ut verius dicam) mendacium esse convincitur totum hoc quod de Nectario ait, in causa tanti momenti Novatianum Episcopum consuluisse, atque (ut illud usurpem) perinde ac si in Israel Deus non esset, deum Accaron adiisse. Quis sibi persuadeat, in eam Synodum, in qua fortiores hæresum propugnatores audiendi essent, non vocatos esse a Theodosio Catholicos Episcopos, qui doctrina cæteris eminerent? ut inter alios Gregorium Nyssenum, quem constat non solum hoc tempore fuisse superstitem, sed & plures adhuc vixisse annos, Amphilochium Iconii Episcopum æque disertum, Diodorum Tarsensem, eumdemque Nectarii studiosum, & illos ipsos, quos idem Diodorus dederat eidem Nectario in divinis litteris consultores atque doctores; ut Evagrium relictum a Gregorio Nazianzeno prætermittamus, atque alios complures, quibus Synodus creditur abundasse; qui omnes Agelium decrepitum senem, & juvenem Sysinnium antecellerent doctrina rerumque peritia. Quis igitur persuadere sibi poterit, his omnibus posthabitis, Nectarium convenisse Novatianos hæreticos, eorumque præscripto dumtaxat rem tantam administrasse, & in tanto negotio, tacentibus reliquis, soli Nectario cum hæreticorum antesignanis sermonem habere permissum esse? At quam re vera egregie digneque qui Synodo interfuerunt Episcopi, fidei causam pertractarint, unius ex iis exemplo facile poteris intelligere. XXIX.

Novatiani de Novatianis parum sincere.

Cum enim Theodosius Imperator ob id (ut dictum est) præsens Concilium congregasset, ut hæreticos omnes sub una fide con- XXX.

PAGIUS nomianorum, Macedonianorum antesignani eo convenere, tentatique ibi eorum animi duplici potissimum ratione. Provocati quippe primum ad *Patres & Scriptores*, qui Ecclesiæ distractionem præcesserant; deinde *Formula Fidei* a singulis expetita: verum irrito hæc omnia conatu. Quare ad jussiones & sanctiones animum rursus appulit Theodosius M. Lege 11. Codicis Theod. *De Hæreticis*, hoc anno emissa; sequenti vero anno Lege 12. ejusdem Codicis *De Hæreticis*, qua districtior & severior. At quam parum, vel quam lente ea Lex executioni tradita fuerit, & quidem in ipsa urbe Constantinopolitana, ostendit Lex ejusdem Codicis 13. *De Hæreticis*, haud integris quinque mensibus post Legem 12. data; imo & Lex 14. *De Hæreticis*, anno CCCLXXXVIII. lata, qua urbibus expelli, contra loca abdita adire Hæretici quicumque jubentur; iidemque Clericos vel Episcopos constituere, habere, cœtus agitare, privatim, publiceque prohibentur. Supplicandi tandem sibi contra id Theodosius Magnus aditum Hæreticis intercludit. Vide plura apud Gothofredum in harum Legum Commentariis, e quibus hæc excerpta.

connecteret; eos ad se vocatos, ut beneficentia provocaret, officiis sibi devincere conatus est: cumque indulgentius quam par erat, cum iis agere videretur, Orthodoxorum nonnihil commovit animos; veriti enim sunt, ne Imperator illorum circumventus astutia, præceps abduceretur in hæresin. Quamobrem S. Amphilochius Iconii Episcopus cum factis, tum verbis redarguit Imperatorem; quo modo autem id se habuerit, res gesta sic a Theodoreto describitur (a): *Cum alio tempore Amphilochius forte intra Palatium esset, videretque astantem Imperatori filium suum Arcadium, qui nuper Imperator creatus fuerat; ipsum Imperatorem Theodosium (ut mos est) salutavit ille quidem, sed filium sine honore dimisit. Imperator autem ratus Amphilochium oblitum officii, jubet ad filium accedere, eumque osculari. At Amphilochius respondit, satis esse quod ei honorem habuerat. Itaque Theodosius rem acerbe & graviter ferens, probrum filio objectum, injuriæ loco sibi ipsi illatæ numeravit. Tum sapientissimus Amphilochius, declarans Imperatori quod animo instituebat, contenta voce: Vides, inquit, o Imperator, quam ægre ignominiam filii tui patiare; immo vero illis, qui in eum insultant, vehementer succenses. Credas igitur mihi velim, hujus universitatis rectorem Deum, eos qui contra filium suum unigenitum loquuntur blasphemias, itidem detestari, & tamquam ingratos erga Salvatorem & patronum suum odio prosequi. Cujus institutum cum hoc pacto intellexisset Imperator, facta ejus dictaque simul admiratus, legem protinus conscripsit, quæ vetabat conventus ab hæreticis agi, &c.* Hæc Theodoretus.

Amphilochius redarguit factis verbisque Theodosium.

(a) Theod. l. 5. c. 16.

XXXI. Qui tamen in eo corrigendus est, & non ab alio, quam a se ipso, dum superius ait hæc accidisse postquam Theodosius a cæde Maximi tyranni ab Occidente Constantinopolim reversus est: nam cum tradat hæc facta esse, dum nuper Arcadius Imperator creatus esset, plane in hunc ipsum annum ea referenda sunt, quo constat (ut dictum est) Arcadium creatum fuisse Imperatorem. Cæterum si ad reditum Theodosii a cæde Maximi referas, Arcadium tunc invenies habuisse in Imperio annos octo: siquidem anno Domini trecentesimo octogesimo octavo, ipso Theodosio atque Cynegio Coss. ab eo occisus est Maximus; & post triennium in Italia consumptum, anno Domini trecentesimo nonagesimo primo, Titiano & Symmacho Consulibus, Constantinopolim reversus est. Sic igitur aperte vides Acta Amphilochii ad præsentem annum referenda esse, quo Arcadius creatus est Imperator, & Synodus Constantinopoli pro pace Ecclesiæ convenit. Sozomenus (b) eadem de Amphilochio narrat, additque

Corrigitur Theodoretus de tempore.

(b) Sozo. l. 7. c. 6.

Placillæ Augustæ enituisse tunc studium, ne vir ejus Theodosius circumveniretur ab Arianis, dum ne eorum colloquio traheretur in hæresin, antevertit.

XXXII. Causam quoque Antiochenam de altercatione inter Paulinum atque Flavianum, de qua superiori anno in Romano Concilio actum est, in hac eadem Synodo pertractatam Socrates (c) videtur annuere, dum ait, Catholicos inter se fuisse discordes & opinione divisos, faventibus nimirum Syris, Phœnicibus, ac Palæstinis Flaviano, Ægyptiis autem, Cypriis, Arabiæque Episcopis Paulino studentibus; quibus etiam consensisse vidimus superius Gregorium Nazianzenum, qui & recitatis nuper litteris ad Posthumianum Præfectum Prætorio id pertigisse visus est, dum monet ut diffidentes & factionibus studentes Episcopos, etiam asperius, si opus sit, arguat. At nihil prorsus hac ex parte in Synodo confectum esse, certum est; proculque absuit ut discordes potuerint in concordiam revocari: nam eam dissensionem post multos annos perseverasse constat.

Antiochenum dissidium perseverat.

(c) Socr. l. 5. c. 10.

XXXIII. Quod igitur omnes consentiunt, post hanc Synodum a Theodosio Imperatore adversus hæreticos edicta promulgata fuisse, hic eadem describamus, quæ ad nominatum superius Posthumianum Præfectum Prætorio data habentur. Verum ante ipsam Synodum, quam inchoatam diximus mense Junio, idem Imperator ad eumdem Posthumianum Præfectum Prætorio mense Majo adversus apostatas rescriptum (d) dedit. Rursum vero adversus hæreticos, qui minime in Synodo resipuerint, ad eumdem Posthumianum mense Julio hæc edixit (e):

Theodosii edicta adversus hæreticos.

(d) l. 2. de Apostat. C. Theod.

(e) l. 11. de hæret. C. Theod.

XXXIV. *Omnes omnino, quoscumque diversarum hæresum error exagitat, id est, Eunomiani, Ariani, Macedoniani, Pneumachomachi, Manichæi, Encratitæ, Apotactitæ, Saccophori, Hydroparastatæ, nullis circulis coeant, nullam colligant multitudinem, nullum ad se populum trahant, nec ad imaginem ecclesiarum parietes privatos ostendant: nihil vel publice, vel privatim, quod Catholicæ sanctitati officere possit, exerceant. Ac si quis extiterit, qui tam evidenter vetita transcendat: permissa omnibus facultate, quos recte observantiæ cultus & pulchritudo delectat, communi omnium bonorum conspiratione pellatur. Dat. VIII. Kal. August. Constantinop. Merobaude & Saturnino Coss.*

Rursus vero mense Augusto ad eumdem Posthumianum Præfectum Prætorio adversus omnes hæreticos (f) in hunc modum:

(f) l. 12. de hæret. C. Theod.

XXXV. *Vitiorum institutio Deo atque hominibus exosa, Eunomiana scilicet, Ariana, Macedoniana, Apollinariana, cæterarumque sectarum, quas vera religionis venerabili cultu Catholicæ observantiæ fides sincera condemnat, neque publicis neque pri-*

va-

vatis additionibus intra aedium atque agrorum ac villarum loca, aut colligendarum congregationum, aut constituendarum Ecclesiarum copiam praesumat: nec celebritatem perfidiae suae, vel solemnitatem dirae communionis exerceat: neque ullas creandorum sacerdotum usurpet atque habeat ordinationes. Eadem quoque domus, seu in aedibus, seu in agris, in quibus passim turbae professorum ac ministrorum talium colliguntur, Fisci nostri dominio jurique subdantur: ita ut hi qui vel doctrinam vel mysteria conventionum talium exercere consueverunt, perquisiti, ab omnibus urbibus ac locis, propositae legis vigore constricti, expellantur a coetibus, & ad proprias unde oriundi sunt terras redire jubeantur, ac quis eorum aut commeandi ad qualibet alia loca, aut evagandi ad urbes habeat potestatem. Quod si negligentius ea quae serenitas nostra constituit, impleantur; Officia provincialium Judicum, & Principales urbium, in quibus coitio vetitae congregationis reperta monstrabitur, sententiae damnationique subdantur. Dat. III. Non. Sept. C. P. Merobaude II. & Saturnino Coss.

XXXVI. Haereticorum clandestini conventus.

Qui igitur legibus Theodosii vetiti sunt conventus agere, clandestine illos cogere conati sunt, & inter alios quos Saccophoros edictum nominat (erant hi Massaliani haeretici, de quibus supra, qui quod sacco induerentur (a), Saccophori sunt appellati) hos Episcopi diversis in locis venati sunt; de quibus Theodoretus (b), cum de his agit: *Porro*, inquit, *erroris morbum occultare nituntur, & post reprehensiones impudenter negant se eo laborare; & illis qui in eadem sunt opinione, quam ipsi animo complectuntur, ecclesia interdicunt. Ob hanc causam Letojus Episcopus Melitinensis Ecclesiae, vir singulari studio erga pietatem exardescens, cum videret multa monasteria, immo vero speluncas latronum hunc contraxisse morbum, ea incendit, & lupos a grege abegit. Eodem modo praestantissimus ille Amphilochius urbis primariae Lycaoniae pastor & moderator totius nationis, cum intellexisset eam perniciem illa loca invasisse, domo repulit, & greges, quos ipse verbo pavit, illa labe eripuit.*

(a) Epiph. haeresi 80.

(b) Theod. l. 4. c. 10.

XXXVII. Massaliani detecti a Flaviano Episcopo Antiocheno.

Quinetiam Flavianus Antiochiae Episcopus, vir multorum sermone celebratus, cum accepisset hos Edessae aetatem agere, & suum venenum in vicinorum animos infundere; missa ad eos monachorum turba, deduxit Antiochiam; & morbum, quem pernegabant, extorsit ad hunc modum. Primum dixit accusatores calumniari, & mentiri testes. Deinde Adelphium admodum senem, unum ex principibus haeresis, benigne vocat ad se, prope assidere jubet. Tum: Quoniam, inquit, o senex, ad longinquam temporis spatium vitam propagavimus; idcirco & natura humana & fraudulenti daemonum adversariorum conatus nobis accuratius perspecti sunt & cogniti: multoque etiam usu, quae & quanta sint gratiae dona, edocti sumus. Isti cum sint juvenes, & nihil istarum rerum exquisite norint, sermones spirituales audire vix, aut ne vix quidem ferunt. Itaque tu, quaeso, dic mihi, quae catione affirmetis, & spiritum contrarium recedere a vobis, & sancti Spiritus gratiam advenire?

XXXVIII. *His verbis senex ille delinitus, venenum occultatum exprompsit universum, dixitque divini baptismi lavacrum his qui eo tincti erant, nihil omnino prodesse, sed solas preces ardentes daemonem in animis habitantem expellere: nam singulos qui eduntur in lucem, ex primo parente, ut naturam, ita daemonum servitutem traxisse: quibus ex animis oratione expulsis, Spiritum sanctum deinceps accedere, suamque praesentiam tum sensibus, tum visui ostendere; & non corpus solum perturbationum motibus liberare, sed etiam animum inclinatione ad deteriora prorsus eripere; adeo ut de caetero neque jejunio opus sit ad corpus coercendum, neque doctrina ad refrenandam ejus libidinem, & ad danda praecepta, quibus recta vivendi via incedere discat: & qui sit hujus rei compos factus, non modo a lascivis corporis concitationibus liberum fore, verum etiam praevidere futura, & sanctam Trinitatem oculis cernere. Itaque divinus ille Flavianus, foetido isto fonte effosso, & impiis ejus rivulis patefactis, miserum senem sic affatur: O malis diebus onuste & inveterate, tuum ipsius os te coarguit, haud ego: tua labia contra te testimonium dicunt.*

Massaliani ejecti e Syria.

Itaque erroris morbo retecto, Syria exacti erant illi quidem; sed in Pamphiliam profecti, eam eadem pernicie refarserunt. Haec Theodoretus, sed perperam sane ad tempora Valentiniani atque Valentis refert, cum constet Flavianum nonnisi sub Theodosio post Meletii obitum (ut dictum est) sedisse Episcopum Antiochiae.

XXXIX. Synodus Sydae contra Massalianos habita.

Constat etiam adversus eosdem Massalianos congregatam esse his temporibus Synodum Sydae, de qua haec Photius in Bibliotheca: *Legimus*, inquit, *Synodum Sydae factam adversus haeresim Massalianorum, id est, Euchitarum, vel Adelphianorum. Praefuit Synodo Amphilochius Episcopus Iconii cum Episcopis vigintiquinque. Ex ea Synodo ibi est Synodica ad Flavianum Antiochenum Episcopum, qui ea de causa etiam aliam Synodum habuit. In eo Concilio Syda habita Adelphius licet poenitentiam polliceretur, non est admissus, quamvis haeresim detestari videretur; quoniam non ex corde poenitentia & renunciatio facta esset.* Addit de ejusdem Flaviani Episcopi Antiocheni epistolis scriptis

ad Osroenos & Armenos de damnatis Massalianis hæreticis Adelphio & sociis. Cæterum haud hoc tempore his remediis hæresis extingui potuit; sed adversus eamdem laborandum fuit Attico Episcopo Constantinopolitano & aliis; quorum contra ejusmodi hæreticos scripta idem Photius recenset.

XL. Hoc ipso anno Romam se contulit Carthagine Augustinus; qui sequenti (ut dicemus) Symmacho Urbanam Præfecturam administrante, ab eo Mediolanum missus est. Agebat hoc anno ipse ætatem vigintinovem annorum (ut idem testatur) (a) quo Carthagine novit Faustum Manichæum, cum jam novem ferme annos in secta Manichæorum haberet, de pluribus dubitans; quæ omnia a Fausto fore solvenda, Manichæi polliciti fuerant. At cum longe aliter accidisset; de veritate in ea secta assequenda desperare penitus cœpit. Quonam modo autem tunc veniendi Romam consilium iniit, ipsum audi (b): *Posteaquam*, inquit, *ille Faustus mihi imperitus earum artium, quibus eum excellere putaveram, satis apparuit, desperare cœpi, posse eum mihi illa, quæ me movebant, aperire atque dissolvere.* Et inferius: *Refracto itaque studio, quo intenderam in Manichæi litteras, magisque desperans de cæteris eorum doctoribus, quando in multis quæ me movebant, ita ille nominatus apparuit; cœpi cum eo pro studio ejus agere vitam, quo ipse flagrabat in eas litteras, quas tunc jam rhetor Carthaginis adolescentes docebam; & legere cum eo, sive quæ ille audita desideraret, sive quæ ipse tali ingenio apta existimarem. Cæterum omnis conatus meus, quo proficere in illa secta statueram, illo homine cognito, prorsus intercidit.* At de sua Romam profectione idem hæc habet: *Egisti ergo mecum, ut mihi persuaderetur Romam pergere, & potius ibi docere quod docebam Carthagine.* Ad docendum enim Romæ potius quam Carthagine, non quæstus major (ut subdit) eum movit, sed quod adolescentes qui discerent, quietius illic agerent, quam Carthagine, ubi illorum nimia insolentia omnia perturbaret; nam paulo post: *Sed quare hinc abirem, & illuc irem, tu sciebas Deus, nec indicabas mihi, nec matri, quæ me profectum atrociter planxit, & usque ad mare secuta est. Sed fefelli eam, violenter me tenentem, ut aut revocaret, aut mecum pergeret; & finxi me amicum nolle deserere; donec vento facto, navigaret. Et mentitus sum matri, & illi matri, & evasi.* Et rursum: *Recusanti sine me redire, vix persuasi, ut in loco qui proximus nostræ navi erat, Memoria beati Cypriani maneret ea nocte; sed ea nocte clanculo ego profectus sum; illa autem remansit orando & flendo. Et tamen* (subdit ipse) *post accusationem fallaciarum & crudelitatis meæ, conversa rursus ad precandum te pro me, abiit ad solita, & ego Romam.* In Urbem cum venisset, apud Manichæum quemdam hospitio se acceptum tradit (c), ubi & ægrotavit (d). Ut vero convaluit, cum Manichæis ut plurimum versabatur, ita tamen ut ejus sectæ frigidus esset assertor; immo hospitem suum a magna fiducia illius hæresis revocare studeret: sed & Helpidii cujusdam adversus Manichæos coram disserentis scripta disputatione nonnihil se profecisse testatus, adeo ut contemptui sibi jam illa secta esse cœperit. Romæ igitur cum versaretur, domi docere rhetoricam cœpit, docuitque hoc & sequenti anno, quo a Symmacho Urbis Præfecto, Mediolanum, ut ibi rhetoricam publice profiteretur, ab Imperatore de hoc monito, missus est. De profectione ergo ipsius Roma Mediolanum anno sequenti agemus.

Augustini adventus in urbem.

(a) Aug. Confess. l. 5. c. 3. 6.

(b) Aug. Confess. l. 5. c. 7. 8.

(c) Aug. Confess. l. 5. c. 10.

(d) Aug. eod. l. 5. 9. 10. 11.

XLI. Hic idem annus ille est, quo Urbs & Italia magna fame laboravit: de qua quidem annonæ penuria, tum S. Ambrosius tum Symmachus meminere. Ac primum quod ad rationem temporis spectat; ut dicamus eam hoc anno accidisse, certum istud est argumentum, quod anno ante relationem Symmachi ad Valentinianum Imperatorem factam esse, S. Ambrosius tradit: quam quidem relationem & ab ipso Symmacho anno sequenti ab illa penuria esse conscriptam, cum Præfecturam Urbanam ageret, & a S. Ambrosio confutatam anno item sequenti, suo loco perspicue demonstrabimus. Ob penuriam quidem illam pauperes ab Urbe pulsos esse, S. Ambrosius doluit, cum in libris Officiorum hæc ait (e): *Quanto hoc utilius, quam illud quod proxime Romæ factum est; ejectos esse Urbe amplissima*, incolas scilicet, *qui jam plurimam illic ætatem transegerant, flentes cum filiis abiisse: quibus velut civibus amovendum exilium deplorarent, interruptas complurium necessitudines, diremptas affinitates? Et certe arriserat anni fœcunditas: invectitiæ Urbs sola egebat frumento: potuisset juvari, si peterent ab Italis frumentum, quorum filii expellebantur. Nihil hoc turpius, excludere quasi alienum, & exigere quasi suum. Quid illum ejicis, qui de suo pascitur? Quid illum ejicis, qui te pascit? Servum retines, trudis parentem? Frumentum suscipis, nec affectum impartis? Victum extorques, nec rependis gratiam? Quam deforme hoc, quam inutile? Quo modo enim potest utile esse quod non decet? Quantis corporatorum subsidiis dudum Roma fraudata est? potuit & illos non amittere, & evadere famem, expectatis ventorum opportunis flatibus, & speratarum commeatu navium.* Hactenus Ambrosius:

Penuria Urbs laborat.

(e) Ambr. Offic. l. 2. c. 7.

Ejecti populi ab urbe ob famem.

De

XLII. De his & ipse Symmachus in epistola ad Flavianum tunc temporis, ut apparet, conscripta; ubi hæc (a) inter alia: *Defectum*, inquit, *timemus annonæ, pulsis omnibus, quos exerto & pleno ubere Roma susceperat. Fac ut his remediis convalescamus; quanto nobis odio provinciarum constat illa securitas? Dii patrii, facite gratiam neglectorum sacrorum, miseram famem pellite: quam primum revocentur nostri, quos* * *invita dimisit*. Hec Symmachus: & quidem illud facinus jure improbat, quo liberi homines ab Urbe ea de causa ejecti fuerant; nam Augusti tempore (quod Dio testatur b) ingenti afflictata Roma annonæ penuria, non liberi homines, sed gladiatores, venaliaque mancipia tantum ultra octoginta millia passus ab Urbe rejecta fuerunt. Porro Symmachus homo versatilis, ab occasione deducens argumentum, eamdem famem ad suum propositum inflectens in relatione, quam anno sequenti ad Valentinianum conscripsit, eamdem famem exaggerans, accidisse eam persuadere conatur, quod adempti fuerant sacerdotum redditus, atque agri Vestalium virginum: ita enim ait (c): *Honoraverat lex parentum Vestales virgines ac ministros deorum victu modico, justisque privilegiis: stetit muneris hujus integritas usque ad degeneres trapezitas, qui ad mercedem vilium bajulorum sacræ castitatis alimenta verterunt. Secuta est hoc factum fames publica, & spem provinciarum omnium messis ægra decepit. Non sunt hæc vitia terrarum, nihil imputamus astris, nec rubigo segetibus obfuit, nec avena fruges necavit: sacrilegio annus exaruit. Necesse enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur*, &c. Subdit enim, ad cibum glandium & radices herbarum populum ob famem fuisse conversum: ex quibus persuadere conatur Imperatori, reddi proventus ablatos deorum sacrificiis atque Vestalibus, ut terra rependeret quam subtraxerat abundantiam.

(a) *Symmach. l. 2. epist. 7.*

Adscribit Symmachus famem sacrilegio.

* quos.

(b) *Dio hist. Rom. l. 55.*

(c) *Symmach. ad Valentin. Imper. apud S. Ambros.*

XLIII. At quam scite prudenterque inania ista ab occasione famis deducta a Symmacho argumenta refellat S. Ambrosius, ipsum audi, dum hæc ait (d) post nonnulla de diis: *Quæ autem æquitas, ut paucis sacerdotibus dolentes victum negatum, ipsi omnibus denegarent, cum inclementior esset vindicta, quam culpa? Non est igitur idonea quæ tantam ægritudinem mundi fallentis causa constrinxerit, ut virentibus segetibus, subita spes anni adulta moreretur. Et certe ante plurimos annos templorum jura toto Orbe sublata sunt. Modone demum diis Gentium venit in mentem suas injurias ultum iri? Propterea nec assueto cursu Nilus intumuit, ut urbicorum sacerdotum dispendia vindicaret, qui non vindicavit suorum? Esto tamen si superiore anno deorum suorum injurias vindicatas putant; cur præsenti anno contempti fuere? Jam enim nec herbarum vulsis radicibus rusticana plebs pascitur, nec baccæ silvestris explorat solatia, nec cibum de sentibus rapit; sed operum læta felicium, dum messes suas & ipsa miratur, explevit voti satietate jejunium, usurarios nobis reddidit terra proventus. Quis ergo tam novus humanis usibus, ut vices stupeat annorum? & tamen etiam superiore anno plerasque novimus provincias redundasse frugibus. De Galliis quid loquar solito ditioribus? Frumentum Pannoniæ, quod non severant, vendiderunt, & fœcunda Rhætia fertilitatis suæ novit invidiam: nam quæ solebat tutior esse jejunio, fœcunditate hostem in se excitavit. Liguriam, Venetiasque autumni frumenta paverunt. Ergo nec ille sacrilegio annus exaruit, & iste fidei fructibus annus effloruit. Negent etiam quod largo fœtu vineæ redundaverint; itaque & messem funeratam recepimus, & liberalioris vindemiæ beneficia possidemus*. Hactenus S. Ambrosius. Sed de aliis querelis Symmachi anno sequenti.

Confutatur Symmachus ab Ambrosio.

(d) *Ambros. epist. 31.*

I. Symmachus Præfectus urbis pro idolis quid.

TRecentesimus octogesimus quartus Christi annus, Consulibus Rieimere, & Clearcho notatur, quo Symmachus (de quo noper facta est mentio) Præfecturam Urbanam gessit, quod Imperatoris rescripta ad ipsum hoc anoo data testantor (a), licet Paulinus ad alia tempora eam referat. Meminit S. Augustinus (b) de ejusmodi Symmachi Præfectura, dum ait, se ab eodem Symmacho Præfecto Roma missum esse Mediolanum. Sed de Augustino inferius. Paulinus autem confundit Præfecturam eum Consulatu, de quo suo loco dicendum. ☞ Hoc itaque anno, quo præfecturam Urbanam Symmachus gessit, Prætextatus magni nominis Senator, sed Gentilis, Consul est designatus in annum sequentem: sed infeliciter accidit ut antequam Consulatum adierit, hoc ipso anno moreretur. De tempore obitus satis liquet ex tribus Symmachi epistolis tunc datis de ejus obitu ad Imperatores, quorum postrema de erigenda io ejus honorem statua, sic se habet (c).

(a) l.4. de sentent. ex peric. recit. & l.44. de appellat. C. Theod.

(b) Aug. Confess. l. 5. cap. 13.

(c) Symm. l.10. epist. 13. 14. 15.

DD. Theodosio & Arcadio semper Augg. Symmachus V. C. Præfectus Urb.

Symmachi de erigenda Prætextato Statua ad Impp. Litteræ.

Licet Vettius Prætextatus æterna lege solutus sit, vivit tamen in memoria, & amore cunctorum; atque hoc uno punit invidiam, quod tantum ei mors ad gloriam contulit, at huic quoque fortunæ livor debeat invidere, domini Imperatores. Nam præter illum populi Romani inusitatum dolorem, etiam Senatus impatiens dispendii sui, solatium petit de honore virtutis, vestrumque numen precatur, ut virum nostra ætate mirabilem, statuarum diuturnitas tradat oculis posterorum. Non quod ille præmia terrena desideret, qui gaudia corporis etiam cum hominem ageret, ut caduca calcavit, sed quia ornamentis bonorum incitatur imitatio, & virtus æmula alitur exemplo honoris alieni. Hinc factum est, ut rusticis adhuc sæculis optimi quique Civium manu & arte formati in longam memoriam mitterentur. Atque utinam huic decori nihil facilitas adulantium postea derogasset; quamvis paria non sint

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5877.

SÆC. IV. Anno Urbis 1137. Olymp. 290. an. 4. A.C. 384.

☉ 1 GF. ☽ 5. P. 14. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 384.

SIRICII PAPÆ 1.

VALENTINIANI JUNIORIS 10.

THEODOSII 6. ARCADII 2.

[1] AD num. I. Coss. *Clearchus & Richomeres*, prior Orientalis, posterior Occidentalis, ut liquet ex iis, quæ de utroque habet Gothofredus in Prosopographia Codicis Theodosiani. I. *Consules.*

NOTÆ [1] COss. *Clearchus & Richomeres*. Nonnulli his Consulibus *Flavii* prænomen, seu nomen malis, tribuunt, quod a lapidibus editis abest. Fabrettus pag. 570. n. 131.

A N . . . . . . E T C L E A R C H O . C O N S U L I
B U S . H O . . . .

Fleetvvod pag. 442.

D E P O S I T A . P R I D . I D . M A R . F L . R I C I M E
R E . C O N S S .

At notat Relandus, hanc inscriptionem referri potius ad A. D. 459. Inscriptio in ædibus Capitolinis.

C A S T I S S I M E . F I L I A E . D O M I T I
A N E . . . .
D E P O S I T A . D I E . X V . K A L . O C T O B R E S
. . . . R I C O M E R E . E T . C L I A R
C O C O N S U L I B U S .

Lapis item apud Boldettum pag. 82. n. 27. erutus ex cœmeterio Cyriacæ.

D D . N N . C L E A R C H O . E T . R I C O M E D E . V V . C C .
C O N S U L I B U S . B E N E M E R E N T I . O L I B I O N I
Q U I . V I X I T A N N U S . X V . M E N S I S . V I . D I E S
X X . D E C E S S I T . X I I . K A L E N D A S . O C T O B R E S
I N . P A C E .

Paschalis laterculus in fine Gennadii Vaticani: *Ricomede & Clearco*. Prosperi Chronicon in eodem codice: *Ricomede & Clearcho*. In vulgatis Fastis corruptum est *Ricomedis* nomen; in his enim legitur: *Ricomere*, *Rorimere*, & *Richomere*. In codice Theodosiano lib. V. tit. XXX. de Palatinis lex VI. *datu est Mediolani VII. Kal. Novemb. post consulatum Merobaudis secundo & Saturnini*. Vide de his Consulibus Gothofredum in Prosopographia codicis Theodosiani.

sint; quæ dispari arte quæruntur. Dignum est igitur, ut qui in pectoribus plurimorum manet, sit in ore plurimorum. Ille semper magistratibus suis celsior, in alios temperatus, in se severus, sine contemptu facilis, sine terrore reverendus. Cui si quod commodum successionis evenit, id ad testatores proximos mox revertitur, qui nullis prosperis fractus est, nullius risit adversa, indecora nescius largitatis. Ille quem semper invitum secutus est honor, cujus æquitati conterminus quisque limites suos credidit. Plura de eo vellem, plura de eo deberem, sed clementiæ vestræ testimonio cuncta servanda sunt. Illustrior enim laus est de cælesti profecta judicio. Ergo ut probitatis patroni bona temporum vestrorum futuris quoque visenda proponite. Certe ille est Prætextatus, quem jure Consulem feceratis, ut Fasti memores celebre nomen extenderent. Aliis utiles fatalia damna reparate. Abierit cum homine præmium, sed judicium post hominem perseveret. Probate, casibus adversus gloriam nihil licere. Nam quod meruit a Civibus singulare est: illud multis commune quod perdidit. Hucusque Symmachi ad Imperatores epistola de licentia erigendæ statuæ Prætextato, more majorum. Non est rejecta petitio, quandoquidem obtinuit quod petiit Symmachus ab Augustis, ut memoria Prætextati statua insigniretur: nam quæ hactenus in ejus basi inscriptio integra conservatur id admonet, quæ paulo inferius recitabitur. Erat adhuc Romæ tunc, cum ista contigerunt, Sanctus Hieronymus sacra volumina Paulæ & Eustochio aliisque sanctissimis feminis Senatoriis explicans: id enim importune nimis illæ ab eo præsente extorquere solebant, quod ab eo etiam absente per literas id facere consueverunt. Porro Romæ cum esset idem S. Hieronymus, hoc tempore, eidem S. Paulæ explicuit Psalmum centesimum decimum octavum, & centesimum vigesimum sextum, necnon hebraicum Alphabetum, quæ extant.

II. Nobiles piæque Romanæ Feminæ.

Inter alias etiam studiosas Hieronymi Romæ agentis fuere Felicitas, Asella, & Lea clarissimæ genere æque, & sanctissimæ feminæ, quarum idem meminit in epistola ad Asellam (*a*); quæ quam insigni enituerit sanctitate, ipse Hieronymus in epistola ad Marcellam (*b*) declarat.

(*a*) *Hier. epist.* 99.
(*b*) *Hier. epist.* 15.

III. De obitu Leæ, & Prætextati.

Accidit autem (quod tacendum non est), ut cum S. Hieronymus Romæ agens ac docens, explicare aggrederetur Psalmum septuagesimum secundum, præsente inter alias S. Marcella, de S. Leæ viduæ, virginum præfectæ Monasterio, ex hac vitæ migratione nuncium afferretur: quo tempore etiam mori contigerat Prætextatum jam Consulem designatum, hominem Deorum cultorem, & Christianæ Religionis contemptorem; de quo illud ab eodem Damaso dictum superius alia occasione retulimus, cum ait de eo ad Pammachium scribens: *Miserabilis Prætextatus, qui designatus Consul est mortuus, homo sacrilegus, & Idolorum cultor solebat ludens B. Papæ Damaso dicere* (*c*): *Facite me Romanæ Urbis Episcopum, & ero protinus Christianus.* De quo, & sæpius Ammianum meminisse diximus, cum de ipsius legationibus agit, ac præfecturis.

(*c*) *Hier. epist.* 61.

Hujus vero qui hoc anno Consul designatus diem obiit, Prætextati extat ejusmodi vetus inscriptio (*d*):

(*d*) *Apud Aldi Orthograph. pag.* 635.

VETTIO. AGORIO. PRÆTEXTATO. V. C. ET
CORRECTORI. TUSCIÆ. ET UMBRIÆ. CON
SULARI. LUSITANIÆ. PROCONSULI. ACHA
IÆ. PRÆFECT. URBI. PRÆFECTO. PRÆTORI.
ILLYRICI. ITALIÆ. ET. AFRICÆ. CONS. DESI
GNATO. LEGATO. AMPLISSIMI. ORDINIS.
SEPTIES. ET. AD. IMPERANDUM. REBUS.
ARDUIS. SEMPER. OPPOSITO. PARENTI.
PUBLICÆ. PRIVATI. MORE. VERENDO. UT.
ETIAM. STATUÆ. IPSIUS. DOMUS. HONORARE.
INSIGNIA. CONSTITUI. LOCARIQUE. CURAVIT.

Porro ad hunc ipsum Prætextatum datæ habentur plures epistolæ Symmachi (*e*). Macrobius (*f*) hunc eumdem Vettium Prætextatum, sacrorum omnium Præsulem nominat, quem & in suis Saturnalibus interloquentem inducit.

(*e*) *Symmac. l.* 1. *ep.* 38. *& seq.*
(*f*) *Macrob. Saturnal. l.* 1. *c.* 17.

IV. Obitus S. Leæ.

Apposite autem accidit, ut & tunc cum S. Hieronymus ad eum Psalmi versum pervenisset: *Si dicebam, narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum prævaricatus sum;* quod Latini Codices habent: *Nationem filiorum tuorum reprobavi;* de S. Leæ transitu quoque certior redderetur; cum pergens ille quod tractare fuerat inchoatus; postea utriusque obitum Leæ, & Prætextati, tanquam antithesim memoria dignam voluit scriptis testatum posteris tradere, scripta ea de re ad Marcellam epistola (*g*), cujus est exordium: *Cum hora ferme tertia hodierna diei septuagesimum secundum Psalmum, idest, tertii libri principium legere cæpissemus.* Et inferius: *Repente nobis*

(*g*) *Hier. epist.* 24.

nun-

nunciatum est, sanctissimam Leam exisse de corpore; ibique ita te palluisse conspexi, ut vere aut pauca, aut nulla sit anima quæ fracto vase testaceo, non tristis erumpat. Et tu quidem, non quod futuri incerta esset, dolebas; sed quod triste funeri obsequium non dedisses. Denique in mediis fabulis, rursum didicimus, reliquias ejus jam Ostiam fuisse delatas.

V. (a) Rom. 3.

Quæras, quo pertineat ista replicatio? Respondebo tibi verbis Apostoli (a): Multum per omnem modum. Primo quod universorum gaudiis prosequenda sit, quæ calcato diabolo, coronam jam securitatis accepit. Secundo ut ejus vita breviter explicetur. Tertio, ut designatum Consulem de suis sæculis detrahentes, esse doceamus in tartaro. Et quidem conversationem Leæ nostræ, quis possit digno allevare præconio? ita eam totam ad Dominum fuisse conversam, ut Monasterii princeps, mater virginum fieret, post mollitiem vestium sacco membra trivisse, insomnes orationibus duxisse noctes, & comites suas plus exemplo docuisse, quam verbis. Humilitatis fuit tantæ, tamque subjectæ, ut quondam domina plurimorum, ancilla omnium putaretur, nisi quod eo Christi magis esset ancilla, dum domina hominum non putatur. Inculta vestis, vilis cibus, neglectum caput; ita tamen ut cum omnia faceret, ostentationem fugeret singulorum, ne reciperet in præsenti sæculo mercedem suam. Nunc igitur pro brevi labore æterna beatitudine fruitur, excipitur Angelorum choris, Abrahæ (b) finibus confovetur, & cum paupere quondam Lazaro divitem purpuratum, & non palmatum Consulem, sed atratum, stillam digiti minoris cernit inquirere. Porro natalis dies Sanctæ Leæ, quo ex hac vita migravit in cælum perpetuo monumento adscriptus asservatur in publicis Ecclesiæ tabulis XI. Kalend. Aprilis, annis singulis præconio publico celebratus. Subdit vero Hieronymus:

(b) Luc. 6.

VI. Obitus Prætextati.

O *quanta rerum mutatio? Ille quem ante paucos dies dignitatum omnium culmina præcedebant: qui, quasi de subjectis hostibus triumpharet, Capitolinas ascendit arces: quem plausu quodam & tripudio populus Romanus excepit: ad cujus interitum Urbs universa commota est; nunc desolatus & nudus, non in lacteo cæli palatio, ut uxor mentitur infelix, sed in sordentibus tenebris continetur. Hæc vero, quam unius cubiculi secreta vallabant, quæ pauper videbatur & tenuis, cujus vita putabatur amentia, Christum sequitur & dicit (c): Quæcumque audivimus, ita & vidimus in Civitate Dei nostri, & reliqua.* Erat æque impia atque vir ejus uxor Prætextati, nomine Paulina, cujus hic meminit Hieronymus; quod sequens tibi inscriptio declarabit (d):

(c) Psal. 47.

De Paulina uxore Prætextati.

(d) Inscrip. Antiquar. apud Smetium pag. 153. nu. 5.

FABIÆ. ACONIÆ. PAULINÆ. C. F. FILIÆ. ACO
NIS. CATULLINI. V. C. EX. PRÆF. ET. CONSULIS
ORDIN. UXORI. VETTII. PRÆTEXTATI. V. C. PRÆF.
ET. CONSULIS. DESIGNATI. SACRATÆ. APUD. ELEU
SINAM. DEO. BACCHO. CERERI. ET. CORÆ. SACRA
TÆ. APUD. LATERNAM, * DEO. LIBERO. ET. CERERI
ET. CORÆ. SACRATÆ, APUD. ÆGYNAM. DEABUS
TAUROBOLITÆ. ISIACÆ. HIEROPHANTRIÆ. DEÆ
HECATÆ. GRÆCO, SACRATÆ, DEÆ, CERERIS

* LAERNAM.

Hæc inquam Paulina magna sacerdos, inani quadam jactantia, in invidiam Christianorum, effutiebat virum suum Prætextatum inter deos esse receptum; quod deridet Sanctus Hieronymus atque subsannat. Meminit ejusdem Paulinæ conjugis Prætextati Symmachus ad ipsum scribens (e). Sed & attexamus his alia de eadem Paulina vetera in Urbe haud pridem reperta monumenta, atque illud in primis;

(e) Symm. epistol. 42. lib. 1.

FABIA. ACONIA. PAULINA. FILIA
C. CATULLINI. V. C. EXPRÆFECTI. CONSULIS
ORDINARII. UXOR. VETTII. AGORII. PRÆTEXTATI
PRÆFECTI. ET. CONSULIS. DESIGNATI
SACRATA, DEÆ. CERERI

Et alia in basi statuæ repertæ nuper in hortis Federici Cæsii (f):

(f) Exscripsit Philip. Vignius Lovaniens.

COFLIÆ CONCORDIÆ VIRGINI
VESTALI MAXIMAE FABIA PAU
LINA C. F. STATUAM FACIEN
DAM COLLOCANDAMQUE
CURAVIT CUM PROPTER
EGREGIAM EJUS PUDICI
TIAM INSIGNEMQUE
CIRCA CULTUM DIVINUM

SAN-

SANCTITATEM TUM
QUOD HÆC PRIOR EJUS VIRO
VETTIO AGORIO PRÆTEXTA
TO V. C. OMNIA SINGULARI
DIGNOQUE ETIAM AB HUJUS
MODI VIRGINIBUS ET SA
CERDOTIBUS COLI STATU
AM COLLOCARAT.

Hæc ipsa Inscriptio, ubi primum eam legi, in memoriam revocavit quæ Symmachus habet in epistola ad Flavianum, dum quid actum fuisset inter collegas Pontifices cum de collocanda atque dicanda ejusmodi statua rogarentur sententiæ singulorum, quidve ipse senserit ea de re, his verbis ad eum scribit (a):

(a) Symm. l.2. ep.37.

VII. *Prætextato nostro monumentum statuæ dicare destinant virgines sacri Vestalis antistites. Consulti Pontifices, priusquam reverentiam sublimis sacerdotii, aut longa ætatis usum, vel conditionem temporis præsentis expenderent, absque paucis qui me secuti sunt, ut ejus officium statuerent, adnuerunt. Ego qui adverterem neque honestati virginum talia in viros obsequia convenire, neque more fieri quod Numa auctor, Metellus conservator religionum, omnesque Pontifices Maximi numquam ante meruerunt: hæc quidem silui, ne sacrorum æmulis enunciata noxam crearent. Insuetatum censentibus, exemplum modo vitandum esse rescripsi, ne res justo orta principio, brevi ad indignos per ambitum perveniret. Ne longum loquar, ipsa verba ad te misi bonis probata, sed numero fortasse vincenda; licet decretis * Pontificum non sit eadem forma quæ Curiæ est: sed hoc quoque parvi faciet inscientia. Quod si tu adesses, multum duorum sanitas promoveret.* Hactenus de his Symmachus ad suum æque Ethnicum Flavianum, de quo plura suo loco. Sed ex superiori inscriptione vides, in ipso collegio Pontificum, invito & contradicente Symmacho, concessum fuisse Maximæ Vestali statuam erigere Prætextato. At hæc occasione Paulinæ de viro suo hoc anno defuncto inaniter prædicantis in cœlum inter deos esse receptum, dicta sunto. Credimus (quod & conjectura facile persuadet) eumdem Prætextatum mærore confectum ea de causa ex hac vita esse sublatum, quod Imperatores sacris deorum penitus explosis, impensas quoque ad illa peragenda ex publico conferri solitas abstulissent, quin & redditus Vestalibus virginibus antiquo jure debitos pendi vetuissent: de quibus omnibus pluribus egit Symmachus ☞. Cum igitur Symmachus Urbana fungeretur Præfectura, libellum misit ad Valentinianum Imperatorem pro restituendo damnato legibus Gratiani deorum cultu: extat ipse titulo Relationis Symmachi Urbis Præfecti. Opportuna

* in decretis.

Prætextati obitus causa.

quidem homo dexterrimus usus est occasione obitus Gratiani, & Maximi tyrannidem exercentis; cum Valentinianus puer timore exagitatus, omnes timens, exemplo fratris monitus, qui milites expertus fuerat desertores ac proditores, nihil non concessurus esset magistratibus. Verum ut vires petitionibus Symmachus adderet, Senatus nomine se agere professus est, & non apud unum Valentinianum, quinetiam apud Theodosium atque Arcadium filium eumdemque Imperatorem; seque duplici munere, nempe Præfecti atque Legati, causam tractare, ipse docet his verbis: *Ut Præfectus vester Gesta publica prosequor, & ut Legatus civium mandata commendo.* Sed quid petiit? illud in primis & generatim cum ait: *Repetimus religionum statum, qui Reipublicæ diu profuit*: speciatim vero, ut concedat reparari aram Victoriæ; erat hæc in Capitolio, de qua Dio (b): *Fulmina namque permulta deciderant, quibusdamque cella Jovis Capitolini, quæ erat in templo Victoriæ, tacta fuerat.* Hæc ibi: verum creditur textus inversus, ut velit dicere tactam esse cellam Victoriæ, quæ erat in templo Jovis Capitolini: nam non cella, sed templum, illudque maximum fuit Jovis Capitolini. Alia etiam erat in Curia ara Victoriæ, de qua Herodianus: *Curiam ingressi, sic ut ultra quoque aram Victoriæ penetrarent.* Cum alioqui & alia in Urbe fuerint monumenta Victoriæ dedicata: nam a Sex. Rufo in Regione, Alta semita dicta, ponitur ædicula Victoriæ; sed & in Regione, Ad templum Pacis, fuisse dicitur ara seu area Victoriæ, & ab aliis alibi ponuntur aliæ.

(b) Dio hist. Rom. l.45.

Verum ad Symmachum redeamus. Petit quoque reddi Vestalibus stipendium ab aliis consuetum Imperatoribus exhiberi, quod vendicaverat sibi Fiscus; redditque agros iisdem virginibus & templorum ministris testamento relictos; utque in posterum liberum esset, cuique quid vellet iisdem deorum sacerdotibus testamento relinquere. VIII.

Hæc persentiscens S. Ambrosius, festinans occurrit, intercessitque ne quid extorqueretur ab adhuc puero Imperatore; cui litteras dedit, quibus tum primo illud ingessit, nullum alium esse Deum, quam quem coleret Christiana religio, deosque Gentium vere esse dæmonia; abhorrereque debere Christianum Imperatorem non solum ab illorum cultu, sed & ab omni IX.

S. Ambrosius contra Symmachum agit.

conscusa, quo diis sacra peragi permittantur; & quam longe abesso oportere, at ejus præcepto aræ dirutæ rustaurarentur, sumtusque ad peragenda sacrificia redderentur: revocatque eidem in memoriam, quanta Gentiles adversus Christianos eorumque Ecclesias sub Ethnicis Imperatoribus perpetrassent: ac ne rescindat, admonet, quod a Gratiano pie noverit esse statutum: *At cum per totum* (a) Ambr. epist.30. (*a*), inquit, *fere Orbem a pluribus retro Principibus inhibita, interdictaque sint, Romæ autem a fratre clementiæ tuæ augustæ memoriæ Gratiano fidei veræ ratione sublata sint, & datis antiquata rescriptis; ne, quæso, vel fideliter statuta convellas, vel fraterna præcepta rescindas. De negotiis civilibus si quid statuitur, nemo putat esse temerandum; & præceptum de religione calcatur?* Sed & ne clarissimi viri Symmachi moveretur auctoritate, illud inculcat: *Deferendum merita clarorum virorum & ego fateor, sed Deum certe esse omnibus præferendum. Si de re militari est consulendum, debet exercitati in præliis viri expectare sententia. Quando de religione tractatur est, Deum cogita. Nullius injuria est, cui Deus omnipotens antefertur, &c.* Illudque vehementer cavendum ingerit, ne putet ab universo Senatu rogari quod per Symmachum peteretur, sed male ab eo usurpatum esse Senatus nomen, quod a Gentilibus tantummodo Senatoribus constaret esse decretum: cui si quis Imperator Christianus annuisse diceretur, talem hac ex parte reprehensione existimari debere dignum. Cæterum a paucis Senatoribus Gentilibus eam docet factam esse suggestionem: ipsam vero Curiam majori numero Christianorum esse refertam; quibus refragantibus, talia illos indigna Christiani Imperatoris auribus ingessisse.

X. Quam caute agat Ambrosius. Admonuit insuper ut petitionem illam deferat ad Theodosium Imperatorem, ut rem gravissimam, neque absque illius arbitrio decernendam; atque in causa religionis Episcopos consulat. Petiit & relationis exemplum, quo respondeat, ut ita consultus Theodosius utriusque partis jura perpenderet. Quod si petitam ab Episcopis religionis defensionem Valentinianus ipse impertire negligeret; quid Ambrosius eidem comminatus sit, audi: (b) Ambr. ead. ep.30. *Certe*, inquit (*b*), *si aliud statuitur, Episcopi hoc æquo animo pati & dissimulare non possumus. Licebit tibi ad Ecclesiam convenire, sed illic non invenies sacerdotem, aut invenies resistentem. Quid respondebis sacerdoti dicenti tibi? Munera tua non quærit Ecclesia, quia templa Gentilium muneribus adornasti. Ara Christi dona tua respuit, quoniam aram simulacris fecisti, &c.* Sed & ne Valentinianus defensionem erroris suam pueritiam excusaret, Ambrosius ista subintulit: *Quid respondebis his verbis? Puerum esse te lapsum? Omnis ætas perfecta Christo est: omnis Deo plena pueritia fidei comprobatur: parvuli etiam Christum intrepido adversus persecutores ore confessi sunt.* At hæc omnia Ambrosius non tam ad Valentinianum, quam ad Justinam ejus matrem, cujus arbitrio ipse moderabatur Imperium, voluit esse directa, atque plenius innotescere.

Misit petitum Valentinianus ad Ambrosium Symmachi petitionis libellum; quem ipse contrariis scriptis ita redarguit & confutavit, ut absque perendina dilatione Ambrosio causa adjudicata fuerit: de qua victoria illud extat elegans Ennodii distichon; XI.

Dicendi palmam Victoria tollit amico;
Transit ad Ambrosium: plus favet ara deæ.

Sed & Aurelius Prudentius vir Consularis adversus eandem Symmachi relationem egregium poema conscripsit, eumdemque sectum in duos libros, quorum priori deorum Gentilium vanam mendacemque superstitionem redarguit & scite confutat. Crucisque potentiam ac gloriam prædicat, cujus virtute Roma a pravorum dæmonum dominio vendicata surrexerat: posteriori vero quæ a Symmacho suggesta essent, diserte refellit, penitusque dissolvit. Cæterum poema illud sub Honorio Imp. a Prudentio esse elaboratum constat, ut suo loco dicturi sumus. Sed miro quodam Dei consilio his temporibus accidit, ut idem ipse, qui pro Vestalibus virginibus tanta cum laude apud imperatorem Symmachus egit, eorum Primigeniæ, sive dixerimus Vestalium primæ lapsu vehementer oportuerit pudore suffundi: de cujus inferendo antiquo ritu supplicio, idem ipse quasi sacrorum acerrimus vindex magnopere laboravit: extant de his duæ ejusdem epistolæ; quarum prior sic se habet (*c*): Maximæ Vestalis lapsus. (c) Symm. l.9.ep.118.

XII. *More institutoque majorum, incestum Primigeniæ* * *dudum apud Albam Vestales Antistitas, collegii nostri disquisitio deprehendit; quod & ipsius quæ contaminavit pudicitiam sacram, & Maximi cum quo nefandum facinus admisit, confessionibus claruisse, Gesta testantur. Restat, ut in eos, qui cæremonias publicas abominando scelere polluerant, legum severitas exeratur* *. *Quæ tibi actio de proximi temporis exemplo servata est. Et ideo dignaberis, Reipublicæ utilitatem, legesque considerans, facinus cunctis usque ad hunc diem sæculis severissime vindicatum, competenter ulcisci. Vale.* Ita Symmachus unus ex Pontificibus ad Urbis Præfectum, quem in facinus cupit ultorem insurgere, ut

* Primogeniæ.
Symmachi epistola de lapsu Vestalis.
* exerceatur.

ut declarant posteriores ejusdem Symmachi scriptæ litteræ; quibus pariter intelligas, jura Pontificis Maximi agendi more patrio & jure antiquo adversus hujusce modi facinorosos reos, ab Imperatore collata fuisse in Præfectum Urbis. Epistola autem sequens sic se habet (a).

(a) Symm. l. 9. ep. 119.

XIII. *Secundum proxime ætatis exempla, clarissimo & excellentissimo viro fratri nostro Præfecto Urbi* * *Primigenia virginis, quæ sacra Albana curabat, a collegio nostro vindicta delata est: sed quia litteris ejus causæ probabiles asseruntur, quod neque muros urbis æternæ tanti criminis reum fas sit intrare, neque ipse ad longinqua possit occurrere, cum facinus ubi admissum est debeat expiari; necesse esse perspeximus potestatem finitimam convenire, & cui provinciarum jura mandata sunt, ut in Primigeniam quæ publici criminis maculavit arcana, corruptoremque ejus Maximum, qui quidem flagitium non negavit, severitas super* * *bis adhibita criminibus exaratur* *. *Dignaberis igitur, consideratis confessionibus, quæ nefandi criminis tragœdiam prodiderunt, injuriam castissimi sæculi reorum suppliciis vindicare.* Hactenus Symmachus. Quale autem esse soleret supplicium corruptis Vestalibus irrogandum, diximus in notis ad Romanum Martyrologium. Hæc quidem contigisse post relationem Symmachi, atque S. Ambrosii responsionem, ex eo facile possumus intelligere; quod cum alia plura in septem illas Virgines (neque enim hunc numerum excedebant) idem exprobret; certe tantum in easdem facinus exaggerare minime prætermisisset, id exigente pondere magnæ causæ, cujus pro Christianorum parte forte patrocinium suscepisset. Sed reliqua hujus anni ad Symmachum pertinentia prosequamur.

* Urbi incestatæ Primogeniæ.
* semper
* exercetur.

XIV. Nova querela adversus Symmachum. Hoc item anno, cum idem Symmachus (ut dictum est) Urbis Præfectum ageret, adversus ipsum a quibusdam ad Imperatores libellus accusationis allatus est, quo querebantur, Christianos ab ecclesiis avulsos, conjectos fuisse ab eo in carcerem; Insuper Episcopos e vicinis civitatibus ab eodem petitos, in vincula esse conjectos. Res quidem primo auditu sacrilega, quæ aures Valentiniani plurimum offendit, ejusque animum in eumdem magnopere concitavit; rescribensque jussit vinctos liberos relaxari, ipsumque Symmachum durius increpuit. Relatio hæc contra Symmachum forte ab schismatico aliquo provenit, qui Ursicino faveret; cum enim contra legem exilii una cum suis Romam hoc tempore se contulisse, paulo post dicemus. Qui igitur schismaticis obstitisset, in Christianos sæviisse, falso delatus est. At quid pro sui defensione Symmachus (b) ipse rescripserit, videamus:

(b) Symm. l. 10. ep. 34.

DDD. AAA. Valentiniano, Theodosio, & Arcadio Symmachus Præfectus Urbis.

XV. Symmachi litteræ ad Valentinianum. *Scio quidem, naturæ humanæ vitio, probitatem subjacere livori; sed miror eo progressas insidias æmulorum, ut crudo mendacio insontis fama peteretur, DDD. IMPPP. Quid enim non audeant, quidve intentatum relinquant, qui in arce terrarum Christianæ legis injuriis vindicata fana finxerunt? Flevit, credo, scenæ istius fabricator, cum de ecclesiæ penetralibus raptos ad tormenta simularet, cum de longinquis ac de finitimis urbibus duci Antistites in vincula describeret. Neque enim serenum clementiæ vestræ animum sine his argutiis compulisset sacro edicto populum convenire, ut asperioribus, quam pietati vestræ mos est, litteris præfectum, quem sine ambitu legistis, argueret. Reddat nunc, quisquis ille est, causas fallaciæ suæ; qui sub occasione justæ inquisitionis, qua me cultum spoliatorum mœnium investigare jussistis, tragicas quæstiones de ministris Catholicæ jactat agitatas. Respondeant litteris Episcopi Damasi, quibus assectatores ejusdem religionis negavit ullam contumeliam pertulisse. Non magnopere efficii mei prætendo responsa; a quo ideo quæsita est verum fides, ne factum aliquod recordationem quæsitoris effugeret.*

XVI. *Credatur ejus legis Antistiti, quæ læsa simulatur. Credatur Præfecto, qui perennitatis vestræ admonitus edicto, miratur in procinctu creditum, quod Romæ nescit admissum. Omitto injuriam Præfecturæ & conscientiæ meæ; quando eo processit insimulatio, ut vos quoque ipsos auctores honoris mei quadam reprehensione perstringat: nam qui summi loci Judices decolorant, sacri testimonii facilitatem videntur incessere. Jamdudum me Divus genitor numinis tui præcipuo honore dignatus est, ille meritorum arbiter singularis, cujus Imperium cum moribus recepisti. Paternum sequere; tuum tuere judicium.* Et post aliqua: *Unum illud*, inquit, *adjiciens, ut me perennitas vestra necessitate inquisitionis ejus absolvat, cujus auctoritatem referre ad scrinia Palatina jussistis. Nam si tantum de me improbis licuit extante præcepto; quid retractatis litteris non licebit? Sane laudabili viro Episcopo denegante ullum e suis aut carcere, aut vinculis attineri, & Officio eadem suggerente, ignoro quos potissimum præceperitis absolvi. Tenent quidem leges variorum criminum reos; sed, ut comperi, a mysterio Christianæ legis alienos. Quid igitur æternitas vestra decernat, devotus opperior, &c.*

XVII. Damasi obitus tempus. Intelligis ex his ad hunc usque annum etiam, quo Symmachus Urbanam Præfecturam gerebat, Damasum Romanum Pontificem fuisse superstitem; ut & hinc cognoscas Marcellinum Comitem in Chronico errore lapsum, dum ante biennium sub Consulatu Antonii & Syagrii, mense

Octobris, Damasum defunctum ponit. Obiit vero illa hoc anno, tertio Idus Decembris; quo die natalis ejus inter sanctos adscriptus antiqua memoria perseverat: quem jam prope octogenarium decessisse, auctor est S. Hieronymus, qui (ut vidimus) Romæ upud eum hoc tempore agebat, nec nisi post ejus ad Deum migrationem ab Urbe recessit. Consultius itaque Prosper in Chronico sub hujus anni Consulibus collocat in laterculo obitum Damasi, licet mendose pro suffecto Siricio Ursicinus legatur: absque enim aliqua controversia electum fuisse Siricium, paulo inferius dicturi sumus.

XVIII.

Sed ut quæ sunt temporis firmius stabiliantur, ex alia quoque ratione deducimus hoc anno Damasum decessisse. Cum enim constet ex his quæ superius dicta sunt, S. Hieronymum una cum Puulino & Epiphanio venisse Romam, Antonio & Syagrio Coss. anno Domini trecentesimo octogesimosecundo; idemque dicat (a) pene triennium Romæ mansisse cum Damaso, nec inde recessisse, nisi ipso defuncto; cumque liqueat mense Augusti (b) anni sequentis ex Urbe egressum esse; utique affirmare opus est, hoc unno mense Decembris Damasum ex hac vita migrasse. Obiit igitur hoc anno dictu die 25. Decembris, cum sedisset usque ad annum decimum octavum inchoatum per menses tres minus diebus quatuor; nam quem vidimus sedere cœpisse anno Domini trecentesimo sexagesimoseptimo, die decimaquinta Septembris, perseverasseque usque ad præsentem annum, diemque undecimam mensis Decembris, dictam temporis periodum implesse eum oportuit.

(a) *Hier. epist. 99.*

(b) *Hier. Apolog. adv. Ruff.*

Anni Pontificatus Damasi.

XIX.

Extant Acta Damasi in Ecclesia olim recitari solita apud nos in duobus codicibus pervetustis, nempe quinto atque decimo tomo VV. SS. exhibet eadem codex Vaticanus, & alius S. Mariæ Majoris, quem vidimus (c), in quibus ad finem hæc leguntur: *Ut plura prætereum, ea nullo modo reticebo, quæ Petrus sedis Apostolicæ diaconus in sermone quem in honorem beati Damasi edidit, in ejusdem Titulo contigisse commemorat; ait itaque fratribus præfati Tituli: Jam crebro, fratres, vidistis hic dæmonia effugata, febricitantium corpora sanata, & quod majus est, clyniços & contractos extensos, ut nuper visum est in homine incessu vestigiorum privato; qui hujus ante fores ecclesiæ positus, cum non diffideret se sanatum iri, eatenus per se cœpit sustentaculis ligneis repere, quatenus huc potuit pertingere; cui sic demum (ut ipse professus est) lux ex improviso ascedens, velut lampas effulsit, & illico pedum vestigia reparavit. Quod vero sequitur, non solum scriptu ejusdem Tituli, verum etiam picturæ declarant. Fuerunt duo homines non semper sanæ mentis, quos medici lunaticos vocant, ipsam basilicam frequentantes, & ut salutem reciperent, beatum Dumusum continuis precibus exorantes. Quadam itaque die venientes ante sepulcrum ejus, se prostraverunt, lacrymantes plus solito, Dei misericordiam per sancti Damasi subsidium implorantes; cumque ardenter hoc facerent, exauditi sunt; & recuperatu salute, Dei magnalia prædicabant; atque percepti beneficii non immemores, coma capitis detonsa, omnibus diebus vitæ suæ ipsorum in eodem loco Domino servierunt. Hæc autem miracula alii beato Laurentio martyri, alii beato Damaso deputant confessori: nos autem in miraculis non dividimus, quos una patria genuit, una Ecclesia* (nempe Romana) *promovit, una basilica calet in terris, unus Dominus honorat in cælis.* Hæc auctor. Supererant adhuc aliqui addicti Ursicino; qui Damaso, licet defuncto, tantam gloriam invidentes, dicerent, non meritis Damasi, sed intercessione S. Laurentii ea patrari miracula. At ejus intercessione miracula facta esse, qui reperitur ab ægrotantibus invocatus, quis dubitat? sæpeque Deum per confessorem impertiri complura, quæ a martyre accipi minime valuerunt, idque ob illustrandam memoriam confessoris fieri, plurima exempla declarant. Tu de his interim consule quæ S. Augustinus habet in epistola centesima decima septima, ubi agit

(c) *Vol. 5. vet. sanct. pag. 31.*

Miracula post obitum Damasi Papæ.

PAGIUS II.

Obitus Damasi PP.

A num. XVIII. ad XXI. *Damasum* Romanum Pontificem præsenti anno demortuum testatur Prosper in Chronico, & evincit Epitaphium Siricii ejus successoris, de quo Epitaphio anno sequenti. Hoc tamen in dubium revocat Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum, quod Marcellinus in Chronico Siricii initium sub præcedentis anni Consulibus consignet. Sed Marcellinus in hujus sæculi rebus referendis ita frequenter in Chronologiam peccat, ut mirum non sit, in *Siricii* exordio statuendo errasse. Hieronymus in Martyrologio ad IV. Idus Decembris, seu ad diem X. Decembris, ait: *Romæ Depositio Sancti Damasi Episcopi*: quod in auctiori Chronico veterum Pontificum die XI. Decembris accidisse dicitur: *Sepultus est in Basilica sua III. Idus Decembris, cum matre sua & germana.* Eundem diem exhibet Catalogus a Papebrocio publicatus, cujus titulus *Nomina Apostolicorum*. Qua ex diversitate juxta regulam a nobis statutam apparet, *Damasum* die decima Decembris ad Deum migrasse, & postridie sepulturæ mandatum esse. Quare cum in Catalogo citato *de Nominibus Apostolicorum*, & in Anastasio legatur, Damasum sedisse *annos octodecim, menses duos, dies decem*, liquet, eum Pontificatum iniisse die prima mensis Octobris anni trecentesimi sexagesimi sexti: in eam enim diem Dominica incidebat. Anastasius habet dies XXXI. sed mendose.

Ad

agit de S. Felice Nolano confessore ultore perjurii. Cæterum qui post mortem miraculis coruscavit, vivens quoque iisdem a Deo insignitus est, quorum unum & perinsigne quidem ex eodem fonte hic describemus.

XX. *Miraculum a Damaso vivente editum.*

Dum adhuc itaque superstes in vita Damasus esset, illud ab eo in iisdem Actis miraculum editum legitur; nimirum, cæcum annis tredecim, oculorum luce penitus orbatum occurrisse Damaso redeunti e basilica Vaticana, ubi super altare Petri Apostoli Missam celebrarat; magnaque fide clamasse, ut ejus ad Deum precibus illuminaretur: Cum Damasus aliquantisper cunctabundus, fide tamen petentis victus, signavit oculos ejus signo Crucis, illa adjiciens verba: Fides tua te salvum faciat. Et confestim aperti sunt oculi ejus, & vidit, & Deo gratias egit, ejusque sanctissimo sacerdoti Damaso, Hæc inquam ex dictis Actis ejus antiquitus scriptis. Putamus quidem ejusmodi tunc divina virtute editum esse miraculum, quo populus Ursicini divisus schismate, eo talem signo, qui legum sacrarum sancita non nosset, perspicuo intelligeret, qui verus legitimusque Pontifex esset; illumque verum esse non dubitaret Antistitem, cui Deus eo signo fuerat suffragatus.

XXI. *Damasi scripta.*

At non inter sanctos dumtaxat Damasus miraculis clarus adnumeratur, sed & inter scriptores Ecclesiasticos a S. Hieronymo recensetur, multaque metro edidisse traditur: sed & de Virginitate plures scripsisse libros tum carmine, tum soluta oratione, superius ejusdem Hieronymi testimonio dictum est. ☛ Porro aureas illas de Virginitate lucubrationes ad sanctam sororem virginem, Irenem nomine, a Damaso scriptas fuisse putamus; quam & defunctam ejusmodi prosecutus est epitaphio, quod diu latens, Dei beneficio his diebus in lucem emersit: sic se habet (*a*),

Epitaphium S. Irenes sororis Damasi Papæ.

(a) Antiq. inscrip. in Append. pag. 1172. n. 10.

HOC TUMULO SACRATA DEO NUNC MEMBRA QUIESCUNT
HIC SOROR EST DAMASI NOMEN SI QUÆRIS IRENAE
VOVERAT HÆC SESE CHRISTO CUM VITA MANERET
VIRGINIS UT MERITUM SANCTUS PUDOR IPSE PROBARET
BIS DENAS HIEMES NEC DUM COMPLEVERAT ÆTAS
EGREGIOS MORES VITÆ PRECESSERAT ÆTAS
PROPOSITUM MENTIS PIETAS VENERANDA PUELLÆ
MAGNIFICOS FRUCTUS DEDERAT MELIORIBUS ANNIS
TE GERMANA SOROR NOSTRI NUNC TESTIS AMORIS
CUM FUGERET MUNDUM DEDERAT MIHI PIGNUS HONESTUM
QUEM SIBI CUM RAPERET MELIOR TUNC REGIA COELI
NON TIMUI MORTEM COELOS QUOD LIBERA ADIRET
SED DOLUI FATEOR CONSORTIA PERDERE VITAE
NUNC VENIENTE DEO NOSTRI REMINISCERE VIRGO
UT TUA PER DOMINUM PRÆSTET MIHI FACULA LUMEN ☚.

Visuntur adhuc Romæ ipsius nonnulla epigrammata martyrum sepulcris incisa, sed ex eis perpauca integra. ☛ Ex quibus (ut aliquid degustes) hic tibi reddimus unum, quod integrum habetur in titulo Equitii.

Martyris hic tumulus, magna sub vertice montis
Gorgonium retinet, servat qui altaria Christi.
Hic quicumque venit, sanctorum limina quærat,
Inveniet vicina in sede habitare beatos,
Ad cælum pariter pietas quos vexit euntes.
Damasi Episcopi ☚

☛ Sed quod Deus dedit his diebus in lucem afferri, quæ diutius in tenebris latuere ejusdem Sancti Damasi complures in-

PAGIUS III. *Opera Damasi PP.*

Ad num. XXI. Opera *S. Damasi* a Martio Milesio Zarazanio collecta; sed epistola S. quæ dicitur scripta *Stephano Archiepiscopo Concilii Mauritaniæ & universis Episcopis Africanæ Provinciæ*, supposititia est, ut ostendit subscriptio: *Data Flavio & Stilicone VV. CC. Coss.* Flavius enim Stilico unus & idem est, qui anno CCCC. Aureliano Collega, & iterum anno CCCCV. Anthemio Collega Consulatum gessit. Præterea prænotatur epistolæ: *Damasus servus servorum Dei, atque per gratiam ejus Episcopus sanctæ Ecclesiæ urbis Romæ:* cum tamen ante Gregorium I. Pontifices Romani non sese *servos servorum Dei* in Epistolis appellarent. Liber etiam Pontificalis, seu Pontificale tomis Conciliorum insertum *Damaso* perperam attribuitur, ut inter Eruditos convenit. Nec denique Hieronymi ad Damasum, & Damasi ad Hieronymum epistola, inter Opera Damasi numeranda, ut ostendit Schelstratius in 1. parte Antiquit. illustr. Quoad Catalogum veterum Pontificum, qui in Liberio Papa desinit, quique Damasi Chronici nomine a nobis appellatus est, Damasi partum non esse, recte vidit Baronius. Hujus tamen Catalogi, utpote pervetusti, auctoritas magni ab omnibus facienda; cum ad Chronologiam Pontificiam usque ad Liberium ordinandam Opus certius non supersit. Damaso successit Siricius, & quidem currenti anno die XXII. Decembris, in quam Dominica incidebat. Qua de re anno sequenti.

Infcriptiones, eafdem hic, vel alibi in Annalibus, fuis locis affigere voluimus, ut tanti Patris, vel apex non effugiat; incipiamus ab Eutichio (a):

Eutychii Mart.

(a) Antiq. infcript. in appen. pag. 1172. n. 13.

EUTYCHIUS MARTYR CRUDELIA JUSSA TYRANNI
CARNIFICUMQUE VIAS PARITER TUNC MILLE NOCENDI
VINCERE QUOD POTUIT MONSTRAVIT GLORIA CHRISTI
CARCERIS INLUVIEM SEQUITUR NOVA POENA PER ARTUS
TESTARUM FRAGMENTA PARANT NE SOMNUS ADIRET
BISSENI TRANSIERE DIES ALIMENTA NEGANTUR
MITTITUR IN BARATRUM SANCTUS LAVAT OMNIA SANGUIS
VULNERA QUÆ TULERAT TURBANT INSOMNIA MENTEM
OSTENDIT LATEBRA INSONTIS QUÆ MEMBRA TENERET
QUÆRITUR INVENTUS COLITUR FOVET OMNIA PRÆSTAT
EXPRESSIT DAMASUS MERITUM VENERARE SEPULCHRUM:

Hactenus Damafi Epitaphium de Sancto Eutychio Martyre, quod non in antiquis chartis tantum contigit affervari, fed & in ipfa etiam marmorea tabula, in qua primum fuit incifum, quæ extat in Ecclefia S. Sebaftiani ad Catacumbas. Accipe & ejufdem Damafi Epigramma de Tarficio Martyre facram Euchariftiam geftante (b):

Tarficii Mart.

(b) Antiq. Infcript. in appen. pag. 1174 n. 2.

PAR MERITUM QUICUMQUE LEGIS COGNOSCE DUORUM
QUIS DAMASUS RECTOR TITULOS POST PRÆMIA REDDIT
JUDAICUS POPULUS STEPHANUM MELIORA MONENTEM
PERCULERAT SAXIS TULERAT QUI EX HOSTE TROPHÆUM
MARTYRIUM PRIMUS RAPUIT LEVITA FIDELIS
TARSICIUM SANCTUM CHRISTI SACRAMENTA GERENTEM
CUM MALE SANA MANUS * PERICRET PUIGARE PROFANIS
IPSE ANIMAM POTIUS VOLUIT DIMITTERE CÆSUS,
PRODERE QUAM CANIBUS RABIDIS COELESTIA MEMBRA:

* f. PETERET VULGARE.

hactenus hic de Damafi Papæ verfibus ☜. Quæ vero fertur nomine Damafi breviter texta feries Vitarum Romanorum Pontificum, alterius potius quam ipfius affe opus, alibi diximus, ac fæpius inculcavimus.

XXII. Quæ autem de eodem Damafo in ipfo libro de Romanis Pontificibus fcripta habentur (explofis his quæ mendacii arguuntur, ut quæ dicuntur de temporibus Juliani, de Epifcopatu Urficini, & aliis) hæc funt: nempe, duas bafilicas ipfum exædificaffe, alteram ad Theatrum Pompeji. ☞ Extant adhuc de eadem Bafilica ejufdem Damafi infignia monimenta, nempe antiquæ infcriptiones ibidem ab eo tunc pofitæ, quæ diu oblivione fepultæ, veluti poftliminio revocatæ, fuum recipiant locum; fic enim fe habent (c):

Res geftæ a Damafo.

De S. Laurentio in Damafo dicto.

(c) Antiq. Infcript. in appen. pag. 1164. n. 11. 12. 13. & pag. 1177. num. 5.

HINC PATER EXCEPTOR LECTOR LEVITA SACERDOS
CREVERAT HINC MERITIS QUONIAM MELIORIBUS ACTIS
HINC MIHI PROVECTO CHRISTUS CUI SUMMA POTESTAS
SEDIS APOSTOLICÆ VOLUIT CONCEDERE HONOREM
* ARCHIBIS FATEOR VOLUI NOVA CONDERE TECTA
ADDERE PRÆTEREA DEXTRA LEVAQUE COLUMNAS
QUÆ DAMASI TENEANT PROPRIUM PER SECULA NOMEN.

* ARCHIVIS.

Ibidem.

NON MIRUM EST FALLAX NIMIUM QUOD FLAMMA MINATUR
MARTYRIS AC CORPUS NIL NOCITURA CREMAT.
NAMQUE DOCET FIDEI MAGNAM SINE VINDICE POENA
AD COELUM MEDIIS IGNIBUS ESSE VIAM
HUNC ETENIM FRUITUR MARTYR LAURENTIUS IGNEM
ET MERITIS SUMMIS NE MORIATUR AGIT.

De eadem Ecclefia.

QUISQUIS PLENA DEO MYSTERIA MENTE REQUIRIS
HUC ACCEDE DOMUS RELIGIOSA PATET
HÆC SUNT TECTA PIO SEMPER DEVOTA TIMORI
AUDITUMQUE DEUS COMMODAT HIC PRECIBUS
ERGO LETHIFEROS PROPERA COMPESCERE SENSUS
JAM PROPERA SACRAS LÆTUS ADIRE FORES
UT TRANSACTA QUEAS DEPONERE CRIMINA VITÆ
ET QUICQUID SCELERUM NOXIUS ERROR HABET
ATTICA FELICIS MAGNI CLARISSIMA CONJUNX

SUM.

SUMPTIBUS HOC PROPRIIS ÆDIFICAVIT OPUS.

Aliod.

VERBERA CARNIFICES FLAMMAS TORMENTA CATENAS
VINCERE LAURENTI SOLA FIDES POTUIT.
HÆC DAMASUS CUMULAT SUPPLEX ALTARIA DONIS
MARTYRIS EGREGIUM SUSPICIENS MERITUM.

hæc ibi de Basilica Sancti Laurentii. Porro constat eumdem Damasum construxisse ☞ via Ardeatina alteram; exornasseque locum ad Catacumbas, ubi aliquando jacuerant corpora Apostolorum; struxisseque ibi platoniam, & Epitaphium conscripsisse.

XXIII. Quod vero ad platoniam pertinet; Ado legit Placoma; nostra manuscripta Placoton habent, & quidem rectius; per quod puto intelligi Ecclesiæ pavimentum tabellis marmoreis variis figuris decore stratum. Tradit enim Zonaras in Constantino Magno, ab eo Constantinopoli extructum fuisse forum, quod Placoton nominavit: ex eo, inquit, quod ex tabellis lapideis instratum esset. Porro hujuscemodi ornatu, & summa quidem impensa sterni consuevisse olim Ecclesiarum pavimenta; quæ adhuc extant integra, vel aliqua ex parte dissipata demonstrant. Quod si Platoniam legendum contemnis, ut aliis plerisque in locis idem nomen invenitur expressum; quid per platoniam intelligendum sit, ut veritatem valeas certius assequi, vide quod babes apud Cassiodorum (*a*), per platonias posse intelligi marmoreas tabulas ad ornatum comparatas; ac proinde platoniam struere, nihil aliud esse, quam parietes marmoreis tabulis incrustare. Sic & intelligendum, quod in eodem libro legitur de Liberio: *Hic de platoniis marmoreis ornavit sepulcrum S. Agnetis*. In compluribus antiquis Romæ Ecclesiis adhuc visere licet ejusmodi platonias superesse. ☞ Quod pertinet ad Epitaphium ibidem ad Catacumbas inscriptum, idem in chartis hactenus conservatum, hic tibi integrum reddimus his versibus (*b*).

(*a*) *Cassiod. Variar. l. 3. epist. 9.*

HIC HABITASSE PRIUS SANCTOS COGNOSCERE DEBES
NOMINA QUISQUE PETRI PARITER PAULIQUE REQUIRIS
DISCIPULOS ORIENS MISIT QUOD SPONTE FATEMUR
SANGUINIS OB MERITUM CHRISTUM PER ASTRA SECUTI
ÆTHERIOS PETIERE SINUS REGNAQUE PIORUM
ROMA SUOS POTIUS MERUIT DEFENDERE CIVES
HÆC DAMASUS VESTRAS REFERAT NOVA SIDERA LAUDES ☞.

(*b*) *Antiq. Inscript. in appen. p. 1172. n. 12.*

De loco ubi jacuere corpora Apostolorum.

XXIV. In eisdem Actis Damasi habetur, ab eo absolutam Ecclesiam Sanctarum Virginum, & Martyrum Rustinæ, & Secundæ in Sylva candida. Rursus de eodem in dicto libro de Romanis Pontificibus legitur, quæsisse insuper corpora Sanctorum Martyrum, atque invenisse; necnon Concilia Martyrum (nempe ut alibi declaravimus in Notis, ubi plura sunt sepulcra Martyrum, cœmeteria scilicet) versibus pariter illustrasse. Narrantur ibidem dona ab eodem collata Basilicæ S. Laurentii, quam erexit in Titulum. ☞ Extant in citato codice alia epitaphia indita aliis Sanctorum Martyrum memoriis, quas sive ornavit, vel restituit, eodem volumine (*c*) comprehensa; & inter alia de Mauro puero sic:

(*c*) *Antiq. Inscript. in appen. pag. 1171. n. 8.*

MARTYRIS HIC MAURI TUMULUS PIA MEMBRA RETENTAT
QUEM DAMASUS RECTOR LONGO POST TEMPORE PLEBIS
ORNAVIT SUPPLEX CULTU MELIORE DECORANS
INSONTEM PUERUM CUI POENA NULLA DEJECTI.

S. Mauri pueri martyris.

Sed & extant ejusdem Damasi versus, quibus alias exornavit Sanctorum Martyrum Ecclesias furore barbarico dissipatas, quas ipse restituit, videlicet (*d*):

(*d*) *Antiq. Inscrip. in appen. pag. 1171. n. 4. & supra 1170. n. 13.*

DUM PERITURA GETÆ POSUISSENT CASTRA SUB URBE
MOVERUNT SANCTIS BELLA NEFANDA PRIUS
ISTAQUE SACRILEGO VERTERUNT CORDE SEPULCRA
MARTYRIBUS QUONDAM RITE SACRATA PIIS
QUOS MONSTRANTE DEO DAMASUS SIBI PAPA PROBATOS
AFFIXO MONUIT CARMINE JURE COLI.
SED PERIIT TITULUS CONFRACTO MARMORE SANCTUS
NEC TAMEN HIS ITERUM POSSE LATERE FUIT
DIRUTA VIGILIUS NAM MOX HÆC PAPA * GEMESCENS
HOSTIBUS EXPULSIS OMNE NOVAVIT OPUS.

De memoriis martyrum in suburbiis.

* GEMISCENS.

Et

Et de alia Ecclesia sita in agro Romano a Gothis demolita tempore obsessæ Urbis:

HIC FUROR HOSTILIS TEMPLUM VIOLAVIT INIQUUS
CUM PREMERET VALLO MÆNIA SEPTA GETES
NULLIUS HOC POTUIT TEMERARIA DEXTERA GENTIS
HÆC MODO PERMISSA EST QUOD PERITURA FUIT
NIL GRAVAT HOC TUMULO SANCTORUM PESSIMUS HOSTIS
MATERIAM POTIUS REPPERIT ALMA FIDES
IN MELIUS SIQUIDEM REPARATO FULGIT HONORE
CUM SCELERE HOSTILI CREVIT AMOR TUMULIS
SUSCIPE NUNC GRATUS DEVOTÆ MUNERA MENTIS
DIOGENES MARTYR CUI DEDIT ISTA VOLENS
QVISQUIS AD HOC TEMPLUM PETITURUS DONA RECURRIS
SPES SIBI SIT LARGA EST MUNERE VERA FIDES.

Insuper & de Sanctis Martyribus Felico, & Adaucto, ejusdem Damasi ibidem (a):

(a) *Antiq. Inscrip. in appen. pag. 1171. n. 18.*

De Felice & Adaucto martyribus.

O SEMEL ATQUE ITERUM VERO DE NOMINE FELIX
QUI INTEMERATA FIDE CONTEMPTO PRINCIPE MUNDI
CONFESSUS CHRISTUM COELESTIA REGNA PETISTI
O VERE PRETIOSA FIDES COGNOSCITE FRATRES
QUI AD COELUM VICTOR PARITER PROPERAVIT ADAUCTUS
PRESBYTER IS VERUS DAMASO RECTORE JUBENTE
COMPOSUIT TUMULUM SANCTORUM LIMINA ADORANS.

Sed & in tumulo Sancti Saturnini Martyris via Salaria collocato hos versus incidendos curavit (b):

(b) *Antiq. inscript. in appen. pag. 1170. n. 2.*

S. Saturnini martyris.

HORUM MARTYRUM CULTORUM DAMASUS EPISCOPUS SERVUS DEI
SOLA NUNC CHRISTI FUERAT * CRARTA CINIS AN . . . .
TEMPORE QUO GLADIUS SECUIT PIA VISCERA MATRIS
SANGUINE MUTAVIT PATRIAM * NAMQUE GENUSQUE
ROMANUM CIVEM SANCTORUM FECIT ORIGO
MIRA FIDES RERUM DOCUIT POST EXITUS INGENS
CUM LACERAT PIA MEMBRA FREMIT GRATIANUS UT HOSTES
POSTEAQUAM FELLIS VOMUIT CONCEPTA VENENA
COGERE NON POTUIT CHRISTUM TE SANCTE NEGARE
IPSE TUIS PRECIBUS MERUIT CONFESSUS ABIRE
SUPPLICIS HÆC DAMASI VOX EST VENERARE SEPULCRUM
SOLVERE VOTA LICET CASTASQUE EFFUNDERE PRECES
SANCTI SATURNINI TUMULUS QUIA MARTYRIS HIC EST.

* *f.* VL. TAMQUE.

De SS. Proto & Hyacintho.

Et de Proto, & Hyacintho martyribus idem Damasus (c):

(c) *Antiq. Inscript. in appen. pag. 1172. n. 9. & p. 1173. n. 11.*

EXTREMO TUMULUS LATUIT SUB AGGERE MONTIS
HUNC DAMASUS MONSTRAT SERVAT QUOD MEMBRA PIORUM
TE PROTUM RETINET MELIOR SIBI REGIA COELI
SANGUINE PURPUREO SEQUERIS HYACINTHE PROBATUS
GERMANI FRATRES ANIMIS INGENTIBUS AMBO
HIC VICTOR MERUIT PALMAM PRIOR ILLE CORONAM

Item Aliud.

ASPICE DESCENSUM CERNES MIRABILE FACTUM
SANCTORUM MONUMENTA VIDES PATEFACTA SEPULCRIS
MARTYRIS HIC PROTI TUMULUS JACET ATQUE HYACINTHI
QUEM CUM JAM DUDUM TEGERET MONS TERRA CALIGO
HOC THEODORUS OPUS CONSTRUXIT PRESBYTER INSTANS
UT DOMINI PLEBEM OPERA MAJORA TENERENT.

Sed prosequamur reliqua ab eodem religiosa excitata ædificia [illegible]. Quid autem operis in Basilica Vaticana idem Damasus egerit, sic sequens epigramma declarat, quod affixum olim in pariete ejusdem basilicæ, in codice pervetusto exscriptum extat inter vetera ejusdem Ecclesiæ monumenta:

Cingebant lacus montem, teneroque meatu
Corpora multorum, cineres, atque ossa rigabant.
Non tulit hoc Damasus, communi lege sepultos
Post requiem tristes iterum persolvere pœnas.

Pro-

Fons baptismatis in Vaticano.

Protinus aggressus magnum superare laborem,
Aggeris immensi dejecit culmina montis.
Intima sollicite perscrutans viscera terræ,
Siccavit totum quicquid madefecerat humor.
Invenit fontem, præbet qui dona salutis.
Hæc curavit Mercurius levita fidelis ☞. Ad Fontem.

His addatur item de fonte Damasi vetus Inscriptio his versibus (*a*):

(*a*) *Antiq. Inscript. in appen. pag. 1163. n. 10.*

NON HÆC HUMANIS OPIBUS NON ARTE MAGISTRA
SED PRÆSTANTE PETRO CUI TRADITA JANUA COELI EST
ANTISTES CHRISTI COMPOSUIT DAMASUS
UNA PETRI SEDES UNUM VERUMQUE LAVACRUM
VINCULA NULLA TENEAT *: ACATHIUS VOTUM SOLVIT:

* TENENT.

De Ecclesia S. Anastasiæ.

Huic subditur, quod demonstrat egregium ornamentum, ab eodem Damaso Papa in Ecclesia S. Anastasiæ positum, allud Epitaphium his versibus (*b*):

(*b*) *Antiq. Inscript. in appen. pag. 1164. n. 6.*

ANTISTES DAMASUS PICTURÆ ORNARAT HONORE
TECTA QUIBUS NUNC DANT PULCHRA METALLA DECUS
DIVITE TESTATUR PRETIOSIOR AULA NITORE
QUOS RERUM EFFECTUS POSSIT HABERE FIDES
PAPÆ HILARI MERITIS OLIM DEVOTA SEVERI
NECNON CASSIÆ MENS DEDIT ISTA DEO:

Sed revertamur ad fontis ornatum positum in Basilica Vaticana ☜. Porro de eodem fonte baptismali Prudentius in Peristephano, cum agit de Passione Petri & Pauli, deque basilica Vaticana, hæc habet:

Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum,
Canens oliva, murmurans fluentu.
Namque supercilio saxi liquor ortus excitavit
Fontem perennem chrismatis feracem.
Nunc pretiosa ruit per marmora, lubricatque clivum,
Donec virenti fluctu & Colymbo
Interior tumuli par est, ubi lapsibus sonoris
Stagnum nivali volvitur profundo.
Omni color vitreas pictura superne pingit undas,
Musci relucent, & virescit aurum,
Cyaneusque latex umbram trahit imminentis ostri.
Credas moveri fluctibus lacunar.
Pastor oves alit, ipse illic gelidi rigore fontis
Videt sitire, quas fluenta Christi.

Hæc Prudentius, alludens ad amplissimum fontem baptismatis qui nuper a Damaso constructus erat.

XXV. Porro alterius fontis in atrio positi structura sic describitur a S. Paulino, qui hoc etiam tempore claruit, atque vidit. In epistola enim ad Aletium (*c*) de funere ab eo impenso Ruffinæ conjugi, filiæ sanctæ Paulæ, cum agit de eadem basilica Apostolorum, hæc habet: *Prætento nitens atrio fusa vestibulo est: ubi cantharum ministra manibus & oribus nostris fluenta ructantem fastigiatus solido ære tholus ornat & inumbrat, non sine mystica specie quatuor columnis salientes aquas ambiens, &c.* Declaratque pluribus structuræ mysterium. Quæ omnia Damasi operi tribuuntur, cum ante ipsum aquæ dispersæ nullius usus, sed detrimenti essent mortuorum sepulcris, ipsi nimirum cœmeterio Vaticano. Cæterum quod ad fontem baptismalem spectat, quem ipse extruxerat; illud in Actis ejus miraculum enarratur, acceptum ex sermone habito in ejusdem Damasi depositione: extat apud nos tomo quinto Vitarum Sanctorum manuscripto; ubi auctor: *Nuper*, inquit, *res hæc gesta est, quam factam vidimus, &c.* Ait enim (ut rem paucis comprehendamus) Sabbato Paschalis festivitatis, cum compressio magna esset, baptismi tempore puerulum e manibus gestantis hominis lapsum, ad imaque fontis delatum, ab omnibus deploratum esse ut mortuum: cum autem Damasus oculos ad cælum elevasset, ac pro ipso orasset, post horæ spatium puerulum jussu Damasi ex profundo aquarum vix eductum, inventum esse præter spem & expectationem omnium vivam sanumque ut antea erat: tuncque ab universo populo immensam Dei potentiam & Damasi sanctitatem magno præconio conclamatam fuisse.

Fons atrii basilicæ Vaticanæ.

(*c*) *Paulin. epist. 31.*

XXVII. Sed rursum ad ea quæ in dicto libro de Romanis Pontificibus de Damaso scripta habentur, revertamur. Quæ autem ibi sequuntur, appendicem putamus adjectam; qua de Damaso dicitur, ejus præcepto institutum, ut die noctuque psalmi in ecclesiis canerentur: quod plane falsum est. Sed fortasse aliqua potius forma ab eo præscripta fuit: etenim falso asseritur cantus psalmorum a Damaso institutus: siquidem ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ viguisse in Ecclesia Catholica cum

cantu diurnam nocturnamque psalmodiam certum est. Equidem illud puto; quod ad psalmodiam pertinet, emendatum a S. Hieronymo Psalterium Septuaginta Interpretum, a Damaso canendum Occidentalibus traditum: de ipso enim idem Hieronymus in Apologia adversus Ruffinum hæc habet: *Psalterium quoque certe emendatissimum juxta septuaginta interpretes nostro labore dudum Romæ suscepit.*

XXVII. ☞ Acceptis hisce S. Hieronymi lucubrationibus in Psalterium Davidis Damasus, laudem tanti Regis atque Prophetæ his cecinit versibus, quos reperimus in bibliotheca Basilicæ S. Petri, codice primo S. Hieronymi, qui continet expositionem ejus in Psalmos. Habet eosdem codex Vaticanæ bibliothecæ, licet utrobique admodum depravati legantur.

Versus Damasi in laudem Davidis.

Nunc Damasi monitis aures præbete benignas,
Sordibus depositis purgant penetralia cordis,
*Cursa * cum renovant Christo servire parati.*
Prophetam Christi sanctum cognoscere debes.
Pastorem puerum multis e fratribus unum
Angelus ex ovibus rapuit, regemque dicavit,
Organa qui sciret manibus componere solus,
Psallere per citharam populo cælestia regna,
Ingentem, clypeoque gravi, frastraque minantem
Impium, maledicum, phaleras ac tela gerentem,
Sardorum demens coleret qui templa Deorum,
Mactavit saxo tereti, truncumque reliquit.
Judicioque Dei ingenti mox cæde peracta
Monstravit populis, tulerat quæ ex hoste trophæa.
Nam Damasus scit sancte tuos, Deus, ipse triumphos.

His subjiciuntur sancti Hieronymi versus quos recinens ad S. Damasum misit; habent eos iidem Codices ejusmodi inscriptione.

Versus Domini Hieronymi presbyteri.

Psallere qui docuit dulci modulamine sanctos,
Noverat iste, decem legis qui verba dedisset.
Quot digitis citharam cordis totidemque dicavit,
Nomina vel signum numerum Crux ipsa notaret.
Credere quid dubitas? virtus regit omnia Christi.
Qui varias junxit uno sub carmine linguas,
Ut pecudes, volucresque deum cognoscere possint.
Hic sonus est fidei, mentes qui mulcet amaras,
Sic creatura prior tanto de munere gaudet,
Offerat ut Domino, salvet quos gratia vocit.
Quisque sitit, veniat cupiens haurire fluenta:
Inveniet latices, servant qui dulcia mella.

Oret pro nobis beatitudo tua Beatiss. Pap. ☜

XXVIII. De Alleluja.

Hic etiam quod ad Damasum spectat non omittendum, sanctum Gregorium tradere, ex Hierosolymorum Ecclesia per sanctum Hieronymum Damasum accepisse, ut Romana Ecclesia concineret Alleluja; sunt enim hæc verba Gregorii (a): *Ut Alleluja hic diceretur, de Hierosolymorum Ecclesia ex beati Hieronymi traditione, tempore beatæ memoriæ Damasi Papæ traditur tractum.* Ita ipse. Quod quidem non sic accipiendum est, ut tempore Damasi cani cœptum sit Romæ Alleluja, sed ut caneretur extra Paschale tempus, ut idem Gregorius supra declarat: nam hujus vocis usum Romæ perantiquum fuisse, certum est; siquidem sanctus Augustinus (b) non recentiori usu sed antiqua traditione ab Ecclesia Catholica toto Orbe diffusa, Alleluja cantari solitum tradit. Cæterum peculiarem quemdam ejus vocis usum ab Ecclesia Hierosolymitana Romanam Ecclesiam mutuatam esse, possumus ex verbis Gregorii intelligere: ejus enim vocis usus diversas fuisse consuetudines, idem sanctus Augustinus ad Januarium scribens affirmat (c): idemque alibi (d) tradit, certis tantum diebus motis fuisse solemniter decantari: diebus autem Quadragesimæ ab eo cantico cessari solitum alibi docet, (e). Sed habetur apocrypha illa Hieronymi nomine ad Damasum epistola, qua dicitur, ut Alleluja psalmis omnibus affigatur.

(a) Greg. l.7. epist. 63.
(b) Aug. in Psalm. 106.
(c) Aug. epist. 119. c.17.
(d) Aug. in Psal. 106.
(e) Idem in Psal. 110.

XXIX. Quod autem de his ad Romanæ Ecclesiæ consuetudinem pertinet; hallucinatur plane Sozomenus (f), dum ait, in ea nonnisi semel in anno cani solitum Alleluja: nam Vigilantium hæresiarcham ejus institutionis auctorem fuisse, conatumque eam Hierosolymis introducere, testatur Hieronymus in eo quem adversus eumdem Vigilantium scripsit commentarium. Cæterum Romæ hisce temporibus Damasi & successorum adeo frequenti usu eam vocem fuisse receptam liquet, ut etiam in Ecclesia caneretur in funere defunctorum:

(f) Sozo. l.7. c.19.

tra-

tradit id sane idem S. Hieronymus (a), in epitaphio Fabiolæ, ubi ait de funere: *Sonabant psalmi, & aurata tecta templorum reboans in sublime quatiebat Alleluja;* dum scilicet agarentur Fabiolæ exequiæ. Extra ecclesiam vero adeo frequens & peculiaris omnibus ista vox, ut ipsi etiam infantes in ejus sonum linguam primum solvere docerentur; quod monstrat S. Hieronymus, cum de filia Paula ad Lætam matrem scribens, (b) tradit infantulam ore balbutiente consuevisse occinere Alleluja. Sic & Hierosolymis adeo in omnium piorum ore Alleluja fuisse, ut agricolæ etiam loco sæcularium cantionum laboris molestias eo cantico allevarent, idem affirmat (c): ejus quoque vocis symbolo solitos convocari monachos ad synaxim, alibi tradit (d).

(a) Hier. epist. 30. (b) Hier. epist. 7. & 87. (c) Hier. epist. 17. (d) Hier. epist. 27.

XXX. Atque demum, ut rursus ad Damasum revertamur, hæc ibidem leguntur ad calcem: *Hic fecit ordinationes in Urbe Roma quinque per mensem Decembrem, presbyteros creavit triginta & unum, diaconos undecim, Episcopos per diversa loca numero sexaginta duos: Qui etiam sepultus est via Ardeatina in Basilica sua, tertio Idus Decembris, juxta matrem & germanam.* Porro inde translatum fuisse in ecclesiam S. Laurentii ad Theatrum Pompeji, quæ dicta sunt superius docent. Cessasse autem Pontificatum dies triginta & unum, ibidem æque legitur, quamobrem subrogationem Siricii successoris non ante sequentem annum contigisse apparet: agemus ergo de ea suo loco.

XXXI. ☞ Ad postremum autem hic subjicimus tibi ejusdem Damasi epitaphium, quod ipse vivens sibi conscripsit, pium valde: acceptum est ipsum ex pervetusto codice bibliothecæ Trevericæ ecclesiæ S. Petri. Exscripsit illud Christophorus Brouwerus, Societatis JESU professor, Romam vero ad nos misit Nicolaus Serarius ejusdem Societatis professor, hac inscriptione prænotatum.

Epitaphium Papæ Damasi, quod sibi edidit ipse.

Qui gradiens, pelagi fluctus compressit amaros,
Vivere qui præstat, morientia semina terræ,
Solvere qui potuit Lazaro sua vincula mortis
Post tenebras, fratrem post tertia lumina solis
Ad superos iterum Mariæ donare sorori,
Post cineres Damasum faciet quia surgere, credo.

Damasus de sua Sepultura.

Rursum vero de loco suæ sepulturæ apud Sanctos Martyres collocandæ, nisi ipsum reverentia absterruisset, extat ejusdem Damasi ejusmodi Inscriptio (e).

(e) Antiq. inscrip. in Append. pag. 1172. n. 28.

HIC CONGESTA JACET QUÆRIS SI TURBA PIORUM
CORPORA SANCTORUM RETINENT VENERANDA SEPULCHRA
SUBLIMES ANIMAS RAPUIT SIBI REGIA COELI
HIC COMITES XYSTI PORTANT QUI EX HOSTE TROPÆA
HIC NUMERUS PROCERUM SERVAT QUI ALTARIA CHRISTI
HIC POSITUS LONGA VIXIT QUI IN PACE SACERDOS
HIC CONFESSORES SANCTI QUOS GRÆCIA MISIT
HIC JUVENES PUERIQUE SENES CASTIQUE NEPOTES
* QUIS MAGE VIRGINEM PLACUIT RETINERE PUDOREM
HIC FATEOR DAMASUS VOLUI MEA CONDERE MEMBRA
SED CINERES TIMUI SANCTOS VEXARE PIORUM ☜

* Queis.

XXXII. Hoc eodem anno S. Augustinus, ut ipse testatur (f), a Symmacho Præfecto Urbi, cujus functionem hoc anno contigisse monstravimus, Mediolanum aperiendi caussa sibi ludum litterarum, & docendi rhetoricam, mittitur. Accepit libenter eam occasionem, quod docens in Urbe discipulos parum fideles nactus esset: quippe admodum illiberaliter, cum tempus adveniret persolvendæ mercedis, simul conspirantes nonnulli ex ipsis, effecti desertores, ad alium doctorem se conferebant (g). Porro ejus Mediolanum adventus non solum Præfectura Symmachi consignatur, sed etiam Consularibus fastis. Si quidem contra Petilianum agens (h) affirmat, Mediolanum venisse ante Consulatum Bautonis, qui anno sequenti contigit. Sed & ex annis ætatis ejusdem Augustini id etiam exploratum redditur; nam cum alibi dicat (i) se tunc fuisse annorum triginta adhuc, & errore Manichæorum detentum: ex præscripta quidem superius annorum Augustini chronographia plane deprehenditur, annum ætatis ejus trigesimum inchoari cœpisse hoc anno Domini trecentesimo octuagesimo quarto. Sed videamus quid ipse de sua Mediolanum profectione conscribat:

(f) Aug. Confess. l. 5. cap. 13. (g) Aug. l. 5. c. 12. (h) Aug. contra lit. Petil. c. 27. (i) Aug. Confess. l. 6. c. 11.

XXXIII. *Postquam*, inquit (k), *missum est a Mediolano Romam ad præfectum Urbis, ut illi civitati rhetoricæ magister provideretur, impertita etiam evectione publica: ego ipse ambivi per eosdem ipsos Manichæis vanitatibus ebrios, quibus ut carerem ibam, sed utrique nesciebamus, ut dictione proposita, me probatum Præfectus tunc Symmachus mitteret. Et veni Mediolanum* ad

(k) Aug. Confess. l. 5. c. 13.

Ambrosius ergo Augustinum benignus.

Ad Ambrosium Episcopum, in optimis notum Orbi terræ, pium cultorem tuum, cujus tunc eloquia strenue ministrabant adipem frumenti tui, & lætitiam olei, & sobriam vini ebrietatem populo tuo. Ad eum autem ducebar abs te nesciens, ut per eum ad te sciens ducerer. Suscepit me fraterne ille homo Dei, & peregrinationem meam satis episcopaliter dilexit: & eum amare cœpi primo quidem non tamquam doctorem veri, quod in Ecclesia tua prorsus desperabam, sed tamquam hominem benignum in me. Et studiose audiebam disputantem in populo, non intentione qua debui, sed quasi explorans ejus facundiam, utrum conveniret famæ suæ, an major, minorve proflueret, quam prædicabatur: & verbis ejus suspendebar intentus, rerum autem incuriosus & contemptor astabam, & delectabar suavitate sermonis, quamquam eruditioris, minus tamen hilarescentis atque mulcentis, quam Fausti erat, quod attinet ad dicendi modum. Cæterum rerum ipsarum nulla comparatio: nam ille per Manichæas fallacias aberrabat, iste autem saluberrime docebat salutem. Hactenus Augustinus de suo Mediolanum adventu, & cum Ambrosio consuetudine; cujus concionibus paulatim est emollitus.

XXXIV. (a) Aug. Confess. l. 5. c. 14. Augustinus transit ad Academicos.

Profecit vero adeo Augustinus (a), ut duos ante errore duci deprehendisset, jam Manichæos penitus derelinquere animo decreverit, non tamen ut ob id fieret Christianus, sed ad Academicos se conferret; eo namque statu sancta Monica mater ejus, assectata vestigia filii, Mediolanum veniens, ipsum invenit, plurimumque gavisa est, jam prævidens fore etiam aliquando Christianum. Adhæserant (b) Augustino gentiles ejus, Alipius Hipponensis & Nebridius patria vicina Carthagini oriundus: horum prior Romæ ab Augustino inventus, una cum ipso Mediolanum profectus est; posterior ea de causa, relicta Africa, Mediolanum se contulit, ut cum eodem Augustino conviveret. Deducebat interea Alipius (c) eum ab uxore ducenda. Romanianus quoque municeps Hipponensis (ad quem Paulini extant litteræ) arctæ consuetudinis usu eidem Augustino proxime accedebat. Cum inter hæc ejus concubina in Africam unde venerat rediit, relicto illi filio, quem ex eo susceperat, Adeodato: quibus solutus ille vinculis, e tenebris paulatim in lucem cœpit emergere.

(b) Aug. Confess. l. 6. c. 19.

(c) Ibid. c. 13. 14. & 15.

XXXV. S. Monica venit Mediolanum.

Interea autem Monica sanctissima femina pro filii salute solicita, frequens in sacris conventibus atque assidua in ecclesia erat (d), Tunc accidit, ut cum epulas ferret ad Memorias martyrum, (quæ erogari solebant in cibos pauperum, qui in ecclesiam in martyrum natalitiis ad Agapen convocabantur: id enim non tantum in Africa fieri solitum erat, sed Romæ quoque in memoriam defunctorum, ut apparet ex epistola Paulini ad Alethium scripta) argueretur ab Ambrosio, qui correxit id Mediolani: cujus exemplum, docente postea Augustino, Africana Ecclesia secuta (e) est, & Oriens didicit a Laodiceno Concilio. Cæterum quam citissime sanctitas Monicæ Ambrosio innotuit; de qua sermonem habens cum Augustino congratulabatur eidem, quod sanctissimam feminam matrem haberet: A qua rogatus de jejunio sabbati (f), sic Ambrosius ipse respondit, ut aliarum Ecclesiarum consuetudini non detrahens, suam servaret, sabbatoque jejunaret, dum Mediolani esset: Romæ autem dum moraretur, Romanæ servaret Ecclesiæ consuetudinem, quam summa coluit observantia: nam de his aliquando agens, hæc addit verba (g): *In omnibus cupio sequi Romanam Ecclesiam*. Cæterum ejusmodi rituum diversitates non improbari in eis qui una fide Catholica conjunguntur, S. Augustinus pluribus docet in epistola ad Januarium.

(d) Aug. Confess. l. 6. c. 2.

(e) Aug. epist. 64.

(f) Aug. epist. 118.

(g) Ambr. de Sacram. l. 3. c. 1.

XXXVI. Augustinus resipiscit tandem.

Cum igitur (ut ad ipsum Augustinum redeamus) a Manichæis ipse laudabiliter defecisset, Platonicis se dogmatibus totus addixit, coluitque summopere Academicos. Vigebant tunc temporis & magnæ æstimationis erant apud plurimos Gentiles philosophi, præsertim vero Academici; qui quasi soli essent, qui universum mundum veritatis luce perfunderent; quicquid apud alios reperiri posset consentaneum veritati, id a sua ipsorum philosophia acceptum esse, inani jactantia gloriari solerent: & eo usque progressa est eorum temeritas, ut palam effutirent a Platone Christianos accepisse de fide sententias, quas Evangelista Joannes suæ narrationis exordio præ foribus exposuisset pro miraculo omnibus contemplandas. Occurrit quamprimum pesti huic grassanti S. Ambrosius, qui adversus Academicos eruditissime disputans, eos fortissime erroris redarguit; cujus libros contra Platonem conscriptos idem S. Augustinus magnopere celebrat (h): erat eorum librorum titulus, *De Sacramentis*, sive, *De Philosophia*: quos idem S. Augustinus in Africam reversus mitti ad se a S. Paulino petiit (i). Hic status erat hoc anno atque sequenti ex parte rerum Augustini, cum inter Academicos sedulo profiteretur; apud quos nihil inveniens affirmari certi, æque desperans de veritate apud eos invenienda, lassus jam, multorum annorum curriculis indagandæ veritatis causa exui effectus; quam despexerat fidem Christianam, in eam conjicere cœpit oculos, ipsam attentius contemplatus, num quæ in ea essent, solida firmitate subsisterent. Sed quam egregie has ipse sui animi afflictiones depromat, audi (k): Et

(h) Aug. de doctr. Christian. l. 2. c. 23. & contra Julian. Pelag. c. 7. atque Retractat. l. 2. c. 4.

(i) Aug. epist. 34.

(k) Aug. Confess. l. 6. c. 11.

XXXVII. Augustinus diu errans redit ad portum.

Et ego maxime mirabar satagens & recolens quam longum tempus esset ab undevigesimo anno ætatis meæ, quo fervere cœperam studio sapientiæ, disponens ea inventa relinquere omnes vanarum cupiditatum spes inanes & insanias mendaces. Et ecce jam tricenariam ætatem gerebam in eodem luto hæsitans: Et paulo post: *O magni viri Academici, nihil ad agendam vitam certi comprehendi potest. Immo quæramus diligentius, & non desperemus. Ecce jam non sunt absurda in libris Ecclesiasticis, quæ absurda videbantur, & possunt aliter atque honeste intelligi. Figam pedes meos in eo gradu, in quo puer a parentibus positus eram, donec inveniatur perspicua veritas, &c.* Accidit plane Augustino, ac si quis e portu solvens, undique ventorum turbinibus exagitatus, jactetur undique fluctibus; qui diu oberrans, omni spe prosperæ navigationis amissa, nihil sibi consultius accidere posse intelligit, quam si ad portum, unde solverat, revertatur: ita nempe qui a decimo nono (ut ait) anno, veritatis indagandæ cupidus, nobilis ingenii vela panderat, Manichæorum flatus impetu raptus, cæca offusus diu caligine, & in incerto errans, advertit tandem se longe longius a portu, quem quæsierat, veritatis abesse; a quo & remotius aberrasse, cum imprudens Academiam quæsivit: sed cito sensit, quod non veritatis portus, sed re vera statio tantum esset male fida carinis. Quamobrem magno desiderio illum cupere ac quærere portum bene cœpit, unde male solvisset; ac licet sero, novit tandem vere illam veritatis tutissimam mansionem, in qua primo ætatis adultæ tempore versatus erat; dum (ut ipse testatur (*a*) alibi) a parentibus traditus est Ecclesiæ, factusque cathecumenus. Quonam modo autem perfecte postea fuerit assecutus certam veritatem, dicemus anno sequenti.

(a) *Aug. de utilit. credendi c. 8.*

XXXVIII. Theodosii edictum contra hæreticos.

Quod vero ad res pertinet Orientis; Theodosius Imperator hæreticos sæpe damnatos, sæpeque pulsos, iterum revertentes, seque Fidelium cœtibus in civitatibus insinuantes, recenti lege proscribit, ita rescribens hoc anno ad Cynegium Præfectum Prætorio (*b*):

(b) *l. 13. de hæret. C. Theod.*

Eunomiani, Macedoniani, Ariani, necnon Apollinariani inter sacra religionis officia pro suis erroribus famosa sunt nomina. Omnes itaque, qui horum professionum vel pontificium sibi vel ministerium vendicarunt, qui se fugati nominis adserunt sacerdotes, quique in criminosa religione ministrorum sibi nomen imponunt; qui docere se dicunt, quod aut nescire *, *aut discere sit dedecorosum; omnibus hujus Urbis latebris indagine curiosiore perspectis, sine ulla gratia interventione pellantur: in aliis locis vivant, ac penitus a bonorum congressibus separentur. Dat. XII. Kal. Februarii Constantinop. Richomere* * *& Clearcho Coss.* Hujus quidem iterum sanciendæ legis auctor Theodosio fuit Gregorius Nazianzenus, qui licet absens, ruri que paterno Arianzi solitariam vitam ageret, tamen haud potuit oblivisci plantatæ a se vineæ, Ecclesiæ scilicet Constantinopolitanæ; quam cum accepisset, dormitante Nectario ejus Episcopo, ab hæreticis proculcari, ad ipsum Nectarium non sine stomacho ejusmodi litteras dedit (*c*):

* scire.

* Ricimere.

(c) *Greg. Nazianz. ad Nectar.*

XXXIX. Gregorius Nazianzenus excitat Nectarium adversus hæreticos.

Dei cura & providentia, quæ ante tempora nostra Ecclesias tueri solebat, vitam hanc deseruisse in universum videtur. At mihi calamitatibus ita demersa & obruta est anima, ut privatas vitæ meæ molestias nec in malorum quidem numero habeam (tot alioqui tamque graves atque acerbas, ut si cui alii accidissent, intolerabiles viderentur) verum ad solas Ecclesiæ afflictiones respiciam: quibus sanandis, nisi hoc tempore cura aliqua adhibeatur, in omnimodam desperationem sensim res provolventur. Qui Arii, sive Eudoxii hæresim profitentur, haud scio a quo in hanc amentiam audaciamque perpulsi atque incitati, velut libertate quadam arrepta, morbum suum insolenter ostentant, Ecclesias colligentes, quasi ex permissu hoc facientes. Hæc Gregorius, plane illud significans, quod Theodosius in recitato edicto postea intexuit; nimirum eo procaciæ hæreticos pervenisse, ut in sua ipsorum ostentanda doctrina jactarent, dedecorosum esse nescire quæ ipsi docerent. Et quod addit, eos ita procaciter hæresin propalare, quod illis hoc facere permissum esset; ad id sane respexit idem Imperatoris edictum, verbis illis: *Sine ulla gratia interventione pellantur.* Sed subdit Gregorius ad Nectarium de aliis in edicto nominatis hæreticis:

XL. *Macedoniani autem factiose contendentes, eo temeritatis & vesaniæ proruperunt, ut Episcoporum nomen sibi ipsis adsciscant, atque in his locis appareant, caputque exerant, Eleusium suæ electionis auctorem garrientes.* Hos plane Theodosius eodem edicto sugillat, dum ait, eosdem sibi pontificium ac ministerium earum professionum vendicasse. Sed de aliis hæc addit Gregorius: *At vero intestinum nostrum malum Eunomius parum jam habet quoque numero esse; verum nisi omnes in perniciem suam exitiumque pertraxerit, detrimenti loco ducit. Atque hæc tamen ferenda. Quod autem ex omnibus Ecclesiasticis calamitatibus acerbissimum, Apollinaristarum licentia est: quos haud scio quonam modo pietas tua conventuum æque ac nos habendorum auctoritatem sibi arrogasse atque usurpasse, passa fuerit. Quamquam autem omnino Dei beneficia mysteriis divinis instructus & eruditus, non modo recte de-*

doctrinæ patrocinium nosti, verum ea etiam omnia quæ adversus sanam & Orthodoxam fidem ab hæreticis excogitata sunt; honorificentiam tamen tuam a tenuitate nostra certiorem fieri, haudquaquam intempestivum fuerit, mihi in manibus esse libellum Apollinaris, in quo ea quæ astruuntur, hæreticam omnem perversitatem excedunt. Affirmant enim, &c. Capita hæresis Apollinaris retexit, quæ nos superius recensuimus; atque demum hæc addit: *Proinde si his qui talia sentiunt, cœtus habere licet; illud velim cogitet & expendat tua in Christo illustris prudentia, quod cum nobis cum eorum dogmatibus non conveniat, cœtus habendi illis potestatem factam esse, nihil aliud esse, quam eorum doctrinam nostra veriorem existimare. Nam si illis, ut piis & Orthodoxis, ea quæ sentiunt, docere, libereque promulgare permittitur; quis non videt doctrinam Ecclesiæ condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus stante? Neque enim rerum natura fert, duas de eadem re doctrinas contrarias esse veras.*

XLI. *Quomodo igitur excelsus ac præstans animus tuus ad tanti mali depulsionem & correctionem consueta libertate non uti sustinuit? Verum etiam si nondum hoc factum est; nunc saltem inimitabilis tua omnibus numeris absoluta virtus excitetur; pientissimumque Imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsius erga ecclesias studio rediturum esse utilitatis, si tale malum ad fidei sane eversionem per eorum libertatem licentiamque prævaleat.* Hactenus ad Nectarium Theologus. Putamus quidem ipsum cum iisdem a Gregorio scriptis litteris Theodosium convenisse: quibus ille permotus, ea quæ diximus, ad Cynegium Præfectum Prætorio festine rescripserit: etenim ex Gregorii litteris illud videtur summatim rescriptum esse collectum, nisi quod loco Eunomii habet Eudoxium, quod hic notior esset Constantinopoli, ubi Episcopus diu sedisset, Eunomio junctus fœdere impietatis.

XLII. Cæterum ipse Gregorius virtute præstans, qui etsi statu humilis, tamen tamquam e celsiori loco vibrare jacula in delinquentes, cum occasio opportuna daretur, minime prætermisit; non hæreticos solum Ecclesiæ Catholicæ perduelles, sed & Ecclesiæ quoque filios pravitate morum a disciplina Ecclesiastica aberrantes coercuit. Cum enim (ut vel unum de his hic reddamus exemplum) accepisset Eleusium Præfectum, sibi familiaritate conjunctum, ab Ecclesia jejunium institutum prætermittere, ut gravis offensæ reum, ad ipsum scribens (*a*), ita redarguit: *Excepi te etiam taceas, ut silentii quoque sermonem esse intelligas per calamum se proferentem. Loquar autem quæ & amicitiæ nostræ, & hujusmodi tempori conveniunt. Legibus injuriam facis, Judex, qui non jejunes. Et quomodo leges humanas servabis, qui divinas contemnis ac pro nihilo ducis? Purga tribunal tuum; ne duorum alterum tibi accidat, ut aut malus fias, aut existimeris. Fœda spectacula proponere, se ipsum traducere est. In summa, o Judex, futurum festo ut judiceris, & minus peccabis. His nihil melius habebam, quod tibi præberem.* Hactenus Gregorius: ex quo intelligas, quam grave piaculum duceretur, jejunia lege Ecclesiastica instituta violare. Cuinam, rogo te, tutius tu credas, lector, sanctissimo ac doctissimo Patri talia affirmanti, & ea de causa Præfectos corripienti, an apostatis Christianorum fæcibus jejunia Ecclesiastica dissolventibus, & cujusque arbitrio eadem relinquentibus? esto tu judex: certe mihi non alius, quam Gregorii Deus erit, atque Gregorius ipse magister. Reliqua vero de Gregorio in ejus ex hac vita discessu inferius dicenda erunt.

Gregorius redarguit Præfectum non jejunantem.

(*a*) Greg. Nazianz. epist. 74.

XLIII. Sed quid præterea hoc anno Theodosius? cohibuit Judæos mancipia Christiana habentes, eademque ad ipsorum superstitionem adducentes (*b*). Hoc etiam anno, mense Septembris, sub iisdem Consulibus, eumdem Theodosium auctum esse filio ex Placilla conjuge, cui nomen, Honorius, inditum fuit, auctor est Marcellinus in Chronico, necnon Socrates (*c*), qui idem affirmat. Quo pariter anno, paulo ante natum Honorium, defunctum ait Agelium Episcopum Novatianum, & quidem ætate decrepitum, cum memoria sit eum jam fuisse Episcopum tempore Nicæni Magni Concilii.

(*b*) l. 5. de contrah. empt. C. Theod.

(*c*) Socr. l. 5. c. 12.

XLIV. Sed ipsum errare certum est, cum nonnisi annos quadraginta illius sedi tribuat: nam quem constat ex his quæ tomo tertio supe-

PAGIUS IV. Ad num. XLIII. Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Consulibus ait: *Eodem anno natus est Honorius germanus frater Arcadii Aug. mense Gorpiæo seu Septembri, V. Idus Septembres*. Idem habent Socrates lib. 5. cap. 12. & Idacius in Fastis. Mater ejus fuit *Placilla*, prima Theodosii Magni uxor, ex qua tres liberos suscepit, (Gratianum sc., Arcadium, & Honorium) ut testatur Nyssenus in Oratione Funebri de hujus Reginæ laudibus. Gothofredus hoc anno in Chronologia Cod. Theod. dicit, Claudianum in quarto Honorii Consulatu V. 153. & V. 372. referre hoc Natale Honorii in annum sequentem. Sed qui Claudiani versus accurate expenderit, hunc tantum obscure locutum fuisse comperiet. Honorius non multo post nativitatem *Nobilissimus*, atque una *Consul* designatus fuit, ut testatur Theophanes. Unde Idacius in Fastis sub hujus anni Consulibus habet: *Ipso anno natus est Honorius nob. in purpuris die V. Id. Sept.*

Honorius postea Imp. nascitur.

superius dicta sunt, jam tempore Nicæni Concilii præfuisse suis Novatianis Episcopum, anno nimirum Domini trecentesimo vigesimoquinto, oportuit eum vel minimum annos sedisse sexaginta. Suffectum fuisse ex ejusdem Agelii sententia Marcianum, idem Socrates (a) docet; tenuisseque sedem usque ad annum Domini trecentesimum nonagesimumquintum, quo Ruffini mors contigit, ipse demonstrat. Magistrum hunc fuisse filiæ Valentis Imperatoris, idem tradit. Longe vero ab hoc diversus extitit Marcianus presbyter, & œconomus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, licet & ipse aliquando Novatianis inhæsisset, qui claruit temporibus Leonis Imperatoris; de quo suo loco dicemus. Porro vixit his ferme temporibus Marcianus alius sanctissimus monachus in Syria apud Cyrum Civitatem; de quo plura Theodoretus (b) in libro sanctorum Patrum Deum amantium; cujus natalis dies memoria perpetua consecratus, quarto nonas Novembris, in tabulis Ecclesiasticis perseverat (c).

(a) Socr. l.5. c.20.

(b) Theo. c.3.

(c) Martyr. Rom. ea die.

JESU CHRISTI ANNUS 385. | SIRICII PAP. ANNUS 1. | VALENTIN. 10. THEODOSII 7. IMPP.

I. CHristi anno trecentesimo octogesimoquinto Arcadius August. & Bauto creati sunt Consules, ille Constantinopoli, Mediolani autem Bauto; & in cujus ingressu Augustinus panegyricam habuit orationem, ut ipse testatur scribens contra Petilianum, his verbis (d): *Cum ego Mediolanum ante Bautonem Consulem venerim, eique Consuli Kalendis Januariis laudem in tanto conventu conspectuque hominum pro mea tunc rhetorica professione recitarem*, &c. Cujus orationis occasione idem alibi statum præsentis temporis suæ animæ ærumnosæ deplorat, hæc dicens (e): *Inhiabam honoribus, lucris, conjugio; & tu irridebas* (Deum enim alloquitur) *Patiebar in meis cupiditatibus amarissimas difficultates, te propitio, tanto magis, quanto minus sinebas mihi dulcescere quod non eras tu. Vide cor meum Domine, qui voluisti ut hoc recordarer & confiterer tibi. Nunc tibi inhæreat anima mea, quam de visco tam tenaci mortis exuisti. Quam misera erat, & sensum vulneris tu pungebas, ut relictis omnibus converteretur ad te, qui es super omnia, & sine quo nulla essent omnia; converteretur, & sanaretur. Quam ergo miser eram, & quomodo egisti, ut sentirem miseriam meam die illo, quo cum pararem recitare Imperatori laudes* (eo enim argumento dici panegyrici in auspicatione Consulatus consueverunt) *quibus plura mentirer, & mentienti faveretur ab scientibus, easque curas anhelaret cor meum, & cogitationum tabificarum febribus æstuaret; transiens per* quem-

Augustinus orat coram Valentiniano.

(d) Aug. advers. lit. Petil. l.3. cap.25.

(e) Aug. Confess. l. 6. c.6.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5878.

SÆC. IV. ☉ 2. E. ☽ 6. P. 13. April. Indict. 13.

Anno Urbis 1138. Olymp. 291. an. 1. JESU CHRISTI 385.

SIRICII PAPÆ 1.

A.C. 385. VALENTINIANI JUNIORIS 52.

THEODOSII 7. ARCADII 3.

[1] AD nom. I. Coss. *Flavius Arcadius Aug.* Orient. & *Bauto* Occident. de quo anno CCCXCIV. quo *Eudoxiam* filiam Arcadio Aug. uxorem dedit. Arcadii Consulatus juxta primam regulam; cum enim Trajani, aliorumque multorum exemplo in præsentem annum distulit. I. Consules.

NOTÆ [1] COss. *Flavius Arcadius Aug. & Bauto*. In Donianis Inscriptionibus cl. XX. n. 103. pag. 548. lapis sepulcralis ex cœmeterio S. Valentini prope Interamnam in Umbria. Sic

POST CONSULATUM ARCADII ET BATUO
NIS (pro BAUTONIS) V. C. CONSS. VI. NON.
MART. DEPOSITA EST NERVINA &c.

Hæc autem ad A. D. 386. pertinent, ex nota *post consulatum*. Lapis vetus sepulcralis in quo *depositio*, nempe dies sepulturæ *Nestorii* Siciliæ consularis memoratur, editus a Dominico Georgio in libris de antiquis Italiæ Metropolibus cap. X. pag. 507.

RECESSIT. III. ID. DEC. DEPOSITUS. IDIBUS
DEC. D. N. ARCADIO. ET. BAUTONE. CONSS.

Vulgati Fasti: *Arcadio Augusto, & Bautone*. Idem habent plures leges utriusque codicis. Prosperi Chronicon editum & MS. ac item Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Arcadio & Bautone*. Quidam *Flavii* prænomen Bautoni tribuunt.

quemdam vicum Mediolanensem, animadverti pauperem mendicum, jam credo saturum, jocantem atque lætantem; & ingemui, & locutus sum cum amicis, qui mecum erant, multos dolores insaniarum nostrarum: quia omnibus talibus conatibus nostris, qualibus tunc laborabam, sub stimulis cupiditatum, trahens infelicitatis meæ sarcinam, & trahendo exaggerans, nihil vellemus aliud, nisi ad securam lætitiam pervenire, quo nos mendicus ille jam præcessisset, numquam fortasse illuc venturos. Quod enim jam ille paucis, & emendicatis nummulis adeptus erat, ad hoc ego tam ærumnosis anfractibus, & circuitibus ambiebam, ad lætitiam scilicet temporalis felicitatis. Non enim verum gaudium habebat; sed & ego illis ambitionibus multo falsius quærebam. Et certe ille lætabatur, ego anxius eram: securus ille, ego trepidus. Hæc de se ipse. Certe quidem etsi rhetoricis litteris adeo excultus erat, ut alios ipse doceret; dicendo tamen publice, in tanto præsertim auditorio haud assueverat; unde timendi magna ipsi manabat occasio: excidit oratio illa, & quidem puto eam ipsum prudentiorem effectum scidisse, quam sciret mendaciis ex adulatione contextam.

II. Porro hoc anno ipse Augustinus prorsus liber a Manichæorum deliriis & insomniis, totus erat in perscrutandis Academicis quæstionibus, sed ducens vitam (ut ait) peccatis obnoxiam, de finibus bonorum & malorum disserebat cum collegis Alipio atque Nebridio. Jam vero & Mathematicorum quoque vanitatem abjecerat, & ab ea inani scientia alios avocare conabatur, inhærescens Platoni, quem Victorinus haud pridem in Latinum converterat; cui plus æquo se tribuisse, postea fassus est (a); periissetque ipse (ut ait) in illis, nisi Dominus præsto fuisset, a quo & didicit veritatem, quam per Apostolum Paulum (b) in cor ejus Spiritus sanctus instillavit; atque ut perficeretur, suasit ad Simplicianum (c) virum eruditum, Dei sacerdotem sanctum accedere, tantæ æstimationis & reverentiæ hominem, ut pater putaretur Ambrosii (ipsum enim Ambrosium adire, & prolixius cum eo agere, ob ingruentia illius negotia, impossibile videbatur) a quo cum multa alia, tum Victorini, quam superius recensuimus, conversionem didicit; quam mox animo exarsit ad imitandum (d).

(a) Aug. l. 1. Retract. c. 2.

Augustinus adit S. Simplicianum.

(b) Aug. Confess. l. 7. c. 21.

(c) Aug. Confess. l. 8. c. 1. 2.

(d) Aug. Confess. l. 8. c. 3.

III. His accessit oportuna occasio a Deo parata: nam contigit (e) cum Potitiano Afro in curia militante habere sermonem, discereque vitam Antonii Magni, ex qua adeo duo viri nobiles Agentes in rebus profecerant, ut relictis sponsis, vitam delegerint solitariam. Erat tunc agens Augustinus ætatis annos triginta & unum, ut ipse testatur (f), quando perfecte ad Christum conversus est, cum illud affatus ingemiscens in horto (g): *Surgunt indocti & cælum rapiunt, & nos in doctrinis nostris sine corde ecce ubi volutamur in carne & sanguine:* Cum & illud audiit: *Tolle lege, Tolle lege:* lectioneque Pauli Apostoli, radiis illustratus Spiritus, quid sibi esset agendum plene didicit (h), cum de suscipiendo sacro baptismate certum firmumque consilium iniit, deque vita casta & a negotiis sæculi remota sectanda firmiter propositum stabilivit. Sed & de relinquenda schola, in qua publice rhetoricam profitebatur, animo decrevit, opereque firmavit (i); arreptaque post sequentem annum oblata occasione vindemialium feriarum, secessit in villam Verecundi grammatici, Cassiciacum dictam, unacum matre de filii victoria exultante, atque Alipio amico carissimo. Ibi cum moraretur, scripsit tres libros contra Academicos (k), *de Vita beata* commentarium (l), librum *de Ordine* (m) & *Soliloquia* (n), ut ipse testatur. Dicavit autem libros contra Academicos Romaniano prædiviti civi Tagastensi, cujus divitiis a pueritia adjutus fuerat, cupiens amicum de se adeo benemeritum ad veri cognitionem adducere. Scripsit, inquam, hæc ipse, antequam reverteretur, ut testatur (o).

(e) Aug. Confess. l. 8. c. 6.

(f) Aug. eod. l. c. 7.

(g) Aug. ib. cap. 11.

Conversio S. Augustini.

(h) Aug. ib. cap. 8.

(i) Aug. Confess. l. 9. c. 1. 2. 3. 4.

(k) Aug. cont. Academ. l. 2. c. 2.

(l) Aug. Retract. l. 1. cap. 2.

(m) Idem Retract. l. 1. cap. 3.

(n) Idem l. 1. c. 4.

(o) Idem l. 1. c. 5.

IV. Cæterum nequaquam eodem anno Mediolanum rediit, sed ut ipse tradit (p), nonnisi tunc cum ad baptisma suscipiendum nomen daturus erat. Reversus (q) vero Mediolanum, Soliloquiis ultimam manum apposuit, commentariumque elucubravit *de Immortalitate animæ*, & alium *de Disciplinis*: hæc quidem omnia ante baptismum, a nobis autem hic recensita, occasione conversionis ejus, quam hoc anno ipsius testificatione diximus contigisse. Cæterum a tempore conversionis usque ad baptismum biennium intercurrit: quod quidem expresse probatur ejusdem Augustini assertione illa (r), dum agit de tempore conversionis suæ: *Multi mei anni mecum effluxerant, forte duodecim anni, ex quo ab undevigesimo anno ætatis meæ, lecto Ciceronis Hortensio, excitatus eram studio sapientiæ, &c.* Rursus in Soliloquiis, quæ scripsit adhuc cathecumenus, idem recolens tempus, quatuordecim numerat annos ab eo tempore, cum teneri cœpit amore sapientiæ; ait enim (s): *Cum triginta quatuor annos agam: quatuordecim fere anni sunt ex quo ista cupere destiti, &c.* Subdit his de eadem lectione Ciceronis Hortensii. Sic igitur cum ab eo tempore numeret annos duodecim usque ad tempus quo conversus est; ac rursus cum ea scripsit nondum baptizatus, annos numeret quatuordecim; plane necesse est affirmare, annos duos & menses aliquot a conversione usque ad baptismi tempus intercurrisse, cum esset cathecume-

(p) Idem Confess. l. 9. c. 6.

(q) Idem Retract. l. 1. c. 5. 6.

De tempore conversionis S. Augustini.

(r) Aug. Confess. l. 8. c. 7.

(s) Aug. Soliloq. l. 1. c. 10.

menus, si dicere velimus eodem quo conversus est anno (ut par est credere) dedisse suum nomen Ecclesiæ, ut fieri solet, cum quis inter cathecumenos adscribitur. At de S. Augustini conversione hactenus; de baptismo autem suo loco dicendum erit.

V. Siricius PP. eligitur. Hujus quoque anni exordio, nempe pridie Idus Januarii; cum vacasset sedes post obitum Damasi triginta & uno diebus, Siricius Romanus ex patre Tiburtio in ejus locum subrogatus est. Sirícii Pap. comministri. Fuit Siricius presbyter tituli Pastoris, habuitque comministros presbyterum Sisinium & Tigridem diaconum, ut legitur in antiquis monimentis ejus Ecclesiæ, quæ in ejus restauratione periisse dolemus; quorum loco hic ex aliis documentis Sisinii atque Tigridis reddimus Epitaphia; atque in primis de Sisinio his versibus (a).

(a) Antiq. Inscript. in appen pag. 1173. n. 9

PRESBYTER HIC VOLVIT SISSINUS PONERE MEMBRA
OMNIBUS ACCEPTUS POPULIS DIGNUSQUE SACERDOS
QUI SCIRET SANCTÆ SERVARE FOEDERA MATRIS
BLANDUS AMORE DEI SEMPER QUI VIVERE NOSSET
CONTENTUSQUE SUO NESCIRET DIVITIS AULAM.

(b) Ibid. pag. 1174. n. 1.

Et de Tigride Diacono sic (b):

SANCTUS AB OFFICIO VITA GRAVIS INDOLE PRISCUS
SÆCULUS * ATTONITUS LEGIS PRÆCEPTA SECUTUS
NOBILIBUS GRATUS QUORUM MAGIS AUCTOR AMICI
CARMINE LUCTIFICO DECORAT DE MORE SUPREMA
DIACONUS HIC TICRIDA TUMULO CUSTODE FOVETUR
STRINGE DOLOR LACRYMAS QUÆRIS PLEBS SANCTA REDEMPTUM
LEVITAM SUBITO RAPUIT SIBI REGIA CÆLI
DULCIA NECTAREO PROMEBAT MELLA CANORE
PROPHETAM CELEBRANS PLACIDO MODULAMINE SENEM
HÆC FUIT INSONTIS VITA * LAUDATA JUVENTUS
INVIDIA INFELIX TANDEM COMPRESSA QUIESCIT
NUNC PARADISUS HABET SUMPSIT QUI EX HOSTE TROPÆA.

* SEDULUS AC TOTUS.

* f. VITÆ.

(c) Ibid. pag. 1173. nu. 8.

Ibidem & de Tigride presbytero sic (c):

PRÆFIXO MORIENS NATURÆ MUNERE FUNCTUS
HIC MEA TICRINUS PRESBYTER OSSA LOCO
SEDIBUS EN PROPRIIS MENS PURA ET MEMBRA QUIESCUNT
ISTA JACENT TUMULO GAUDET AT ILLA POLO
PONO METUM DE FINE MEO SPES UNA SALUTIS
NAM MIHI FIT CHRISTUS QUO DUCE MORS MORITUR
QUIPPE EGO CÆLESTIS CAPTUS DULCEDINE REGNI
DIVERSIS REPARO TECTA SACRATA LOCIS
CULMINA QUÆ HIC LAPSIS TRABIBUS TOTUMQUE NOVANDO
PROMERUI SUPERAS LÆTIOR IRE DOMUS.

Hæc de comministris Siricii Papæ, tunc quidem magnæ existimationis ejus Tituli presbyteri. Sed prosequamur Siricii electionem, quæ quidem contigit non sine tumultu Ursicini schismatici, ut indicant litteræ Valentiniani Imperatoris ad Pinianum præfectum: erat hic maritus Melaniæ junioris neptis Melaniæ senioris: ipsæ vero litteræ sic se habent, acceptæ ex codice vaticano, in quo descriptæ habentur epistolæ complures Romanorum Pontificum.

VI. Epist. Valentiniani Imp. *Ave * Piniane carissime nobis.*

*Populum Urbis æternæ gaudere concordia, & optimum eligere sacerdotem, Populi Romani esse credimus insignem, & nostris gratulamur advenire temporibus. Proinde quoniam religiosum Siricium Antistitem sanctitatis, sic præesse sacerdotio voluerunt, ut Ursinum * improbum acclamationibus violarent, nostro cum gaudio memoratus Episcopus ipse permaneat, Piniane carissime ac jucundissime: siquidem magnum innocentiæ, & probitatis exem-*

* Ave.

* Ursicinum.

PAGIUS II. *Siricius anno præcedenti Pontifex Rom. creatus.* Ad num. V. & seq. Sanctus *Siricius*, non hoc anno, ut Baronius in Annalibus, & Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum Romanorum existimarunt, sed præcedenti subrogatus est in locum Damasi. Et ratio est, quia in Epitaphio Siricii de eo legitur.

Ter quinos populum in annos, qui rexit amore,
Nunc requiem sentit calestia regna potitus.

Cum autem Siricius sub finem anni trecentesimi nonagesimi octavi e vivis excesserit, liquet, eum anno præcedenti Pontificatum iniisse, & quindecim illos annos utrimque incompletos fuisse. Nec mirum, Poetam, qui Epitaphium illud composuit, dies aliquot pro anno numerasse; cum etiam Historici hunc loquendi modum aliquando usurpent, ut patet de Suetonio in Nerone, qui huic ideo annos triginta duos attribuit, quia a XVIII. Kalend. Januarias anni Christi XXXVII. quo die natus est Nero, ad Kalendas Januarii anni Christi XXXVIII.

ptum eft, in una acclamatione & ipfum eligi & cæteros improbari. Dat. VII. Kalend. Martii. Hactenus epiftola Imperatoris. Sic igitur electus Siricius, quantum temporis federit, dicemus in ejus obitu.

Ipfo vero fuæ fedis exordio, nimirum hoc anno, fub iifdem Confulibus, tertio Idus Februarii Siricius Papa fcripfit decretalem epiftolam ad Himerium Epifcopum Tarraconenfem, qui de nonnullis rebus dubiis Damafum litteris confuluerat: fed cum illo vita functo, eas fucceffor ipfius Siricius accepiffet, ad fingula rogata accurate fciteque refpondit: quæ quidem non in provincia tantum Tarraconenfi voluit obfervari, fed (ut iifdem litteris fignificatur) in Carthaginenfi, Bætica, Lufitana atque Gallecia cuftodiri mandavit. Porro ejus exordio epiftolæ quam manifefte declaratur, hoc eodem anno haud pridem ipfius Siricii electionem contigiffe.

VII. Cum autem non ut Damafus fecerat, Siricius Papa in confcribendis ejufmodi litteris, Hieronymi opera uteretur, neque eum, ut ille, quod par erat, amplecteretur, atque foveret; mox Pontificis Romani deftitutus præfidio idem Hieronymus acerbiffimos pati cœpit perfecutores: illos fcilicet clericos, quorum mores improbos fcriptis editis fugillaffet. Quamobrem ut fe a concitato turbine liberaret, tranquillum cogitans portum, nempe tutam Hierofolymæ manfionem; illuc navigaturus, hoc anno ab Urbe recedens, navim confcenfurus, ad Romanum Portum fe contulit. Id quidem hoc anno factum effe, ex eo perfpicuum redditur: Cum enim ipfe teftetur (*a*), fe pene triennium Romæ manfiffe, pariterque poft obitum Damafi receffiffe; conftetque ex his quæ fuperius dicta funt, veniffe Romam fub Confulatu Antonii & Syagrii, anno Domini trecentefimo octogefimo fecundo; ipfum hoc anno ab Urbe oportuit receffiffe. Præfenti igitur anno, Augufti menfe ad Romanum Portum fe conferens, navem confcendit, prout ipfe fatis aperte demonftrat in Apologia adverfus Ruffinum (*b*). Sed de navigatione agemus inferius.

Hieronymus recedit ab urbe.

(*a*) *Hier. epift. 99.*

(*b*) *Hier. l. 2. adverf. Ruffin.*

VIII. Nunc autem caufas ipfas retexamus, quibus qui folutioris difciplinæ erant Romæ clerici, invidia & odio adverfus eumdem Hieronymum concitati funt; Invidia in primis quidem exagitati, dum ejus infignis eruditio & vitæ fanctitas, ipforum infcitiam, & vitæ turpitudinem manifefte redarguere videretur; de ejufmodi enim caufa Hieronymus ad Paulinianum (*c*): *Pharifæorum conclamavit fenatus, at nullus Scriba vel fictus, fed omnis quafi indicta fibi prælia doctrinarum, adverfum me imperitiæ factio conjuravit.* Odio autem eum perfecuti, quod fcribens ad Euftochium tractatum feu epiftolam de cuftodia virginitatis, cavendos monuit clericos lautos, delicatos, & leves, quorum effet periculofa confuetudo: qui igitur in ea tractatione propriis certifque coloribus penicillo Hieronymi fe effe intellexerunt expreffos; in eum magnopere exacerbati funt: tradit id ipfe fcribens ad Demetriadem (*d*), ubi ait: *Ante annos circiter triginta de virginitate fervanda edidi librum, in quo neceffe fuit mihi ire contra vitia, & propter inftructionem virginis, quam monebam, diaboli infidias patefacere: qui fermo offendit plurimos, dum unufquifque in fe intelligens quod dicebatur, non quafi monitorem libenter audivit; fed quafi criminatorem fui operis averfatus eft. Verumtamen quid profuit armaffe exercitum reclamantium, & vulnus confcientiæ dolore monftraffe? Liber manet, homines prætererunt.* Difplicuit & Ruffino libertas illa Hieronymi in redarguendis clericis, nam ait: *Quo modo de Urbe Roma, Deo favente, capite Chriftianorum, audeat, quæ dicebantur tunc cum Gentiles in eo populi & perfecutores Principes morabantur, &c.*

Clerici Romani vexant S. Hieronymum.

(*c*) *Hier. in præf. verfion. Didymi de Spir. fanct.*

(*d*) *Hier. epift. 8.*

IX. At hic, lector, attende, hæc a S. Hieronymo fcripta de infcitia Romanæ Ecclefiæ miniftrorum, non fic quidem accipienda effe, prout hyperbolicus fonat fermo, omnes Romanæ Ecclefiæ clericos fuiffe doctrina expertes, cum dicit, quod nullus ibi Scriba vel fictus, nempe doctor, fed Pharifæi omnes, nempe fcelefti, cautela vero & hypocrifi fcelera contegentes. Concedendum aliquid Hieronymo juftiffima caufa indignanti, qui oculos in cos

Romani Clerici haud imperiti.

PAGIUS XXXVIII. annum unum numerat, adeo ut dies XVI. pro anno integro pofuerit, ut de Nerone loquentes explicavimus. Sic Theodorus Lector lib. 2. fcribit: *Arcadius filius ejufdem Magni Theodofii, imperare cœpit menfe Januario, die decimo feptimo, poft annos quinque, quam pater ipfius Imperator fuerat nuncupatus;* ubi quintus Imperii Theodofiani annus diebus decem & feptem coarctatur, annique Theodofii Juliani numerantur, non vero Imperii ejus anni. Similia paffim exempla occurrent.

III. Cæterum, tam in libro Pontificali, quam in auctiori Chronico veterum Pontificum, ceffatio Epifcopatus, poft Damafi, Siricii, Innocentii & Zofimi regimen, qui immediate fibi fucceffere, male annotatur. Nam in auctiori Chronico poft Damafi obitum dicitur ceffaffe Epifcopatum dies XXXVI. poft Siricii mortem dies XX. & poft Anaftafii, Innocentii, & Zofimi Pontificatum dies XXI. quamvis via contingere potuerit, ut æquali dierum intervallo fedes per ea tempora vacaverit. Præterquam quod interpontificia tam diuturna effe non potuere, fi Pontifices illi tot annis, menfibus, ac diebus, quos ei Catalogi attribuunt, federint. Cum itaque in libro Pontificali ea melius quam in

Ceffatio fedis Romanæ poft mortem Pontificum.

eos tantum conversos habens, a quibus contumeliis & calumniis impeteretur, omnes illos pravos dixerit & imperitos. Certe quidem qui tempora hæc exacte consideraverit, intelliget plane hoc tempore coaluisse in Ecclesia Romana clericos doctrina atque scientia claros. Nonne Simplicianus ille magnus, qui in Episcopatu Ambrosio subrogatus est, Romanæ Ecclesiæ presbyter fuit? de cujus singulari peritia hic repetendum est S. Ambrosii præclarum illud elogium (a): *Sed quid est* (a) Ambr. epist. 2. *quod ipse dubites, & a nobis requiras, cum fidei & acquirendæ cognitionis divinæ gratia totum Orbem peragraveris, & & quotidianæ lectioni nocturnis atque diurnis vicibus omne vitæ hujus tempus deputaveris, acri præsertim ingenio etiam intelligibilia complectens? utpote qui etiam philosophiæ libros, quam a vero sint devii, demonstrare soleas, & plerosque tam inanes esse, ut prius scribentium in suis scriptis sermo quam vita eorum defecerit.* Hæc Ambrosius, qui ejus opera atque doctrina (ut dictum est) in suo Episcopatus tyrocinio indigens, ab Ecclesia Romana missum Mediolanum ipsum Simplicianum accepit. Rursum quanta excoltus doctrina & sapientia imbutus fuit Arsenius Ecclesiæ Romanæ diaconus, quem haud pridem missum diximus Constantinopolim magistrum Arcadii Imperatoris? Dices fortasse, hos dignissimos Ecclesiæ Romanæ clericos non fuisse tunc Romæ, cum illa Hieronymus scripsit: ita sane: sed non propterea negaveris ejusdem Ecclesiæ fuisse alumnos atque ministros. At si de iis qui Romæ tunc essent, agas; nonne ex clero Romano erant Anastasius & Innocentius, quorum prior successit Siricio, posterior Anastasio, amboque ab eodem S. Hieronymo commendati? Omittimus dicere de Pammachio sanctitate atque doctrina celebri, quod inter monachos potius quam inter clericos eum scimus adnumeratum, sicut & complures alios idem vitæ genus sectantes, quos rerum divinarum scientia (b) Aug. de morib. Eccl. l. 1. c. 33. atque prudentia S. Augustinus Romæ versatus commendat (b).

X. At licet hi monachi fuerint, horum tamen laus redundat in clericos, ut idem ipse testatur S. Hieronymus, cum ait de clericis (c): *Quasi & ipsi aliud sint* (c) Hier. epist. 10. *quam monachi, & non quicquid in monachos dicitur, redundet in clericos, qui* Monachi affines Clericis. *patres sunt monachorum. Detrimentum pecoris, pastoris ignominia est; sicut e regione, illius monachi vita laudanda est, qui venerationi habet sacerdotes Christi, & non detrahit gradui, per quem factus est Christianus.* Hæc ipse; cum alias semper nequaquam gradui detraheret, sed personis; Urbi, non Ecclesiæ: illam namque Babylonem sæpe nominat, hanc fidei petram; ad quam ipse se conferens, ei communione inhærescere gaudet; sæpe contestans, alienum a cœtu Fidelium esse, qui ab ea dividitur: Ut hac ex parte habeas egregium in Hieronymo quod imiteris exemplum; quippe qui offensus pravis clericorum Romanorum moribus, licet nominet ipsorum collegium modo Senatum Pharisæorum, modo scholam eorumdem; tamen nihil antiquius habuit, quam Romanæ Ecclesiæ doctrinam sequi, ipsique insolubili nodo conjungi; quod & aliis persuasit: nam ad Demetriadem scribens, dum Pelagianæ hæresis venena aureo sanctitatis poculo propinarentur, eam sic admonuit: *Illud*, inquit, *te piæ caritatis affectu præmonendum puto, ut sancti Innocentii, qui Apostolicæ cathedræ, & supradicti viri*, nempe Anastasii, *successor, & filius est, teneas fidem; nec peregrinam, quamvis tibi prudens callidaque videaris, doctrinam recipias.* Hæc ipse: quem (si sapis) & tu imitare; nimirum, ut si velis etiam eamdem, quæ sub Hieronymo erat, Romæ propagatam esse in posteros scholam, vel senatum Pharisæorum; sed & si deteriora in his quæ ad mores pertinent, tibi fingas; cum eodem tamen Hieronymo eidem doctrinæ cathedræ te conjungas, quæ nullo potest pravorum morum labefactari contagio: cogitesque, quod etsi super cathedram Moysi, immo Christi sederint Scribæ & Pharisæi, illud tamen agas, quod Dominus docuit (d) illa sententia, nempe: (d) Matt. 23.

PAGIUS in illo Chronico non memorentur, ex conjectura eorum Pontificum exordium collocandum. Damasus die X. Decembris anni præcedentis obiit, & dies undecim Sedes vacasse videtur, ad diem nempe XXII. ejusdem mensis, quæ in Dominicam incidebat. Nisi enim *Siricius* anno antecedenti Pontificatum adeptus esset, in ejus Epitaphio supra laudato non diceretur, eum *ter quinque annos* Ecclesiam rexisse.

IV. Decretalis Siricii PP. frustra impugnata. Papebrocius laudatus, qui Siricii initium cum die V. Januarii currentis anni copulat, arbitratur, subscriptionem epistolæ Siricii ad *Hymerium Tarraconensem Episcopum* datæ *III. Idus Februarii Arcadio & Bautone VV. CC. Coss.* quam Baronius recitat, ex duplici capite suspectam esse. Primo, quia aliæ hujus Pontificis epistolæ carent Consule, nec in præcedentium Pontificum germanis epistolis, neque in iis, quas Episcopi alii ad Romanos Pontifices, imo & ad hunc Siricium dedere, notatur hactenus data diei vel Consulatus; ut omnino videatur necdum usus iste in signandis epistolis obtinuisse. Secundo, suspectus merito est communis utrique Consuli titulus: nemo enim ea ætate sic scripserit, sed bene: *Arcadio Aug. & Bautone V. Clar. Coss.* ita Papebrocius. Sed cum epistolam legitimam esse appareat, ob ea, aliisque hujusmodi motiva in dubium non revocanda. Nam licet verum sit, Episcopos ad Romanum Pontificem scribentes literas Consulum nominibus signa-

Facite quæ vobis dicunt, non quæ faciunt; bibasque aquam de fonte puro, quamvis vas testaceum interdum esse contingat, vel qui haurit sit ægrotans. Sed ad institutam de Hieronymo orationem revertamur.

XI. *Quæ in Hieronymum objicerentur.* Quænam vero in Hieronymum, cum adhuc in Urbe esset, jactarentur convicia, licet non privatim, sed sub communi nomine monachorum; illud in primis accipe quod contigit in funere Blesillæ viduæ, sanctæ Paulæ filiæ, quæ durum vivendi genus arripuerat: cum enim eam nimium S. Paula defleret, quinam futuri detrahentium essent, ita demonstrat (a): *Quousque (dicebant) genus detestabile monachorum non urbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? matronam miserabilem seduxerunt,* &c. Et illud (b): *Nos quia serica veste non utimur, monachi judicamur; quia ebrii non sumus, nec cachinno ora dissolvimus, continentes vocamur, & tristes; si tunica non canduerit, statim illud e trivio: Impostor & Græcus est.* Hæc & alia id genus plura, cum sub nomine monachorum ipse Hieronymus carperetur.

(a) Hier. epist. 25.

(b) Hier. epist. 23.

XII. *Vana commenta de S. Hieronymo conficta.* Cæterum quis æquo animo ferat impostorum absurda mendacia, quibus tradiderunt Hieronymum muliebri indutum veste ab Urbe expulsum? Sub Augustini falso nomine frigidus ille fictor ista commentus est, qui cum in aliis sermonibus editis omnia delira, vana, & fabulosa sub tanti Patris nomine imprudenter effutiat; in eo ipso (c) ubi ista somniat, qualia quæmve portentosa mendacia blateret, superius dictum est. Sed nihilo prudentior incertus auctor ille, qui compingens S. Hieronymi vitam, una cum aliis mendaciis istud ipsum præteriisse noluit, eadem prorsus de S. Hieronymo scribens. O quanti emisset ista Ruffinus, si quis talia suo tempore excogitasset, dum leviora quæque mendacia, quæ in Hieronymum quoquo modo esse jactata audisset, ignominiæ a se contextæ coronæ connexit! Adeo ut ad imposturam hanc refellendam, illud sufficiens esse dicatur argumentum, quod Ruffinus istud non invexit in eum, quod in fronte fuerat collocandum; unde certum commentum fuisse probetur: cum præsertim res tanta, in tantum virum, locoque tali admissa, nec angulum Orbis præteriisse potuerit, ubi non sciretur. Cæterum quæ re vera in ipsum post Damasi obitum a calumniantibus fuerunt objecta, ac stimulante odio atque invidia perpetrata, idem ipse ea epistola, quam navim in Portu Romano conscensurus conscripsit, exacte recenset: ad Asellam enim nobilem Romanam virginem, Christo dicatam, vita sanctissimam, cujus post obitum res præclare gestas conscripsit, hanc epistolam dedit, hic necessario recitandam (d):

(c) Apud Aug. ad fratr. de erem. serm. 24.

(d) Hier. epist. 99.

XIII. *Hieronymi epistola ad Asellam.* *Si tibi putem gratias a me referri posse, non sapiam. Potens est Deus super persona mea sanctæ animæ tuæ restituere quod meretur. Ego enim indignus nec æstimare umquam potui, nec optare, ut mihi tantum in Christo largireris affectum. Et licet me sceleratum quidam putent, & omnibus flagitiis obrutum, & pro peccatis meis etiam hæc parva sint; tamen tu bene facis, quod ex tua mente etiam malos bonos putas. Periculosum quippe est, de servo alterius judicare; & non facilis venia, prava dixisse de rectis. Veniet, veniet illa dies, in qua & mecum dolebis, ardere non paucos. Ego probrosus, ego versipellis & lubricus, ego mendax & satanæ arte decipiens. Quid enim est tutius, hæc vel credidisse vel finxisse de insontibus, an etiam de noxiis credere noluisse? Osculabantur mihi manus quidam, & ore vipereo detrahebant; & dolebant labiis, corde gaudebant. Videbat Dominus & subsannabat illos; & miserum me servum suum futuro cum eis judicio reservabat. Alius incessum meum calumniabatur & risum, & ille vultui detrahebat, hic in simplicitate aliud suspicabatur. Pene certe triennium cum eis vixi: multa me virginum crebro turba circumdedit: divinos libros, ut potui, nonnullis sæpe disserui. Lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. Dicant, quid umquam in me aliter senserint, quam Christianum decebat? Pecuniam cujusquam accepi? munera vel parva vel magna non sprevi? in manu mea*

PAGIUS signare solitos non fuisse, Pontifices tamen Romani a Siricio suas Consulum nominibus munire incepere; quamvis in eo usu constantes non fuerint, eorumque nomina non raro prætermiserint. Præterea nonnisi Librarii errore scriptum est, *Viris clarissimis*, cum in exemplari esset, *Vir. clar.* id est, *Viro clarissimo*. Qui error alias sæpe ab Exscriptoribus commissus. Epistola *Siricii*, anno sequenti data, Consules etiam subscriptos habet, eaque subscriptio immerito a Papebrocio in dubium etiam vocata, ut tunc videbimus. Ob eam subscriptionem ait Papebrocius, priorem epistolam, alioquin probam, laudem integræ undequaque sinceritatis amittere, & secundam eadem laude novo titulo justius privari. Quare non mirum, si in illis subscriptionibus, variisque loquendi formulis tuendis, majorem operam quam par esse videretur, impendamus; cum ex hujusmodi minutiis res magni momenti sæpe pendeant. Hæc prima Decretalium Romanorum Pontificum, quam Eruditi passim tanquam veram agnoscunt, primaque, quæ in antiquis Ecclesiæ Latinæ Collectionibus legitur. Neque ea in dubium revocanda, cum sola in Dionysii Exigui Collectione reperiatur, ex eaque desumta sint quæcumque Cresconius ex Siricii decretis citat.

tuen us alicujus insonuit? obliquus sermo, oculus petulans fuit?

XIV. *Nihil mihi aliud objicitur, nisi sexus meus: & hoc numquam objicitur, nisi cum Hierosolymam Paula, & Melania proficiscuntur. Esto crediderunt mentienti: cur non credunt neganti? idem est homo ipse qui fuerat; fatetur insontem, qui dudum noxium loquebatur. Et certe veritatem magis exprimunt tormenta, quam risus; nisi quod facilius creditur quod aut fictum libenter auditur, aut non fictum, ut fingatur, impellitur.* His S. Hieronymus plane demonstrat aliquem adversus se oblocutum, crimenque aliquod in eum effinxisse, eumdemque in judicio sub tormentis coactum dicere veritatem, penitus negasse, quod dixerat, sicque dimissum, ut nec opus fuerit Hieronymo causam dicere. Sed subdit: *Antequam domum S. Paulæ nossem, totius in me Urbis studia consonabant: omnium pene judicio dignus summo sacerdotio decernebar: beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat; dicebar sanctus, dicebar humilis & disertus. Numquid domum alicujus lascivioris ingressus sum? Numquid me vestes sericæ, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam posset edomare mentem, nisi lugens atque jejunans, squallens sordibus, fletibus pene cæcata, quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem Sol sæpe deprehendit? cujus canticum psalmi, sermo Evangelium, deliciæ continentia, vita jejunium? Nulla me potuit alia delectare, nisi illa, quam manducantem numquam vidi? Sed postquam eam pro suæ merito castitatis venerari, colere, suspicere cæpi; omnes me illico deseruere virtutes. O invidia primum mordax tui! o satanæ calliditas, semper sancta persequens!*

XV. *Nullæ aliæ Romanæ Urbi fabulam præbuerunt, nisi Paula & Melania; quæ contemptis facultatibus, pignoribusque desertis, Crucem Domini, quasi quoddam pietatis levavere vexillum. Si balneas peterent, unguenta eligerent, divitias & viduitatem haberent materiam luxuriæ & libertatis; dominæ vocarentur & sanctæ: nunc in sacco & cinere formosæ volunt videri, & in gehennam ignis cum jejuniis & pædore descendere; videlicet non licet eis, applaudente populo, perire cum turbis.* Quod ad Melaniam spectat: cum eam viduam nominet, haud dubium ipsum intelligere de Melania seniori; junioris enim vivebat adhuc vir Pinianus: Nec sic quidem ejus hic meminit, quasi tunc Romæ esset, quam, jam plures ante annos vidimus in Ægyptum primo, inde vero Hierosolymam esse profectam, ibique in præsenti vitam agere: Sed idcirco ejus meminit S. Hieronymus, quod tum ejus migrationis Hierosolymam occasione, tum Paulæ idem iter capessentis, quo & tendebat ipse Hieronymus, detractores eam calumniandi ansam arripuissent. At subdit:

Si Gentiles hanc vitam carperent, si Judæi; haberent solatium non placendi eis, XVI.
quibus displicet Christus. Nunc vero, proh nefas, homines Christiani, prætermissa domorum suarum cura, & proprii (a) oculi trabe neglecta, in alieno oculo festucam quærunt: (a) Luc. 6.
lacerant sanctum propositum, & remedium pœnæ suæ arbitrantur, si nemo sit sanctus, si omnibus detrahatur, si turba sit pereuntium, si multitudo peccantium. Tibi placet lavare quotidie: alius has munditiæ sordes putat. Tu attagenem ructas & de comeso accipensere gloriaris: ego faba ventrem impleo. Te delectant cachinnantium greges: me Paula, Melaniaque plangentes. Tu aliena desideras: illæ contemnunt sua. Te delibuta melle vina delectant: illæ potant aquam frigidam suaviorem. Tu te perdere existimas, quicquid in præsenti non habueris, comederis, devoraveris: illæ futura desiderant, & credunt vera esse quæ scripta sunt. Esto inepte & inaniter, quibus resurrectio corporum persuasit, quid ad te? Nobis e contrario tua vita displicet. Bono tuo crassus sit: me macies delectat, & pallor. Tu tales miseros arbitraris: nos te miserabiliorem putamus. Par pari refertur, & invicem nobis videmur insanire.

Hæc, mi domina Asella, cum jam navim XVII.
conscenderem, raptim flens dolensque conscripsi; & gratias ago Deo meo, quod dignus sim, quem mundus oderit. Ora autem, ut de Babylone Hierosolymam regrediar; ne mihi dominetur Nabuchodonosor (b), sed Jesus filius Josedech: veniat (b) Ag. 1. 2.
Esdras, qui interpretatur adjutor, & reducat me in patriam meam. Stultus ego, qui volebam cantare (c) Canticum Domini in terra aliena; & deserto monte Sina, Ægypti auxilium flagitabam: non (c) Hier. 42.
recordabar Evangelii (d); quia qui de Hierusalem egreditur, statim incidit in latrones, (d) Luc. 10.
spoliatur, vulneratur, occiditur. Sed licet Sacerdos despiciat atque levites; Samaritanus ille misericors est, cui cum diceretur (e): Samaritanus es, & dæmonium habes: *dæmonium renuens, Samaritem se non negavit: quia quem nos custodem, Hebræi Samaritem vocant. Maleficum quidam me garriunt; titulum fidei servus agnosco. Magum vocant & Judæi Dominum (f) meum. Seductor & Apostolus dictus (g) est. Tentatio me non apprehendat nisi humana. Quotam partem angustiarum perpessus sum, qui Cruci milito?* (e) Joan. 8. (f) Marc. 3. (g) 2. Cor. 6.
Infamiam falsi criminis imputarunt: sed scio, per (h) bonam & malam famam perveniri ad regna cœlorum. Saluta Paulam, & Eustochium, velit nolit mundus (h) 2. Cor. 10.

in

in Christo meas. Saluta matrem Albinam Sororemque Marcellam, Marcellinam quoque & sanctam Felicitatem; & dic eis: Ante tribunal Christi simul stabimus; ibi apparebit, qua mente quis vixerit. Memento mei, exemplum pudicitiæ & virginitatis insigne, fluctusque maris tuis precibus mitiga. Hactenus Hieronymus ad Asellam.

XVIII. Quod vero vides nullam ab eo salutationem impertiri Melaniæ; satis indicatur quod dictum est, ipsum intelligere ea epistola de Melania seniore jam diu ante Hierosolymam profecta, ibique commorante. Quod insuper eadem epistola meminit de Paula Hierosolymam proficiscente; intelligis ex his pariter ejusdem Sancti Hieronymi modestiam, dum noluit navigare cum ea; sed præveniens ipsam, licet in sarcinis occupatam, Romæ reliquit. Porro qui fuerint ipsius Hieronymi in navigatione comites, & quando solverit e portu, idem ipse in Apologia adversus Ruffinum his verbis describit (*a*): *Vis nosse profectionis meæ de Urbe ordinem? Narrabo breviter. Mense Augusto, flantibus etesiis, cum sancto Vincentio presbytero, & adolescente fratre* (Paulinianus hic erat, quem ultimo loco natum, Romæ dum esset, ad se ut veniret, accersivit) *& aliis monachis; qui nunc Hierosolymis commorantur, navim in Romano portu securus ascendi, maxima me sanctorum frequentia prosequente. Veni Rhegium: in Scyllæo littore paululum steti, ubi veteres didici fabulas, & præcipitem fallacis Ulyssis cursum, & Sirenarum cantica, & insatiabilem Carybdis voraginem. Cumque mihi accolæ illius loci multa narrarent, darentque consilium, ut non ad Protei columnas, sed ad Jonæ portum navigarem: illum enim fugientium & turbatorum, hunc securi hominis esse cursum; malui per Maleos & Cyclodas Cyprum pergere: Ubi susceptus a venerabili Episcopo Epiphanio, cujus in testimonio gloriaris, veni Antiochiam, ubi fruitus sum communione Pontificis confessorisque Paulini; & deductus ab eo, mediæ hieme & frigore gravissimo, intravi Hierosolymam. Vidi multa miracula: & quæ prius ad me fama pertulerat, oculorum judicio comprobavi.* Hactenus Hieronymus de suo adventu Hierosolymam: iter vero ejus in Ægyptum prosequemur anno sequenti, quo contigit.

Professio Hieronymi Hierosolymam.

(*a*) Hier. Apol. adv. Ruffin.

XIX. Sed quæ illa miracula, antea tantum audita, nondum visa, quæ tunc primum ipsum oculis perspexisse contigit? fortasse illa, quæ ad sepulcra sanctorum fieri solita scribit in epitaphio (*b*) Paulæ his verbis, dum agit de ipsa Paula loca sancta Palæstinæ visente: *Cernebat variis dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulcra sanctorum ululare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum: alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensisque pedibus feminis, vestes defluere in faciem.* Hæc ibi? His similia narrat S. Hilarius libro de Synodis, necnon S. Paulinus (*c*), atque Severus (*d*); qui de feminis arreptitiis illud addunt, quod licet pedibus suspensæ essent, deorsum capite, nihilominus vestes inhærerent divino miraculo pedibus, quo femineo esset pudori consultum.

(*b*) Hier. epist. 27.

Prodigiosa de Energumenis.

(*c*) Paulin. Natal. S. Felic. 7.

(*d*) Sever. dialog. l. 3.

XX. Paula autem cum Eustochio filia haud diu profectionem distulit; sed quamprimum in portu Romano navim conscendens, eadem prorsus via qua Hieronymus, navigavit in Orientem. Ut autem hæc certo cognoscas: quod ad tempus pertinet, illud in primis accipe. Cum idem S. Hieronymus affirmet, defunctam esse Paulam Consulibus Honorio sextum & Aristeneto; rursumque dicat, eamdem Hierosolymis commoratam esse annos viginti: utique affirmare necesse est, hoc anno eam Hierosolymam profectam esse. Vis & scire, quanto ante Hieronymus prævenerit Paulæ adventum Hierosolymam? Illud accipe: ipsum de se testari (*e*), media hieme & gravissimo frigore Hierosolymam introisse: eum de Paula tradat (*f*), media hieme profectam esse Antiochia Hierosolymam versus. Quod vero de se ait (ne hoc prætermittamus) a Paulino Antiochiæ fuisse susceptum, & ab eo deductum; ne putes ipsum una cum Hieronymo Hierosolymam perrexisse, sed quod moris esset a temporibus Apostolorum, quos Christiani suscepissent hospitio, eosdem ad aliquod viæ spatium, cum discederent, comitari, secundum illud Joannis epistolæ: (*g*) *Fideliter facis quod operaris in fratres, & hoc in peregrinos, deducens digne Deo.*

Paula quando profecta est Hierosolymam.

(*e*) Hier. Apol. adv. Ruffin.

(*f*) Hier. epist. 27.

(*g*) Joan. 3.

XXI. Quod autem ad Paulæ ex Urbe profectionem spectat; dignum plane Christiana fide spectaculum Roma tunc vidit, feminam Consularem, patriæ parentumque splendorem, divitias, caraque pignora amplius non reversuram relinquere, atque una cum virgine filia Christo dicata, ad Christi cunabula per tot maris spatia & vitæ discrimina navigare. At quanta animositate? Audi Hieronymum (*h*): *Descendit*, inquit, *ad Portum, fratre, cognatis, affinibus, & quod his majus est, liberis prosequentibus, & clementissimam matrem pietate vincere cupientibus. Jam carbasa tendebantur, & remorum ductu navis in altum protrahebatur: parvus Toxotius supplices manus tendebat in littore: Ruffina jam nubilis, ut suas expectaret nuptias, tacens fletibus obsecrabat: & tamen illa siccos tendebat ad cælum oculos, pietatem in filios pietate in Deum superans. Ne-*

Dignum Paulæ constantiæ exemplum.

(*h*) Hier. epist. 27.

scie-

sciebat se matrem, ut Christi probaret ancillam: torquebantur viscera, & quasi a suis membris distraheretur, cum dolore pugnabat: in eo cunctis admirabilior, quod magnam vinceret charitatem. Inter hostium manus & captivitatis duram necessitatem nihil crudelius est, quam parentes a liberis separari: Hoc contra jura naturæ plena fides patiebatur, immo gaudens animus appetebat; & amorem filiorum majore in Deum amore contemnens, in sola Eustochio, quæ & propositi & navigationis ejus comes erat, acquiescebat. Sulcabat interim navis mare; & cunctis, qui cum ea vehebantur, littora respicientibus, ipsa aversos tenebat oculos; ne videret, quos sine tormento videre non poterat. Fateor nulla sic amavit filios; quibus, antequam proficisceretur, cuncta largita est, exhæredans se in terra, ut hæreditatem inveniret in cælo. Hæc de illa, cum solvit e portu, Hieronymus. Quænam, rogo, umquam Gentilium Romanarum nobilium feminarum tale pro religione specimen edidit? cum alioqui in Ecclesia Dei, non unius solum Paulæ, sed innumerabilium propemodum dixerim mulierum fortissimarum exempla legantur. Paulæ autem peregrinationem Herosolymam usque, idem Hieronymus scriptis prosecutus est. Conveniemus nos eam variis occasionibus sæpius futuris temporibus. Sed quæ sunt reliqua anni hujus, prosequamur.

XXII. Concilium Burdegalense. Hoc item anno adversus Priscillianum cogitur Concilium Burdegalense, a quo idem hæresiarcha appellavit ad Maximum tyrannum; a quo eum suis occiditur: *Sub eodem namque Arcadii atque Bautonis Consulatu* (inquit Prosper in Chronico) *Priscillianus in Synodo Burdegalensi, se damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum provocavit: auditusque Treveris ab Evodio Præfecto Prætorio, ab eodem Maximo gladio addictus est cum Euchrocia Delphidii rhetoris conjuge, & Latroniano, aliisque erroris consortibus. Quo tempore Burdegalæ quædam Priscilliani discipula, nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est.* Hæc Prosper summatim rem gestam complexus. Porro Severus (a) post recensita quæ acta sunt in causa Priscilliani sub Gratiano, quæ suo loco superius retulimus, de his quæ acciderunt sub Maximo tyranno ita prosequitur, usque ad dictorum necem, narrationem: *Jam rumor increbuerat, Clementem Maximum intra Britannias sumpsisse Imperium, ac brevi in Gallias erupturum. Ita tum Ithacius, Episcopus oppugnator Priscilliani, statuit, licet rebus dubiis, novi Imperatoris adventum expectare; interim sibi nihil agitandum. Igitur ubi Maximus oppidum Treverorum victor ingressus est; ingerit preces plenas in Priscillianum ac socios ejus invidiæ atque criminum. Quibus permotus Imperator, datis ad Præfectum Galliarum, atque ad Vicarium Hispaniarum litteris, omnes omnino quos labes illa involverat, deduci ad Synodum Burdegalensem jubet.*

(a) Sever. l. 2.

XXIII. Priscillianus cum suis ad Maximum. *Ita deducti Instantius & Priscillianus: quorum Instantius prior jussus causam dicere; postquam se parum expurgabat, indignus esse Episcopatu pronunciatus est. Priscillianus vero, ne ab Episcopis audiretur, ad Principem provocavit. Permissumque id nostrorum inconstantia: quia aut sententiam in refragantem ferre debuerant; aut si hi ipsi suspecti habeantur, aliis Episcopis audientiam reservare, non causam Imperatori de tam manifestis criminibus permittere. Ita omnes, quos causa involverat, ad Regem deducti: secuti etiam accusatores Idacius & Ithacius Episcopi; quorum studium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, si non studio vincendi plus quam oportuit certassent. Ac mea quidem sententia est, mihi tam reos quam accusatores displicere. Certe Ithacium nihil pensi, nihil sancti habuisse definio: fuit enim audax, loquax, impudens, sumptuosus, ventri & gulæ plurimum impertiens. Hic stultitiæ eo usque processerat: ut omnes etiam sanctos viros, quibus aut studium inerat lectionis, aut propositum erat certare jejuniis, tamquam Priscilliani socios aut discipulos in crimen accerseret. Ausus etiam miser est ea tempestate, Martino Episcopo, viro plane Apostolis conferendo, palam objectare hæresis infamiam. Namque tum Martinus apud Treveros constitutus, non desinebat increpare Ithacium, ut ab accusatione desisteret: Maximum orare, ut sanguine infelicium abstineret: satis superque sufficere, ut Episcopali sententia hæretici judicati, Ecclesiis pellerentur: novum esse & inauditum nefas, ut causas Ecclesiæ Judex sæculi judicaret.*

XXIV. Priscillianus cum suis subiectus gladio. *Denique quoad usque Martinus Treveris fuit, dilata cognitio est, & mox discessurus egregia auctoritate a Maximo elicuit sponsionem; nihil cruentum in reos constituendum. Sed postea Imperator per Magnum & Rufum Episcopos depravatus, & a mitioribus consiliis deflexus, causam Præfecto Evodio permisit, viro acri & severo: Qui Priscillianum gemino judicio auditum, convictumque maleficii, nec diffitentem obscœnis se studuisse doctrinis, nocturnos etiam turpium feminarum egisse conventus, nudumque orare solitum: nocentem pronunciavit, redegitque in custodiam, donec ad Principem referret. Gesta ad Palatium delata, censuit Imperator Priscillianum sociosque ejus capitis damnari oportere. Cæterum Ithacius videns, quam invidiosum sibi apud Episcopos foret, si accusator etiam postremis rerum capitalium judiciis astitisset*

tisset

tisset (etenim iterari judicium necesse erat) subtrahit se cognitione frustra, callido jam scelere perfecto. At tum per Maximum accusator apponitur Patricius quidam Fisci patronus. Ita eo insistente, Priscillianus capitis damnatus est, unaque cum eo Felicissimus, & Armenius, qui nuper a Catholicis, clerici Priscillianum secuti, desciverant. Latronianus quoque & Euchrocia gladio perempti. Instantius, quem superius ab Episcopis damnatum diximus, in Sylinam insulam, quæ ultra Britanniam sita est, deportatus.*

* Silvinam.

XXV. *Itum deinde in reliquos, sequentibus judiciis, damnatique Asarinus, & Aurelius diaconus gladio: Tiberianus, ademptis bonis, in Sylinam insulam datus: Tertullus, Potamius, & Joannes tamquam viliores personæ, & digni misericordia, quia ante quæstionem se ac socios prodidissent, temporario exilio intra Gallias relegati. Hoc fere modo homines luce indignissimi, pessimo exemplo necati, aut exiliis mulctati: quod initio jure judiciorum & egregio publico exemplo defensum, postea Ithacius in jurgiis solitus, ad postremum convictus, in eos retorquebat, quorum id mandato & consiliis effecerat: solus tamen omnium Episcopatu detrusus Nardacius, licet minus nocens, sponte se Episcopatu abdicaverat; sapienter id & verecunde, nisi postea amissum locum repetere tentasset. Cæterum Priscilliano occiso, non solum non repressa est hæresis quæ illo auctore proruperat, sed confirmata, latius propagata est: namque sectatores ejus, qui eum prius ut sanctum honoraverant, postea ut martyrem colere cœperunt. Peremptorum corpora ad Hispanias relata, magnisque obsequiis celebrata eorum funera. Quin & jurare per Priscillianum, summa religio putabatur: ac inter nostros perpetuum discordiarum bellum exarserat, quod jam per quindecim annos fœdis dissensionibus agitatum, nullo modo sopiri poterat. Et nunc cum maxime discordiis Episcoporum turbari aut misceri omnia cernerentur, cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconstantia, invidia, factione, libidine, avaritia, arrogantia, somno, desidia essent depravata; postremo plures adversum paucos bene consulentes, insanis consiliis & pertinacibus studiis certabant. Inter hæc plebs Dei, & optimus quisque probro atque ludibrio habebatur.* Hactenus Severus: qui sub Stiliconis Consulatu eam se scripsisse historiam superius demonstrat.

Priscillianus colitur a suis.

XXVI. Exprobrata fuit in Maximum a Pacato (a) in Panegyrico Theodosio dicto horum cædes, dum ait: *Sed nimirum graves suberant, invidiosæque causæ, ut unco ad pœnam Clarissimæ matrona raperetur*; objiciebatur enim atque etiam exprobrabatur mulieri viduæ nimia religio & diligentius culta divinitas. Quid hoc majus poterat intendere accusator sacerdos? Fuit enim, fuit & hoc delatorum genus, qui nominibus Antistites, re vera autem satellites, atque adeo carnifices, non contenti avitis evolvisse patrimoniis, calumniabantur in sanguinem, & vitas premebant reorum jam pauperum. Quinetiam cum ipsi judiciis capitalibus astitissent, cum gemitus & tormenta miserorum auribus ac luminibus hausissent, cum lictorum arma, cum damnatorum frena tractassent, pollutas pœnali manus contactu ad sacra referebant; & cæremonias, quas incestaverant mentibus, etiam corporibus inquinabant. Hos ille Phalaris in amicis habebat: hi in oculis ejus atque etiam in osculis erant; nec injuria, a quibus tot simul votiva veniebant, avaro divitum bona, cruento innocentium pœna, impio religionis injuria.* Hæc Pacatus, nullum Gentilis homo delectum habens inter Catholicos & hæreticos, putans, superstitiosos Gnosticos Priscillianistas, Christianæ religionis exactissimos fuisse cultores.

(a) Latin. Pacat. Panegyr.

* traheretur.

Quæ Pacatus in Maximum ob necem hæreticorum.

XXVII. Quod vero ad Latronianum pertinet, quem eadem ea causa una cum Euchrocia gladio necatum cum Severus, tum Prosper affirmant; apud S. Hieronymum Matronianus legitur, de quo (b) ait: *Matronianus provinciæ Hispaniæ vir valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, cæsus est & ipse Treveris cum Priscilliano, Felicissimo, Juliano, Euchrocia ejusdem factionis auctoribus: extant ejus ingenii opera diversis metris edita.* Meminit idem S. Hieronymus de Priscilliano, cum ait (c): *Quid loquar de Priscilliano, qui & sæculi gladio & totius Orbis auctoritate damnatus est?* Et alibi (d) de eodem tradit, edidisse multa opuscula, habuisseque defensores, qui eum excusarent non sensisse cum Gnosticis, sicut adversarii fuerant criminati. Sed frustra ab impietate vindicare curarunt hominem, quem opera probrosa condemnarunt; cujus sordes putidarum libidinum nec Bætis Tagusque abluere valuissent.

Latronianus poeta.

(b) Hier. de Script. Eccl. in Matroniano.

(c) Hier. adv. Pelag.

(d) Hier. de Script. Eccl.

XXVIII. De Tiberiano quoque Bætico, quem Severus eadem ea causa relegatum a Maximo dicit in insulam Sylinam, idem Hieronymus agit his verbis (e): *Scripsit pro suspicione, qua cum Priscilliano accusabatur hæreseos, apologeticum, tumenti compositoque sermone. Postea, post suorum cædes tædio victus exilii, mutavit propositum; & juxta sanctam scripturam, canis reversus ad vomitum; filiam, devotam Christo virginem, matrimonio copulavit.* Hæc ipse, idemque in Chronico meminit cujusdam Tiberiani viri diserti, qui anno trigesimo Imperii Constantini Præturæ titulo Gallias administrabat; quem

De Tiberiano Priscillianista.

(e) Hier. de Script. Eccl.

quem ob temporis discrepantiam ab hoc putamus esse diversum.

XXIX. Cur improbatum supplicium hæreticorum.

Quod autem impurissimorum hominum condemnatio, qui ob turpissima scelera etiam Gentilium Imperatorum legibus justissime gladio feriendi erant, notam inusserit indelebilem Episcopo accusatori; illa in primis causa præcessit, quum ex Severo reddidimus, nimirum accusatorem fuisse hujusmodi, qui odio potius quam divinæ legis zelo commoveretur, quod ipse voluptuosus quosque jejunantes etiam Catholicos (ut accidit de Sancto Martino) cum Priscilliano sentire culparet; quodque itidem pœna sanguinis procul abhorreret a mansuetudine muneris pastoralis: nondum enim de Episcopo aliquo auditum in Ecclesia Dei erat, de sontibus pœnam sanguinis exegisse. Quomodo autem sequenti anno ea de causa in Galliis, nempe Treveris, convenerit Concilium Episcoporum, qui Ithacium communione privarunt, suo loco dicturi sumus; ubi & Maximi factum accuratius perpendetur. Jam vero ad res Ecclesiasticas Orientalis Ecclesiæ digrediatur oratio.

XXX. (a) Socr. l. 5. c. 12. Timothei obitus, Theophili electio. (b) Pallad. in Lausiac. c. 12.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus (ut auctor est Socrates a) Timotheus Episcopus Alexandrinus, cum sedisset annos quinque, decessit; in cujus locum Theophilus suffectus est. Hujus Timothei, cum Ammonem sanctissimum monachum ob auriculæ spontaneam amputationem effectum irregularem, nihilominus Episcopum ordinarit, sententia hæc fuit (b): *A Judæis lex ista servatur. Ego, si dederitis mihi aliquem etiam naribus truncum, sed moribus probum, non eum dubitabo Episcopum facere.* Extat ejusdem apud Græcos epistola canonica (c). Mentio quoque ejusdem Timothei habetur in rescripto Theodosii Imperatoris ad Optatum Præfectum Augustalem Ægypti de Ecclesiastico jure illibate servando, his verbis (d):

(c) Apud Theod. Balsamonem fin. (d) l. 3. de Episc. audie. C. Theod.

XXXI. * fatigatos.

*Graviter admodum mota est nostra clementia, quædam ab his qui Episcoporum sibi nomina vendicant, perpetrata, & contra leges non minus divinas, quam humanas improba temeritate commissa; vexatos etiam nonnullos Orthodoxorum clericos, quorum ætas huic injuriæ a sacerdotio repugnabat, flagitatos * itineribus, quæstionariis deditos, atque hæc omnia per eos commissa, qui ad tegumenta frontis, sacerdotii nominis titulos præferebant. Denique lectis in consistorio precibus, quibus Episcopalis pietas aliquid postulans refragatur, denegatque; idcirco continua lege sancimus, nomen Episcoporum, vel eorum qui Ecclesiæ necessitatibus serviunt, ne ad judicia sive ordinariorum sive extraordinariorum Judicum pertrahatur. Habent illi Judices suos, nec quicquam his publicis commune cum legibus; quantum ad causas tamen Ecclesiasticas pertinet, quas decet Episcopali auctoritate decidi. Quibuscumque igitur mota fuerit quæstio, quæ ad Christianam pertineat sanctitatem, eos decebit sub eo Judice litigare, qui Præsul est in suis partibus omnium sacerdotum, idest per Ægypti diœcesin, Optate carissime ac jucundissime. Quare laudabilis auctoritas tua arbitrio temperato, quicquid negotiorum aliunde incidet, terminabit, habituro Pontificium sacræ disceptationis Timotheo Episcopo, quem sibi omnes etiam suo judicio prætulere: est enim vir cum omnium sacerdotum susceptatione venerandus, tum etiam nostro judicio approbatus.* Hucusque Theodosii rescriptum; quod utcumque mendis sit depravatum, perspicue tamen illud insinuat, judicia Ecclesiastica per Episcopos esse tractanda.

Theodosius salvum vult jus Ecclesiasticum.

XXXII. Digna collatio.

Hic, lector, accurate hominum primum, ac subinde Dei contemplare judicium. Duo enim hic habes eodem prope narrationis contextu in eadem ferme causa Imperatorum exempla, nempe Theodosii Aug. atque Maximi, tyranni potius digni nomine: quibus ab iisdem personis, nempe pravis Episcopis, adversus alios collegas importuna est facta suggestio. Maximus sibi arrogat causam Episcoporum, defert appellationi hæresiarchæ, judicat causam, adulteros legibus sæculi gladio vindici subjicit; quod juste irrogatum supplicium rei multorum scelerum meruissent. Sic plane judicat Maximus: Theodosius vero longe diverse; quippe qui infensissimo primum accepit animo, Episcopos deferre ad Præfectos vel ipsum Imperatorem excessus collegarum, vel crimina inferioris ordinis sacerdotum, subterfugientes Episcopale judicium. Hos rejicit Imperator, nec audiri patitur a Præfectis, quos & dato rescripto commonuit ab Ecclesiasticis judiciis penitus absti-

PAGIUS V. *Theophilus fit Episcop. Alexandr.*

Ad num. XXX. *Timotheus* Episcopus Alexandrinus obiit die vicesimo sexto mensis *Epiphai*, inquit Theophanes, cui suffragatur Auctor Chronici Patriarcharum Cophtitarum, qui ait, eum diem concurrisse cum Dominica. Quare cum dies ille XXVI. Epiphi concurrat cum die vicesimo mensis Julii, qui currenti anno Dominicalis fuit, liquet, *Timothei* obitum recte a Baronio consignatum. Scripsit, teste Sozomeno lib. 6. cap. 29. Vitam Sancti *Apollos*, & aliorum Monachorum, qui in Ægypto, imperante Theodosio, floruerunt, quo Opere modo non extante *Palladium* usum, non dubitandum; cum Rufinus lib. 3. cap. 29. alios ante se Sancti Macarii Alexandrini miracula scripsisse testetur. Facundus lib. 4. cap. 2. epistolam ejus ad Diodorum refert, ubi se Divi Athanasii discipulum Timotheus profitetur. Timotheo successit *Theophilus*. Ad

abstinere, quæ ad Episcopos Ecclesiasticarum rerum ac personarum legitimos Judices deferri mandavit. Ita se habuere in eadem ferme causa dissimilia ac prorsus inter se diversa duorum Imperatorum judicia. Quodnam autem horum justius fuerit, non solum Synodali fuit postea sententia definitum, sed divini judicii æqua lance libratum, & alterius jactura vitæ atque Imperii declaratum: cum alioqui Maximus exerens, ut alter Phinees, gladium in turpissimorum hominum necem, sanctificasse manus suas Domino, ob idque ut Phinees perennitatem Imperii commeruisse videri potuisset: quem tamen non cædes sontium culpabilem reddidit, sed arrogatum sibi sacerdotale judicium, quantumlibet Episcoporum illorum consensione delatum: Ut intelligant omnes, quam gravius delinquant, qui illud, contradicentibus sacerdotibus, sibi vendicant & extorquent. Sed jam reliqua prosequamur.

XXXIII. Eodem anno creditur defuncta Placilla Augusta, quam superiori peperisse constat Honorium; cum & sequenti anno reperiatur Theodosius Gallam conjugem accepisse (a). Laudavit eam funebri oratione Gregorius Nyssenus, quæ & virtutes illius pluribus prosecutus est, locum describens ubi defuncta, in Villa nimirum Scotoumin dicta, quæ a tenebris nomen habens, extinguendæ lucentis egregie in Ecclesia facis videbatur esse prænuncia. Meminit ejusdem Placillæ, perperam alibi scriptæ, Flacillæ, S. Ambrosius in funere Theodosii, eamque Deo conjunctam in cœlis affirmat. Sed qualis quantave esset Christiana femina eadem Augusta, Theodoretus ita describit (b), cum Theodosii egregias virtutes eidem sanctæ conjugi Placillæ acceptas fert: *Conjux ejus, nempe Placilla, numquam destitit divinas leges eidem Theodosio in memoriam redigere; seque primum eisdem accurate ipsa erudierat. Siquidem ea non Imperatorio principatu se insolenter extulit; sed divinum, quo flagrabat, desiderium augere studuit. Quippe beneficii magnitudo amorem erga dominum multo reddidit ardentiorem. Itaque ad eos sublevandos, qui mutilata corpora, membraque omnia labefactata haberent, nihil non diligentiæ & curæ adhibuit; atque ad eam rem non servorum, seu stipatorum opera usa est, sed illa ipsa hoc fungi ministerio, adire eorum hospitia, & singulis necessaria suppeditare voluit: simili quoque ratione, ecclesiarum hospitia visere, ægrotis in lecto decumbentibus curationem adhibere, tractare ollas, jusculum gustare, patinam illis deferre, frangere panem, offar porrigere, eluere pocula, omnia denique alia munera obire, quæ servi & ancillæ exequi solent. Atque illis qui eam ab hoc genere ministerii avocare studebant, respondit: Aurum distribuere, decere Imperatorem; se autem pro ipso Imperio, et qui id ipsum dederat, illam operam offerre debere. Quinetiam percrebro solebat marito dicere: Semper te, mi vir, oportet cogitare, qui olim fueris, & qui jam sis: ista assiduo animo complectens, non te ingratum*

Obitus Placillæ Augustæ.

(a) Marcel. in Chron.

(b) Theod. l.5.c.18.

Placillæ virtutes.

tum

PAGIUS

VI. Ad num. XXXIII. & seqq. *Placilla* seu Flacilla *Antonii* nuper Consulis filia, quam Theodosius ante Imperium uxorem duxerat, hoc anno obiit, ut Auctor Chronici Alexandrini insinuat. Baronius *Flacillam* appellatam fuisse contendit; Lambecius vero tomo 2. Bibliothecæ Cæsareæ pag. 386. *Placillam*: ex Antiquis enim alii eam Placillam, alii Flacillam vocant. Ea defuncta, Theodosius Gallam Valentiniani senioris ex Justina filiam, uxorem duxit anno CCCLXXXVII. ut recte Baronio observatum. Fuit Placilla mater Arcadii, Honorii, & Gratiani, qui præmature obiit, quique tamen matri superstes fuit, ac præterea Pulcheriæ ante matrem demortuæ. Patent hæc partim ex Gregorio Nysseno Oratione in funere Placillæ sub finem, partim ex Ambrosio in Orat. de obitu Theodosii Magni. Ait Nyssenus: *Dicam etiam aliquod maritalis amoris indicium & argumentum. Oportebat omnino, soluto corporis conjugio, etiam pretiosa bona, quibus abundabat, venire in distributionem. Cum enim tres essent liberi (hæc enim bonorum capita sunt) qui virilis sexus essent, apud patrem reliquit, qui regno ejus præsidio essent. Ad suam vero partem solam filiam pertinere existimavit. Vides quanto candore atque æquitate animi pariter ac indulgentia sit usa, quæ in rebus pretiosis majorem partem viro concesserit.* Tertii filii, cujus Cangius in *Familiis Byzantinis Augustis* non meminit, & filiæ nomina prodit Ambrosius citatus: *Nunc se Augustæ memoria Theodosius regnare cognoscit..... nunc sibi Rex est, quando recipit etiam filium Gratianum & Pulcheriam, dulcissima sibi pignora, quæ hic amiserat, quando ei Placilla adhæret.* Gratianus itaque ante patrem decessit; falliturque Baronius, qui scribit, Gratianum ante matrem vita functum esse.

Obitus Placillæ uxoris Theodosii Magni.

VII. Est hic primus annus persecutionis a *Justina* Augusta adversus *Ambrosium* Mediolanensem Episcopum excitatæ, quam anno sequenti explicabimus.

D. Ambrosius vexatur.

VIII. Diviso Illyrico in Orientale & Occidentale, quod anno CCCLXXIX. factum fuisse, certum fit ex iis quæ anno CCCLXXX. num. IV. & seqq. & anno CCCXC. num. III. & seqq. in medium adduxi, Pannonia, utrumque Noricum, Dalmatia, Mœsia, Dardania & Creta in Imperio Occidentali remansere; servataque est hactenus Sirmio, quæ Sedes fuerat Præfecti Prætorio Illyrici, sua dignitas, constituto illic Vicario Præfecti Prætorio Italiæ, qui Provincias illas regeret. Sedes vero Præfecti Prætorio Illyrici translata est Thessalonicam, eique contributæ Macedonia, Thessalia, Achaia, Epirus utraque, Prævalis & utraque Dacia. In Ecclesiasticis sicut ante eam divisionem totum Illyricum Episcopo Romano seu Patriarchæ Occidentis suberat; ita & post illam eidem subditum remansit; quia, ut scribit Innocentius

Occasione divisionis Illyrici Thessalonicensis Vicariatus institutus;

Papa

tum ostendes erga patronum; sed Imperium, quod suscepisti, juste & legitime gubernabis; atque eo rite administrando eum qui ipsum donaverit, auguste sancteque coles. Ejusmodi sermonibus semper eam viro habebis, femina virtutum animo ejus mandata praclarissime commodissimeque rigavit. Ista Theodoretus.

XXXIV. De Pulcheriæ infantis obitu. Genuit hæc Theodosio, præter Arcadium & Honorium, Pulcheriam; sed vivente adhuc matre Placilla, tenella infans cito decessit; in cujus funere idem Gregorius Nyssenus, qui Constantinopoli erat, habuit panegyrim, de qua & in funere Placillæ matris: *Quomodo igitur*, inquit, *fecit distributionem? Cum tres essent liberi (hoc enim bonorum capita sunt) qui virilis sexus essent apud patrem reliqui, qui regno ejus præsidio essent; ad suam vero partem solam filiam pertinere existimavit.* Quanto vero odio eadem Placilla Augusta execrata fuerit impios Arianos, idem Gregorius ad cumulum ejus laudum adjicit hujusmodi corollarium (a): *Simulacrorum odium commune est omnibus qui fidei participes sunt: sed ejus præcipuum, quod Arianam infidelitatem similiter atque simulacrorum cultum abominabatur. Nam eos qui in creatura divinum nomen esse existimarent, nihilo minora colere atque venerari putabat, quam qui ex materia simulacra efficiunt. At recte ac pie ita judicabat. Nam qui creaturam adorat, etiam si in nomine Christi id faciat, simulacrorum cultor est, Christi nomen simulacro imponens. Idcirco cum didicisset, quod non sit Deus recens & novus, unam Deitatem adorabat, quæ in Patre & Filio & Spiritu sancto glorificatur. In hac fide crevit, in hac viguit, apud hanc spiritum deposuit, ab hac oblata est sinui patris fidei Abrahami juxta fontem Paradisi, &c.* Certe quidem per Arianos occulto tramite diabolum conatum esse restituere idololatriam, ulibi idem auctor pluribus docet, nosque superius diximus ex sententia Athanasii.

(a) Greg. Nyss. orat. in funere Placillæ.

XXXV. ☞ Ad postremum autem corrigendus hic error, in quem nos secuti Græcos auctores, incurrisse fatemur in nomine Placillæ, de cujus obitu agimus; ita quidem Græci omnes appellant Placillam, Gregorius Nyssenus in inscriptione funebris orationis, eodem modo Socrates (b), Sozomenus (c), Theodoretus (d), Suidas, Zonaras & alii; ita etiam inemendato errore reddiderunt Latini interpretes; & alii eodem reperiuntur errore decepti, ut Panvinus (e): Quos secuti æque nos Placillam nominavimus, quæ re

(b) Socrat. l.5.c.11.
(c) Sozo. l.7. c.6.
(d) Theod. l.5.c.9.
(e) Panvin. de Roman. princ. l.3.

PAGIUS Papa Epist. XXX. ad Alexandrum Episcopum Antiochenum, Ecclesiæ dignitati non congruit *ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei Ecclesiam commutari, honoresque aut divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator.* Hæc tamen divisio Illyrici Episcopis Constantinopolitanis cupiditatem injecit, Orientale suæ Sedi subjiciendi; quod non semel eos tentasse Tomo sequenti visuri sumus. Pontifices Romani, ut eorum consiliis obviam irent, impedirentque quominus Episcopi Illyrici Orientalis a sua jurisdictione recederent, Episcopum Thessalonicensem Vicarium Sedis Apostolicæ in illis partibus constituendum judicarunt. Erat quippe Thessalonica in civilibus urbs celeberrima μήτηρ πάσης Μακεδονίας idest, *Mater totius Macedoniæ*, ut legitur in Antipatri Epigrammate lib. I. Ἀνθολ. & Sedes Præfecti Prætorio Illyrici Orientalis. In Ecclesiasticis vero una erat ex Apostolicis Ecclesiis a Paulo Apostolo fundata, ut ipsemet Epistola I. ad Thessal. cap. 2. docet, & legitur in Actis Apostolorum cap. 17. Indeque Tertullianus in lib. de Præscript. cap. 20. & 26. enumerans Ecclesias Apostolicas, a quibus cæteras dixerat traducem fidei & semina doctrinæ mutuatas esse, inter illas locat Thessalonicensem; cum paulo ante dixisset, apud ipsas suis locis adhuc præsidere cathedras Apostolorum.

IX. Ex institutione a Siricio PP. facta. Non convenit inter Eruditos, quis primus Romanorum Pontificum Episcopos Thessalonicenses hoc honore affecerit: aliqui eam liberalitatem referunt ad *Damasum*, cujus tempore *Acholius* & *Anysius* Thessalonicensem Sedem tenuere; alii vero, uti Baluzius in Supplemento lib. 5. Marcæ de Concordia Sacerdotii & Imperii cap. 23. *Siricium* hujus Vicariatus auctorem faciunt. Quæ ultima sententia a Viro doctissimo ibidem pluribus probata, præferenda. Siricius enim scribens ad Anysium Thessalonicensem Episcopum, ut videre est in Collectione Holsteniana, nullam Damasi mentionem facit, haud dubie facturus, si eadem auctoritas ab illo tributa Anysio fuisset. Præterea Leo I. repetens primordia Vicariatus Episcoporum Thessalonicensium in Epistola ad Anastasium, in eadem Collectione edita, a Siricio incipit, omisso Damaso. Verum quidem est, Innocentium I. Nicolaum I. & Joannem III. Pontifices Romanos hujus Vicariatus initium Damaso attribuere. Sed id processit ex eo quod Damasus mandata interdum aliqua, ubi occasio tulit, dedit Acholio & Anysio; quo exemplo invitatus Siricius, vices suas commisit per Illyricum, & præteritæ delegationis occasione exspirantem auctoritatem *certa tum primum ratione*, Ecclesiæ Thessalonicensi commisit. Licet itaque Leo Vicariatum Thessalonicensem a Siricii delegatione repetat; indicat tamen aliquam fuisse antea istiusmodi delegationem in Illyrico, sed quæ *certa tum primum ratione* firmata sit. In ea enim Epistola quæ extat apud Holstenium pag. 145. dicit Leo, se committere Anastasio Episcopo Thessalonicensi vices suas per Illyricum, additque se id facere exemplo Siricii, simulque arcanum aperit conciliationis a V. Cl. Baluzio allatæ: *Beatæ recordationis Siricii exemplum secuti*, inquit, *qui Sanctæ memoriæ Anysio prædecessori tuo bene de Apostolica Sede tunc merito, & rebus post sequentibus approbato, certa tum primum ratione commisit, ut per illam provinciam positis, quas ad disciplinam teneri voluit, Ecclesiis subveniret.* Istam observationem confirmant sequentia verba Leonis; qui,

ac vera, Flaccilla dicenda est. Prodit id in primis vetus numisma, cujus hic tibi formam cudendam curavimus, quæ sic se habet.

AEL·FLAC CILLA·AVG

SALVS REI PVBLICAE
T
CONE

XXXVI. Neque dubitari potest, quin sit ipsa imago conjugis Theodosii, cum præter hanc Flaccillam nulla legatur Christiana ejus nominis Augusta. Docet hoc ipsum præterea Claudianus in carmine de laude Serenæ, ut ibi: *Flaccillam, Mariamque* &c. & inferius: *Commotum Flaccillæ virum*. Fuisse illi quoque cognomen Ælia, ut in numismate habes expressum, idem docet auctor, ubi ait: *His fontibus Ælia fluxit*. Ducebat & ipsa genus ab Hispania, ubi Ælia familia clarissima erat; ex qua pariter Ælius Hadrianus, quem æque ex Hispania traxisse originem, Spartianus affirmat. Rursum vero in emendatioribus voluminibus S. Ambrosii in funeris Theodosii oratione, Flaccillam & non Placillam invenies appellatam; quem & secutus est Paulus diaconus in Appendice ad Eutropium. Confert ad hæc, quod hujus neptem, Arcadii filiam, Prosper & Marcellinus in Chronicis, sub Consulatu Cæsarii & Attici, Flaccillam recte nominant. Idem & constat de pronepte, Theodosii minoris filia, quæ Flaccilla item dicitur a Marcellino, sub Consulatu Antiochi atque Bassi. At quod in corrigendis erratis hic sumus, emendamus insuper, quod tres tantum diximus fuisse ex Flaccilla Theodosio filios, duos superstites, unam defunctam Pulcheriam: addimus & quartam prolem ad superos æque transmissam, nempe Gratianum infantem, eumdemque cito ex hac vita subductum. De his namque omnibus ista habet S. Ambrosius in oratione habita in funere Theodosii: *Nunc se Augustæ memoriæ Theodosius regnare cognoscit, quando in regno Domini Jesu Christi est, & considerat templum ejus. Nunc tibi Rex est, quando recipit etiam filium Gratianum & Pulcheriam jam dulcissima sibi pignora, quæ hic amiserat.* Hæc Ambrosius. At de Flaccilla hactenus, ejusque ex Theodosio prole suscepta. Ex quibus non solum quæ sunt dicta corrigas, sed & auctores emendes, sive Latinos sive Græcos, qui Placillam loco Flaccillæ nominant, & tres tantum tribuunt filios Theodosio Imperatori.

Hoc eodem anno Theodosius Imperator ad Cynegium P. P. ita rescripsit (a) adversus idololatras iterum reviviscentes: *Ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, ut inspectione jecoris, extorumque præsagio, vanæ spem promissionis accipiat; vel (quod est deterius) futura sub execrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim imminebit supplicii cruciatus eis, qui contra vetitum præsentium vel futurorum explorare tentaverit veritatem. Dat. VIII. Kal. Junii Constantinop. Arcadio A. I. & Bautone V. C. Coss.* Sanxit hæc & alia Theodosius adversus Gentilium superstitiosos cultum, quorum meminit Augustinus (b), necnon Ambrosius (c), qui ejus in abolendis idolis studium commendat. XXXVII.

(a) l. 9. de Pagan. C. Theod.

Lex Theodosii adversus idololatras.

(b) Aug. epist. 42.

(c) Ambr. orat. in funer. Theodos.

Sustulit hoc pariter anno, ad eumdem P. P. rescribens (d), fidicinas ac psaltrias mulieres civitatum pestes: hisce enim illecebris mores civium corrumpebant: de his namque ait S. Hieronymus scribens ad Furiam (e): *Fidicinas & psaltrias, & istiusmodi chorum diaboli, quasi mortifera sirenarum carmina, proturba ex ædibus tuis.*

(d) l. 10. de scenic. C. Theod.

(e) Hier. epist. 10.

XXXVIII. Quo item anno Valentinianus Imperator de relaxandis vinctis Paschali tempore ejusmodi generale edictum proposuit (f):

(f) l. 8. de indulg. crim. Cod. Theod.

Nemo deinceps tardiores fortassis affa-

tus

PAGIUS qui, cum memoriam iniret eorum Episcoporum Thessalonicensium, quibus Romani Pontifices commiserant vices suas, omnino incipit ab Anysio, dum ait, prædecessores suos, commisisse vices suas prædecessori decessorique Anastasii, idest Anysio & Rufo, quibus successerat Anastasius. Quare cum horum tantum mentionem faciat Leo, manifestum est, ab Anysio incepisse eum Vicariatum, de quo sæpe Tomo sequenti mentio occurret: cum enim Baronius Collectionem Holstenianam non viderit, ex ea Annales infra supplendi erunt.

De reorum indulgentia Paschali tempore.

tus nostræ perennitatis expectet, Exequuntur Judices quod indulgere consuevimus. Ubi primum dies Paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula solvantur. Sed ab his secernimus eos, quibus contaminari potius gaudia lætitiamque communem, si dimittantur, advertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? Quis adultero vel incæsti reo tempore castitatis ignoscat? Quis non raptorem in summa quiete & gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sivit. Patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulteratorque monetæ. Homicida quod fecit, semper expectet. Reus etiam majestatis, de domino, adversus quem talia molitus est, veniam sperare non debet. Dat. V. Kal. Mart. Mediolan. Arcadio I. & Bautone Coss. De ejusmodi sane consuetudine & lege Imperatoris meminit S. Ambrosius (*a*), cum exprobrat in ipsum Imperatorem, quod Justinæ Augustæ matris suasione, Paschatis tempore pios viros carceri manciparit, quo vincti dimitti solerent. Sed de his inferius.

(a) Ambr. epist. 33.

XXXIX. Id ipsum quidem, nempe ut Paschali tempore vincti relaxarentur, præstare quoque solebant Christiani, qui in Oriente regnabant Imperatores; quod & a Theodosio æque pietatis officium exhibitum est: meminit namque S. Joannes Chrysostomus ejusmodi religiosæ consuetudinis, cum agit de oratione Flaviani Episcopi Antiocheni, quam Constantinopoli coram Theodosio habuit, legatione fungens pro populo Antiocheno sub gladio iræ Principis periclitante, nam hæc tunc ad Theodosium Flavianus: *Recordare priorum, quando solemnitate hac*, nempe Paschali, *superveniente, per totum Orbem terrarum epistolam misisti, jubentem carcere detentos dimitti, & illis ignosci crimina: & illis humanitatem tuam demonstrare non sufficientibus, per litteras dicebas: Utinam mihi liceret, & defunctos revocare, & resuscitare, & ad priorem vitam reducere.* Erant enim hæc verba in sanctione contexta; quæ non reperitur.

Theodosius promulgat indulgentiam reorum.

JESU CHRISTI ANNUS 386. | SIRICII PAP. ANNUS 2. | VALENTIN. 11. THEODOSII 8. IMPP.

I. TRecentesimus octogesimus sextus Christi annus aperitur Consulatu Honorii & Evodii; erat hic apud Maximum fungens (ut vidimus anno superiori in rebus Priscilliani) Galliarum Præfectura. Quod igitur Fastis adscriptum videas Evodium Maximi hominem, plane intelligis inter ipsum ac Theodosium & Valentinianum Imperatores pacis fœdera esse transacta; cujus quidem violator & ruptor Maximus primus fuit, ut suo loco dicetur. Quod vero ad Honorium Consulem creatum spectat; erat plane puer infans, de quo Claudianus:

—— *Inter cunabula Consul*
Proveheris signans posito modo nomine Fastos,
Donaturque tibi qui te produxerat annus.

Natum quidem esse Honorium anno superiori, mense septembris, auctor est Marcellinus in Chronico: qua ratione dicendum, ipsum, cum ei Consulatus traditus est, infantem fuisse quatuor mensium.

Anni vero hujus exordio, nimirum ipso men- II.

PAGIUS

SÆC. IV.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5879.

☉ 3. D. ☽ 7. P. 5. April. Indict. 14.

Anno Urbis 1139. Olymp. 291. 20.2.

JESU CHRISTI 386.

SIRICII PAPÆ 3.

VALENTINIANI JUNIORIS 12.

A.C. 386.

THEODOSII 8. ARCADII 4.

I. Consules.

[1] AD num. I. Coss. *Honorius Nobilissimus puer, & Evodius*; ille in Oriente, hic in Occidente: Consulatus Honorii juxta primam regulam; anno enim CCCLXXXV. *Puer nobilissimus* dictus.

II. Ad num. II. Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum veterum Pontificum, dubitat de integritate epistolæ a Siricio Papa in Concilio Romano hoc anno celebrato scriptæ *ad Episcopos Africæ*, datæ *Romæ in Concilio Episcoporum octoginta, sub die VIII. Idus Januarii, post Consulatum Arcadii Augusti & Bautonis* „ *Virorum clarissimorum Consulum*. Insolens, in„ quit Papebrocius, formula, eoque difficilius „ recipienda, quod annus per priorem Consu„ latum signetur, quo tamen anno magistra„ tum illum inivisse sciebantur Honorius N. „ P. & Fl. Evodius: quanto enim major fuit „ hujus Consulatus lætitia per Imperium, tan-

II. Decretalis Siricii non bene impugnata.

10

NOTÆ [1] COss. *Honorius nobilissimus puer, & Evodius*. Utrisque *Flavii* prænomen tribuunt nonnulli Fastorum concinnatores. De *Honorio* nullum est dubium. Vulgares Fasti, puta Idatii, Prosperi Aquitani, & Marcellini Comitis: *Honorio nobilissimo* (al. *puero*) *& Evodio*. Prosperi Chronicon MS. *Honorio* N. P. scilicet, *nobilissimo puero, & Evodio*, Paschalis laterculus MS. in fine Gennadii: *Honorio & Eubodio*, pro *Evodio*.

Concilium Romanum. (a) Siric. epistol. ad Episc. Afric. mense Januarii, celebratum est a Siricio Papa Romæ in basilica sancti Petri Concilium octoginta Episcoporum; cujus extat epistola Synodalis (a) data octavo Idus Januarii post Consulatum Arcadii atque Bautonis; quod scilicet novorum Consulum nomina Romæ nondum publicis auspiciis promulgata essent. Porro in hoc Concilio novem Papæ capitulis collapsam in Africa Ecclesiasticam disciplinam restituere conatus est.

III. De Novatianis ac Montensibus primo cautum, ut venientes ad Ecclesiam, per manus impositionem conciliarentur: hoc enim nomine Romæ noto, Montenses, Donatistas schismaticos nominat. Monuit præterea, ne sacerdotes atque diaconi conjugati, cum ordinati essent, cum uxoribus permanerent. Cæterum cælibatum sacrorum ministrorum nequaquam ex lege Siricii Papæ recens introductum esse, sed ab Apostolorum temporibus in Africa acceptum atque retentum sibi vendicat Concilium Carthaginense (b). (b) Concil. Carthag. 2. c. 2. Hujus decreti Siricii, ut incontinentes a ministerio Ecclesiastico arcerentur, meminit Innocentius (c) Papa in epistola ad Exuperium Episcopum Tolosanum. (c) Innoc. ad Exuper. c. 2. Sunt & alia ibi statuta, quæ eadem epistola recensentur. Sed & recitata fuit hæc Siricii epistola in Concilio Telepteasi * in Africa, sub Honorio Imp. celebrato; de quo suo loco dicendum. * Telensi.

Eodem quoque mense Januarii, Valentinianus Imperator indignum prorsus pio Principe, impulsu haud dubium Justinæ Augustæ matris, pro Arianis ejusmodi promulgavit edictum (d): (d) l. 4. de fide Cathol. C. Theod.

IV. Lex pro Ariania data. *Damus copiam colligendi his, qui secundum ea sentiunt, quæ temporibus divæ memoriæ Constantii, sacerdotibus convocatis ex omni Orbe Romano, expositaque fide ab his ipsis qui dissentire noscuntur, Ariminensi Concilio, Constantinopoli etiam confirmata, in æternum mansura decreta sunt. Conveniendi etiam, quibus jussimus, patescat arbitrium: scitaris his, qui sibi tantum existimant colligendi copiam contributam, quod si turbulentum quippiam contra nostræ tranquillitatis præceptum faciendum esse tentaverint, ut seditionis auctores, pacisque turbatæ Ecclesiæ, etiam majestatis, capite ac sanguine sint supplicia luituri: manente nihilominus eos supplicio, qui contra hanc dispositionem nostram obreptive aut clanculo supplicare tentaverint. Dat. X. Kal. Februarii, Mediolani, Honorio, N. B. P. & Evodio Coss.* Sed Justinæ hunc fuisse conatum, audies ex his quæ de eadem lege habet Ruffinus (e). (e) Ruffin. l. 2. c. 16.

V. Benevolus Confessor. Interim dictanda adversus fidem Patrum Imperialia decreta mandantur Benevolo tunc Memoriæ scriniis præsidenti; sed ille, cui ab incunabulis sacra fides & venerabilis fuit, abnegat se impia verba posse proferre & contra Deum loqui. Tum vero ne inceptum Reginæ frustrari videretur, celsior ei honor promittitur, si impleret injuncta. Ille qui nobilior in fide esse, quam in honoribus cuperet: *Quid mihi, ait, pro impietatis mercede altiorem promittis gradum? Hunc ipsum, quem habeo, tollite: tantum mihi conscientia fidei duret illæsa. Hæc dicens, ante pedes impia præcipientium cingulum jecit.* Ita de Benevolo Ruffinus. Erat hic patria Brixianus, a S. Philastrio Catholica disciplina optime informatus: ad quem ejus successor S. Gaudentius, cum mittit ad eum editos a se sermones, ista præfatur, egregium ejusdem viri factum commemorans (f): (f) Gaud. in præfat. serm. Bibl. sanct.

VI. *Communis voti fuerat, ut ea quæ de divinis eloquiis per Paschales dies proxime præteritos explanavi, coram valuisses audire. Cum enim semper, tum præcipue his diebus festis præsentia tua nobis merito grata est in Ecclesiæ Brixianæ conventu. Nam sicut honoratorum nostræ urbis, ita etiam Dominicæ plebis, Domino annuente dignissimum caput es; quia non minore diligentia servare studes Dei præcepta, quam discere, robustam Catholicæ fidei professio-*

PAGIUS „ to minus debuerunt hæc nomina sileri. Ne„ que dubites, utrum Romæ sciri tam cito po„ tuerit, quinam Constantinopoli declarati fue„ rint Consules, cum soliti fuerint pluribus „ mensibus antea nominari & publicari, qui e„ rant cum novo anno magistratum inituri; „ ex eoque die glorioso designati Consulis ti„ tulo honestari. Ita Papebrochius. Sed levis hæc conjectura. Jamdiu enim ea formula in usum vocata erat; & quia in Occidente initio anni sæpe sciri non poterat, qui Consul in Oriente designatus fuisset, & vice versa, in cujusque arbitrio relictum uti hac formula, *Post Consulatum*, vel solius Occidentalis Consulis nomine Acta publica signare in Occidente, & solius Consulis Orientalis in Oriente, ut in Dissert. Hypatica ostendi. Præterea, quando qui anno præcedenti Consulatum gesserant, illustriores erant, præfata formula sæpe usurpata. Quare cum *Arcadius* Augustus esset, non mirum si in Concilio Romano ea formula adhibita fuerit. Denique valde incertum, an Romæ Honorii designatio hujus anni initio innotuerit: tardius enim Consules creati videntur, quod in tractatione pacis Theodosium, ac Valentinianum inter, & Maximum Tyrannum conventum fuerit, ut Evodius, qui Præfecturam Galliarum sub Maximo gerebat, Consul in Occidente procederet. Ex ea itaque subscriptione potius inferendum, pacta fœderis anno præcedenti in finem vergente transacta esse, eamque ob rem Consules, qui in hunc annum designati fuerant, tardius nuntiatos. Ex hoc dubio aliud Papebrochio natum, quod nempe epistola interpolata fuerit; sed illo sublato, illud negotium facessere non potest.

sionem præclara vitæ meritis æquiparare contendens, ut habeat sincera fides opera suæ puritatis nitore condigna. Quæ in re maximus docentis fructus est, & immortales utilitas audientis, dicente Apostolo (a) Rom. 2. (*a*): *Non auditores tantum, sed factores legis justificabuntur apud Deum. Nec mirum, si hodie taliter in timore Domini converseris, qui necdum percepta baptismi gratia, ita pro fidei cœlestis veritate pugnasti, ut imbutum te admirabilibus doctrinis Apostolici per omnia viri Patris nostri Philastrii, tanta constantiæ testimonium approbarit. Nostri namque temporis Regina Jezabel, Arianæ perfidiæ patrona simul & socia, cum beatissimum persequeretur Ambrosium Ecclesiæ Mediolanensis Antistitem, te quoque ea tempestate magistrum Memoriæ oblitum saluturis fidei arbitrata, contra Catholicus dictaro Ecclesias compellebat. Quod ne faceres, ultro & promotionis politicæ dignitatem & ambitionem sæculi gloriamque mundanam pro Dei gloria contempsisti, magis eligens privatus vivere, quam mortuus militare.* Hæc Gaudentius ad ipsum Benevolum egregium confessorem.

VII.

Gaudentii Episcopi Brixiani electio.

Porro ipse S. Gaudentius, qui ista præfatur ad tractatus quos de Paschate scripsit, haud pridem defuncto S. Philastrio, quem vidimus interfuisse cum Ambrosio Aquilejensi Concillo, in locum ejus subrogatus est, licet immatura ætate, sed præstans doctrina atque virtutibus: verum quali quantave adhibita vi, ipse declarat in sermonis exordio; quem de sua ordinatione tunc habuit, cum ait (*b*): (b) Gaud. serm. in suæ ordinat. *Imperitiæ meæ conscius, & ætatis ipsius immaturæ ad sacerdotii dignitatem pudore deterritus, merito silendi licentiam a summis sacerdotibus postulabam. Metuo enim primum, ne vis verborum cœlestium exiguitatis meæ sermone tenuetur; deinde erubesco, quod tantæ expectationi optatum doctrinæ fructum præstare non valeo. Unde imparem vestro per omnia me desiderio sentiens, onus istud totis viribus conatus sum declinare. Sed beatus pater Ambrosius cæterique venerandi Antistites, sacramento, quo temere vos ipsos obligastis, adstricti, tales ad me epistolas, cum vestra legatione miserunt, ut sine damno animæ meæ ultra jam resistere non valerem: cui ab Orientalibus quoque Episcopis, nisi meum ad vos reditum pollicerer, salutaris communio negaretur. Tali igitur conclusus articulo, & auctoritate sanctorum præsentium subjugatus, suscepi hoc summi sacerdotii munus, nec merito dignus, nec ætate aptabilis, nec doctrina maturus. Intuemini ergo quid patiar, &c.* Sed quid hic ipse ait ab Orientalibus sese excommunicandum, nisi reditum polliceretur? Accipe quæ ab eodem in alio sermone (*c*) (c) Gaud. serm. in dedicatione basilicæ. traduntur: nempe, in Orientem peregrinationem suscepisse pietatis ergo, & inter alia loca advenisse Cæsaream Cappadociæ, ibique a sacris virginibus in monasterio agentibus sacras accepisse reliquias sanctorum quadraginta martyrum, qui sub Licinio Sebaste in Armenia passi fuerant; quas se mutuatas dicebant a S. Basilio Magno ipsarum avunculo, ejus tunc Civitatis Episcopo. Cum autem (ut dictum est) inter hæc contigerit S. Philastrium ex hac vita decedere; omnes sacerdotes ejus Provinciæ, atque potissimum S. Ambrosius, in ipsum Gaudentium, absentem licet, in electione pari consensione conspirant, firmant decretum, atque stabiliunt jurejurando. Cum vero hæc audisset Gaudentius jam electus Episcopus, detrectaretque in Occidentem reditum; missa est ab Episcopis ad ipsum legatio & ad Orientis Antistites, qua rogarunt, ut renitentem redire Gaudentium excommunicatione compellerent: quod (ut vidimus) ab eisdem naviter impletum fuit, coactusque redire, & regimen accipere Ecclesiæ Brixianæ. At de his hactenus, ad quæ occasione Benevoli non inviti digressi sumus.

VIII.

Persecutio Justinæ in S. Ambrosium.

Porro quod ejusdem Gaudentii (ut diximus) assertione illud exploratum habeatur, tempore ejusmodi impiæ sanctionis, quam Benevolus dictare renuit, Justinam Augustam, quam jure nominat Jezabelem, aggressam esse Sanctum Ambrosium persequi: hic de eadem persecutione fusius agere, temporis ratio postulat & argumentum. De qua quidem illud in primis considerandum, eamdem Justinam sem-

PAGIUS

III.

D. Ambrosius a Justina Aug. vexatus.

Ad num. VIII. & seqq. Divi *Ambrosii* persecutio a *Justina* Augusta, Valentiniani junioris matre, excitata biennio duravit, eaque anno præcedenti cœpta, currentique continuata, ut ostendit Lex 4. Codicis Theodosiani *De Fide Catholica*, quæ præsenti anno X. Kal. Feb. Mediolani data est, qua *Valentinianus* Imp. Arianis Conventus agendi potestatem fecit. Anno itaque trecentesimo octogesimo quinto, *Justina Augusta*, quæ Arianam sectam amplectebatur, egit cum Divo Ambrosio, ut Basilicam Arianis concederet, ubi suos & ipsi Conventus celebrarent. *Ambrosius* nullis promissis, aut minis ad id inflecti potuit. Unde in Oratione *de non tradendis Basilicis*, quam anno secundo persecutionis suæ recitavit, ait: *Quasi vero superiori anno, quando ad Palatium sum petitus, cum, præsentibus Primatibus, ante Consistorium tractaretur, cum Imperator Basilicam vellet eripere, ego tunc aulæ contemplatione Regalis infractus sim, constantiam non tenuerim Sacerdotis, aut imminuto jure discesserim.* Hinc Justina impotens ira, auctrix Valentiniano fuit, ut Legem illam hujus anni initio publicaret. Quare Prosper in Chronico Imperiali initium persecutionis Sancti Ambrosii recte anno præcedenti, quemadmodum & Sigebertus in Chronico, consignarunt.

femper antea, etiam temporibus Gratiani, S. Ambrofio, negotiam faceffiffe, ut fuperias dictum eft in electione Anemmii Epifcopi Sirmienfis. Cæterant levia illa quidem exiftimata funt & nullius ferme momenti, ut qaæ nec perfecutionis nomine cenferentur, refpectu babito ad eam quæ his temporibas ingruit, cam pertinacior de tradenda Bafilica Arianis ab ea eft facta petitio, & violenta exactio confecata. Quod enim memorato nuper impio Imperatoris edicto profefforibus facrilegii Ariminenfis data effet conveniendi facultas; folicitior Juftina fuit, ut Arianis locum, in qaem iidem fuæ communionis fectarii convenirent, fubreptum a Catbolicis traderet: cajus rei caufa tot tantæque Mediolani concitatæ fant turbæ; quas anteqaam enarrare aggrediamur, de tempore exactior eft habenda difcuffio: fcimas enim has ad tempora Gratiani a Paulino referri, quas nos fub hujus anni Cofs. & non ante cœpias effe contendimas.

IX. Tempus perfecutionis Juftinæ contra Ambrofium. Miratus fum vehementer, Paulinum clericum ejufdem Ecclefiæ Mediolanenfis militantem fab Cafto diacono, recenfere ejufmodi perfecutionem aote obitum Gratiani: At confidero non ipfum præteriiffe, quo potiffimum tempore & anno ea acciderint: fed quod nulla in fcribendo habita chronographiæ ratione, prout fibi occafio videretur oblata, res geftos pro arbitrio collocaret, narratis his qaæ a Juftina adverfus Ambrofiam Sirmii acta effent, ad alia ejafdem argumenti recenfanda ioftitatam de his femel profequitar orationem. Unde fortaffe Græcis data eft errandi occafio: fiqoidem Sozomenus ea anta Gratiani necem contigiffe refert (a), ficut & Nicephorus (b) atque alii hos fecati: Ruffinus (c) vero contigiffe tradit poft obitum Gratiani: qaod manifeftius demonftrat Gaudentii auctoritas citata nuper, juncta edicto pro Arianis Juftinæ opera promulgato. Sed ad evidentiorem retam demonftrationem illud in primis intelligendum eft, ejufmodi perfecutionem biennio perduraffe: quod evidenter conftat Ambrofii auctoritate; cum agens in Auxentium Arianam, cujus nutu Juftina ad omne nefas impelleretur, præter illa quæ tum accidiffa narrat, ea quæ fuperiori paffus fit anno, in memoriam revocat, dicens (d): *Superiori anno, quando ad Palatium tuum fum petitus*, &c. Quamobrem fatendum eft, perfecutionem hoc anno cœptam, in annum fequentem fuiffe propagatam. His igitur in hanc modum de tempore elucidatis; reliquum eft, ut quænam hoc anno, quæ vero fequenti a Valentiniano atque Juftina in Ambrofium gefta funt, æqua difcriminatione diftincta, certa certis quæqae reddamus annis.

(a) Sozom. l. 7. c. 13.
(b) Niceph. l. 11. c. 15.
(c) Ruffin. l. 2. c. 15.
(d) Ambr. in Auxent.

X. Ipfe igitur Ambrofius in nuper citato loco de rebus hoc anno geftis hæc habet (e): *Quafi vero fuperiori anno, quando ad Palatium fum petitus, cum præfentibus primatibus ante Confiftorium tractaretur, cum Imperator bafilicam vellet eripere, ego tunc aulæ contemplatione regalis infractus fim, conftantiam non tenuerim facerdotis, aut imminuto jure difcefferim? Nonne meminerunt, quod ubi me cognovit populus Palatium petiffe, ita irruit, ut vim ejus ferre non poffent; quando Comiti militum cum expeditis ad fugandam multitudinem egreffo obtulerunt omnes fe neci pro fide Chrifti? Non tunc rogatus fum, ut populum multo fermone mulcerem, fponderem fidem, quod bafilicam Ecclefiæ nullus invaderet? Et cum pro beneficio meum fit officium poftulatum; tamen quod populus ad Palatium veniffet, mihi invidiæ commotæ eft. In hanc igitur invidiam me redire defiderant. Revocavi populum, & tamen invidiam non evafi.* Ambrofium vocatum ad Imp. fequitur populus. Hactenus ipfe ibi de rebus hoc anno geftis.

(e) Ambr. in Auxent.

XI. Justina cur hoc tempore vexat Ambrofium. Quidnam eft autem, quod Juftina Augufta Ambrofio femper infenfa, ipfum hoc potiffimum anno vehementius exagitare aggreffa eft? dicam paucis. Morata eft ipfa quidem in hoc tempus, in primis quod vivente Gratiano erga Ambrofium propenfiore, id tentare non licuit; fed nec eo defuncto: nam cum metus Maximi tyranni eam urgeret, ftuduit tunc de Ambrofio benemereri, cujus indigebat opera (ut vidimus) ad Maximum coercendum & continendum in Galliis. Icto autem cum eo fœdere, quod res in tuto viderentur collocatæ; nec Deum timens, nec virum fanctiffimum verita, immemor accepti beneficii, quo filio conciliatum effet Imperium, impulfa furore, Arianorumque ftimulis exagitata, fcelus aggreditur omnium maximum. Sed & nova illam ea caufa commovit, quod fuæ fectæ homines male mulctatos, indeque pulfos fciret, nec nifi ab ipfa fperare auxilium, ad quam confugiffent. Etenim cum Theodofius Imperator (ut demonftravimus) in Oriente Arianos & alios hæreticos compluribus datis edictis a Civitatibus aliifque locis abire juffiffet; accidit, ut nonnulli ex iis, quod fcirent Juftinam Auguftam Arianam effe, Arianifque favere, foveteque illos officiis omnibus, ad eam in Occidentem fe Mediolanum conferrent: cum vero iidem immenfo numero excrevissent, crevit pariter Epifcopi ipforum audacia, cum præfertim magnæ patronæ, nempe ipfius Juftinæ niteretur auxilio. Erat hic Auxentius genere Scytha, fubrogatus in locum fenioris Auxentii, quod cæteros doctrina antecellere videretur: fed quod fciret Auxentii nomen odiofum effe ob Auxentium feniorem Civibus Mediolanenfibus, loco Auxentii dici voluit

Mer-

Mercurinus; de quo eleganter Ambrosius (a): *Unum portentum est, & duo nomina. Etenim ne cognosceretur quis esset, mutavit sibi vocabulum; ut quia hic fuerat Auxentius Episcopus Arianus, ad decipiendam plebem quam ille tenuerat, se vocaret Mercurinum. Mutavit ergo vocabulum, sed perfidiam non mutavit: exuit lupam, & induit lupum. Nihil prodest quod mutaverit nomen; quid sit agnoscitur. Alius in Scythiæ partibus dicebatur, alius hic vocatur, &c.*

(a) *Ambr. in Auxent.*

XII. Duo Auxentii, senior & junior.

Sed antequam de rebus ab eo gestis agamus, confutanda est illa sententia, qua duo Auxentii confiantur in unum, seniorque cum juniore miscetur atque confunditur. Jam pluribus alias disseruimus adversus aliquos, qui hunc juniorem Auxentium unum eumdemque esse putarunt cum seniori ejusdem nominis Episcopo Mediolanensi; adversus quos satis sit modo aliquas adducere differentias, quibus alter ab altero distinguatur. Seniorem in primis Auxentium diem obiisse ante creationem Ambrosii, non Socrates (b) tantum, Sozomenus (c), atque Theodoretus (d) Græci historici absque controversia ulla confirmant, sed & qui noverunt ipsum & eodem vixerunt tempore atque scripserunt, Paulinus (e), Hieronymus (f), necnon Ruffinus (g) expresse testantur: a quibus rem adeo perspicua probantibus desciscere, nec vel unum antiquorum invenire contrarium affirmantem, quid aliud est quam apertissimæ veritati contentiose nimis obniti? Rursum vero si idem cum seniori Auxentius junior erat; quæ fuit illi causa mutandi nominis, ut Mercurinus nominari mallet, cum etsi non ex nomine, ipso tamen vultu omnibus notissimus esset, utpote qui quatuor ferme lustris (ut vidimus) Mediolani sedisset? Certe adeo notum facie hominem non superinducta mutatio tantum nominis, sed nec (quod est in fabulis) Orci galea vel annulus Gygis occultare potuissent.

(b) *Socr. l. 4. c. 25.*
(c) *Sozo. l. 6. c. 4.*
(d) *Theod. l. 4. c. 5.*
(e) *Paulin. in vita S. Ambrosii.*
(f) *Hier. in Chron.*
(g) *Ruff. l. 2. c. 11.*

XIII. Sed & tertium illud necessarium accedat argumentum petitum ex verbis Ambrosii, dum ait (h): *Alius in Scythiæ partibus dicebatur, alius hic vocatur, nomina pro regionibus habet.* Ita ipse: ex quibus apparet, hunc ipsum non Mediolani Auxentium dictum esse, sed in Scythia, quem ejusdem constat auctoritate Mediolani Mercurinum nominari; cum alioqui de seniore liqueat non alio nomine quam Auxentii nuncupatum. His quoque addimus, Auxentium seniorem patria fuisse Cappadocem, id Athanasio (i) & aliis testantibus; hunc vero testificatione Ambrosii constat fuisse Scytham. Cum tot igitur alter ab altero discriminentur proprietatibus & differentiis; duos extitisse Auxentios, nemo jure poterit dubitare; illum priorem nimirum produxisse ætatem usque ad ultimum tempus Valentiniani senioris, latentem ac decipientem Imperatorem Catholico nomine; istum vero non ante auditum & cognitum, quam post obitum Gratiani, cum a Justina contra Ambrosium elatus est.

(h) *Ambr. epist. 13.*
(i) *Ath. ep. ad solit.*

Plures quidem causæ ejusdem Justinæ animum in Ambrosium concitarunt, nimirum electio Catholici Episcopi ipsa refragante ante facta in Ecclesia Sirmiensi; Palladii & Secundiani veterum hæreticorum Episcoporum in Concilio Aquilejensi publica condemnatio; ea cuncta uno in primis operante Ambrosio: quodque etiam cum adhuc vivente Gratiano (ut vidimus) agere cœpisset de basilica Arianis tradenda, id numquam obtinere potuisset. Coquebat tunc hæc ipsa quidem in stomacho; sed adhuc Gratiano superstite erga Ambrosium propensiore, evomere opportunum minime fuit: verum nec statim illo necato, data est ipsi facultas in Ambrosium insaniendi, timore Maximi ingruente, cum opus haberet ad placandum & continendum intra limites Alpium Maximum ejusdem Ambrosii opera, quam egregie plane navavit, utiliterque impendit. His igitur jam cessantibus, hoc anno adversus Ambrosium Justina concitat Mercurinum, dictum apud Scythas Auxentium: cujus quidem mutationis nominis non illa dumtaxat, quam diximus, causa præcessit, quod perosum esset Mediolani Catholicis ipsum nomen Auxentii; sed etiam quia in patria enormia scelera perpetrasset; ne ex nomine crimen infame notum omnibus redderetur, illo relicto, novoque adscito, Mediolani dici pro Auxentio voluit Mercurinus; nam de eodem hæc ipse Ambrosius (k): *Minora fecit in Scythia, & ita erubuit, ut mutaret vocabulum: sceleratiora hic ausus est; & volet, quocumque perrexerit, nomine suo prodi?* Minime gentium; sed potius pro regionibus, diversa foret nomina mutaturus. Verum haud profuit ista mutatio nominis; siquidem Auxentius usitatius dictus est: ita enim appellant eum Sanctus Ambrosius in publicis monumentis, atque Hieronymus (l), & alii omnes. XIV.

(k) *Ambr. in Auxent.*
(l) *Hier. epist 57.*

At quid hoc tempore spurius iste? audet tamquam alter Allophilus & incircumcisos Goliath, armis sæcularis potentiæ fretus, nempe favore pollens Justinæ Augustæ Arianorum patronæ, prodire in campum, & exprobrare agminibus Dei viventis, Ambrosium scilicet ad publicam disputationem provocare, cum & delegit arbitros pugnæ, quos non prodidit, sed Gentiles, sive Judæos, vel fortasse ejusdem sectæ homines Arianos, arbitro etiam ipso Valentiniano Imperatore, licet catechumeno, Exhorruit Dei sacerdos fidei XV.

Auxentius provocat ad disputationem Ambrosium.

semper antea, etiam temporibus Gratiani, S. Ambrosio, negotium facessisse, ut superius dictum est in electione Auemmii Episcopi Sirmiensis. Cæterum levia illa quidem existimata sunt & nullius ferme momenti, ut quæ nec persecutionis nomine censerentur, respectu habito ad eam quæ his temporibus ingruit, cum pertinacior de tradenda Basilica Arianis ab ea est facta petitio, & violenta exactio consecuta. Quod enim memorato nuper impio Imperatoris edicto professoribus sacrilegii Ariminensis data esset conveniendi facultas; solicitior Justina fuit, ut Arianis locum, in quem iidem suæ communionis sectarii convenirent, subreptum a Catholicis traderet: cujus rei causa tot tantæque Mediolani concitatæ sunt turbæ; quas antequam enarrare aggrediamur, de tempore exactior est habenda discussio: scimus enim has ad tempora Gratiani a Paulino referri, quas nos sub hujus anni Coss. & non ante cœptas esse contendimus.

IX. Tempus persecutionis Justinæ contra Ambrosium.

Miratus sum vehementer, Paulinum clericum ejusdam Ecclesiæ Mediolanensis militantem sub Casto diacono, recensere ejusmodi persecutionem ante obitum Gratiani: At considero non ipsum præteriisse, quo potissimum tempore & anno ea acciderint: sed quod nulla in scribendo habita chronographiæ ratione, prout sibi occasio videretur oblata, res gestas pro arbitrio collocaret, narratis his quæ a Justina adversus Ambrosium Sirmii acta essent, ad alia ejusdem argumenti recensenda institutam de his semel prosequitur orationem. Unde fortasse Græcis data est errandi occasio: siquidem Sozomenus ea ante Gratiani necem contigisse refert (a), sicut & Nicephorus (b) atque alii hos secuti: Ruffinus (c) vero contigisse tradit post obitum Gratiani: quod manifestius demonstrat Gaudentii auctoritas citata nuper, juncta edicto pro Arianis Justinæ opera promulgato. Sed ad evidentiorem rerum demonstrationem illud in primis intelligendum est, ejusmodi persecutionem biennio perdurasse: quod evidenter constat Ambrosii auctoritate; cum agens in Auxentium Arianum, cujus nutu Justina ad omne nefas impelleretur, præter illa quæ tum accidisse narrat, ea quæ superiori passus sit anno, in memoriam revocat, dicens (d): *Superiori anno, quando ad Palatium tunc sum petitus, &c.* Quamobrem fatendum est, persecutionem hoc anno cœptam, in annum sequentem fuisse propagatam. His igitur in hunc modum de tempore elucidatis; reliquum est, ut quænam hoc anno, quæ vero sequenti a Valentiniano atque Justina in Ambrosium gesta sunt, æqua discriminatione distincta, certa certis quæque reddamus annis.

(a) Sozom. l. 7. c. 13.
(b) Niceph. l. 11. c. 15.
(c) Ruffin. l. 2. c. 15.
(d) Ambr. in Auxent.

X. Ipse igitur Ambrosius in nuper citato loco de rebus hoc anno gestis hæc habet (e): *Quasi vero superiori anno, quando ad Palatium sum petitus, cum præsentibus primatibus ante Consistorium tractaretur, cum Imperator basilicam vellet eripere, ego tunc aulæ contemplatione regalis infractus sim, constantiam non tenuerim sacerdotis, aut imminuto jure discesserim? Nonne meminerunt, quod ubi me cognovit populus Palatium petisse, ita irruit, ut vim ejus ferre non possent; quando Comiti militari cum expeditis ad fugandam multitudinem egresso obtulerunt omnes se neci pro fide Christi? Non tunc rogatus sum, ut populum multo sermone mulcerem, sponderem fidem, quod basilicam Ecclesiæ nullus invaderet? Et cum pro beneficio meum sit officium postulatum; tamen quod populus ad Palatium venisset, mihi invidia commota est. In hanc igitur invidiam me redire desiderant. Revocavi populum, & tamen invidiam non evasi.* Hactenus ipse ibi de rebus hoc anno gestis.

(e) Ambr. in Auxent.

Ambrosium vocatum ad Imp. sequitur populus.

XI. Justina cur hoc tempore vexat Ambrosium.

Quidnam est autem, quod Justina Augusta Ambrosio semper infensa, ipsum hoc potissimum anno vehementius exagitare aggressa est? dicam paucis. Morata est ipsa quidem in hoc tempus, in primis quod vivente Gratiano erga Ambrosium propensiore, id tentare non licuit; sed nec eo defuncto: nam cum metus Maximi tyranni eam urgeret, studuit tunc de Ambrosio benemereri, cujus indigebat opera (ut vidimus) ad Maximum coercendum & continendum in Galliis. Icto autem cum eo fœdere, quod res in tuto viderentur collocatæ; nec Deum timens, nec virum sanctissimum verita, immemor accepti beneficii, quo filio conciliatum esset Imperium, impulsa furore, Arianorumque stimulis exagitata, scelus aggreditur omnium maximum. Sed & nova illam ea causa commovit, quod suæ sectæ homines male mulctatos, indeque pulsos sciret, nec nisi ab ipsa sperare auxilium, ad quam confugissent. Etenim cum Theodosius Imperator (ut demonstravimus) in Oriente Arianos & alios hæreticos compluribus datis edictis e Civitatibus aliisque locis abire jussisset; accidit, ut nonnulli ex iis, quod scirent Justinam Augustam Arianam esse, Arianisque favere, fovereque illos officiis omnibus, ad eam in Occidentem se Mediolanum conferrent: cum vero iidem immenso numero excrevissent, crevit pariter Episcopi ipsorum audacia, cum præsertim magnæ patronæ, nempe ipsius Justinæ niteretur auxilio. Erat hic Auxentius genere Scytha, subrogatus in locum senioris Auxentii, quod cæteros doctrina antecellere videretur: sed quod sciret Auxentii nomen odiosum esse ob Auxentium seniorem Civibus Mediolanensibus, loco Auxentii dici voluit

Mer-

(a) Ambr. in Auxent.

Mercurinus; de quo eleganter Ambrosius (a): *Unum portentum est, & duo nomina. Etenim ne cognosceretur quis esset, mutavit sibi vocabulum; ut quia hic fuerat Auxentius Episcopus Arianus, ad decipiendam plebem quam ille tenuerat, se vocaret Mercurinum. Mutavit ergo vocabulum, sed perfidiam non mutavit; exuit lupum, & induit lupum. Nihil prodest quod mutaverit nomen; quid sit agnoscitur. Alius in Scythiæ partibus dicebatur, alius hic vocatur, &c.*

XII. Duo Auxentii, senior & junior.

Sed antequam de rebus ab eo gestis agamus, confutanda est illa sententia, qua duo Auxentii conflantur in unum, seniorque cum juniore miscetur atque confunditur. Jam pluribus alias disseruimus adversus aliquos, qui hunc juniorem Auxentium unum eumdemque esse putarunt cum seniori ejusdem nominis Episcopo Mediolanensi; adversus quos satis sit modo aliquas adducere differentias, quibus alter ab altero distinguatur. Seniorem in primis Auxentium diem obiisse ante creationem Ambrosii, non Socrates (b) tantum, Sozomenus (c), atque Theodoretus (d) Græci historici absque controversia ulla confirmant, sed & qui noverunt ipsum & eodem vixerunt tempore atque scripserunt, Paulinus (e), Hieronymus (f), necnon Ruffinus (g) expresse testantur: a quibus rem adeo perspicue probantibus descíscere, nec vel unum notiquorum invenire contrarium affirmantem, quid aliud est quam apertissime veritati contentiose nimis obniti? Rursum vero si idem cum seniori Auxentius junior erat; quæ fuit illa causa mutandi nominis, ut Mercurinus nominari mallet, cum etsi non ex nomine, ipso tamen vultu omnibus notissimus esset, utpote qui quatuor ferme lustris (ut vidimus) Mediolani sedisset? Certe adeo notum facie hominem non superinducta mutatio tantum nominis, sed nec (quod est in fabulis) Orci galea vel annulus Gygis occultare potuissent.

(b) Socr. l.4. c.25. (c) Sozo. l.6. c.4. (d) Theod. l.4. c.5. (e) Paulin. in vita S. Ambrosii. (f) Hier. in Chron. (g) Ruff. l.2. c.11.

XIII. Sed & tertium illud necessarium accedat argumentum petitum ex verbis Ambrosii, dum ait (h): *Alius in Scythiæ partibus dicebatur, alius hic vocatur, nomina pro regionibus habet.* Ita ipse: ex quibus apparet, hunc ipsum non Mediolani Auxentium dictum esse, sed in Scythia, quem ejusdem constat auctoritate Mediolani Mercurinum nominari; cum alioqui de seniore liqueat non alio nomine quam Auxentii nuncupatum. His quoque addimus, Auxentium seniorem patria fuisse Cappadocem, id Athanasio (i) & aliis testantibus; hunc vero testificatione Ambrosii constat fuisse Scytham. Cum tot igitur alter ab altero discriminentur proprietatibus & differentiis; duos extitisse Auxentios, nemo jure poterit dubitare; illum priorem nimirum produxisse ætatem usque ad ultimum tempus Valentiniani senioris, latentem ac decipientem Imperatorem Catholico nomine, istum vero non ante auditum & cognitum, quam post obitum Gratiani, cum a Justina contra Ambrosium elatus est.

(h) Ambr. epist. 13.

(i) Ath. ep. ad solit.

Plures quidem causæ ejusdem Justinæ animum in Ambrosium concitarunt, nimirum electio Catholici Episcopi ipsa refragante ante facta in Ecclesia Sirmiensi; Palladii & Secundiani veterum hæreticorum Episcoporum in Concilio Aquilejensi publica condemnatio; ea cuncta uno in primis operante Ambrosio; quodque etiam cum adhuc vivente Gratiano (ut vidimus) agere cœpisset de basilica Arianis tradenda, id numquam obtinere potuisset. Coquebat tunc hæc ipsa quidem in stomacho; sed adhuc Gratiano superstite urga Ambrosium propensiore, evomere opportunum minime fuit: verum nec statim illo necato, data est ipsi facultas in Ambrosium insaniendi, timore Maximi irruente, cum opus haberet ad placandum & continendum intra limites Alpium Maximum ejusdem Ambrosii opera, quam egregie plane navavit, utiliterque impendit. His igitur jam cessantibus, hoc anno adversus Ambrosium Justina concitat Mercurinum, dictum apud Scythas Auxentium: cujus quidem mutationis nominis non illa dumtaxat, quam diximus, causa præcessit, quod perosum esset Mediolani Catholicis ipsum nomen Auxentii; sed etiam quia in patria enormia scelera perpetrasset; ne ex nomine crimen infame notum omnibus redderetur, illo relicto, novoque adscito, Mediolani dici pro Auxentio voluit Mercurinus; nam de eodem hæc ipse Ambrosius (k): *Minora fecit in Scythia, & ita erubuit, ut mutaret vocabulum: sceleratiora hic ausus est; & volet, quocumque perrexerit, nomine suo prodi?* Minime gentium; sed potius pro regionibus, diversa foret nomina mutaturus. Verum haud profuit ista mutatio nominis; siquidem Auxentius usitatius dictus est: ita enim appellat eum Sanctus Ambrosius in publicis monumentis, atque Hieronymus (l), & alii omnes. XIV.

(k) Ambr. in Auxent.

(l) Hier. epist. 57.

At quid hoc tempore spurius iste? audet tamquam alter Allophilus & incircumcisus Goliath, armis sæcularis potentiæ fretus, nempe favore pollens Justinæ Augustæ Arianorum patronæ, prodire in campum, & exprobrare agminibus Dei viventis, Ambrosium scilicet ad publicam disputationem provocare, cum & delegit arbitros pugnæ, quos non prodidit, sed Gentiles, sive Judæos, vel fortasse ejusdem sectæ homines Arianos, arbitro etiam ipso Valentiniano Imperatore, licet catechumeno, Exhorruit Dei sacerdos fidei XV.

Auxentius provocat ad disputationem Ambrosium.

causam post tot Concilia arbitrio eredere sæcularium; sprevit petulantiam hominis, ne Ecclesiæ prosterneret dignitatem; refugitque coram Imperatore adhuc cathechumeno judicante, de summa Christianæ fidei disceptare; cum Auxentius Ambrosii modestia abusus, Valentinianum adiens, cogi Ambrosium magna arrogantia ad disserendum de fide in Consistorio, fultus Justinæ Augustæ patrocinio postulavit. Nihil denegavit ipse Valentinianus Auxentio, ne videretur renuendo, matri illi patrocinanti injuriam irrogare. Misit (a) igitur Imperator ad S. Ambrosium Dalmatium Tribunum, qui eidem ad certam diem disputationem cum Auxentio habendam indiceret. Quæ cum a Dalmatio sanctus Dei sacerdos accepisset; quod decoris esset Ecclesiasticæ functionis, quodque deceret Catholicum Præsulem, & inconcussus vigor Pontificalis exigeret, ex sententia Episcoporum qui aderant, per libellum Valentiniano respondit; quem rerum gestarum seriem continentem, multaque alia magni ponderis complectentem hic describendum putavimus: sic enim se habet (b):

(a) Ambr. epist. 32.

(b) Apud Ambr. ep. 32.

Libellus Ambrosii ad Valentinianum.

XVI. *Clementissimo Imperatori & beatissimo Augusto Valentiniano Ambrosius Episcopus.*

Dalmatius me Tribunus & Notarius, mandata (ut allegavit) clementiæ conveniit tuæ; postulans ut & ipse Judices legerem, sicut elegisset Auxentius; nec tamen expressit eorum nomina, qui fuerant postulati. Sed id addidit, quod in Consistorio esset futura certatio, arbitro pietatis judicio tuæ. Cui rei respondeo (ut arbitror) competenter. Nec quisquam contumacem judicare me debet, cum hoc asseram, quod augustæ memoriæ pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit: in causa fidei, vel Ecclesiastici alicujus ordinis, eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis: hæc enim verba rescripti sunt; hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit judicare.

XVII. *Quinetiam si alias quoque argueretur Episcopus, & morum esset examinanda causa; etiam hanc voluit ad Episcopale judicium pertinere. Quis igitur contumaciter respondit clementiæ tuæ? ille qui te patri similem esse desiderat, an qui vult esse dissimilem? Nisi forte vilis quibusdam tanti Imperatoris existimatur sententia, cujus & fides confessionis constantia comprobata est, & sapientia melioratæ Reipublicæ profectibus prædicatur. Quando audisti, clementissime Imperator, in causa fidei laicos de Episcopo judicasse? Ita ergo quadam adulatione curvamur, ut sacerdotalis juris simus immemores; & quod Deus donavit mihi, hoc ipse aliis putem esse credendum? Si docendus est Episcopus a laico: quid sequetur? Laicus ergo disputet, & Episcopus audiat; Episcopus discat a laico. At certe si vel scripturarum seriem divinarum, vel vetera tempora retractemus; quis est qui abnuat, in causa fidei, in causa inquam fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis judicare?*

Eris, Deo favente, etiam senectutis maturitate provectior, & tunc de hoc censebis, qualis ille Episcopus sit, qui laicis jus sacerdotale substernit. Pater tuus, Deo favente, vir maturioris ævi dicebat: Non est meum judicare inter Episcopos. Tua nunc dicit clementia: Ego debeo judicare? Et ille baptizatus in Christo, inhabilem se ponderi tanti putabat esse judicii. Clementia tua, cui adhuc emerenda baptismatis sacramenta servantur, arrogat de fide judicium, cum fidei ipsius sacramenta non noverit? Quales autem elegerit Judices, possumus existimationi relinquere, quando eorum nomina timet prodere. Veniant plane, si qui sunt, ad Ecclesiam: audiant cum populo: non ut quisquam Judex resideat, sed ut unusquisque de suo affectu habeat examen, eligat quem sequatur. Agitur de istius Ecclesiæ sacerdote: si audierit illum populus, & putaverit melius disputare; sequatur fidem ejus; non invidebo. Omitto quia jam ipse populus judicavit; taceo quia eum quem habet, de patre tuæ clementiæ postulavit. Taceo quia pater pietatis tuæ quietem futuram spopondit, si electus susciperet sacerdotium: hanc fidem secutus sum promissorum. XVIII.

Quod si de aliquarum peregrinorum assentatione se jactat: ibi sit Episcopus, unde sunt ii qui eum Episcopatus putant nomine esse donandum: nam ego nec Episcopum novi, nec unde sit scio. Ubi illud constituimus, Imperator, quod jam ipse tuum judicium declarasti, immo etiam dedisti leges, ne cui esset liberum aliud judicare. Quod cum præscripsisti aliis, præscripsisti & tibi. Leges enim Imperator fert, quas primus ipse custodiat. Vis ne igitur experiar, ut incipiant ii qui Judices eliguntur, aut adversus tuam venire sententiam, aut certe excusare quod Imperatoris tam severo & tam districto Imperio non potuerint obviare? Sed hoc contumacis, non modesti est sacerdotis. Ecce Imperator legem tuam jam ex parte rescindis, sed utinam non ex parte, sed in universum. Legem enim tuam nollem esse supra Dei legem. Dei lex nos docuit quid sequamur: humanæ leges hoc docere non possunt: extorquere solent timidis commutationem, fidem inspirare non possunt. Quis erit igitur ille, qui cum legat per tot provincias uno momento esse mandatum, ut quicumque obviaverit Imperatori, feriatur gladio: quicumque Dei templum non tradiderit, protinus occidatur: quis, inquam, est, qui possit vel unus, vel inter XIX.

ter

ter paucos dicere Imperatori : Lex tua mihi non probatur? Non permittitur hoc dicere sacerdotibus, permittitur laicis? Et judicabit de fide, qui aut gratiam sperat, aut metuit offensam?

XX. *Deinde ipse committam, ut eligam Judices laicos : qui cum tenuerint fidei veritatem, aut proscribantur, aut necentur, quod lex de fide lata decernit? Ego igitur aut prævaricationi offeram homines, aut pœnæ? Non tanti est Ambrosius ut propter se dejiciat sacerdotium. Non tanti est unius vita, quanti est dignitas omnium sacerdotum, quorum de consilio ista dictavi, intimantibus ne forte etiam Gentilis esset aliquis aut Judæus, qui ab Auxentio esset electus; quibus traderemus de Christo triumphum, si de Christo judicium committeremus. Quid illos aliud, nisi Christi injuriam audire delectat? Quid illis aliud potest placere, nisi (quod absit) ut Christi divinitas denegetur? Cum iis plane bene convenit Ariano, qui creaturam Christum dicit; quod etiam Gentiles ac Judæi promptissime confitentur. Hoc scriptum est in Ariminensi Synodo : meritoque Concilium illud exhorreo, sequens tractatum Concilii Nicæni, a quo me nec mors, nec gladius poterit separare. Quam fidem etiam parens clementiæ tuæ Theodosius beatissimus Imperator, & sequitur & probavit. Hanc fidem Gallia tenent, hanc Hispania, & cum pia divini spiritus confessione custodiunt.*

XXI. *Si tractandum est; tractare in Ecclesia didici; quod majores fecerunt mei. Si conferendum de fide; sacerdotum debet esse ista collatio; sicut factum est sub Constantino augustæ memoriæ Principe, qui nullas leges ante præmisit, sed liberum dedit judicium sacerdotibus. Factum est etiam sub Constantio augustæ memoriæ Imperatore paternæ dignitatis hærede; sed quod bene cœpit, aliter consummatum est. Nam Episcopi sinceram primo scripserant fidem; sed dum volunt quidam de fide intra Palatium judicare, id egerunt, ut circumscriptionibus illa Episcoporum judicia mutarentur; qui tamen inflexam statim revocavere sententiam. Et certe major numerus Arimini Nicæni Concilii fidem probavit, Ariana decreta damnavit.*

XXII. *Si ad Synodum provocat Auxentius, ut de fide disputet, licet non sit necesse propter unum tot Episcopos fatigari; qui etiam si Angelus de cœlo esset, paci Ecclesiarum non deberet præferri : cum audiero Synodum congregari, & ipse non deero. Tolle igitur legem, si vis esse certamen. Venissem Imperator, ad Consistorium clementiæ tuæ, ut hæc coram suggererem, si me vel Episcopi vel populus permisissent, dicentes, de fide in Ecclesia coram populo debere tractari. Atque utinam, Imperator, non denunciasses, ut quo vellem, pergerem. Quotidie prodibam : nemo me observabat. Debuisti me, quo volueras, destinare, quem ipse omnibus offerebam. Nunc mihi a sacerdotibus dicitur : Non multum interest, utrum volens relinquas ac tradas altare Christi. Cum enim reliqueris; trades. Atque utinam liquido mihi pateret, quod Arianis Ecclesia minime traderetur; sponte me offerrem tuæ pietatis arbitrio. Sed si ego solus interstrepo, cur etiam de aliis omnibus invadendis Ecclesiis est præceptum? Utinam confirmetur, ut Ecclesiis nullus molestus sit : opto, ut de me, qualis videtur, sententia proferatur. Dignanter igitur, Imperator, accipe, quod ad Consistorium venire non potui. Ego in Consistorio nisi pro te stare non didici : & intra Palatium certare non possum, qui Palatii secreta nec quæro, nec novi.*

Ego Ambrosius Episcopus hunc libellum obtuli clementissimo Imperatori & beatissimo Augusto Valentiniano. Hactenus ibi.

Porro detexit postea Ambrosius ab Auxentio delectos fuisse Gentiles Judices, qui de fide Christi sententiam ferrent; in quem idem S. Ambrosius sic ait (a): *Hæc ergo, fratres, coram ipso apud vos plenius disputarem; sed certus Auxentius non ignaros vos esse rectæ fidei, vestrum refugit examen, & Gentiles quosdam quatuor aut quinque ferme homines elegit cognitores sibi, si tamen aliquos elegit, quos vellem adesse in cœtu omnium, non ut de Christo judicent, sed ut majestatem audiant Christi. Tamen illi jam de Auxentio pronunciaverunt, cui tractanti quotidie non crediderunt. Quæ major ejus condemnatio, quam quod sine adversario apud Judices suos victus est? Ergo & ipsorum sententiam contra Auxentium jam tenemus; & quod Gentes elegit, jure damnandus est, quia Apostoli præcepta dimisit, cum Apostolus dicat (b): Audet aliquis vestrum adversus alterum habens negotium judicari apud iniquos, & non apud sanctos? &c.* Inferius vero : *Conclusus undique*, inquit, *ad versutiam patrum suorum confugit : de Imperatore vult invidiam commovere, dicens, judicare debere adolescentem catechumenum, sacræ lectionis ignarum, & in Consistorio judicare.* Hæc de his quæ ad Auxentium pertinent. XXIII. Gentiles Judices ab Auxentio delecti. (a) Ambr. orat. in Auxent. (b) 1 Cor. 6.

Quod igitur (ut vidimus) Sanctus Ambrosius cum Auxentium, tum cæteros provocasset, ut se differentem in ecclesia convenirent : *Evenit tunc* (inquit Paulinus c) *ut quidam vir de hæresi Arianorum, acerrimus nimium disputator, & durus, atque inconvertibilis ad fidem Catholicam, ad basilicam se conferret. Is constitutus in ecclesia, tractante Episcopo, vidit (ut ipse postmodum loquebatur) Angelum ad aures Episcopi tractantis loquentem, ut verba Angeli populo Episco-* XXIV. Conversio Ariani. (c) Paulin. in vit. S. Ambr.

pus renunciare videretur. Qua viso, conversus, fidem, quam expugnabat, cœpit ipse defendere. Quæ autem subdit de duobus cubicalariis, temporibus Gratiani contigisse diximus. At de rebus anni hujus hactenus: reliqua enim persecutionis Justinæ in Ambrosium, sequenti anno accidisse noscuntur, nosque de eis suo loco.

XXV. Hoc eodem anno habita est Synodus Treverensis ab Episcopis partis Ithacianæ, qui ipsum Ithacium damnatum a Theognosto Episcopo, quod apud Maximum necem procurasset hæreticorum (qua etiam ea causa complures Episcopi, qui & sanioris viderentur esse consilii ejusdem Ithacii communionem vitabant) ut innocentem absolvunt, patrocinante illi Maximo Imperatore. Res gesta describitur a Severo in Dialogis in hæc verba (a): *Veniam ad illud, quod propter notam temporum Martinus semper occultavit, sed nos celare non potuit; in quo est illud miraculi, quod facie ad faciem cum eo est Angelus collocutus. Maximus Imperator, alias sane bonus, depravatus consiliis sacerdotum, post Priscilliani necem Ithacium Episcopum Priscilliani accusatorem, cæterosque illius socios, quos nominari non est necesse, vi regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius cujuscumque modi hominem fuisse damnatum. Interea Martinus multis gravibusque laborantium causis ad Comitatum ire compulsus, procellam ipsam totius tempestatis incurrit. Congregati apud Treveros Episcopi tenebantur; qui quotidie communicantes Ithacio, communem sibi causam fecerant.*

Synodus Treverensis in causa Ithacii.

(a) Sever. Dial. l. 3.

XXVI. *His ubi nunciatum est inopinantibus adesse Martinum, totis animis labefactati, mussitare & trepidare cœperunt. Et jam pridie Imperator ex eorum sententia decreverat, Tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehensis vitam & bona adimerent. Nec dubium erat, quin sanctorum etiam maximam turbam tempestas ista depopulatura esset, parvo discrimine inter hominum genera: etenim tum solis oculis judicabatur, cum quis pallore potius aut veste, quam fide hæreticus existimaretur. Hæc nequaquam placitura Martino, Episcopi sentiebant: sed male consciis illa vel molestissima erat cura, ne se ab eorum communione adveniens abstineret, non defuturis qui tanti viri constantiam, permissa auctoritate, sequerentur. Ineunt cum Imperatore consilium, ut missis obviam magisteris officialibus, urbem illam propius vetaretur accedere, nisi se cum pace Episcoporum ibi consistentium adfore fateretur. Quas ille callide frustratus, profitetur se cum pace Christi ipse venturum. Postremo ingressus nocturno tempore, adiit ecclesiam tantum orationis gratia; postridie Palatium petiit. Præter multas quas evolvere longum est, has principales petitiones habebat pro Narsete Comite, & Leucadio Præside; quorum ambo Gratiani partium fuerant pertinacioribus studiis, quæ non est hujus temporis explicare, iram victoris emeriti. Illa præcipua cura, ne Tribuni cum jure gladiorum ad Hispanias mitterentur: pia enim erat sollicitudo Martino, ut non solum Christianos, qui sub illa erant occasione vexandi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret.*

Martinus circumventus a Maximo Imperatore communicat cum Ithacianis.

*Verum primo die atque altero suspendit hominem callidus Imperator, sive ut rei pondus imponeret; sive quia nimis sibi implicabilis erat, seu quia (ut plerique tum arbitrabantur) avaritia repugnabat; siquidem in bona eorum inhiaverat. Fertur enim ille vir multis bonisque actibus prædictus adversus avaritiam parum consuluisse, nisi fortassa regni necessitate: quippe exhausto superioribus Principibus Reipublicæ æraria, pene semper in expeditione atque procinctu bellorum civilium constitutus, facile excusabitur quibuslibet occasionibus subsidia Imperii paravisse. Interea Episcopi, quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad Regem concurrunt, prædamnatos se conquerentes: actum esse de suo omnium statu, si Theognosti * pertinaciam, qui eos solus palam lata sententia condemnaverat, Martini armaret auctoritas: non oportuisse hominem recipi mœnibus; illum jam non defensorem hæreticorum esse, sed vindicem: nihil actum morte Priscilliani, si Martinus exerceat illius ultionem. Postremo prostrati, cum fletu & lamentatione potestatem regiam implorant, ut utatur adversus unum hominem vi sua. Nec multum aberat, quin cogeretur Imperator, Martinum cum hæreticorum sorte miscere.* XXVII.

Defensio Ithacii Episcopi.

* Theognisti.

Sed ille, licet Episcopis nimio favore esset obnoxius; non erat nescius, Martinum fide, sanctitate, & virtute cunctis præstare mortalibus: alia longe via sanctum vincere parat. Ac primo secreto accersitum, blande appellat; hæreticos jure damnatos more judiciorum publicorum potius, quam insectationibus sacerdotum; non esse causam, qua Ithacii cæterorumque partis ejus communionem putaret esse damnandam. Theognostum odio potius, quam causa fecisse dissidium; eumdemque tamen solum esse, qui se a communione interim separarit; a reliquis nihil novatum: quinetiam ante paucos dies habita Synodus Ithacium pronunciaverat culpa non teneri. Quibus cum Martinus parum moveretur, Rex ira accenditur, ac se de conspectu ejus abripuit; & mox percussores his, pro quibus Martinus rogaverat, diriguntur. Quod ubi Martino compertum jam noctis XXVIII.

tem.

tempore est, Palatium irrumpit; spondet, si parceretur, se communicaturum, dummodo ut & Tribuni jam in excidium Ecclesiarum ad Hispanias missi retraherentur. Nec mora intercessit: Maximus indulget omnia.

XXIX. Ordinatio Felicis Episcopi.

Postridie Felicis Episcopi ordinatio parabatur, sanctissimi sane viri, & plane digni, qui meliore tempore sacerdos fieret. Hujus diei communionem Martinus iniit, satius æstimans ad horam cedere, quam his non consulere, quorum cervicibus gladius imminebat. Veruntamen summa vi Episcopis nitentibus, ut communionem illam subscriptione firmaret, extorqueri non potuit. Postero die se inde proripiens, cum revertens in via mæstus ingemisceret se vel ad horam noxia communioni fuisse permixtum; haud longe a vico, cui nomen est, Andethanna, qua vastas solitudines silvarum secreta patiuntur, progressis paululum comitibus, ille subsedit, causam doloris ac facti accusante ac defendente invicem cogitatione pervolvens.

S. Martinus corripitur ab Angelo.

Astitit ei repente Angelus: Merito, inquit, Martine, compungeris, sed aliter exire nequisti. Repara virtutem, resume constantiam; ne jam non periculum gloriæ, sed salutis incurreris. Itaque ab illo tempore satis cavit cum illa Ithaciana partis communione misceri. Cæterum cum quosdam ex energumenis tardius quam solebat & gratia minore curaret; subinde nobis cum lacrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puncto temporis, necessitate, non spiritu miscuisset, detrimentum sentire virtutis. Sexdecim postea vixit annos; nullam Synodum adiit, ab omnibus Episcoporum conventibus se removit. Hactenus de his Severus. Majore certe constantia Maximo ad id ipsum allicienti, nempe, ut communicaret Episcopis partis Ithacianæ S. Ambrosius restitit anno sequenti, cum apud eum legatione fungeretur pro Valentiniano Imperatore. Sed de his suo loco dicendum. Hæc eadem de Maximo atque S. Martino Venantius Fortunatus carmine cecinit.

XXX. At non prætermittenda sont reliqua acta S. Martini hoc eodem anno Treveris, cum (ut dictum est) se ad Maximum contulisset, ab eodem Severo (a) alibi descripta; qui cum ea contigisse tradat Evodio Consule; certior redderis hæc omnia hoc ipso anno facta esse; ait igitur: *Cum ad Imperatorem Maximum, ferocis ingenii virum, & bellorum civilium victoria elatum plures e diversis partibus Episcopi convenissent, & fœda circa principem omnium adulatio notaretur, seque degeneri inconstantia, regiæ clientelæ sacerdotalis dignitas subdidisset; in solo Martino Apostolica auctoritas permanebat. Nam etsi pro aliquibus supplicandum Regi fuit, imperavit potius, quam rogavit; & a convivio ejus frequenter rogatus abstinuit, dicens se mensæ ejus participem esse non posse, qui duos Imperatores, unum regno, alterum vita expulisset. Postremo cum Maximus, se non sponte sumpsisse Imperium affirmaret, sed impositam sibi a militibus divino nutu regni necessitatem armis defendisse, & non alienam ab eo Dei voluntatem videri, penes quem tam incredibili eventu victoria fuisset, nullumque ex adversariis nisi * in acie occubuisse: tandem victus vel ratione, vel precibus ad convivium venit, mirum in modum gaudente Rege, quod id impetrasset.*

(a) Sever. in Vit. S. Martin. c. 23.

Quid S. Martinus in convivio Maximi Imperatoris?

* nec in

XXXI. S. Martinus præfert presbyterum Maximo.

Convivio autem aderant, veluti ad diem festum evocati, summi atque illustres viri, Præfectus idemque Consul Evodius, vir, quo nihil umquam justius fuit, Comites duo summa potestate præditi, frater Regis & patruus: medius inter hos Martini presbyter accubuerat: ipse autem, sellula juxta Regem posita consederat. Ad medium fere convivium (ut moris est) pateram Regi minister obtulit, ille sancto admodum Episcopo potius dari jubet, expectans, atque ambiens, ut ab illius dextera poculum sumeret. Sed Martinus, ubi ebibit, pateram presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem qui post se biberet; nec integrum sibi fore, si aut Regem ipsum, aut eos qui a Rege erant proximi, presbytero prætulisset. Quod factum Imperator, omnesque qui tunc aderant, ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant, placeret; celeberrimumque per omne Palatium fuit, fecisse Martinum in Regis prandio, quod in infimorum Judicum conviviis Episcoporum nemo fecisset. Eidemque Maximo longe ante prædixit, futurum, ut si ad Italiam pergeret, quo ire cupiebat, bellum Valentiniano Imperatori inferens; sciret se primo quidem impetu futurum esse victorem, sed parvo post tempore esse periturum; quod quidem ita vidimus, &c.

XXXII. Convivium Augustæ exhibitum S. Martino.

Hæc sane apud Maximum. Sed quam dignius acceperit Augusta Martinum, convivium illi parans, accipe: *Cum interim diebus ac noctibus de ore Martini Regina* (ut idem Severus in Dialogis ait b) *pendebat, Evangelico illo non inferior exemplo, pedes sancti fletu rigabat, crine tergebat. Martinus, quem nulla umquam femi-*

(b) Sever. dialog. l. 2. cap. 7.

PAGIUS IV. Floret S. Felix Episcop. Trevirensis.

Ad num. XXIX. Bollandus mense Januario refert Vitam Sancti *Felicis* Episcopi Trevirensis, sed post Normannorum deprædationes, proindeque post annum octingentesimum octogesimum secundum scriptam. Anno CCCCI. quo Concilium Taurinense post D. Martini Turonensis Episcopi mortem celebratum, adhuc extra communionem Episcoporum Catholicorum erat; & post illud in eam receptus, ut ostendit Browerus in Historia Trevirensi lib. 4. cap. 102.

femina contigisset, istius assiduitatem, immo potius servitutem non poterat evadere. Non illa opes regni, non Imperii dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat: divelli a Martini pedibus solo strata non poterat; postremo a viro suo poposcit; deinde Martinum uterque compellant, ut ei, remotis omnibus ministris, praeberet sola convivium. Nec potuit vir beatus obstinatius reluctari. Componitur castus Reginæ manibus apparatus, sellulam ipsa consternit, mensam admovet, aquam manibus subministrat; cibum, quem ipsa coxerat, apponit. Ipsa, illo sedente, eminus secundum famulantium disciplinam, solo fixa consistit immobilis, per omnia ministrantis modestiam & humilitatem exhibens servientis. Miscuit ipsa bibituro, & ipsa porrexit. Finita cœnula, fragmenta panis assumpti, micasque collegit, satis fideliter illas reliquias Imperialibus epulis anteponens. Et post aliqua: *Videant enim, quia Martino semel tantum in vita sua, jam septuagenario, non vidua libera, non virgo lasciviens, sed sub viro vivens, ipso viro pariter supplicante, Regina servivit, & ministravit: hæc edenti astitit, non cum epulante discubuit; nec ausa est participari convivio, sed deferebat obsequium. Disce igitur disciplinam, &c.*

XXXIII. His de rebus gestis a S. Martino Treveris enarratis, jam redeamus ad causam Ithacianam. Vidimus ex his Episcopos Catholicos inter se communicatione divisos; alios Ithacii fuisse partis, qui eum defenderent, impugnarentque qui se ab ejus communione sejunxissent, vel eum anathemate percullissent; quod Theognostum fecisse vidimus: Alterius vero & adversæ partis illi erant Episcopi, qui adversarentur communionem Ithacii, & sociorum, quod sanguinarii viderentur, proculque abhorrere a mansuetudine Christiana, qua exemplo Christi imbuti esse deberent Episcopi. Hic adverte, non reprehensum aliquando adversus hæreticos auxilium Principum implorare; quod S. Augustinus & alii sæpe fecisse probantur; id enim rite legitimeque fieri idem adversus Donatistas disputans, sæpe demonstrat; sed illud in crimen adductum, hos importunius ac sævius agentes in eosdem pœnam capitis procurasse. Ob idque cautе sanctos Patres egisse vidimus, cum Imperatores, vel eorum Præsides provinciarum interpellantes, ut Ecclesiæ adversus hæreticos suppetias ferrent, sic eos ut illi cohiberentur rogarunt, ut tamen ab inferendo in illos capitali supplicio ipsos magnopere dehortati fuerint: quod fecisse sæpe eumdem S. Augustinum & alios, suo loco dicemus. Unde & in Ecclesia Catholica usu receptum est, ut cum quis expetit a sæcularibus magistratibus opem adversus hæreticos, ne Ithacianæ partis consors, & sectator esse videatur, contestationem illam consulte præmittat, nimirum sic se correptionem expetere incorrigibilium delinquentium, ut tamen citra pœnam sanguinis puniatur.

Divisio Catholicorum Episcoporum.

XXXIV. Quod vero S. Martinus ab Ithacianæ partis Episcopis non solum communione divisus esse cupierit, quorum consortium, dum licuit, prorsus exhorruit; sed & magno studio Maximum cohibuerit, ne Tribunos militares in Hispanias ad inquirendum de Priscillianistis hæreticis mitteret: causa quæ a Severo ponitur, visa est esse justissima: nimirum, quod absque diligentiori examine & delectu, opprimi quique Christiani, quorum pallerent ora jejuniis, & ex disciplina gravior esset incessus, & habitus corporis honeste sancteque compositus; mox qui essent hujusmodi, ut hæretici haberentur, quasi illi eadem ex hypocrisi affectassent: cum alioqui ipsi Priscillianistæ, quibus mentiri ac pejerare ex eorum instituto fas erat, ut latere omnimode possent, aut ne proderentur, sæcularibus se potius moribus conformare, & longe longius ab iis qui essent, apparere viderique studerent. Adeo ut persecutio illa, eam alioqui justissima videretur, in dispendium tantum bonorum foret magno damno protinus convertenda.

Cur Martinus dimoverit Maximum ab inquisitione hæreticorum.

XXXV. Cuinam parcerent exploratores, si (ut vidimus ex Severo) ipse quoque Martinus ob magnam abstinentiam vultu pallens, in crimen ejus hæresis adductus fuit? cum præsertim hostes bonorum, sive Gentiles, sive alii solutis moribus vitam agentes, oblatrare consueverint in eos, quorum vitæ honestate ut telis percuterentur. Accidebat proculdubio in Hispaniis, quod de Urbe Hieronymus tradit (a): *Quam*, inquit, *viderint pallentem atque tristem, miseram & manichæam vocant*. Sed quanto majori licentia favore Imperatoris hæc si pravi homines jactare scirent, eo procacius atque contumeliosius in bonos quosque in Hispaniis effutirent. Hæc igitur prudentia prævidens & consilio præcavens S. Martinus, a mittendis Tribunis inquisitoribus Maximum revocavit; idque ex sententia Domini admonentis parcendum esse zizaniis, si timeatur ne cum eis eadem convulsione evellatur & triticum.

(a) Hier. epist. 22.

XXXVI. Cæterum quod ad Maximum spectat; plus æquo aliqui in eum hanc ob causam invecti esse videntur, quod in hæreticos perditissimos gladium potestatis exeruerit. Id quidem probe utiliterque factum S. Leo Papa commendat ad Turibium Episcopum Asturicensem scribens his verbis (b): *Merito Patres nostri, sub quorum temporibus hæresis nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, ut impius furor ab universa Ecclesia pelleretur: quando etiam Principes mundi ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, ut auctorem ejus,*

Imperatores in hæreticos gladio egere.

(b) Leo epist. 93.

ne

ac plerosque discipulos legum publicarum ense prosternerent. Videbant enim omnem curam honestatis auferri, omnem conjugiorum copulam solvi, simulque divinum jus humanumque subverti, si hujusmodi hominibus usquam vivere cum tali professione licuisset. Et profuit diu ista districtio Ecclesiasticæ lenitati, quæ etsi sacerdotali contenta judicio cruentas refugit ultiones, severis tamen Christianorum Principum constitutionibus adjuvatur, dum ad spiritale nonnumquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium. Ex quo autem multas provincias hostilis occupavit irruptio, & executionem legum tempestates interdixere * *bellorum: ex quo inter sacerdotes Dei difficiles commeatus, & rari cœperunt esse conventus; invenit ob publicam perturbationem secreta perfidia libertatem.* Hæc Sanctus Leo, quod suo tempore eadem Priscillianistarum hæresis in Hispania iterum revixisse comperta esset.

* interclusere.

XXXVII. Ex his igitur cum Maximi ista legalis ultio, ut Ecclesiæ proficua, veniat commendata; nullus tamen sanctorum Patrum laudavit aliquando id posse vel debere fieri suggestione sacrorum Antistitum: nam inter alios sanctus Ambrosius ad Studium scribens, & de iisdem ipsis damnatis a Maximo connexam explicans quæstionem, hæc habet (*a*): *Sed vehementior facta est*, quæstio illa scilicet de plectendis gladio sontibus, *posteaquam Episcopi reos criminum gravissimorum in publicis judiciis accusare, alii & urgere usque ad gladium, supremamque mortem, alii accusationes hujusmodi, & cruentas sacerdotum triumphos probare cœperunt*, &c. Ipse quidem sanctus Ambrosius (ut dictum est) abstinuit a communione Episcoporum factionis Ithacianæ, adversus quos & litteras dedit; quod & fecisse constat Romanum Pontificem Siricium: nam ejus etiam adversus eosdem litteras prodiisse, expressum habetur in Concilio Taurinensi, in quo dictæ amborum litteræ recitatæ fuerunt, prout ejusdem Synodi canon quintus habet his verbis (*b*):

(*a*) Ambr. epist. 78.

(*b*) Concil. Taurinen. cap. 5.

XXXVIII. De Felice Episcopo Treverensi. *Illud decrevit præterea sancta Synodus, ut (quoniam Legatos Episcopi Galliarum, qui Felici non communicant, destinarunt) si quis ab ejus communione se voluerit sequestrare, in nostræ sanctæ pacis consortium suscipiatur, juxta litteras venerabilis memoriæ Ambrosii Episcopi, vel Romanæ Ecclesiæ sacerdotis dudum latas, quæ in Concilio Legatis præsentibus recitatæ sunt.* Hactenus canon. Quod ad Felicem hunc spectat; nullum alium esse putamus, quam illum electum Treveris; cujus electioni sanctus Martinus interfuit, ut superius ex Severo (*c*) recitatum est: & quidem Treverensem Episcopum fuisse, Marianus Scotus (*d*) affirmat: quod & legum Ecclesiasticarum ratio persuadet: siquidem electiones Episcoporum non alibi quam in ea Ecclesia, ubi decessisset Episcopus, fieri solitæ erant; in ea enim civitate convenientes comprovinciales Episcopi, una simul de electione futuri Antistitis pertractabant. Sed sicut qui cum illo lapsus est sanctus Martinus, pœnitentia tamen ad pristinam atque puriorem etiam revocatus est sanctitatem; ita & Felix iste, qui a Severo (ut vidimus) sanctissimus nominatur, quamvis a factione Ithaciana fuerit ordinatus, per pœnitentiam facinus purgans, dignus factus est ut inter sanctos adnumeraretur. Quod vero ad ipsum Ithacium pertinet, malorum horum omnium architectum, hæc habet Isidorus (*e*): *Ithacius Hispanus Episcopus, cognomento & eloquio clarus, scripsit quemdam librum sub apologetici specie, in quo detestanda Priscillianorum dogmata, & maleficiorum ejus artes, libidinumque ejus probra demonstrat.* Et paulo post: *Hic autem cum Ursacio Episcopo ob necem ejusdem Priscilliani, cujus accusatores extiterant, Ecclesiæ communione privatus, exilio condemnatur, ibique die ultima fungitur, Theodosio majore & Valentiniano regnantibus.* Hæc ipse: quæ quidem accidisse putamus, postquam extinctus est Maximus; cujus præsidio fovebatur.

(*c*) Sever. Dial. l. 3.

(*d*) Mari. Scot. an. D. 379.

(*e*) Isidor. de vir. illustr. c. 2.

XXXIX. De construenda basilica S. Pauli litteræ Imperatoris. Hoc eodem anno Valentinianus Imperator de construenda basilica Pauli Apostoli via Ostiensi ad Sallustium Urbi præfectum litteras dedit, quas ex codice Vaticano depromptas hic describemus. Sed & quod hoc ipso anno datæ fuerint, illud evidens est argumentum, quod cum ad Sallustium Præfectum Urbi scriptæ noscantur; ipsum hoc eodem anno eumdem magistratum gessisse, rescripta (*f*) ejusdem Imperatoris ad eum certo demonstrant. Quod autem ad constructionem basilicæ spectat; hujus ineundi consilii ratio illa fuit, quod cum illa Constantino Magno eodem in loco ædificata, coarctata limitibus viæ Ostiensis & ripæ fluminis, visa esset angustior; Valentinianus eam curavit restitui ampliorem, ambitu murorum complectens viam Ostiensem, ut hodie integra visitur. Porro litteræ sic se habent:

(*f*) l. 2. de decuriis Urb. Rom. C. Theod. l. 18. de pistorib. Cod. Theod.

XL. Epistola Valentiniani ad Sallustium. *Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Sallustio Urbis Præfecto.*

Desiderantibus nobis contemplatione venerationis, antiquitus jam sacratam basilicam Pauli Apostoli pro sanctimonia religionis ornare, pro quantitate conventus amplificare, & pro studio devotionis attollere; gratum fuit tuæ sublimitatis officium, quod ad inspicienda universa, ut res exigebat, detulisti, & omnem situm locorumque faciem sermonis congrua diligentia nostræ serenitatis auribus intimasti. Instructiores enim nos jubere decuit, quæ jubenda sunt. Quare participato examine

*mine cum venerabili sacerdote, intimatisque omnibus, & magnificentissimo ordini & Christiano populo, qua jubemus; sublimitas tua rem diligentiori tractatu & plena rerum inspectione discutiat; ac si placuerit tam populo, quam Senatui, iter vetus, quod basilica praterit dorsum, quodque ripa Tiberis amnis adjacet, innovari, ita ut prasente via spatio futuri operis applicetur; eatenus per architectos futura basilica dirige formam, quatenus se planicies extructioni amica protulerit, ne ulla inaqualitas splendorem fabrica amplificentioris * sublimet. Sic quidem in omnium manium facie decor summus est, quem servari oportere, prima statim fronte magnarum adificationum demonstrat intentio.*

XLI. *Jam illud ipsa res exigit, ut & synopsis operis construendi fideli tendatur examine, sumptuumque omnium, juxta pretia rerum, qua in sacratissima Urbe, prastatio plenius ordinetur, atque ad nostram clementiam debita maturitate referatur; ut communi omnium consilio nostra quoque serenitatis nutus accedat, quo facilius ad quod devota mens statuit, probata religionis meritis expleatur*: & alia manu: *Divinitas te servet ad multos annos, parens carissime & amantissime.* Hactenus Valentiniani litteræ ad Sallustium: ex cujus Præfectura Urbana manifeste cognoscitur, errare eos qui eamdem epistolam referunt ad Honorium Imperatorem: nam Præfectura Sallustii ad nullum aliud tempus, nisi ad hunc annum referri potest. Sed & ipse antiquus epistolæ titulus id ipsum satis perspicue fideliterque demonstrat, non sub Honorio, verum sub Valentiniano opus cœptum esse: quod absolutum fuit temporibus ejusdem Honorii Imperatoris; ☞ de quo Prudentius in Peristephanon hymno duodecimo de Petro & Paulo Apostolis, habet hos versus:

Parte alia Titulum Pauli via servat Ostiensis,
Qua stringit amnis cespitem sinistrum.
Regia pompa loci est. Princeps bonus hac sacravit arces,
Clausitque magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus sublevit, ut omnis aurulenta
Lux esset intus, ceu jubar sub ortu.
Subdidit & Parias fulvis laquearibus columnas,
Distinguit illic quas quaternus ordo.
Tunc camuros hyalo insigni varie cucurrit arcus:
Sic prata vernis floribus renident.

hæc de basilica S. Pauli Prudentius, atque ornatu ipsius; qui duobus ultimis versibus ornatum describit majoris arcus, qui (ut etiam in aliis antiquis ecclesiis usque hodie Romæ cernitur) haberet musivo opere diversi coloris ex vitro intextam floribus pancarpiam. Ornavit vero Placidiæ Augustæ, suadente S. Leone Papa; quod apparet ex hujusmodi antiqua Inscriptione, qua etiam declaratur, non Valentinianum, sed Theodosium majorem auctorem fuisse condendæ Basilicæ, quod tributum est Valentiniano, eo quod in recitatis litteris primo loco inscribitur *VALENTINIANUS*; sic enim se habet (*a*): *(a) Antiq. Inscript. in appen pag. 1170. n. 6.*

THEODOSIUS CAEPIT PERFECIT HONORIUS AULAM
DOCTORIS MUNDI SACRATAM CORPORE PAULI
PLACIDIÆ PIA MENS OPERIS DECUS OMNE PATERNI
GAUDET PONTIFICIS STUDIO SPLENDERE LEONIS ☜

His sic enarratis de rebus in Occidentali Ecclesia gestis, ad Orientis Ecclesiastica facta orationem convertamus, invisamusque Sanctum Hieronymum, quem anno superiori summa hieme Hierosolymam pervenisse diximus.

XLII. S. Hieronymus peregrinatus in Ægyptum.

Cum igitur Hierosolymam S. Hieronymus advenisset media hieme, haud dubium ibi moratus; profectus vero postea est in Ægyptum discendi cupiditate pellectus; nam licet Orbis pene totius magister extitisset, cum eum jampridem etiam Damasus Papa consulere consuevisset, cujus nomine ad consultationes Episcoporum rescribens, omnes ferme Ecclesias docuisset; ibi tamen Didymum Alexandrinum conveniens, ipsi se tradidit ut discipulum sacris litteris imbuendum: testatur id ipse ad Pammachium scribens his verbis (*b*): *(b) Hier. epist. 65.* *Jam canis spargebatur caput, & magistrum potius, quam discipulum decebat: perrexi tamen Alexandriam; audivi Didymum, & ei multis ex gratias ago; quod nescivi, didici; quod sciebam, illo docente non perdidi.* Atque alibi ad eumdem (*c*): *(c) Hier. proam. in Oseam.* *Cum essem Alexandria, vidi Didymum, & eum frequenter adivi, virum sui temporis eruditissimum; rogavique eum, ut quod Origenes non fecerat, ipse compleret, & scriberet in Osee commentarios; qui tres libros me petente dictavit, quinque quoque alios in Zachariam.* Hactenus ad Pammachium: & ad Sanctam Paulam (*d*): *(d) Hier. in proam. l. 4. commen. in ep. ad Ephes.* *Denique nuper ob hanc, vel maxime causam Alexandriam perrexi, ut viderem Didymum, & ab eo in Scripturis omnibus qua habebam dubia sciscitarer.* Hæc ad Paulam: quibus cum nullam mentionem habeat quod eam comitatus fuerit peregrinantem in Ægyptum; nec alibi (*e*), *(e) Hier. epist. 27.* cum de ejusdem Paulæ profectione in camdem provinciam agit, se illi comitem inhæsisse dicat; pæne conjectura ducimus, Hieronymum nequaquam cum ea peregrinationem illam suscepisse. Cæterum ad modicum tempo-

ris

xis ſpatium, nempe eriginta tantum diebus commoratum eſſe Hieroaymum Alexandriæ, Ruffiaus exprobrat in invectiva: ſed aa vere, ipſe ſcit.

XLIII. Hieronymus audit Didymum Alexandriæ.

Coluit ibi quidem S. Hieronymus Didymum vehementer; quem *Videntem*, licet cæcus eſſet, ob eximiam ingenii perſpicacitatem appellare conſuevit (*a*), oculoſque (*b*) eum habuiſſe columbæ, qui laudantur ia Caaicis Canticorum (*c*) in ſpoaſa; gloriatuſque eſt, eum ſe habuiſſe magiſtrum; nam ad Domnioaem (*d*): *Gregorium Nazianzenum*, inquit, *& Didymum in ſcripturis ſanctis catechiſtas habui*. At ſic quidem laudavit, ut poſtea eumdem Origeniſtam compertum ea ex parte damnaverit; unde adverſus Ruffiuum (*e*): *In Didymo vero*, ait, *& memoriam prædicamus, & ſuper Trinitate fidei puritatem; ſed in cæteris quæ Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus*. Quod vero noa ſicut Ruffinum Didymus, ita & Hieroaymum iiſdem Origeais erroribus imbuerit: id inde accidiſſe puto, vel quod ſentiens iageuium hominis ab eis procul abhorrentem, non auſus fuerit, viro adeo perſpicaci propiaate veneaum; vel ſi teatavit, expertus eum renitentem, mox abſtinuerit, ne apud magni nominis virum coacepta ſemel caderet æſtimatione.

(*a*) Hier. proœm. in epiſt. ad Galat.
(*b*) Hier. præfat. in Didym. l. de Spiritu ſancto.
(*c*) Cant. 4.
(*d*) Hier. epiſt. 51.
(*e*) Hier. Apolog. adver. Ruffin.

XLIV.

Cæterum qui aliquaatiſper Didymum auditurus Alexaadriæ conſedit, aatequam rediret iu Palæſtinam, Ægypti moaaſteria peragravit; de quibus ipſe (*f*): *Contendi Ægyptum, luſtravi monaſteria Nitriæ, & inter ſanctorum choros aſpides latere perſpexi*. Per aſpides enim ſe ſigaificaſſe Origeaiſtas, ipſemet alias ſæpe declarat; ſed nos de his ſuo loco pluribus. At quid poſtea egerit; mox ſubdit: *Protinus concito gradu Bethlehem meam reverſus ſum, ubi adoravi præſepe & incunabula Salvatoris. Vidi quoque famoſiſſimum lacum; nec me inerti tradidi otio, ſed multa didici, quæ ante neſciebam*. At quæaam iſta? alibi (*g*) declarat bis verbis poſt recenſitum reditum ex Ægypto in Palæſtiaam: *Putabant me homines poſt auditum Didymum finem feciſſe diſcendi: veni rurſum Hieroſolymam & Bethlehem; quo labore, quo pretio Barrabanum nocturnum habui præceptorem? timebat enim Judæos, & mihi alterum exhibebat Nicodemum*. Hæc ipſe.

(*f*) Hier. epiſt. Apol. adverſ. Ruffin.
(*g*) Hier. epiſt. 65.

XLV. Lucubrationes S. Hieron.

Tunc iaſuper aggreſſus eſt ipſe iaterpretari S. Pauli Apoſtoli Epiſtolas, incipiens ab ea quæ eſt ad Philemonem; moxque explicavit ad Galatas ſcriptam; iade illam ad Epheſios: ipſe enim id teſtatur ia præfatione in dictam epiſtolam ad Epheſios ad Paulam, & Euſtochium, aecnoa in præfatione ia epiſtolam ad Galatas. Sed hic obiter admoaendum, hoc eodem tempore quo Alexaadria in Palæſtinam reverſus S. Hieronymus aggreſſus eſt ſcribere ſuper Pauli epiſtolam ad Galatas, ex hac vita migraſſe clariſſimam illam ac pariter religioſiſſimam femiaam Albiaam: fuit iſta magnæ illius ſaactæ Marcellæ mater, tanta digna filia, ipſa taata matre digniſſima; de cujus ad Deum traaſitu hæc ſaactus Hieroaymus (*h*): *Pauci admodum dies ſunt, ex quo epiſtolam Pauli ad Philemonem interpretatus, ad Galatas tranſcenderam, multis retrorſum in medio prætermiſſis; & ecce ſubito litteræ mihi de Urbe allatæ ſunt, nunciantes, & Albinam venerabilem anum præſentiæ Domini redditam, & ſanctam Marcellam matris contubernio deſtitutam*. Veneratus eſt hanc ſemper ut matrem ſanctus Hieronymus confectam ſenio & religioae ſumma provectam; aam ad Aſellam (*i*): *Saluta*, iaquit, *matrem Albinam*: Et ad Marcellam filiam (*k*): *Albinam communem matrem valere cupio: de corpore loquor, ut ſpiritu valeat, non ignorans; eamque per te ſalutari obſecro, & duplici pietatis officio focillari, quod in una atque eadem Chriſtiana ſimul deligatur & mater*: Hæc de Albina Hieronymus.

(*h*) Hier. in præf. ep. ad Galat. lib. 1.
S. Albinæ tranſitus.
(*i*) Idem epiſt. 100.
(*k*) Idem epiſt. 74.

XLVI. S. Paulæ peregrinatio in Ægyptum.

Sed antequam quæ ſunt Hieroaymi reliqua proſequamur, de ſaactæ Paulæ ia Ægyptum peregrinatioae pauca hæc (cum in eodem argumeato verſemur) addamus, ipſo auctore Hieronymo, qui ait (*l*): *Poſt viſam Alexandriam venit in oppidum Domini Nitriam, in quo puriſſimo virtutum nitro ſordes lavantur quotidie pluri morum. Quod cum vidiſſet, occurrente ſibi ſancto & venerabili Epiſcopo Iſidoro confeſſore, & turbis innumerabilibus monachorum, ex quibus multos ſacerdotalis & leviticus ſublimabat gradus: lætabatur quidem ad gloriam Domini, ſed ſe indignam tanto bonore fatebatur. Quid ego narrem Macarios, Arſenios, Serapiones, & reliqua columnarum Chriſti nomina? Cujus non intravit cellulam? quorum pedibus noa advoluta eſt? Per ſingulos ſanctos Chriſtum ſe videre credebat; & quicquid in illos contulerat, ia Dominum ſe contuliſſe lætabatur. Mirus ardor, & vix in femina credibilis fortitudo: oblita ſexus & fragilitatis corporeæ, inter tot millia monachorum cum puellis ſuis habitare cupiebat. Et forſitan cunctis eam ſuſcipientibus impetraſſet, ni majus ſanctorum locorum retraxiſſet deſiderium. Atque propter ferventiſſimos æſtus de Peluſio Majumam navigatione perveniens, tanta velocitate reverſa eſt, ut avem putares. Nec multo poſt in ſancta Bethlebem manſura perpetuo, anguſto per triennium manſit boſpitiolo, donec extrueret cellulas ac monaſteria, & diverſorum peregrinorum juxta viam conderet manſiones, in qua Maria & Joſeph boſpitium non invenerant*.

(*l*) Hier. epiſt. 27.

Hacasque iter ejus descriptum sit, quod cum multis virginibus & filia comite peragravit: Hæc de Paula.

XLVII. Hieronymus sedulus in officio hospitalitatis. Ipse autem sanctus Hieronymus, etsi totus esset in Hebraicis litteris, quas jam longe ante, nempe in eremo Syriæ (ut dictum est) prægustaverat, immo potaverat, penitus exhauriendis; tamen in suscipiendis peregrinis Hierosolymam venientibus, eisque fovendis intentissimus erat: quorum gratia, quod adhuc supererat patrimonium in Dalmatia, misso illuc fratre Pauliniano, distraxit: quando autem id contigerit, suo loco dicturi sumus. Idem itaque de multitudine peregrinantium Hierosolymam, suoque studio in excipiendis hospitibus ad Eustochium, dum excusat retardationem commentariorum in Ezechielem, hæc ait (*a*): *Fateor me explanationes in Ezechielem multo ante tempore promisisse, & occupatione de toto huc Orbe venientium implere non posse, dum nulla hora, nullumque momentum est, in quo non fratrum occurramus turbis, & monasterii solitudinem hospitii frequentia commutemus: in tantum, ut aut claudendum sit nobis ostium, aut Scripturarum, per quas aperienda sunt fores, studia relinquenda,* &c. Sed & ad Paulinum (*b*): *De toto huc Orbe concurritur, plena est civitas universi generis hominum, & tanta utriusque sexus constipatio, ut quod alibi ex parte fugiebas, hic totum sustinere cogaris.* Et ad Marcellam (*c*), quodnam genus hominum, & ex quibus locis illuc properaret, ita describit: *Qui in toto Orbe sunt primi, huc pariter congregati; ad quæ nos loca non ut primæ, sed ut extremæ venimus* (Paulæ enim & Eustochii nomine scripta est epistola) *ut primos in eis omnium gentium cerneremus. Certe flos quidam, & pretiosissimus lapis inter Ecclesiastica ornamenta, monachorum & virginum chorus est. Quicumque in Gallia fuerit primus, huc properat. Divisus ab orbe nostro Britannus, si in religione processerit, occiduo Sole dimisso, quærit locum fama sibi tantum & Scripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios? quid Persas? quid Indiæ, quid Æthiopum populos, ipsamque juxta Ægyptum fertilem monachorum, Pontum & Cappadociam, Syriam cavam & Mesopotamiam, cunctaque Orientis examina? quæ juxta Salvatoris* (*d*) *eloquium dicentis: Ubicumque fuerit corpus, congregabuntur illuc aquilæ; concurrunt ad hæc loca, & diversarum nobis virtutum specimen ostendunt: vox quidem dissona, sed una religio,* &c.

(*a*) Hier. proœm. l. 7. in Ezech.

(*b*) Hier. epist. 13.

(*c*) Hier. epist. 17.

(*d*) Matt. 24.

XLVIII. Sed hic adverte, lector, extare libellum, seu epistolam potius dixerimus, Gregorii Nysseni hoc tempore in vita agentis, ac plura scribentis, qua totus in eo est, ut improbet ejusmodi ad loca sancta peregrinationem. Unde hagiomachi nostri sæculi, sanctorum locorum venerationem improbantes, obviis eam manibus excipientes, nomine viri & auctoritate doctrinæ abusi, eadem hæc ipsi damnarunt. Scimus aliquos pro pii cultus defensione eam epistolam ut germanam Gregorii cognoscere minime voluisse. At nos legitimum eum Gregorii partum esse, haud imus inficias: sed ingenue absque tergiversatione ulla defensionem paramus. Illud igitur primum scias, Gregorium eas scribere litteras ad monachum quemdam, immo & monachorum Abbatem; nam hæc habet in fine: *Consule ergo, dilecte, fratribus, ut e corpore peregrinentur ad Dominum, non ut e Cappadocia in Palæstinam,* &c. Considera insuper ipsum in eo argumento versatum, ut dissuadeat viris, qui selectum vivendi genus, nempe monasticam vitam aggressi fuerant, atque feminis, peregrinandi propositum, asserens inter alia non esse præceptum Domini, nec homines ad hoc teneri; id quidem ipse, quod ob rei frequentissimum usum putarent aliqui se minus Christiano nomine dignos esse, si agere prætermitterent, quod scirent ab aliis impense præstari. Inculcat pluribus, quanto dispendio pudoris & verecundiæ feminæ potissimum ejusmodi longinquam peregrinationem suscipiant; multaque alia, quæ a monachis essent ex instituto vitanda, proponit, in quæ, velint, nolint, in itinere ex necessitate incurrendum esset.

Gregorius Nyssenus quorum peregrinationem impugnet.

XLIX. Monachorum, & Virginum peregrinatio reprehensa. Hæc quidem scite pieque a Gregorio de monachis & feminis esse dicta, prudens nemo negarit: in cujus sententiam sentias simul ire sanctissimos Patres: nam ejus germanus S. Basilius (*e*), cum ex aliis, tum ex his sugillat infelicem monachum lapsum, in cellula consistere nescientem, ubique vagum, ac propterea misere lapsum: *Totus*, inquit, *sublimis, & ad transitum conversus, velut peregrinans, eremo agros & urbes permutans, ad Hierosolymam decurrebas.* Hæc ipse. Quid amplius? nonne & ipse sanctus Hieronymus eadem ex causa quod periculosa esset peregrinatio monachis, sanctum Paulinum haud pridem idem vitæ institutum arripientem, multis usus ad persuadendum argumentis, ea quam ad ipsum dedit epistolam, ab eadem peregrinatione dehortatur & revocat, quam alioqui in sæculo agentibus personis, etiam feminis, persuadere pluribus solitus fuit? Ad ipsum enim hæc (*f*) inter plura: *Revera ut simpliciter motus mentis meæ fatear, considerans & propositum tuum, & ardorem quo sæculo renunciasti; differentiam in locis arbitror, si urbibus & frequentia urbium derelicta, in agello habites,*

(*e*) Basil. ad monachum lapsum.

(*f*) Hier. epist. 13.

& Chri-

& Christum quæras in solitudine, & ores solus in monte cum Jesu, sanctorumque tantum locorum vicinitatibus perfruaris; id est, ut & urbe careas, & propositum monachi non amittas. Quod loquor, non de Episcopis, non de presbyteris, non de clericis loquor, quorum aliud officium est, sed de monacho, & monacho quondam apud sæculum nobili; qui ideirco pretium possessionum suarum ad pedes Apostolorum (a) posuit, docens pecuniam esse calcandam, ut humiliter & secreto vi-ctitans, semper contemnat quod semel contempsit. Hæc & alia ad eum dissuadendum Hieronymus. Ceterum longe alio ac plane contrario spiritu Vigilantius primus hoc sæculo aggressus est una cum aliis quas evomuit impietates, improbare penitus peregrinationem ad loca sancta: sed de eo suo loco agendum pluribus.

(a) Act. 5.

L. Hoc eodem anno Theodosius imperator hæreticos coercuit existimantes facultatem sibi coeundi concessam ad turbandam pacem Ecclesiæ, in hæc verba ad Eusignium Præfectum Prætorio rescribens (b):

(b) l. 9. de his qui relig. contend. C. Theod.

Theodosius lege cohibet Arianos.

His qui sibi tantummodo existimant colligendi copiam contributam, si turbulentum quippiam contra nostræ tranquillitatis præceptum faciendum esse tentaverint, ut seditionis auctores, pacisque turbatæ Ecclesiæ maiestatis, capite ac sanguine sint supplicia luituri Dat. X. Kalend. Februarii Constantinopoli, Honorio nob. puero & Evodio Coss. Quod enim a Valentiniano in Occidente, titulo juncto etiam Theodosii (ut moris erat) promulgata hoc anno lex esset, qua colligendi conventus facultas impartiebatur professoribus Concilii Ariminensis: inde puto accidit, ut Ariani in Oriente, ejusdem legis prætextu, cogendi synaxes datam sibi vendicantes auctoritatem, omnia perturbationibus commiscerent; quos Theodosius ejusmodi rescripti auctoritate compescuit. Quo pariter anno Demophilum Episcopum Arianum esse defunctum, suffectumque in locum ejus Marinum, & paulo post Dorotheum Antiochia accersitum, tradunt Socrates (c), atque Sozomenus (d).

(c) Socr. l. 5. c. 12.
(d) Sozo. l. 7. c. 14.

Sequenti vero mense idem Theodosius Imperator de non distrahendis reliquiis martyrum hæc rescripsit (e):

(e) l. ult. de Sepulc. violat. C. Theod.

LI. *Humatum corpus nemo ad alterum locum transferat: nemo martyrem distrahat, nemo mercetur. Habeat vero in potestate, si quolibet in loco sanctorum est aliquis conditus, pro ejus veneratione, quod Martyrium vocandum sit, addant quod voluerint fabricarum. Dat. IV. Kalend. Martii Constantinopoli, Honorio nob. puero, & Evodio Coss.* Quod enim pseudomonachi circumeuntes turpis lucri gratia consuevissent venditare reliquias martyrum, ut Sanctus Augustinus affirmat, hujus sanciendæ legis occasio data est.

Reliquiæ martyrum non distrahendæ.

Si quidem callidissimus hostis studuit infamare clarissimum monachorum nomen; de quo ipse Augustinus: *Multos*, inquit (f), *hypocritas sub habitu monachorum usquequaque dispersit, circumeuntes provincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes; alii membra martyrum, si tamen martyrum, vendidant, &c.* Disce tu vero ex his hujus temporis totius Catholicæ Ecclesiæ erga sanctorum martyrum reliquias studiosum cultum, & propensiorem amorem; quo abusi improbi nebulones, ex iis nundinationes quas audis, instituebant; adeo ut opus fuerit, tam vendentes, quam ementes, legibus Principum cohiberi.

(f) Aug. de opere monach. c. 28.

LII. Hoc itam anno Joannes Chrysostomus, præcedentibus prophetiis, presbyter ordinatur: colligimus id ex Marcellino Comite (g), Leone Augusto (h), & ante hos ex Palladio in dialogo, dum ajunt, ipsum duodecim annos exegisse in presbyteratu, antequam crearetur Episcopus Consulibus Honorio quartum, & Eutychiano, anno Domini trecentesimo nonagesimooctavo: magis enim eidem Marcellino assentimur, quam dicentibus quadriennium eum transegisse in presbyteratus functione. A quonam autem duorum Catholicorum Antistitum Flaviano vel Evagrio fuerit ordinatus, diversæ reperiuntur sententiæ: Socrates (i) quidem affirmat ab Evagrio Paulini successore Joannem Chrysostomum sacro presbyteratus ordine initiatum fuisse, cum ante triennium neutrius communioni inhæsisset; ut alterum respueret, solitarius vivens. Porro reliqui Græcorum historici, licet recentiores, eumdem Joannem adhæsisse Flaviano testantur, ab eodemque in sacros adscitum ordines diaconatus atque presbyteratus.

S. Jo. Chrysostomus factus Presbiter.

(g) Marcel. in Chron.
(h) Leo orat. de vita S. Jo. Chrys.
(i) Socr. l. 6. c. 3.

LIII. Certa quidem ipsum communicationis Flaviani fuisse, in ecclesiaque ejusdem ministrasse, concionesque ibi ad populum habuisse, nemo inficias ire poterit; nam id ipsum homiliæ tunc in ea dictæ testantur. Quinetiam aliquando videtur sugillare ordinationem Paulini, illa nimirum homilia, quam de Anathêmate habuit, de qua suo loco fusius diximus. At non ob hanc causam, quod illi communione conjunctus fuerit, qui invito sedebat Romano Pontifice, ipsi Paulino atque ejus successori Evagrio communicante, ipsum quis potest schismaticorum sacerdotem a schismatico ordinatum. Nam superius dictum est, licet ejusmodi altercationes atque dissidia inter Romanum Pontificem atque Meletium necnon ejus successorem Flavianum extiterint; numquam tamen eo assa ista progressa, ut fuerit interceptione communicationis schisma conflatum, anathemative Flavianus subjectus. Nam spe concordiæ tolerata res est, atque eo

modo quo expetat, ad plures annos producta.

LIV. Ordinatio Chrysostomi signis probata.

(a) Leo August. de vita Jo. Chrysost.

Annuisse quidem divinum numen, signisque suffragatum Spiritum sanctum ejusdem Chrysostomi sacerdotio; qui res ab eo gestas sunt fideliter prosecuti, testantur, ut inter alios Leo Augustus, cum ait (a): *Flavianus cum vigilaret, ut consueverat, quadam nocte videt divinum accessisse Angelum, qui ei jubebat ordinare Joannem dicens futurum Joannem novum vas electionis: Ecce, dicit, ego ei de hoc mandatum dabo, & obediet. Ad quem quidem cum accessit Angelus, ei mandavit: prius narravit futura, & quæcumque par est facere cum qui divinus sit futurus minister*; & post alia: *Cum adesset hora ordinationis, & incruentum perageretur sacrificium, & inferius assisterent multitudo innumerabilis, & Angeli desuper intuerentur, manum imponente Episcopo & preces dicente consuetas, dicitur factum esse illud maxime novum spectaculum: alba columba repente devolans, quomodo illic supra Jesum meum & Deum, in honorem ejus cui manus hic imponebatur, stetit, supra ejus caput. Hoc admiratione quidem affecit & stupefecit eos qui tunc aderant simul, attrahit autem eos quoque qui audiunt; admiratur universa non solum quæ circum circa sita est regio, sed etiam universa quæ extra fines procul remota est Syria*. Hæc ipse; idemque subdit miracula tunc Antiochiæ ab eodem Joanne edita, postquam presbyter factus est, usque ad tempus quo accersitur Constantinopolim præficiendus illi Ecclesiæ in locum defuncti Nectarii Episcopus.

LV. Jo. Chrysostomus concionari aggressus.

Cum primum vero presbyter designatus est, primam omnium ad populum habuisse dicitur homiliam, cujus est exordium: *Num vera sunt quæ nobis acciderunt?* &c. At nihil ibi de presbyteratu, sed de suscepta tantum docendi populi functione: quam quidem non ante hunc annum auspicatum fuisse, ex eo exploratum redditur; dum ipse in una illarum orationum, quas habuit ad populum Antiochenum de imminente clade ob statuas ignominia affectas (quod certum est contigisse post sequentem annum) expresse testatur se jam in docendi munere biennium agere; sunt hæc ejus verba (b): *Ecce secundum hunc annum habeo vestræ differens charitati*, &c. Quamobrem in eam sententiam ire compellimur, ut quæ reperiuntur scriptæ orationes ab ipso, cum diaconus esset, nempe superius recensitæ adversus Gentiles, Judæos, atque hæreticos, & de Anathemate, eas speciali indulgentia & jussione Flaviani pro concione dixerit; cessasse vero postea usque ad presbyteratum.

(b) Chrys. ad pop. Antiochen. hom. 16.

LVI. Flavianus & Chrysostomus docent Antiochiæ.

Quanta autem dicendi copia & elegantia jam presbyter susceptum munus expleverit; quæ postea ad populum Antiochenum inscriptæ extant orationes certam fidem faciunt, cum tamen longe plures illis ibi ad populum dixisse oportuerit eo duodecim annorum temporis spatio, quo in ea functione versatus presbyter Antiochiæ mansit. Cæterum quamvis Chrysostomus concionandi munere fungeretur; Flavianus tamen Episcopus, quod esset suarum partium potissimum munus, docere populum, minime prætermisit, immo vero accurate persolvit: quod satis intelligi potest ex ejusdem Joannis Chrysostomi assertione, dum ad calcem primæ homiliæ in verba illa Isaiæ: *Vidi Dominum*, ista habet: *Hæc servantes, redeamus domum: quia potius hæc servantes excipiamus perfectiorem doctoris exhortationem. Nam nostra quidem, qualiacumque sunt, habent juventutis ostentationem; hujus autem, qualiacumque fuerint, majore prudentia sunt ornata. Ac nostra quidem similia sunt torrenti, qui cum strepitu fertur; illius autem oratio similis est fonti magna tranquillitate fluvios effundenti, qui olei magis, quam aquarum cursum imitentur*. Hæc ipse, modeste quidem consultum in omnibus volens Episcopi existimationi & dignitati, ne qui minus eloquens esset, & ea ex parte longe inferior Chrysostomo appareret, a populo sperneretur: ex quo quidem magnam sibi laudem conciliavit, numeros illos a Domino sic definitos exolvens (c): *Qui gloriam propriam, quæ ab hominibus est, non quærit, hic verax est*.

(c) Joan. 7.

LVII. (d) Apud Metaphr. in vita Chrysost.

Rursum fertur (d) de illo, quod cum subli-

PAGIUS

V. Obitus S. Cyrilli Hierosolymitani.

Ad ann. LVII. *Sanctus Cyrillus* Episcopus Hierosolymitanus hoc anno ad Deum migravit, ut recte Baronius. Auctor enim Tabularum Theophani insertarum annos ei triginta quinque tribuit. Ex quo & liquet, Episcopatus ejus initium recte a nobis consignatum. Cyrillo successit *Joannes*, quem Henschenius & Papebrocius in Historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum primum Hierosolymorum Patriarcham faciunt. Verum, Patriarchatus ille seculo tantum sequenti post Concilium Ephesinum exortus est.

VI. *Theodosius* Imperator Thraciam ab hostibus *Grothingis* victis & expugnatis vindicavit, ut testatur Claudianus in quarto Consulatu Honorii a v. 612. ad 635. qui id haud obscure huic Honorii Consulatui adscribit, ut Marcellinus in Chronico, Idacius in Chronico, & Idacius in Fastis, qui diem etiam, quo Constantinopolim Theodosius sedit, annotavit: *His Coss.* inquit, *victi atque expugnati, & in Romaniam captivi adducti gens Grothingorum a nostris. Theodosio & Arcadio deinde cum victoria & triumpho ingressi sunt Constantinopolim die IV. Idus Octob.* Marcellinus in Chronico tantum ait: *Victorque cum Arcadio filio suo urbem ingressus est*. Neque enim vere hoc anno Theodosius triumphavit, sicuti nec anno CCCLXXX. licet Marcellinus in Chronico eo anno scribat: *His Coss. Theodosius Magnus, postquam Scythicis gen-*

Theodosii de Grothingis victoria.

fublime aliquando dicendi genus arripuiffet, atque ob eam caufam a fimplicioribus minus intelligeretur, redargutum fuiffe a pia muliercula, quod ejus orationes infrugiferæ effent: ipfum vero mutaffe e-veftigio juvenilis animi, cujus eft alta
Nomen Chryfoftomi unde. petere, inftitutum, dictionemque faciliorem imis auribus accommodaffe. Qua ex parte illud eft confecutus, ut ab omnibus faciliime audiretur, atque publicis frequentibufque acclamationibus, OS AUREUM, diceretur. Quod perinde ac inditum divinitus nomen, veluti egregius titulus, in ejus fcriptis hactenus perfeverat.

LVIII. Quam autem, tanto agricola, vomere verbi Dei Antiochena Ecclefia reddita fit frugifera ad alimenta pauperibus præftanda; ex eo poteris intelligere, dum
(a) Chryf. hom. 33. ad pop. Antiochen. in una (a) earum, quas ad populum Antiochenum habuit homilia, hæc ait: *Habens proventum Ecclefia quot per fingulos dies viduis fufficiat, quot virginibus, cogita: nam ad trium millium afcendit numerum*
Quot Ecclefia Antiochena pauperes aleret. *earum catalogus; & præter hæc, quot carcerem inhabitantibus, quot in xenodochio laborantibus, fanis & peregrinis, corpora habentibus mutilata, altari affidentibus, & victus & veftitus caufa fuppliciter quotidie accedentibus; & nihil ei de fubftantiis diminutum eft. Itaque fi decem dumtaxat viri fic erogare voluiffent, nullus effet pauper &c.* Et quidem admiratione dignum, pauperem adhuc Ecclefiam, quæ ufque ad Theodofii tempora perfecutionem diram paffa fuerat, cum nec in civitate Fideles confiftere poterant, fed in campis collectas agebant, unde & Campitæ funt dicti, adeo in eleemofynis pauperum abundaffe; eam præfertim non omnes Antiocheni Chriftiani cum Meletio convenirent, adhærentibus aliis, Orthodoxis Paulino, hæreticorum vero aliis Vitali Apollinariftarum Antiftiti, aliis vero Dorotheo Epifcopo Ariano, & qui in eorum locum fucceflerunt.

Sed præter hos latuiffe inter Chriftianos Antiochenos etiam Marcionitas hæreticos, ad quos extirpandos idem Chryfoftomus haud mediocres labores infumpfit, LIX.
fatis perfpicue conftat: Sed quinam hi fuerint, digni plane qui Annalibus inferantur; ex Actis (b) ejus hic iifdem verbis, quibus fcripta habentur, accurate reddamus; fic enim fe habent: *Qui il-* (b) Apud Io. Chryf. t. 1. ex Metaph. & Leo Imp. in encomio & alii.

PAGIUS *gentibus triumphavit.* Ecclefias Orthodoxis reftituit. Semel enim Theodofius, idque de Maximo Tyranno, triumphavit; & Pacatus in Panegyrico, quem tunc Theodofio dixit, hunc alias triumphaffe non memorat; licet de Scythicis victoriis numerofis mentionem faciat, Scythicos triumphos non prætermiffurus, fi vere ducti fuiffent. Hujufmodi itaque loquendi formulis aliud non denotant Scriptores, quam Imperatorum folennem in urbem introitum poft infignem aliquam victoriam reportatam. Veri enim triumphi aut cum Decennalibus, & id genus feftis fuere conjuncti; vel fi aliis annis acti, Imperatores Confulatum capeffiere, ut fæpius jam dixi. Gefta porro contra Grothingos narrat Zofimus lib. 4. pag. 762.

VII. *Cura Templorum Gentilium Chriftianis interdicta.* Imperante *Conftantino Magno* licuit adhuc Gentilibus fua folennia vel in totum, vel in partem publice agitare. Reparata dein poft *Julianum* Apoftatam Chriftiana Religione fub Valentiniano feniore, fua quoque Paganis fententia, fui ritus, templaque & templorum folennia relicta fuere. *Theodofio* demum imperante, & facrificia aliquandiu agitare licuit, ad annum fcilicet Chrifti CCCXCI, quo Valentinianus junior Theodofii M. confilio Romæ & in Italia facrificia hoftiarum feu victimarum, templorumque ingreffum & fimulacrorum cultum prohibuit Lege 11. Cod. Theod. *De Paganis*, eo anno Mediolani emiffa, & in Annalibus a Baronio memorata. Quare, ut hoc obiter obfervem, non debuit mirari Cardinalis doctiffimus, quod anno CCCXC. *Volufianus* quidam Romæ aram quandam ad facrificia dedicarit, nec exiftimare, id a Volufiano in propriis ædibus factum ad privatorum facrorum ufum; cum id ante annum CCCXCI. Legibus non inhiberetur. Deinceps, facrificiis quamlibet interdictis, quædam adhuc folennitates, veluti convivia, fefta, ludique Gentilibus permiffi. Currenti autem anno XVI. *Kal. Jul. Conftantinopoli* Theodofius M. dedit Legem 12. Codicis Theod. *De Decurionibus*, in qua ait: *In confequenda Archierofyne ille fit potior, qui patriæ plura præftiterit, nec tamen a Templorum cultu obfervatione Chriftianitatis abfceſſerit.* Quam Legem, cum Baronius in Annalibus omiferit, ex Gothofredo in ejus Commentario hic explicabo.

VIII. *Quid fuerit Archierofyna.* Quid effet *Archierofyna*, & ipfo nomine patet, & difertæ hæc Lex docet: quæ enim initio ejus *Archierofyna* dicitur, eadem mox definitur & defcribitur, *munus effe, ad cujus curam Templa & Templorum folennia pertinent;* ubi *Templorum* appellatione, ut alibi paffim, Templa Gentilium proprie intelliguntur. Ad eum itaque qui huic muneri præficiebatur, pertinebat Templis præeffe, & cuique quod conveniret tribuere, externumque ornatum, qui fub fenfus caderet, adcurare; Sacerdotes deorum in officio continere, honeftatique eorum confulere. *Solemnia* vero *Templorum* erant, quæ votorum, id eft, lætitiæ publicæ & religiofæ celebritates dicuntur in Leg. 8. Codicis Theod. *De Paganis*. Vota publica Leg. 17. *De Paganis*. Fefti Conventus civium, communifque lætitia hominum, dicta Lege 17. Ludi feu prifcarum voluptatum folemnitates, Lege 3. *de Paganis*, quibus fcilicet fuperftitionis Templorum, feu Gentilitiæ aliquid adhærebat. Fefta item convivia indidem profecta, eodemve pertinentia, ut colligitur ex Lege 19. *De Paganis*, Kalendarum item Januariarum per hæc adhuc tempora folennitas, quæ & feftis conviviis peragebantur. *Vota* item proprie ita dicta, quæ tertio die Kal. Jan. pro falute Principis in Templis fufcipiebantur, feftifque pariter conviviis tranfigebantur: quæ agitata adhuc fub Theodofio Magno per Afiam fuiffe, prodit ejus ævi Scriptor Eunapius, fub finem Vitæ Maximi pag. 113. quæ & ipfa in Synodo Trullenfi Canone 62. *Bota* dicuntur.

Ad hæc itaque & fimilia Templorum follennia IX.

illo tempore erat Præses civitatis, laborabat morbo dogmatum Marcionis, & favebat illius sectatoribus; & ideo parti Orthodoxæ erat causa malorum innumerabilium. Hujus uxorem, is qui arcane & benigne hæc variat Deus, dimisit laborare morbo torminis interiorum. Illa autem a malo superata, omnem quidem refellit medicinæ artem: omnes vero qui eadem sentiebant, vocantes ad orationem, non eam melius affecerunt, immo vero deterius, male tempus ei producentes vana spe curationis. Vix tandem autem Joannis gratiæ recordati, cum hoc apud se statuissent, quod si per ipsum fieret a morbo liberatio, simul etiam desisterent a morbo dogmatis, qui est longe gravior: cum sic sibi persuasissent, in lecto decumbentem afferunt mulierem, & eam statuunt pro foribus templi, desiderantes invenire Flavianum & beatum vultum Joannis. Sancti ergo ad eos progrediuntur; neque enim par esse, neque honestum censebant, ut eis templum pateret, quorum anima non patebat dogmatibus pietatis. Primus autem eis dixit verus ille homo Dei, beata, inquam, illa & suavis lingua: Quid vos movit, ut statueritis venire ad templum Christianorum, qui Christum quidem aversamini, Marcionem vero plurimi facitis, & habetis in magno honore? Quod quidem plane satis ostendit, quod illius cultores convocaveritis ad morbi aut alicujus molestiæ liberationem; & quod cum illi precati essent, non assecuti sitis curationem: quod quidem vobis accidit præter expectationem. Discedite ergo ab hoc sacro templo; quoniam nec vos poteritis omnino Christum tentare, ac hoc stulte potestis. Illi autem dicebant, se parentum errore esse captos, & usque in hodiernum diem fuisse superatos a mala consuetudine: Sed per Christum (ajebant) vos rogamus; miseremini pœnitentium: sic enim cum eo quod corpus recte afficietis, agetis etiam ut anima sit sana. Sciatis enim fore, ut nos nequaquam amplius abstineamus a communione vestra, quæ est ex vera pietate.

His flexus magnus Joannes, jussit aquam afferri; cui cum divinum signaculum injecisset Pontifex (sic enim illic ei persuasit) mulieri infudit in Christi nomine. LX.
Quod quidem cum factum esset; quæ in lecto decumbebat, statim surrexit sana, & cum marito & civibus una voce unanimes Christum magnificabant. Deinde etiam ad sanctorum genua procidentes, petierunt veniam prioris ignorantiæ, & domum redierunt: & cum multas quidem pecunias egenis distribuissent, triginta vero libras auri, partim quidem ad sumptum peregrinorum, partim vero ægrotantium, partim vero egentium xenodochio tradidissent, & ab illo tempore a Marcionitarum communione omnino abstinuissent, insaniam & amentiam res illorum vocantes, Christi sacrosanctæ assidebant Ecclesiæ.

Cum autem illi omni adhibito studio, LXI.
& omni (ut dicitur) rudente moto, nihil omnino perfecissent, & desperassent fieri posse, ut ipsi ad eos redirent: Præstigiatorem & Magnum Joannem appellabant, & plurimis aliis contumeliis, civitatem obeuntes, eum afficiebant. Ille vero tantum absfuit, ut vel minimum curaret contumelias, ut eis potius similiter atque Dominus gloriaretur: alioqui autem divinitus immissam calamitatem ad eos mox esse venturam, ille prædixit. Paucis enim

post

PAGIUS

Templa Gentilium eorumque solemnia curare Christianos, illicitum.

nia, eorumque curam, Christianos hoc ævo Gentiles adigendos putabant. Quare & Synodi & Principes, quantum in se fuit, huic rei obviam ivere: & hac quidem Lege Theodosius M. vetitis Christianis ab horum solennium cura, Archierosyna dicta, quæ Curialibus seu Senatoribus civitatum, & potioribus quidem inter eos, quique patriæ plura præstitissent, pro magno delata: in tantum ut Christiani quoque Curiales eam amplecterentur; imo, quod ex hac Lege discimus, magna prensatione ambirent; idem scilicet quod hoc munus, ut ipsi putabant, superstitione vacuum esset, etsi circa Templa, Templorumque solennia occupatum. Quamdiu itaque Templa, Templorumque solennia steterunt, Archierosyna quoque munus stetit, seu Templorum, solenniumque istorum cura: quod Theodosius Magnus hoc anno Lege 12. citata De Decurionibus, interdicit; quod nempe etiamsi Christiani Archierosyna munus obeuntes, non ipsi quidem Templorum cultu, superstitioneque mentem suam & conscientiam obligarent, etsi etiam solennia illa haud adeo superstitiose tum implerentur, attamen vel ipsa Templa, Templorumque solennia curare Christianos, non indecorum modo, verum etiam illicitum visum.

X. Huc pertinet Tertulliani locus de Idololatria cap. 17. Neque sacrificet, neque sacrificiis auctoritatem suam accommodet, non hostias locet, non CURAS TEMPLORUM deleget, non vectigalia eorum PROCURET, non spectacula edat de suo, aut de publico, aut edendis præsit. Sunt enim hæc omnia, ut & illud de quo hac Lege, etsi non sacrificia, certe AD SACRIFICII saltem genera, quo verbo utitur Tertullianus ibidem cap. 16. eo itaque solo quod Templorum solennia, invectaque ea a Gentilibus superstitioso fine aliquo essent, atque ita publice celebrarentur in honorem sacrilegi ritus, eorum curam Christianis non competere censuit Theodosius M. superstitioso, inquam, fine aliquo invecta: exempli gratia votorum celebritates ludique in honorem Deorum ferme instituti erant, ut pluribus exequitur Tertullianus lib. de Spectaculis: quia, ut idem ait, paratura omnis spectaculorum ex idololatria constabat. Sic Lactantius lib. 6. Divin. Instit. cap. 20. Ludorum celebrationes Deorum festa sunt: siquidem ob nativitates eorum, vel Templorum novorum dedicationes sunt constituta. Notumque, natales seu encænia & dedicationes Templorum festos fuisse, & convivia in honorem Deorum instituta. Qua de causa convivia hæc, sicuti & ludi, in Christianis improbata. Qua de re plura Gothofredus laudatus.

Quod magis probatur.

Marcionitæ male pereunt.

post diebus, cum magnus terræmotus fuisset Antiochiæ: ipsa domus quæ Marcionitarum susceperat congregationem, corruens, & domus quoque plurima eum iis qui eadem sentiebant labefactata, perdiderunt quandam incredibilem eorum multitudinem. Et quod est maxime admirabile, & quod aperte ostendebat eam divinitus immissam fuisse calamitatem; cum tanta perisset multitudo eorum qui male sentiebant, nullus Orthodoxæ fidei simul cum eis periit. Hoc cum ita factum esset, & pios corroboravit, & correxit multos ex iis qui prave sentiebant. Hactenus in rebus gestis Chrysostomi cum Marcionitis, quos sæpe pro concione publicis invectivis exagitavit. Sed & contulisse aliquando cum uno illorum, ipse testatur (a) homilia ad eumdem populum Antiochenum, qua etiam & partem ejusdem disputationis recenset; derisioni quoque exposuit ritus eorum, cum solerent baptizari pro mortuis; atque ait (b):

(a) Chrys. hom. 30. ad pop. Antioch.
(b) Chrys. in 1. ad Corinth. hom. 40.

LXII. *Vultis primum dicam, quomodo hanc dictionem adulterant qui morbo laborant Marcionis? Atque scio quidem fore ut risum multum moveam. Verum enim vero etiam propterea maxime dicam, ut eum morbum magis fugiatis. Nam postquam catechumenus quispiam apud eos excesserit, sub lecto mortui absconso aliquo qui vivit, accedunt ad mortuum & alloquuntur, & rogant velit ne accipere baptismum. Deinde illo nihil respondente; qui est absconsus inferne, pro illo dicit se velle baptizari; & sic eum baptizant pro eo qui excessit, perinde ac si in scœna luderent: tantum valuit diabolus in ignavorum animis. Deinde cum accusantur, adducunt hoc verbum, dicentes Apostolum (c) dixisse: Qui baptizantur pro mortuis*, &c. Horum quoque causa fortasse in Concilio Carthaginensi tertio haud diu post celebrato, canone sexto monuerunt Patres Africanam Ecclesiam hæc cavenda, cum ista canone sexto promulgavere: *Cavendum est etiam, ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat.* At pravi Marcionitarum frutices, qui tot sæculis altiores radices fixissent, haud per Joannem Chrysostomum valuerunt penitus extirpari; adversus quos maximopere fuit laborandum Theodoreto Episcopo Cypri, ut suo loco oratio opportuna docebit. Cæterum non postquam creatus est presbyter Antiochiæ dumtaxat hos insectatus est Joannes Chrysostomus, sed & cum factus Episcopus ageret Constantinopoli; at de his dicendum suo tempore.

Ludos Marcionitarum.

(c) 1. Cor. 15.

LXIII. Sed & quæ adversus Gentiles deorum cultores idem adhuc presbyter certamina inierit, memoriæ commendata a majoribus, hic in medium afferamus ex Actis ejus antiquitus scriptis, a recentioribus autem exscripta hisce verbis (d): *Licebat videre in universa regione civitatis, domos quidem oratorias Deo excitari, templa autem simulacrorum, si quæ remanserant, diruta funditus in terram prosterni: viros vero, qui philosophiæ curam gerebant & virtutis, magnaque ornati erant intelligentia & acumine ingenii, a magni hujus viri providentia emitti ad multorum salutem. Certum autem ejus quod dicimus testimonium sunt ea quæ facta sunt in monte Amano, ubi eos, qui ibi habitabant impii & feri, & nihil differebant a bestiarum immanitate, ad tantam ille deduxit mansuetudinem & pietatem, ut a patribus quidem datam neglexerint religionem (rem valde difficilem, & quæ si ulla res alia multos vincit absque ratione) prompto autem & alacri animo transfugerint ad lucem veritatis: & nec hactenus steterint, sed etiam multi ex his pietate usi munificentius, viri, inquam, & mulieres, illi quidem monachorum, hæ virginum jugum subierint.*

(d) Extant t. 1. Joan. Chrys. ex Metaphr.

Joannes Chrysostomus laborat in conversione Gentilium.

LXIV. *Quæ autem in Casio monte in templo quod illic erat Gentilium* (& quidem celeberrimum ore Scriptorum pene omnium celebratum templum Jovis Casii) *ab illo viro facta sunt: quis est adeo invidus, aut negligens, aut deses, ut ea sustineat prætermittere? Quo in loco cum tantus error prius esset diffusus, & multitudo quidem assidue veniret innumerabilis, fierent autem immensum animalium sacrificium propter cultum, proh dolor, dæmonum; perierunt illa omnia & extincta sunt zelo illius magnæ, & quæ a Deo movebatur animæ.*

LXV. *Neque hæc sunt digna quæ mandentur silentio, quæ facta sunt in fastigio civitatis in templo Veneris, & quod non solum studuerit, ut id dirueretur, sed etiam ut in eo loco viri sancti habitarent, terribiles iis qui eo subibant dæmonibus; adeo ut illi quidem procul expulsi fuerint, tamquam armis quibusdam terribilibus intentatis eorum virorum precibus; homines autem qui circum circa habitabant, non solum a læsione illorum liberarentur, sed etiam maximam acciperent utilitatem, cum possent versari cum monachis, qui perfecti erant in Dei timore. Illius mentis & studii etiam est opus, profani templi destructio, quod fuit in arce Beli, & ad solum usque facta ejus demolitio:* fuit tanta victoria servata Chrysostomo; additque: *Potest etiam quæ circa Seleuciam habitatur regio, gloriari præclaris factis illius viri: nam & simulacrorum templa illic diruta & divinas ædes extructas & viros virtutis studiosos illic ad habitandum collocatos invenies.* Hactenus de rebus ab eo gestis adversus hæreticos & Gentiles Antiochiæ, cum presbyter esset; quæ quidem cum certo anno consigna-

signari minime valeant, hic fub eo quo idem eft initiatus presbyterio, collocaffe voluimus; ut plane intelligas hominem, fi quis alius, conjunxiffe opera ftylo, cum primis fuis luculentis ac fcitis orationibus infectatus fit Gentiles atque a fide Catholica extorres hæreticos, fatifque eofdem etiam magno ftudio exagitarit. Memor enim, Julianum Apoftatam, Antiochiæ cum effet, affiduis facrificiis in Chrifti contumeliam frequentaffe deorum templa, invififfeque longa peregrinatione Jovem Cafium; ut primum fub Chriftiano Imperatore omnium maxime pio Theodofio licuit, magnis fumptis fpiritibus, in eadem vindex (a), acerrimus exurrexit. Sed jam quæ anni hujus funt reliqua abfolvamus.

(a) l. 2. de Curat. Ital.

LXVI. Hoc eodem Domini anno, qui & octavus Theodofii Imperii numeratur, S. Cyrillus Epifcopus Hierofolymitanus (ut auctor eft S. Hieronymus b) ex hac vita migravit; de quo quidem, quod (ut idem ait) fæpe pulfus, ac fæpe in fedem receptus, hafque vices paffus fit a Conftantii temporibus; quantum temporis federit, haud exploratum haberi poteft: cujus monumenta ingenii extant Catechefes, quas in adolefcentia elaboravit. Huic fubrogatus eft Joannes, quem tempore perfecutionis fub Valente Catholicos averfatum effe, & cum Arianis ac Macedonianis communicaffe, non obfcure teftatur adverfus eum fcribens S. Hieronymus, cum ait (c): *Non eventilabo, fi amaveris eos qui talia prædicaverunt; cum quibus fueris quando ifta dicentes exilia fuftinebant; quis fit ille, qui Theone presbytero Spiritum fanctum Deum in Ecclefia prædicante, claufcrit aures, forafque cum fuis concitus fugerit, ne tantum audiret piaculum, &c.* Sed & fub nomine Prætextati ipfum fugillat, factumque effe Catholicum fpe dignitatis, redemptumque ab hærefi pollicitatione Epifcopatus affirmat. At de ipfo plura inferius.

(b) Hier. de Script. Eccl. in Cyrillo.

(c) Hier. epist. 61.

JESU CHRISTI ANNUS 387. | SIRICII PAP. ANNUS 3. | VALENTIN. 12. THEODOSII 9. Impp.

I. Trecentefimus octogefimus feptimus Chrifti annus aufpicio novorum Confulum Valentiniani Augufti tertium atque Eutropii aperitur: quo Juftina Augufta, una cum Valentiniano filio, quam anno fuperiori adverfus S. Ambrofium perfecutionem concitare cœperat, majoribus profequitur incrementis: vehementiori enim odio in fanctiffimum virum flagrans, acrioribus iracundiæ ftimulis agitata, rabie feminili, mente perverfa, correpta furore, inftar furiæ furit, & veluti

Juftina Augufta Ambrofium vexat.

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1140. Olymp. 291. an. 3.

Anno Periodi Græco-Romanæ 5880.

☉ 4. C. ☽ 8. P. 25. April. Indict. 15.

Jesu Christi 387.

Siricii Papæ 4.

Valentiniani Junioris 13.

Theodosii 9. Arcadii 5.

[1] Anno I. ad XXXVII. Coff. *Valentinianus Aug. III. & Eutropius*: prior in Occidente; pofterior in Oriente, ut ex Profopographia Codicis Theodofiani verbo *Eutropius*, liquet.

fecundum Baron. Olymp. 291. A.C. 387. I. Confules.

Va-

NOTÆ [1] Coff. *Valentinianus Aug.* III. & *Eutropius*. Huic a quibufdam *Flavii* prænomen datur. Gruterus pag. MCII. 2.

DEDICATA. KAL. FEB.
D. N. FL. VALENTINIANO. AUG. III.
ET. EUTROPIO. CONSS.
Item: D. N. VALENTINIANO. AUG.
TER. ET. EUTROPIO. V. C. CONS.

Lapis alius in ædibus Capitolinis.

VALENTINIANO. III.
ET. EUTROPIO. QU........
...ONORIO. III. AUG. COS.

Ibidem aliud fragmentum.

...............I. II.
XIII...............
Valentiaia NO III. ET EUTROPIO CONSS.

Profperi Chronicon MS. *Valentiniano III. & Eutropio*. Pafchalis laterculus MS. in fine Gennadii; *Valentiniano & Eutropio*.

luri Baccha œstro percita debacchatur. Hoc quidem anno, primum dolo, inde vi, atque omni denique arte, itemque conatu Ambrosium adorta est: excruciabatur enim intrinsecus, cum se frustra Augustam esse, dicique consideraret, cum unius sacerdotis constantia vinceretur; dum nec una sibi pateret ecclesia, in quam liberum esset convenire cum suis: exæstuabatque immenso animi dolore, atque invidia tabescebat, quod videret se a populo Mediolanensi contemni, & omni officio omnes studere in omnibus sacerdoti.

II. Quod igitur periculosa alea videretur, obnitente populo, Ambrosium manu militari captum extra provinciam deportare, quo id absque tumultu perficiat, dolosa consilia mente agitat, sed omnia frustra. Testatur id quidem Paulinus, cum ait (a): *Justinæ mulieris innumeras insidias sustinuit; quæ muneribus atque honoribus adversus sanctum virum oblatis, populum excitabat; sed infirmorum mentes talibus promissis decipiebantur. Promittebat enim Tribunatus & diversas alias dignitates iis qui illum de ecclesia raptum ad exilium perduxissent. Quod cum multi conarentur, sed Deo præsule perficere non valerent; unus infelicior cæteris, nomine Euthymius, tanto furore excitatus est, ut juxta ecclesiam sibi domum pararet, atque in eadem carrum constitueret, quo facilius raptum superpositum carpento ad exilium perduceret. Sed iniquitas ejus in verticem ipsius descendit. Post annum etenim, eodem die, quo illum rapere se arbitrabatur, eodem carpento impositus, de eadem domo ipse ad exilium destinatus est; reputans sibi justo judicio Dei id in se esse conversum, ut in eodem carpento dirigeretur ad exilium, quod ipse paraverat sacerdoti: cui non minimum solatii sacerdos præbuit, dando sumptus, vel alia quæ erant necessaria. Sed hæc confessio hominis, nec mulieris furorem, nec vesanorum Arianorum amentiam repressit.* Hæc Paulinus. Meminit quoque hotum Ambrosius in concione, quam ad populum habuit in Auxentium, ubi inter alia (b): *Nemo vos turbet, quod aut carrum præparaverant, aut dura, ut videbatur sibi, Auxentii ipsius, qui se dicit Episcopum, ore jactata.* Hæc ipse. Sed quid postea?

(a) Paulin. in vita S. Ambros.

Euthymii audax præsumptio.

(b) Ambr. in Auxen. post. ep. 32.

III. Quod fraus detecta evanuisset; jam aperto marte congredi, manuque militari agere decrevit Augusta: Auxentio enim omnia quæ velit militaria parat auxilia; quibus ille procax accinctus, omnia furore commisceet: qui etiam elicuit ab Imperatore edictum, quod ipse conscripsit, quo juberentur Catholici sacerdotes ejici ab Ecclesiis; & qui renuissent, occidi. Unde increbuit rumor, missos esse spiculatores, qui Ambrosium renuentem basilicam tradere, capite truncarent. His commotus populus, intra basilicam obseratis januis, pluribus diebus ac noctibus vigilantissimo studio custodiebat Ambrosium, obsidentibus interea militibus ecclesiam, ut abriperent sacerdotem. Hæc autem omnia ipse S. Ambrosius refert his verbis (c): *Plerique narrabant, percussores præmissos, pœnam mortis esse decretam. Nec illa timeo, & ista non desero. Quo enim abibo, ubi non omnia plena gemitus sint atque lacrymarum, quando per Ecclesias jubentur ejici*

Auxentius armatur in Ambrosium.

(c) Ambr. in Auxent.

PAGIUS

II. Valentiniani Consulatus juxta secundam regulam; ejus enim *Quindecennalia* in hunc annum incidunt. Præterea Idacius in Fastis scribit: *His Conss. Quinquennalia Arcadius Aug. propria cum Theodosio Aug. patre suo editionibus, ludisque celebravit XVII. Kal. Feb.* id est, die XVI. Januarii, quo & eum Imperatorem factum jam scripserat. Quare Idacius in errore persistat; Quinquennalia enim die natali Imperii de more acta. Eadem verba recitat Marcellinus in Chronico, die tantum omisso. Difficultatem faciunt illa verba ab utroque prolata, *propria cum Theodosio Aug. patre suo*. Inde enim sequi videtur, Theodosium hoc anno Decennalia etiam exhibuisse. Verum ea anno CCCLXXXIX. edita infra ostendemus.

Quindecennalia Valentiniani jun. & Quinquennalia Arcadii.

III. Quæ hic narrantur de persecutione *S. Ambrosii* a *Justina* Aug. suscitata, ad annum præcedentem, qui secundus fuit persecutionis hujus Sancti, revocanda. Habita enim eo anno a Sancto Ambrosio insignis Oratio *de non tradendis Basilicis Hæreticis*. Nam, cum Festa Paschalia instarent, jussit Imperator sibi concedi Basilicam Portianam, in qua cum matre, ac cæteris Arianis sacros dies celebraret. Ambrosius in ea Oratione conqueritur *inclinatum jam vel Imperatoris judicium, quod lata Lege patefecit*: & paulo inferius: *Hanc ergo Legem quisquam sequatur, qua firmatur Ariminense Concilium, in quo creatura dictus est Christus*. Quamobrem ea Oratio habita paulo post eam pro Arianis Legem a Valentiniano anno præcedenti latam. Nam si eam recitasset die XVIII. Aprilis, Dominica Palmarum currentis anni, ut vult Baronius, post decimum nempe quintum mensem ab ea Lege emissa, non dixisset Ambrosius, *jam inclinatum Imperatoris judicium*; cum ante annum & mensem tertium id contigisset. Et sane cur *Justina* irarum, ac minarum plena, ac suis Arianis impotenter favens, ejus Legis executionem in alterum annum, & quidem Mediolani præsens, distulisset? Itaque cum anno CCCLXXXVI. festa Paschalia instarent, Comites e Consistorio Principis *Ambrosium* convenere, ut eundem ad Basilicam tradendam inclinarent.

D. Ambrosius a Justina Aug. vexatur.

IV. Rem fusius narrat Ambrosius in epistola 14. ad Marcellinam sororem, scribens: *Sequenti die (erat enim Dominica) post Lectiones atque Tractatum dimissis Catechumenis, Symbolum aliquibus Competentibus in Baptisterii tradebam Basilicæ*. Erat ea Dominica Palmarum, qua die Symbolum ab Episcopis Competentibus tradebatur, qui postea in pervigilio Paschatis baptizabantur. Addit Ambrosius: *Ego in Basilica veteri totum exegi diem, inde domum cubitum me recepi, ut si quis abducere vellet, inveniret paratum*. Nam fama erat, Ambrosium Imperato-

Ea persecutio magis explicata.

Baron. n. XVIII.

ici Catholici sacerdotes, resistentes gladio feriri, curiales proscribe omnes, nisi mandatum impleverint? & hæc Episcopi manu scripta & ore dictata: qui se ut probaret doctissimum, vetus non omisit exemplum. Legimus enim in Prophetа (a), (a) Zach. 6. *quod viderit falcem volantem. Hanc imitatus Auxentius, gladium volantem per omnes urbes direxit. Et satanas (b) transfigurat se in Angelum lucis, & in malum* (b) 2. Cor. 11. *imitatur ejus potentiam. Tu Domine Jesu uno momento mundum redemisti: Auxentius vero uno momento tot populos (quod in ipso est) trucidabit; alios gladio, alios sacrilegio, meam basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus, &c.* Quid autem egerit, ob ejusmodi Imperatoris edicto de tradenda basilica idem Ambrosius conveniretur, idem ipse recenset.

IV. Opportune quidem tunc accidit, ut ea die qua ab ipso Ambrosio basilica peteretur, in Ecclesia legeretur historia de Achab (c) atque Nabuthe: cujus exemplo (c) 3. Reg. 21. Ambrosius suam defendit ecclesiam; paratusque fuit potius mille subire mortes, quam basilicæ traditor effici; subdit enim hæc ipse: *Meministis etiam quod lectum est hodie, Nabuthe sanctum virum possessorem vineæ suæ interpellatum petitione regia, ut vineam suam daret, ubi Rex succisis vitibus olus vile sereret; eumque respondisse: Absit ut ego patrum meorum tradam hæreditatem:* & paulo post: *Nabuthe vites suas vel propria cruore defendit: Si ille vineam non tradidit suam; nos trademus ecclesiam Christi? Quid igitur a me responsum est contumaciter? Dixi enim conventus: Absit a me, ut tradam Christi hæreditatem. Si ille patrum hæreditatem non tradidit; ego tradam Christi hæreditatem? Sed & hoc addidi: Absit ut tradam hæreditatem patrum, hoc est, hæreditatem Dionysii, qui ex exilio in causa fidei defunctus est, hæreditatem Eustorgii confessoris, hæreditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium Episcoporum. Respondi ego quod sacerdotis est: quod Imperatoris est, faciat Imperator; prius est, ut animam mihi, quam fidem auferat.* Hæc Ambrosius de his quæ ab Auxentio nitente Imperatoris Valentiniani edicto passus est.

Ambrosius qua constantia restiterit adversariis.

V. Sed majora ingruunt post hæc prœlia, ubi missi sunt cum Imperatoris præcepto Tribuni, a quibus ipse Ambrosius juberetur recedere a basilica, tradereque ecclesiæ sacra vasa. Cum populus pastoris sui amantissimi soliciti custodia vallat Episcopum, timens ab eo deseri; tunc S. Ambrosius, cum ita populum videret affectum, cum pro concione allocutus, quo ipse animo esset in defendenda Dei Ecclesia, pluribus declaravit. Qua etiam oratione quæ gesta essent cum Tribunis, cum referat, hic ea quæ sunt historiæ describamus; sic enim exorsus est: *Video vos præter solitum subito esse turbatos, atque aßervantes mei. Miror quid hoc sit. Nisi forte quia per Tribunos me vidistis aut audistis Imperiali mandato esse conventum; ut quo vellem, abirem hinc; & si qui vellent sequendi potestatem haberent. Metuistis ergo ne Ecclesiam desererem, & dum saluti meæ timeo, vos relinquerem? Sed quid & ipse mandaverim, potuistis advertere; deserendæ Ecclesiæ mihi voluntatem subesse non posse; quia plus Dominum mundi, quam sæculi hujus Imperatorem timerem. Sane si me vis aliqua abduceret ab Ecclesia, carnem meam exturbari posse, non mentem: paratum me esse, ut si ille faceret quod solet esse regiæ potestatis, ego subirem quod sacerdotis esse consueverit. Quid ergo turbamini? Volens numquam vos deseram; coactus repugnare non novi. Dolere potero, potero flere, potero gemere; adversus arma, milites, Gothos quoque lacrymæ meæ arma sunt: talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere. Fugere autem & relinquere Ecclesiam, non soleo, ne quis gravioris pœnæ metu factum interpretetur. Scitis & vos ipsi, quod Imperatoribus soleam de-*

Ambrosius a Tribunis jubetur abire.

PAGIUS

ris jussu in exilium deportandum; quod veritus populus, eidem excobias faciebat. Id testatur Ambrosius statim initio Orationis laudatæ: *Video vos præter solitum esse turbatos, atque aßervantes mei. Miror quid hoc sit, nihil forte quia per Tribunos me vidistis, aut audistis Imperiali mandato esse conventum, ut quo vellem, abirem hinc,* &c. Et inferius: *Certe si Dominus huic nos certamini deputavit, frustra pervigiles tot noctibus & diebus custodias exhibetis. Implebitur Christi voluntas.* Anno præcedenti Dominica Palmarum incidit in diem vicesimum nonum Martii.

V. In eadem epistola narrationem prosequens Ambrosius, ait: *Ante lucem, ubi pedem limine extuli, circumfuso milite occupatur Ecclesia.* Erat feria secunda Majoris Hebdomadæ & dies XXX. Martii. Addit Ambrosius: *Exactus est totus ille dies in mœrore nostro; scissa tamen ab illudentibus pueris cortina Regia. Ego domum redire non potui, quia circumfusi erant milites, qui Basilicam custodiebant.* Itaque coactus est in Basilica pernoctare. Postea ait: *Sequenti die* (nempe feria tertia die XXXI. Martii, non autem feria secunda, ut putavit Baronius) *lectus est de more liber Jonæ,* &c. Tunc vero populum hymnos ab Ambrosio compositos in Ecclesia cecinisse, idem testatur in citata Oratione: *Hymnorum quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt.* Interea milites palam Imperatori denuntiarunt, ituros se orandi gratia ad illam Basilicam, in qua foret Ambrosius, nec ulla ratione se pati posse ab ejusdem communione separari. Tunc Imperator militarem tumultum ac iratæ plebis furorem veritus, consilium extorquendæ Basilicæ deposuit. Hæc omnia Card. Norisius in suo Opusculo de Itinerario Divi Augustini post Baptismum.

Occupatur Ecclesia in qua erat S. Ambrosius.

deferre, non cedere; suppliciis me libenter offerre, nec metuere quæ parantur.

VI. Ambrosius intrepide agit. *Utinam essem securus quod Ecclesia hæreticis minime traderetur; ad Palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio, ut in Palatio magis certarem, quam in Ecclesia. Sed in Consistorio non reus solet Christus esse, sed Judex. Causam fidei in Ecclesia agendam, quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat: inclinatum vel Imperatoris judicium, quod lata lege patefecit, quo impugnat fidem, vel sperata ambientium quorumdam studia non requirat. Non committo ut quisquam vendat injuriam Christi. Circumfusi milites, armorum crepitus, quibus vallata est Ecclesia, fidem non terrent meam, sed mentem exagitant, ne dum me tenetis, perniciosum aliquid vestræ oboriatur saluti. Ego enim jam didici non timere, sed vobis timere plus cœpi. Sinite, quæso, vestrum sacerdotem congredi: habemus adversarium qui lacessit. Adversarius enim noster diabolus, sicut Leo rugiens, circuit quærens quem devoret, ut Apostolus dixit* (a). Et paulo post de requisitis a Tribunis sacris Ecclesiæ vasis hæc addit:

(a) 1. Petr. 5.

VII. Quid Ambrosius cum dare vasa juberetur. *Cum esset propositum ut Ecclesiæ vasa jam traderemus; hoc responsi reddidi: Me, si de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei juris esset, libenter offerre; templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud quod custodiendum, non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam Imperatoris saluti; quia nec mihi expedit tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi sacerdotis; si vult sibi esse consultum, recedat a Christi injuria. Hæc plena humilitatis sunt, & ut arbitror, plena affectus ejus, quem Imperatori debet sacerdos. Sed quia lucta nobis est non solum adversus carnem & sanguinem, sed etiam (quod gravius est) adversus spiritualia nequitiæ, quæ sunt in cœlestibus* (b): *tentatur ille diabolus per ministros suos certamen auget, vulneribus corporis mei experiendum arbitratur. Scio, fratres, vulnera hæc quæ pro Christo excipimus, non esse vulnera quibus vita amittitur, sed propagatur. Sinite, quæso, esse certamen: spectatores vos esse decet. Considerate, quia si quem habet Civitas, vel athletam, vel alterius nobilis artis peritum, optat offerre certamini: cur in majoribus rebus trepidatis, quod vel in minoribus velle consuestis? Non metuit arma, non barbaros, qui mortem non timet, qui nulla carnis voluptate retinetur.*

(b) Ephes. 6.

VIII. Ambrosii magna ad Deum fiducia. *Certe si Dominus huic nos certamini deputavit; frustra pervigiles tot noctibus & diebus custodias exhibetis; implebitur Christi voluntas: Omnipotens enim noster est Dominus Jesus: hæc est fides nostra.*

Et ideo quod fieri mandat, implebitur; nec convenit nos divinæ obviare sententiæ. Audistis quod hodie lectum sit; Pullum (c) *sibi asinæ Salvator per Apostolos jussit adduci, &c.* Vides ex hac nota lectionis S. Ambrosium ejusmodi ad populum concionem habuisse in Dominica Palmarum, qua illud ipsum Evangelium consuevit in Ecclesia recitari. Quod igitur in omnibus hisce periculis vult sanctus sacerdos populum inniti absque trepidatione divinæ prudentiæ, cujus arbitrio cuncta disponantur in terris; ut eos metu concepto omnino liberos redderet, hæc subdit: *Ergo si vult Dominus, certum est quod nullus obsistat. Quod si adhuc nostra differt certamina, quid veremini? Servum Christi non custodia corporalis, sed Domini providentia sepire consuevit.* Sed ut rerum quoque præteritarum experimento magis Deo confiderent, quam humanæ vigilantiæ, curæ, & solicitudini; hæc ipse de his quæ accidissent, ita subinfert:

(c) Luc. 19.

IX. Providentia Dei erga suos. *Turbati estis, quia apertas reperistis geminas fores, quas captus oculis quidam, dum hospitium proprium repetit, patefecisse memoratur. In quo cognoscite, quod nihil suffragetur humana custodia. Ecce unus, qui videndi munus amisit, solvit vestra universa munimina, & custodias lusit: Dominus autem sua misericordiæ custodiam non amisit. Nonne ante biduum (ut meministis) etiam illud repertum est, quod a parte læva basilicæ ingressus quidam pervius fuit, quem putabatis clausum esse atque munitum? Sepserunt nempe armati basilicam: explorabant hos atque illos aditus: cæcitate perfusi sunt, ut quod apertum erat, videre non possent. Itaque per plurimas noctes quod apertum fuerit, non ignoratis. Desinite ergo sollicitari: quia hoc erit, quod Christus jubet, & hoc esse expedit.* Hæc ut confirmet Ambrosius & populo persuadeat, petita ex divina Scriptura exempla adducit in medium, nempe de Elisæo, cum obsideretur a Rege Syriæ Samaria (d), & ut ipse caperetur, missi sunt milites: ac de Petro exemplum, quem Herodes (e) occidendum misit in carcerem; deque eodem, cum Romæ sub Nerone detineretur in vinculis, & rogaretur a Fidelibus liber abire: cui foras progredienti Dominus occurrens, verbis illis admonuit, quibus ipse volens libensque remeavit in carcerem. Sed & de Domino ipso subnectens exemplum, hæc ait:

(d) 4. Reg. 6.
(e) Act. 12.

X. Ambrosius tutus divina custodia potius quam humana. *Nonne (ut de ipso Domino sumamus exemplum) quando voluit, passus est; & cum quæreretur, inventus est? Quando autem hora non venerat passionis, per medium quærentium transibat, & videntes eum tenere non poterant. Quo utique evidenter ostendit; quia quando Dominus*

vult, unusquisque invenitur & capitur; quando autem differo, etiam si quærentium manibus occurrat & oculis, non tenetur. Ego ipse non quotidie vel visitandi gratia prodibam, vel pergebam ad Martyres? non regiam Palatii prætexebam eundo, & redeundo? & tamen nemo me tenuit, cum exturbandi me haberent, ut prodiderunt postea, voluntatem, dicentes: Exi de Civitate, & vade quo vis. Expectabam, fateor, magnum aliquid, aut gladium pro Christi nomine, aut incendium. At illi delicias mihi pro passionibus obtulerunt; sed athleta Christi non delicias, sed passiones suas exigit. Hæc ipse de his quæ in hanc diem ab adversariis gesta essent: atque post multa in Auxentium locutus, refricat quæ Ariani jactare solerent, ut in ipsum magis commoverent Imperatorem: *Ajunt*, inquit: *Ergo non debet Imperator unam basilicam accipere, ad quam procedat? & plus vult Ambrosius posse, quam Imperator, ut Imperatori prodeunti facultatem neget? Quod cum dicunt, apprehendere sermones nostros gestiunt, sicut Judæi qui Christum versuto sermone tentabant, dicentes* (a): *Magister, licet tributum dare Cæsari, an non?* &c. Subjungit distincta esse officia hominum, & cum omnia Domini sint, pendenda tamen esse Principibus quæ illis debita sunt: quæ autem Deus sibi ipsi tantum custodita voluit atque servata, nequaquam Principibus tribuenda. In quam sententiam ista subdit inferius:

(a) Matt. 22.

XI. *Quid igitur non humiliter responsum a nobis est? Si tributum petit; non negamus: agri Ecclesiæ solvunt tributum. Si agros desiderat Imperator; potestatem habet vindicandorum; nemo nostrum interveniet. Potest pauperibus collatio populi redundare. Non faciant de agris invidiam: tollant eos, si libitum est. Imperatori non dono, sed non nego.* Hæc cum ipse dicat de pensitatione tributi ex agris Ecclesiæ, secundum Christianam mansuetudinem dicere certum est, juxta sententiam Domini (b): *Ab eo qui aufert vestimentum, etiam tunicam noli prohibere: omnipotenti te tribue; & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.* In hanc quoque sententiam Isidorus Pelusiota ad Epagathum presbyterum detrectantem tributum solvere ita scripsit (c):

Quales sint Principes qui exigunt tributa a clericis.

(b) Luc. 6.

(c) Isid. l. 1. epist. 48.

XII. *Descriptus est Dominus, cum utero gestaretur, & censum Cæsari pependit: hinc videlicet velut lata lege nobis indicitur, ut ei qui imperium tenet, obediamus, modo nihil ad pietatem impedimenti afferat. Quæ igitur ipse Deus noster subdita per dispensationem & consilium paupertate docuit, candido animo imitemur, nec pauperum obtentu tributum pendere detrectemus.* Hæc Isidorus, & quidem (ut dictum est) secundum Christianam mansuetudinem; cum alioqui ex Domini sententia (d), si non a filiis Reges tributum exigunt, quos subditos habent, multo minus ab eis quos sibi superiores esse cognoscunt absque nota criminis invasæ tyrannidis, sub quorum cura Principes omnes intelligant se sub pastoribus esse oves, longeque impar esse a pastoribus oves lac & lanam exigere, cum potius ista illæ teneantur pastoribus exhibere. Quidni id Christiani præstent Principes, quod Ægypti sacerdotibus (e) Pharao ubertim impendit? qui non solum eis latifundia tradidit, quæ illis voluit perpetuo conservata, sed ex horreis publicis statuta iisdem cibaria ministravit. Adeo ut habeant Christiani Principes unde erubescant ex Pharaone, si non id tantum quod ille idolorum sacerdotibus impendebat, ipsi Christianæ legis sacerdotibus non impertiant, sed ab aliis oblata vendicent sibi vel redigant sub tributum.

(d) Matt. 17.

(e) Genes. 47.

XIII. Certe quidem si præterita repetas tempora in his quæ ad tributorum exactionem pertinent; id primum a Gentilibus Imperatoribus Ecclesia passa est, deinde ab Imperatore Apostata, postea ab Ariano Principe in Oriente. Etenim constat, primum omnium Apostatam Julianum post Christianos Imperatores de bonis Ecclesiarum earumque ministris exegisse tributum, ejusque assectatum esse vestigia Valentem Arianum Imperatorem, qui tributum a clericis atque monachis (ut vidimus) exigebat. De Valentiniano & Gratiano nihil hujusmodi in Occidente factum legimus. Sub Valentiniano autem puero Justina Ariana moderabatur Imperium; cujus arbitrio id contigisse videtur, ut Catholicorum Ecclesiis tributum indiceretur ex agris; quod persolvere Ambrosius non recusat, dummodo fidei Catholicæ, Catholicæque communionis basilicis parceretur. Vides nonnisi apostatas atque hæreticos Imperatores exegisse de agris Ecclesiæ censum, hac ex parte Pharaone Ægypti Rege deteriores. Cum alioqui Catholici Principes in ditandis Ecclesiis amplis redditibus munificentissimi semper extiterint: qui si aliquando necessitate ingruentium bellorum pressi indiguerint accipere ab Ecclesiis, id perquam submisso animo a totius Christianæ religionis Antistite Romano Pontifice expetere consueverunt, & ab illo paternæ charitatis affectu pro facultate præstari; cujus rei innumera sunt exempla.

XIV. Sed ad Ambrosium redeamus hæc itidem de Arianis subdentem: *Sed invidiam faciunt, quia aurum erogatur. Nec ego hanc invidiam perhorresco. Habeo ærarios: ærarii mei pauperes Christi sunt: hunc novi congregare thesaurum. Utinam hoc mihi semper crimen adscribant, quia aurum pauperibus erogatur. Quod si objiciunt*

Magna Ambrosii fiducia in eleemosynis pauperum.

quod

quod defensionem ab iis requiram: non nego, sed etiam ambio: habeo defensionem, sed in orationibus pauperum. Cæci illi & claudi, debiles & senes robustis bellatoribus fortiores sunt. Denique munera pauperum Deum obligant; quia scriptum est, (a) Prov. 19. *(a): Qui largitur pauperi, Deo fœnerat: præsidia bellatorum divinam sæpe gratiam non merentur.* Hæc ipse.

XV. Sed quid rursum in eum Ariani livore (b) Ambr. in Auxent. tabescentes objicerent, ipsum audi (b): *Hymnorum*, inquit, *quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec* Objectio Arianorum de sacris hymnis. *hoc abnuo. Grande carmen istud est, & quo nihil potentius. Quid enim potentius, quam confessio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes student fidem fateri; Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum norunt versibus prædicare, facti sunt igitur omnes magistri, qui vix poterant esse discipuli.* Hæc idcirco S. Ambrosius, quod in omnibus tunc a se editis hymnis, & in Ecclesia canendis populo traditis, ad finem cujusque ipsorum (ut apparet) conglorificatio esset sanctissimæ Trinitatis. Haud enim pridem ejusmodi hymnodiam cœpisse in Ecclesia Mediolanensi, Sanctus Augustinus, qui eam audiebat, & ipsius concentu magnopere demulcebatur animo, testatur his verbis (c): *Quantum flevi in* (c) Aug. Confess. l. 9. 1. 6. 7. *hymnis & canticis tuis suave sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & bene mihi erat cum eis. Non longe cœperat Mediolanensis Ecclesia genus hoc consolationis, & exhortationis celebrare, magno studio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multo amplius, cum Justina Valentiniani pueri mater hominem tuum Ambrosium persequeretur, hæresis suæ causa, qua fuerat seducta ab Arianis.*

XVI. *Excubabat pia plebs in ecclesia, mori parata cum Episcopo suo, servo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, sollicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus vivebat. Nos adhuc frigidi a calore spiritus tui, excitabamur tamen civitate attonita atque turbata. Tunc hymni & psalmi ut canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum est, & ex illo in hodiernum retentum, multis jam ac pene omnibus gregibus tuis, & per cætera Orbis imitantibus.* Hæc de hymnodia tunc temporis Augustinus. In Oriente quidem præter Davidicos psalmos, canendi hymnos ea occasione introductum fuisse usum diximus, quod cum qui minus sanæ fidei essent, ejusmodi hymnos suis canendos tradidissent (ut primo factum dicitur a Bardesane Syro, inde a Paulo Samosateno, denique ab Apollinari Laodiceno) sanctissimi Patres Catholicæ fidei defensores illis adversos scripsere sacros hymnos, quod præstitisse diximus Ephræm Syrum, & alios, atque ultimo loco Gregorium Nazianzenum. De ejusmodi quoque hymnodia atque vigiliis hæc Paulinus (d): *Hoc in* (d) Paulin. in vit. S. Ambr. *tempore primo antiphonæ, hymni, ac vigiliæ in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt.* Ex quibus plane videas, quam procul abhorreat a veritate quod effictor ille sermonum nomine S. Augustini insipienter effutiit (e), a S. Ambrosio vigilias esse sublatas, quas constat auctore eodem in Mediolanensi Ecclesia hymnis auctas. Verum de (e) Aug. ad fratr. de erem. serm. 25. his in Notis pluribus egimus.

XVII. Sed idem rursus S. Ambrosius eidem concioni apponens coronidem, quomodo se De potestate Imp. & jure ecclesiæ. habeat Imperatoria potestas cum Ecclesiastico jure, hæc ad postremum addit: *Solvimus quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Tributum Cæsaris est; non negatur. Ecclesia Dei est; Cæsari utique non debet addici; quia jus Cæsaris esse non potest Dei templum. Quod cum honorificentia Imperatoris nemo dictum potest negare: quid enim honorificentius, quam ut Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cum dicitur, sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est. Bonus enim Imperator quærit auxilium Ecclesiæ, non refutat. Hæc ut humiliter dicimus, ita constanter exponimus. Sed incendia aliqui, gladium, deportationem minantur. Didicimus Christi servuli non timere. Non timentibus numquam est gravis terror, &c.* Ita ipse: ex quibus perspicue intelligis, quam velit illibate integreque servatum, custoditumque jus Ecclesiasticum sacerdotibus; & quam longe longius absit, ut Imperatores Ecclesiis, earumque ministris sacerdotibus dominentur.

XVIII. Quæ autem contigerint post illam ad populum habitam concionem, idem ipse S. Ambrosius prout gesta sunt, ad sororem Marcellinam exacte describit (f), cum (f) Ambr. epist. 33. ait: *Sequenti die (erat autem Dominica) post lectionem atque tractatum, &c.* Per Ratio temporis, & continuatio actorum. diem illam Dominicam, Palmarum solemnitatem intelligit, qua de asina & pullo solutis atque ad Christum deductis Evangelium (ut dictum est) consuevit in Ecclesia recitari. Quod vero ait, *post tractatum habitum*; per tractatum utique intelligit habitam more majorum ad populum concionem. Sed & quod subdit, eadem ipsa die tradidisse symbolum competentibus baptizandis; eamdem diem Dominicam, Palmarum dictam, significat, qua antiquitus dari symbolum competentibus consuevit, ut Isidorus (g) & alii testantur. Quæ autem tunc ea die contigerint, (g) Isid. de Divin. offic. c. 27. ut sciamus, ipsam Ambrosii epistolam

hic

(a) Ambr. epist. 33.

XIX. Epistola Ambrosii ad Marcellinam.

hic recitemus; sic enim se habet (a): *Quoniam omnibus fere epistolis solicite quæris de Ecclesia; accipe quid agatur. Postridie quam accepi litteras tuas, quibus significaveras quod te exagitarent somnia tua, moles inquietudinum gravium cœpit moveri. Nec jam Portiana, hoc est extramurana basilica petebatur, sed basilica nova, hoc est intramurana, quæ major est. Convenerunt me primo Principes, virtutum viri, Comites Consistoriani, ut & basilicam traderem, & procurarem ne quid populus turbarum moveret. Respondi quod erat mei ordinis: Templum Dei tradi a sacerdote non posse. Acclamatum est sequenti die in Ecclesia. Etiam Præfectus eo venit; cœpit suadere, ut basilica Portiana cederemus. Populus reclamavit. Ita tunc discessum est, ut intimaturum se Imperatori diceret.* Hæc omnia hucusque recitata, duobus diebus ante Dominicam gesta esse, superius dictum est. Quid vero postea acciderit, ita subdit:

XX. *Sequenti die (erat autem Dominica) post lectionem atque tractatum, dimissis cathecumenis, symbolum aliquibus competentibus in baptisterii tradebam basilicæ. Illic nunciatum est mihi, comperto quod ad Portianam basilicam de Palatio Decanos misissent, & vela suspenderent, populi partem eo pergere. Ego tamen mansi in munere: Missam facere cœpi.*

XXI. Castulus Arianus captus relaxatur.

Dum offero, raptum cognovi a populo Castulum quemdam, quem presbyterum dicerent Ariani: hunc autem in platea offenderant transeuntes. Amarissime flere & orare in ipsa oblatione Deum cœpi, ut subveniret, ne cujus sanguis in causa Ecclesiæ fieret; certe ut meus sanguis pro salute non solum populi, sed etiam pro ipsis impiis effunderetur. Quid multa? Missis presbyteris & diaconibus, eripui injuriæ virum. Condemnationes illico gravissimæ decernuntur, primo in corpus omne mercatorum. Itaque sanctis diebus hebdomadis ultimæ, quibus solebant debitorum relaxari vincula, strident catenæ, imponuntur collo innocentium, exiguntur ducenta pondo auri intra totum triduum. Respondent aliqui, se tantum & duplum, si peterentur, daturos, dummodo servarent fidem. Erant pleni carceres negotiatoribus: Palatina omnia officia, hoc est Memoriales, Agentes in rebus, apparitores diversorum Comitum, temperare a processu jubentur, specie qua seditioni interesse prohibebantur: Honoratis multa minabantur gravissima; nisi basilicam traderent.

XXII. Nihil juris vendicare Imp. in ecclesiam.

Fervebat persecutio, ac si aperuissent portam, prorupturi in omne facinus videbantur. Convenior ipse a Comitibus & Tribunis, ut basilicæ fieret matura traditio, dicentibus, Imperatorem jure suo uti, eo quod in potestate ejus essent omnia. Respondi; si a me peteret quod meum esset, id est fundum meum, argentum meum, jus hujusmodi meum, me non refragaturum; quamquam omnia quæ mea sunt essent pauperum: verum ea quæ divina, Imperatoriæ potestati non esse subjecta. Hæc tunc ipse: ex quibus illud considera, quam longe absit ut jura Ecclesiarum, vel eis deservientium ministrorum sibi vendicare valeat Imperator, si nec in ipsam ædificatam ecclesiam jus aliquod sibi legitime valeat usurpare. Quod si ab his Imperator arcetur, quanta temeritate dicam & impietate inferiores Principes ea sibi audeant vendicare? Sed quid ad hæc tunc addidit? idem subdit: *Si patrimonium petitur; invadite: si corpus; occurram. Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? voluptati est mihi: non ego me vallabo circumfusione populorum; nec altaria tenebo, vitam obsecrans, sed pro altaribus gratius immolabor.*

XXIII. Ambrosius redarguit Gothos.

Horrebam quippe animo, cum armatos ad basilicam Ecclesiæ occupandam missos cognoscerem; ne dum basilicam vendicant, aliqua strages fieret, quæ in perniciem totius vergeret Civitatis. Orabam ne tantæ urbis, vel totius Italiæ busto superviverem. Detestabar invidiam fundendi cruoris: offerebam jugulum meum. Aderant Gothi Tribuni; adoriebar eos, dicens: Propterea vos possessio Romana suscepit, ut perturbationis publicæ vos præbeatis ministros? Quo transibitis, si hæc deleta fuerint? Exigebatur a me, ut compescerem populum. Referebam, in meo jure esse, ut non excitarem: in Dei manu, ut mitigaret. Postremo, si me incentorem putarent; jam in me vindicari oportere, vel abduci me in quas vellent terrarum solitudines. His dictis, illi abierunt: ego in basilica veteri totum exegi diem; inde domum cubitum me recepi, ut si quis abducere vellet, inveniret paratum.

XXIV. Milites missi ab Imp. agunt pro Ambrosio.

Ante lucem, ubi pedem limine extuli, circumfuso milite, occupatur basilica: idque a militibus Imperatori mandatum dicitur, ut si prodire vellet, haberet copiam; se tamen præsto futuros, si viderent eum cum Catholicis convenire: alioquin se ad eum cœtum, quem Ambrosius cogeret, transituros. Prodire de Arianis nullus audebat, quia nec quisquam de civibus erat, pauci de familia regia, nonnulli etiam Gothi, quibus ut olim plaustrum sedes erat, ita nunc plaustrum ecclesia est. Quocumque femina ista, nempe Justina, *processerit, secum suos omnes cœtus vehit. Circumfusam basilicam esse gemitu populi intellexi: sed dum leguntur lectiones, intimatur mihi plenam populi esse basilicam etiam novam, majorem videri plebem, quam omnes cum essent liberi; lectorem efflagitari. Quid plura? Milites ipsi qui videbantur occupasse basilicam, cognito, quod præcepissem ut ab-*

sti-

ftinerentur a communionis consortio, ad conventum hunc nostrum venire cœperunt: quibus visis, turbabantur mulierum animi: proripit se una. Ipsi tamen milites, se ad orationem venisse, non ad prælium, loquebantur. Clamavit aliqua populus quam moderate, quam constanter, quam fideliter, poscebat ut ad illam pergeremus basilicam. In illa quoque basilica fertur quod populus præsentiam flagitabat meam, Tunc ego hunc adorsus sermonem sum: Audistis, filii, librum Job hodie legi &c.

XXV. De jure Imp. & Ecclesiæ. At in eodem quem tunc ad populum sermonem habuit, hæc inter alia: *Mandatur denique: Trade basilicam. Respondeo; nec mihi fas est tradere; nec tibi accipere, Imperator, expedit. Domum privati nullo potes jure temerare: domum Dei existimas auferendam? Allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse universa. Respondeo: Noli te gravare, Imperator, ut putes te in ea quæ divina sunt, imperiale aliquod jus habere. Noli te extollere; sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: Quæ Dei, Deo: quæ Cæsaris, Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent; ad sacerdotem Ecclesiæ: publicorum tibi mœnium jus commissum est, non sacrorum.* Hæc cum adeo constanter atque frequenter affirmet & inculcet Ambrosius; compello te, Christiane Princeps; quem tutius audies, Ambrosium, an recentiorem hæresiarcham omnia Principibus tribuentem? Cui Ambrosius doctrina secundus, si scientiam quæris? si vitæ mores; quem habes, cui eidem, vel minima ex parte conferre queas? si pietatem, certam, tutamque Catholicam fidem; ex miraculis ab eo vivente atque defuncto editis proba doctrinam. In tam aperta luce adeo cæcutis, ut adhuc lucem tenebras, & tenebras lucem dicas? Sed quod reliquum est historiæ prosequamur; subdit enim hæc ipse:

XXVI. Ambrosii gratiarum actio. *Dum hæc tracto, suggestum est mihi, cortinas regias esse collectas, refectam autem basilicam præsentiam mei poscere, Statimque eo converti sermonem meum, dicens: Quam alta & profunda oracula sunt Spiritus sancti! Matutinis horis lectum est, ut meministis, fratres, quod summo animi dolore respondemus (a): Deus venerunt Gentes in hæreditatem tuam, Et revera venerunt Gentes, & plus etiam quam Gentes venerunt. Venerunt enim Gothi, & diversarum nationum viri: venerunt cum armis & circumfusi occupaverunt basilicam: hoc nos ignari tuæ altitudinis dolebamus, sed nostra imprudentia aliud opinabatur. Venerant Gentes, sed vere in hæreditatem tuam venerunt. Qui enim Gentes venerunt, facti sunt Christiani: Qui ad invadendam hæreditatem venerunt, facti sunt cohæredes Dei: Defensores habeo, quos hostes putabam; socios teneo, quos adversarios existimabam. Completum est illud quod de Domino Jesu David Propheta (b) cecinit: Quia factus est in pace locus ejus, & confregit cornua arcuum, scutum, & gladium, & bellum. Cujus enim hoc munus, cujus opus, nisi tuum, Domine Jesu? Videbas ad templum tuum armatos venire; hinc gemere populum, & frequentem adesse, ne basilica Dei traderetur. Inde vim militibus, Imperatori; mortem ante oculos mihi: ne quid inter hæc furori liceret, interfuisti te, Domine, medium, & fecisti utraque unum; compescuisti armatos, dicens profecto: Si ad arma concurritur, si in templo meo lis commovetur, quæ utilitas in sanguine meo? Gratias itaque tibi Christe: non Legatus, neque nuncius, sed tu Domine salvum fecisti populum tuum; concidisti saccum meum, & præcinxisti me lætitia.*

(a) Psal. 78.

(b) Psal. 75.

XXVII. Nova querela exagitatur Ambrosius. *Hæc ego dicebam, ratus Imperatoris animum studio militum, obsecratione Comitum, precatu populi posse mitescere. Interea annunciatur mihi, missum Notarium, qui mandata deferret. Concessi paululum; mandatumque intimat: Quid tibi visum est, inquit, ut contra placitum faceres? Respondi: Quid placitum sit, ignoro; quidve temere factum dicatur, incertum habeo. Ait: Cur presbyteros ad basilicam destinasti? Si tyrannus es, scire volo, ut sciam quemadmodum me adversus te præparem. Retuli, dicens, me nihil in præjudicium fecisse Ecclesiæ: eo tempore quo audieram occupatam esse a militibus basilicam, gemitum tantummodo liberiorem habuisse; multisque adhortantibus ut eo pergerem dixisse: Tradere basilicam non possum, sed pugnare non debeo: Postea vero quam cognoverim cortinas regias inde esse sublatas, cum populus eo ire deposceret, direxisse presbyteros; me tamen noluisse ire, sed dixisse: Credo in Christo, quod ipse nobiscum faciet Imperator. Si hæc tyrannis videtur, habeo arma, sed in Christi nomine; habeo offerendi mei corporis potestatem. Quid moraretur ferire, si tyrannum putaret?*

XXVIII. Eminens supra Imperium dignitas Sacerdotalis. *Veteri jure a sacerdotibus donata Imperia, non usurpata. Et vulgo dici, quod Imperatores sacerdotium magis optaverint, quam Imperium sacerdotes. Christus (c) fugit, ne Rex fieret. Habemus tyrannidem nostram, Tyrannis sacerdotis, infirmitas est: Cum infirmor,* inquit (d), *tum potens sum. Caveret tamen, ne ipse sibi tyrannum faceret, cui Deus adversarium non excitavit. Non hoc Maximum dicere, quod tyrannus ego sim Valentiniani, qui se meæ legationis objectu queritur ad Italiam non potuisse transire. Addidi quia numquam sacerdotes tyranni fuerunt, sed tyrannos sæpe sunt passi. Exactus est totus ille dies in mærore nostro; scissæ tamen ab illudentibus pueris cortinæ regiæ.*

(c) Joan. 6.

(d) 2. Cor. 12.

regiæ. Erant illæ veluti affixus titulus, quo significaretur basilica vendicata ab Imperatore: quod enim putaretur illuc venturus Imperator, ex more cortinis tensis locus paratus eidem fuit. Sed pergit: *Ego domum redire non potui; quia circumfusi erant milites, qui basilicam custodiebant. Cum fratribus psalmos in Ecclesiæ basilica minore diximus.*

XXIX. Res Ambrosio fecundiores aspirant. *Sequenti die* (fuit hæc feria secunda majoris hebdomadæ) *lectus est de more liber Jonæ; quo completo, hunc sermonem adorsus sum: Liber lectus est, fratres, quo prophetatur, quod peccatores in pœnitentiam revertantur. Acceptum est ita, ut speraretur in præsenti futurum:* & post pauca: *Nec mora, nunciatur, Imperatorem jussisse, ut recederent milites de basilica; negotiatoribus quoque quod exactum de condemnatione fuerat, redderetur. Quæ tunc plebis totius lætitia fuit? qui totius populi plausus? quæ gratia? Erat autem dies quo sese Dominus pro nobis tradidit, quo in Ecclesia pœnitentia relaxatur. Certatim hoc nunciare milites, irruentes in altaria osculis significare pacis insigne. Tunc agnovi quod Deus vermem ante lucanum percusserat, ut tota civitas servaretur. Hæc gesta sunt, atque utinam jam finita; sed graviores motus futuros plena commotionis Imperialia verba indicant. Ego tyrannus appellor, & plus etiam quam tyrannus. Nam cum Imperatorem Comites obsecrarent, uti prodiret ad ecclesiam, idque petitu militum facere se dicerent; respondit: Si vobis jusserit Ambrosius, vinctum me tradetis. Quid post hanc vocem supersit, considera. Quam vocem omnes cohorruerunt, sed habet a quibus exasperetur.*

XXX. Calligoni impudentia digno punita supplicio. *Denique etiam speciali expressione, Calligonus præpositus cubiculi mandare mihi ausus est: Me vivo, tu contemnis Valentinianum? caput tibi tollo. Respondi: Deus permittat tibi, ut impleas quod minaris: ego enim patiar quod Episcopi; tu facies quod spadones. At utinam Dominus avertat eos ab Ecclesia, & in me omnia sua tela convertant, meo sanguine sitim suam expleant.* Hactenus ad Marcellinam sororem Ambrosius. At quid post hæc de Calligono præfecto cubiculi adeo impudenti, ultimum supplicium Ambrosio comminanti? Inultam eunuchi procaciam sivit abire Dominus? minime gentium. Sed quid in eum? Res digna memoria, cum ab ipso Ambrosio, tum a Paulino prætermissa, haud voluit Deus ut relinqueretur penitus obvoluta silentio: siquidem S. Augustinus alia occasione agens contra Julianum Pelagianum de eunuchorum concupiscentia, inter alia attingit hæc obiter his verbis (a): *Est tamen concupiscentia spadonum, pudiceque comprimitur, ac concumbendi quamvis irritus ipso conatus in eam turpitudinem veniat, propter quam Calligonum Valentiniani junioris eunuchum gladio novimus ultore punitum, meretricis confessione convictum.* Ita Augustinus. Vides ex his, quam Deus severus sit vindex servorum suorum, cum sicut Euthymio ante, ita & Calligono postea æqua lance pensatum reddidit, quod in sanctum fuerant supplicium comminati.

(a) Aug. cont. Julian. Pelag. l. 6. c. 14.

XXXI. At de rebus triduo illo gestis idem S. Ambrosius epistolam scripsit ad omnes Italiæ Episcopos, quæ penitus excidit, tantumque superest breve fragmentum, quod S. Joannes Damascenus ex ea recitat; sic enim ait (b): *At Mediolani Pontifex Ambrosius in epistola quam ad universam Italiam scripsit, hæc habet: Mihi autem, tertia nocte, cum ex inedia corpus laboraret, non dormienti, sed in mentis stupore constituto, sese ostenderunt cum quadam persona beato Paulo Apostolo simili; ut ejus effigies pictura in tabulis expressa facile declarabat.* Hæc tantum ibi ex Ambrosio. Utinam ipsa integra extaret epistola.

(b) Damasc. de Imagin. orat. 2.

XXXII. Omnia favent Ambrosio juste pugnanti. Sed quæ post hæc sunt subsecuta, admiratione plane digna. Uni Ambrosio pro Ecclesiastica libertate pugnanti, populus ac milites, subditi atque Principes, terra cœlumque, mortales & superi, viventes atque vita functi, & quid insuper? ipsi denique spiritus adversarii, licet inviti, ei tamen præsto fuere. Dicamus de singulis. Mirandum sane fuit, universum populum Mediolanensem Episcopo potius quam Imperatori, tanto periculo suorum capitum atque bonorum, studere ardentissimis conatibus delegisse; ipsos mercatores lucri cupidos, ut adversus Imperatorem faverent Ambrosio, omnia contempsisse; & nobiles, quos Honoratos vocat, prætulisse Crucis ignominiam Regiæ Pharaonis: sed majoris admirationis illud accessit, milites qui ad expugnandam basilicam accessissent, momento temporis esse conversos in defensores; & qui venerant fundere in basilica sanguinem, mutatos una fudisse cum Catholicis ad Deum preces. Sed quod ne sic quidem emolliretur Justinæ animus, quem impietas in silicem obduraverat, & filium Imperatorem in Ambrosium acrius concitare urgereque femineo furore pergeret; Deus pro Ambrosii defensione Maximum Imperatorem commovit: qui primo (ut parerat) his datis litteris voluit Valentinianum admonuisse (c):

(c) Tom. 2. ep. Rom. Pontif.

XXXIII. Epistola Maximi Imp. ad Valent. Aug. *Nisi clementia nostræ circa serenitatem tuam fides simplex esset, & gratia plena concordiæ, confido etiam quod commoda rationibus meis esse possent: hæc, quæ nunc agi dicuntur in partibus tranquillitatis tuæ Catholicæ legis turbatio atque convulsio. Quid enim tam optandum possit esse*

se ei, si quis esset inimicus, quam adversus Ecclesias Dei, hoc est adversus Deum ipsum, & aliqua moliri, & ubi error excusabilis non est, ibi velle peccare? Sed quoniam serenitati nostræ, & in Deum religio major, quam violari etiam ab inimicissimo quoque non optabile nobis arbitramur; & circa serenissimam juventutem tuam tam arcta nostri cura, tam sedula est, ut recte facta magis nos sua, quam errata delectent: idcirco perennitatem tuam credidimus commonendam, ut introspecta ratione nominis summi, & majestatis ipsius considerata potentia, quid agere debeas solida mente perpendat. Audivi enim (nam fama non patitur occultari, præsertim quod agatur in populos) novis clementiæ tuæ edictis, Ecclesiis Catholicis vim illatam fuisse, obsideri in basilicis sacerdotes, mulctam esse propositam, pœnam capitis adjectam, & legem sanctissimam sub nomine nescio cujus legis everti. Hoc quam grave sit, poteris intueri, si Dei magnitudinem volueris cogitare. Erubesco, si quam crediderit serenitas tua astruere velle rationem, & Dei agere causam.

XXXIV. *Quid enim si hoc solum esset? Si enim jam per tot sæcula coalita & confirmata mutares, parvam ne excitare discordiam videreris? Ipsis humanis legibus in hac mortalitate habet nostra reverentiam consuetudo; & in re jam vetusta atque usitata aliquid novum fecisse, reprehensio est. Italia omnis atque Africa hoc sacramento credunt; hac fide gloriantur Gallia, Aquitania, omnis Hispania, Roma ipsa venerabilis; cujus etiam in hac parte principatus est, quod Deum sicut sequi voluit, agnovit. Confitebor ipse, quod non sine mœrore dictum est; solum dissentiebat Illyricum: utinam quod errasset, non extaret exemplum. Utinam illud incolume * Arianæ legis Mursense oppidum permaneret, & non ad judicium quoddam erroris miseri concidisset; quia ipsos erudisset auctores, ne præcipua irati numinis ultione procumberent. Periculose, mihi crede, divina tentantur.*

Innitendum veteri & usu receptæ religioni.

* columen

XXXV. *Venerabilis memoriæ divus Valentinianus pater clementiæ tuæ hac fide fideliter imperavit; nihil ille attingere voluit, quod bene constitutum videbat. Hi certe sub eodem, Episcopi jam fuerunt. Quæ tanta mutatio, ut qui antea sacerdotes, nunc sacrilegi judicentur? iisdem certe præceptis, iisdem sacramentis dicati, eadem fide credunt, qua ante crediderunt. An putat venerabilis mihi serenitas tua, conceptam semel in animis hominum religionem, quam Deus ipse constituit, posse convelli? Quantæ ex hoc discordiæ excitabuntur? quantæ contentiones orientur? quam crebræ ac pestiferæ seditiones? quanta & quæ pervenientia ad Deum vota justorum? cum inter Christianos (quod dictu nefas sit) quædam persecutionis imago nascatur?*

*Videris in quam partem hanc sedulitatem nostram interpreteris: nullo certe majori genere curam meam circa clementiam tuam probare tibi possem, quam si te horter, ut desinas. Puto enim recognoscas, quod nemo hoc suaderet inimicus. Hæc amabiliter a nobis dicta esse, opto ut intelligas, spero quod credas. Unde æquum admodum est, ne sancto numini dicata convellas; Italiam omnem, & venerabilem Romam, cæterasque provincias suis Ecclesiis, suis sacerdotibus reddas, neque te medium interseras; cum fas sit, justius eos qui a Catholica Ecclesia Arianorum interpretatione * discesserint, errorem suum vera religione mutare, quam recte sentientibus suam immitere pravitatem.* Hactenus Maximus ad Valentinianum: quibus plane apparet, non Mediolanensem dumtaxat Ecclesiam ipsum Valentinianum vexasse, sed omnes existentes in provinciis sibi subditis, illo edito, quod scripsisse Auxentium diximus, edicto, quo jubebantur ab Ecclesiis ejici Catholici sacerdotes, resistentes feriri gladio, Curiales proscribi, nisi Imperatoris mandatum implerent. Porro de Maximi Imperatoris studiis pro defensione fidei, & Ambrosii liberatione, Theodoretus hæc habet (a): *Ubi*, inquit, *Maximus tyrannus de facinore contra præclarissimum veritatis præconem Ambrosium per Valentinianum admisso certior factus esset, scribit ad Valentinianum litteras, hortaturque uti tum a bello contra pietatem faciendo desistat, tum ne paternam pietatem prodere moliatur. Postremo minatur bellum, si non obtemperaret, se contra eum suscepturum, &c.* Addit ipsum Maximum hac ex causa confestim in Italiam contendisse. Verum, nisi Theodoretus in alias diversas a recitatis Maximi litteris inciderit, de bello indicto nulla in his mentio fit.

XXXVI.

* interventione

Persecutio Valentiniani.

(a) Theod. l. 5. c. 14.

At cum nec sic compesceretur Justinæ in XXXVII.

PAGIUS VI. *Inventio Reliquiarum SS. Gervasii & Protasii.*

Ad num. XXXVII. Anno trecentesimo octogesimo sexto, sub id ferme temporis, quo præcedenti numero narrata contigere, inventa sunt ab Ambrosio corpora SS. Martyrum *Protasii & Gervasii*. Sanctus Augustinus lib. 9. Confess. cap. 7. ait, opportune detectas eas Sanctorum Reliquias, *ad coercendam rabiem fœmineam, sed Regiam*, nam ob patrata miracula, *illius inimica animus etsi ad credendi sanitatem non applicitus, a persequendi tamen furore compressus est*. Hoc ipsum testatur Paulinus in lib. de Vita Sancti Ambrosii, quem Augustinus nuncupavit, ubi narratis miraculis in depositione corporum Sanctorum Martyrum factis, ait: *Denique ex hoc tempore sedari cœpit persecutio, qua Justinæ furore accendebatur, ut Sacerdos de Ecclesia pelleretur*. Ambrosius in Epistola ad Marcellinam sororem, narrata Sanctorum Martyrum inventio-

In exagitando S. Ambrosium petulantia; e cælo ex sanctis, e terra ea refossis sanctorum martyrum sacris reliquiis impertitur a Deo dignissimo sacerdoti præsidium: quonam autem modo id acciderit, a S. Augustino, qui interfuit, primum hæc accipe (a): *Tunc memorato Antistiti tuo per visum aperuisti, quo loco laterent martyrum corpora Protasii & Gervasii; quæ per tot annos incorrupta in thesauro secreti tui recondideras, unde opportune promeres ad coercendam rabiem femineam, sed regiam. Cum enim propalata & effossa, digno cum honore transferrentur ad Ambrosianam basilicam; non solum quos immundi vexabant spiritus, confessis eisdem dæmonibus sanabantur; verum etiam quidam plures annos cæcus, civis, civitatique notissimus, cum populi tumultuantis lætitiæ causam quæsisset, atque audisset, exsilivit, eoque se ut duceret, suum ducem rogavit. Quo perductus, impetravit admitti, ut sudario tangeret feretrum pretiosæ in conspectu tuo mortis sanctorum tuorum. Quod ubi fecit, atque admovit oculis; confestim aperti sunt. Inde fama discurrens, inde laudes tuæ ferventes, lucentes; inde illius inimicæ animus etsi ad credendi sanitatem non applicitus, a persequendi tamen furore compressus est. Gratias tibi, Deus meus.* Hæc in Confessionibus Augustinus, eademque in commentariis de Civitate Dei (b); sed & alibi sic habet (c): *Tantæ*, inquit, *gloriæ martyrum etiam ego testis fui, ubi Mediolani eram, facta miracula novi, &c.* recenset enim miraculum de cæco tunc luci reddito tactu sacrorum pignorum. *Erant enim dictorum martyrum corpora* (inquit Paulinus d) *in basilica posita, in qua sunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrum. Sed sancti martyres Nabor & Felix celeberrime frequentabantur; Protasii vero & Gervasii martyrum ut nomina, ita etiam sepultura incognita erant, in tantum ut supra ipsorum sepulcra ambularent omnes qui vellent ad cancellos pervenire, quibus sanctorum Naboris & Felicis martyrum corpora ab injuria sepulcri defendebantur, &c.* Subdit de curatione a satana arreptorum, & de illuminatione cæci.

(a) Aug. Conf. l. 9. cap. 7.

(b) Aug. de Civit. Dei l. 22. c. 8.

(c) Aug. serm. de divers. 39.

(d) Paulin. in vit. S. Ambr.

XXXVIII. Sed hæc eadem pluribus ipse Ambrosius in epistola ad Marcellinam sororem (e), ubi & de occasione horum perquirendorum corporum martyrum oblata ea dedicatione ecclesiæ hæc habet exordio ipsius epistolæ his verbis:

(e) Ambr. epist. 85.

S. Ambrosii epist. ad sororem.

Dominæ sorori vita atque oculis præferendæ frater. Quia nihil sanctitatem tuam soleo eorum præterire, quæ hic te gerantur absente; scias etiam sanctos martyres a nobis esse repertos. Nam cum basilicam dedicassem, multi tamquam uno ore interpellare cœperunt, dicentes: Sic in Romana basilica dedices. Respondi: Faciam, si martyrum reliquias invenero. Statimque subiit velut cujusdam ardor præsagii. Quid multa? Dominus gratiam dedit. Formidantibus etiam clericis, jussi eruderari terram eo loci qui est ante cancellos sanctorum Felicis atque Naboris. Inveni signa convenientia: adhibitis etiam quibus per nos manus imponenda foret; sic sancti martyres eminere cœperunt, ut adhuc nobis silentibus arriperetur urna, & sterneretur prona ad locum sancti sepulcri. Invenimus miræ magnitudinis viros duos, ut prisca ætas ferebat, ossa omnia integra, sanguinis plurimum. Ingens concursus populi per totum illud biduum. Quid multa? Condidimus integra ac ordine, transtulimus vespere jam incumbente ad basilicam Faustæ; ibi vigiliæ tota nocte, manus impositio. Sequenti die transtulimus ea in basilicam, quam appellant Ambrosianam. Dum transferimus, cæcus sanatus est. Talis mihi ad populum fuit sermo: Cum tam effusam, &c.

XXXIX. Voluissemus sermonem integrum descripsisse ea ea Ambrosii epistola, ad renovandam memoriam sacrorum antiquorum Catholicæ Ecclesiæ rituum, de quibus sæpe plura que superius, nimirum de usu dedicandarum ecclesiarum non sine reliquiis sanctorum martyrum, ipsoque cultu sanctorum; nisi nimia prolixitas fastidium attulisset. Porro de immensitate miraculorum hæc notatu digna eadem oratione ipse Ambrosius (f): *Cognovistis, immo vidistis ipsi multos a dæmonio purgatos, plurimos etiam ubi vestem sanctorum manibus contigerunt, his quibus laborabant debilitatibus absolutos: reparata vetusti temporis miracula, quo se per adventum* Do-

(f) Ambr. epist. 85.

PAGIUS tione ait: *Acclamavit populus, ut in Dominicum differretur diem Martyrum Depositio: sed tandem obtentum, ut sequenti fieret die.* Reperta fuerant corpora, dum Basilica Ambrosiana a Sancto Ambrosio dedicabatur. Ex quibus intelligimus, nondum hoc tempore Ecclesiarum dedicationes & Reliquiarum Translationes de more die Dominica factas. In Martyrologio Romano Sancti Gervasius & Protasius die XIX. Junii coluntur, qui dies videtur esse Translationis biduo post inventas Reliquias factæ, ut testatur ibidem Ambrosius, qui postquam de dedicatione Basilicæ, & inventione Martyrum locutus est, ait: *Ingens concursus populi per totum illud biduum.* Tum: *Sequenti die transtulimus ea in Basilicam, quam appellant Ambrosianam.* Anno autem præcedenti dies decimus nonus Junii & feria sexta concurrunt. Quare si dies natalis horum Martyrum alius non est a die Translationis Reliquiarum, cum ante hanc inventionem eorum memoria Mediolani obscura esset, liquet, eam Basilicæ Ambrosianæ dedicationem die Dominica factam non fuisse, licet Translationis Reliquiarum dies ex laudatis verbis satis non innotescat.

Domini Jesu gratia terris major infuderat, umbra quadam sanctorum corporum plerosque sanatos cernitis. Quanta oraria jactitantur? quanta indumenta super reliquias sacratissimas, ut tacta ipso medicabilia repostantur? Gaudent omnes extrema linea contingere; & qui contigerit, salvus erit. Hæc ipse summatim: quibus intelligas hujus temporis Fidelium propensiorem cultum erga sacras reliquias sanctorum martyrum, quarum cultum operatione miraculorum Deus sæpius comprobavit. Et in fine orationis: *Acclamavit populus, ut in Dominicum differretur diem martyrum depositio; sed tandem obtentum, ut sequenti fieret die. Sequenti die talis mihi ad populum sermo fuit: Hesterno die tractavi versiculum: Dies diei eructat verbum, &c.* Ubi agit de Arianorum perfidia conantium obscurare infidelitatis caligine claritudinem martyrum tot miraculis coruscantium; ait enim de illis (a): *Ariani dicunt: Non sunt isti martyres, nec torquere diabolum possunt, nec aliquem liberare; cum tormenta dæmonum ipsorum voce probentur, & beneficia martyrum remediis cæcorum, & absolutorum indiciis declarentur. Negant cæcum illuminatum; sed ille non negat se sanatum. Ille dicit: Video, qui non videbam. Ille dicit: Cæcus esse desivi; & probat factu. Isti beneficium negant, qui factum negare non possunt. Notus homo est, publicis cum valeret mancipatus obsequiis, Severus nomine, lanius ministerio; deposuerat officium, postquam inciderat impedimentum. Vocat ad testimonium homines, quorum ante sustentabatur obsequiis; eos judices suæ visionis accersit, quos habebat testes & arbitros cæcitatis. Clamat, quia ut contigit fimbriam de veste martyrum, qua sacræ reliquiæ vestiuntur, redditum sibi lumen sit, &c.* Inferius autem quo modo ipsi spiritus nequam redarguerent, coacti licet, Arianorum impietatem, hæc habet:

(a) Ambr. serm. 91.

XL. *Audivimus hodie dicentes eos, quibus manus imponebatur; neminem posse esse salvum, qui Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum negaret, qui Trinitatis omnipotentem virtutem non crederet: confitetur hoc diabolus, sed Ariani nolunt fateri: Dicit enim diabolus, sic torqueatur, quemadmodum ipse a martyribus torquebatur, qui Spiritus sancti Deitatem negaret. Non accipio a Diabolo testimonium, sed confessionem: invitus dixit diabolus, sed exactus & tortus: quod nequitia supprimit, extorquet injuria. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere nesciunt Ariani? Quanta perpessi sunt? & quemadmodum Pharao, malis suis indurantur. Dicebat diabolus, ut scriptum legimus: Scio te quis sit: Tu es Filius Dei vivi. Dicebant Judæi: Nescimus quis sit. Dicebant hodie & superiori die vel nocte dæmones: Scimus quia martyres estis, & Ariani dicunt: Nescimus, nolumus intelligere, nolumus credere.* Hæc & alia de veritate miraculorum sanctorum martyrum.

Testificatio extorta a dæmonibus.

Postea vero accidit, quod addit his Paulinus, ingens prodigium, quo didicerunt Ariani in martyres non oblatrare; ait enim: *Deus tamen qui gratiam Ecclesiæ suæ augere consuevit, non passus est diu insultari a perfidis, sanctis suis. Unus itaque ex ipsa multitudine subito arreptus spiritu immundo clamare cœpit, ita torqueri eos, ut ipse torquebatur, qui negarent martyres, vel qui non crederent in Trinitatis unitatem, quam docet Ambrosius. At illi hac voce confusi, qui converti debuerant, & dignam tali confusione agere pœnitentiam, in piscinam demersum hominem necaverunt, perfidiæ homicidium jungentes.* Magna hæc: at illud quidem ceteris excellentius recte intueri miraculum videri potuit, quod furor ille incitatæ flammæ rabiei femineæ a sanctis martyribus, mox ut apparuere, extinctus fuit; adeo ut qui negabant ore, opere veritatem timore martyrum confirmarent; de quibus hæc Paulinus (b): *Denique ex hoc tempore*, quo scilicet inventæ sunt reliquiæ martyrum, *sedari cœpit persecutio; quæ Justinæ furore accendebatur, ut sacerdos de Ecclesia pelleretur. Tamen adhuc intra Palatium multitudo Arianorum cum Justina constituta deridebat tantum Dei gratiam, quam Ecclesiæ suæ Catholicæ Dominus Jesus meritis martyrum suorum conferre dignatus est: venerabilemque virum Ambrosium narrabat pecunia comparasse homines, qui se vexari ab immundis spiritibus mentirentur, atque ut ab illo, sic & a martyribus se torqueri dicerent.* Subdit inferius, ipsos dæmones clamare solitos, non a martyribus tantum, sed etiam ab Ambrosio se torqueri: quod etiam S. Augustinus testatur in commentario *de Cura agenda pro mortuis* (c). At quo modo hoc? in puero Probi Præfecti, quem diabolus arripuerat, aperte demonstratum est, ut idem Paulinus inferius tradit. XLI.

Sedatur Justinæ persecutio.

(b) Paulin. in vit. S. Amb.

(c) Aug. de cura agend. pro mort.

Absoluta igitur Ambrosius concione, sacra pignora, ut decebat, suo loco recondidit; ita tamen, ut ex eis partem aliquam sibi servaret, erogandam in diversas Ecclesias, quæ ardentissimo studio eorumdem sanctorum martyrum reliquias ex diversis locis expeterent, ut in eorum honorem basilicas vel erigerent, vel in jam ædificatis reponerent. Allatæ sunt ipsæ quidem Romam, ubi nomine eorumdem sanctorum a Vestina nobili ac prædivite femina erectus est Titulus, qui postea ab Innocentio Papa fuit dedicatus: id enim habet liber de Romanis Pontificibus in Innocentio. Accepit easdem quoque reliquias martyrum S. Paulinus, quas collo- XLII.

Reliquiæ Martyrum missæ ad Ecclesias.

cavit in nuper a se erecta Fundana basilica; testatur id ipse ad Severum (a) scribens. Insuper Sanctus Gaudentius Brixianus Episcopus acceptas ab eodem Ambrosio ipsas reliquias condidit in Basilica dicta, Concilium sanctorum: tradit id ipse in sermone quem habuit in ejusdem dedicatione. In Gallias quoque easdem perlatas fuisse reliquias, atque in honorem eorumdem martyrum erectas esse Memorias, affirmat Gregorius Turonensis (b). Fuerunt quoque eorumdem martyrum reliquiæ perlatæ in Africam, ibique in Victoriana villa triginta millibus ab Hippone collocatæ, ubi ipsorum nomine erectam fuisse Ecclesiam Sanctus Augustinus (c) enarrat. Sed & Eugipius in Actis S. Severini affirmat, ad Noricos etiam pervenisse eorumdem martyrum veneranda pignora. Vide ex his flagrans Catholicorum Fidelium studium erga reliquias sanctorum martyrum: cujus insinuandi antiqui usus causa hæc recensuisse voluimus. Sed jam ad res Mediolanenses, ad ipsum inquam S. Ambrosium revocetur oratio.

(a) Paulin. epist. 12.

(b) Greg. Turon. de Glor. mart. cap. 47. & hist. Franc. l. 10. c. 31. item Aim. l. 1. c. 20.

(c) Aug. de Civit. Dei l. 22. c. 8.

XLIII. At quid Justina post hæc? Quæ palam Ambrosium persequi rubore suffusa desierat, eumdem clam aggredi pertentavit: nam sicarium in eum, proh scelus! immisit; id enim Paulinus (d) testatur his verbis: *Alius etiam gladium ferens ad cubiculum usque pervenit, ut interficeret sacerdotem; sed cum elevasset manum districto gladio, dextera obrigente, remansit. Tunc se missum a Justina postquam confessus est; brachium, quod inique cum extenderetur, riguerat, sanatum est confessione.* Hæc Paulinus. Sed miraris missum esse ad necem Sancti sicarium? Scito ad hoc ipsum obeundum inductos & dæmones: quod non prius cognitum est, quam post ipsius Justinæ mortem; Angelo extorquente a sonte perpetrati delicti confessionem; res gesta ita describitur ab eodem Paulino: *Mortua vero Justina, quidam Aruspex, Innocentius nomine, non opere, in causa maleficiorum cum a Judice torqueretur; aliud quam interrogaretur fateri cœpit: Clamabat enim, ab Angelo majora tormenta sibi adhiberi, eo qui custodiret Ambrosium: quoniam temporibus Justinæ ad excitanda odia populorum in Episcopum, cacumen tecti Ecclesiæ conscendens, medio noctis sacrificaverit: Sed quanto instantius & solicitius opera maligna exercebat, tanto magis amor populi circa fidem Catholicam & Domini sacerdotem convalescebat. Misisse etiam se & dæmones, qui illum interne carent, fatebatur; sed dæmones renunciasse, se non solum ad ipsum appropinquare minime posse, verum etiam nec ad fores domus, in qua manebat Episcopus: quia ignis insuperabilis omne illud ædificium communiret, ut etiam longe positi urerentur; atque ita cessasse artes suas, quibus adversus Domini sacerdotem se aliquid posse arbitrabatur.* Hæc Paulinus.

(d) Paulin. in vit. S. Ambros.

XLIV. At quis tandem finis adeo immanis in Dei sacerdotem Ambrosium pertinacissimæ feminæ persecutionis? Accidit plane secundum illud propheticum (e): *Inimicos ejus induam confusione; super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* Ipsa enim etsi non cedens, victa tamen atque confusa, omnibus facta ludibrio remansit Augusta delusa: cum e contra magnus Antistes, de prostrata cum impiis impietate victoriis gloriosior, ore omnium prædicaretur; adeo ut dæmones etiam ipsi ejus præconia celebrare, quamtumlibet inviti compellerentur. Sed parva adhuc Deo visa hæc sunt sacerdotem suum amplioribus honoribus prosequenti, quos illi exhiberi voluit ab iisdem Principibus qui eum fuerant persecuti, ab ipsa inquam Justina Augusta atque Valentiniano Imperatore, idque hoc ipso anno, ut ex hoc violentior divina demonstraretur exactio, quo celerior fuit ab inimicis extorta: factumque ferme momento temporis, ut qui mille nocendi artibus incessabili indefessoque studio Dei Antistitem appetiissent, iidem mox ipsum adirent supplices, ipsumque suæ ipsorum salutis arbitrum & servatorem Imperii profitentes, in summo discrimine constituti, sibi atque Imperio suppetias ab eo quamprimum ferri rogarent. At quænam erant tunc ipsorum præsentissimæ, quibus adeo premebantur, angustiæ? Dicam paucis.

(e) Psal. 102.

Ambrosius rogatur a Justina obire legationem.

XLV. Maximus in Galliis Imperator, quod diu mente conceperat, Alpes cum exercitu superare, summaque rerum potiri Occidentalis Imperii, hoc ipsum proxime capturus nunciatur. Una in Ambrosio spes; ut, quod alias ante caperti fuerant, legatione sua Maximum talia conan-

PAGIUS

VII. *Secunda Ambrosii ad Maximum Legatio.*

A num. XLV. ad LXI. Legatio Divi Ambrosii ad *Maximum* Tyrannum, quæ hoc anno contigit, alterum nobis argumentum suppeditat ad ostendendum, nec secundum persecutionis S. Ambrosii annum, nec Sanctorum Martyrum *Gervasii & Protasii* inventionem præsenti anno contigisse. Valentinianus ac Justina præsenti anno Ambrosium Legatum ad Maximum Treviros miserunt, qui re infecta dimissus, ad Valentinianum scripsit epist. 56. *Esto tutior adversus hominem pacis involucro bellum tegentem.* Quare Imperator *Domninum*, alterum pro confirmanda pace Legatum ad Maximum destinavit, quem *Maximus* ingenti honore exceptum, ac Regiis muneribus decoratum dimittens, illum cito exercitu subsecutus, Cottiis ac Juliis Alpibus occupatis, ut tradit Pacatus in Panegyrico ad Theodosium cap. 30. in Italiam descendens, *Aquileiam* contendit. Valentinianus improviso Tyranni adventu territus, conscensa nave, cum Justina matre Thessalonicam fugit, Theodosii, qui in Oriente imperabat, opem implo-

nantem coerceat. Sicque magno dispensationis divinæ judicio, qui paulo ante ab iisdem Augustis Ambrosius tyrannus appellabatur, modo ut tyrannum coerceat, in Gallias Legatus proficisci rogatur. Suscepit ipse munus haud invitus, qui sciret cum Christianorum omnium, tum præsertim Antistitis esse muneris, exemplo & doctrina Christi, beneficiorum cumulo acceptas injurias compensare. At non ut prior, ita posterior hæc Ambrosii legatio feliciter cessit: nimirum quod justa fuisset jam divina sententia definitum, eos qui de pellendis (ut dictum est) ab Ecclesiis Catholicis sacerdotibus promulgassent edictum, a suo ipsorum fore expellendos Imperio, & paterna hæreditate privandos, ut sic posteri intelligerent

Summa legationis Ambrosii.

Principes, quanto periculo lacessant Ecclesiae & sacerdotes. Quæ autem suscepta ejusmodi legatio continuerit, summa ejus ab eodem Ambrosio (a) alibi sic exprimitur: *Ego tuus iterum Legatus repetivi Gallias, & mihi dulce illud officium fuit, pro salute tua primo, deinde pro pace atque pietate, qua fraternas reliquias postulabas, nondum pro te securus, & jam pro fraterna sepulturæ honore sollicitus.* Hæc ipse.

(a) Ambr. orat. de obitu Valent.

XLVI. Porro in hujus muneris functione ita se gessit Ambrosius, ut prætextus omnes, quibus Maximus nitebatur velare tyrannidem, justumque adornare bellum, ipse certis rationibus constantia sacerdotali dissolveret, probaretque Valentinianum injuriam passum esse, nec quid leve in ipsum Maximum contulisse. Sed & prudenter specie petendi cadaveris Gratiani, ejusmodi legationem ad explorandum Maximi animum, velandam putavit; cum tamen re vera ut istud ipsum ageret, mitteretur. Quid autem ab eo hac in legatione actum sit, scripta ab ipso epistola ad Valentinianum Augustum declarat, qua singularum rerum gestarum relatio continetur, quæ sic se habet (b):

(b) Ambr. epist. 27.

Ambrosius Valentiniano Imperatori.

XLVII. Relatio Ambrosii de sua legatione.

Etsi superioris legationis meæ fides ita approbata sit tibi, ut ratio ejus a me non quæreretur (satis enim claruit, eo ipso quod aliquot dies retentus sum intra Gallias, me violentiam a Maximo non recepisse, neque iis adstipulatum, quæ ad voluntatem ejus magis, quam ad pacem propenderent; denique non commisisses secundam legationem, nisi primam probasses) quia tamen regredienti mihi decernendi secum imposuit necessitatem; ideo hac epistola expositionem legationis meæ insinuandam putavi, ne cujusquam sermo veris prius vana intexeret, quam reditus meus integra & sinceræ veritatis expressa signaculo manifestaret.

XLVIII. Ambrosius queritur haberi contemptui.

*Cum pervenissem Treviros, postridie processi ad Palatium. Egressus est ad me vir Gallicanus præpositus cubiculi, eunuchus regius. Poposci adeundi copiam. Quæsivit, num rescriptum haberem clementiæ tuæ. Respondi, habere. Retulit, non posse me nisi in Consistorio videri. Dixi, non esse hunc morem sacerdotalem; certe esse aliqua, de quibus secreto * deberem cum suo Principe confabulari. Quid plura? Consuluit eum; sed eadem referenda credidit, ut liqueret etiam priora ex illius arbitrio deprompta. Dixi tamen, alienum id quidem a nostro munere, sed me recepto officio non defuturum: gratam mihi esse humilitatem in tuo præsertim, & quod verum est, fraternæ pietatis negotio. Ut sedit in Consistorio, ingressus sum, assurrexit, ut osculum daret. Ego inter Consistorianos steti. Hortari cœperunt alii ut ascenderem: vocare ille. Respondi ego: Quid oscularis eum, quem non agnoveris? si enim me agnovisses, non hoc loco videres. Commotus es, inquit, Episcope. Non inquam injuria, sed verecundia, quod alieno consisto loco. Et prima, inquit, legatione ingressus es Consistorium. Nec illud, inquam, mei erroris fuit: vocantis, non ingredientis vitium est. Cur, inquit, in-*

* secio

PAGIUS

ploraturus. Non ante mensem Septembrem Valentinianus Occidentem reliquit; cum *VI. Idus Septemb. Mediolani* emiserit Legem Codicis Theodosiani 4. *De Principibus agentium in rebus*. Paulinus in Vita S. Ambrosii post narrata miracula in SS. Gervasii & Protasii Reliquiarum inventione facta, ac remissum Justinæ furorem, ait: *Sanctus vero Ambrosius Episcopus majoris humilitatis vir factus donatam sibi a Domino gratiam reservabat, crescebatque quotidie Fide & amore coram Deo & hominibus*. Ibi vero paulo post scribit, Ambrosium alteram ad Maximum Legationem suscepisse. Igitur, cum die XIX. Junii sacræ Reliquiæ translatæ sint, ac postea ob miraculorum famam totius populi ore celebratam, Justina iram remiserit, id circa exitum Junii videtur contigisse. Cum Paulinus, antequam narret delatam Ambrosio Legationem, dicat, illum crevisse *quotidie Fide & amore coram Deo & hominibus*, vix ante initum Augustum Legatione functus videtur. Neque enim Justina hominem hesterna die, ut ita dicam, sibi infensissimum tam cito eo honore exornasset, præsertim cum Maximus Arianos persequeretur.

VIII. *Ex ea Legatione persecutionis annus innotescit.*

Hinc patet, memoratam *Ambrosii* persecutionem anno præcedenti contigisse: neque enim intra trimestre spatium, Ambrosii & iterum Domnini Legationes, ac Maximi in Italiam irruptionem contingere potuisse affirmabit, qui locorum distantiam consideraverit; cum Maximus *Treveris*, Valentinianus *Mediolani* vel *Aquileia* subsisteret. Zosimus scribit, *Domninum* Aquileiæ Legatum destinatum. Maximus certe labente autumno Alpes superavit, cum circa hiemem gelu rigeant, exercitibus plane imperviæ. Confirmantur hæc omnia ex Prospero Tyrone, in cujus Chronico per annos Imperii Romanorum Imperatorum ab obitu Valentis usque ad Valentiniani III. necem digesto, anno

gessus es? Quia, inquam, tunc ut inferiori pacem petebam, nunc ut æquali: Cujus, inquit, beneficio æquali? Respondi: Omnipotentis Dei, qui Valentiniano regnum, quod dederat reservavit.

XLIX. Querela Maximi in Ambrosium. Ad postremum erupit, dicens: Quoniam me lusisti, ut ille Bauto, qui sibi regnum sub specie pueri vendicare voluit, qui etiam barbaros mihi immisit, quasi ego non habeam quos possim adducere, cum mihi tot millia barbarorum militent, & annonas a me accipiant. Quod si ego tunc, quando venisti, non essem retentus; quis mihi obstitisset, & virtuti meæ? Ad hæc ego leniter: Non opus est, inquam, ut commovearis, cum causa nulla sit commotionis: sed patienter audias quæ referantur istis. Propterea & ego veni, quia prima legatione dum mihi credis, per me deceptum te esse asserebas. Gloriosum mihi est hoc pro salute pupilli Imperatoris. Quos enim Episcopi magis quam pupillos debemus tueri? Scriptum enim est (a): Judicate pupillo, & justificate viduam, & eruite injuriam accipientem: & alibi (b): Judicis viduarum & patris orphanorum. Tamen non exprobrabo beneficium meum Valentiniano. Ut verum eloquar: Ubi ego tuis legationibus obstiti, quo minus infunderes in Italiam? quibus rupibus? qua acie? quibus numeris? An vero corpore meo clausi tibi Alpes? Utinam hoc meum esset: objectionem non timerem, non vererer criminationes tuas. Quibus promisisti lusi te, ut paci acquiesceres? Nonne intra Gallias juxta urbem Moguntiacum Comes Victor occurrit mihi, quem direxisti, ut pacem rogaret? In quo ergo te fefellit Valentinianus, qui prius pacem a te rogatus est, quam postularet? In quo fefellit Bauto, qui devotionem Imperatori exhibuit suo? an quia Principem suum non prodidit? In quo ego te circumscripsi? Qui ubi primum veni, cum diceres quod Valentinianus ad te quasi filius ad patrem venire deberet; respondi, non esse æquum, ut aspero hiemis tempore puer cum matre vidua penetraret Alpes; sine matre autem tanto itineri dubiis rebus committeretur. De pace nobis legationem commissam, non de adventu ejus promissionem; spondere nos id non potuisse, certum est, quod mandatum non erat; me certe nihil spopondisse; adeo ut diceres: Expectemus quid Victor responsi ferat. Illum autem, loquor, me retento, pervenisse Mediolanum, negatumque ei quod postulabat: de pace tantum conspirare studia, non de adventu Imperatoris, quem moveri non oporteret. Præsens eram, ubi Victor rediit. Quo modo ergo revocavi Valentinianum?

L. Ambrosius magis urget Maximum. Legati iterum missi ad Gallias, qui ejus adventum negarent, apud Valentiam Galliarum me repererunt: milites utriusque partis qui custodirent juga montium offendi reversus. Quos ego tuos revocavi exercitus? quas de Italia reflexi aquilas? quos immisit barbaros Bauto Comes? Et quid mirum, si hoc Bauto fecisset Transrhenanus genere, cum tu minitaris Imperio Romano barbarorum auxilia, & turmas translimitanos, quibus commeatus provincialium tributa solvebant? Vide autem quid interfit inter tuas minitationes & Valentiniani Augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabas quod barbarorum stipatus agminibus Italiæ te infunderes: Valentinianus Hunnos atque Alanos appropinquantes Galliæ per Alemanniæ terras reflexit. Quid habet invidiæ, si Bauto barbaros cum barbaris fecit decernere? quoniam dum tu militem Romanum occupas, dum is adversum se utrinque prætendit, in medio Romani Imperii sinu Juthungi populabantur Rhætias, & ideo adversus Juthungum Hunnus accitus est. Idem tamen quia de finitimo proterebat Alemanniam, & jam vicinia mali urgebat Gallias, coactus est triumphos suos deserere, ne tu timeres. Confer utrumque factum, Tu fecisti incursari Rhætias: Valentinianus suo tibi auro pacem redemit.

LI. Apologia pro Valentiniano. Aspice illum quoque qui tibi ad dexteram assistit, quem Valentinianus, cum posset suum dolorem ulcisci, honoratum ad te redire fecit; tenebat eum in suis terris, atque in ipso nuncio necis fraternæ frenavit impetus; nec tibi vicem, etsi non paris dignitatis, ejusdem tamen necessitudinis retulit. Confer ergo, te judice, utriusque factum. Ille tibi fratrem tuum viventem remisit; tu illi vel mortuum redde. Quid illi reliquias germani abnegas, qui tibi adversum se auxilia non negavit? Sed vereris, ne exuviarum reditu renovetur militibus dolor: hoc enim allegas. Quem viventem deseruerunt, eum defendent peremptum? Quid eum mortuum times, quem occidisti, cum posses reservare? Hostem, inquis, meum peremi. Non ille tuus hostis, sed tu illius. Ille jam non sentit defensionem: tuam causam considera. Si quis adversum te hodie Imperium in his partibus usurpandum putet; quæro, utrum te hostem illius dicas, an illum tibi? ni fallor, usurpator bellum infert, Imperator jus suum tuetur. Ergo quem non debueras occidere, ejus reliquias negas? Habeat Valentinianus Imperator vel fra-

PAGIUS CCCLXXXVI. legitur: *Justina mater Valentiniani Arianis favens in Ambrosium & omnem Mediolanensem Ecclesiam diversa injuriarum genera congerit. Reliquiæ Gervasii & Protasii Martyrum ab Ambrosio primum Mediolani repertæ. Hymni Ambrosii compositi, qui nunquam ante in Ecclesiis Latinis modulis canebantur*. Hæc docte Card. Norisius in Opusculo laudato, & Hermantius in Vita Gallica Sancti Ambrosii.

fratris exuvias, pacis tuæ obsides. Et quo modo allegabas, quod eum non mandaveras occidi, quem prohibes sepeliri? Poterit igitur credi, quod ei non invideris vitam, cui etiam sepulturam invides?

LII. Invectiva in Maximum. *Sed ad me revertar. Audio te queri, quod se ad Theodosium Imperatorem potius contulerint, qui sunt cum Valentiniano Imperatore. Quid igitur futurum sperabas, cum tu refugientes eos ad pœnam posceres, captos necares; Theodosius autem muneribus ditaret, donaret honoribus? Quos, inquit, occidi? Respondi ei, Balionem: at quem virum? qualem bellatorem? Haccine fuit justa causa exitii, quod Imperatori suo fidem servavit? Non ego, inquit, eum jussi occidi. Respondi; Hoc audivimus, quod occidi jussus sit. Sed, inquit, si ipse sibi vim non intulisset, jusseram eum deduci Cabillonum, & ibi vivum exuri. Respondi: Ergo propterea & illud creditum est, quod eum occideris. Quis autem sibi parcendum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, Comes utilis?*

LIII. Ambrosius abstinet a communicatione Episcoporum. *Ita tum discessi, ut se tractaturum diceret. Postea cum videret me abstinere ab Episcopis, qui communicabant ei, vel qui aliquos devios licet a fide ad necem petebant; commotus eis jussit me sine mora regredi. Ego vero libenter, etsi me plerique insidias evasurum non crederent, ingressus sum iter, hoc solo dolore percitus, quod Hyginum episcopum senem in exilium duci comperi; cui nihil jam nisi extremus superesset spiritus: cum de eo convenirem comites ejus, ne sine veste, sine plumatio paterentur extrudi senem; extrusus ipse sum. Hæc est expositio legationis meæ. Vale Imperator, & esto tutior adversus hominem pacis involucro bellum tegentem.* Hactenus ad Valentinianum Ambrosius.

LIV. Ad ipsam etiam Maximum idem alludit, dum in oratione habita in funere Valentiniani hæc ait (*a*): *Felicius Episcopos persequuntur Imperatores, quam diligant. Quanto mihi beatius Maximus minabatur? in illius odio laus erat, in hoc eum amore supplicii feralis hæreditas.* Meminit hujus ad Valentinianum Ambrosii relationis Paulinus, atque ait: *Ipsum vero Maximum a communionis consortio segregavit, admonens, ut effusi sanguinis Domini sui, & (quod est gravius) innocentis, ageret pœnitentiam; si sibi apud Deum vellet esse consultum.* Hæc ipse: quæ quidem sic intelligenda sunt, quod ibi Treveris cum esset, nec cum ipso voluit communicare, nec cum Episcopis illi communicantibus, quod essent partis Ithacianæ, cujus superius mentio facta est.

(a) Paulin. in Vit. S. Ambr.

Maximus quomodo excommunicatus ab Ambrosio.

LV. De Hygino Episcopo. Quisnam autem Hyginus ille fuerit, quem in exilium adeo inhumane crudeliterque deportari a satellitibus tradit Ambrosius; haud facile colligi omnino potest: scimus tamen ejus nominis Episcopam hoc tempore vixisse in Hispania hostem acerbissimum Luciferianorum schismaticorum, in quem Marcellinus ac Faustinus eo libello, quem Theodosio obtulerunt, vehementer oblatrant, more suo Catholicos omnes magni nominis viros calumniis sugillantes. Fortasse hic idem ipse, qui apud Severum Adiginus scriptus reperitur, Episcopus Cordabensis; primus qui adversus Priscillianum hæresiarcham, detegendo nefanda ejus scelera, concitare Episcopos cœpit.

LVI. Legatio Domnini qualis. Quod autem ad Valentinianum Imperatorem spectat: imprudens nimis Ambrosii admonitionem illam neglexit; qua cavendam sibi Maximum esse, quod sub pacis involucro bellum tegeret, ultimis verbis epistolæ inculcarat. Sed minime considerans, Dei sacerdotem eo modo, divino spiritu eam tractasse causam, quo dolo agentis Maximi detegeret animum, ut cautum ipsum redderet; ne pulchro pacis & securitatis nomine ab eo decipi posset; incaute nimis alium mox ad eumdem Maximum Legatum mittit, Domninum nomine, qui ab eo deceptus est, nesciensque Maximum post se in Italiam duxit. Hæc autem quo modo se habuerint, Zosimus ita describit (*b*): *Itaque Valentinianus Domninum hanc ob causam, ob pacem scilicet firmiorem statuendam, ablegat, hominem natione quidem Syrum, sed notæ melioris familiarem, quippe regni potestatisque particeps, fide pariter & astu ceterum præstare cæteris videbatur: & quicquid alioqui Princeps alio nemine conscio facere volebat, huic in primis credendum statuerat. Igitur profectus ad Maximum Domninus, capitibus legationis omnibus expositis, omni cum observantia comitateque receptus est: nam & dignabatur eum honore Maximus eximio, & tanta munerum mole satiabat, ut Imperatorem Valentinianum nullum huic parem habiturum amicum Domninus existimaret. Ac poterat usque adeo Domninum decipere Maximus, ut etiam partem exercitus sui cum eo mitteret, quæ Imperatori Valentiniano auxilia contra barbaros Pannoniis imminentes esset. Posteaquam hæc consecutus Domninus abiisset, seque jactaret copia & magnitudine munerum, quæ acceperat, & concessorum sibi sociorum satellitio; viam ducentem ab Alpibus imprudens Maximo faciliorem reddebat. Quod Maximus futurum prospiciens, eoque nomine cuncta molitus, universis cum copiis subsequebatur, tacite præmissis in itineribus custodibus, qui omnem curam adhibebant, ne cursu quis prætergressus, Maximi transitum in Italiam Domnini comitibus enunciaret. Quæ sane custodia erat perfacilis: nec enim latere poterant, qui parte Alpium arctissima proficiscebantur. Cum igitur intelligeret, Domninum cum*

(b) Zosim. l. 4.

fuit

suis Alpes, qua sunt angustissimæ, cum montibus inviis penetrasse; atque iis præterea locis, quæ post Alpes erant palustria, militumque copias impedire poterant, hostile se nullum agmen adversum inventurum speraret; omni cum celeritate Italiam, nemine præpediente, ingressus, Aquilejam copias ducit. Hæc de adventu clandestino Maximi in Italiam Zosimus.

LVII.

In negotiorum functionibus viri Dei cæteris præstant.

Puto sentis, lector, ambarum legationum exemplis, quam præsteat prudentia & consilio, instinctu divini spiritus Dei servi in obeundis magnis negotiis, illis, qui prudentia tantum innitentes sæculi, in gravissimas prolabuntur difficultates. Ecce tibi S. Ambrosius spiritu consilii & fortitudinis, quo detegat strophas Maximi, magnis animis in eum Legatus invehitur: Domninus vero vanis deceptus illecebris, cladem secum in Italiam intulit. Quis autem prima facie factum utriusque inspiciens, non Ambrosium inurbanum, illiberalemque eo modo tam aspere dureque agentem cum Maximo judicasset; Domninum vero dextertimum virum, & in obeundis negotiis solertissimum, quippe qui arte sua adeo sibi devinxisset, addixissetque Maximum Valentiniano, cum tot tantisque ab eo muneribus donatus & frequentatus officiis esset, atque auxiliares ab illo copias ad oppugnandos ingruentes barbaros accepisset? Sed exitus declaravit, cujusnam functio divini dono consilii administrata fuerit.

LVIII.

Valentiniani fuga cum Justina.

At quid Valentinianus, cum Maximus superatis ea improviso Alpibus, visus est in Italia? pergit narrare Zosimus in hæc verba: *Valentiniano tam repentino casu præter spem omnem oppresso, metus incessebat ipsius familiares, ne Maximus eum vivum in potestatem redactum occideret. Quapropter navem ingressus, Thessalonicam profectus est cum socia navigationis Justina matre, quæ Magnentium prius maritum habuerat (uti diximus) & illo sublato, propter eximiam formæ venustatem Valentiniano Principi juncta matrimonio fuerat: hæc Gallam quoque filiam secum adducebat. Cum tot emensi maria Thessalonicam appulissent, ubi legatione ad Theodosium Imperatorem, petebant, ut in hoc tempore petulantiam adversus omnem Valentiniani familiam exercitam vindicaret. Theodosius ad ipsum rei famam obstupefactus, luxus quidem illius nimii nonnihil obliviscebatur, & paulum de insano voluptatum studio remittebat: verum habito consilio, visum fuit, ut ipse cum nonnullis a Senatu Thessalonicam se conferret. Quod ubi factum fuisset, de integro consultabatur, quid agendum esset; communique decreto placuit, ut Maximi facinora punirentur: non enim illi homini vitam amplius concedendam, qui & Gratianum occidisset, ejusque regnum occupasset, & hunc successum adeptus, via quasi quadam progressus fuisset, ac fratrem illius relicto ubi principatu exuisset.* Hæc Zosimus, qui addit de fœdere nuptiarum hoc eodem anno tunc inito, cum Gallam ex Justina, & Valentiniano seniori genitam Theodosius accepit in conjugem; licet anno superiori id factum Marcellinus tradat in Chronico. Quod vero ad Zosimum spectat: hic præmonuisse lectorem oportuit, ipsum more suo, quod jurasset prœlium stylo agere, cum esset Gentilis, adversus omnes Christianos Imperatores, Theodosium sæpe sugillare, hominemque deliciis deditum affirmare, atque socordiæ accusare: quæ quidem quam procul a veritate abhorreant; acta ipsa declarant; ut non sit opus pro eo texere apologiam: quam tamen teste S. Hieronymo, scimus elaboratam fuisse a sanctissimo atque doctissimo viro Paulino.

Theodosii nuptiæ cum Galla.

LIX.

Commendatum fuit Theodosii studium atque pietas in suscipiendo Valentiniano profugo Imperatore cum suis; de quo S. Augustinus hæc ait (a): *Post mortem Gratiani, pulsum ab ejus interfectore Maximo Valentinianum ejus parvulum fratrem, in sui partes Imperii, tamquam Christianus, excepit pupillum; paterno custodivit affectu, quem destitutum omnibus opibus nullo negotio posset auferre, si latius regnandi cupiditate magis, quam benefaciendi charitate flagraret. Unde potius cum servata ejus Imperatoria dignitate susceptum ipsa humanitate & gratia consolatus est, &c.* Quantis vero laboribus, periculis, & impensis eum in regnum restituere Theodosius conatus fuerit, inferius subdit: sed de his suo loco. Cæterum hanc ipsam contigisse vindictam ob contemptum atque persecutione exagitatum dignissimum sacerdotem Ambrosium, omnibus ejus sæculi rem considerantibus perspicuum satis fuit, cum recens esset ejusdem anni rei gestæ memoria: quod & Ruffinus (b) atque alii post eum æque confirmant. Factum etiam divino consilio, Pacatus (c) ait, ut & Maximus innocentis Gratiani sanguinis reus, sceleri scelus adderet, quo Theodosio in eum pugnandi vincendique necessitas imponeretur, daretque tandem ille de cruenta violentaque tyrannide pœnas. Sed quæ Maximi sunt reliqua prosequamur.

(a) *Aug. de Civit. Dei l. 5. c. 26.*

Ultio divina in persecutores Ambrosii.

(b) *Ruffin. l. 2. c. 16.*

(c) *Pacat. in Panegyric. Theod.*

LX.

Auctor est Socrates (d), Maximum misisse Legatos ad Theodosium Imperatorem; a quo nec excepti, neque exclusi fuere, cum tamen ad vindicandum scelus sub silentio expeditionem in sequentem annum pararet; de cujus apparatu dicemus inferius. Porro ipse ingressus Maximi in Italiam, sicut repentinus, ita terribilis visus est: instar enim exundantis torrentis montium angustiis coarctati, in planiciem se totum effundentis, cunctaque

(d) *Socr. l. 5. c. 11.*

Clades illata a Maximo in Italiam.

que sibi obvia secum trahentis; eam Italiæ partem, quæ ipsi post Alpium descensum occurrit, immensa affecit clade; nobilesque tunc Civitates Placentiam, Rhegium, Claternam, Mutinam, Bononiam, & alios dire exagitavit, prædatis divitiis, adductis Civibus in captivitatem, ut Pacatus (*a*) affirmat; quæ & pertingit Sanctus Ambrosius in epistola ad Faustinum, eum de sororis obitu illum consolatur; ubi hæc (*b*) inter alia: *Verum*, inquit, *hoc nobis commune non solum cum hominibus, sed etiam cum Civitatibus, terrisque ipsis est. Nempe de Bonoiensi veniens urbe, a tergo Claternam, ipsam Bononiam, Mutinam, Rhegium derelinquebas: in dextera erat Brixillum: a fronte occurrebat Placentia, veterem nobilitatem ipso adhuc nomine sonans; ad lævam Apennini inculta miseratus, & florentissimorum quondam populorum castella considerabas, atque affectu relegebas dolenti. Tot igitur semirutarum urbium cadavera, terrarumque sub eodem conspectu exposita funera non te admonent, unius, sanctæ licet & admirabilis feminæ decessionem consolabiliorem habendam; præsertim cum illa in perpetuum prostrata ac diruta sint, hæc autem ad tempus quidem erepta nobis, meliorem illic vitam exigat?* Hæc Ambrosius; quod adeo immani clade Civitates illæ affectæ essent, ut plane earum restitutio desperata penitus videri posset.

(*a*) Pacat. in Panegyr. Theod.

(*b*) Ambr. epist. 8.

LXI. Hujus quoque perditissimi temporis idem S. Ambrosius meminit in epistola ad Severum Episcopum in Campania; ubi inter cætera (*c*): *Nos autem objecti barbariees motibus, & bellorum procellis, in medio versamur omnium molestiarum freto, & pro his laboribus & periculis graviora colligimus futuræ vitæ pericula, &c.* At licet de Maximo nihil expresserit; tamen quod ipso existente Mediolanensi Episcopo, nunquam nisi sub Maximo contigit Galliam Cisalpinam ejusmodi affici cladibus, fore quidem ea omnia de bello per Maximum hoc anno illato sunt necessario intelligenda. Sed & illud observa, hoc ipso anno Ambrosium, quod ipse testatus, vitam produxisse ad annum ætatis quinquagesimumtertium: ex quibus quot ipse vixerit annos, facile colligi possit; quod in Vita ejusdem a nobis collecta pluribus disseruimus; quam tamen (quod posteriores cogitationes juxta illud Pyndaricum perfectiores esse soleant) in his præsertim quæ ad chronologiam spectant, secundum præsentem Annalium editionem restitue.

(*c*) Ambr. epist. 57.

Ambrosii ætas.

LXII. Sed mira quadam dispensatione factum est, ut licet in S. Ambrosium Maximus perinsensus esse videretur, cum ipsius communionem, & ipsi communicantium Episcoporum (ut vidimus) paulo ante fuerit execratus, verbisque durioribus eumdem compellarit, adeoque ab eo alienatus discesserit, ut percussores post eum fore mittendos facile crederetur; nihilominus nec ipsi, nec ejus Ecclesiæ Mediolanensi quicquam negotii factitarum appareat. Atqui licet ab incursione & grassatione hostium liber esset; aliis tamen ea mala patientibus socium se Christianæ charitatis unione conjunxit: quippe qui totus fuit in sublevandis egenis atque redimendis captivis, quorum causa sacra etiam vasa confregit; ex quo Ariani in eum oblatrandi occasionem arripuere: ea enim erant vasa, quæ hoc eodem anno (ut vidimus) requisita nomine Imperatoris dare negavit. De his autem agens idem S. Ambrosius hæc habet (*d*): *Hoc maximum incentivum misericordiæ, ut compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorum quantum possumus juvemus, & plus interdum quam possumus: melius est enim pro misericordia causas præstare, vel invidiam perpeti, quam prætendere inclementiam: ut nos aliquando in invidiam incidimus, qui confregerimus vasa mystica, ut captivos redimeremus: quod Arianis displicere poterat, nec tam factum displicere, quam ut esset quod in nobis reprehenderent. Quis autem est tam durus, immitis, ferreus cui displiceat quod homo redimatur a morte; femina ab impuritatibus barbarorum, quæ graviores morte sunt; adolescentulæ, vel pueruli, vel infantes ab idolorum contagiis, quibus mortis metu inquinabantur? Quam causam nos etsi non sine ratione aliqua gessimus; tamen ita in populo prosecuti sumus, ut confiteremur, multoque fuisse commodius astrueremus, ut animas Domino, quam aurum servaremus. Qui enim sine auro misit Apostolos, & Ecclesias sine auro congregavit, Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus.* Hæc ipse. Laudasse id in Ambrosio S. Augustinum, eumdemque imitatum esse, Possidius (*e*) tradit. Egregium factum! erogando aurum, illæsam tutamque Civitatem servavit; sic ipse dux loco militum pauperes armans contra tyrannum.

Ambrosius totus in redemptione captivorum.

(*d*) Ambr. Offic. l. 2. c. 28.

Frangit Ambrosius sacra vasa pro redemptione captivorum

(*e*) Possid. vit. S. Aug. c. 24.

Cum

PAGIUS

IX. Ætas S. Ambrosii.

Ad num. LXI. Ex epistola 57. *Ambrosii* ad Severum, in qua dicit, se ad annum ætatis quinquagesimum tertium vitam produxisse, Baronius deducit, *Sanctum Ambrosium* anno trecentesimo tricesimo tertio natum. At, ut jam Viris doctis observatum, ea ad Severum epistola, non *Maximo*, sed *Eugenio* Tyrannidem exercente, scripta videtur. Licet enim in ea nenter Tyrannus nominetur, series tamen vitæ S. Ambrosii existimandi fundamentum præbet, cum circa annum CCCXL. natum, ideoque anno CCCXCIII. quo *Eugenius Tyrannus* periit, quinquagesimum tertium ætatis annum attigisse.

LXIII. Cum vero exemplo vicinarum Civitatum Cives Mediolanenses sibi quoque timerent; nisi cohibuisset Ambrosius, omnes ferme solum vertentes, solitariam Civitatem reliquissent: ipse vero quod sciret, divina existimo revelatione, cito torrentem illum exsiccandum, crebris eos sermonibus continuit intra mœnia: unum illud vehementer inculcans, ut quoniam propter peccata ejusmodi flagella cœlitus immitterentur, mox fore securos affirmaret, si peccata pœnitentiæ digna delerent; nam inter alia (*a*): *Civitati etiam nonnisi propter Civium peccata infertur excidium. Desine ergo peccare, & Civitas non peribit. Quid fugis patriam, si vis salvus esse? tua potius peccata subterfuge. Si tu peccare desieris, victus est inimicus.* Hæc & alia pluribus, aliisque sermonibus continens subditos sibi in officio pœnitentiæ. Errare quidem certum est Socratem (*b*), qui hæc refert ad tempora necis Gratiani: nam tunc Maximus stetit in Gallia, nec Valentinianus tum fugam arripuit.

Ambrosii ad suos exhortatio.

(*a*) *Ambr. ser. 85.*

(*b*) *Socr. l. 5. c. 15.*

LXIV. Cæterum Maximus eo terrore ita exagitata illa Italiæ parte, cum timorem vehementem aliis Provinciis incussisset, adeo ut nullum sibi jam adversari videret, Imperatoris aggressus est personam agere, non tyranni: & quo sibi, cum Senatum, tum etiam populum conciliaret, cunctis morem gerere etiam plus æquo studebat, indulgere Gentilibus, reddere illis dempta per Gratianum sacrificia, restituereque sublatam in Capitolio aram Victoriæ; quinetiam pro Judæis rescripsit, & alia id genus multa: sed & ne hac ex parte Catholicum populum concitaret, alia via illis inservire videri volebat, nempe in patrocinio Catholicæ fidei. Sed videamus in primis in quibus magno scandalo Judæis favit. S. Ambrosius rem gestam sic narrat (*c*): *Nonne propterea Maximus destitutus est, quia ante ipsos expeditionis dies, cum audisset Romæ Synagogam incensam, edictum Romam miserat, quasi vindex disciplinæ publicæ? Unde populus Christianus ait: Nihil boni huic imminet: Rex iste Judæus factus est; defensorem istum disciplinæ audivimus, &c.* Hucusque Ambrosius; qui quidem impietati adscribit ejusdem Maximi cladem.

Maximus mitior redditus omnes sibi conciliare studet.

(*c*) *Ambr. epist. 29.*

LXV. Sed ad conciliandos (ut dictum est) Christianorum animos, quam acerrimum se fidei Catholicæ exhibuit defensorem; indicat enim id ejusdem epistola ad Siricium Papam data, quæ sic se habet (*d*). [1]

(*d*) *Extat t. 1. epist. Rom. Pont. pag. 48.*

Victor Maximus perpetuus triumphator Augustus Domino vere sancto Apostolico viro Siricio Episcopo salutem.

Quid Maximus ad Siricium Papam.

Accepimus litteras sanctitatis tuæ, quæ nobis fuere gratissimæ, quæque plane & nomini sacerdotis, & dignitati Urbis splendidissimæ convenirent. Fidei vero Catholicæ, de qua clementiam nostram consulere voluisti, quo majus circa me & speciale judicium divinitatis experior, hoc me confiteor curam habere majorem; qui videlicet ad Imperium ab ipso statim salutari fonte conscenderim; & cui in omnibus semper conatibus atque successibus Deus fautor affuerit; cujusque hodie, & ut spero, perpetuo protector & custos esse dignetur, Pater carissime. Cæterum de Agricio, quem indebite ad presbyterii gradum conscendisse commemoras, quid religioni nostræ Catholicæ possum præstare reverentius, quam ut de hoc ipso, cujuscemodi esse videatur, Catholici judicent sacerdotes? quorum conventum ex opportunitate omnium vel qui intra Gallias, vel qui intra quinque Provincias commorantur, in qua elegerint urbe constituam; ut eisdem residentibus & cognoscentibus, quid habeat consuetudo, quid legis sit, judicetur: hæc enim quæ libris sunt asserenda, & majorum nostrorum religiosissimis constitutis, ipsi possunt melius astruere qui norunt.

LXVI. *Cæterum id nobis animi, & voluntatis esse profitemur, ut fides Catholica, procul omni dissensione summota, concordantibus universis sacerdotibus, & unanimiter Deo servientibus, illæsa & inviolabilis perseveret. Nam noster adventus ita inquinata aliqua, & sceleratorum labe polluta deprehendit, & reperit, ut nisi nostra provisio atque medicina, quæ ex Dei summi timore veniebat, his opem celeriter attulisset, ingens profecto divulsio atque perditio fuisset exorta, & vix sananda postea vitia concrevissent. Cæterum quid adhuc proxime proditum sit Manichæos sceleris admittere, non argumentis, neque suspicionibus dubiis vel incertis, sed ipsorum confessione inter judicia prolatis, malo quod ex gestis ipsis tua sanctitas, quam ex nostro ore cognoscat: quia hujuscemodi non modo factu turpia, verum etiam fœda dictu, proloqui sine rubore non possumus:* manu Imperatoris: *Divinitas te servet per multos annos.* Hæc Maximus.

Maximi studium pro fide Catholica.

LXVII. Quod autem ait de Manichæis, puto intelligendum de Priscillianistis; quorum hæreses Manichæis cognatas idem Maximus (ut vidimus) etiam gladio fuerat insecu-

NOTÆ [1] EPistolam *Maximi* Imp. ad *Siricium*, Coustantius in notis ad hanc epistolam existimat, datam esse A. D. 385. nam in ea de *Priscillianistis*, sub Manichæorum nomine, inquisitis & punitis mentio fit; quod etiam fatetur Baronius. *Priscillianus* autem ejusque Socii A. D. 385. damnati sunt.

secutus. Quod autem ad Gentiles pertinet, vix credi potest quo plausu Maximus ab illis exceptus fuerit: quippe qui in Gratianum olim infensi, & in Valentinianum puerum, quod ille sacra ipsorum vetuisset, hic autem petita licet non reddidisset; lætis aspiciunt oculis, quem idololatriæ vindicem sacrorumque restitutorem diu desideratum essent consecuti nactique Pontificem. Maximi vero tunc laudes Symmachus Consularis, libro eo argumento conscripto, atque coram ipso (ut ait Socrates *a*) recitato, insigniter prosecutus est. At de Maximo hactenus.

(a) Socr. l.5. c.14.

LXVIII. Ad postremum, illud non excidat; hoc anno, cum tot turbis Orbis & Urbs rerum novarum motibus concuteretur, Urbanam Præfecturam gessisse Pinianum, prout Imperatorum rescripta (*b*) ad ipsum data declarant; qui adhuc Gentilis Melaniam juniorem, senioris neptem duxit uxorem, ut auctor est Palladius (*c*); ab ipsa autem conjuge perfectum esse redditum Christianum, idem affirmat; de quo suis locis plura inferius dicturi sumus. Corrigendum autem tum ex Codice Theodosiano, tum ex ejusdem S. Augustini epistolis, quod interdum Pimanus ab aliis, interdum vero idem Alpianus, vel alio modo dictus reperiatur.

(b) l.4. de Princ. Agen. in reb. C. Theod. & l.13. de mendic. & prof. eod. C.

(c) Palla. in Lausiac.

Mutata

Mutata vel adjecta a BARONIO hoc Tomo his signis ☞ ☜ notantur: rejecta hic vides.

ANno *Chr.* 360. §. Christianæ, *ubi nunc legitur*, At Damasus, *usque ad ea verba*, prout &c. *legebatur*, dedicata vero opere Constantinæ.

Anno Chr. 361. §. Reliqua, *ubi nunc legitur*, anno Domini trecentesimo trigesimo septimo, *legebatur*, anno Domini trecentesimo vigesimoseptimo.

Eodem anno. §. Eustathius, *ubi nunc legitur*, quod ex Manichæis, *usque ad ea verba*, quæ cuncta, *legebatur*, quod ex Eunomio videtur accepisse,

Eodem anno §. Si quis, *ubi nunc legitur*, ex officina Manichæorum, *usque ad ea verba*, ut plane intel-, *legebatur*, ex officina impii Eunomii, ut dictum est, hoc ipsos mutuatos esse, vel a Manichæis accepisse dici potest.

Anno Chr. 362. §. Hanc quidem, *ubi nunc legitur*, Libanium Rectorem Antiochenum, *usque ad ea verba*, Cum tamen, *legebatur*, Libanium Rectorem Antiochenum scriptorum Juliani, ut dictum est, cognitorem & arbitrum.

Anno Chr. 362. §. Quod vero ad tempus, *pro his verbis*, jam ante Valentis, *usque ad ea*, sed jam Luciferum, *legebatur*: cum nonnisi Valentis Imperii exordio Antiochiam remeasse, Ex his quoque intelligis, Theodoretum etiam falli, dum apud Meletium se recepisse filium illum Sacerdotis Apollinis, cum cuperet fieri christianus, affirmat. Causa autem tantæ moræ, ut nonnisi post sequentem annum Meletius repetierit Antiochiam, illa esse potuit, quod audisset in ea Ecclesia creatum esse Paulinum Episcopum, quem sciret plurimi a civibus fieri: sed cum percepisset eos, qui suarum partium erant, nequaquam cum Paulino communicare, sed se ipsum expectare, ac pluribus literis solicitare: cessit tandem, rediitque Antiochiam: sed cum careret Ecclesia, ubi cogeret suos (quod dictum est) foris in suburbia illos ad synaxim colligere opus fuit brevi illo spatio temporis quo ipsum facere sibi licuit. At de ritu ipsius suo loco agendum pluribus.

Anno Chr. 373. §. Quod autem ad hujus anni, *ubi nunc legitur*, ut vix fuerit aliquando audita, *legebatur*, nec fuerit.

Anno Chr. 377. §. Hoc pariter anno, *pro his verbis*, hactenus inscriptio Symmachi, *usque ad* §. At visis his, *legebatur*: Adeo homo dexterrimus novit se in amicitiam insinuare Imperatorum, ut quamvis adversariæ religionis cultor atque defensor esset, eos tamen ab iisdem assequeretur honores, quos nullus Christianorum hoc tempore accepisse legatur: ex quo illud quoque indignum accessit, ut fretus gratia Principum, atque potentia, simulque admiranda in dicendo facundia, audacter susceperit Gentiliciæ superstitionis patrocinium, utpote inter Sacerdotes Deorum primarium locum obtinens, creatus eorum major Pontifex, ac summus facile futurus, nisi titulus ille soleret tribui dumtaxat Imperatori,

Sed inconcessa tentanti restitit ei Damasus, expertusque item est S. Ambrosium fortissimum adversarium, ac demum suæ ipsius petulantiæ Theodosium vindicem. Hæc autem omnia quo modo facta sint, ordine temporum dicenda erunt.

Anno Chr. 381. §. Qui autem Aquileiæ, *ubi nunc legitur*, primus ejus civitatis creatus Antistes, *legebatur*, primus ejus civitatis post longa dissidia, Ambrosio admonente (*a*), creatus Antistes.

Anno Chr. 383. §. Quod in primis occurrit, *ubi nunc legitur*, agens sextum, *legebatur*, agens octavum.

(*a*) *Ambr. ad Vercellens. ep.* 82.

INDEX
IN TOMUM QUINTUM
ANNALIUM ECCLESIASTICORUM
BARONII

Nota numeralis communis Annum Christi : *Romana vero* Numerum Marginalem *significat*.

A



Abrahamus monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Abstinentia monachorum Ponticorum, 367. CVII.
Abstinentia nimis periculosa, 363. CIII.
Acacius Luscus præsbiter Arianus abolare penitus Concilium Nicænum conatus cum Eudoxio, 360. XXXIII. Apud Constantium omnium malorum auctor, 360. LII.
Acacius Episcopus Cæsareæ hæreticus fidem pro tempore mutat, 363. CXXXIX.
Acacius Cæsariensis recantat palinodiam, *ibid.*
Acacius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ moritur, 366. XXX. Ejus successor, *ibid.*
Acacii lucubrationes, *ibid.*
Acacius alter claruit Cæsareæ Palæstinæ, *ibid.*
Acacius Beroensis solicitus pro fide Catholica, 370. LXXVI.
Acacius persuadet Juliano Sabæ ut veniat Antiochiam, *ibid.* Ipse comes S. Juliani Sabæ, cum venit Antiochiam, *ibid.*
Acacius ordinatus Episcopus Beroensis ab Eusebio, 378. XLVIII.
Acacius magni nominis monachus in Syria, 373. XVI. Quid petit ab Epiphanio, *ibid.*
Acaciani exagitati a Semiarianis, 362. CCXXXVIII.
Acacianorum & Semiarianorum concordiæ, 377. V.
Academicorum jactantiæ, 384. XXXVI.
Academici a Platone Christianos accepisse dogmata jactabant, *ibid.*
Acepsimas monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Acholius Episcopus Thessalonicensis superat Gothos victores, 378. XXX.
Acholius Episcopus Thessalonicensis baptizat Theodosium Imperatorem, 380. I.
Acholius Episcopus Thessalonicensis venit Romam ad Synodum, 382. III.
Acta Synodi Aquilejensis, 381. LXXXV.
Acta aliarum Synodorum. *V. de, Synodus.*
Adesinus, seu Adiginus, Episcopus Cordubensis idem videtur cum Hygino a Maximo in exilium misso, 387. LV.
Adelphii hæretici, iidem Massaliani, 383. XXXIX.
Adelphius Massalianus detectus a Flaviano, 383. XXXVII.
Adelphius hæreticus damnatur, 383. XXXIX.
Adolescens filius Sacerdotis conversus ad fidem Christi, 360. CXXIV.
Adolescens innocens cedit tormentis, & mentitur, 367. XXIII.
Adolescentis Christiani constantia, 362. LXXVI.
Adolescentia quibus a Basilio distinguatur annis, 382. LVII.
Adonæus Julianus dictus, 362. LXXXIV.
Adulationes Libanii de Juliano, 363. LXXII.
Adulteria severissime vindicat Valentinianus, 367. XXII.
Æditues percussus a Valentiniano, 362. XXXVII.
Ægypti Ecclesiæ a Juliano vexatæ, 362. CLVIII.
Ægypti Episcopi ducti in exilium, 372. LXXXIII.
Ægypti Episcopi favent Maximo, 379. XXV. Eorum nomina, *ibid.*
Ægypti Episcopi, quod studuissent Maximo, non sunt vocati cum aliis ad Synodum Constantinopolitanam, 381. XIX.
Ægypti Episcopi veniunt Constantinopolim, 381. LIII. Studiosi Gregorii, *ibid.* Qua occasione ei sunt adversati, 381. LIV.
Ægyptiorum Episcoporum & Græcorum discordiæ in Synodo Constantinopolitana, 381. LIII.
Ægyptii monachi in Syria celebres, 370. LXXXIII.
Ægyptii monachi persecutione dire vexati ab Arianis, 372. LXXXV.
Ægyptiorum Deorum abominationes detectæ a Georgio, 360. CLXIII.
Ægyptiorum fana & idola a Graccho Præfecto Romæ dejecta, 383. V.
Ægypti Gentiles Orgia celebrantes, 362. CLX.
Ægyptii Gentiles ob sacra Mithræ in Christianos sæviunt, 362. CLXIII.
Ægyptii Gentiles ab Apollonio conversi ad fidem, 362. CLX.
Ægyptii Ethnici quid in Georgium Arianorum Episcopum, 362. CLXII.
Æmilianus martyr in Thracia sub Juliano, 362. LXXX. Fregit idola, *ibid.*
Ætius cum Eudoxio vitam agit, eademque docet, 360. XXXIV.
Ætiani dicti Eudoxiani, *ibid.*
Ætius hæresiarcha restituitur, & honoratur a Juliano, 362. XV.
Ætius monachus in Syria, 373. XIV.
Africanæ Ecclesiæ status sub Juliano, 362. CCLXI.

Afri-

Africana Ecclesia a Donatistis Firmique tyrannide vexatur, 373. XXXIV.
Africana Ecclesia dejecta erigitur per decrata Romani Concilii, 386. III.
Africanæ virgines sacræ mitrellis caput ornabant, 362. CCLXXII.
Agapes in nataliciis Martyrum sublatæ ab Ambrosio, 377. XIV.
Agapes ab Ambrosio prohibitæ in ecclesia fieri, 384. XXXV.
Agapetus monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Agapetus cum Herennio legatus ad Concilium Alexandrinum, 362. CLXXX.
Agelius Novatianus mulctatur exilio, 366. XXI.
Agelius Episcopus Novatianus moritur, 384. XLIII.
Aginatius Vicarius Romæ, 369. III.
Agilon judex in causa aulicorum Constantii, 361. IX.
Alaphion apud Gazam ab Hilarione curatus fit Christianus, 362. CXLIV.
Albina mater S. Marcellæ, 375. VII.
Albina S. Marcellæ mater discendi cupidissima, 382. XXXVIII.
Albina matris S. Marcellæ transitus, 386. XLV.
Albinus Pontifex idololatriæ ad Christum conversus, 382. XL.
Alemanni a Gratiano in Gallia superantur, 378. XXI.
Alemanni victi a Gratiano, 370. VI.
Aletius maritus Ruffinæ, & gener S. Paulæ, 382. XL. XLIV.
Alexander sævus judex Præfectus Antiochenis, 363. XXIX.
Alexandriæ succenset Julianus, quod Christiana esset, 362. CCXLIV.
Alexandriæ laudes, 362. CCXLV.
Alexandrina Ecclesia dire vexata a Georgio post Synodum Antiochenam, 360. LVIII.
Alexandrina Ecclesia persecutionem patitur sub Juliano, 362. CCXLVII.
Alexandrina Ecclesia quid a Valente perpessa, 372. LXXI.
Alexandrina Ecclesia quæ passa sub Lucio, 362. LXIX.
Alexandrinæ Ecclesiæ Timotheus præficitur, 380. XVI.
Alexandrinæ Ecclesiæ post obitum Athanasii calamitates, 362. LXX.
Alexandrinæ Ecclesiæ Ariani Lucium præficiunt, 362. LXIX.
Alexandrinæ basilicæ conflagratio, 362. CCXLVII. 363. VI.
Alexandrinum Concilium sub Athanasio, 362. CLXXVI. Ejusdem auctor Liberius Papa creditur, 362. CCVI.
Alexandrini Concilii canon de recipiendis lapsis Episcopis, 362. CLXXXIII. Transactio inter duos Episcopos unius Ecclesiæ, *ibid.*
Alexandrini Concilii Synodalis epistola, 362. CXCIII.
Alexandrina Synodus confirmata a Romano Pont. 362. CCVIII.
Alexandrina Synodus sub Joviano Imperatore, 363. CXXXII.
Alexandrina sedes prima post Romanam, 382. XIX.
Alexandrini discerpunt & comburunt Georgium Episcopum Arianum, 362. CLXIV.
Alexandrini arguuntur a Juliano ob relictos deos patrios, 372. CLXVI.
Alexandrini invidiam patiuntur a Juliano ob Athanasium, 362. CCXLIV.
Alexandrini in periculum adducti ob maris excrescentiam, 365. XXXVIII. Festum diem statuunt pro liberatione, 365. XXXIX.
Alexandrini Catholici quam gravia passi, ex litteris Basilii potest intelligi, 372. C.
Alexandrini Catholici quam male habiti, 372. LXXIX. Heliopolim in Palæstinam amandati, *ibid.* Vetiti lugere cladem, 372. LXXXI.
Alexandrini pueri Catholici quanta passi, *ibid.* *& seq.*
Alexandrini Episcopi dignitas & jurisdictio, 381. LIII.
Alexandrini Episcopi solemne erat quotannis universis Fidelibus Paschatis tempus significare, 380. XVII.
Alexandrini Episcopi etiam Ariani scribebant Paschales epistolas, *ibid.*
Alexandrinorum Catholicorum egregia confessio, 372. LXXVIII.
Alexandrinus populus quam studiosus Athanasii, 362. CLXXIII.
Alipius Augustini familiaris, 384. XXXIV.
Alleluja vocis usus Rom. 384. XXVIII. In funera defunctorum cani solita, 384. XXIX. Ejus usus Hierosolymis, 384. XXVIII.
Alleluja quomodo ab Ecclesia Hierosolymorum Romana accepisse dicatur tempore Damasi, *ibid.*
Alleluja in ore balbutientium infantium, 382. XLI.
Almachius Præfectus expurgat templum Matris deorum, 362. LXXVII. Quid in eum Christi Martyres, *ibid.*
Altare in domibus privatis ad Missæ sacrificium, 377. XVII.
Altaria a Donatistis rasa, vel perfracta, & amota, 362. CCLXIX.
Altare sedes corporis Christi, 362. CLXX.
Ambitio quam misere homines agitet, 385. I.
Ambrosius accipit a Probo provincias administrandas, 369. XXXVII.
Ambrosius cui a Probo jussus agere ut Episcopus, *ibid.*
Ambrosii primordia, 369. XXXIX.
Ambrosii integritas, *ibid.*
Ambrosii natalis tempus, *ibid.*
Ambrosii parentes & educatio, 365. XXXVII.
Ambrosius Insubriæ, Liguriæ & Æmiliæ Præfectus eligitur, *ibid.*
Ambrosio Episcopatum Probus Præfectus imprudens prænunciat, *ibid.*
Ambrosii ætas cum Præfectus Mediolani electus est, 369. XXXIX.
Ambrosii epistola ad Vercellenses quando scripta, 371. CXVI.
Ambrosii studium in declinando Episcopatu, 374. VI.
Ambrosius adhuc cathecumenus eligitur, Episcopus, 374. VII.
Ambrosii electio, 374. III. Quo modo divinitus facta, 374. VI.
Ambrosius fugit Episcopatum, *ibid.* Ejus latebræ, 374. VII.
Ambrosius tandem acquiescit, 374. VIII.
Ambrosius ordinatus bonis sese spoliavit, 374. IX.
Ambrosius ordinatus libere arguit magistratus apud Imperatorem, 374. X.
Ambrosii electionis tempus, 374. IX.
Ambrosius quid cum Valentiniano Imper. 374. X.
Ambrosius litteras a S. Basilio accepit, 375. XVIII. Ejusdem Ambrosii cum Basilio necessitudo, 375. XX.
Ambrosii electio ab omnibus Episcopis probata, 375. XXI.
Ambrosius quærit a Damaso Simplicianum, 375. XXII.
Ambrosio Simplicianus a Damaso mittitur, *ibid.*
Ambrosii vitæ institutio, 375. XXIII. Bonorum curam fratri delegavit, *ibid.* Assiduus in sacrificiis, in concionando, in litteris compescendo, 375. XXIV.
Ambrosii cubiculi ostium nullo oppansum velo, patens omnibus, *ibid.*

Ambrosii jejunia, *ibid.*
Ambrosius quotidie celebrare consuevit, *ibid.*
Ambrosii labores in obeundis muneribus Episcopatus, *ibid.*
Ambrosii in sæcularibus negotiis sedulitas, *ibid.*
Ambrosius & pauperes & nobiles viros ad convivium excipere solebat, *ibid.*
Ambrosius ad convivium accedere non consuevit, *ibid.*
Ambrosius militiam culquam suadere abstinuit, *ib.*
Ambrosius indulget pœnitentibus, 371. XXV.
Ambrosii insignis humilitas & modestia, *ibid.*
Ambrosius in pace Ecclesiæ scribere commentarios aggressus, 377. IX.
Ambrosius scribit in S. Lucam, *ibid.*
Ambrosius scribit de Virginitate, 377. X. Quam cito ex discipulo factus sit doctor, *ibid.* Ad eum e remotis provinciis virgines veniebant sacrandæ, *ibid.*
Ambrosius vix Christianus de rebus Ecclesiæ scribit, 377. X.
Ambrosius componit clerum, 377. XIII. Scribit libros de officiis, *ibid.*
Ambrosius clericos ex corporis habitu quales assent conjicere solitos, *ibid.*
Ambrosius corrigit pravos usus, superstitionem Kalendarum Januarii, Agapes in natalitiis Martyrum fieri solitas, 377. XIV.
Ambrosius quos ad Ecclesiasticus ordines aligeret, 377. XIII.
Ambrosii Romæ adventus & miraculum, 377. XVII.
Ambrosii in evellenda hæresi & Gentilicia superstitione diligentia, 377. XIV.
Ambrosius Romæ paralyticam sanat, 377. XVII.
Ambrosius de fide scribit ad Gratianum, 378. XVI.
Ambrosios victoriam certam Gratiano prænunciat, 378. XVII.
Ambrosius usus lucubrationibus Basilii, 379. X.
Ambrosii preces victoriæ Gratiani causa, 379. VII.
Ambrosius quid in petulantem Arianam feminam, 380. XVIII.
Ambrosius Sirmii creat Anemmium Episcopum contradicente Justina, *ibid.*
Ambrosius pati cœpit persecutionem Justinæ, 380. XVIII.
Ambrosio Sirmii ab Ariana femina injuria facta divinitus vindicatur, *ibid.*
Ambrosio basilicam aufert Gratianus, quam Ariani petebant, *ibid.*
Ambrosii libri de Spiritu sancto, 379. VIII. 381. XII.
Ambrosius de Incarnatione Domini cur tractaverit, 381. XCVI.
Ambrosius Macedonio ipsum ad Imperatorem non admittenti minatur id quod evenit, 381. CXI.
Ambrosii apud Gratianum auctoritas, *ibid.*
Ambrosius agit contra Priscillianum, 381. CIX.
Ambrosius veniens ad Gratianum excluditur, 381. CXI.
Ambrosius liberat damnatum ad mortem ingrediens per theatrum ad Imperatorem, *ibid.*
Ambrosius venit Romam ad Synodum, 382. II.
Ambrosius Gerontium diaconum illusionibus dæmonum credentem corrigit, 382. XXIII.
Ambrosius admonet Vercellensem Ecclesiam de nova hæresi, 382. XXXI.
Ambrosii adversus Joviniani hæresim epistola, *ibid.*
Ambrosius cohibuit furorem Maximi, & liberavit Italiam, 383. XIV.
Ambrosius in se suosque Deum ulcisci rogavit quod merebantur populi, *ibid.*
Ambrosius privatur Satyro fratre, *ibid.*
Ambrosius fratris mortem dolet, 383. XV. Epitaphium scribit, 383. XVI.
Ambrosius cupidus sepeliri apud Martyres, 383. XVII.
Ambrosius ad Maximum bis legatur, 383. XIX. Effecit ne continuo in Italiam irrueret, *ibid.*
Ambrosium contumeliis afficit Justina, 383. XIX.
Ambrosii legatio ad Maximum, *ibid.*
Ambrosium quando scripsit libros de Fide ad Gratianum, 378. XVI.
Ambrosius argumenta Symmachi pro restituendo cultu deorum refellit, 383. XLIII.
Ambrosius respondet, & confutat Symmachum pro idolorum cultu agentem, *ibid.* Vicit Symmachum, 384. IX.
Ambrosius acriter agit cum Valentiniano, ne Symmacho petita concederet, *ibid.* Vincit, 384. X.
Ambrosius Symmachi libello respondet, 384. XI.
Ambrosius erga Augustinum propensior, 384. XXXIII.
Ambrosius corrigit morem epulas faciendi ad Memorias Martyrum, 384. XXXV.
Ambrosius de jejunio Sabbati, quid responderit, *ibid.*
Ambrosius dicendi genus quale, 384. XXXIII.
Ambrosius contra Academicos scripsit, 384. XXXVI.
Ambrosius vexatur a Justina Augusta, 386. VIII.
Ambrosium adeuntem Imperatorem sequitur populus, 386. X.
Ambrosii constantia in resistendo Imperatori, 386. IX.
Ambrosii libellus ad Valentinianum, cum recusat conferre cum Auxentio, 386. XVI.
Ambrosio concionanti Angelus ministrat verba, 386. XXIV.
Ambrosius abstinuit se a communione Ithacii ob causam sanguinis, 386. XXXVII. Et alii Episcopi, 386. XXXIII.
Ambrosius dirissima patitur a Justina, 387. I. Paratur ei exilium, 387. II.
Ambrosium in exilium perducere destinans Euthymius, ipse perducitur, *ibid.*
Ambrosius negat dare basilicas, 387. III.
Ambrosius a populo in basilica custoditur, 387. V. Concionem habet de sua persecutione die Palmarum, 387. XVII. Redarguit Tribunos 387. XXII. & *seq.*
Ambrosii constantia in defendendo basilicam, 387. IV. Et vasa sacra, 387. VII. 387. XVII.
Ambrosius per Tribunos a basilica recedere jubetur, 387. V.
Ambrosius jubetur dare vasa Ecclesiæ, 387. VII. Refistit magna erga Deum fiducia, 387. VIII.
Ambrosio infensum reddere Imperatorem conantur Ariani, 387. X.
Ambrosius quantum confideret eleemosynis, 387. XIV.
Ambrosius Hymnos scribit tempore persecutionis, 387. XV.
Ambrosii epistola ad Marcellinam, 387. XIX.
Ambrosio favent milites contra eum ab Imperatore missi, 387. XXIII. Maximus ejus causam suscipit, 387. XXXII. & *seq.*
Ambrosius periculo basilicæ amittendæ liberatur, & gratias Deo agit, 387. XXVI. Rursus agitatur per notarium, 387. XXVII.
Omnes fluctus sedantur magno Dei miraculo, 387. XXIX.
Ambrosius superat omnes Imperatoris & adversariorum conatus, 387. XXXII. Ejus opera indigent Imperatores, 387. XLIV. & *seq.*
Ambrosius nova querela exagitatur, 387. XXVII.
Ambrosio comminatus Caligonus pœnas dedit, 387. XXX.
Ambrosio dormienti Paulus Apostolus per visum apparuit, 387. XXXI.

Ambrosio pro justitia pugnanti omnia favent, 387. XXXII.
Ambrosio Martyres Gervasius & Protasius revelati, 387. XXXVII.
Ambrosii epistola ad Marcellinam de inventione Martyrum, 387. XXXVIII.
Ambrosii gloria ex certamine, *ibid.*
Ambrosio cedunt vires dæmonum, 387. XLI.
Ambrosio Sicarius immissus, 387. XLIII.
Ambrosium percutere volenti jussu Justinæ brachium obriget, *ibid.*
Ambrosio nocere nec demones possunt, nec auspex, *ibid.*
Ambrosius rogatur a Justina obire legationem ad Maximum, 387. XLIV.
Ambrosius ad Maximum legatur, 387. XLV. Quid profecerit, *ibid.* Abstinet a communicatione Episcoporum, 387. LIII. Ejus prudentia commendatur, *ibid.*
Ambrosii legationes duæ ad Maximum, 387. XLV.
Ambrosii relatio de posteriori sue legatione, 387. XLVII.
Ambrosius expostulat cum Maximo, quod contemptui haberetur, 387. XLVIII.
Ambrosius urget Maximum, 387. LII.
Ambrosius abstinet a communione Episcoporum partis Ithacianæ, 387. LIII.
Ambrosius quo modo excommunicavit Maximum, 387. LIV.
Ambrosii legatio longe prudentior quam Domnini, 387. LVII.
Ambrosii injuriarum causa vindicta divinitus illata, 387. LIX.
Ambrosii ætas exacte dedocta, 387. LXI.
Ambrosius frangit vasa sacra pro redemptione captivorum, 387. LXII.
Ambrosii persecutores ulciscitur Deus per Maximum, 387. LIX.
Ambrosii vita ab Auctore scripta, 374. VIII. Ex Annalium chronologia restituenda, 387. LXI.
Ambrosii studium in redimendis captivis, 387. LXII.
Ambrosius Mediolanenses continet, ne fugiant metu Maximi, 387. LXIII.
Amicitiæ quantum tribuat Nazianzenus, 371. XCVI.
Ammianus Marcellinus erroris arguitur de ultima voluntate Constantii, 361. XVIII.
Ammiani locus restitutus, 363. LXXV.
Ammiani error de electione Joviani refellitur, 363. CXVII.
Ammianus impudenter extorum inspectionem falso tribuit Joviano, 363. CXVIII.
Ammianus historicus in Gratianum parum æquus, 383. XI.
Ammianus monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Ammon monachus ne fieret Episcopus, præcidit sibi auriculam, 385. XXX.
Ampelius Præfectus Urbis Romæ, 372. I.
Amphilochii de Basilio commentarius spurius, 363. LV. In eo refelluntur quæ de Libanio habet, 363. LXXII. & *seq.* Ejusdem censura, 378. X.
Amphilochii nomine vita Basilii spuria & falsa, 369. XLIII. Errores in Episcopatu & in morte ejus, *ibid.*
Amphilochii Iconii Episc. fides laudata lege Theodosii, 382. LXXIV.
Amphilochius Theodosium facto admonuit, 383. XXX.
Amphilochius agit contra Massalianos, 383. XXXVI.
Ampulla chrismatis projecta, sed non fracta, 362. CCLXVII.
Anabaptismus ab Hilario diacono quo tempore restitutus, 362. CCXXIV.
Anastasia dicta ecclesia Novatianorum Constantinopoli, 365. XVI. 378. LVIII.
Anastasianæ balneæ Constantinopolis a quo denominatæ, 366. XXI.
Anastasia ecclesia Gregorii Nazianzeni, 378. LVII.
Anastasia dicata Dei genitrici Mariæ, *ibid.*
Anastasia filia Valentis, 366. XXI
Anathema an & quando & a quibus inferendum, 382. XLIX. De anathemate non inferendo elucidantur loca Chrysostomi, *ibid.* & *seq.*
Anathematismi Romani Concilii adversus hæreses hujus sæculi, 373. XI.
Anathematismi Gregorii Nazianzeni contra Apollinarem, 373. XVI.
Ancyrana Ecclesia quibus hæresibus vexata, 373. XXXIV.
Ancyrani Martyres sub Juliano, 362. LXXII.
Andragathius occisor Gratiani, 383. VII.
Andronicus philosophus magiæ causa a Valente occidi jussus, 370. XCIX.
Anemmius Episcopus Sirmiensis interfuit Concilio Aquilejensi, 381. LXXXIII.
Anemmius Episcopus Sirmiensis venit Romam ad Synodum, 382. III.
Angelos tutelares datos, etiam assertione Gentilium constat, 361. XVII.
Angelus prænuncius ordinationis Joannis Chrysostomi, 386. LIV.
Angelus visus est ministrasse verba Ambrosio, 386. XXIV.
Angelus liberat monachos in carcere positos, 362. CLIX.
Angelus corripit S. Martinum, 386. XXIX.
Anicii Probi præfectura Prætorii, 369. XXXVII. Delegat provincias Ambrosiu, *ibid.*
Animas ejusdem esse substantiæ cum Deo, Priscillianistarum hæresis, 381. CXIV.
Animalia Ezechielis quid mystice, 361. pag. 34.
Animas defunctorum juvari precibus viventium, 378. XIII.
Animas defunctorum levari meritis Martyrum, 382. XVII. *Vide*, Suffragia, Intercessio, Defunctorum animæ.
Annales signo Dei Genitricis decori, 361. pag. 34.
Annalium quartus tomus instar diei unius, *ibid.*
Annonam impedientes perstringuntur a Nazianzeno, 367. XXXIII.
Anomiani hæretici fex Arianorum, 360. LI.
Anthimi & Basilii altercationes, 371. LXXXII.
Anthimus Episcopus Tianensis in Basilium contumeliosus, 372. LXXXII. & *seq.*
Anthimus avarissimus clericorum, 370. CXIX.
Anthimus ob furorem dictus Martius, 371. XC.
Anthimus vindicare sibi satagit Gregorium, 372. XCVII. Ira succensus in Gregorium propensiorem erga Basilium, 371. XCVIII.
Anthimus Gregorium ordinatum Episcopum a Basilio alienare conatur, 372. XCVII.
Anthimus Gregorio infensus, 372. XCVIII.
Anthimus Ecclesiam Sasimorum occupat repugnante Gregorio, 371. XCIX.
Anthropomorphitarum hæresis, 370. CXIV.
Antichristus ab Arianis invectus, 369. XI.
Antichristi instare tempus creditum a Basilio, 372. CI.
Antiochena Synodus in causa Meletii, 360. L. 360. LIV.
Anthiochiæ tres Episcopi eodem tempore, 362. CLXXXI. Et ob eam rem discordiæ Christianorum, 362. CCXIII.
Antiochiæ & Charris, Juliano mortuo, humana cadavera reperiuntur, quorum exta inspicere solebat, 363. LXXI.
Antiochiam Julianus quando proficiscitur, 362. LXXXI. Quæ scelera ibidem commiserit, 362. CLXXXV.
Antiocheni benigne exceperunt Julianum, 362. LXXXI.

Antiocheni derident Julianum, *ibid.* Carpunt barbam illius, 362. LXXXII.
Antiocheni Julianum ob nefarium in Christum & Constantium odium vellicant, 362. LXXXVI.
Antiochenorum in Julianum contumeliæ, 362. LXXXVII.
Antiocheni exagitati stylo Juliani, 361. LXXXIV. & *seq.*
Antiocheni frequentabant spectaculum Majumæ, 363. LXXXIX.
Anthiocheni Martyres sub Juliano, 362. XC. CXXVI. & *seq.* CXXXIII. & *seq.*
Antiocheni genii numisma, 361. CXX.
Antiochenus adolescens filius sacerdotis conversus ad Fidem Christi, 362. CXXIV.
Antiocheni nova arte coguntur vesci cibis profanis, 362. CXXVI.
Antiocheni quæ beneficia a Juliano acceperunt, 362. CXXXVI.
Antiochenis Julianus infensus eos vexat, 362. CXXXIV. Iisdem reconciliatus honores tribuit, 362. CXXXVI.
Antiochenis Julianus beneficia exprobrat, *ibid.*
Antiochenis sævus Judex a Juliano relictus, 363. XXIX.
Antiocheni civis Christiani de morte Juliani Vaticinium, 363. XXXII.
Antiocheni Gentiles quid in Jovianum Imperatorem, 363. CXXIII.
Antiocheni gravia passi ab Arianis, 370. LXVIII.
Antiocheni exclusi ab Ecclesia ab Arianis, in agris agunt conventus, 370. LXIX.
Antiochenum Concilium sub Joviano, 363. CXL. Ejus epistola ad Jovianum, 363. CXLI. Episcoporum subscriptio, 363 CXLII.
Antiochenos dira passos a Valente S. Basilius consolatus est litteris, 370. LXXXV.
Antiochenam Ecclesiam divisam schismate Basilius per Athanasium optat in concordiam restituere, 370. LXXXVIII.
Antiochiæ uno tempore Episcopi quatuor, 371. XII.
Antiocheni licet inter se divisi, uniti tamen adversus Euzoium, 372. LIV.
Antiochenum Concilium post obitum Valentis, 378. XXXV.
Antiocheni Concilii legatio ad Ecclesias Orientis, 378. XLV.
Antiocheno Concilio recta fides stabilitur, 378. XLIV.
Antiochenum schisma, 362. CLXXXI. CCXIII. Ejusdem causæ, 381. XL. Quamdiu duraverit, 381. LI.
Antiocheni cives partis Flaviani inclamabant anathema in Paulinum, 382. LII. & *seq.*
Antiochena in Ecclesia qui Marcionitæ laterent, 386. LIX.
Antiocheni Campitæ dicti, *ibid.*
Antiochenæ Ecclesiæ in quatuor factiones divisio, 372. XLVII.
Antiochenæ Ecclesiæ status tempore Chrysostomi, 386. LVIII.
Antiochena Ecclesia quot pauperes alere solita, *ib.*
Antiochenæ Ecclesiæ discordiæ sub Valente, 370. LXXXVIII. Sine schismate perseverant, 381. XXVII.
Antiochenæ Ecclesiæ dissidia subrogato Meletio Flaviano, 381. XCVII.
Antiochena Sedes testia, 382. XIX.
Antiocheni Episcopi electio tractatur in Synodo Constantinopolitana mortuo Meletio, 381. XLII. Conficitur, 381. LI.
Antiochenæ dissensionis causa tractatur in Synodo Constantinopolitana, 383. XXXII.
Antiquitas retinenda, & novitas explodenda, 363. XCIX.
Antonii Carafæ Cardinalis obitus Ecclesiæ luctuosus, 360. XVI. Ejus scientia & mores, *ibid.* Ejus lucubrationes, *ibid.*
Antonius Carafa Cardinalis de Ecclesiasticis litteris optime meritus, 360. XVII.
Antonius martyr Ancyræ, 362. LXXIII.
Antonii vitæ exemplum duos Agentes in rebus ad vitam solitariam inducit, 385. III.
Antonii Magni vita quam proficua fuerit Augustino, *ibid.*
Anthusa mater Joannis Chrysostomi, 362. CXXXIII. Quam magnæ continentiæ, *ibid.*
Annulum ferreum gestabat S. Macrina, 378. XLVI.
Anisius Acholio sufficitur, 378. XLIII.
Aphraatis monachi res gestæ sub Valente, 370. LXXI. Equum Imperatoris sanat, 370. LXXIV.
Aphraates monachus pugnat pro fide adversus Valentem, 370. LXXI.
Aphraatis miracula edita Antiochiæ, 370. LXXII. & *seq.*
Apollinaris quantæ fuerit existimationis in Ecclesiis, 373. XIV.
Apollinaris errores, 372. X.
Apollinaris Laodicenus poeticis excultus facultatibus, 364. CCXC.
Apollinaris antequam damnaretur haud rejectus a S. Basilio, 371. XLVIII.
Apollinaris receptus in communionem a Sanctissimis viris antequam damnaretur a Damaso, 371. L. Audivit eum Antiochiæ S. Hieronymus, *ibid.* Recepit eum etiam S. Gregorius Nazianzenus, *ibid.* Se excusat Basilius, 372. XLIX. 372. X.
Apollinaris Hieronymum habuit auditorem, 371. L. 372. XLIII.
Apollinaris concinnator novorum Psalmorum, 373. XIX.
Apollinaris historiam sacram usque ad Saul carmine scripsit, 362. CCXC. Item multa alia, 362. CCXCI.
Apollinaris hæresi damnata ab Alexandrina Synodo cur ipse non damnatus, 362. CCV.
Apollinaris ut damnetur Basilius rogat Damasum, 372. X.
Apollinaris in Romana Synodo sub Damaso damnatur, 373. L. 382. XVI. & *seq.* Item Timotheus quidam, 373. VII.
Apollinaris errores de mente Christi, 373. III.
Apollinaris in Antiocheno Concilio damnatus, 378. XLIV.
Apollinarem hæresim dissimulantem palam convincit Flavianus, 378. XXXVII.
Apollinari hæresiarcha damnatur in Romano Concilio, 373. I. VII.
Apollinaris magni nominis in Oriente, 373. XIV. Laudatus primo ab omnibus, ab omnibus pariter est impugnatus, *ibid.* Anathematismi Gregorii Nazianzeni contra Apollinarem, 373. XVI.
Apollinaris hæreses numerantur ex anathematismis Gregorii Nazianzeni, *ibid.* Et ex aliis locis, 373. XIX.
Apollinaris antequam damnaretur vitari non solebat, 371. L. 372. X.
Apollinaris ab Ephrem delusus, 373. XXVII.
Apollinaris liber glutino colligatis chartis nullius usus, *ibid.*
Apollinaris obitus tempus, *ibid.*
Apollinaris scripta, 373. XXVIII.
Apollinaris aliis hæresibus viam aperuit, 373. XVI.
Apollinaristæ se a Romana Ecclesia receptos falso jactabant, 373. XX.
Apollinaristæ Christum hominem Dominicum vocabant, 373. XXIV.
Apollinaristarum primus impugnator Athanasius, 373. XVII.
Apollinaristarum progressus prohibitus, 384. XXXVIII.
Apollinis Daphnitici sacerdos ob incendium templi torquetur, 362. CXII. Idem incendium

dium Christianis adscribit Julianus, 362. CXIII.
Apollinis statuæ descriptio, 362. CXX.
Apollinis sacerdotis filius adolescens ad Christum convertitur, 362. CXXIV.
Apollinem Daphniticum colit Julianus, 362. LXXXVII.
Apollinis idolum cur redditum mutum, 362. XCVI.
Apollinis templum Romæ conflagravit, 363. III.
Apollinis templum in Daphne divinitus incensum, 362. XCIV. Cur non totum combustum, 362. CXV. Julianus illud luget, 362. CXVII.
Apollinis Daphnitici simulacrum quale, 362. CXX.
Apollo Daphniticus Antiochenorum culpa mutus factus, 362. LXXXVII. Ejusdem templi incendium, 362. XCII. Et causa, ibid.
Apollo Daphniticus ob vicinas Reliquias S. Babylæ Martyris obmutuit, ibid.
Apollonius monachus Orgia celebrantes reddit immobiles, 362. CLX.
Apollonius & socii ab Angelo vinculis liberati, 362. CLIX.
Apollonius monachus quid sub Juliano, ibid.
Apologeticus Gregorii Nazianzeni de fuga sua, 366. VIII.
Apostolorum basilicæ dedicatio Constantinopoli, 370. CXXXII.
Apostolorum memoria celebris, 369. LI. Ejus præconia ex Gregorio Nazianzeno, 369. LII. & seq.
Apostasia Ecebolii rhetoris, 362. XIII.
Apostasia Juliani, 361. III. Quando facta, ibid. Et solemni ritu consummata, ibid.
Apostatæ pœna mulctati a Theodosio, 381. LXXIII.
Apostatas intestabiles facit Theodosius, 381. LXXX.
Apostatarum supplicia a Deo illata, 362. CVIII.
Apostrophe in Julianum, 363. LXXVII. & seq.
Apparatus Juliani ad bellum Persicum, 363. XXII.
Appellare Episcopum ad judicium sæculare quantum sit nefas, 381. XC.
Appellans ad Imperatorem Episcopus ab eo rejicitur, & pœna afficitur, 369. XL.
Appellatio ad Imperatorem facta a Priscilliano, 385. XXII.
Apronianus Præfectus Urbis persecutor, 362. CCLV.
Apronianus Romam missus Præfectus, hostis Christianorem, 363. III.
Aproniani præfecturæ, & ejus gesta, 363. IV.
Aquæ Taurinæ locus exilii Flaviani, 362. CCLIII.
Aqua falsa exorcizabant parietes Ecclesiarum Donatistæ, 362. CCLXXVI.
Aquæ omnes a Juliano sacris contaminatæ miraculo exsiccantur, 362. XCVI. 362. CXXVI.
Aquilejensis Ecclesiæ status tempore Hieronymi, 372. XLII. Quid in ea effecerit Valerianus, 381. LXXXII.
Aquilejensis Synodi causa, 380. XIX. 382. LXXXI.
Aquilejense Concilium quando ab Arianis petitum a Gratiano, 380. XIX.
Aquilejensis Ecclesia floret sanctis, 372. XLII.
Aquilejensis clerus nobilis sanctitate, ibid.
Aquilejensis Concilii convocatio, 381. LXXXI. Episcoporum ejusdem catalogus, 381. LXXXII. Ejusdem Acta, 381. LXXXV. Epistola ad Imperatores, 382. XCII.
Aquitania a Priscilliano polluitur, 381. CIX.
Ara Victoriæ a Valentiniano Romanis concessa, 371. CXXX.
Aram Victoriæ restitui petiit Symmachus, 384. VII.
Ara Victoriæ quando sublata a Capitolio, 362. CCXLIX.
Aram Victoriæ restituendam petit Senatus nomine Symmachus, 384. VII.
Ara Victoriæ ubi Romæ, ibid.
Arbetio judex in causa aulicorum Constantii, 361. IX.
Arcadio præceptorem Christianum Theodosius quærit, 383. XXII. Arsenium diaconum a Damaso missum obtinet, ibid.
Arcadius appellatus Augustus, ibid.
Arcadii ætas, ibid.
Arcadium coram magistro sedentem stare sine insignibus cogit Theodosius, 383. XXII.
Arcadii & Bautonis Consulatus, 385. I.
Archiva Romana jacturam passa, 381. XXXI.
Areopolis terræmotu prostrata, 365. XLI.
Arethusii Syriæ quid in Christianos, 362. CXLIX. Quid in Marcum, 362. CLI.
Ariani Macedonianis conjuncti, 360. XXX.
Arianis Donatistæ conjuncti, 360. XXXI.
Arianorum hæresis quot hæreses progenuit, 360. XLIII.
Ariana hæresis potentia Imperatoria prævalet, 366. XI.
Ariana hæresis diversis capitibus sibilans, 378. XXXIII.
Arianorum diversæ sectæ, ibid.
Arianorum conciliabulum adversus Semiarianos, 366. XXVI.
Arianorum in Gregorium Nazianzenum contumeliæ, 378. LIX.
Arianorum mos fuit partes suas sæcularibus viribus defendere, 369. IX.
Arianorum & Catholicorum differentia in Ecclesia propaganda, ibid.
Arianorum fallaciæ & errores, 369. XII.
Ariani Concilium generale petunt, 380. XIX.
Ariani extra urbem conventus agunt, 381. IX.
Ariana hæresis paucos Occidentis Episcopos labefecit, 371. CXXI.
Ariani enecant baptismate filium Valentis Imperatoris, 370. XLVIII. LI.
Ariani vexant Antiochenos, 370. LXVIII.
Ariani favore Justinæ tumultuari cœperunt, 380. XVIII. Agunt apud Gratianum de cogendo Concilio, 380. XIX.
Ariani detrahunt Hymnis sacris ab Ambrosio scriptis, 387. XV.
Arianæ hæresis rivuli, 378. XXXIII.
Ariani lege Gratiani perstricti, 378. XXXIV.
Ariani Macedonianos exagitant sub Valente, 366. XXII.
Arianos perstringit Nazianzenus, 366. XIII.
Ariani non solum Catholicos, sed hæreticos etiam secum non sentientes sub Valente infectantur, 366. XX.
Ariani commovent Gentiles in Athanasium, 362. CCXXXIX.
Ariani Athanasio infensum reddere Jovianum conantur, 363. CXLIII. Eorum criminationibus quid responderit Jovianus, 363. CXLIV.
Ariani insolentius agunt Constantinopoli, 380. VI.
Arianorum blasphemiæ, 371. XXVII.
Ariani Theodosium baptizare affectant, 379. XIV.
Ariani Edessæ a Juliano exagitati, 362. XIV.
Ariani Concilium agunt in Galatia, 370. XIII.
Ariani vexant Nicopolitanam Ecclesiam, 370. XX.
Ariani procaces non valent edicto Imperatoria cohiberi, 379. XIV. Quanta in Gregorium Nazianzenum, ibid. & seq.
Ariani & alii hæretici lege Theodosii cohibiti, 381. VIII.
Ariani studuere obscurare miracula sanctorum Martyrum, 387. XXXIX.

Ariani negant, & dæmones confitentur, 387. XXXIX. & *seq.*
Ariani Episcopi cum torque incedere soliti, 381. XCIII.
Ariani familiares Justinæ provocant Ambrosium ad disputationem, illudunt ei, sed ipsi male periere, 381. XCV. & *seq.*
Arianorum obstinatio in Sanctorum negandis miraculis perstringitur, 387. XL. Eorum detegitur malitia, *ibid.* & 387. XLIII.
Ariani miracula comprobantem hominem a dæmone obsessum mergunt in piscinam, 387. XLI.
Arianis duobus Ambrosium ludentibus quid acciderit, 381. XCVI.
Arianorum effrenata audacia, & furor contra Catholicos, 380. VI.
Ariani ecclesiis pelluntur a Theodosio, 380. X. Urbe egrediuntur, *ibid.*
Arianorum dolor ob templum Gregorio datum a Theodosio, 380. XIII.
Arianorum sub Juliano in Athanasium persecutio, 362. CCXXXIX. Idem edicto Juliani solum mutat, 362. CCXL.
Arianorum ritus glorificandi Patrem & Filium, 371. LXXI.
Arianorum erroris confutatio, 370. XXXI. & *seq.*
Arianorum crudelitas in Catholicos, 370. XXXIII.
Arianorum persecutio adversus Ægypti monachos, 371. LXXXV.
Ariani favore Imperatorum hæresim propagarunt, 369. IX.
Arianorum persecutio qualis, 369. X.
Ariani Antichristum invexerunt, *ibid.*
Arianos idololatris simillimos fuisse, 385. XXXVIII.
Arianis conveniendi facultatem facit Valentinianus, 386. IV.
Ariani post obitum Athanasii grassantur in Ecclesiam Alexandrinam, 372. LXVII. & *seq.*
Arianæ hæresis in Ecclesia Mediolanensi progressus ante Ambrosii ordinationem, 371. XXV.
Arianus quidam ad fidem rectam convertitur miraculo viso, 386. XXIV.
Arianorum Synodus in Galatia, 370. XVI.
Ariani quid commiserint in Ecclesia Constantinopolitana post Eudoxii obitum, 370. XXVI. Sub Valente, 370. XXX. & *seq.*
Ariani ab Oriente pulsi, in Occidentem ad Justinam veniunt, 386. XI.
Ariani dant pœnas impietatis, 361. X.
Ariana femina quid in Ambrosium ausa, 380. XVIII. A Deo punita, *ibid.*
Ariani Episcopi recantant palinodiam sub Joviano in Concilio Antiocheno, 363. CXLII.
Arianus homo captus relaxatur, 387. XXI.
Ariani lege Valentiniani, immo Justinæ, permissi libere agere, 386. IV.
Ariani a Juliano restituti, 361. XV.
Ariani hominis conversio, 386. XXIV.
Ariani lapidant Gregorium Nazianzenum, trahunt ad tribunal, 378. LIX.
Arianorum persecutio acerbissima in Oriente, 371. XXIII.
Arianorum blasphemiæ, 371. XXVII.
Ariani persequuntur Novatianos & Macedonianos, 366. XX.
Ariani Antiochiæ summa rerum potiebantur sub Juliano, 362. CVII.
Ariani cupiunt videri Catholici, 363. CXLII.
Ariani Episcopi profitentes fidem Catholicam permissi agere in suis Ecclesiis, 363. CXLIII.
Ariani quid Constantinopoli in Catholicos sub Demophilo, 370. XXV.
Arianorum scelera in sacras virgines & alios, 370. XXX. Eorumdem sævitia, 370. XXXIII.
Ario & Eunomio Anathema dicitur in Synodo Damasi, 373. XI.
Arius major familiaris Augusti, 362. CCXLV.
Arius Juliano carus, *ibid.*
Arianzum rus Gregorii Nazianzeni, 362. LXVIII.
Ariminensis Concilii res gestæ, 365. XIII.
Ariminensis prava confessio lege Justinæ concessa, 386. VIII.
Arintheus dux Catholicus præsto est Catholicis, 370. XXII.
Arintheus dux exercitus Valentis, 370. LXVII.
Arintheus Consul Christianus Catholicus, 372. I. Laudatus a S. Basilio, *ibid.*
Aristæneta clarissima femina & pia quid apud Hilarionem, 362. XI.
Armeniæ Ecclesias Basilius visitat, 372. XXXIV.
Armenius Priscillianista occisus a Maximo, 385. XXIV.
Armorici sedibus pelluntur a Maximo, 383. III. Eorum regio Britannis data, *ibid.*
Arsaces Rex Armeniæ captus a Sapore, & male habitus, 370. LXVII.
Arsaces Rex Armeniæ Christianus a Juliano despicitur, 363. XXVI.
Arsacius Pontifex idolorum in Galatia, 362. CCCVI. Ad eum Juliani epistola *ibid.*
Arsenius diaconus Romanæ Ecclesiæ missus a Damaso ad Theodosium, magister datur Arcadio, 383. XXII. Stans docebat Arcadium, *ibid.* Eam ob causam a Theodosio reprehensus, *ibid.*
Arsenius recedens ab Arcadio petiit eremum, 383. XXIII.
Arsenii vita emendatur, *ibid.*
Arsenii laudes, 385. IX.
Artabius Præfectus, 361. XVIII.
Artemisiæ uxoris Theodori viri clarissimi calamitas, 370. XCVIII.
Artemius Martyr Antiochiæ, 362. XC.
Artemius miles sub Constantino & dux Augustalis sub Constantio, *ibid.*
Artotyritarum hæresis, 375. XXXIV.
Aruspices adulantur Juliano, 363. XXXIII.
Aruspices admonent Julianum, 363. XLI. XLVIII.
Aruspicina a Valentiniano concessa sine magia, 371. CXXIX.
Aruspices frequentat Julianus, 362. XVII.
Ascalonitæ Gentiles sæviunt in Christianos, 362. CXLIV.
Ascalone incensæ Ecclesiæ a Judæis sub Juliano, 363. VI.
Asclepiades philosophus creditus causa incendii Daphnitici templi, 362. XCV.
Ascodrogitarum hæresis, 373. XXXIV.
Ascodroborum hæresis, *ibid.*
Asella virgo sanctissima, 384. II.
Asterias magnus Orthodoxus, 370. LXXVI.
Asterius cum Eusebio Legatus ex Synodo Alexandrina, 362. CXCIII.
Asterii sophistæ Episcopi Ariani interitus, 370. LXXXI. Ejus scripta *ibid.*
Athanaricus bellum gerit adversus Phritigernem, 370. CVIII.
Athanaricus Gentilis idololatra statuam adorandam super carrum collocat, 370. CXII.
Athanaricus Rex Gothorum persequitur Christianos, 370. CV. CXI.
Athanaricus victus virtute Crucis, 370. CXVI.
Athanaricus Rex Gothorum pacem componit cum Valente, 370. LXVII.
Athanaricus Rex Gothorum quando obiit, 381. X. Funus ejus, *ibid.*
Athanasius adversus impugnatores divinitatis Spiritus Sancti primus insurrexit, 360. XXIII. Modestia ejusdem Serapioni scripta sua corrigenda tribuentis, 360. XXIX. Curat deliria quorumdam Monachorum, 361. XLI. E latebris scribit contra Arianos, 361. LVIII.
Athanasii reditus Alexandriam, 362. CLXXI.

Athanasius rediens magna pompa suscipitur, *ibid.*
Athanasius Episcopus Alexandrinus a Juliano liberatus, 361. XIII.
Athanasius cum rediit Alexandriam, Concilium convocat, 362. CLXXVI.
Athanasius dissensiones Catholicorum de substantia & hypostasi conciliat, 362. CLXXXIX.
Athanasii probatio fidei ad Liberium Papam, 362. CCVIII.
Athanasium Ariani Alexandria discedere cogunt sub Juliano, 362. CCXXXIX. *& seq.*
Athanasius Alexandriæ contra Arianos Concilium convocat, 362. CLXXVI. Ejusdem Synodalis epistola, 362. CXCIII.
Athanasii ad Liberium epistola, 362. CCVIII.
Athanasii epistola ad Ruffinianum, 362. CCIX.
Athanasius rursus persecutionem patitur ab Arianis, 362. CCXXXIX.
Athanasius recedit Alexandria, 362. CCXL.
Athanasius fuga lapsus eludit quærentes se, 362. CCXLIII.
Athanasius vaticinatus de proximo obitu Juliani, *ibid.*
Athanasius quid passus a Juliano, 362. CCXLVI.
Athanasius persecutione gloriosior, 362. CCXLVIII.
Athanasius clam Alexandriam redit, 362. CCXLIII. Pro rectæ fidei defensione laborat, 363. CXXXI.
Athanasius a Joviano restituitur, 363. CXXX.
Athanasius percarus Joviano, *ibid.*
Athanasius scribit ad Jovianum libellum fidei, 363. CXXXII.
Athanasii epistola sive libellus fidei ad Jovianum 363. CXXXIII. Emendatur in exordio, 363. CXXXVI.
Athanasius creato Joviano Synodum Alexandriæ convocat, 363. CXXXII. Et fidei confessionem ad Imperatorem mittit, *ibid.*
Athanasius ab Euzoio & Lucio Arianis Episcopis exagitatus, 363. CXLV.
Athanasius vocatus ab Imperatore venit Antiochiam, 363. CXLVI.
Athanasium Ariani Imperatori criminantur, *ibid.*
Athanasius defenditur a populo contra Valentem, 370. III.
Athanasius fuga evasit persecutionem Valentis, 370. IV.
Athanasius agit apud Damasum de damnatione Auxentii, 369. XXXV.
Athanasium ad suam Ecclesiam redire jubet Valens, 370. V.
Athanasius mire ab Arianis metuebatur. *ibid.*
Athanasius defenditur a populo, ne expellatur Alexandria, 370. III.
Athanasius latebras captat, 370. IV.
Athanasius ad suam Ecclesiam redire jubetur, 370. V. Cur non sicut alii caulavit, 370. VI.
Athanasius excommunicat Præfectum Libyæ, 370. XCI.
Athanasii & Basilii labores pro Ecclesia, 371. VII.
Athanasius mittit Petrum Alexandrinum ad conciliandam Alexandrinam Ecclesiam, 372. VIII. *& seq.*
Athanasius Basilii opera utitur in rebus magni momenti, 371. XXXIII.
Athanasii officia erga Basilium, 371. XXXII.
Athanasius scribit ad Basilium de lapsis recipiendis, *ibid.*
Athanasius cur adversus Basilium commotus, 371. LI.
Athanasius grate suscipit Melaniam, donat ei pellem ovinam, 372. XXXIV.
Athanasius impugnavit Apollinaristas, 373. XVII.
Athanasii scripta, 372. LXVI. Magna aviditate quærenda, *ibid.*
Athanasii librum Apollinaristæ corruperunt, 373. XXII.
Athanasius agit causam pro Paulino apud Damasum, 372. L.
Athanasius frumenti deportationem impedisse accusatur, 379. XXVI.
Athanasii obitus, 372. LXIII. Ejus laudes & scripta, 372. LXIV. *& seq.*
Athanasio Petrus in Ecclesia succedit, 372. LXVII.
Athanasius Episcopus Ancyræ interfuit Concilio Antiocheno sub Joviano, 363. CXLII.
Athanasius Ancyranus qualis, 371. LII. Ejus laudes a Basilio prædicatæ, *ibid.*
Athanasius Episc. Ancyræ interfuit Concilio Tyanensi, 365. XXVIII.
Athanasii Ancyrani laudes, 371. LII.
Attalus presbyter hæreticus, 381. XCIII.
Attalus Arianus damnatur in Concilio Aquilejensi, 381. XCI.
Attice loqui vetiti Christiani a Juliano, 362. CCXCIV.
Avaritia clericorum cohibita lege Valentiniani, 370. CXVII.
Audæus hæresiarcha, 370. CXIV. Ejus errores, *ibid.*
Audiani hæretici in Gothia, *ibid.*
Avennius Episc. Sirmiensis creatur ab Ambrosio, 380. XVIII.
Auguriis vacare vetitum. 382. XX.
Augustinus impugnat Ticonium, 368. XXIV.
Augustinus Romæ quid de Romanis scholis & Carthaginensibus, 370. CXXX.
Augustinus cur Romæ studiis operam dederit, *ibid.*
Augustini natalis dies, 377. VII. Patris obitus, *ibid.*
Augustini educatio, & a pietate discessio in Manichæos, *ibid.* De ejus futura conversione præcedens visio, 377. VIII.
Augustinus Manichæorum auditor, 377. VII. Eorum dolis Carthagine seductus, *ibid.*
Augustini conversio in somnis matri significatur, 377. VIII.
Augustini conversionis Signa divinitus data, *ibid.*
Augustini conversio matris lachrymis adscripta quodammodo, 377. VII.
Augustinus Romæ licet apud Manichæos, haud Manichæus, 383. XL.
Augustinus in quibus minor Hieronymo, 382. XXV.
Augustinus desperat de Manichæis, 383. XL.
Augustinus Carthagine docens quæ passus, *ibid.*
Augustini Romam adventus, *ibid.*
Augustinus Manichæorum imperitiam agnoscit, *ibid.*
Augustini Romam veniendi consilium, *ibid.*
Augustinus Carthag. discedit matrem fallens, *ibid.*
Augustinus Romæ apud Manichæum divertitur, *ibid.* Cum Manichæis versatur, *ibid.*
Augustini falso adscripti sermones ad fratres in eremo quales, 382. XXVI.
Augustinus in Helpidii scriptis nonnihil proficit, 383. XL.
Augustinus Romæ rhetoricam docet, *ibid.*
Augustinus Mediolanum proficiscitur, 384. XXXII. Ejus profectionis causa, *ibid.*
Augustinus ab Ambrosio suscipitur, 384. XXXIII.
Augustinus Ambrosium audit libenter, *ibid.*
Augustinus Manichæis renunciat, ut Academicis adhæreat, 384. XXXIV.
Augustinus ex concubina filium habuit, *ibid.*
Augustini ætas, 384. XXXVI. 385. IV.
Augustini resipiscentia ab erroribus, 384. XXXVI.
Augustinus orat coram Valentiniano, 383. I.
Augustinus scholam deserit, 385. III. Libros contra Academicos de Ordine, de Vita beata, & Soliloquia scribit, item de Immortalitate animæ, & de Disciplinis, *ibid.*
Augustinus panegyricum dixit ineunte Consulatum Bautone, 385. I.
Augustini status cum Mediolani erat, *ibid.*
Augustinus cupiditatum fluctibus jactatus, *ibid.*
Augustinus disputat de finibus bonorum & malorum, 385. II.
Augustinum Platoni nimium tribuisse pœnituit, *ibid.*
Augustinus Simplicianum adit, *ibid.* Vitam Antonii a Potitiano discit, 385. III.
Augustinus ad fidei veritatem animum applicat, 384. XXXVI.

Augustini conversio, 385. III. Tempus conversionis, 385. IV.
Augustinus quando Mediolanum reversus post conversionem, *ibid.*
Augustinus secedit in villam, 385. III. Quæ ibi scripsit, *ibid.*
Avitus monachus in Syris celebris, 370. LXXXIII.
Aulici Constantii quæ passi a Juliano, 361. VIII.
Aulici Juliani Christiani persecutionem passi, 362. XXIV.
Aurelius Episcopus communicans schismaticis Romæ punitus, 371. CXXIII.
Aurelii Episcopi Carthaginensis litteræ commenticiæ, 374. XI.
Aurelius quando factus est Episcopus Carthaginensis, *ibid.*
Auriga Christianus adit S. Hilarionem, 362. CXLIII.
Ausonii Galli Consulatus, 379. L.
Ausonius Gallus sunt sui Consulatus bona, prædixit, 370. II.
Auxentius Mediolani exagitatur ab Hilario, 369. VI. Ejus artes fallaces, *ibid.*
Auxentius sedet Mediolani favente Valentiniano Imp. 369. XII.
Auxentius, licet Arianus, negat Arium, ut videatur Catholicus, 360. XIV.
Auxentii libellus fidei dolosus, 369. XV.
Auxentii fallaciæ ab Hilario detectæ, 369. XVII.
Auxentius decipit populum Mediolanensem & Imperatorem, 360. XVIII.
Auxentius quid in S. Hilarium, 369. XIII. *& seq.*
Auxentius lætus de victoria insultat in Catholicos Episcopos, 369. XXVI.
Auxentius exagitat Eusebium Vercellensem, *ibid.*
Auxentius exagitat Philastrium Episcopum Brixianum, *ibid.*
Auxentius ab Evagrio exagitatus, 369. XXVI.
Auxentius a Concilio Romano damnatur, 369. XXVIII.
Auxentius in diversis Conciliis sæpe damnatus, 369. XXXIII.
Auxentius cur sero damnatus, 360. XXXVI.
Auxentius numquam expelli valuit ab Ecclesia Mediolanensi, sed sedit usque ad mortem, *ibid.*
Auxentii obitus, 375. I.
Auxentii duo, senior & junior, 386. XII.
Auxentius junior cur nomen mutarit, 386. XIII.
Auxentius ad publicam disputationem provocat Ambrosium, 380. XV.
Auxentius delegit judices laicos, *ibid.* Eosdemque Gentiles, 386 XXIII.
Auxentius armatur in Ambrosium, 387. III.
Auxentius omnia movet in Ambrosium, *ibid.*

B

BAbylæ religuias Julianus asportari jubet, 362. CI. Earumdem celebris translatio, 365. CII.
Babylæ reliquiæ mutum reddunt idolum loquax, 363. XCII. XCVI.
Babylonius equus Juliani interiit, 363. XXXIII.
Balio comes occisus a Maximo, 383. XII.
Balneæ Anastasianæ, 366. XXI.
Baptismalis fons in Vaticano, 384. XXIV.
Baptismi antiquos ritus sustulit Eunomius, 360. XL.
Baptismi virtus, 381. LXXVIII.
Baptismi virtutem Massaliani negabant, 383. XXXVIII.
Baptismi dilatio usque ad provectam ætatem reprehensa, 377. XIV.
Baptismo Arianorum necatus filius Valentis Imperatoris, 370. XLVII.
Baptismus Valentis Imper. per Eudoxium Arianum, 366. IV.
Baptizare mortuos, hæresis Marcionitarum, 386. LXI.
Baptizari pro mortuis quid, 386. LXII.
Barbam Juliani carpunt Antiocheni, 362. LXXXII.
Barbam laudat Julianus, *ibid.*
Barba Juliani, 362. LXXXIII.
Barbari undique concurrunt in cladem Imperii Romani, 364. IX.
Barbari Crucis virtute depressi, 364. X.
Barbari ad fidem perducti, 372. CV.
Barbari Moguntiam invadunt, 368. V.
Barbari in Oriente grassati sub Valente, 376. VII.
Barbari insurgunt & prævalent, cum fides Catholica violatur, 378. XVIII. 378. XXIII. 379. XII.
Barbari sponte se subjiciunt Theodosio, 381. X.
Barbarorum egressus, & conflictatio adversus alios barbaros, 370. VII.
Barsæ Episcopi Edesseni exilium & Sanctitas, 372. CX. Suffectus Lupus, 372. CX.
Basilica Apostolorum Constantinopolis quando consecrata, 370. CXXXII.
Basilicæ diversæ a templis, illæ permissæ Gentilibus, hæc vetita, 381. LXVII.
Basilica S. Pauli a Valentiniano construitur, 386. XXXIX. De hac Prudentii aliquot versus, 386. XLI.
Basilica Sicinini, 367. VII.
Basilius oppugnat Eunomium, 360. XXXVI. Auctor Monachorum cœnobitarum in Ponto & Cappadocia, 361. LI. Regulæ monachorum ab ipso, non ab Eustathio elaboratæ, 361. LII.
Basilius Ancyræ Martyr, 362. LXXII.
Basilii Ancyrani duo, 362. LXXIII.
Basilius Cæsariensis a Juliano accersitus, 362. VI. In fidei defensione acriter ei resistit, 362. VII.
Basilii ad Julianum epistolæ fragmentum, *ibid.*
Basilii fidei assertio per epistolam ad Julianum, *ibid.*
Basilii Monachi se ab eremo alienant, 362. LIV.
Basilii vitæ institutio, *ibid.*
Basilii peregrinatio, 362. LV.
Basilius initiatur presbyteratu, 362. LVI.
Basilius quæ passus ab Eusebio Episcopo Cæsareæ, 362. LVII.
Basilius & Gregorius proficiscuntur in eremum, 362. LIX. Secessionis causa, 362 LXIII.
Basilii vitæ monasticæ institutio, 362. LXI.
Basilii fuga in Pontum, *ibid.*
Basilii de vita sua epistola, *ibid.* Quid ibi de vitæ monasticæ ineundæ ratione, *ibid.*
Basilius in eremo accepit litteras a Libanio, 362. LXIII.
Basilius Gregorium vocat ab eremo Pontica, 362. LXX.
Basilii cum Gregorio joci falsi, 362. LXIX.
Basilii & Gregorii locus eremi, 363. LXXXII. LXXXVII.
Basilii & Gregorii profectionis in eremum tempus, 362. LXXII.
Basilio Magno adscribitur interitus Juliani, 363. LV. Ejusdem visio de Juliani interitu, *ibid.*
Basilii cum Libanio congressus omnino falso asseritur, 363. LXXIV.
Basilius cum Gregorio destinatus ad necem a Juliano, 363. LXXX.
Basilius seorsum a Gregorio degit in eremo, 363. LXXXV.
Basilii & Gregorii in eremo vitæ ratio, 363. LXXXIV. *& seq.* Mutuus amor, *ibid.*
Basilio ægrotanti Gregorius explicat Psalmos, 363. LXXXIX.
Basilii ad Deum exclamatio de ejus in nos beneficiis, 363. XC.
Basilii & Gregorii in eremo distincta officia, 363. XCI.
Basilius quanti fecerit Gregorium, 363. XCII.
Basilius a Libanio laudatus, & in magno honore habitus, 363. XCIII.

Ba-

Basilii ad Libanium epistola, 363. XCV.
Basilius discipulus olim Libanii, *ibid.*
Basilius Libanium observat, *ibid.*
Basilii eloquentia excellens, 363. XCVIII. C.
Basilius quæ passus sit a Neocæsariensibus, 363. CI.
Basilii Apologia adversus calumnias Neocæsariensium, & Sabellianorum, 363. CII.
Basilius calumniam patitur ob collectos monachos, 363. CIII.
Basilius accusatur ambitur Episcopatur, 363. CV.
Basilius collegit monachos, 363. CVI.
Basilii regulæ vitæ monasticæ cæterarum fontes, 363. CXIII.
Basilius illustrator vitæ monasticæ, *ibid.*
Basilius Lampsacum ad Synodum vocatus, 365. II.
Basilius scribit litteras ad Synodum Tyanensem de ineunda concordia cum Eusebio Episcopo Cæsareæ, 365. XXX.
Basilius & Gregorius vocantur ex eremo ob persecutionem Valentis, 366. VI.
Basilius opera Gregorii ab eremo abstrahitur, 366. XII.
Basilius certamen iniit adversus hæreticos, 366. XV. *& seq.*
Basilius Gregorium sibi socium adscivit in oppugnandis hæreticis, 366. XVI.
Basilius quomodo se habuit cum Eusebio, 366. XVII.
Basilius qualis in functionibus Ecclesiasticis, 366. XVIII. Explicat divinam Scripturam, 366. XIX.
Basilius Eunomium scriptis exagitat, 366. XXIV.
Basilii epistola de formicæ natura quando scripta, *ibid.*
Basilius tempore famis quid egerit, 367. XXXIII.
Basilius patrimonium erogavit in pauperes, 367. XXXIV.
Basilius succedit Eusebio episcopo Cæsareæ, 369. XLI.
Basilii ingressus in sedem tempus, 369. XLII.
Basilius quamdiu in Episcopatu sederit, 369. XLIII. Non sine miraculo Episcopus ordinatus, 369. XLIV.
Basilii officia erga Eusebium, 369. XLV.
Basilius fugam arripit, ne eligeretur, *ibid.*
Basilii ad Gregorium epistola post fugam data, 369. XLVI.
Basilii ad Gregorium epistola de electione personæ suæ in Episcopum, *ibid.*
Basilius ne eligeretur, ægritudinem simulat, 369. XLVII.
Basilii laudes ex epistolis Gregorii senioris, 369. L.
Basilius non sine contradictione creatur Episcopus 369. LX.
Basilii adversarii ministri Valentis Imper. 369. LVIII. Patitur persecutores, ab exordio, *ibid.*
Basilius quomodo vicerit adversarios, 369. LIX.
Basilius creat presbyterum Petrum fratrem suum primo anno sedis suæ, 369. LX.
Basilii matris obitus, 369. LXI.
Basilii fratres decem, 369. LXII. *& seq.*
Basilii litteræ ad Eusebium Samosatenum exulantem, 370. XV.
Basilii epistolæ de Phortano hæretico, 370. XX.
Basilius Nicopolitanus ab Arianis vexatos hortatur constanter agere, 370. XXI.
Basilius prædicit Nicopolitanis tranquillitatem futuram, 370. XXII.
Basilius dira laborans ægritudine non relinquit Ecclesiæ curam, 370. XXIV. Mortuus creditur, *ibid.*
Basilii certamen adversus Valentem, 370. XXXVIII. *& seq.*
Basilii cum Modesto præfecto conflictatio, 370. XLI.
Basilii mira constantia, 370. XLII. Vincit Modestum, 370. XLIV.
Basilius quid in Ecclesia cum Valente, 370. XLV.
Basilio decernitur exilium, 370. XLVII.
Basilius Modestum Præfectum sanat, 370. XLIX.
Basilius quid in Demosthenem principem coquorum Valentis, 370. LII.
Basilii miracula, *ibid.*
Basilius invito Valente remanet in sua Ecclesia, 370. LIII.
Basilium Ephræm convenit divinitus monitus, 370. LV.
Basilii cum S. Ephræm Syro congressus, 370. LVI.
Basilii cubiculum scrutantur apparitores Eusebii, 370. LIX.
Basilius coram Eusebio Præfecto sistitur, *ibid.*
Basilii certamen cum Eusebio Præfecto causa viduæ servatæ, 370. LVII.
Basilius ignominia affectus ab Eusebio, 370. LIX.
Basilius expoliari jubetur a Præfecto, 370. LX. A populo liberatur, *ibid.*
Basilius servat Eusebium Præfectum a nece, 370. LXI.
Basilius consolatus est litteris Antiochenos dira passos a Valente Imperatore, 370. LXXXV.
Basilius agit apud Athanasium, quod Præfectum excommunicasset, 370. LXXXVIII.
Basilii & Athanasii labores pro Ecclesia, 371. VII.
Basilii legatio ad Occidentales, 371. IX.
Basilius tuetur causam Meletii adversus Paulinum, 371. XII.
Basilius pro curanda legatione ad Occidentales litteras Meletii & Eusebii requirit, 371. XIV.
Basilius monendum censet Romanum Pontificem, ne sine litteris Catholicorum ex Oriente Romam venientibus communicaret, 371. XX. *& seq.*
Basilius de quibus admonet Romanum Pontificem, *ibid.*
Basilii legatio & litteræ ad Occidentales, 371. XXII.
Basilius visitat Armeniæ Ecclesias, 371. XXXIV.
Basilius recipit Eustathium cum professione fidei Catholicæ, 371. XXXVI. XLI.
Basilii excusatio ob exceptum Eustathium, 371. XXXVIII.
Basilii communionem respuit Theodotus Episcopus Nicopolis in Armenia, 371. XXXIX. XLIII.
Basilii epistola ad Theodotum de rebus gestis cum Eustathio, 371. XLIII.
Basilius undique exagitatus calumniis, 371. XLV. Male audire cœpit etiam apud suos, *ibid.*
Basilii famæ detrimento fuit Eustathius, *ibid.* 372. IX.
Basilius ne ira percitus scriberet, triennio nihil scripsit, 371. XLV.
Basilii admiranda patientia, 371. XLVI.
Basilius accusatur hæresis Apollinaris, 371. XLVIII. Quomodo se excuset, quod communicaverit cum Apollinari, 371. XLIX.
Basilius male audit apud Athanasium Ancyranum, 371. LI.
Basilio a Neocæsariensibus suis hæreticus habitus, 371. LIII.
Basilii facilitas in deponenda offensione, *ibid.*
Basilius semper & ab omnibus habitus Catholicus ante calumnias illatas, 371. LIV.
Basilii defensio adversus calumniatores suos, 371. LIII.
Basilius dum confutat Sabellium, trium deorum accusatur assertor, 371. LV.
Basilius accusatur hæresis de Spiritu sancto, 371. LVI. Scribit libellum de Fide, 371. LVII.
Basilius oppressus calumniis de omnibus dubitare cogitur, 371. LVIII.
Basilius deplorat suas ærumnas, *ibid.*
Basilii doctrinæ juges exploratores, 371. LIX.
Basilius rursus hæresis accusatur, 371. LX. Ad-

monet eum Gregorius Nazianzenus, 371. LXI.
Basilius in convivio accusatur hæresis, sed defenditur a Gregorio, ibid.
Basilii defensio ab Auctore perspicue declarata, 371. LXIV. & seq.
Basilii in concionando discretio: aliqua tacuit ad tempus, 371. LXVII.
Basilii cum Gregorio inita conventio, 371. LXIX. A Gregorio laudatur, ibid.
Basilius in scriptis adversus Eunomium a multis impugnatus, a pluribus defensus, 371. LXX.
Basilius qua in re accusatus fuerit hæresis, 371. LXXI.
Basilius in hymno glorificationis cum, pro, & r usus, 371. LXXI.
Basilium in hymno glorificationis secuti sunt plures, 375. LXXV.
Basilius ægrotans usque ad obitum, 371. LXXVII.
Basilius malis pressus Athanasium litteris interpellat, 371. LXXIX.
Basilius pressus calumniis Gregorium Nazianzenum accersit, 371. LXXX.
Basilii altercatio cum Anthimo Episcopo Tyanensi, 371. LXXXII.
Basilii & Gregorii in prædicatione partita munera, 375. LXXXI.
Basilius novos Episcopos creat in Cappadocia, 371. LXXXI.
Basilius curat præficere Sedi Sasimorum Gregorium, ibid.
Basilium acriter accusat Gregorius ob Sasimorum Præfecturam sibi delatam, 371. LXXXVIII.
Basilius laudatur a Gregorio, 371. XCIII.
Basilio expostulat litteris Gregorius, 375. XCIII.
Basilius præsidio ducum Christianorum se suosque defendit, 372. II. & seq.
Basilius aliam legationem ad Occidentales mittit, 375. IV. Item quartam, 372. XVI.
Basilius quantum Damaso deferret, 372. VI. Et Ecclesiæ Occidentali, 372. XVII.
Basilius defert Eustathium Occidentalibus, 372. VI.
Basilius ex calumniis adversariorum male audire cœpit apud Damasum & alios Occidentales, 372. IX.
Basilius se excusat de communicatione cum Apollinari, 372. X.
Basilius rogat Damasum ut damnet Apollinarem, ibid.
Basilius suggesit Damaso de Paulino Antiocheno, & de Marcelli Ancyrani causa, 372. XI. & seq.
Basilius magno dolore affectus, cum sentit Damasum a se alienatum, 372. XVI.
Basilii epistola ad Damasum & alios Occidentales, 375. XVII.
Basilius falso accusatur apud Romanum Pontificem, 372. XV. Et suspectus Occidentalibus, 375. XXIV.
Basilius purgat se Romano Pontifici, 372. XX.
Basilii contestatio de unitate & charitate tenenda, 372. XXII.
Basilius petit a Damaso mitti legatos in Orientem, 372. XXIV. Quæ communionis jactura intercessit, ibid.
Basilius sugillat Occidentales, 372. XXV.
Basilii objectio de fastu Romanæ Ecclesiæ diluitur, 375. XXXII.
Basilium fastus arguit Gregorius Nazianzenus, 372. XXXII.
Basilii morbus, 372. XXXIX.
Basilius consolatus Alexandrinos in persecutione Lucii, 372. C.
Basilius quid humani passus considerans persecutionem Alexandrinæ Ecclesiæ, 372. CI.
Basilii aliæ litteræ ad Occidentales, 373. XXXI.
Basilii justa expostulatio cum Occidentalibus, 373. XXXII.
Basilius epist. consolatur monachos a Valente exagitatos, 375. XIV.
Basilius scribit ad Ambrosium, 375. XVIII. Ejusdem cum Ambrosio necessitudo, 375. XX.
Basilius corpus S. Dionysii ad Ambrosium misit, ibid.
Basilius quid ad Evaisenam Ecclesiam, 377. V.
Basilii Magni obitus, 378. I.
Basilii morientis res gestæ, ibid.
Basilii funus, 378. III. In cælo orat pro his qui degunt in terris, 378. IV.
Basilii obitus quanto dolori fuerit Gregorio Nazian. 378. I. Quid de obitu Basilii Gregorius Nazianzenus, 378. V. Quid S. Ephræm Syrus, 378. VII.
Basilio concionanti suggerentem sermonem columbam vidit Ephræm, ibid.
Basilium Gregorius uterque & Ephræm laudarunt, ibid.
Basilii vita omnibus canon fuit, 378. VIII.
Basilii abstinentia & paupertas, 378. X.
Basilii effigies & statura, 378. XI.
Basilium omnes imitari cupidi, 378. VIII. Mine Basilii multi, ibid.
Basilii scripta, 378. IX.
Basilius, ad quem Johannes Chrysostomus scripsit librum de Sacerdotio, 382. LX.
Basilius Magnus longe diversus ab eo ad quem Johannes Chrysostomus scripsit librum de Sacerdotio, 382. LXI.
Basilii regulæ monachorum cum Gregorio elucubratæ, 378. IX.
Basilii vita scripta ab Helladio, 378. X. Quæ Amphilochii nomine fertur spuria, ibid.
Bellum Gothicum sub Valente triennale, 366. III.
Bellum Gothicum sopitum, 370. LXVII.
Bellum inter Persas & Romanos, 363. L.
Belli Persici apparatus, 363. XXII.
Bella adversus impios quo modo Christus gerat, 372. XC.
Bellorum & cladium causa hæresis & impietas, 378. XVIII.
Benedicta martyr Romæ sub Juliano, 362. CCLIII.
Benevolus egregius Confessor sub Valentiniano & Justina, 366. VII.
Berœensis adolescentis confessio egregia coram Juliano, 363. XXXI.
Berœensis civis libertas in filio apostatu vituperando coram Juliano, ibid.
Berithi ecclesia sub Juliano incensa, 362. VI.
Bethelia pagus apud Gazam, 362. CXLIV.
Bibiana martyr Romæ sub Juliano, 362. CCLIII.
Bibliothecam Constantinopolitanam curat Valens, 372. CXVI.
Bibliotheca Georgii Episcopi Ariani, 372. CLXX.
Blanditiis Julianus agit, 362. VII. XIII. & seq. Vide, Persecutio.
Blesillæ virtus, 382. XLII.
Blesillæ epitaphium quod extat, cujusnam sit, 382. XLIII.
Blesilla senior mater S. Paulæ, 382. XL.
Blesilla junior filia S. Paulæ, ibid.
Blesillæ spectata virtus, 381. XLII.
Blesilla alia item Christiana, 385. XLIII.
Boas insula locus exilii, 361. IX.
Bona relinqui clericis vetitum legibus imperatoris, 370. CXVII. & seqq.
Bonosus Hieronymi collactaneus, 372. XL.
Bonosus Aquileiensis monachus, 372. XLII.
Borboritarum hæresis, 373. XXXIV.
Bosphorius Episcopus Coloniæ promotor Gregorii Nazianzeni, 371. XCIX. Ei succenset Gregorius, ibid.
Bostreni a Juliano excitantur in Titum, 362. CLIV. Juliani ad eos litteræ, 362. CLV.
Bostrenorum Episcopi persecutio, 362. CLIV.
Bretannio Episcopus Scytharum restitit Valenti, 371. CXIV.
Bretannionis Episcopi Scythæ fides laudatur lege Theodosii, 381. LXXIV. LXXVII.
Bretannioni successit Gerontius, 371. CXV.
Bri-

Britannæ virgines ad Maximum missæ, 383. III. *& seq.*
Burdegalense Concilium contra Priscillianum, 385. XXII.
Busiris Martyr Ancyræ, 362. LXXV.
Busiris martyris admiranda constantia, *ibid.*
Busiris hæretici ac postea Catholici confessio, *ibid.*

C

CÆlestium signorum in membra corporis humani vis ex Priscillianistis, 381. CXIV.
Cælia Concordia Vestalis donata statua, 384. VI.
Cælia Concordia Maxima Vestalis erexit statuam Prætextato, 384. VII.
Cælibatus in Ecclesia custoditus, 386. III.
Cælibatus ministrorum sacrorum ab Apostolorum temporibus introductus, *ibid.*
Cærimonias Christianorum Julianus transtulit in Gentilismum, 362. CCCII. CCCIV. *& seq.*
Cærimoniæ & ritus Christianorum haud humano inventæ consilio, 362. CCCIII.
Cærimoniæ Ecclesiæ stuporem Valenti Imper. intulerunt, 370. XLVI.
Cæsaraugustana Synodus contra Gnosticos, 381. CII. Ejusdem Actorum in locum suum restitutio, & emendatio, 381. CIII.
Cæsaraugustanum Concilium quando celebratum, 381. CVII. Episcopi in eo damnati, 381. CVIII.
Cæsarea Cappadociæ, antea Mazaca dicta, quando Cæsarea vocari cœpit, 362. XLVI.
Cæsarea Cappadociæ metropolis, 371. XCVII.
Cæsarienses quæ passi sub Juliano, 362. XLVI.
Cæsarienses ob Christianam fidem a Juliano vexati, 361. XLVI.
Cæsariensium constantia & animus in evertendis deorum templis, 362. XLVII.
Cæsariensium in eligendo Archiepiscopo contentiones, & Eusebii electio, 362. L.
Cæsarius frater Gregorii Nazianzeni retinetur a Juliano, & honoribus ornatur, 361. VIII. Arguitur a fratre, 362. IX.
Cæsario irascitur Julianus, 362. X.
Cæsarius recedit a Juliano, *ibid.* Idem fidei Confessor, 361. XII. Ejus victoria nobilis, 362. X.
Cæsarius a Valente Imperatore bene habitus, 364. VIII.
Cæsarius creatus Comes rerum privatarum, *ibid.*
Cæsarius Præfectus Urbis creatus quis, *ibid.*
Cæsarius creatus Quæstor, *ibid.*
Cæsarii duo apud Valentem Imperatorem, *ibid.*
Cæsarius Quæstor terræmota oppressus, sed Dei ope liberatus, 368. VII. Ad eum tunc Gregorii Nazianzeni epistola, 368. VIII.
Cæsarii obitus, 368. IX.
Cæsarii funus, 368. X.
Cæsarius inter Sanctos relatus, 368. XI.
Cæsarii scripta, *ibid.*
Calami tres Valentis perfracti non reddunt atramentum in exarando exilium Basilii, 370. L.
Calendarum Januarii superstitionem Ambrosius abrogat, 377. XIV.
Calices a Donatistis perfracti, 362. CCLXI.
Calimerus cum Maximo missus a Paulino Legatus ad Synodum Alexandrinam, 362. CLXXX.
Calixene Magnæ matris sacerdos a Juliano creatur Pesinunte, 362. LXXVII. Ejus laudes, *ibid.*
Calligonus eunuchus Valentiniani mortem Ambrosio minatur, nec impune, 387. XXX.
Callistus scriptor rerum Juliani, 363. LIII.
Campitæ dicti Fideles, qui persecutionis tempore in campis agebant synaxes, 386. LVIII.
Canes lacerant sacrilegos Donatistas, 362. CCLXVII.
Canon de prærogativa Ecclesiæ Constantinopolitanæ cujus sit fidei, 381. XXXV. Statutus post discessionem Timothei Episcopi Alexandrini, 381. LXXII.
Canon Concilii Alexandrini de lapsis Episcopis restituendis, 361. CLXXXIV.
Canon Synodi Constantinopolitanæ de prærogativa ejus Ecclesiæ erroris arguitur, 381. XXXV.
Canon de recipiendis lapsis enodatur, 362. CCXI.
Cantus Psalmorum in Ecclesia semper usitatus, non tamen ubique, 384. XXVI. 387. XV. Mediolani quando cœperit, *ibid. & seq.*
Cantus in funere Cæsarii, 368. X.
Capillatæ virgines sacræ in Africa, 362. CCLXXIII.
Capillorum prolixitas damnata in Monachis, 361. XXXIX.
Cappadociæ recens facta divisio, & ejus metropolitanæ civitates, 371. LXXXVI.
Cappadoces afflictati a Juliano, 362. XLVI. XLVIII.
Carafæ Cardinalis obitus Ecclesiæ luctuosus, 360. XVI.
Carcerati ut relaxentur tempore Paschatis Imperatores constituerunt, 367. I.
Cardinalatus S. Hieronymi assertionem ab ipso Hieronymo confutari, 378. LXV.
Cardinalatus S. Hieronymi objectiones, 382. XXV. Ejus primi assertores qui fuerint, 382. XXVI.
Cardinales sine titulo non erant, 369. LXVI.
Carnis esum execrantur Christiani in Quadragesima, 362. XLIII.
Carnium esus illicitus Priscillianistis, 381. CXIV.
Carina martyr Ancyræ, 362. LXXIII.
Carosa filia Valentis Imperatoris, 356. XXI.
Carthaginenses scholæ disciplina solutæ, 379. CXXX.
Cartherius Abbas magister Joannis Chrysostomi, 382. LX.
Casius mons in Arabia, 361. LXXXVIII.
Casii montis templum a S. Joanne Chrysostomo destructum, 384. LXIV.
Cassianus Legatus ad Julianum cum sociis pro Donatistis, 362. CCLXI.
Cassiani erratum in historia, 372. LXXXIV.
Castimoniales dictæ Virgines sacræ, 360. CCLXVIII. CCLXXII. Quæ passæ a Donatistis, *ibid.*
Castratio voluntaria a Monachis quibusdam usu recepta, improbata, 361. XLIII.
Castulus diaconus oratione Ambrosii liberatur, 387. XXI.
Catervius Comes pietate insignis, 379. XIII.
Catholica Ecclesia penes quos esse dicenda sit, 368. XX.
Catholica religio confessione dæmonum comprobata, 387. XL.
Catholicam Ecclesiam apud se tantum esse Donatistæ profitebantur, 368. XVIII.
Catholicam Ecclesiam non esse tantum Donatistarum contendit Ticonius Donatista, 368. XX.
Catholici altercantes de voce hypostasis, 362. CLXXXVI. *& seq.*
Catholicos distingui ab hæreticis communione Romani Pontificis, 378. XXXIV.
Catholici succensent Gregorio, quod cum Arianis mitius agat, 380. VI. Quæ in eum jactare soliti, 380. VIII.
Catholici muniti Dei præsidio, 378. LIX.
Catholici inter se divisi in Oriente, 371. XIX.
Catholicorum congressus vitant hæretici, 368. XVII.
Catholicorum & hæreticorum discrimina, 378. LIX.
Catholicorum præsidia adversus hæreticos, 372. XC.
Cecrops Julianus dictus, 362. LXXXIII.
Celsus præfectus occurrit Juliano, 362. LIII.
Centuriatores & eorum similes sugillantur, 365. CXI.
Centuriatorum calumnia de Hilario Episcopo, 368. CXLIII.
Centuriones & milites pro foribus excubant clericorum, 367. XIII.

Ce.

Cerealis vir Consularis avunculus Imperatoris, 375. VII. Quærit Marcellam accipere in conjugem, *ibid.* Consulatus ejus quando, *ibid.* De eo inscriptio, *ibid.*
Charria quid egit Julianus, 363. XXXVII.
Chæreus locus Alexandriæ, 362. CLXXIV.
Chalcidia eremus, 372. XLIV.
Chrisma a Donatistis projectum, 362. CCLXVII. Miraculum subsecutum, *ibid.*
Christi statuam æneam demolitus, suam Julianus ponit, 362. CLVIII.
Christi nomen expressum per litteram X. Julianus intelligit, 362. LXXXVI.
Christum hominem Dominicum vocabant Apollinaristæ, 373. XXIV.
Christus quo modo dictus homo Dominicus, 373. XXII. Patres usi sunt etiam his vocibus, 373. XXIV.
Christum victorem invitus cogitur Julianus confiteri, 363. LVII.
Christiana religio firmiter solidata demonstratur ex vita Juliani Apostatæ, 363. LXII.
Christiana religio quam late pateret tempore Ambrosii, 387. XXXIV.
Christiana religio quo magis concutitur, magis firmatur, 362. CLXI.
Christianæ religionis cultum restituit Jovianus, 363. CXXVI. Et privilegia Ecclesiis a Constantino data, *ibid.*
Christianam religionem quibus crevisse putaverit Julianus, 362. CCCVI.
Christianæ fidei propagatio tempore persecutionis, 372. CV.
Christianæ feminæ ducentis filium ad martyrium dignum exemplum, 372. CVIII.
Christianæ feminæ constantiæ & fidei dignum exemplum, 370. LXXVII.
Christiani Catholici pati magis deligunt Julianum, quam Constantium, 362. VII.
Christianis proscripta bona restituit Julianus, 362. XVII.
Christianos contumelia affici, aut cogi ad sacrificandum vetat Julianus, *ibid.*
Christianorum dissensiones occasionem præbent detrahendi Juliano, 362. XIX.
Christiani Galilæorum nomine sugillati, *ibid. Vide* Galilæi,
Christiani jussi lege Juliani dici Galilæi, 362. CCLXXVIII.
Christianorum præsentia miraculo sacra Juliani perturbantur, 362. XXI.
Christiani sacro Chrismate signati, *ibid.*
Christianus signatus terrori est dæmoni, *ibid.*
Christiani milites thus offerre recusant, 362. XXXIII. Qui incaute obtulerunt, reprehensi publice factum detestantur, *ibid.*
Christiani soliti propinare in nomine Christi, *ibid.*
Christianorum mos in signando Cruce pocula, *ibid.*
Christiani sub Imperatoribus infidelibus militantes in quibus non obtemperarent, 362. XXXVI.
Christianorum Constantinopoli degentium constantia in abstinendo a cibis infectis a Juliano, 362. XLIII. Antiochiæ tamen non abstinent, 362. CXXVI.
Christiani zelo religionis idola sub Juliano confringunt, 362 LXXVI. LXXX. XC.
Christianorum Ancyranorum de Juliano querelæ, 362. LXXVI.
Christianorum duorum adolescentium sub Juliano Ancyræ constantia & confessio celebris, *ibid.*
Christiani se ultro deferunt magistratibus, 362. LXXVII. CLIV.
Christianis adscriptum incendium Daphnitici templi, 362. CXIII.
Christiani spretis edictis Principum ad Martyres visendos currunt, 362. CXXVIII.
Christianorum studium in humandis martyribus, 362. CXXIX.
Christianorum libertas in Christo prædicando, & deorum cultu irridendo, 362. CXXXI.
Christianos a Gentilibus occidi libenter permittit Julianus, 362. CXL.
Christiani ab Angelo a vinculis liberati, 362. CLIX.
Christianorum cædes Alexandriæ ob sacra Mithræ effossa, 362. CLXIII.
Christianis quibus dolis bona abriperet Julianus, 362. CCL.
Christiani Romæ damnantur morte sub Juliano magiæ obtentu, 362. CCLV.
Christianos exuit privilegiis Julianus, 362. CCLXXX.
Christiani a Juliano tributis onerati pro bello Persico, 362. CCLXXXI.
Christianorum leges justissimæ a Juliano delusæ 362. CCLXXXIII.
Christianos Julianus cogit ad servanda consilia Evangelica, qua arte, *ibid.*
Christiani ut sacrilegi a Juliano vexati legibus, 362. CCLXXXIV.
Christiani a Juliano vetiti militare, *ibid.*
Christiani a docendo prohibentur, *ibid.* Non autem a discendo, 362. CCLXXXIX.
Christiani humaniores litteras discere vetantur a Juliano, 362. CCXC. *& seq.*
Christiani doctores qui scholas deseruerunt sub Juliano, 362. CCXCVII. Eosdem docere permittunt Valentinianus & Valens, 364. XX.
Christiani barbari a Juliano nominati, 362. CCXCVI.
Christiani ut faciles ad credendum sugillati a Juliano, *ibid.*
Christianorum mos peregrinos comitandi, 385. XX.
Christianorum ritus in Gentilismum transferre studuit Julianus, 362. CCCI. *& seq.* Sed frustra, 362. CCCV. Item & disciplinam, 362. CCCVI.
Christianorum res haud imitari a non Christianis valent, 362. CCCIII.
Christiani in eleemosynis effusi teste Juliano, 362. CCCVI.
Christiani hospitales, *ibid.*
Christiani soliti destruere loca diis Manibus dicata, 363. XX.
Christianorum exequiæ ne interdiu agantur prohibet Julianus, *ibid.*
Christiani prænunciant Juliani interitum, 363. XXXII.
Christiani exultarunt obitu Juliani audito, 363. LX.
Christiani deos Gentium deridebant, 363. LXVI.
Christianorum erga Deum fiducia & spes certa, 363. LXXVIII.
Christiani sub Joviano Imperatore respirant, 363. CXXVI.
Christiani quomodo deputati custodiæ templorum, 365. XLIII. Prohibitum lege Imperatoris, *ibid.*
Christiani magnis animis insilientes in templa deorum, *ibid.*
Christianus scenicos esse illicitum, 371. CXXVIII.
Christianorum effusa largitas in erogando eleemosynas, 382. LXIX.
Christiani cupidi sepeliri apud Martyres, 383. XVII.
Christiani optimi cur calumniam passi hæresis Priscilliani, 386. XXXIV.
Christiani optimi cur interdum manichæi vocati, 372. CXIII.
Chronopius Episcopus damnatus dum appellat Imperatorem ab eo rejicitur, & pœna mulctatur, 369. XL.
Chrysostomus. *Vide*, Joannes Chrysostomus.
Chrysanthius philosophus vocatus a Juliano, 362. VI.

Ci-

Cibaria omnia inquinate tabo idololatriæ Antiochiæ, 361. CXXVI.
Cilices præsto sunt Nectario, 381. LXXVIII.
Cinædi cum Juliano, 362. XVIII.
Civitates Italiæ a Maximo devastatæ, 387. LX.
Clades illatæ a Gothis, 378. XXXII.
Clarivatis matrona Priscillianista unco tracta ad necem, 385. XXVI.
Claudius & Secundianus Ariani agunt de cogendo concilio Aquilejensi, 380. XIX.
Claudianus carus Juliano, 361. XVI.
Claudianus schismaticus partis Ursicini, 381. 3V.
Clearchus eximit a nece Maximum philosophum, 364. XVIII.
Clementiæ virtus in Imperatore commendata, 364. XIV.
Clementia VIII. mensa opipara, sed pauperibus parata, 367. XI3.
Clementianus Tribunus minister necis Gordiani Martyris, 361. CCLIV.
Clerici forum sæculare vitare coguntur, 369. XL. Et sacerdotes de laicis judicant, non contra, 381. XC.
Clerici patres monachorum, 385. X.
Clericos immunitate frui ante certum tempus prohibent Valentinianus & Valens, 363. XLVII.
Clerici extra diœcesim ordinati, 370. XIV.
Clerici immunes a tributis, 387. XI.
Clerici non exigunt tributum a Catholicis Principibus, *ibid.*
Clericis concessum privilegium qui probati essent, 365. XLII.
Clerici Romæ nonnulli inhiantes bonis sæcularium, 370. CXVII. CXX.
Clericis aliqui inhiantes morti aliorum, ut rapiant bona relicta, 370. CXX.
Clericis solis denegatæ successiones, *ibid.*
Clericos & monachos militare cogit Julianus, 361. CLIX.
Clerici deliciosi taxantur, 367. XII3.
Clericis aliquid ex testamento accipere vetitum lege Valentiniani, 370. CXVII.
Clerici mulierum domos frequentare prohibentur, *ibid.*
Clerici aucupantes munera feminarum, 370, CXIX.
Clerici aliquot in Urbe persequuntur S. Hieronymum, 385. VIII.
Clerici cur aliquando prohibiti fieri monachi, 381. CVII.
Clericorum tonsura ab Ammiano subobscure tacta, 361. CLXIV.
Clericorum Romanorum doctrina tempore Hieronymi, 385. IX.
Clericorum immunitas a Gratiano concessa, 377. XV.
Clericorum privilegium a Theodosio indultum, 381. XVI.
Clericorum & Ecclesiasticorum omnium avaritia cohibita lege Imperatorum, 370. CXVII.
Clericorum avaritiam compescuit Gratianus, 379. XIII.
Clericorum delectum qualem habuerit Ambrosius, 377. XIII.
Clerici ex corporis habitu ab Ambrosio cogniti, *ibid.*
Clericorum fores stipatæ a militibus & Centurionibus, 367. XIII.
Clericorum officium fuisse mortuos humare, 367. XXIX.
Cocorum princeps insultans Basilio quid responsi ab ipso Basilio accepit, 370. LII.
Codices sacri sublati a Donatistis, 362. CCLXXVI.
Cœmeteria Urbis visitare solitus S. Hieronymus, 372. XL.
Collatio Hilarii cum Auxentio præsentibus Episcopis decem coram Quæstore, 369. XIII.
Collyridiani hæretici, 373. XXX.
Competentibus quando traderetur symbolum, 387. XX.
Comes Orientis curatur a Juliano Saba, 370. LXXX.
Concilium Antiochenum aliud in Causa Meletii, 360. L.
Concilii Alexandrini Synodalis epistola, 362. CXCIII.
Concilium Alexandrinum sub Athanasio, 362. CLXXVI.
Concilium Alexandrinum sub Joviano Imper. 363. CXXXII.
Concilium Alexandrinum contra Eunomium divinitatem Spiritus sancti asserit, 362. CLXXXV.
Concilium Antiochenum sub Joviano Imperatore, 363. CXL.
Concilium Antiochenum sub Gratiano, 378. XXXV.
Concilium Aquileiense ab Arianis quando petitum ab Imperatore,
Concilium Aquilejense, 380. XIX. Episcopi ejus Concilii viri sanctissimi, 380. XVIII. Acta ejusdem, 381. LXXXV. Epistola ad Imperatores, 381. XCII.
Concilium in Armenia, cui interfuit S. Basilius, 371. XXXVI.
Concilium Burdegalense contra Priscillianum, 385. XXII.
Concilium in Caria celebratum, 366. XXV.
Concilium Arianorum in Galatia, 370. XVI.
Concilium Cæsaraugustanum contra Gnosticos, 381. CII.
Concilium Constantinopolitanum Oecumenicum, 381. XVII. Collectum opera Damasi, 381. XIX.
Concilio Constantinopolitano quinam interfuerint, *ibid.* Quæ in eo gesta, 381. XXII3. Ejusdem fidei symbolum, 381. XXIX.
Concilium Constantinopolitanum ex Damasi epistola elicit doctrinam de Spiritu sancto, 381. XXVI. Ab eodem confirmatum Oecumenici nomen sumit, 381. XXXVIII. Ejus rei causa, 381. XLVIII.
Concilio Constantinopolitano quænam hæreses damnatæ, 381. XXX.
Concilii Constantinopolitani canones de Sede Constantinopolitana, 381. XXXV. 381. XIX.
Concilii Constantinopolitani canones ab Ecclesia Romana recepti, 381. XXXI. Et quare non omnes, 381. XLVII.
Concilium Constantinopolitanum cur ab Imperatore confirmatione petat, 381. XXXVIII.
Concilii Constantinopolitani subscriptionum censura, 381. XXXIX.
Concilium Constantinopolitanum, ut esset Oecumenicum Damasus decrevit, 381. XXXVIII.
Concilii Constantinopolitani locus Concordia nominatus, 381. LV.
Concilii Constantinopolitani decretum de probandis Catholicis, 381. LXXV.
Concilii Constantinopolitani ad Synodum Romanam literæ, 382. IX.
Concilium Constantinopolitanum a Theodosio convocatum, 383. XXIV. Quid in eo gestum, 383. XXV.
Concilium Constantinopolitanum tertium, 383. XXIV.
Concilium in Illyrico, 363. XVII. Synodica ex eo, 365. XVIII.
Concilium Lampsacenum quando celebratum, 364. XII. 365. I.
Concilii Lampsaceni legatio ad diversos Episcopos, 365. VI.
Concilii Lampsaceni res gestæ, *ibid.*
Concilium Parisiense, 362. CCXXIX.
Concilium Romanum contra Auxentium, 369. XXVIII.
Concilium Romanum contra Ursacium & Valentem, 369. XXXIII.

Con-

Concilium Romanum sub Siricio Papa pro rebus Africanæ Ecclesiæ, 386. II.
Concilium Romæ a Damaso indictum in causa Flaviani & Paulini, 382. XCVII.
Concilium Romæ sub Damaso habitum, 382. I. Eorum qui interfuerunt nomina, 382. III. Cur Orientales non interfuerint, 382. X. & seqq. Acta ejusdem, 382. XVII.
Concilium Romanum contra Apollinarem, 373. I. Anathematismi in eo, 373. XI. & seqq.
Concilium Romanum sub Siricio, 386. II.
Concilium in Sicilia congregatum de Legatis Orientalium Episcoporum ad Liberium, 365. XVI.
Concilium Sydæ habitum contra Massalianos, 383. XXXIX.
Concilium Tarsense ab Arianis impeditum, 366. XXV.
Concilium Treverense sub Maximo, 386. XXV.
Concilium Tyanense in Cappadocia, 365. XXVIII.
Concilium Tyanense obedit litteris Liberii Papæ in restituendis depositis Episcopis, 363. XV.
Concilium Valentinum, 374. XII.
Concilia ab hæreticis celebrata tempore Basilii, 363. II.
Concilium petentibus congregari ab Imperatore quid responsum a Valentiniano, 364. XII.
Concilium congregare sine Romani Pontificis auctoritate numquam licuit, ibid. & 381. XIX.
Concionatorem aliquid interdum tacere expedit quod non sit necessarium ad adstruendam fidem Catholicam, 372. LXVII.
Concordia dictus locus Synodi Constantinop. 381. LV.
Concordia Occidentalium in fide sub Liberio 365. XIV.
Confessio Legatorum ad Liberium Papam ab hæreticis data, 365. X.
Confessio Publiæ sanctimonialis, 362. CXXXI.
Confessionis auricularis testimonium Paulini, 376. XXV.
Confessores Alexandrini sub Lucio & Valente, 372. LXIX. & seq. Heliopolim in Palæstina amandati, 372. LXXIX. & seq.
Confessores Edesseni octoginta exules, 372. CXI.
Consecratio templi Daphnitici, 362. XCIV. & seq.
Confirmatio Synodi petitur a Theodosio, qua occasione, 381. XXXVII. & seq.
Confirmationis Sacramentum a Liberio Papa collatum, 367. V.
Constantia civitas in Palæstina: ejus Ecclesia subjecta Gazensi Episcopo, 362. CXXXVII.
Constantiæ exempla in non prodendis Christianis, 372. CXIV.
Constantiæ & fidei dignum exemplum in fœmina, 370. LXXVII.
Constantiæ exemplum, 385. XXI.
Constantii obitu gaudet Julianus, 361. VII.
Constantii magistratus Christianis infensi, 361. VIII.
Constantius deterior habitus Juliano, ibid.
Constantius Manichæus conversus ad fidem Christianam, 372. CXIII.
Constantius per litteram K expressus a Juliano 362. LXXXVI.
Constantii magistratus male habiti a Juliano, 361. VIII.
Constantii effusæ expensæ palatii, 361. XII.
Constantii tonsor prædives, ibid.
Constantina soror Constantii Romæ sepulta, 360. LVI. Epitaphium ei a Damaso Papa scriptum, ibid.
Constantinopolis rerum omnium copia circumfluens, 370. XXVIII.
Constantinopolis in discrimen adducta liberatur a Sarracenis, 378. XXIX.
Constantinopolis patria Juliani, 362. I.
Constantinopolis terræmotu concussa, 363. II.
Constantinopolim quando venerit Gregorius Nazianzenus, 378. LI. Quandiu ibi fuerit, ibid. Coactus ea proficiscitur, 378. LII. A Synodo missus Antiochena, 378. LIII.
Constantinopolitanam bibliothecam Valens auget & instaurat, 372. CXVI.
Constantinopolitana Ecclesia ab Arianis vexata, 370. XXIX. & seq.
Constantinopolitanæ Ecclesiæ post Eudoxii obitum procellæ, 370. XXVI. Ejusdem status, 378. L.
Constantinopolitanæ Ecclesiæ status ante adventum Gregorii, 378 LVIII. Ejusdem in discessu, 381. LIX.
Constantinopolitanæ Sedis prærogativa an decreta in Concilio Oecumenico Constantinopolitano, 381. XXXV. Actum in Synodo de ordinando successore Meletii, 381. XLII. & seq. Episcoporum altercationes, 381. LIII.
Constantinopolitanæ Sedis primatus, & de ea re canones Concilii Constantinopolitani, 381. XXXV. LXXII.
Constantinopolitanum Concilium Oecumenicum qua occasione celebrari cœptum, 381. XVII. Collectum opera Damasi, 381. XIX. Episcopi digniores qui interfuerunt, 381. XXII. Acta ejus, 381. XXIII. Primum causa Maximi ventilata, 381. XXIV. Editum in eo volumen fidei Occidentalium, nempe Damasi, ibid. Canonum singulorum sanciendorum causa, 381. XXVII. Agunt Patres de Spiritu sancti divinitate, 381. XXVIII. Symbolum fidei ibi scriptum, 381. XXIX. Secuta approbatio Nicænæ fidei & damnatio hæreticorum, 381. XXX. De servandis diœcesis limitibus actum, 381. XXXIII. Canones, 381. XXXIV. & seq.
Constantinopolitanum Concilium posterius, 382. IV. Epistola Synodalis ad Damasum, 382. IX.
Constantinopolitanæ Synodi epistolæ ad Theodosium, 381. XXXVII. Petierunt confirmationes Synodi, & cur, ibid. & seq.
Constantinopolitanæ Synodi subscriptionum censura, 381. XXXIX.
Constantinopolitanæ Synodi Episcopi tumultuantes quales, 381. XLVII.
Constantinopolitana Synodus ut esset & diceretur Oecumenica, id ex Damaso, 381. XLVIII.
Constantinopolitanæ Synodi Episcopi quales, 381. LXVII. Eorumdem jactantia, 381. LXXII.
Constantinopolitanam Synodum Metropoles non constituisse, 381. LXXV. & seq.
Constantinopolitanæ Synodi ad Romanam litteræ, 382. IX. Ejusdem legatio, 382. XII.
Constantinopolitana Synodus tertia, 383. XXIV.
Constantinopolitani Catholici legatos mittunt ad Valentem, 370. XXVII. Legati vero omnes igne & aquis absumpti, 370. XXVIII.
Constantinopolitani execrantur esum carnium in Quadragesima, 362. XLII.
Constantinopolitani privilegiis donati a Juliano, 362. XLIV.
Constantius Constantini Magni Filius scriptis Hilarii acerrime exagitatur, 360. III. & seqq. Optimum ei ab eodem Hilario remedium propinatur, 360. VII. Ab eodem Antichristus arguitur, 360. XI. Scelera ejus summatim recensita, ibid. Ejusdem fraudes, 360. IX. Impietatis antesignanus, 360. LII. Eodem tempore Imperium ei adimitur, quo ipse divinitatem Filio Dei ademit, 360. LV. Superatus a Persis pane precario vivere cogitur, 360. LVII. Impietate sua parat Imperium Juliano, 361. VII. Ejus res gestæ Antiochiæ ante obitum ab Ammiano recensitæ, 361. X. & seq. Defuncta Eusebia conjuge Faustinam ducit, 361. XIV. Ultimum ejus pro Christianis rescriptum, 361. XV. Ultima ejus in Persas expeditio, 361. XVI. Funesta ei visa an-

te

le obitum oblata ; 361. XVII. Ejus obitus, 362. XVIII. de quibus moriens pœnituerit, 361. XIX. Ab Euxoio Ariano Episcopo baptizatur, 362. XX. Quomodo a Gregorio Nazianzeno laudetur, 352, XXI. Funus ejus quale, 361, XXV. Quia de christiana religione benemeritus, jure laudandus, 361. XXIX. A Patribus interdum excusatur, 362. XXX. Pœnitens in morte creditus, 361. XXXI. Ejus spectata castitas, 362. XXXII. Et mores laudati, *ibid.* Ejus ætas, *ibid.*
Consoles fugitivi Taurus & Florentius, 361. VII.
Cor Regis in manu Dei, usurpatum a Themistio, 364. XIV.
Corona sacerdotalis pretiosa, 373. XXXVI.
Corpore vitiatos sed probos ordinandos censet Timotheus, 385. XXX.
Consecratio basilicæ Apostolorum Constantinopoli, 370. CXXXII.
Consecratio Pontificum, idolorum, 361. IV.
Consobstantialis vox an ex necessitate fidei exprimenda, 362. LXVI.
Consuetudines variæ in Ecclesia non improbantur, 384. XXXV.
Consulatus Honorii infantis in cunis, 386. I.
Consules cur creati non fuerint anno Christi, 371 I. Et an vere non creati, *ibid.*
Controversia intre Orientales & Occidentales ob nomen hypostasis, 372. XXVII.
Controversia inter Paulinum & Meletium quomodo conciliata, 372. LII.
Conversio filii sacerdotis ad fidem, 362. CXXIV.
Conversio Augustini, 385. III.
Convivium a Maximo Imperatore exhibitum Martino, 386. XXXI.
Convivium Augustæ uxoris Maximi exhibitum Martino, 386. XXXII.
Convivium quotidianum exhiberi solitum a Clemente VIII. pauperibus, 367. XII.
Convivia in Ecclesiis peragi vetuit Ambrosius, 377. XIV.
Convivia sanctorum a calumniis defensa, 367. XI.
Crux coronata in extis animalium Juliano sacrificanti apparuit, 362. XX. Item in cælo, & in vestibus, cum templum Hierusalem construere parant, 363. XV.
Crucem ferream gestabat in pectore S. Macrina, 378. XLVI.
Crucis signum in annulo ferreo, *ibid.*
Crucis & Reliquiarum cultum irridet Julianus, 362. CCLXXIX.
Crucis signo militant Gothi, & vincunt, 370. CXVI.
Crucis signum a Labaro delet Julianus, 362. XXVII.
Crucis virtute barbari cohibiti, 364. X.
Crucis signum in capite Urbis Constantinopolitanæ a Constantino positum obruitur a Juliano, 362. XLIV.
Crucis cultum objectare solitos Christianis Julianus, 362. CCLXXIX.
Crucis signum æque ac Julianus recentiores hæretici exhorrescunt, *ibid.*
Crucis signum & reliquias in monili gestandi consuetudo, 378. XLVI.
Crucis signum apparet in cælo, & in vestibus, 363. XV.
Ctesiphon munitio Persarum, quid ibi Julianus, 363. XLV.
Ctesiphontis in Persia descriptio, *ibid.*
Cubicularii Constantii quæ passi sub Juliano, 361. VIII. XV.
Cubicularius Imperatoris Valentis dat pœnas contumeliæ in Aphratem dictæ, 370. LXXIII.
Cyclus Paschalis Theophili quando cœpit, & quando desivit, 380. XVII.
Cyri Theodori jambi pro Gregorio adversus Basilium, 371. XC.

Cyriacus Adanorum Episcopus magister Nectarii, 381. LXXVIII.
Cyriacus Episcopus Martyr sub Juliano, 363. XIX.
Cyrinus Notarius male mulctatus, 361. IX.
Cyrillus diaconus quæ passus ab Heliopolitanis, 362. CXLIX.
Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus confirmatus in sede, 382, XV.
Cyrilli Episcopi Hierosolymorum obitus, 386. LXVI.
Cyrtiana hæresis ab Ariana propagata, 360. XLIII.
Cyzicena Ecclesia a Juliano vexata, 362. LXXVIII.
Cyzici Episcopus Eunomius ordinatur, 366. XXII.

D

DAdastana locus inter Galatiam & Bithyniam, 364. I.
Dæmon Juliani speculator a monacho orationibus præpeditur, 363. XXXIX.
Dæmonibus usos Julianus pro nunciis, *ibid.*
Dæmon loco Genii exagitat Julianum, 363. XLVIII.
Dæmones veritatem fidei confitentur, 387. XL. Torquentur & fugantur ab Ambrosio & Martyrum reliquiis, 387. XLI. & *seq.*
Dæmones ad Ambrosium perdendum missi, cum adire non possunt, 387. XLIII.
Dæmones in obsessis confitentur gloriam Martyrum, 386. XL.
Dæmones confitentur se nihil posse adversus Ambrosium, 387. XLIII. & *seq.*
Dæmones exhorrent reliquias sanctorum Martyrum, 362. CXLVIII.
Dæmones pavent Christianum signaculum, 362. XXI.
Dafrosa Martyr Romæ sub Juliano, 362. CCLIII.
Damasci ecclesiæ incensæ a Judæis sub Juliano, 363, VI.
Damasus legatus cum sociis a Liberio, 365. XXIII.
Damasi electio, 367. VI. Ante Ursicinum facta, 367. XV. Quæ in eum molitus Ursicinus schismaticus, 367. XVI.
Damaso favent Patres omnes, 367. XIV.
Damasum falso quidam criminantur, 367. XVI.
Damasi criminatores confutantur, 367. XVII.
Damasus accusatur adulterii, 367. XVIII.
Damasus virgo, *ibid.*
Damasus votum solvit SS. Martyribus, 367. XIX.
Damasus pro innocenti femina scribit ad Imperatorem Valentinianum, 367. XXXI.
Damaso restituitur basilica rescripto Imperatoris, 368. II.
Damasus Papa contra Auxentium Romæ Concilium congregat, 369. XXVIII.
Damasi & aliorum Episcoporum epistola contra Auxentium, 369. XXIX.
Damasus Papa cur non statim damnavit Auxentium, 369. XXXVI.
Damasi tempore plures Synodi Romæ sunt celebratæ, 369. XXXIII.
Damasus Papa mittit legationem ad Valentem adversus Arianos, 370. XXXVI.
Damasi epistolæ ad Orientalem Ecclesiam, 371. XXX.
Damasus accepta legatione Orientalium, consolatur eos litteris, *ibid.*
Damasus quæ ad Athanasium rescripsit, 372. XXXI.
Damasi studium erga Basilium cur frigescere cœpit, 372. XLVII.
Damaso datum rescriptum a Valentiniano Imperatore adversus clericorum avaritiam, 370. CXVII.

Damasi consensu lex adversus clericos data creditur, 370. CXXIII.
Damasus & Occidentales Episcopi in suspicionem inducti de fide Basilii, 372. IX.
Damasus suspendit judicium suum de Basilio relatione plurimorum, 372. XV.
Damasi cum Basilio contentio absque charitatis & communionis detrimento, 372. XXIV.
Damasus & alii Occidentales a Basilio sugillati turpi nota: sed an jure? 372. XXV.
Damasus judicat communicandum cum Paulino Antiocheno, 372. L.
Damasus quid de tribus hypostasibus scripserit, 372. LIII.
Damasi Papæ diaconus quid passus Alexandriæ ab Arianis, 372. LXXXII.
Damasus Paolino & non Meletio communicandum scribit Hieronymo, 372. L. Idem ipse præstat post electionem Flaviani, 381. XCVII.
Damasi de Meletio sententia, 372. LIII.
Damasus agit Romæ Concilium contra Apollinarem, 373. I.
Damasus Papa scribit ad Paulinum de recipiendo Vitali, 373. V.
Damasi anathematismi, 373. XI.
Damasus Apollinarem & Timotheum damnat, 373. VII.
Damasi epistola de damnatione Timothei, 373. VIII.
Damasi Synodi canones adversus hæreses sui temporis, 373. XI.
Damasus excommunicat violatores Nicænæ fidei, licet defunctos, 373. XIII.
Damasus damnat hæresim Milleoariorum, 373. XIV.
Damasi Synodus, cujus meminit Justinianus in epistola ad Joaonem, 373. XIII.
Damasi litteræ commentitiæ ad Aurelium, 374. XI.
Damasus Papa mittit ad S. Ambrosium Simplicianum, 375. XXII.
Damasus Papa restituit Petrum Alexandrinum, 377. II.
Damasi laudes, 378. XXXIV.
Damasi communione probari Catholicos, ibid.
Damasi epistola ad Paulinum Antiochenum a Theodoreto in nomine depravata, 378. XLI. In Concilio Constantinopolitano violata, 381. XXVI.
Damasus sæpe consuluit Hieronymum litteris, 358. LXIII.
Damasi ad Hieronymum litteræ, ibid.
Damasi fides edicto Theodosii commendata, 380. II.
Damasus Papa favit Gregorio Nazianzeno, 380. V.
Damasus agit apud Theodosium pro Ecclesia Orientali ab hæresibus sublevanda, 380. XV.
Damasus turpissimis calumniis a Schismaticis exagitatus, 381. IV.
Damasi judicium quale, 381. V.
Damasi studio convocari jussi Episcopi ad Synodum Constantinopolitanam, 381. XIX.
Damasi auctoritate damnatur Macedonius, ibid.
Damasi volumen fidei editum in Concilio Constantinopolitano, 382. XXVI. Receptum a Synodo, ibid.
Damasus statuit ut Concilium Constantinopolitanum diceretur Oecumenicum, 381. XLVIII.
Damasus Synodum Constantinopolitanam confirmat, & Oecumenicam vocat, 381. XXXVIII. XLVIII. Ejus rei causa, 382. LXVIII.
Damasus ob Flaviani electionem agit cum Imperatoribus de cogenda Romæ Synodo generali, 381. XCVII. Eum justa de causa tolerat, 382. XVIII.
Damasus subodoratus statuta ab Episcopis Constantinopoli congregatis, de prærogativa Sedium decretum edidit, 382. XIX.
Damasus apud se retinuit S. Hieronymum, 382. XXIII.
Damasus Hieronymo utitur in epistolis Synodalibus scribendis, ibid.
Damasus Papa restitit Gentilibus Senatoribus, 382. XLVI. Parentes de filiæ obitu mœrentes scripto epitaphio solatur, 383. I.
Damasi obitus, 384. XVII. Pontificatus & vitæ anni, 384. XVIII. In ejus Titulo facta miracula, 384. XIX. Vivens cæcum sanat, 384. XX. Puerum in fontem baptismalem lapsum incolumem reddit, 384. XXV.
Damasi miracula B. Laurentio tribuunt Ursicini affectæ, 384. XIX.
Damasi scripta, 384. XXI. Ejusdem epigramma de fonte baptismatis in Vaticano, 384. XXIV. Ejusdem versus in laudem Regis Davidis, 384. XXVII.
Damasi Ecclesia & ornatus, 384. XXII. Platonia ab eo structa ad Catacumbas quid, ibid. In basilica Vaticana quid struxerit, 384. XXIV.
Damasi actis adjecta, 384. XXVI.
Damasus quomodo acceperit a Hierosolymorum Ecclesia, Alleluja, 384. XXVIII.
Damasi ordinationes, 384. XXIX.
Damasus basilicas duas ædificat, unam ad Theatrum Pompeii, 384. XXII. Via Ardeatina alteram, ibid.
Damasus in basilica sua sepultus via Ardeatina, in S. Laurentii basilicam transfertur, 384. XXIX.
Damaso mortuo dies triginta & unum cessat Pontificatus, 384. XXX.
Damasum modum psallendi præscripsisse falsa assertio, 384. XXVI.
Damasi epitaphium quod sibi ipse edidit, 384. XXXI.
Daphniticum oraculum redditur mutum, 362. XCVI.
Daphniticum templum quando exustum, 362. XCII. Cur ex parte tantum exustum, 362. CXV. Julianus illud luget, 362. CXVII.
Daphnitici Apollinis simulacrum, 362. CXX.
Decimæ & primitiæ persolvendæ, 382. XX.
Decimas dandas sacerdotibus, Rom. Concil. decretum, ibid.
Decreta impia Juliani prætextu justitiæ, 362. CCLXXXIII.
Decretum de lapsis Episcopis restituendis elucidatum, 362. CCXI. Vide, Lapsi Episcopi.
Dedicatio Apostolorum Basilicæ Constantinopoli, 370. CXXXII.
Defunctorum corpora sub terra, non desuper condenda, 372. LXVI.
Defunctorum animas levari meritis Martyrum, 383. XVII.
Defunctorum animas precibus adjuvari viventium, 368. XI.
Delicta sibi effingentibus ad declinanda sacerdotia fidem habendam cautum est, 374. XII.
Delphinus Episcopus Burdegalensis, 382. CIII. Rejicit Priscillianum, 381. CVIII.
Demetria filia Flaviani, 362. CCLIII.
Demophilus subrogatus in locum Eudoxii in Sede Constantinopolitana, 370. XXV.
Demophilus jubetur a Theodosio ecclesiam reddere Catholicis, 380. X.
Demophili Episcopi Ariani obitus, 386. L.
Demosthenes princeps Cogoorum Valentis quid a Basilio audivit, 370. LII.
Deus in nos etiam invitos confert beneficia, 363. XC.
Deus tempore persecutionis dilatat Ecclesiam, 371. CIII.
Dei providentia declarata in Juliani interitu, 363. LXXVIII.
Deum quatenus nos intelligere existimandum, 372. LXXVII.
Deorum cultus a Juliano restituitur, 361. II.
Deorum Mater contumelia affecta, 362. LXXVI.
Deorum potentia derisa ob Juliani mortem, 363. LXVI.
Deorum nomen Angelis & Sanctis tributum, 373. XII.

Deo-

Deorum Ægyptiorum fana & simulacra a Graecbo Præfecto dejecta, 383. V.
Deuterius Episcopus Donatista, 368. XXII.
Dii gentium derisi a Christianis post obitum Juliani, 363. LXVI.
Dii gentium quales sint, in Juliano demonstratum est, 363. XLVII.
Diaconos conjugatos cum uxoribus permanere in Africa vetat Siricius, 386. III.
Dicteria Antiochensium in Julianum, 362. LXXXI. In eumdem aulicorum io Galliis, ibid.
Dictiones, &, per, cum, in, variæ in Hymno glorificationis, 371. LX. 371. LXXI. & seq.
Die Dominico Priscillianistæ jejunabant, 381. XCVII.
Didymus cognovit interitum Juliani, 363. LXI.
Didymi Alexandrini lucubrationes, 386. XLII.
Didymus Alexandrinus laudatus n Ruffino, 372. XCIV.
Didymus bis cæcus redditus, 372. XCV. Seducit sequentes se Melaniam & Ruffinum, ibid.
Didymus Hieronymum docet, 386. XLII.
Didymus Alexandrinus magnæ æstimationis apud Hieronymum, 386. XLIII.
Dignitatum cupiditas Paulinum ad hæresim traxit, 378. XV.
Diocletianus quo anno Christi imperare cœperit, 374. XIII.
Dioclis obitus crudelitate Valentiniani Imperatoris, 367. XXI. Creditus Martyr; sicut Diodorus & ipse jussus inoocenter occidi a Valentiniano, ibid.
Diodori episcopi exulante Meletio res gestæ Antiochiæ, 370. LXIX.
Diodorus cum Flaviano curat Ecclesiam Antiochenam post Meletii exilium, ibid.
De eodem Diodoro, 370. LXXV. & seq.
Diodorus ordinatus Episcopus Tarsi a Meletio, 378. LV.
Diodorus a S. Basilio acceptus, 371. L.
Diodori Tarsensis studet Nectario, 381. LXX.
Diodoris Tarsensis fides laudata n Theodosio, 381. LXXI.
Diœcesum limites servandos ex præscripto Nicæni Concilii statutum in Concilio Constantinopolitano, 382. XXXIII.
Diœcesis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, 381. XXXVI.
Dionis locus restituitur, 384. VII.
Dionysii Mediolanensis Episcopi n Cappadocia Mediolanum translatio, 375. XX.
Dionysii Episcupi Mediolanensis corpus n S. Basilio missum ad S. Ambrosium, ibid.
Dioscorus Vicarius Galliarum persecutor, 362. CCLX.
Disputatio publica cum hæreticis decreta coram Theodosio, 383. XXIX. & seq.
Disputare de fide non esse monachorum, sed Episcoporum, 378. LXI.
Disputatio rerum fidei non facienda coram judicibus laicis, 386. XVII.
Divina providentia in suis defendendis, 387. IX.
Dogmata vera a falsis facile dignosci ex meritis personarum, 360. XXVI.
Dometios monachus Persa redarguit Julianum Nisibi agentem, 363. XXXVIII.
Dometii monachi Persæ martyrium, ibid.
Dominica uxor Valentis, 378. XXIX.
Dominica Palmarum, 387. XVIII.
Dominico die jejunare, Priscillianistarum mos, 382. CV.
Dominicum Aureum Antiochenum sub Arianorum potestate, 362. CVI.
Domnini legatio ad Maximum qualis, 387. LVI. & seqq.
Domninus deceptus a Maximo, 387. LVII.
Donatus Episcopus quæ passus a Donatistis, 362. CCLXVIII.

Donatus filius Nini occisus a Donatistis, 362. CCLXVI.
Donatus grammaticus præceptor S. Hieronymi, 372. XL.
Donatus episcopus Aretinus Martyr sub Juliano 362. CCL.
Donati Carthaginensis Episc. Donatistarum obitus, 371. CXXI.
Donatistarum legatio ad Julianum, 362. CCLXI.
Donatistarum mira adulatio, 362. CCLXIII. Ab Augustino reprehensa, ibid.
Donatistæ Arianis conjuncti, 360. XXXI.
Donatistæ exules restituti a Juliano, 362. CCLXIV.
Donatistarum furor adversus Catholicos sub Juliano, 362. CCLXVI.
Donatistæ invadunt Ecclesias, & occidunt ministros, ibid.
Donatistæ projiciunt sacrum Chrisma, 362. CCLXVII.
Donatistæ quid in sacram Eucharistiam, ibid. Miraculum ex eo secutum, cum iidem lacerantur a canibus, ibid.
Donatistæ impia scelera committunt, 362. CCLXVIII. CCLXXII. CCLXXIV.
Donatistæ quid in sacras virgines, ibid.
Donatistæ parietes & pavimenta ecclesiarum quomodo exorcizabant, 362. CCLXIX. CCLXXVII.
Donatistæ frangunt & radunt altaria Catholicorum, 362. CCLXIX.
Donatistæ frangunt calices, 362. CCLXXI.
Donatistæ auferebant mitrellas a sacris virginibus, 362. CCLXXII. CCLXXIII.
Donatistæ virgines sacras reddunt profanas, 362. CCLXXIV.
Donatistæ quid in mortuos & sepultos Orthodoxos, 362. CCLXXVII.
Donatistæ declinant conferre cum Catholicis, 368. XVII.
Donatistæ apud se Catholicam Ecclesiam esse contendebant, 368. XVIII.
Donatistæ recentiores adversantur majoribus, 368. XXII.
Donatistas rebaptizantes cohibet Imp. Valentinianus, 373. XXXV.
Donatistæ rebaptizare prohibentur, & ecclesias ablatas Catholicis reddare jubentur, 377. VI.
Donatistas lege compescit Gratianus, ibid.
Dorostoli passus Æmilianus, 362. LXXX.
Dorotheos Martyr Edessæ sub Juliano, 363. XXXVII.
Dorotheus cum Probo legatus a Basilio ad Occidentales, 371. IX. XXIX.
Duliana hæresis ex Ariana propagata, 360. XLIII.

E

Ecclesia Catholica penes quos esse dicenda sit, 368. XIX.
Ecclesia Catholica absque armis vincit, 372. LXXXIX.
Ecclesia Dei dilatatur, cum ab hæreticis angustiatur, 372. CIII.
Ecclesia numquam carere potuit ministris aliquibus lucri cupidis, 370. CXVIII.
Ecclesia Romana, Vide, Romana Ecclesia.
Ecclesia Orientalis innumeris cladibus agitata, 373. XXXIII.
Ecclesia Orientalis innumeris hæresibus vexata, 373. XXXIV.
Ecclesia Scythica a Valente invasa, 371. CXIV.
Ecclesiæ Catholicæ status tempore obitus Constantii qualis, 362. XXXIII.
Ecclesiæ Martyrum jussæ a Juliano demoliri, vel succendi, 362. CXIV.
Ecclesiæ vexatæ legibus Juliani, 362. CCLXXXIV.
Ecclesiæ a Judæis sub Juliano incensæ diversis in locis, 363. VI.

Ecclesiæ antiquos mores Julianus imitari conatus, 362. CCCII. & seq.
Ecclesiæ Catholicæ vetera instituta, 369. VIII.
Ecclesiæ Orientalis sub Valente status miserandus describitur, 370. VII. XVI. Navali pugnæ comparatus, 372. LXXVII.
Ecclesiæ Orientalis status sub Gratiano, 382. IX.
Ecclesiæ Orientalis legatio ad Pontificem Romanum, 370. VIII. XXII.
Ecclesiæ collatæ indignissimis administrandæ, 370. XVII. 371. XVII.
Ecclesiæ laboranti subvenire præstat, quam vitam in solitudine colere, 370. LXXVI.
Ecclesiæ canonem frumentarium non solvebant Imperatori, 379. XXVI.
Ecclesiæ unitas non locorum intercapedine, sed animorum diversitate, disjungitur, 372. XX.
Ecclesiæ Ægypti frumentum ab Imperatore accipiebant, 370. XXVI.
Ecclesia Hierapolitana exuta donatione M. Aurelii, 362. CCLXXXI.
Ecclesiæ Orthodoxorum quomodo a Donatistis exorcizatæ, 362. CCLXX.
Ecclesiæ in integrum restitutæ per Jovianum Imperatorem, 363. CXXVI. & seq.
Ecclesiæ prædia a tributis immunia, 387. XI.
Ecclesiæ quando pendebant tributum, ibid. & 387. XII.
Ecclesiæ & secularium Principum potestas, 387. XVII. In rebus Ecclesiæ, 387. XXII.
Ecclesiam Dei divinitus regi, 389. LXII.
Ecclesias inanium sermonum loca non esse, 382. XX.
Ecclesiis ab Orthodoxis ablatis, Catholici in campo foris coeunt, 375. CVIII.
Ecclesiæ ritus gloriam dicendi Patri per Filium cum Spiritu sancto, 371. LXXII.
Ecclesiarum consuetudines quatenus servandæ, 384. XXXV.
Ecclesiarum Patriarchalium ordo & prærogativa, 382. XIX.
Ecclesiarum parietes aqua salsa expiati, 362. CCLXXVI.
Ecclesiarum variæ consuetudines non improbantur, 384. XXXV.
Ecclesiastica historia qualis esse debeat, quatuor animalium visione designatur, 362. pag. 34.
Ecclesiastica judicia a quibus tractanda, 376. VI.
Ecclesiastica judicia diversa, 381. VI.
Ecclesiastica judicia Episcoporum esse, 385. XXX. Ubi tractanda, 387. VI.
Ecclesiastici capere ex bonis alterius a Valentiniano vetiti, 370. CXVII. & seq.
Ecclesiastici adire vetantur seculares judices, 360. XL. Qui eorum causas judicare non possunt, 385. XXIII.
Ecclesiasticorum avaritia, & studium captandi voluptates exagitatur, 370. CXVII.
Ecclesiasticum judicium seu forum illibatum vult custoditum Theodosius, 385. XXXI.
Ecdicius Præfectus Ægypti sub Juliano, 362. CCXLII.
Ecebolius Arianus, 362. XIII.
Ecebolii rhetoris inconstantia, ibid.
Ecebolii rhetoris apostasiæ & pœnitentia, ibid.
Edessæ Martyres sub Juliano, 363. XXXVIII.
Edessæ Lupus Arianus Episcopus præficitur, 375. CX.
Edessenæ Ecclesiæ persecutio sub Valente, 375. CVIII.
Edessenæ feminæ dignum constantiæ exemplum, ibid.
Edesseni quæ passi a Juliano, 362. XIV.
Edesseni Fideles in fide constantes, 372. CVIII.
Edesseni clerici proscripti, 372. CIX.
Edesseni octoginta exules sub Valente, 372. CXI.
Edictum Valentis de expellendis Episcopis Catholicis, 370. I.
Edictum, Vide, Lex, Rescriptum.
Electio Nectarii qualiter se habuit, 38c. LXIX. Quando facta, 381. LXX.
Electi in Episcopos simulabant se aliquod admisisse delictum, ne ordinarentur, 374. XII.
Electio Episcoporum qualiter fieri solita, & qui abusus, cum invaluit ut laici eligerentur, 375. XXI.
Electio Basilii, 369. XLI. & seq.
Eleemosynæ Christianorum effusæ laudatæ a Juliano, 362. CCCVI.
Eleemosynæ Christianorum Romæ abundantes, 382. LXIX.
Eleemosynas in obitu carorum effusius dandi consuetudo, ibid.
Eleemosynis quantum consideret Ambrosius, 387. XIV.
Eleemosynis Christiani etiam infidelibus subveniebant, 362. CCCVI.
Eleusana plebs in Gallia decepta a Priscillianistis, 381. CIX.
Eleusiniis Julianus Apostata initiatus, 36c. V.
Eleusius Cyzici Episcopus hæresis Macedonianæ propagator insignis, 360. XX.
Eleusius Cyzici Episc. in vincula traditur a Juliano, 363. LXXVIII.
Eleusii hæretici obstinatio, 381. XXXII.
Eleusius Episcopus Cyzicenus quid sub Juliano, 362. LXXVIII.
Eleusius Macedonianus Episcopus, 360. CCXXX. VIII.
Eleusius propugnator dogmatis Macedoniani, 365. V.
Eleusius Episcopus jubetur ædificare ecclesiam Novatianorum, 361. XVI.
Eleusius e sede pellitur, & in locum ejus sufficitur Eunomius, 366. XXII.
Eliphius Tullensis Episcopus Martyr sub Juliano, 362. CCLVI.
Elisei Prophetæ reliquiæ ubi, 362. CXLVIII.
Eloquentiæ studia quatenus Ecclesiasticis & Christianis permissa, 369. LXVI. & seq.
Elpidius apostata, 362. CVII. CX.
Elpidii Juliani avunculi & in sacrilegiis socii interitus, 362. CX.
Elpidius Martyr sub Juliano, 362. XXV.
Elpidius legatus a Liberio Papa in Orientem ad Arianos, 361. XVII.
Emeseni Gentiles insaniunt in Christianos, 362. CXLIX.
Emmelia Basilii mater visitat filium in eremo agentem, 363. LXXXVII. & seq.
Emmeliæ matris S. Basilii obitus, 369. LXI. Quid in obitu, 360. LXII. Et ætas, ibid. Mater decem filiorum, ibid.
Energumenorum monstruosa spectacula, 383. XIX.
Ennodii distychon de victoria Ambrosii contra Symmachum, 384. XI.
Ephræm visio de S. Basilio, 370. LIV. An Græco loquendi i gratia impetrata fuerit a S. Basilio, 370. LVI.
Ephræm Syri cum S. Basilio congressus, ibid.
Ephræm Apollinarem delusit, 375. XXVII.
Ephræm Syrus laudat Basilium post obitum oratione panegyrica, 378. VII.
Ephræm falso dicitur presbyter a Basilio ordinatus, 378. XV.
Ephræm insaniam simulat, ne Episcopus ordinetur, ibid.
Ephræm Edesseni diaconi tempus obitus, 378. XII. Testamentum Ephræm, 378. XIII.
Ephræm funeris honorem haberi sibi vetat, 378. XIV.
Ephræm rogat, cum defunctus est, pro se preces offerri, ibid.
Ephræm scripta quantæ auctoritatis fuerint, ibid. Publice legi solita in Ecclesia, ibid. Quomodo, & a quibus collecta & edita, ibid.
Ephræm quid de Paulino discipulo moriturus admonuit, 378. XV.

Ephræm discipulus Episcopatus ambitione hæreticus fit, *ibid.*
Ephræm memoria in Ecclesia, *ibid.*
Epiphania Domini in Ecclesia solemnis, 361. I. Illam se celebrare simulat Julianus, *ibid.*
Epiphanii primordia, 372. CVIII.
Epiphanius cum hæreticis Antiochiæ congreditur, 363. CXLVI.
Epiphanius ob egregiam venerationem, & Paulinus ob sanctitatem a Valente non tanguntur ut alii, 370. VI.
Epiphanius a Gnosticis, pellicitur, 372. CIX. 373. XIV.
Epiphanii Actorum scriptor mendax, 372. CX.
Epiphanius scripsit res Hilarionis, cujus erat pernecessarius, 372. CVII.
Epiphanii vita & res gestæ, 372. CVIII. 382. I.
Epiphanii res gestæ haud in omnibus constantes, 372. CX.
Epiphanius tentatus in exilio a Gnosticis, 372. CIX.
Epiphanii de Sanctorum veneratione sententia, 373. XXX.
Epiphanius recipit Legatos e Pamphilia, 374. XIII.
Epiphanius quando & cur scripserit Ancoratum, *ibid.*
Epiphanius quando & qua de causa scripsit librum de Hæresibus, 375. XVI.
Epiphanii laudes ex laudatis viris, 375. XVII.
Epiphanius venit Romam ad Concilium, 382. I. Hospitatur apud Paulam *ibid.*
Episcopalia judicia, 381. VI.
Episcopatus contemptus exemplum, 374. V. 386. VI.
Episcopatus Valentis tempore collati vilibus personis, 370. XVII. 371. XVII.
Episcopatus quibus in primis conferendi, 365. XIX.
Episcopatus ambitione Paulinus hæreticus fit, 378. XV.
Episcopatum ut fugerent, quid multi agere solerent, 374. XII.
Episcopus qualis esse debeat, 372. CIV. 374. II. 381. LX.
Episcopus prædixit conversionem Augustini, 377. IX.
Episcopi dignitas, 371. XCVI.
Episcopi electi, ne ordinarentur, simulabant aliquod admisisse delictum. 374. XII.
Episcopi Catholici bene habiti a Juliano, 361. XIII.
Episcopi Ægypti Catholici acti in exilium Diocæsaream, 372. LXXXII.
Episcopi conveniunt Constantinopoli, ut Gregorium in sede Episcopali collocent, 381. XVIII.
Episcopi Ægyptii non vocati ad Synodum, eo quod favissent Maximo, 381. XIX.
Episcopi insigniores, qui interfuerunt Constantinopolitano Concilio, 381. XXII.
Episcopi qui ex Ægypto venerunt pro Maximo, agunt contra Gregorium, 379. XXV.
Episcopi frumentarii, 370. XXVI.
Episcoporum Judicium quale, 381. VI.
Episcopi Principibus morigeri & addicti quales sint, 381. XLVII.
Episcopi quatuor uno tempore Antiochiæ, 372. XII.
Episcopi qui a Valente jussi sunt solum vertere, 370. XVII.
Episcopi multi neophyti & laici post Ambrosii electionem sunt creati, 375. XXI.
Episcopi nec laici nec neophyti eligi debent, *ibid.*
Episcopi lapsi pœnitentes restituti, qui Arimini cecidisse videri poterant, 362. CXXIII.
Episcopi lapsi ad Ecclesiam reversi in eodem statu sæpius relicti, 362. CLXXXIII. Declaratur hoc, *ibid.* 362. CCVIII. CCX.
Episcopi Orthodoxi omni fide majores nominati in edicto Theodosii, 381. LXXIV.
Episcopi qui interfuerunt Concilio Antiocheno & professi sunt fidem Catholicam, 363. CXLII.
Episcopi juniores, qui interfuerunt Concilio Constantinopolitano, quales essent, 381. XLVII. LXVII. Eorum jactantia in litteris ad Damasum datis, 381. LXXII.
Episcopi qui venerunt Romam ad Synodum, 382. III.
Episcopi & humiles & erecto animo pro temporis ratione esse debent, 370. XLIII.
Episcopi exules a Juliano restituti, 361. XIII.
Episcopi exules a Joviano Imperatore restituti, 363. CXXX.
Episcopi exules revocati a Valente invito, 377. II.
Episcopi exules liberati a Gratiano, 378. XXXIII.
Episcopi Thessalonicenses hujus sæculi, 378. XLII.
Episcopi duo in una civitate esse prohibiti, 366. X.
Episcopi in exilium acti impulsu Arianorum Alexandriæ, 372. LXXXIII.
Episcopi a Firmo Legati de pace mittuntur ad Theodosium, 373. XXXV.
Episcopi Orientales Catholici expulsi a Valente, 370. I.
Episcopi Orientales cum Occidentalibus digladiantur in Concilio Constantinopolitano, 382. LIII.
Episcopi Orientales vocati Romam ad Synodum, 381. XCVII.
Episcopi Priscillianistæ damnati in Concilio Cæsaraugustano, 381. CII. & *seq.*
Episcopi Hispaniarum qui damnarunt Priscillianum & socios, 381. CIII.
Episcopi quam cavere debeant judicium sanguinis, 386. XXXIII.
Episcopi ex quibus assumendi, e magistratibus primum, deinde ex Ecclesiasticis ordinibus, 365. XIX.
Episcopi Concilii Tyanensis, 365. XXVIII.
Episcopi depositi recipiunt suas sedes vigore litterarum Liberii Papæ, 365. XV.
Episcopi subscripti Alexandrino Concilio, 362. CCIII.
Episcopi lapsi an ad suam Ecclesiam restituendi essent pœnitentes, disputatur in Synodo Alexandrina, 362. CLXXXIII. CCXI.
Episcopi duo unius Ecclesiæ quando & quomodo passi, 362. CLXXXIII.
Episcopi cur ex laicis sæpe eligerentur, 375. XXI.
Episcopi Catholici inter se divisi occasione Ithacii, 386. XXXIII.
Episcopi electione abstinet Valentinianus, 374. III.
Episcoporum esse, & non Imperatorum curare Ecclesiastica, 364. XII.
Episcoporum legatio ad Valentinianum pro Concilio convocando, *ibid.*
Episcoporum subscriptio Concilii Constantinopolitani inversa, 381. XXXIX.
Episcoporum electio quanta cura peragenda, 369. XLVIII.
Episcoporum electio ex decreto Illyricianæ Synodi, 385. XIX.
Episcoporum electiones ubi agerentur, 386. XXXVIII.
Episcoporum postulatio quomodo a populo fieret, 369. XLIX.
Episcoporum vita qualis esse debeat, 381. LX.
Episcoporum Constantinopolit. Synodi descriptio, 382. LXVII. Eorum jactantia, 381. LXXII.
Episcoporum esse, & non monachorum, disputare de fide, 378. LXI.
Episcopos ne sibi eligant hæretici, 384. XXXVIII.
Episcopos inter se discordes velato prætextu Julianus in concordiam revocare fingit, 361. XVIII.
Episcopos Ariminensis Concilii Taurus detinet & affligit, 361. VIII.
Episcopos ultra diœceses suas jura Episcopalia exercere vetitum Concilio Constantinopolitano, 381. XXXIV.
Episcopos de rebus Ecclesiasticis judicare, 385. XXX. Eosdem a solis Episcopis judicari, 386. XVII.

Epi-

Episcopos Principibus adolari indignum, 386. XXX. Imperatoribus præstare, 386. XXXI.
Epistola Ambrosii ad Vercellensam Ecclesiam quando scripta, 371. CXVI.
Epistola Ambrosii de sua legatione ad Valentinianum, 387. XLVII.
Epistola Ambrosii ad Marcellinam, 387. XIX.
Epistola Ambrosii ad Marcellinam de inventione SS. Martyrum Gervasii & Protasii, 389. XXXVIII.
Epistola Arianorum ad Garminium Semiarianum, 366. XXVI.
Epistola Athanasii ad Ruffinianum, 362. CCIX.
Epistola Athanasii ad Jovianum Imperatorem de fide, 363. CXXXIII.
Epistola Basilii consolatoria ad monachos persecutione vexatos, 375. XIV.
Epistola Basilii consolantis Alexandrinos tempore persecutionis Lucii, 372. C.
Epistola Basilii ad Ambrosium, 375. XVIII.
Epistola Basilii ad Athanasium, 372. LXXIX.
Epistola Basilii consolatoria ad Antiochenos, 376. LXXXV.
Epistola Basilii ad Occidentales, 372. V.
Epistola alia Basilii ad Damasum & Occidantales, 372. XVII.
Epistola Basilii ad Evaisenam Ecclesiam, 377. IV.
Epistola Basilii ad Gregorium post fugam, 369. XLVI.
Epistolæ Basilii ad Julianum fragmentum, 362. VII.
Epistola Basilii ad Libanium, 363. XCIII.
Epistola Basilii ad SynodumTyanensem, 365. XXX.
Epistola Basilii ad Theodotum da rebus gestis cum Eustathio, 375. XLIII.
Epistola Constantinopolitanæ Synodi ad Theodosium, 381. XXXVII.
Epistola Damasi da recipiendo Vitale, 373. V.
Epistolæ Damasi & Aurelii commenticiæ, 374. XI.
Epistola Episcoporum Italiæ ad Illyricos, 365. XXVI.
Epistola Germinii Semiariani adversos Arianos, 366. XXVII.
Epistola Gregorii Nazianzeni agentis in eremo ad Amphilochium, 363. LXXXVI.
Epistola Gregorii agentis in aremo ad Basilium, ibid. & 363. LXXXIX.
Epistola Gregorii ad Basilium creatum Episcopum, 369. LVII. Alia de non timendo adversarios, 369. LVIII.
Epistolæ duæ Gregorii ad Basilium expostulantis de Sede Sasimorum oblata, 371. XCII.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Basilium, 362. LXVII.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Basilium tempore electionis ejus, 371. LXXXVIII.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Bosphorium de suo reditu, 366. VII.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Bosphorium Episcopum post electionem suam, 371. XCIX.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Cæsarium a terræmotu liberatum, 368. IX.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Cæsarium, cum esset apud Julianum, 362. IX.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Eusebium Cæsariensem, 363. LX.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Eusebium Samosatenum, 369. LIII.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Eusebium Samosatenum caulantem, 370. IX.
Epistola Gregorii senioris ad Cæsarienses de eligando Basilio, 369. XLIX. Ibi laudes Basilii, 369. L.
Epistola Gregorii senioris ad Episcopos coactus ad electionem, 369. LI.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Gregorium Nyssenum reprehendens eum, quod Eloquentiæ nimis vacaret, 369. LXVI.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Eudoxium de Basilii obitu, 378. VI.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Gregorium Nyssenum da obitu Basilii, 378. V.
Epistola Gregorii Nazianzeni ad Nectarium objurgatoria, 384. XXXIX.
Epistola Gregorii Nazianzeni de Synodo ad Posthumianum, 383. XXIV.
Epistola Gregorii ad Saturninum de Synodo, 383. XXV.
Epistolæ Gregorii recusantis venire ad Synodum, 382. VII. & seq.
Epistola Hieronymi ad Asellam, 385. XIII.
Epistola Hieronymi ad Damasum, 372. XLVIII.
Epistola S. Hilarii da rebus gestis Mediolani cum Auxentio Ariano Episcopo, 369. VIII.
Epistola Juliani ad Basilium, 362. VI.
Epistola Juliani ad Arsacium de mutatione rerum Christianorum, 362. CCCVI.
Epistola Juliani ad Ætium, 361. XVI.
Epistola Juliani ad Alexandrinos de nece Georgii, 362. CLXVI.
Epistola Juliani de quærendis libris Georgii Ariani, 362. CLXX.
Epistola alia Juliani ad Alexandrinos da Athanasio, 362. CCXLIV.
Epistola Juliani contra Athanasium, 362. CCXLI.
Epistola alia contra Athanasium, 362. CCXLII.
Epistola Juliani ad Artabium, qua Christianos nomine Galilæorum sugillat, 362. XIX.
Epistola Juliani ad Ecebolium, 362. XIII.
Epistola Juliani ad Bostrenses, 362. CLV.
Epistola Juliani ad Hermogenem, 361. VII.
Epistola Juliani ad Libanium, 362. XVI.
Epistola Juliani ad Judæos, 363. VIII.
Epistola Juliani ad Zenonem medicum, 361. XIV.
Epistola Juliani ad Libanium in procinctu militari scripta, 363. XXX.
Epistola Libanii ad Joannem Chrysostomum, 382. LVII.
Epistola Libanii ad Basilium, 362. LXIV.
Epistola alia Libanii ad Basilium, 363. XCVII.
Epistola Liberii ad Episcopos Italiæ, 362. CLXXVIII. Ejusdem alia ad Episcopos Orientales, 365. XI. Ejusdem alia de restituendis Episcopis ad eosdem, 365. XV.
Epistola Maximi ad Valentinianum pro S. Ambrosio, 387. XXXIII.
Epistola Maximi ad Syricium, 387. LXV.
Epistola Meletii ad Occidentales, 371. XV.
Epistola Petri Alexandrini de persecutione Arianorum, 372. LXXXIII. & seqq.
Epistola Siricii ad Himerium Episcopum Tarraconensem, 385. VI.
Epistola Synodi Antiochenæ ad Jovianum, 363. CXLI.
Epistola Synodalis Damasi ex Romano Concilio contra Auxentium, 369. XXIX.
Epistola Synodalis Episcoporum Galliæ ad Orientales, 362. CCXXX.
Epistola Synodalis Illyricorum Episcoporum, 365. XVIII.
Epistola Synodalis ex Concilio Constant. ad Damasum, 381. CIX. & seq.
Epistola Synodalis Concilii Alexandrini, 362. CXCIII.
Epistola Synodi Constantinop. ad Theodosium, 381. XXXVII.
Epistola Synodalis ex Concilio Antiocheno ad Jovianum, 363. CXLI.
Epistola Synodalis ex Concilio Aquilejensi, 381. XCII.
Epistola Valentiniani ad Prætextatum de expellendo Ursicino, 368. II. Alia ad eumdem, 368. III.
Epistola Valentiniani de electione Siricii, 385. VI.
Epistola Valentiniani de construenda basilica S. Pauli, 386. XXXIX.

Epi-

Epistola Valentis Imperatoris de fide Catholica tenenda, 365. XXI, *& seqq.*
Epistola Valentis & Valentiniani ad Arianos de recta fide, *ibid.* An Valentiniani etiam vera sit, 365. XXV.
Epitaphium a Damaso Papa conscriptum, 383. I.
Epitaphium Picentiæ a Liberio Papa consignatæ, 367. V.
Epitaphium S. Marcellinæ sororis S. Ambrosii, 383. XVII.
Epulas faciendi ad Memorias Martyrum mos, 384. XXXV.
Equus Valentis Imperatoris curatus ab Aphraate monacho, 370. LXXIV.
Equi Juliani interitus, 363. XXXIII.
Equulei tortura qualis, 367. XXV.
Eremus Basilii & Gregorii Nazianzeni qualis, 362. LXX. 363. XCII.
Error Sozomeni in reditu Basilii ab eremo, 366. XIX.
Error Sozomeni & aliorum in tempore Valentis persecutionis, 366. V.
Error Sulpitii & Gregorii Turonensis in tempore obitus Hilarii, 369. XXII.
Errores & mendacia de Damaso refelluntur, 367. XV.
Error cujusdam, Isidis imaginem B. Virginis esse arbitrantis, 363. XXV.
Eruditis viris magistratus contulit Julianus, 362. I.
Etherius tabellarius Damasi ad Hieronymum, 370. LXIII.
Etruscos Aruspices secum duxit Julianus, 363. XLVIII. *Vide*, Aruspices.
Evagrius comes quid sub Juliano, 361. IX.
Evagrius Antiochenus cum Eusebio venit in Italiam, 362. CCXXVI.
Evagrius agit contra Auxentium, 369. XXVII.
Evagrius Episcopus delectus a Catholicis Constantinopoli, 370. XXV.
Evagrius Pampiani Antiochenus rediit ab Occidente, quo profectus cum Eusebio Vercellensi fuerat, 372. IX.
Evagrius cum Hieronymo peregrinatur in Orientem, 372. XXXVIII. Dives valde & pius Hieronymum alit in eremo, 372. XLIII.
Evagrius Antiochenus Episcopus, 372. XXXVIII. XLIII.
Evagrius Ponticus discipulus Gregorii Nazianzeni, 379. XXIII.
Evagrius Ponticus diaconus Constantinopolitanus, 381. LXXVIII.
Evagrius Ponticus cum Nectario remansit Constantinopoli, *ibid.*
Evangelium Joannis repertum in specu templi Hierosolymorum tradit Nicephorus, 363. XIX.
Evangelica consilia quo consilio Julianus servanda Christianis proponat, 362. CCLXXXII.
Evangelicæ historiæ quaternarius numerus quatuor animalibus consignatur, 361. pag. 34.
Euchaitæ hæretici iidem Massaliani, 383. XXXVIII.
Eucharistia super altare, 362. CCLXX.
Eucharistiam in itinere deferendi usus, 383. XV.
Eucharistia manibus accipi solita, 361. III.
Eucharistiam accipiebant, sed non consumebant Priscillianistæ, 381. CVI.
Eucharistia canibus datur a Donatistis non sine divina ultione, 362. CCLXVII.
Eucharius Martyr in Gallia sub Juliano, 362. CCLVI.
Euchrocia & Procula a Priscilliano seductæ, 381. CIX.
Euchrocia occisa a Maximo cum Priscilliano, 385. XXIV.
Eudoxii arrogantia, 360. XXXII. Ætii in hæresi collega, 360. XXXIV. Item Eunomii *ibid.*
Eudoxius baptizat Valentem Imperatorem, 366. IV.
Eudoxus a Lampsaceno Concilio damnatus, 365. IV. V.
Eudoxius Episcopus Constantinopolitanus sub Juliano, 362. XLII.
Eudoxius qualis fuerit, 381. XXX.
Eudoxii Ariani Constantinopolitani Episcopi obitus, 370. XXV.
Eudoxiani exagitati a Semiarianis, 362. CCXXXVII.
Eudoxiani damnati Lampsaci, 365. IV. V.
Eudoxiani in Concilio Constantinopolitano damnantur, 381. XXX.
Eugenius & Macarius audacter Juliano Antiochiæ resistunt, 362. XC. Eorumdem martyrium, 362. XCI.
Eugenius deportatus in Oasim, *ibid.*
Eugenius Martyr Antiochiæ, *ibid.*
Eugenius eunuchus favet Procopio tyranno, 364. XIII.
Eulalius creatus Episcopus Nazianzenus, 382. VI.
Eulogius presbyter Edessenus egregius Confessor exulat, 371. CXI. Ejus exilium cum Protogene, *ibid.*
Eulogius cum Protogene exul convertit infideles ad fidem, 372. CXII.
Eulogius Episcopus Edessæ ordinatus, 378. XLVIII.
Eunomius Macedonianæ hæresis propagator scelestissimus, 360. XXII. Ejus & Eudoxii hæresis eadem, 360. XXXIV. Consilio Eudoxii hæresim propalat, *ibid.* Hæresiarcha fuit procacissimus, & ejus res gestæ, 360. XXXV. A Sancto Basilio redarguitur, 360. XXXVI. Ejus incredibilis arrogantia, 360. XXXVII. Item aliæ blasphemiæ, 360. XXXVIII. Recentiorum hæreticorum cum ipso antiqua cognatio, 360. XXXIX. Hagiomachus fuit, *ibid.* & Anabaptista, *ibid.* *& seq.* Novos ritus introduxit, *ibid.* Non tantum doctrina, sed moribus etiam fuit impurissimus, 360. XLI. Diu supervixit, *ibid.* Ejus discipuli, 360. XLII. Ejusdem scripta qualia, *ibid.*
Eunomius Episcopus Samosatenus Arianus, 370. XI.
Eunomius ordinatur Episcopus Cyzicenus, 366. XXII.
Eunomii fastus & horrendæ blasphemiæ, 366. XXIV.
Eunomii tumorem mentis deprimit S. Basilius, *ibid.*
Eunomii res gestæ, 366. XXII. Ejus blasphemiæ & mores, 366. XXIV.
Eunomius alius Episcopus Samosatæ, *ibid.*
Eunomiani hæretici dicti Hagiomachi, 360. XXXIX. Dicti Troglodytæ, 360. XLI.
Eunomianos etiam Ariani detestabantur, 378. XXXIII.
Eunomiani edicto Gratiani damnati, *ibid.*
Evodius Consul quid cum Martino, 386. XXXI.
Evoltius diaconus relegatus in Oasim, 370. XII.
Evortius Episcopus Aurelianensis, 374. XII.
Euphemitæ hæretici, 361. XXXV.
Euphrates fluvius in Tigrim fossa deductus, 363. XLV.
Eusignius Martyr Antiochiæ sub Juliano, 362. CXXVI. CXXXIV.
Eupsychius Martyr incensor templi Fortunæ, 362. LIII.
Eupsychii martyrii causæ, *ibid.*
Eusebius Samosatenus Episcopus Meletium ad Sedem Antiochenam promovit, 360. XLVIII. Mira ejus constantia, 360. XLIX.
Eusebius Episcopus Bononiensis cultor virginitatis, 377. XI.
Eusebius Bononiensis Episcopus interfuit Concilio Aquilejensi, 381. LXXXII.
Eusebii Episcopi Cæsareæ Cappadociæ electio ipso invito, 362. L. *& seq.*
Eusebius infensus Basilio, 362. LVII.

Eusebius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ redarguitur, a Gregorio Nazianzeno, 362. LX.
Eusebius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ interfuit Synodo Tyanensi, 365. XXVIII.
Eusebius reconciliatur Basilio, 365. XXXI.
Eusebius Episcopus Cesareæ Cappadociæ favet Basilium, 356. XVII.
Eusebius Episcopus Cæsareæ moritur, 369. XLI. Succedit ei Basilius, *ibid.* & *seq.*
Eusebius Eunuchus Arianus præfectus cubili Imperatoris Constantii necatur, 361. X.
Eusebii Præfecti in Basilium persecutio, 370. LVII.
Eusebius Præfectus interficiendus a popolo liberatur a Basilio, 370. LXI.
Eusebius Martyr Hadrianopoli sub Juliano, 362. LXXX.
Eusebius Martyr Gazensis, 362. CXXXVIII.
Eusebii Samosateni laudes per Gregorium Nazianzenum, 369. LIII.
Eusebius Samosatenus pulsus in exilium in Thraciam, 370. VIII.
Eusebius exulans a Gregorio Nazianzeno litteris salutatur, 370. IX.
Eusebius clam subducit se a suis exulaturus, ne impediretur, 370. VIII.
Eusebius Samosatenus in habitu militari lustrat Ecclesias Orientis, 370. XIV. Ad ipsum Basilii litteræ, 370. XV.
Eusebii Samosateni requiruntur litteræ ad Occidentales, 371. XIV.
Eusebius Samosatenus novos ordinat Episcopos, Acacium Berœæ, Theodotum Hierapolis, Eusebium Chalcidis, Isidorum Cypri, 378. XLVIII.
Eusebii Samosateni martyrium, 378. XLIX. Occisus a femina Ariana, *ibid.*
Eusebii Samosateni legatio pro restituendis Ecclesiis, 378. XLVII.
Eusebius Vercellensis venit Alexandriam ad Concilium, 362. CLXVI.
Eusebii Vercellensis subscriptio cum fidei professione, 362. CCIII.
Eusebius Vercellensis legatus ad erigendas Ecclesias collapsas, 362. CCVI.
Eusebii Vercellensis reditus in Italiam, 362. CCXXVI. Ejus laudes, *ibid.*
Eusebius & Asterius legati ex Concilio Alexandrino ad Antiochenos, 362. CXCIII. & *seq.*
Eusebii res gestæ post reditum, 362. CCXXXVI.
Eusebius Vercellensis visitat Ecclesias Orientis, 362. CCXII.
Eusebius commotus in Luciferum, 362. CCXIII. Causa recens, *ibid.* & *seq.*
Eusebii Episcopi Vercellensis res gestæ, 362. CCXXXVI.
Eusebii Vercellensis obitus, 371. CXVI.
Idem Confessor a majoribus dictus, 371. CXVII. An dicendus sit vere Martyr, 371. CXIX.
Eusebii Vercellensis vitæ censura, 371. CXVIII.
Eusebii scripta, 371. CXIX. Ejus miracula post obitum, 371. CXX.
Eustachius, Elpidius, Marcellus, & socii Martyres sub Juliano, 362. XXV.
Eustathii Monachi hæreses, 361. XLIII. & *seq.*
Eustathius Episcopus Sebastenus nequaquam auctor Monachorum Armeniæ & Ponti, 361. XLV. Non tantum non auctor monachorum, sed nec ipse Monachus, 361. XLVIII.
Eustathius pro Eutacto in Commentario Basilii de Regulis mendose scriptus, 361. LIII.
Eustathius Macedonianus Episcopus, 362. CCXXXVIII.
Eustathius a Basilio recipitur cum professione fidei Catholicæ, 371. XXXVI.
Eustathius rursus Catholicam fidem deserit, 372. XLII.
Eustathius Sebastenus legatus cum aliis Romam ad Liberium Papam, 365. VIII.
Eustathius recipit suam Ecclesiam litteris Liberii Papæ, 365. XV.
Eustathius Sebastenus exhibet Synodo Tyanensi litteras Liberii Papæ, 365. XXXII. Sedem recepit, *ibid.*
Eustathii Sebasteni res gestæ ante & postea cum reversus est in suam Ecclesiam, 365. XXXIII.
Eustathius cur recurrit ad Romanum Pontificem, 365. XXXV.
Eustathius Episcopus Antiochenus quo tempore vixit, 370. XXIX.
Eustathius rursus in hæresim lapsus struit calumnias Basilio, 375. XLII.
Eustathii simulatio detecta, 375. XLIV.
Eustathius Sebastenus olim Romæ receptus qualis esset, 372. V.
Eustathii Sebasteni causa ab exordio repetita, 372. VII.
Eustathius sæpe lapsus, & sæpe receptus, 365. XXXIII. 372. VII.
Eustochium filia S. Paulæ, 385. XL. Laudatissima virgo, 389. XLIV.
Eutactus Monachus Armenus hæresiarcha, 361. LIII.
Eutactus & Eustathius confusa nomina, *ibid.*
Euthymius procurat exilium Ambrosii, sed ipse exulavit, 387. II.
Euthymii in Ambrosium audacia divinitus punita, *ibid.*
Euzoii duo, ambo Ariani, 366. XXX.
Euzoius Episcopus Arianus Antiochiæ, 362. CCXIII.
Euzoius Arianus Episcopus Antiochenus agit contra Athanasium, 363. CXLVI.
Euzoii Ariani Episcopi Antiocheni obitus, 377. X.
Euzoius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ, 366. XXX.
Excommunicationis pœna, 370. XCII.
Excommunicatio jaculata ab Athanasio in Præfectum Libyæ, 370. XCI.
Excommunicatis communicare non licet, 356. XXIX.
Excommunicatis quæ denegentur, 370. XCII.
Exequias Christianorum vetat Julianus die agi, 363. XX.
Exercitus Juliani quasi momento redditus Christianus, eligit Christianum Imperatorem, 363. CXVI.
Exercitus Romanos premitur angustiis in Perside, 363. XLVI. & *seq.*
Exercitum ad vincendum armat religio, 378. XVI. XIX.
Exilium Meletii, 370. LXVII.
Exilium irrogatum a Valente omnibus Episcopis Catholicis, 370. I.
Exorcizare parietes & pavimenta Catholicorum opus Donatistarum, 362. CCLXXVI.
Exucontii hæretici, 360. LI.
Exules sub Constantio restituti a Juliano, 362. XIII.
Exules sub Constantio recipiunt sua a Juliano, 361. XVII.
Exploratores Basilii doctrinæ, 371. LIX.

F

FAbia Paulina uxor Prætextati, 384. VI.
Fabri filius parat loculum Juliano, 363. XXXII.
Faces ardentes in funere Christianorum, 368. X. 381. XLI.
Fægadius Episcopus in Gallia, 374. XII.
Fames ingens in Oriente sub Valente, 367. XXXIII.
Fastus insimulatus Basilius an jure, 372. XXXII.
Fastus insimulata Romana Ecclesia an jure, *ibid.*
Faustina secunda uxor Constantii, ei Filiam posthumam

humam Constantiam dictam peperit, 361. XIV.
Faustinus schismaticus fivet Ursicino, 367. XIV.
Federicus Metius translator epistolæ Juliani, 362. CLVI.
Felix Diabensis Donatista, 362. CCLXVI.
Felix Idicrensis Donatista pessimus, 362. CCLXVII.
Felix Præfectus Ærarii dira passus ob sacrilegium, 362. CV. CIX.
Felicis Episcopi Treverensis ordinatio, 386. XXIX. XXXVIII.
Felicissimus Priscillianista occisus cum Priscilliano a Maximo, 385. XXIV.
Felicitas nobilis Romana discipula S. Hieronymi, 384. II.
Feminæ Vercellensis septies ictæ historia, 367. XXII. & seq.
Feminarum peregrinatio reprehenditur, 386. XLIX.
Feminæ deceptæ a Priscillianistis, 381. CI. Vetitæ a Patribus convenire in sacris cum viris, 381. CV.
Feminæ Christianæ magna constantia, 370. LXXVII.
Feminæ strigæ magæ, 385. XX.
Festi Proconsulis idololatræ miserandus interitus, 385. XX.
Festi dies Juliani Imperatoris initio ubique Gentium ritu celebrabantur, 361. I.
Festum ab Alexandrinis statutum ob evasum periculum ex maris excrescentia, 365. XXXIX.
Fidei arma contra hostes Christianis sumenda, 378. XVI.
Fidei decretum semel sancitum Pontifex Romanus numquam mutat, 373. XXI.
Fides Catholica eadem semper nec mutanda, 360. IV. & seq.
Fides hæreticorum temporanea, ibid.
Fides Catholica omnia secum bona affert, 382. XII.
Fidei Catholicæ commendatio, 370. LXXXVII.
Fides sanctorum Patrum custodienda, 363. CXXXVI.
Fidei Christianæ propagatio tempore persecutionis Arianæ, 372. CII. & seq.
Fidei professio Catholica ex Concilio Illyricano, 365. XX. & seqq.
Fidei professio Paulini Antiocheni Episcopi, 363. CXLIX.
Fidei professio Auxentii, 369. XV.
Fidei professio Catholica oblata a Macedonianis Liberio Papæ, 365. VI.
Fidei confessio Basilii ad Julianum data, 362. VII.
Fidei regula firmata in Concilio Antiocheno, 378. XLIV.
Fidei veritatem dæmones confitentur, 387. XL.
Fidei causas ab Episcopis tractandas, 386. XVI. & seqq.
Fides Catholica armat milites ad vincendum, 378. XVII. XXVIII. 379. XII.
Fides Catholica cum impugnatur, barbari insurgunt, & superant, 376. VIII. 378. XVIII. XX. XXVIII.
Fides Christiana cum magis concutitur, tunc solidius firmatur, 362. CLXI.
Fides Catholica contra Arianos testata miraculis Antiochiæ, 370. LXXII. LXXVII.
Fides Nicænæ Synodi ab Athanasio celebratur, & narratur, 363. CXXXV.
Fides Occidentalium concors sub Liberio, 365. XIV.
Fidicinæ & psaltriæ lege Theodosii prohibitæ, 385. XXXVII.
Filii Valentiniani, & filiæ, 375. VI.
Firmi presbyteri martyrium sub Valentiniano, 372. CXIV.
Firmus noluit hominem prodere apud se latitantem, ibid.

Firmus tyrannus in Africa, 373. XXXV. Oppugnat eum Theodosius senior, ibid. Ejusdem obitus, 373. XXXVI.
Flacilla nominanda est quam Græci Flacillam dixerunt, 385. XXXV. Alia ei cognomena, 385. XXXVI.
Flaviæ Jovinæ epitaphium, 367. I.
Flaviani adversus Paulinum & Apollinarem oratio, 378. XXXVII.
Flaviani Episcopi Antiocheni causa iterum ventilata Constantinopoli, 383. XXXII.
Flaviani prudentia in detegendis Massalianis, 383. XXXVII.
Flavianus expræf. relegatus ad Aquas Taurinas, 362. CCLIII.
Flavianus Episcopus exulante Meletio quid præstiterit, 370. LXIX.
Flavianus per calumniam Paulinum accusavit, 378. XXXIX.
Flavianus & Diodorus curant Ecclesiam Antiochenam post Exilium Meletii, 370. LXIX. LXXV.
Flavianus quid cum Paulino, 378. XXXVII.
Flavianus ordinatus successor Meletii in Synodo Constantinopolitana, 381. XLII. LI. LV.
Flavianus Episcopus Antiochenus eligitur, 381. LI. Eam rem indignatur Damasus, 385. XCVII. Non tamen anathematizat, sed tolerat, 382. XVI. 386. LIV.
Flavianus profectus Constantinopolim ad Synodum, 381. XLVIII.
Flavianus simul cum Chrysostomo docet Antiochiæ, 386. LVI.
Flavianus ab Angelo admonitus de Ordinatione Chrysostomi, 386. LIV.
Flavianus cum concionatur Antiochiæ, ei defert Joannes Chrysostomus, 386. LVI.
Florentius Consul fugitivus, 361. VII.
Florentius Comes quid sub Juliano, 361. VIII.
Florentius Aquilejensis monachus laudatur, 372. XLII.
Florentius Puteolanus schismaticus, 381. III.
Fœdus cum Persis initum a Joviano, 363. CXIX. Fœderis conditiones, 363. CXX.
Fœdus Theodosii cum Maximo, 386. I.
Fœnerari vetitum in Romana Synodo, 382. XX.
Fons baptismalis in Vaticano a Damaso extructus, 384. XXIV.
Fons atrii basilicæ Vaticanæ, 384. XXV.
Fontes exsiccati ob Juliani impietatem, 362. CXVI.
Formula illa, & quod excurrit, quid importet, 368. XV.
Fortunæ ara in Palatio a Juliano erecta, 362. XXXVII.
Forum Ecclesiasticum illibatum vult Theodosius, 385. XXXI.
Forum sæculare clerici vitent, 369. XL.
Fossa ab Euphrate in Tigrim deducta, 363. XLV.
Fratres appellari aliquando schismatici & hæretici a Catholicis, 368. XIII.
Frumentum Hierapolitis a Juliano ademptum, 362. CCLXXXI.
Fuga Gregorii in solitudinem, 371. C. Revocatur a patre, 371. CI.
Fuga Basilii, ne crearetur Episcopus, 369. XLV.
Fuga Hilarionis a persecutione, 362. CXLI.
Fulgora in pluviam fecit Deus, cum dispertitas linguas super Apostolos pluit, 361. pag. 34.
Fonarius appellatus pater Valentiniani, 364. V.
Funera Christianorum agi die prohibet Julianus, 363. XX.
Funeris honorem moriens haberi sibi vetuit Ephræm, 378. XIV.
Funus Constantii Imperatoris, 361. XXV.
Funus infame Juliani Apostatæ, 363. LXIX.

Funus Cæsarii ritu Christiano, 368. X.
Funus Meletii sumptuosum, 381. XLI. Luminaris in eo, *ibid.*
Funus ingens in exercitu Romano, 363. XLIX.
Furor Juliani quam vehemens, 362. XL.

G

GAlatæ Martyres, 362. LXXII. *& seqq.*
Galates filius Valentis, 370. LI.
Galilæus Christus a Juliano dictus ignominiæ causa, 363. LVII.
Galilæi dicti a Juliano Christiani, quos sugillat ad contemptum, 361. XIX.
Galilæi a militia rejecti lege Juliani, 362. CCLXXXIV.
Galilæorum amentia, in ore Juliani frequens, 361. XV. XIX.
Galilæorum nomine carpuntur Christiani, 361. LXXXIX.
Galla nupta Theodosio, 387. LVIII.
Gallicanus Consularis quid passus sub Juliano, 363. CCL.
Gallicani Consularis egregium Christianitatis exemplum, *ibid.*
Gallorum Martyria sub Juliano, 362. CCLVI.
Gangrensis Synodi tempus, 361. XLIV.
Gaudentii Episcopi Brixiani electio, 386. VII. Ejus res gestæ & peregrinatio, *ibid.*
Gaufridi de rebus Britannicis libri censura, 383. III.
Gaza Syriæ civitas, 362. CXXXVII. Christianis infensissima fuit, 362. CXXXVIII.
Gazæ incensæ ecclesiæ a Judæis sub Juliano, 363. VI.
Gazenses Gentiles persequuntur Christianos, 362. CXXXVIII. CXLI.
Gazenses a Juliano exagitati, 362. CXXXVIII. Ejus Martyres, *ibid. & seq.*
Gazensis Ecclesia & Majumatensis unitæ, 362. CXXXVII.
Gazensium Martyrum Reliquiæ, 362. CXXXVIII.
Gelasius nullam prærogativam cognovit Sedis Constantinopolitanæ, 381. XXXV.
Gennadii error de temporibus Ticonii, 368. XXIII.
Gentiles contra Christianos ex licentia Juliani ubique armantur, 362. CXXXIX.
Gentiles Alexandrini agunt contra Athanasium, 362. CCXXXIX.
Gentiles ausi sacrificare & aras erigere sub Gratiano, 376. II.
Gentiles idolorum cultores legibus Theodosii cohibiti, 381. CXVI.
Gentiles a Joanne Chrysostomo ad fidem conversi, 386. LXIII.
Gentiles exultant de Maximi imperio, & illi favent, 383. V. 387. XXXIII.
Gentiles Romanos Senatores Maximus spe demulcet, 383. VI.
Gentiles Orgia celebrantes Apollonii oratione immobiles fiunt, 362. CLX. Eadem liberati ad Christum convertuntur, 362. CLXI.
Gentiles exultant ob victoriam de Valente, 378. XXXVI.
Gentiles frustra ob Valentem hæreticum victum exultant, 378. XXXVII.
Gentiles Senatores legationem mittunt pro cultu deorum, 382. XLVI.
Gentiles quid in Ecclesiam Alexandrinam, 371. LXIX.
Gentiles Senatores Romani Maximo favent adversus Gratianum, 383. V. Scommatibus Maximo Imperium augurantur, 383. VI. Venientem excipiunt summa cum lætitia, 387. LXVII.
Gentilibus imperare recusat Jovianus, 363. CXVI.
Gentiles ægre ferunt Jovianum Imperatorem creatum, 363. CXIV. Sapori Persæ malunt quam Joviano Christiano parere, 363. CXV.
Gentiles derident Jovianum Imperatorem, 363. CXXIII.
Gentilis hominis querela in Christum de obitu Juliani, 363. LXVII.
Gentilium templa & sacra a Juliano restituta, 361. XIX.
Gentilium in nostros sub Juliano sævitia, 362. CXLV. Carnes Martyrum edunt, 362. CXLVIII.
Gentilium res collapsæ Romæ sub Gratiano, 383. V. Restituuntur a Maximo, 387. LXIV.
Gentilium Romæ res collapsæ, 383. V.
Gentilium superstitio sub Valentiniano reviviscit, 376. III. Etiam viget sub Valente, 377. I.
Gentilium turpitudo sacrorum prætextu, 362. XIX.
Gentilium Syrorum grassatio in Christianos, 362. CXLV.
Gentilium turpitudo in prostituendis suis virginibus, 362. CL.
Georgius post Concilium Antiochenum ecclesiam Alexandrinam dire vexat, 360. LVIII. Pueros quamtumvis invitos Clericos ordinat, *ibid.*
Georgius Arianorum Episcopus quæ passus ab Alexandrinis, 361. CLXII.
Georgius detexit abominationes Ægyptiorum deorum, 362. CLXIII.
Georgius Arianus minime adnumerandus inter Martyres, 362. CLXV.
Georgii Episcopi Ariani scelera patrata, *ibid.*
Georgii necem ægre ferre simulat Julianus, 362. CLXVI. Arguit leniter de ea Alexandrinos, *ibid.*
Georgii libros omni studio perquirit Julianus, 362. CLXX.
Georgii Episcopi Ariani bibliotheca, *ibid.*
Germinii Semiariani adversus Arianos epistola, 366. XXVII.
Gerontii diaconi magiæ, 364. II.
Gervasii & Protasii corpora S. Ambrosio revelata, 387. XXXVII.
Gervasii & Protasii translatio, & miracula in ea edita, *ibid.* Inventio, *ibid.* Eorum reliquiæ ad varias Ecclesias mittuntur, 387. XLII. Romæ basilica iisdem statuitur, *ibid.*
Getarum nomine Gothi intelliguntur, 370. CXVI.
Gildo tyrannus in Africa, 373. XXXVI.
Gildo Firmii frater Donatistis favet, *ibid.*
Gildonianus cognominatus Optatus Donatistarum Episcopus, *ibid.*
Gladiatores ne fiant qui sunt ex familia Imperatoris, 367. I.
Gloria Patri, *&c.* in fine cujusque Psalmi dicendum, cautum Concilio Romano, 382. XXI. Orientalis Ecclesia in fine Hymnorum addere consuevit, *ibid.* Et ejus exemplum S. Ambrosius in Ecclesia Mediolanensi secutus, *ibid.* & 387. XV.
Gloria Patri & Filio cum Spiritu sancto, vel in Spiritu sancto, vel & Spiritui sancto, 372. LXXII.
Glorificationis Hymnus quomodo a diversis pronunciari solitus, *ibid. & seq.*
Gnostici hæretici ex Ægypto in Hispanias, 381. XCVIII.
Gnostici tentant Epiphanium, 372. CIX.
Gnosticorum nonnulla instituta, 382. CIV. *& seq.* Et dogmata, 383. CXIII.
Gog & Magog pro Gothis ab Ambrosio recepti, 378. XVII. XIX.
Gordiani Vicarii Urbis Romæ sub Juliano martyrium, & aliorum, 362. CCLIV.
Gordiani Martyris sepulcrum juxta Epimachum, *ibid.*
Gothia Audiana hæresi inficitur, 370. CXIV.
Gothi Getæ vocati, 370. CXVI.

Gothi martyres, 372. CXIV.
Gothi quando Ariani facti, 370. CIX. Et quando Christiani, 370. CX.
Gothi signo Crucis prælato vincunt Athanaricum, 370. CXVI.
Gothi magno Romani Imperii damno permissi sunt Istrum transire, 376. VII.
Gothi sub Valente Orientem depopulantur, 377. IV.
Gothi Valentem vincunt, 378. XXV.
Gothi fœderati in diversis locis occidi jussi, 378. XXX.
Gothi superati a S. Episcopo Acholio, & fugati, *ibid.*
Gothi devastant Thracias & Græcias, 378. XXXII.
Gothi victi a Theodosio, 379. IV.
Gothi in amicitiam recepti a Gratiano, 379. VI.
Gothi subdunt se Romano Imperio, 381. X.
Gothi ab Athanarico martyrio coronati, an Catholici fuerint, 370. CXI. *& seqq.*
Gothorum Ecclesia persecutionem passa ab Athanarico, 370. CV. *& seqq.*
Gothorum bellum civile, 370. CVIII.
Gothorum bella ab Ezechiele prædicta, 378. XVII. An hoc probetur, 378. XIX.
Gothorum Episcopi Theophilus & Ulphilas, 370. CX. Et Nicetas, 370. CXVI.
Gothorum qui tantum facti sint Ariani, 370. CXIII.
Gothorum Ecclesia florens, 370. CXVI.
Gothorum Ecclesia a Niceta excolitur, *ibid.*
Gothos litteras Wlphilas docuit, easque primus apud eos invenit, 370. CX. *& seqq.*
Gothica expeditio Valentis, 364. CXV. Belli exitus, 366. III.
Gothicum bellum triennale, *ibid.*
Gothicum bellum cum Valente pace sedatum, 370. LXVII.
Gracchus Præfectus P. sive V. demolitur idola, 383. V.
Græciæ illatæ clades a Gothis & aliis barbaris, 378. XXXII.
Græcorum schismaticorum & Donatistarum eadem consuetudo, 362. CCLXXVI.
Grandinia plaga, qua Oriens afflictatus est sub Valente, 367. XXXII.
Grata filia Valentiniani, 375. VI.
Gratianus pater Valentiniani senioris cognomento Funarius, 364. V.
Gratianus creatus Augustus, 367. XX.
Gratianus post obitum patris cum Valentiniano puero imperat, 375. VI.
Gratianus Valentiniano honorem Consulatus concedit, 376. I.
Gratianus adversus hæreticos edit legem, *ibid.* & 378. XXXIII.
Gratianus prohibet hæreticos conventus agere, 376. I.
Gratianus quid de ecclesiastico judicio rescripsit, 376. VI.
Gratianus mittit copias ad Valentem adversus barbaros, 377. IV.
Gratiani lex adversus Donatistas, qua prohibentur rebaptizare, & restituere jubentur ecclesias, 377. VI.
Gratiani lex contra Manichæos, *ibid.*
Gratiani lex adversus Arianos, 378. XXXIV.
Gratiani rescriptum de immunitate clericorum, 377. XV.
Gratianus in expeditione bellica adversus Gothos positus, petit ab Ambrosio libros de fide, 377. XV.
Gratiani pietas, 378. XVI.
Gratianus bellum auspicaturus quærit fidem pro defensione & armis, *ibid.*
Gratiano certa victoria prædicta ab Ambrosio, 378. XVII.
Gratiani & Valentiniani insignia exercitus, 378. XVIII.

Gratiani exercitus quibus constaret, *ibid.*
Gratianus ingentem victoriam de barbaris consecutus, 378. XXI.
Gratianus Alemannos in Gallia debellat, *ibid.*
Gratianus favet Catholicis, edictum pro illis dat post obitum Valentis, 378. XXXII. Revocat exules, *ibid.*
Gratianus jubet reddi ecclesias Catholicis, 378. XXXIV.
Gratiani religio, 379. I.
Gratianus delegit Theodosium Imper. 379. III.
Gratianus vincit Alemannos, 379. VI.
Gratiani victoria Ambrosii precibus adscribenda, 379. VII. Piorum vota pro Gratiano, 379. VIII.
Gratiani litteræ ad Ambrosium, 379. IX.
Gratiani lex adversus hæreticos, 379. XI.
Gratiani lex de collatione clericorum, 379. XIII.
Gratianus Princeps Christianissimus dictus, 379. X.
Gratianus petit ab Ambrosio de Spiritu sancto tractationem, *ibid.*
Gratianus annuit petentibus agi Concilium Aquilejæ, 380. XIX.
Gratiani rescriptum adversus Ursicinum schismaticum ad Aquilinum, 381. II.
Gratianus pro Gnosticis rescribit, 381. CX.
Gratianus nesciens favet Priscilliano, *ibid.* Luit pœnas concessi rescripti, *ibid.* & 383. XX.
Gratiani, Valent. Theod. leges de basilicis contra Manichæos & mendicantes validos, 382. LXVII.
Gratianus contra Maximum parat copias, 382. II.
Gratianus nomen respuit Summi Pontificis, 383. V.
Gratianus Præfecto Urb. de Gentilium superstitione jurisdictionem tribuit, *ibid.*
Gratianus injuste Commodo comparatus ab Ammiano, 383. XI.
Gratianus proditus a suis occiditur, 376. V. 383. VII. Ætas & regni tempus, 383. VIII.
Gratiani probatissimi mores, 383. IX.
Gratiani amicos persequitur Maximus, 383. XII.
Gratianus excusatur ob decreta pro impiis, 383. XX.
Gratiani ultimum adversus hæreticos & apostatas edictum, *ibid.*
Gratianus Theodosii ex Flacilla filius, 385. XXXVI.
Gregorius Nazianzenus Constantium Imperatorem laudat, 361. XXI. In laudibus Constantii excedens ab Auctore excusatur, 361. XXVI.
Gregorius Hispaniarum Episcopus idem cum Eliberino, 371. CXXI.
Gregorius Episcopus Eliberinus conjungitur Lucifero Calaritano, *ibid.* Quid pro eo Theodosius, 371. CXXII. A Theodosio liber dimissus, 372. CXXIV.
Gregorius Eliberinus libellum de fide ad Gallam Placidiam dedit, *ibid.*
Gregorius Eliberinus gloriatur de fide servata, *ibid.*
Gregorius Eliberinus recantat palinodiam, 372. CXXIV.
Gregorius Eliberinus cur Orthodoxorum præconiis celebratus, *ibid.*
Gregorii Eliberini res gestæ cum Osio refelluntur, 371. CXXV.
Gregorius Nazianzenus una cum Basilio tentatus a Juliano, 362. VII.
Gregorius Nazianzenus quid ad Cæsarium fratrem agentem apud Julianum, 362. VIII. *& seq.*
Gregorii Nazianzeni vitæ institutio cum Basilio, 362. LIV.
Gregorius Nazianzenus proficiscitur cum Basilio in eremum, 362. LIX. LXV. 363. LXXXII.

Gregorius Nazianzenus agit apud Eusebium pro Basilio, 362. LX.
Gregorii Nazianzeni epistola ad Eusebium, *ibid*. In ea Eusebii cum Basilio inimicitiam arguit, *ibid*.
Gregorius Nazianzenus ordinatur invitus presbyter, 362. LXV.
Gregorii ordinationis in presbyterum tempus, *ibid*.
Gregorii de Basilio mirum desiderium, 362. LXVI. Ab eo ad eremum vocatur, *ibid*.
Gregorii Nazianzeni epistola ad Basilium, 362. LXVII.
Gregorii prima secessio, 362. LXVIII.
Gregorii pietas ergo parentes, 362. LXVI.
Gregorii cum Basilio joci per litteras, 362. LXIX.
Gregorii & Basilii tempus profectionis in eremum, 362. LXXII.
Gregorii Nazianzeni invectiva in Julianum prohibentem Christianos scientias discere, 362. CCXCV.
Gregorii Nazianzeni invectivæ duæ in Julianum, 363. LXXVII. Ex earum secunda multa in eum referuntur, *ibid*.
Gregorii Nazianzeni elegans apostrophe in Julianum, *ibid. & seqq*.
Gregorius & Basilius a Juliano destinati ad necem, 363. LXXX.
Gregorius Nazianzenus quid in eremo cum Basilio, 363. LXXXII.
Gregorius virtutum cultor, 363. LXXXIII. Ejus in solitudine vitæ institutum, 363. LXXXIV.
Gregorius seorsum habitat a Basilio, 363. LXXXV.
Gregorii in eremo epistolæ ad Basilium, 363. LXXXVI. & seq.
Gregorius & Basilius in eremo austerum vitæ genus sectati, 363. LXXXVI. Describitur locus eremi, 363. LXXXVII.
Gregorii cum Basilio in eremo vitæ ratio, 363. LXXXV.
Gregorii exercitia corporalia, 363. LXXXVII. LXXXIX.
Gregorius petente Basilio explicabat illi Psalmos, 363. XC.
Gregorii epistola ad Basilium de rebus in eremo gestis, 363. LXXXVI.
Gregorii Nazianzeni & Basilii distincta officia, 363. XCI.
Gregorius quanti esset apud Basilium, 363. XCII.
Gregorii modestia in corrigendo quod non probaret, 363. CVIII. & seq.
Gregorius Episcopus Nazianzenus senior interfuit Concilio Tyanensi, 365. XXVIII.
Gregorius Nazianzenus ad subveniendum Orientali Ecclesiæ ab eremo revocatur, 366. VI.
Gregorius Nazianzenus & Basilius vocantur ex eremo ob persecutionem Valentis, *ibid*.
Gregorii epistola ad Bosphorium de suo reditu, 366. VII.
Gregorius Nazianzenus reversus habuit Apologiam de fuga sua, 366. VIII.
Gregorius non est factus Episcopus Nazianzenus, sed adjutor patris, 366. X.
Gregorius munus concionandi arripuit, 366. XI.
Gregorius Nazianzenus curat abstrahere Basilium ex eremo, 366. XII.
Gregorii Nazianzeni de plaga grandinis oratio, 367. XXXII.
Gregorius Nazianzenus scribit ad fratrem a terræmotu liberatum, 368. VIII.
Gregorii pro Cæsario defuncto oratio, 368. XI.
Gregorius Nazianzenus agit omnibus viribus ut Basilius eligeretur Episcopus, 369. XLVIII.
Gregorii Nazianzeni epistola ad Basilium de electione ejus, 369. XLVII.
Gregorii de futura Basilii electione vaticinium, 369. XLVIII.
Gregorius Nazianzenus epistolam dat ad Eusebium Samosatenum pro electione Basilii, 369. LIII.
Gregorius audita electione Basilii cunctatus ad eum accedere, 369. LVI.
Gregorii epistola ad Basilium electum, 369. LVII.
Gregorius hortatur Basilium non timere adversarios, 369. LVIII.
Gregorius Nazianzenus ad Basilium se confert, usus moderatione ac verecundia, 369. LIX.
Gregorius Nazianzenus reprehendit Gregorium Nyssenum quod nimium studeret eloquentiæ, 369. LXVI.
Gregorius litteris occurrit Eusebio Samosateno exulanti, 370. IX.
Gregorius Nazianzenus consolatur litteris Gregorium Nyssenum exulantem, 370. XVIII.
Gregorius Nazianzenus non despicit Apollinarem antequam damnaretur, 371. L.
Gregorius & Basilius hæresis insimulantur, 371. LXI.
Gregorius Nazianzenus admonet Basilium de his quibus accusaretur ab aliis, *ibid*.
Gregorius & Basilius in convivio acerbe proscinduntur, 371. LXII. Cum alter hæresis, alter tolerantiæ malæ accusatur, *ibid*.
Gregorius Nazianzenus egregiam habuit orationem pro Basilio hæresis insimulato, 371. LXIV.
Gregorius Basilium defendit, *ibid*.
Gregorii & Basilii in concionando distincta ratio, & dictio, 371. LXVII. LXXXI.
Gregorius Nazianzenus vocatur a Basilio, 372. LXXX.
Gregorius Nazianzenus subjectus Anthimo, 372. LXXXV.
Gregorius Sedi Sasimorum præficitur a Basilio, 371. LXXXVI.
Gregorius recusat præfecturam, 371. LXXXIX. Succenset ea de causa Basilio, *ibid*.
Gregorii querelæ in Basilium ob Sedem Sasimorum, 371. LXXXVIII.
Gregorius Nazianzenus expostulat litteris Basilio de Sede Sasimorum, 371. LXXXIX. & seq.
Gregorius cogitur tandem accipere Sedem Sasimorum, 372. XC. Ejus ordinatio facta coram Basilio & patre Gregorii, *ibid*.
Gregorius Nazianzenus orat coram Basilio, patre suo, & Gregorio Nysseno, 372. XCV. Se excusat, 372. XCIII.
Gregorius tentatus ab Anthimo inhæret magis Basilio, *ibid*.
Gregorio occupatis ab Anthimo Sasimis non datur locus accedendi ad suam Sedem, 372. XCIX.
Gregorius succenset Bosphorio Episc. ob sui electionem, *ibid*.
Gregorius iterum fugit in solitudinem, *ibid*.
Gregorius a patre revocatur ad curam Ecclesiæ Nazianzenæ, 372. CI.
Gregorii Nazianzeni natalis contigit ante Episcopatum patris, immo ante baptismum, 372. CII.
Gregorii Nazianzeni ætas, 372. CIII.
Gregorius suscepit regimen Ecclesiæ Nazianzenæ vivente adhuc patre, *ibid*. Qua conditione, *ibid*. An fuerit ordinatus Episcopus Nazianzenus, 372. CVI.
Gregorius Nazianzenus Basilium fastus arguit, 372. XXXII.
Gregorius Nazianzenus post obitum parentis recedit, 372. LXII. Abiit Seleuciam ad S. Theclæ Memoriam, *ibid*.

Gre-

Gregorii Nazianzeni anathematismi contra Apollinarem, 373. XVI.
Gregorius Nazianzenus Themistium carum habuit, 375. IX.
Gregorius Nazianzenus quid in epistola ad Gregorium Nyssenum de Basilii obitu, 378. V.
Gregorii Nazianzeni status post Basilii obitum, 378. VI.
Gregorii Nazianzeni de obitu Basilii ad Eudoxium epistola, ibid.
Gregorii de suo vitæ statu querelæ, ibid.
Gregorius Nazianzenus Constantinopolim a Synodo mittitur, 378. L. Tempus ejus adventus illuc, 378. LI. Tempus commorationis Constantinopoli, 378. LII.
Gregorius nonnisi coactus profectus Constantinopolim, 378. LIII.
Gregorii Nazianzeni primum hospitium Constantinopoli, 378. LVI. Conversum in Ecclesiam Anastasiam, 378. LVII.
Gregorius Nazianzenus clam docet Constantinopoli apud Nicobolum, ibid.
Gregorii domus, ubi Constantinopoli docebat, in basilicam erecta, ibid.
Gregorius cur Theologus vocatus, 378. LVIII.
Gregorius primo ingressus Constantinopolim quæ passus, 378. LIX. Appetitus lapidibus, ibid. Raptus ad tribunal, ibid.
Gregorii in hæreticorum persecutionibus & in adversis consolatio, ibid.
Gregorii patientia in prædicatione verbi, 379. XIV. Ejus in docendo modestia, ibid.
Gregorius Nazianzenus contemptui habitus atque derisus, 379. XVI. Ejus virtus innotescit in Oriente, ibid.
Gregorium auditurus Constantinopolim venit Hieronymus, 379. XVII.
Gregorius Nazianzenus Hieronymi magister, ibid.
Gregorii modestia in docendo Hieronymum, 379. XX.
Gregorii & Hieronymi comparatio, 379. XVIII.
Gregorius Nazianzenus ignoravit Latinam linguam, 379. XXII.
Gregorius laudes scripsit Maximi Cynici, 379. XXIV. Quæ illæ sint, 379. XXX.
Gregorius postulatus a populo Episcopus Constantinopolis, 379. XXV.
Gregorius laudat pro concione Episcopus Ægypti, ibid. Eosdem vituperat, 379. XXXII.
Gregorius recantat palinodiam de laudato Maximo, 379. XXIX. Multa in eum, ibid.
Gregorius a suburbano redit Constantinopolim, 379. XXXI.
Gregorius Nazianzenus non patitur fieri Episcopus Constantinopolitanus, 379. XXXII.
Gregorius conqueritur de Petro Alexandrino, ibid.
Gregorio Nazianzeno favit Damasus Papa, 380. V.
Gregorius quid contra Maximi scripta adversus se responderit, 380. IV.
Gregorius cum Arianis mitius agit, 380. VI. Ob id reprehensus a populo, ibid. Quid in eum illi, 380. VIII.
Gregorius cogitat de discessione, 380. IX. Cohibetur ne recedat, ibid.
Gregorius Nazianzenus a Theodosio introducitur in templum, 380. XIII.
Gregorius dum ad templum ducitur, quid mirum acciderit, ibid.
Gregorius renuit collocari in throno, ibid.
Gregorius a Sicario appetitus quid erga eum, 380. XIV.
Gregorius miraculo ab Arianorum insidiis eluditur, ibid.
Gregorius ab Episcopis ad hoc vocatis a Theodosio collocatur in Throno, ibid. & 381. XVIII.
Gregorii electionis confirmandæ gratia Synodus convocatur, ibid. Confirmatur, 381. XXV.
Gregorius Nazianzenus subscripsit Concilio Constantinopolitano, quo loco, 381. XXXIX.
Gregorii Nazianzeni sententia de non eligendo successore Meletii ob pacem Ecclesiæ, sed non accepta, inde mala innumera, 381. XLIII. & seq.
Gregorius passus invidiam, quod visus esset favere Occidentalibus, 381. XLIV. Ejusdem in eo constantia, 381. L.
Gregorio adversantur Episcopi juniores, 381. XLV. & seq.
Gregorius ægerrime fert electionem Flaviani, 381. LI.
Gregorii electionem impugnant Ægyptii, 381. LIII. Non tamen odio Gregorii, ibid.
Gregorius Nazianzenus concionatur in Synodo de pace custodienda, 381. LIV.
Gregorius ob pacem Sedi renunciat, 381. LV. Cur hoc permissum a Synodo, ibid. Orationem habuit de sedis abdicatione, 381. LIX.
Gregorius quanto tempore sederit, 381. LXI.
Gregorius adit Theodosium Imperatorem, ibid.
Gregorius qualem reliquerit Ecclesiam Constantinopolitanam, 382. LXIII.
Gregorius convivio excipi solitus a Theodosio, 381. LVIII. Quomodo ibi esset, ibid.
Gregorius publice petit missionem a Synodo, 381. LX. Apologia cum reprehensione, 381. LXI. Ultima salutatio, 381. LXIII.
Gregorius ultimam habet orationem ad centum quinquaginta Episcopos, 381. LIX.
Gregorius vitæ suæ rationem defendit, ibid.
Gregorii modestia, ibid. & seq.
Gregorium Nazianzenum discedentem nonnulli Episcopi ac lacrymæ populi consequuntur, 381. LXVI.
Gregorius quando scripserit carmen de vita sua, 381. LXVII.
Gregorius Constantinopolim ad Synodum revocatur, 382. IV.
Gregorius Nazianzenus recusat venire ad Synodum, 382. VII.
Gregorii res gestæ cum reversus est in patriam, 382. V.
Gregorium Sede privatum fuisse rumor falsus sparsus, 382. VI.
Gregorius curavit præfici Ecclesiæ Nazianzenæ Eulalium, ibid.
Gregorius ægrotat, 382. VII.
Gregorii litteræ, quibus se excusat venire ad Synodum, 382. VIII.
Gregorius cur recuset venire ad Synodum, 382. VII.
Gregorius Nazianzenus quid ad Posthumianum de Synodo, 383. XXIV. De eadem Synodo ad Saturninum, ibid.
Gregorius Nazianzenus auctor Theodosio sanciendæ legis adversus hæreticos, 384. XXXVIII.
Gregorius Nazianzenus scribit ad Nectarium adversus Hæreticos, 384. XXXIX.
Gregorius Eleusium Præfectum non jejunantem redarguit, 384. XLII.
Gregorius pater Gregorii Nazianzeni restitit Juliano, 362. XLVIII.
Gregorius senior quid in electione Eusebii Episcopi Cæsareæ Cappadociæ, 362. LI. Restitit Præfecto, 362. LII.
Gregorius senior per epistolam ad Cæsarienses datam suffragium dat, 369. L. Ibi Basilii laudes, ibid.
Gregorii senioris epistola ad Episcopos de Basilii electione, 369. LI.
Gregorius senior licet infirmus petit Cæsaream ob electionem Basilii, 369. LII. Operatur ut eligatur Basilius, ibid. & 369. LV.
Gregorii senioris obitus, 369. LXII. Ætas, & tempus præfecturæ, ibid.

Gre-

Gregorii Nysseni Episcopatus, 369. LXIV.
Gregorius Nyssenus antea conjugatus, *ibid.*
Gregorius Nyssenus eloquentiæ studiosus nimis, ob id reprehenditur a Gregorio Nazianzeno, 369. LXV.
Gregorius Nyssenus ab Arianis damnatus, 370. XVII.
Gregorius Nyssenus exulare jubetur, *ibid.* Lustrat Ecclesias, 370. XVIII.
Gregorius Nyssenus convenit Gregorium post ordinationem, 371. XCV.
Gregorii Nysseni legatio in Arabiam ex Concilio Niceno, 378. XLV.
Gregorius Nyssenus Macrinam sororem invisit, & ejus funeri interfuit, *ibid.* Annulum ab ea accepit cum ligno Crucis, 378. XLVI. Scripsit ejus vitam, *ibid.*
Gregorius Nyssenus librum de Anima & resurrectione scribit, *ibid.*
Gregorii Nysseni in legatione res gestæ, 378. XLVII.
Gregorius Nyssenus innotescit Hieronymo, 379. XX.
Gregorius Nyssenus ad Synodum Constantinopolitanam venit, 381. XXI.
Gregorii Nysseni fides laudata lege Theodosii, 381. LXXV.
Gregorius Nyssenus habuit orationem in funere Placillæ Augustæ, 385. XXXIII. Idem habuit panegyrim in funere Pulcheriæ infantulæ, 385. XXXIV.
Gregorii Nysseni de peregrinatione sententia explicatur, 386. XLVIII.
Gregorius Papa inexplorator habuit Eudoxianos hæreticos, 381. XXXI.
Gregorii presbyteri in vita Nazianzeni error, 362. LIX.
Gregorii Turonensis error de tempore obitus Hilarii, 369. XXII.
Gulielmus Lindanus elucidator & confirmator rerum sanctæ Ursulæ, 383. IV.

H

HAdriani Imper. numisma cum Iside, 363. XXV.
Hadrianopolitani Martyres, 362. LXXX.

Hæresum certa nomina

Hæresis Acaciana ex Ariana propagata, 360. XLIII. Ætii ex Ariana quoque propagata, *ibid.* Anomiana sex mera hæresis Arianæ, 360. LI. Cyriana ex Ariana propagata, 360. XLIII. Doliana ex Ariana exorta, *ibid.* Euchitarum unde originem suam duxerit, 361. XXXI. Eudoxiana, qualis fuerit, 360. XXXII. *& seq.* Eadem Eunomiana & Ætiana dicta, 360. XXXIV. Hæreseos Arianæ germen, 360. XLIII. Eunomiana qualis, 360. XXXIV. Euphemitarum origo, & quid docuerit, 361. XXXV. Unde eadem appellata sit Martyriana, *ibid.* Exucontianorum ex ultima perfidia Arianorum enata, 360. LI. Macedonii, sive Macedoniana quid docuerit, 360. XVIII. Ejus propagatores, 360. XX. Cum Ariana conjuncta, 360. XXX. Ejusdem impugnatores, 360. XXIII. *& seqq.* Martyriana qualis, 361. XXXV. Massalianorum quando exorta, *ibid.* Quid docuerit, 361. XXXVI. Photiniana ex Ariana propagata, 360. XLIII. Item Psatyriana, *ibid.* Satamiana eadem quæ Massalianorum, & unde sic appellata, 361. XXXV. Trogloditarum, eademque Eunomiana qualis, 360. XLI.

Hæreses in Communi

Hæreses ab Ariana progenitæ, 360. XLII.
Hæreses ut cognoscantur regula Auctoris, 360. XXVIII.
Hæresis occupat complures monachos, 360. XXVIII.
Hæresum defensores & oppugnatores, qualis illa sit doctrina declararunt, 360. XXIV. *& seq.*
Hæreses Apollinaris & Semiarianorum, 362. CLXXXV. In Synodo Alexandrina damnatæ, *ibid.*
Hæreses Apollinaris colligi possunt ex Gregorii Nazianzeni anathematismis, 373. XVI.
Hæresis Antropomorphitarum, 370. CXIV.
Hæresis Artotyritarum, 373. XXXIV.
Hæresis Ascodrogitorum, *ibid.*
Hæresis Borboritarum, *ibid.*
Hæresis Collyridiana unde dicta & deducta, 373. XXX.
Hæreses Joviniani, 381. XXXV.
Hæresis Passalorincitarum, 373. XXXIV.
Hæresis Polemiana ex Apollinare deducta, 373. XXIX.
Hæresis Priscilliani capita damnata, 381. CIII.
Hæresis Priscilliani invalescit in Hispania, 381, XCV. *& seqq.*
Hæresis convincitur ex consideratione promulgatoris ipsius, 382. XXXIII.
Hæreses innumeræ vexant Ecclesiam Orientalem, 373. XXXIV.
Hæresis omnia secum mala affert, 361. CVI. 371. XVI. 379. XII. 381. XII. 386. LXI.
Hæreses damnatæ in Concilio Constantinopolitano, 381. XXIX.
Hæreses damnatæ in Synodo Constantinopolitana a Theodosio convocata, 383. XXVIII.
Hæreses de Trinitate & Christo variæ a Synodo Damasi damnatæ, 373. XII.
Hæreses quæ provenere ex scriptis Apollinaris, 373. XXIX.
Hæresiarchas damnat solus Romanus Pontifex, 372. X.

Hæretici

Euchaitæ, 361. XXXIV. Martyriani, 361. XXXV. Massiliani, 361. XXXIV. Satsniani, 361. XXXV. Trogloditæ, iidem Eunomiani, 360. XLI.
Hæretici a Lupicino Prætore necati, 361. XXXV.
Hæretici Audiani in Gothia, 370. CXIV.
Hæretici Adelphii, 383. XXXIX.
Hæretici Euchaitæ, *ibid.*
Hæretici Eudoxiani damnati, 365. V. 382. XXX.
Hæretici Novatores quam deteriores Joviniano, 382. XXXIV.
Hæretici Sarcophori, 383. XXXVI.
Hæretici Sacramentarii, iidem Donatistæ, qui in Ecclesias, & Sacramenta, & sacras virgines, 369. CCLXVI. *& seq.*
Hæretici Sacramentarii æque ac Julianus horrescunt Crucis signum, 362. CCLXXVIII. *& seq.*
Hæretici convenientes simul ne pacem perturbent, capitali pœna sancit Theodosius, 386. L.
Hæretici multi a sanctis viris culti & laudati antequam damnarentur, 371. L.
Hæretici lege Theodosii ejecti, 381. VIII.
Hæretici varii a Theodosio lege vetiti conventus habere, 383. XXXV. Item ecclesias ædificare, 381. LXXX.
Hæretici exagitati legibus Theodosii. *Vide*, Lex, Rescriptum.
Hæretici clandestinos habent conventus, 383. XXXVI.

Hæ-

Hæretici nostri temporis monachis & virginitati infensi perstringuntur, 382. XXXII.
Hæretici student se Joviano insinuare, 363. CXXXVII. Quid in illos Imperator, 363. CXXXVIII.
Hæretici pro tempore fidem mutant, 363. CXXXIX.
Hæretici recantant palinodiam in Concilio Antiocheno sub Joviano, 363, CXLIII.
Hæretici confutantur Patrum sententiis, 383. XXVIII.
Hæretici damnati & depositi recognoscunt auctoritatem Romani Episcopi, petentes ab eo restitui, 365. VII.
Hæretici obstinati gladio sæculari feriendi, 386, XXXVI.
Hæretici indulgentia Valentiniani in Occidente vigent, 376. I.
Hæreticis remedium salutare ab Hilario datum, 360. VII.
Hæreticis non communicandum monet Hilarius, 369. XX.
Hæreticis favere quale piaculum exemplo Gratiani Imper. 381, CIX. & seq.
Hæreticorum nostri temporis cum Eunomio affinitas, 360. XXXIX.
Hæreticorum Episcoporum astutia in ecclesiis recuperandis, 365. VII.
Hæreticorum conditio, 372. XC.
Hæreticorum jugis infestatio etiam sub Theodosio, 382. X.
Hæreticorum cur improbatum supplicium, 385. XXIX.
Hæreticorum conventus tempore Basilii, 365. II.
Hæreticorum instabilitas derisa a Themistio, 363. CXLIV.
Hæreticorum mores depravatissimi, 385. XXVIII.
Hæreticorum mos, cum nova afferant, vetera se defendere profiteri, 372. LVIII.
Hæreticos libere sentire quidquid vellent, Jovianus permittit, 363. CXLIII.
Hæreticos puniri postulant a Gregorio Nazianzeno Catholici, 380. VII.
Hæreticos e civitate exigendos statuit Theodosius, 384. XXXVIII.
Hæreticos quantopere execrati sint Catholici, 370. X.
Hæreticos permittere sua dogmata vulgare est Ecclesiæ doctrinam damnare, 384. XL.
Hæreticos Principum auxilio punire semper consuevit Ecclesia, 386. XXXVI.
Hæreticos inquirendos cur Martinus renuit, 386. XXXIV.
Hagiomachi unde fluxerint, 361. LVII.
Helena filia Constantini Romæ sepulta, 360. LVI.
Heliodori peregrinatio in Oriente, 372. XLII.
Heliodorus recedit ab eremo, 372. XLV.
Heliodorus episcopus Altinensis Hieronymi familiaris, 381. LXXXIII.
Heliodorus Episcopus Altinensis interfuit Concilio Aquilejensi, 381. XXXIV.
Heliopolitani in Palæstina quid in Christianos, 362, CXLIX. Quid Arethusii, 362. CL.
Heliopolitanorum turpitudo, ibid.
Helladii Cæsariensis Episcopi fides laudata lege Theodosii, 381. LIX.
Helladius Basilio substituitur in Ecclesia, 378. X.
Helpidii præfectura, 361. XI.
Helpidius Præfectus quanta passus a Juliano, 362. XXV.
Helpidius apostata, 362. CVII. Quas dedit pœnas, 362. CX.
Helpidius scriptor adversus Manichæos, ex quo profecit Augustinus, 383. XL.
Helpidius Episcopus Priscillianista damnatus, 383. CII.
Helvidii origo, 382. XXX.
Helvidii hæresis, 382. XXVIII. Confutata a S. Hieronymo, ibid.
Helvidii hæresis de B. Virgine, 371. XXIX.
Heraclides Episcopus Oxirinchi, 362. CCXIX.
Herba miræ virtutis in basi Christi statuæ, 302. CLIX.
Hereditates & legata capere clericis interdictum legibus Imperatorum, 370. CXVII.
Herennius cum Agapeto legatus ad Synodum Alexandrinam, 361. CLXXX.
Hermes Martyr sub Juliano Hadrianopoli, 362. LXXXI.
Hermion virgo magni nominis, 362. CCXIX.
Hermogenes Ægypti Præfectus, 362. VII. Quid ad eum Julianus, ibid.
Hermogenes Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, 372. VII.
Hero Thebanus apostata quæ passus, 362. CX.
Herodiade comite noctu vagari mulieres se putantes excommunicandas cautum, 382. XX.
Hierax hæreticus quando vixit, 372. CX.
Hieroglyphica imaginis Serapidis & Isidis, 362. XXX.
Hieronymus, ejus locus de Acacio & Apollinari interpretatus, 360. LII. & seq.
Hieronymus in Urbe eruditur rhetoricis disciplinis, 367. XVII.
Hieronymus studiosus scriptorum Hilarii, 369. XXIV.
Hieronymus audivit Antiochiæ Apollinarem profitentem, 371. L.
Hieronymus ex Syriæ eremo scripsit ad Damasum, 372. XXXIII.
Hieronymus ex Syriæ eremo scripsit ad Ruffinum Alexandriam, 375. XXXV.
Hieronymi adventus in Syriam, & institutio vitæ monasticæ quando contigit, 372. XXXVII.
Hieronymus cum Evagrio peregrinatur in Syriam, 372, XXXVIII. Eorumdem in Cappadociam adventus, 372. XXXIX. Virtus peregrinationis, ibid.
Hieronymi vitæ primordia, 372. XL. Ejus præceptor Donatus, ibid.
Hieronymus haud ita pauper natus, 372. XL. Quando baptizatus, ibid. Visitabat Romæ cœmeteria diebus Dominicis, ibid. Peregrinatus in Gallias, quid ibi, ibid. Ejus reditus Aquilejam, 372. XLII. Studium in describendis libris, 372. XLI.
Hieronymus Donati auditor, 372. XL.
Hieronymo cum Ruffino conjunctio, 372. XLII.
Hieronymus sororem ad meliorem statum restituit, 372. XLIII.
Hieronymus ad monasticam vitam animum appellit, ibid.
Hieronymi promotor in eremum Theodosius anachoreta, 372. XLIII.
Hieronymi eremus ubi sita, 372, XLIV. Socii ejus in eremo, ibid. Quis illi necessaria suppeditaret, ibid.
Hieronymus quæ passus in eremo, 372. XLV.
Hieronymi in eremo vita, ibid.
Hieronymus in eremo discit litteras Hebraicas, 372. XLVI.
Hieronymus a schismaticis Antiochenis in diversa distrahitur, 372. XLVII.
Hieronymus consulit Damasum, 375. XLVIII.
Hieronymi ad Damasum epistolæ quo tempore scriptæ, 372. XLIX.
Hieronymus tricenarius scribit in Abdiam, 372. LV.
Hieronymi ætas exacte cognita, 372. LIX.
Hieronymi lucubrationes in eremo, 372. LXI. Epistolæ ad diversos datæ, ibid.
Hieronymus calumniam passus in Syria discedere cogitur, 378. LX.
Hieronymus a Meletii fautoribus Sabellianos appellatur quod nomen hypostasis refugeret, ibid.
Hieronymus recedens a Syria abiit Hierosolymam,

mam, 378. LXII. Linguam Hebraicam ibi addiscit, 378. LXIII.
Hieronymus ordinatur presbyter a Paulino Episcopo Antiocheno, 378. LXV.
Hieronymus ordinandus nulli voluit adscribi titulo, *ibid. & seq.*
Hieronymi Cardinalatus assertio ab ipso Hieronymo confutata, *ibid.*
Hieronymus pergit Constantinopolim ad Gregorium Nazianzenum, 379. XVII. Ab ipso eleganter elusus, 379. XVIII.
Hieronymus duce Gregorio celsa petit, 379. XIX. Scribit Constantinopoli de Isaiæ visione, *ibid.*
Hieronymus novit Gregorium Nyssenum Constantinopoli, 379. XX.
Hieronymus quandiu fuerit Constantinopoli, 379. XIX.
Hieronymus in quibus superavit Gregorium Nazianzenum, 379. XXII.
Hieronymus favet Gregorio Nazianzeno, 380. V.
Hieronymus a calumnia Ruffini defenditur, 381. XIV.
Hieronymi reditus Romam Constantinopoli per Græciam, 382. II.
Hieronymus venit Romam ad Concilium, *ibid.*
Hieronymi Romæ res gestæ, 382. XXIV. Lucubrationes, 382. XXVII. XXXVII.
Hieronymus Athenas proficiscitur, 382. II.
Hieronymus annis tribus moratus Romæ apud Damasum, cui erat ab epistolis, 382. XXIV. Quantæ æstimationis esset, *ibid.* De ejus Cardinalatu objectio, 382. XXV.
Hieronymus in quibus Augustino major, *ibid.*
Hieronymi Cardinalatus assertores primi qui, 382. XXVI.
Hieronymus scripsit Romæ contra Helvidium, 382. XXVIII.
Hieronymus quando scripsit de virginitate ad Eustochium, *ibid.*
Hieronymus insurgit Romæ contra Jovinianum, 382. XXIX.
Hieronymus confutat Luciferianos, 382. XXXVI.
Hieronymi lucubrationes Romæ elucubratæ, *ibid. & seq.*
Hieronymi nomen in studio Scripturarum, *ibid.*
Hieronymus quomodo cum virginibus versaretur, 382. XL.
Hieronymum Romæ quæ piæ feminæ colerent, 382. XXXVI. XXXIX. 384. II.
Hieronymum Psalterium Occidentalibus canendum emendasse, 384. XXVI.
Hieronymus quomodo in Romanam Ecclesiam, a Hierosolymitana induxerit Alleluja, 384. XXVIII.
Hieronymi epistola ad Damasum de Alleluja Psalmis addendo, 384. XXIX.
Hieronymus persecutionem passus a Romanis clericis, 385. VIII.
Hieronymus recedit ab Urbe, 385. VII.
Hieronymus in Romanæ Ecclesiæ clericos subinfensus, 385. X. Ipse tamen obsequens Romanæ Ecclesiæ, *ibid. & seq.*
Hieronymi de Ecclesia Romana sententia, *ibid.*
Hieronymus quas passus Romæ calumnias, 385, X. *& seq.* Ibi de veste muliebri commentum, 385. XII.
Hieronymus suam defensionem scribit in epistola ad Asellam, 385. XIII. Ejus libera contestatio, *ibid.*
Hieronymi profectio Hierosolymam, 385. VII. XVIII.
Hieronymi discendi studium, 386. XLII.
Hieronymus jam senescens fit discipulus Dydimi Alexandrini, 386. XLIII.
Hieronymus peragravit monasteria Ægypti, 386. XLIV. Ejus tunc temporis lucubrationes, 386. XLV.
Hieronymus scribit in Epistolas Pauli, *ibid.*
Hieronymus quam sedulus in officio hospitalitatis, 386. XLVII.
Hieronymi locus elucidatus de Lucifero, 371. CXXI.
Hieronymi Chronici locus restitutus, 363. CXLIV.
Hieropolitana Ecclesia exuta donatione M. Aurelii, 362. CCLXXXI.
Hierosolymitanum templum a Juliano restituendum curatur, 363. V. Præsagia tunc ostensa, 363. IX.
Hierosolymitana peregrinatio quam frequens, 384. XLVI. Cur aliquando reperitur improbata, 386. XLVIII.
Hilarion abbas filios Aristænetæ curat, 362. XI. *& seq.*
Hilarion monachus fugit persecutionem Gazensium sub Juliano, 362. CXLI. CXLIV.
Hilarion aurigæ Christiano præstat beneficium, 362. CXLIII.
Hilarionis miraculum de equis Circensibus, *ibid.*
Hilarion Alaphionem ad Christum convertit, 362. CXLIV.
Hilarion conversionis Sarracenorum fundamenta jecit, 372. CIII.
Hilarion liberat Epidaurum a maris excrescentia, 365. XL.
Hilarion notus ex magnis miraculis, laudem timens, fugam arripuit, *ibid.*
Hilarionis obitus, 372. CVII. Res ab eo gestæ scriptæ ab Epiphanio primum, *ibid.*
Hilarius Episcopus Pictaviensis, ejus libelli oblati Constantio, 360. III. VIII. Quid in Concilio Constantinopolitano coram Constantio, 360. IV. Mira ejus in dicendo libertas, 360. X. Ex insperato ab exilio relaxatur, 360. XIV. In Occidentem redit, *ibid.* Romam redeunti S. Martinus festinavit occurrere, 360. XV.
Hilarius auriga ab Aproniano tentus, 363. IV.
Hilarius diaconus Romanus Anabaptista, 362. CCXXIV.
Hilarius Martyr Romæ sub Juliano, 362. CCL.
Hilarius diaconus loco Hilarii Epis. Pictaviensis positus, 362. CCXXXVII.
Hilarius Episcopos qualis, 362. CCXXXVI.
Hilarii Episcopi reditus, 362. CCXXVI.
Hilarius Episcopus Pictaviensis quid post reditum ab exilio, 362. CCXXVIII.
Hilarii res gestæ a Ruffino confictæ, 362. CCXXXIV.
Hilarii scriptorum laudes, 362. CCXXXVI.
Hilarii cum Leone Acta commenticia, 362. CCXXXV.
Hilarius Episcopus Pictaviensis scripsit contra Sallustium Præfectum persecutorem, 362. CCLX.
Hilarius contra Auxentium agit Mediolani, 369. VI. Cum eodem congreditur, 369. XIII.
Hilarii epistola de rebus gestis cum Auxentio, 369. VIII.
Hilarius detegit dolos & fallacias Auxentii, 369. XVII.
Hilarius cogitur proficisci Mediolano, 369. XXVI.
Hilarii utilis admonitio de cavendo Auxentio, 369. XXI.
Hilarii obitus tempus, 369. XXII. Lucubrationes ejus, 369. XXIII.
Hilarii stylus, 369. XXIV. Scripta sincera, nævi ejus, 369. XXIV.
Hilarii defensio a calumnia Centuriatorum, 362. CCXXXVII. 369. XXIV.
Himerius Episcopus Tarraconensis, 385. VI.
Hispania oppressa ab hæresi Priscillianistarum, 381. XCV.
Hispania Gnosticorum hæresi jactatur, duce Priscilliano, 381. XCVIII.
Hispaniarum Episcopus Gregorius Eliberinus, 371. CXXI.

Hif-

Hispaniarum Episcopi qui damnarunt Priscillianum & socios, 381. CIII.
Historia Ecclesiastica qualis esse debeat, quatuor animalium visione designatur, 361. pag. 34.
Historicorum Gentilium fides qualis, 363. L.
Homo Dominicus Christus quo modo dictus, 373. XXII. XXIV. Usurpatum ab Apollinaristis, 373. XXIV. Et a Catholicis etiam, 373. XXV. Haud tamen recte dictum, ibid.
Homines immolati a Juliano reperti post mortem ejus, 363. LXXI.
Honorius filius Theodosii quando natus, 383. XXII. 384. XLIII.
Honorii Consulatus in cunis, 386. I.
Honorius Imperator exponit publice legendum libellum Donatistarum Juliano oblatum, 362. CCLXV.
Hormisda Dux, 362. LXXXI.
Hospitalitas peregrinorum Hierosolymis, 386. XLVII.
Hospitalitas quanti fuerit Hieronymo, 386. XLVII.
Humana fiducia & spes vana, 386. XXXIV.
Humanas hostias immolare solitum Julianum eo mortuo detegitur, 363. LXXI.
Hunni Istrum transire a Valente permissi, 376. VII.
Hunnorum egressio, ibid.
Hyginus Episcopus in Hispanis Priscillianista damnatur, 381. CVII. & seq.
Hyginus Episcopus in Hispania hostis Luciferianorum, 372. CXXII.
Hyginus Episcopus in exilium missus a Maximo, 387. LII.
Hylas socius Hieronymi in eremo, 374. XLIV.
Hymni ab Ambrosio scribuntur, & a populo canuntur tempore persecutionis, 387. XV.
Hymnos canendi in Ecclesiis & in eorum fine glorificandi Trinitatem ritus, 382. XXI. In Ecclesia Mediolanensi, 387. XV.
Hymnorum sacrorum scriptores, 387. XVI.
Hypatianus Heracleæ Legatus ad Valentinianum Imper. 364. XI.
Hyperbole in historia cavenda, 371. CII.
Hypostasis quo modo a Græcis accepta & a Latinis, 362. CLXXXVII.
Hypostasis & substantiæ quæstio in Synodo Alexandrina tractata, ibid.
Hypostasis vocis occasione maximum pæne conflatum est schisma, 362. CLXXXVIII.
Hypostasis nominis causa altercatio inter Orientales & Occidentales, 371. XXVII. XXX.
Hypostasis nomen tandem e Latinis receptum, 372. XXXI.

I

JAcobi Episcopi Nisibitæ corpus a Nisibi Juliani jussu asportatur, 363. XXXVIII.
Januarii Kalendarum superstitionem Ambrosius abrogat, 377. XIV.
Januarius Flamen Pisensis, 362. CCLXVI.
Idacius Clarus dictus quid adversus Priscillianum, 381. CXIII.
Idacius & Ithacius Episcopi in Hispania adversarii Priscillianistarum, 381. CIII.
Idacius Hispanus Priscillianistas oppugnat, 381. CXIII.
Idola fracta ab Æmiliano Martyre, 362. LXXX.
Idola fracta a Graccho Præfecto, 383. V.
Idola a Gentilibus noctis circumducebantur, 364. XIX.
Idolum Daphnitici Apollinis cur redditum mutum, 362. LXXXVII.
Idololatras insectatur Valens Imperator, 364. XIX.
Idololatras novo edicto Theodosius exagitat, 385. XXXVII.

Idololatria a Juliano restitui cœpta, 362. II.
Idololatriam esse sivit Valentinianus Imper. & sacerdoribus deorum privilegia dedit, 371. CXXIX. CXXXI.
Idololatria Romæ sub Gratiano mire collapsa, 383. V.
Idolorum templa a Juliano restituta, 361. XIX.
Idolorum cultus quanta turpitudine exercerentur, 362. XVIII.
Idolorum templa clausa a Joviano Imperatore, 363. CL.
Idolorum cultus etiam tempore Gratiani, 376. II.
Idolorum cultores a Theodosio cohibiti, 381. CXVI.
Jejunare die Dominico Priscillianistæ consueverunt, 381. CV.
Jejunandi Sabbato consuetudo, 384. XXXV.
Jejunium Ecclesiæ præceptum non trasgrediendum, 384. XLII.
Igne combusti & in mare mersi Legati Catholici, 370. XXVIII.
Ignis erupit e fundamentis templi Hierosolymorum, 363. IX.
Illyricana Synodus sub Valentiniano, 365. XVIII.
Illyricana Synodus in Sedem suam Eustathium restituit, 365. XXXII.
Illyricorum Episcoporum Synodalis epistola, 365. XVIII. Eorumque fidei professio Catholica, 365. XX. XXIV. Decreta, ibid.
Imago Juliani instar Serapidis, 362. XXVII.
Imaginem Meletii Antiocheni domi habuerunt, 370. LXV.
Imagines deorum in Labaris figurat Julianus, 362. XXVII.
Imagines sacras se colere profitetur S. Basilius, 362. VII.
Immunitates clericorum certo tempore permittunt Valentinianus & Valens, 365. XLII.
Imperii Romani status mortuo Juliano, 364. IX.
Imperii Rom. clades ex fide violata, 378. XVIII. XXIII. 381. XII.
Imperium Romanum pessumdatum a Juliano, 363. LXVIII.
Imperium Romanum divisum inter Valentinianum & Valentem, 364. XI.
Imperium Romanum prostratum Theodosius erexit, 379. IV. V. XII.
Imperator debet elucere clementia, 364. XIV.
Imperatori quid debeatur, & quid Ecclesiæ, 387. XVII.
Imperatoris lex lecta in Ecclesia publice, 370. CXVII.
Imperatoris Christiani munus erga Ecclesias, 387. XVII.
Imperatoris jus in Ecclesias nullum, 387. XXII.
Imperatores non se immiscent causis Ecclesiasticis, 369. XL.
Imperatores Episcopis relinquunt curam agendarum rerum Ecclesiasticarum, 364. XII.
Imperatoribus præstant sacerdotes, 387. XXVIII.
Imperatorum effigies quatenus Christiani colerent, 362. XXXII.
Impietas licet armata, semper corruit, 372. XC.
Incarnationis Verbi mysterium, 362. CC.
Incarnationis Verbi recta fides Synodi Alexandrinæ, ibid.
Incendium Daphnitici templi, 362. XCIV. CXI.
Indulgentia Ambrosii in recipiendis pœnitentibus, 375. XXV.
Indulgentia impartita vinctis tempore Paschatis, 385. XXXVIII.
Injurias severe punit Valentinianus, 364. IV.
Innocentius magus quid in Ambrosium, 387. XLIII.
Innocentius contubernalis Hieronymi in eremo moritur, 372. XLV.

Inscriptio fontis baptismalis in Vaticano posita, 384. XXIV.
Inscriptio de Cereale, 375. VII.
Inscriptio de Consulatu Gratiani & Merobaudis, 377. I.
Inscriptio statuæ Symmacho dicatæ, 377. XVI.
Inscriptio de Prætextato Consule designato, 384. II.
Inscriptiones adulationis plenæ de Juliano, 363. LXVIII.
Inscriptiones de aris & sacrificiis, 376. III, 377. I.
Inscriptiones de Paulina conjuge Prætextati, 384. VI.
Instantius Episcopus Priscillianista damnatus in Concilio Cæsaraugustano, 381. CVIII.
Instantius Priscillianista relegatus in Sylinam insulam, 385. XXIV.
Intercessio Sanctorum apud Deum, 378. IV. 381. XLI.
Invectivæ orationes Gregorii Nazianzeni in Julianum, 363. LXXVII.
Joannis presbyteri martyrium, 362. CCLIII.
Joannis Baptistæ, reliquiæ dispersæ, 362, CLXVI. Eædem crematæ, ibid.
Joannis Baptistæ ossium reliquiæ Hierosolymam delatæ, ibid.
Joannis Baptistæ sepulcrum & Elisei celebre, ac miraculis clarum, 362. CXLVII.
Joannes ordinatus Episcopus Apameæ a Meletio, 378. LV.
Joannes Chrysostomus filius Publiæ, 362. CXXXI, CXXXIII.
Joannis Chrysostomi mater, ibid.
Joannis Chrysostomi ætas tempore obitus matris, 362. CXXXIII.
Joannis Chrysostomi mater vidua junior quantæ virtutis, ibid.
Joannes Chrysostomus discipulus Libanii, ibid.
Joannis Chrysostomi homiliæ in natali Meletii, 370. LXV.
Joannes Chrysostomus occasione inventi libri magicæ artis in periculum adductus, 370. CII.
Joannes Chrysostomus adversus Gentiles scripsit, 382. XLVII. Idem adversus Judæos & hæreticos, ibid. Mira facundia, 362. XLVIII.
Joannes Chrysostomus qua occasione de anathemate habuit orationem, 382. LIII.
Joannis Chrysostomi locus elucidatus de anathemate, 382. L. & seqq.
Joannis Chrysostomi ætas, 382. LV.
Johannis Chrysostomi vitæ ratio, ibid.
Joannem Chrysostomum quanti fecerit Libanius, & alii viri docti, 382. LVII.
Johannes Chrysostomus orationem habuit in laudem Valentiniani & filiorum, ibid.
Joannes Chrysostomus quando de Sacerdotio scripsit tractatum, ibid. Qualis ille liber, 382. LXI.
Joannes Chrysostomus quandiu moratus in eremo, 382. LIX.
Joannes Chrysostomus ad quem Basilium scripsit librum de Sacerdotio, 382. LX.
Joannis Chrysostomi res gestæ in eremo, 382. LXIV. Scripta ejusdem in eremo, 382. LXV. Reditus Antiochiam morbi causa, ibid.
Joannes Chrysostomus lector ordinatur, 382. LXVI.
Joannes Chrysostomus Ordines sacros suscipit, ibid.
Johannes Chrysostomus creatus presbyter, 386. LII. Signis ante prænunciata ejus ordinatio, 386. LIV.
Joannes Chrysostomus Flaviano an Evagrio adhæserit, 386. LII. & seq.
Joannes Chrysostomus quando concionari aggressus, 386. LV. Omnium ingenio stylo servit, 386. LVIII.
Joannes Chrysostomus in concionando defert Flaviano, 386. LV.
Joannes Chrysostomus redarguitur a femina de sublimi genere dicendi, 386. LVII.
Joanni Chrysostomo unde cognomen, ut Os aureum diceretur, 386. LVII.
Joannis Chrysostomi studium & labores in hæreticis ab Antiochena Ecclesia pellendi, 386. LVIII.
Joannes Chrysostomus curat Marcionitam, 386. LX.
Johannes Chrysostomus injurias Marcionitarum modeste patitur, 386. LXI. Eorum ruinam prædicit, ibid. Ineptias perstringit, 386. LXII.
Joannes Chrysostomus laborat in conversione Gentilium, 386. LXIII.
Joannes Chrysostomus Casium montem purgavit a dæmonibus, 385. LXIV.
Joannes Episcopus Hierosolymis sedere cœpit post Cyrillum, 386. LXVI. Qualis hic olim, ibid.
Joannes & Paulus Martyres sub Juliano, 362. CCLI.
Joannes & Paulus Martyres putati Juliani interfectores, 363. LXIII.
Joannem Arcam adversus, qui Luciferum Calaritanum Episcopum schismaticum Sanctorum numero adscribit, 371. CXXI. & seq.
Jovianus Imperator ab exercitu eligitur, 363. CXIV.
Jovianus sub Juliano confessor fidei, 363. CXV.
Joviani genus, ibid.
Joviani electio quasi ex Dei miraculo, 363. CXVI.
Joviani electio non ritu Gentilicio facta, 363. CXVIII.
Joviani in respuendo Imperium dignus prætextus, 363. CXVI.
Jovianum Gentiles milites calumniis lædunt, 363. CXVII.
Jovianus falso exta inspexisse ab Ammiano insimulatur, 363. CXVIII.
Jovianus cum Persis fœdus inire cogitur, 363. CXIX. Ejusdem fœderis conditiones, 363. CXXI.
Jovianus ab Ethnicis derisus, 363. CXXIII.
Jovianus Christianos in pristinum statum restituit, 363. CXXVI.
Jovianus restituit ecclesiis ablata quantum fas fuit, ibid. & seq.
Joviani lex pro tuendis sacris virginibus, 363. CXXVII. & seq.
Joviani lex de raptu virginum C. Justinian. & Theod. emendatur, 363. CXXIX.
Jovianus profitetur fidem Catholicam, 363. CXXX.
Jovianus scribit ad Athanasium, ut ab eo doceatur fidem Catholicam, ibid.
Jovianus accipit ab Athanasio fidei libellum, 363. CXXXII.
Jovianus quid cum hæreticis, 363. CXXXVIII.
Jovianus laborat, ut reducat ad fidem Catholicam hæreticos, ibid.
Joviani ad Macedonianorum libellum responsio, ibid. Ejusdem ad aliorum hæreticorum, 373. CXLIII.
Jovianus hæreticos sentire quod vellent ratione permittit, ibid.
Jovianus idolorum templa claudi jubet, 363. CL.
Joviani res pie gestæ in Imperio, ibid.
Jovianus Maximum & Priscum Juliani magos haud punivit, sed recepit, 363. CLI. Ea de causa in se Dei iram provocavit, ibid. & 364. III.
Jovianus incendit templum Trajani, 363. CLI.
Jovianus quando Antiochia recessit, ibid.
Joviani Imperatoris improvisus obitus, 364. I. Causæ ejus diversæ, ibidem & seqq.

Jo-

Joviani ætas & tempus Imperii, *ibid.*
Jovianus male a quibusdam Jovinianus vocatus, *ibid.*
Jovianus inter deos relatus a Gentilibus, *ibid.*
Jovianus Imperator in quibus deliquit, 364. III.
Joviano datum crimini, quod exornavit sepulcrum Juliani Apostatæ, *ibid.*
Joviani corpus translatum Constantinopolim, *ibid.* Sepultum in basilica Apostolorum, *ibid.*
Jovianus an restituerit Labarum, 363. CXXIV.
Jovianus hæresiarcha quando prodiit, 382. XXIX. Ejus deliramenta, *ibid.* Metamorphosis, 382. XXXII. Qualis homo, 382. XXXII.
Jovinianus licet apostata, retinere voluit nomen & habitum monachi, 382. XXXIV.
Joviani hæresis, 382. XXXV.
Jovina filia Jovini Consulis, 367. I.
Jovinæ vetus inscriptio, *ibid.*
Jovinus Consul, *ibid.*
Jovis Casii templum a Joanne Chrysostomo purgatum, 386. LXIV.
Iris amnis in Ponto, 362. LXX.
Isacius monachus quid in Valentem, 378. XXIV. Novit interitum Valentis, 378. XXVI.
Isidis imagines, 362. XXVII. 363. XXV. Falso a quodam B. Virgo existimata, *ibid.*
Isides duæ, 361. XXIX.
Isidi Nutrici vota nuncupata, 363. XXV.
Isidorus Episcopus Cypri ordinatus ab Eusebio Samosateno, 378. XLVIII.
Isidorus Mercator multa commentus, 374. XI.
Isidori tractatio de rebus Osii mendacii redarguitur, 371. CXXV.
Ismael Persa Legatus Martyr, 362. XLIV.
Istrum Hunni sub Valente pertranseunt, 376. VII.
Ithaciana factio improbata, 386. XXXIII.
Ithacius sanctos viros calumniatur, 385. XXIII. Damnatus absolvitur in Synodo Trevirensi, 386. XXV.
Ithacius persecutionem passus a Priscilliano profugit in Gallias, 381. CXII.
Ithacii Episcopi defensio, 386. XXVII.
Ithacius Episcopus accusator Priscillianistarum, 385. XXII. & *seq.* Ejus scripta & obitus, 386. XXXVIII.
Italia mittere solet confessores fidei milites, 378. XIX.
Italiæ clades a Maximo illata, 387. LX.
Italiæ pars a Maximo devastata, *ibid.*
Judæi bene habiti a Juliano, 363. VI. XIX.
Judæi incendunt ecclesias Christianorum diversis in locis, 363. VI.
Judæi quo conatu curant restitutionem templi, 363. XI.
Judæi ad Christum conversi territi miraculis in extructione templi visis, 363. XVII. XIX.
Judæis favet Maximus, 387. LXIV. & *seq.*
Judæos Christianos servos habere vetat Theodosius, 384. XLIII.
Judæorum confessio & resipiscentia, 363. XVII. XIX.
Judices dati adversus aulicos Constantii, 361. VIII. & *seq.*
Judicia ecclesiastica qualiter moderari voluit Gratianus, 376. VI.
Judicia Episcoporum diversa, 381. VI.
Judicia Ecclesiastica qualia esse debeant, *ibid.* & *seq.*
Judicium Ecclesiasticum illibatum servandum, 385. XXXI.
Judicium sæculare appellans damnatur Palladius, 381. XC.
Judicium Ecclesiasticum seorsum a judicio sæcularium, 369. XL.
Judicium sanguinis caveant Episcopi, 386. XXXIII.

Julia Eustochia filia sanctæ Paulæ, 382. XL. *Vide*, Eustochiam.
Julianus Apostata acclamatur Imperator, 360. LV. Uxor ejus Romæ sepulta, *ibid.* Quousque se Christianum simulaverit, 361. I. Festa cum Christianis celebrat, *ibid.* Jam imperare incipienti quæ visiones apparuerint, 361. II. & *seqq.* Palam Deos colere incipit, 361. V. A Constantio insidias patitur, 361. VI. Quæ ei in Illyrico apparuerint prodigia, 361. VIII. Apud Constantium se excusat, 361. IX. Ejusdem ad Julianum avunculum suum epistola, 361. X.
Julianus Apostata imperare incipit, 361. I. Quo ætatis anno, *ibid.*
Julianus quando venit Constantinopolim, *ibid.*
Juliani patria & ætas, *ibid.*
Julianus restituere incipit idololatriam, 361. II. XIX. 362. CCCIV.
Juliani imperii initio templa aperiuntur, sacrificia immolantur, & festi dies ubique ritu Gentium celebrantur, 362. II.
Julianus Christianismum abdicat, 361. III. Decennio ante clam desciverat, 362. III.
Julianus viginti annos Christianus permansit, *ibid.* 362. CCXLVI.
Julianus initiatur summo pontificatu, 361. IV.
Julianus quando factus Apostata, *ibid.*
Julianus turpis sacrificus, 361. IV.
Julianus initiatus Eleusiniis, 361. V.
Julianus magos ad se vocat & alit, 361. VI. 362. XVII.
Julianus minores Pontifices creat, 361. VI.
Julianus gaudet Constantii obitu, 361. VII.
Juliani in Constantium & ejus amicos odium, *ibid.*
Julianus Judicio subjicit magistratus Constantii, 361. VIII.
Julianus quæ scripsit ad Hermogenem, 361. VII.
Julianus respectu Constantii castus etiam Christianis, 361. VII.
Julianus punit aulicos Constantii, 361. VIII.
Juliani munificentia erga provincias, 361. XI.
Juliani parsimonia laudata, *ibid.*
Julianus apud omnes gratiosus, 361. XII.
Julianus removet inutiles expensas Palatii, *ibid.*
Juliani providentia in sublevanda annonæ caritate, 361. XII.
Julianus bene meretur de Episcopis, 361. XIII.
Julianus restituit exules Episcopos, 361. XVII.
Julianus restituit Zenonem medicum, 361. XIV.
Juliani ad Zenonem epistula, *ibid.*
Julianus restituit Ætium hæresiarcham, 361. XV. Ejus epistola ad eum data, *ibid.*
Julianus odio Constantii Catholicos restituit, *ibid.*
Julianus restituit bona exulibus sub Constantio, 361. XVI. & *seq.*
Julianus Christianos, quod quisque vellet, sentire permisit, 361. XVIII.
Julianus Fidelibus sacrificare volentibus expurgationem præscribit, 361. XVII. Nolentes cogi vetat, *ibid.*
Julianus studet paci Episcoporum, 361. XVIII. Sed velato prætextu, *ibid.* & *seq.*
Julianus ad contemptum Christianos Galilæos vocat, 361. XIX. Et ab omnibus vocari sancit, 362. CCLXXVIII.
Juliani rescriptum, quo Galilæos sugillat, 361. XIX.
Julianus detrahit Christianorum dissensionibus, *ibid.*
Juliani propensior cura in restituendis templis idolorum, *ibid.*
Julianus mutat Magistratus, 361. XX.
Juliani studia in Christiana religione evertenda, *ibid.* & 362. LXXIX.

Juliani persecutio omnium acerbissima, 361. XX. Ab aliis diversa & qualis, 362. XXII.
Juliani consilium de stabiliendo Imperio, 361. XX.
Julianus quo modo Maximum excepit, 362. II.
Julianus eruditis favet, 362. III.
Julianus Libanium carum habet, 362. IV. XV.
Julianus Themistium philosophum præfecit Urbi Constantinopolitanæ, 362. IV.
Julianus quales delegit magistratus, 362. V.
Juliani ludus, & ad decipiendum blanditiæ, ibid.
Julianus desertoribus & apostatis honores tribuit, ibid.
Juliani relaxationes & otia, 362. VI.
Julianus vocat sanctum Basilium, 362. VI. Acta cum eo, 362. VII.
Julianus blanditur Gregorio Nazianzeno, ibid. Ornat Præfectura Cæsarium, 362. VIII.
Julianus aggressus persequi Christianos, 362. X. & seqq.
Juliani in persequendis Fidelibus artes, 362. XXIV. LXXIX. CIX.
Julianus tentat Cæsarium, 362. X. XII.
Julianus seducit Ecebolium rhetorem Christianum, 362. XIII.
Julianus quid in Arianos Edessenos, 362. XIV.
Juliani epistola ad Ecebolium, ibid.
Julianus coluit Oribasium medicum, 362. XV.
Julianus Christianam religionem irridet, ibid. & cultum imaginum, Crucis & reliquiarum Fidelibus objicit, 362. CCLXXIX.
Juliani epistola ad Libanium, 362. XVI.
Julianus coluit Nymphidianum & Claudianum, ibid.
Julianus magos & aruspices frequentat, 362. XVII.
Juliani regia quibus hominibus referta, ibid.
Juliani stipatores meretrices & cinædi, 362. XVIII.
Juliani turpitudo prætextu religionis, 362. XIX.
Julianus sacrificans portentis terretur, 362. XX.
Juliano visa Crux in extis, ibid.
Juliani persecutionis insolitæ causa, 362. XXII, & seqq.
Julianus qualem persecutionem parat, 362. XXIII.
Julianus invidebat Christianis martyrii gloriam, ibid.
Julianus in persequendo versipellis, 362. XXIV.
Julianus incipit persecutionem in domesticis, ibid.
Julianus sacrificans præsentia Christiani hominis impeditur, 362. XXI.
Julianus persequitur milites Christianos, 362. XXVI.
Julianus mutat Labarum, 362. XXVII.
Julianus abolet Crucis signum, ibid.
Juliani numisma cum Serapide, 362. XXVIII.
Juliani imago instar Serapidis, 362. CLXIX.
Julianus imaginibus affectat vocari deus, 362. XXVIII.
Juliani imago cum Anubi, 362. CLXIX.
Juliani numismata, 362. XXVIII. Tauro signata, 362. LXXXIV.
Juliani numisma cum Iside, 362. XXX.
Juliani statura & figura, 362. XXXVIII.
Julianus imagine & forma deorum cur fingi voluerit, ibid.
Julianus Thurificatione decipere tentat milites Christianos, 362. XXXIII.
Julianus milites Prætorianos Christianos ablegat, 362. XXXVI.
Julianus suis imaginibus studet decipere Christianos, 362. XXVIII.
Julianus Valentinianum & Valentem redegit in ordinem, 362. XXXVII.
Julianus in Palatio locat aram Fortunæ, 362. XXXVIII.
Julianum sacrificantem Maris Episcopus publice increpat, 362. XXXIX. Eumdem acriter Eusignius senex arguit, 362. CXXXIV.
Julianus quid in Marin Episcopum Chalcedonensem, 362. XXXIX.
Juliani affectata patientia, ibid.
Juliani præceps furor & insana rabies, 362. XL.
Julianus qualis in judicando, 362. XLI.
Juliani crudelitas, ibid.
Juliani persecutio diversis obumbrata prætextibus, 362. XLII.
Julianus qua arte decipere tentat Constantinopolitanos Christianos, ibid.
Julianus cibaria inquinat idolothytis, 362. XLIII. Et aquas omnes, 362. CXXVI.
Julianus quanto tempore moratus Constantinopoli, 362. XLIII.
Julianus bene meretur de concivibus suis Constantinopolitanis, 362. XLIV.
Julianus venit Nicomediam quid ibi egit, ibid.
Juliani adventus Cæsaream Cappadociæ quid ibi, 362. XLV.
Juliani in Cappadociæ Ecclesias immanitates, 362. XLVIII. Et Sacrilegia, 362. CCLXXXII.
Julianus Byzantium, non Constantinopolim vocat, 362. XLIV.
Julianus quando recessit Constantinopoli, ibid.
Julianus Chalcedone recepit Legatus Persarum Regis, ibid. Quid in eos, ibid.
Julianus quid Chalcedone, ibid.
Julianus sivit Gentiles grassari in Christianos, 362. XLVII.
Julianus quid in Nazianzenos, 362. XLVIII.
Julianus proficiscitur in Syriam, 362. LIII.
Julianus quid in Galatia adversus Christianos, 362. LXXII. & seqq.
Julianus quid in Basilium Ancyranum Episcopum, 362. LXXII.
Julianus quando venit in Galatiam, 362. LXXV.
Julianus venit Pessinuntem, ibid.
Julianus Pessinunte sacra & ædes Matris deorum restituit, 362. LXXVII.
Julianus vindicat ignominiam illatam Matri deorum, 362. LXXVI.
Julianus quid in Cyzicenos, 362. LXXVIII.
Julianus quid in Thraces Christianos, 362. LXXX.
Julianus venit Antiochiam, 362. LXXXI.
Juliani res gestæ Antiochiæ, ibid. Ejusdem dira scelera ibidem patrata, 362. CXXXV.
Julianus quo modo exceptus ab Antiochenis, 362. LXXXI.
Juliani Misopogon de sua barba in Antiochenos, 362. LXXXII. Ob eam jure reprehenditur, 362. LXXXV.
Julianus dicteriis exagitatur, 362. LXXXIII.
Julianus quot & quibus nominibus appellatus, 362. LXXXIV. Derisus impositis nominibus, ibid.
Julianus Victimarius dictus, 362. LXXXIII.
Julianus Idolianus dictus, 362. LXXXIV.
Julianus Tauricremus, ibid.
Julianus vecors in altercando cum Antiochenis, 362. LXXXIV.
Juliani barba qualis, 362. LXXXIII.
Juliani de sua barba dicta, 362. LXXXV.
Juliani querelæ in Antiochenos, 362. LXXXVI.
Julianus quibus elementis nomen Christi exprimebat & Constantii, ibid.
Juliani invectiva in Antiochenos, quod Christum & non deos colerent, ibid. Item ob cultum sanctorum Martyrum, 362. LXXXVII.
Julianus cultor Apollinis Daphnitici & Jovis Casii, ibid. & seq.
Julianum apud Jovem Casium conveniunt rhe-

tores

tores Ægyptii, & de inveniendo Api spem illi injiciunt, 362. LXXXVIII.
Julianus quid in Artemium & alios Martyres Antiochenos, 362. XC.
Juliano Antiochiæ Eugenius & Macarius fortiter resistunt, ibid.
Julianus innumeras hostias immolat Antiochiæ, 362. XCIII.
Julianus quam multa & magna sacrificia parabat, 362. XCIV.
Julianus venas Castalii fontis recludere cogitat, ibid.
Julianus reliquias Babylæ Martyris asportari jubet monitus ab oraculo, 362. CI.
Julianus Antiochiæ ob gloriosam reliquiarum Babylæ translationem supplicia in fideles constituit, 362. CIII.
Julianus cur Babylæ reliquias cum honore transportari permiserit, 362. CIV. CXI.
Julianus timuit Babylam Martyrem, 362. CIV. CXIV.
Julianus patruus Juliani Apostatæ dira passus ob Impietatem; & quid in morte, 362. CV. CVIII.
Juliani rescriptum ad Felicem Comitem, 362. CIX.
Julianus ob incendium templi Apollinis adversus Christianos quæstionem exercet, 362. CXIII.
Julianus insanit in templa Martyrum, 362. CIV.
Julianus sæpe signis admonitus, 362. CXVI.
Juliani luctus de incenso Apollinis templo, 362. CXVII.
Julianus falsis prætextibus necat Christianos, 362. CXXIX.
Julianus canticis Ecclesiasticis deridetur, 362. CXXXI.
Julianus a Publia Sanctimoniali derisus, quid in eam, 362. CXXXII.
Julianus delusus etiam a mimis, 362. CXXXIII. Et ab Eusignio, sene, ibid.
Julianus quid Tarsi egerit, 362. CXXXIV.
Julianus exagitat Antiochenos, 362. CXXXV.
Julianus quæ contulit Antiochenis, 362. CXXXVI.
Julianus Constantiam Syriæ civitatem Gazæ adjudicat, 362. CXXXVII.
Julianus Antiochiæ excepit Legatos Persarum Regis, ibid.
Julianus sivit judices agere contra Christianos, atque Gentiles in eos furere, 362. CXL.
Julianus Fideles a Gentilibus occidi videt, & permittit, ibid.
Juliani ingratitudo erga Marcum Arethusium suum servatorem, 362. CLIII.
Juliani epistola ad Bostrenses contra Titum, 362. CLV.
Juliani artes in persequendis Christianis, 362. CLVII.
Julianus quid in Christi statuam æneam, 362. CLVIII.
Juliani statua, ubi Christi erat, collocata, de celo tacta, & confracta, 362. CLVIII. & seq.
Julianus exagitat Ægypti Ecclesiam, 362. CLIX. CLXI.
Julianus mortem Georgii ulcisci velle simulat, 362. CLXVI.
Juliani epistola ad Alexandrinos de nece Georgii, ibid.
Julianus laudat Serapidem, 362. CLXVI. Ejus cultor propensior, 362. CLXIX.
Juliani epistola de libris Georgii perquirendis, 362. CLXX.
Julianus rescribit contra Athanasium, 362. CCXLI.
Juliani epistola ad Alexandrinos contra Athanasium, in qua eum occidi mandat, ibid.
Julianus nebulæ comparatus, 362. CCXLIII.
Julianus scribit iterum ad Alexandrinos in causa Athanasii, 362. CCXLIV.
Julianus objurgat Alexandrinos, ibid.
Juliani odium in Athanasium, ibid. & 362. CCXLVI.
Julianus Arii amicus, 362. CCXLV.
Juliani ad Christianorum querelas responsio, 362. CCXLVII.
Juliani persecutio in Romanam Ecclesiam, 362. CCXLIX.
Juliani artes in spoliandis Fidelibus patrimoniis, 362. CCL.
Julianus numquam Romæ fuit, 362. CCLV.
Julianus favet Donatistis, 362. CCLXIV. & seq.
Julianus laxat habenas Donatistis contra Catholicos, ibid.
Juliani rescriptum pro Donatistis proponi jubet Honorius ad ignominiam eorum, 362. CCLXV.
Juliani consilium, miscere turbas in Ecclesia, ibid.
Julianus cur restituit exules Episcopos, ibid.
Julianus restituit exules Donatistas, ibid.
Juliani rescriptum, quo decernitur Christianos dicendos esse Galilæos, 362. CCLXXVIII.
Juliani lex de ademptione privilegiorum Christianis, 362. CCLXXIX. De maritis libere ab uxoribus dimittendis, 362. CCCVIII.
Julianus indicit tributa Christianis, 362. CCLXXXI.
Julianus prætextu justitiæ multa impia decernit, 362. CCLXXXIII.
Julianus lege evangelica male percepta pugnat contra Christianos, ibid.
Julianus excludit a militia Christianos, 362. CCLXXXIV.
Julianus prohibet Christianos docere publice, 362. CCLXXXV.
Julianus invidet Christianis scientiam, ibid. & seq.
Julianus non prohibuit Christianos discere, sed docere, ibid. & 362. CCXC. Hujus legis sanciendæ ratio, 362. CCXCII.
Julianus Attice loqui prohibuit, 362. CCXCIV.
Julianus imperitiæ insimulat nostros, ibid.
Julianus quæ objectare solebat in Christianos, eos deridens, 362. CCXCV.
Julianus æmulatus res Christianorum in Gentilismum eas transferre studuit, 362. CCCII. CCCV.
Julianus ædificare parat monasteria & domos hospitales, 362. CCCII.
Juliano haud concessum imitari Christianorum res, 362. CCCV.
Juliani epistola ad Arsacium de imitatione rerum Christianorum, 362. CCCVI.
Juliani obitus præsagia, 363. II.
Julianus in odium Christianorum favet Judæis, 363. IV.
Julianus Hierosolymitanum templum restituendum curat, 363. V. Divinitus repellitur, 363. IX.
Judæorum sævitia in Christianos sub Juliano, 363. VI.
Julianus Judæos in nostros immittit, ibid.
Juliani litteræ ad Judæos, 363. VIII.
Juliani votum de immolando Christianos Hierosolymis, 363. XIX.
Juliani lex de sepulcris & funeribus, 363. XX.
Juliani apparatus ad bellum Persicum, 363. XXII.
Julianus ante bellum omnia mittit consulere oracula, ibid. ludunt eum mendaciis, ibid.
Julianus credi voluit Alexander Magnus, 363. XXIII.
Julianus decipitur a Maximo philosopho, 363. XXII. Ab eodem & Prisco, 363. XXXIII.
Julianus credebat transanimationem Pythagoream, 363. XXIII.

Ju-

Julianus a Sallustio revocari tentatur a bello Persico, *ibid.*
Juliani in auspicando bello vota, 363. XXIV.
Juliani numisma de nuncupatis votis Isidi nutrici, 363. XXV.
Julianus ad bellum recusat auxilia sociorum, *ibid.*
Julianus Arsacem Regem Armeniæ contemnit, quod Christianus esset, 363. XXVIII.
Juliani in auspicando bello temeritas, 363. XXVI.
Julianus recedit Antiochia profecturus ad bellum Persicum, 363. XXIX.
Juliani iter in Persas, 363. XXX. Res gestæ, *ibid.*
Julianus superatus ab adolescente Beroeensi, 363. XXXI.
Juliani interitus prænunciatus a Christianis, 363. XXXII.
Julianus in procinctu scribit ad Libanium de suo itinere, 363. XXX.
Juliani equus Babylonius interiit, 363. XXXIII.
Julianus deceptus ab auspicibus, *ibid.*
Julianus in procinctu scribit libros contra Christianos, 363. XXXIV.
Juliani scripta, 363. XXXVI.
Julianus Edessam venit: quid ibi, 363. XXXVII.
Julianus Charris abominanda sacra peragit, *ibid.*
Julianus Nisibi cum esset, efferri jussit corpus S. Jacobi Episcopi, 363. XXXVIII.
Julianus Nisibi redarguitur a sancto monacho, 363. XXXVIII.
Juliani nuncii dæmones, 363. XXXIX.
Julianus credens suis philosophis male perit, 363. XLI.
Juliani res gestæ in ingressu Persidis, 363. XLII.
Julianus rursus decipitur falso oraculo, 363. XLIII.
Julianus immolans Marti terretur prodigiis, 363. XLIV.
Julianus cultor Martis, *ibid.* In eum excanduit, *ibid.*
Julianus pervenit Ctesiphontem: quid ibi, 363. XLV.
Julianus seducitur a Persa transfuga, 363. XLVI.
Julianus inducitur ut succendat naves, *ibid.*
Julianus exercitum in discrimen adducit, *ibid.*
Julianus exagitatur rursus tristibus eventis, 363. XLVIII.
Julianus ab auspicibus seductus labitur in interitum, *ibid.*
Julianus a diis delusus & derelictus, 363. XLIX. Eos execratur, *ibid.*
Julianus cum Persis ultimo certamine pugnat, 363. LI.
Julianus in prœlio vulneratus, 363. LII.
Juliani morientis oratio, *ibid.*
Juliani percussor haud satis exploratus a Gentilibus quis creditus, 363. LIII. *& seqq.*
Juliani interitus, 363. LIII.
Julianus divinitus percussus, 363. LV.
Julianus a S. Mercurio Martyre creditur percussus, *ibid.*
Julianus moriens quid in Christum, 363. LV.
Julianus moriens affectat divinos honores, 363. LVIII.
Julianum translatum in cælum finxit Gentilitas, 375. LIX.
Juliani interitus a nonnullis absentibus cognitus, 363. LX.
Juliani dies obitus, 363. LXIII. Necatus putatur virtute SS. Joannis & Pauli Martyrum, *ibid.*
Juliani Apostatæ vita & obitus firma assertio est Christianæ religionis, 363. LXVI.
Juliani ætas & tempus Imperii, 363. LXIV.
Juliani obitus gaudium attulit orbi, 363. LXV.
Julianus conclamatus destructor Romani Imperii, 363. LXVIII.
Juliano debet non Joviano adscribi Imperii clades, 363. CXVIII. CXXIII.
Juliani adulatoriæ inscriptiones, 363. LXVIII.
Juliani funus quale, 363. LXIX.
Juliani sepulcrum Tarsi, *ibid.* Prodigia in eo, *ibid.*
Juliani sacrificia abominanda detecta post mortem ipsius, 363. LXXI.
Julianus post obitum laudatus a Libanio, 363. LXXII.
Julianus a Libanio Dæmon laudis gratia nominatus, *ibid.*
Julianus Apostata philosophus Cynicus, 363. LXXIII.
Juliani mores quales, 363. LXXV. *& seq.*
Julianus proscinditur duabus invectivis Gregorii Nazianzeni, 363. LXXVII.
Julianus exagitatus apostrophis & invectivis, *ibid.*
Julianus Basilium & Gregorium destinaverat neci post reditum a Perside, 363. LXXX.
Juliani amicos persequuntur Valentinianus & Valens, 364. XVIII.
Julianus Saba monachus novit absens interitum Juliani, 363. LX.
Julianus Saba Antiochiam a Catholicis accersitur sub Valente, 370. LXXV.
Julianus Saba monachus præsto est Antiochenis a Valente exagitatis, *ibid.*
Juliani Sabæ adventus Antiochiam, 370. LXXVIII. Ægrotans curat se & alios, *ibid.* Sanat Comitem Orientis, 370. LXXX.
Julianus a febri liberatur Antiochiæ, 370. LXXVIII.
Juliani Sabæ celebris memoria, 370. LXXXII.
Juliani Sabæ ingentia miracula, 370. LXXVII.
Julianus Saba puerum hospitis a puteo incolumem educit, *ibid.*
Juliani pallio tacto claudus sanatur, 370. LXXIX.
Julius Magister militiæ Valentis jussit occidi Gothos in civitatibus in pace agentes, 378. XXIX.
Jupiter Cassius in Arabia, 362. LXXXVIII.
Jura Pontificis Max. idolorum cultus translata in Præfectum Urbis, 384. XII.
Jura distincta Regum & Ecclesiarum, 387. XXII.
Justa filia Valentiniani, 375. VI.
Justina relicta Decentii uxor Valentiniani, 370. CXXIV.
Justina Augusta cœpit perturbare Mediolanensem Ecclesiam, 380. XXVIII.
Justina Augusta Arianis favet, *ibidem* & 385. XCV. Ambrosio injurias infert, 383. XIX.
Justina legem pro Arianis a Valentiniano extorquet, 386. IV.
Justina Augusta libertatem concedit Arianis libere agendi, *ibid.*
Justina persequitur S. Ambrosium, 386. X. *& seq.* Quo tempore, 386. XI. Quam opportunitatem nacta, *ibid.*
Justina profugos Arianos suscepit, 386. XI.
Justina Ambrosium in exilium amandare frustra conatur, 387. I.
Justina Augusta rursum vexat Ambrosium, *ibid.* Vi armata oppugnat, 387. II.
Justina edictum elicit ab Imperatore contra Catholicos, 386. IV.
Justinæ persecutio longe lateque grassata, 387. LXXXVI.
Justinæ persecutio quomodo sedata, 387. XLI.
Justina miraculis coacta a persecutione Ambrosii desistit, 387. XXXVII. XLI.
Justina immittit sicarium in Ambrosium, 387. XLIII.
Justina tollere tentat Ambrosium etiam per dæmo-

mones & maleficia, licet frustra, *ibid.* Justina confusa victa mansit, *ibid.* Ad Ambrosii opem supplex confugit metu Maximi, 387. XLIV.
Justina fugam arripit, 387. LVIII.
Justinianei Codicis locus restituitur, 363. CXXXVI.
Justus Episcopus, Logdunensis interfuit Concilio Aquilejensi, 381. LXXXII. LXXXIV.
Juventinus Martyr cum Maximo Antiochiæ sub Juliano, 362. CXXVII. Iidem variis dolis tentantur a Juliano, 362. CXXVIII.
Juvenum sententia in contentione de eligendo Meletii successore obtinet, 381. XLV.

K

Kalendarum Januarii superstitionem abrogat Ambrosius, & jejunium ea die inducit, 377. XIV.

L

Labari effigies in nummis Valentis & Valentiniani, 364. X.
Labarum a Juliano mutatur, 361. XXVII. In quam formam conversum, *ibid.*
Labarum restitutum ab Imperatoribus Valentiniano & Valente, 364. X.
Labarum a Joviano non invenitur restitutum, 363. CXXIV.
Labarum, non aquilæ ducunt exercitum Fidelium Principum, 378. XVIII.
Læta nurus S. Paulæ, filia Albini Pontificis idolorum, uxor Toxotii, 382. XL. Mater Paulæ junioris, *ibid.* 382. XLIV.
Laici quidam pseudomonachi sacrificare præsumentes, 361. XLIII.
Laici non immisceant se rebus Ecclesiasticis, 369. XL.
Laici esse non debent arbitri disputationis cum hæreticis, 386. XVI.
Laici nec ipsi quidem Imperatores judicent causas Ecclesiasticas, 369. XL.
Laici sæpe ordinati Episcopi, 375. XXI. Et multi post Ambrosii electionem electi sunt, *ibid.*
Laici etiam conjugati ad Episcopatus postulati, 375. XXI.
Laicis sacerdotia deferre vetitum, *ibid.*
Laicos de sacerdotibus judicare non debere neque de rebus fidei, 386. XVI.
Lampadius Præfectus Urbis post Symmachum, 366. I.
Lampadius erogat in pauperes expensas ludorum, *ibid.*
Lampsacenum Concilium quando celebratum, 364. XII. 365. I. Ex dicto Concilio legatio, 365. VI.
Lampsacenum Concilium ab hæreticis Macedonianis celebratum, 365. II. Res in eo gestæ, 365. IV.
Lapis super lapidem non relictus in templo Hierosolymitano tempore Juliani, 363. XVII. & *seqq.*
Lapsi Episcopi an essent in sedem restituendi, agitatum in Concilio Alexandrino, 362. CLXXXIII. CXCIV. CXCVI. Idem defendit Hieronymus, 362. CCXXVII.
Lapsi recipiendi cum abjuratione hæresis, ex sententia Athanasii, 371. XXXIII.
Lapsos esse restituendos, 385. XXXVI.
Lapsi Episcopi cum pœnitentia sæpe recepti, 365. XXXIII. Et quando depositi, 363. XXXIV.
Latitantem prodere noluerunt Christiani etiam cum suæ vitæ detrimento, 372. CXIV.
Latronianus poeta, idemque Priscillianista, 385. XXVII.
S. Laurentii basilicæ quid contulerit Damasus, 384. XXIV.
Lea vidua sanctissima, 384. II. De Lea & Prætextato antithesis, 384. IV.
Leæ viduæ obitus, 384. III. Et elogium, 384. V. Ejusdem Ostiam translatio, 384. IV.
Legatio missa a Concilio Alexandrino, 362. CXCIII.
Legatio Antiocheni Concilii ad Ecclesias Orientis, 378. XLV.
Legatio a Synodo Constantinopolitana ad Damasum, 382. XII.
Legatio Catholicorum Constantinopoli ad Valentem missa, 370. XXVII.
Legatio Episcoporum ad Valentinianum pro Concilio convocando, 364. XII.
Legatio ex Concilio Lampsaceno, 365. VI.
Legatio S. Ambrosii ad Maximum, 383. XIX.
Legatio Liberii ad Illyricos, 365. XVII.
Legatio Liberii Papæ ad Valentem Imperatorem, 365. XXIII.
Legatio Maximi ad Theodosium post necem Gratiani, 383. XIII. Item Valentiniani ad Maximum, 383. XIX.
Legatio Petri ad conciliandam Antiochenam Ecclesiam, 371. VIII.
Legatio ad Occidentales a Basilio missa, 371. IX.
Legatio alia a Basilio missa ad Occidentales, 372. IV. 372. XVI.
Legatio Suedrorum Ecclesiæ ex Pamphilia ad Epiphanium, 374. XIII.
Legatio Domnini ad Maximum qualis, 387. LV.
Legatio Gregorii Nysseni in Arabiam, 378. XLV.
Legatio S. Zenobii Episcopi Florentini ad Valentem, 370. XXXVI.
Legatio Regis Gothorum pro pace ad Valentem, quam spernit, 378. XXV.
Legatio Reginæ Sarracenorum pro accipiendo Episcopo, 372. CIII.
Legatio missa a Gentilibus Roma ad Valentinianum ob diras de magis quæstiones, 370. CII.
Legatio Gentilium Senatorum pro cultu deorum ad Imperatores, 382. XLVI.
Legationes Regum ad Julianum pollicentes auxilium ob bellum Persicum, 363. XXV.
Legatio ad Romanum Pontificem pro Ecclesia Orientali, 371. VIII.
Legationes ex Concilio Antiocheno ad diversas provincias, 378. XLV.
Legationes diversæ ad Liberium pro reductione hæreticorum, 365. XVII.
Legationes Ambrosii ad Maximum duæ, 387. XLIV. & *seq.*
Legationes injunctæ diversis Orthodoxis Episcopis ad explorandam fidem Catholicam diversarum provinciarum ea Synodo Constantinopolitana, 381. LXXIV.
Legationes ex Galliis & ex Africa ad Concilium Aquilejense, 381. LXXXI. LXXXIV.
Legati Apostolicæ Sedis ab Imperatore commendati, 365. XXIII.
Legati missi a Concilio Lampsaceno ad Orientales, 365. VI. Eorum nomina, 365. VIII.
Legati iterum missi ad Synodum Alexandrinam a Paulino, 362. CLXXX.
Legati missi ad Occidentales a Basilio Probus & Dorotheus, 371. IX.
Legati missi Constantinopolim ad Valentem aqua & igne absumpti, 370. XXVIII.
Legati a Lucifero missi ad Synodum Alexandrinam, 362. CXXX.
Legati Macedoniani professione Nicænæ fidei suffurantur communicationem Liberii, 365. VIII.
Legati a Donatistis missi ad Julianum, 362. CCLXI.
Legati Regis Persarum male habiti a Juliano, effectique Martyres, 362. XLIV.
Legati Regis Saporis ad Julianum Antiochiæ agentem, 362. CXXXVII.

Le-

Legatus Eusebius Vercellensis ad erigendas collapsas Ecclesias, 362. CCVI. CCXXII.
Leo Papa nullam prærogativam cognovit Sedis Constantinopolitanæ, 381. XXXV.
Leonis Pontificis cum S. Hilario Acta commenticia, 361. CCXXXV.
Leopardos Martyr Romæ sub Juliano, 362. CCLV.
Letoius Episcopus Melitinensis exagitat Massalianos, 383. LXXXVI.
Letoii Melitinensis Episcopi adversus hæreticos res gestæ, *ibid.*
Lex Juliani adversus Christianos professores, 362. CCLXXXVII. Hujus legis sanciendæ ratio, 362. CCXCI. *& seqq.*
Lex Juliani, qua Christiani jubentur dici Galilæi, 362. C LXXVIII.
Lex lata a Juliano, ne Christiani militarent, 362. CCLXXXIV.
Lege Juliani arcentur Christiani a docendo, 362. CCLXXXV.
Lex Juliani de arcendis a scholis Christianis professoribus revocata, 364. XX.
Lege Juliana sublata privilegia Christianis, 362. CCLXXX.
Lex Juliani de sepulcris & funeribus, 363. XX.
Lex Juliani data ad Felicem Comitem, 362. CIX.
Leges in sacrilegos latæ, adversus Christianos a Juliano conversæ, 362. CCLXXXIV.
Leges Juliani adversus Ecclesias propositæ, 362. CCLXXXII.
Lex Gratiani de judicio Ecclesiastico, 376. VI.
Lex Gratiani adversus Donatistas, 377. VI.
Lex Gratiani adversus Manichæos, *ibid.*
Lex Gratiani de immunitate clericorum, 377. XV.
Lex Gratiani adversus hæreticos, 376. I. 379. XI.
Lex Gratiani adversus avaritiam clericorum, 370. XIII.
Lex Gratiani pro Christianis Catholicis exulibus, 378. XXXIII.
Lex Gratiani adversus apostatas & Manichæos, 383. XX.
Lex Joviani severa de custodia sacrarum virginum, 363. CXXVIII.
Lex a Theodosio post baptismum sancita de fide Catholica & adversus hæreticos, 380. II.
Lex Theodosii adversus hæreticos, ne fabricent ecclesias, 381. LXXX.
Leges Theodosii adversus hæreticos post tertiam Synodum Constantinopolitanam, 383. XXXIII.
Lex Theodosii adversus hæreticos, 381. VIII.
Lex alia Theodosii adversus hæreticos, 384. XXXVIII. Alia, 386. L.
Lex ejusdem in Manichæos, 382. LXVIII.
Lex Theodosii adversos Judæos, 384. XLIII.
Lex alia adversus idololatras, 385. XXXVII.
Lex Theodosii adversus idolorum cultores, 381. CXVI.
Lex Theodosii adversus Paganos, 381. LXXX.
Lex Theodosii adversus validos mendicantes, 382. LXVIII.
Lex Theodosii adversus fidicinas & psaltrias, 385. XXXVII.
Lex Theodosii de basilicis adeundis, 381. LXVII.
Lex Theodosii adversus violantes divinam legem, 380. III.
Lex Theodosii de fori Ecclesiastici immunitate servanda, 385. XXXI.
Lex Theodosii de cultu Quadragesimæ, 380. III.
Lex Theodosii de relaxandis vinctis tempore Paschali, 385. XXXVIII. 367. I.
Lex Valentiniani Imperatoris lecta publice in Ecclesia, 370. CXVII.
Lex Valentiniani revocans legem Juliani de arcendis a scholis Christianis professoribus, 370. CXXIX.
Lex Valentiniani de Arianis, ut libere coeant & servent professionem Ariminensem, 386. IV.
Lex Valentiniani contra Manichæos, 372. CXI.
Lex Valentiniani adversus Donatistas rebaptizantes, 373. XXXV.
Lex Valentiniani de gladiatoribus, 367. I.
Lex adversus magos & idololatras revocata a Valente precibus Prætextati, 364. XIX.
Lex de duabus uxoribus calumniose Valentiniano adscribitur, 370. CXXIV.
Lex Valentiniani de Romanis scholis & scholaribus, 370. CXXIX.
Lex de virginibus, viduis & pupillis a Valentiniano lata, 370. CXXXI.
Lex de Scenicis a Valentiniano lata, 371. CXXVIII.
Lex de aruspicina concessa a Valentiniano lata, 371. CXXIX.
Lex Valentiniani, ne clerici aliquid capiant ex ultima voluntate, 370. CXVII. lata consensu Damasi, 370. CXXIII.
Lex Valentiniani & Valentis de privilegiis concessis virginibus, viduis, & pupillis, 365. XLIV.
Lex Valentiniani & Valentis pro synagogis Judæorum, 365. XLV.
Leges Valentiniani & Valentis de privilegiis clericorum, 365. XLII.
Lex Valentis pro Arianis de expellendis Episcopis Catholicis, 372. XCI.
Lex Valentis de monachis ad militiam revocandis, 375. X.
Lege sæcularium coercendi qui divinam legem contemnunt, 370. CXXI.
Libanius percarus Juliano, 362. IV.
Libanii laudes de epistola Juliani, 362. XV.
Libanius cognitor scriptorum Juliani, 362. LXXXII.
Libanii orationes pro Antiochenis, *ibid.*
Libanii luctus de incenso templo Daphnitico, 362. CXVII. Quæ in eum Chrysostomus, 362. CXIX.
Libanii deliramenta in luctu exusti templi, 362. CXXII.
Libanius admiratus castitatem feminarum Christianarum, 362. CXXXIII.
Libanius a Ludimagistro arguta responsione perstrictus, 363. XXXII.
Libanius laudator Juliani post obitum, 363. LXXII.
Libanii oratio de Juliano derisa, 363. LXXIII.
Libanii turpes adulationes de Juliano, 363. LXXII. *& seq.*
Libanius falso creditus Christianus, 363. LXXIV. Fabula de ejus cum Basilio congressus, *ibid.*
Libanii ingenium & mores, *ibid.*
Libanius inserviebat tempori, *ibid.*
Libanii orationes, 363. LXXV.
Libanii de Basilii eloquentia judicium, 363. XCIII. *& seq.*
Libanius mirifice laudat Basilium, 362. LXIII. *& seq.* 363. XCII.
Libanii epistola ad Basilium, 362. LXIV.
Libanii alia epistola ad Basilium, 363. XCV.
Libanius cur a Basilio amatus, *ibid.*
Libanius commendatus, quod etiam doceret pauperes, *ibid.*
Libanii epistola ad Joannem Chrysostomum, 382. LVII.
Libaria Martyr in Gallia cum sociis sub Juliano, 362. CCLVI.
Libelli ab Hilario dati Constantio, 360. III.
Libelli Hilarii falsa inscriptio arguitur, 360. IX.
Libellus Ambrosii in Auxentium, 386. XVI.
Libellus fidei Auxentii, 369. XV.
Libellus de fide a S. Basilio scriptus, 372. LVII.

Li-

Libellus a Donatistis oblatus Juliano, 362. CCLX. & seq. Expositus legendus publice ab Honorio Imperatore, 362. CCLXV.
Libellus fidei Catholicæ oblatus Liberio Papa ab hæreticis, 365. IX.
Libellum supplicem dedit Turentius dux ad Valentem pro fide Catholica, sed ab illo scissus est, 372. III.
Liber Apollinaris glutino constrictus, 373. XXVI.
Libri Georgii Episcopi Ariani a Juliano quæsiti, 362. CLXX.
Libri a Juliano scripti in procinctu contra Christianos, 363. XXXV.
Libri magicæ artis a Valente perquiri jussi, 370. C.
Libri magici occasione Joannes Chrysostomus in discrimen adductus, 370. CI.
Libri sacri sublati a Donatistis, 362. CCLXXVI.
Libri Sybillini sub Juliano consulti, 363. III.
Liberii Papæ ad Episcopos Italiæ epistola, 362. CLXXVIII.
Liberius Papa auctor Synodi Alexandrinæ, 362. CCVI.
Liberii Papæ fidei professionis fragmentum, 362. CCVII. Quid ad eum Athanasius, 362. CCVIII.
Liberius Papa confirmat Synodum Alexandrinam, ibid.
Liberius decipitur a Macedonianis sub Catholico nomine, 365. IX.
Liberius Papa recipit legatos Lampsacenos, 365. VIII.
Liberius recepit in communionem Macedonianos sub confessione Catholica, 365 X.
Liberius scribit pro Macedonianis litteras communicatorias, 363. XI.
Liberii litteræ de restitutione damnatorum Episcoporum in sua Sedes, 365. XV.
Liberii Papæ litteris ab omnibus absque mora obeditum, ibid.
Liberius Papa magna molitus, admirum in unam fidem omnes Christianos adducere, 365. XVII.
Liberius mittit legatos ad diversas provincias, ibid.
Liberii litteræ Synodo Tyanensi exhibitæ, & receptæ, & impletæ, 365. XXXII.
Liberius excusatur, quod receperit Eustathium & alios Macedonianos, 365. XXXVII.
Liberius excusatur, quod facile Orientalibus legatis fidem habuerit, ibid.
Liberius Papa velum dedit S. Marcellinæ virgini sorori sancti Ambrosii, in cujus dedicatione habuit sermonem, 367. IV.
Liberii Papæ obitus tempus, 367. II.
Liberii Papæ sedis tempus & res gestæ, ibid.
Liberii basilica, 367. III.
Liberii Papæ memoria nobilis, 367. IV. Laudatus a S. Ambrosio, ibid.
Liberius Papa inter Sanctos adnumeratus, 367. IV.
Libidines suas & probra Julianus Apostata religione velat, 362. XIX.
Libyæ Ecclesia vexata a Præfecto Valentis, 370. XCI.
Libyæ Præfectus ab Athanasio excommunicatus, ibid.
Libyæ sive Liviæ Macellum, 367. III.
Limenius Episcopus Vercellensis interfuit Concilio Aquilejensi, 381. LXXXII.
Litteræ Juliani Apostatæ ad Julianum Avunculum, 361. X.
Litteras scribere, Dei donum, 375. XVIII.
Loqui Attice prohibiti Christiani, 362. CCXCIV.
Lucifer Episcopus Calaritanus mittit Legatos ad Synodum Alexandrinam, 362. CLXXX.
Luciferi Episcopus Calaritanus Antiochiæ creat Paulinum Episcopum, 362. CLXXXI.
Luciferi congressus cum Eusebio Antiochiæ, 362. CCXIII.

Lucifer se dividit ab Ecclesia, 362. CCXIV. Causæ hujus dissidii, ibid.
Luciferi cum Eusebio altercationis causa quæ vere præcessit, 362. CCXV.
Luciferi reditus in Italiam, 362. CCXIX. Ejusdem exitus, 365. CCXX. Et elogium luctuosum, ibid.
Lucifer non dicendus hæreticus, sed schismaticus, 362. CCXXI. & seq.
Luciferi Calaritani obitus, 375. CXXI. Quomodo dictus immunis ab hæresi Ariana, ibid.
Luciferiani schismatis causa unde manavit, 362. CCXIII. & seq. Ejusdem ratio, ibid. & 362. CCXXII. & seq.
Luciferiani schismatici procul ab hæresi, 362. CCXXI.
Luciferianis anabaptismus minime impingendus, 362. CCXXII.
Luciferiani agentes in angulo Hispaniarum, 375. CXXVI. Iidem rejecti ab omnibus, 371. CXXVII. Satyrus frater sancti Ambrosii eos vitat, ibid.
Luciferiani quando extincti, 362. CXXVIII.
Luciferiani confutati a S. Hieronymo, 382. XXXVI.
Luciosus Episcopus in Hispania hostis Luciferianorum, 371. CXXII.
Lucius suffectus Alexandriæ in locum Georgii Episcopi Ariani, 362. CLXXV.
Lucius Episcopus Alexandrinus Arianus agit contra Athanasium, 363. CXLV. Lucius rejicitur, 363. CXLVI.
Lucius Arianus expulsus convenit Valentem Imperatorem, 378. XXII.
Lucius invadit Ecclesiam Alexandrinam, 362. LXIX. Ejus immania scelera, ibid. & seq.
Lucii impietatem publice detestatur Moyses Saracenorum Episcopus, 372. CIV.
Lucius Alexandrinus Episcopus Arianus agit Constantinopoli apud Demophilum, 380. X.
Lucius penitus a Sede Alexandrina expulsus, 380. XVII. Ejus scripta, ibid.
Lucius scripsit Paschales epistolas, ibid.
Lucius Samosatenus Arianus Episcopus, 370. XII.
Luctus Juliani de incenso Daphnitico templo, 362. CXVII.
Luctus de Luciferi Episcopi casu & ruina, 362. CCXXV.
Ludi Circenses Gazæ, 362. CXLIII.
Luminaria in funere, 368. X.
Lupicinus Prætor plures Euphemitas Martyrianos hæreticos necari mandat, 361. XXXV.
Lupicinus pugnat adversus Procopium tyrannum, 366. II.
Lupicinus dux exercitus reprehensus, 376. VIII.
Lupicini Romani ducis avaritia & perfidia quid Romanus exercitus passus, ibid.
Lupus Episcopus Edessæ Arianus, 371. CX.
Lustratio Donatistarum, cum tangerent res Orthodoxorum, per ignem, 362. CCLXX. CCLXXV.
Luxum & ornatum sacerdotibus non convenire, Gregorii Nazianzeni sententia, 381. LXI.
Luxus clericorum taxatur, 367. XIII.

M

MAcarius Antiochenus cum sociis deportatus in Oasim, 362. XCI. Eorum martyrium sub Juliano, ibid.
Macarii monachi in Ægypto miracula, 372. LXXXVIII.
Macarius presbyter communicans schismaticis Romæ punitus, 371. CXXIII.
Macedonius abdicatus novam hæresim excogitat, 360. XVIII.
Macedonius hæresiarcha damnatus in Concilio

Constantinopolitano, 381. XIX. Jussu Damasi, *ibid.*
Macedonius Magister officiorum Gratiani favet hæreticis, 381. CX. Non impune, 381. CXI.
Macedonius Martyr in Phrygia, 362. LXXVII.
Macedoniana hæresis, & ejus propagatores, 360. XXII. Cum Arians conjuncta, 360. XXX.
Macedoniana hæresis probata Lampsaci invalescit, 361. V.
Macedoniana hæresis collapsa, 377. V.
Macedoniani Episcopi præstigiæ, 360. XXI.
Macedoniani creabant Episcopos, sed cohibiti, 384. XXXVIII.
Macedoniani Episcopi, 362. CCXXXVIII.
Macedoniani Legati, profitendo fidem Nicænam, surripiunt communicationem Liberii, 361. VIII.
Macedoniani persecutionem patiuntur ab Arianis sub Valente, 364. II.
Macedonianis anathema dictum a Damaso, 373. XI.
Macedonianorum vafrum consilium de mittenda Legatione ad Liberium Papam, 365. VII.
Macedonianorum copiæ in Hellesponto, 365. V.
Macellum Libyæ, sive Liviæ, locus in Urbe sic dictus, 367. III.
Macrina S. Basilii avia Neocæsareæ agebat, 363. CI.
Macrina soror Basilii, 369. LXII. Tecla ab Angelo dicta, 369. LXIII.
Macrinæ Gregorii Nysseni sororis virtus & doctrina, 378. XLV.
Macrinæ obitus, quam Gregorius Nyssenus magistram appellat, *ibid.* Gestabat crucem ferream & annulum ferreum cum cruce, 378. XLVI. Ejus vitam scripsit Gregorius frater, *ibid.*
Mactarii dicti Manichæi, & cur, 372. CXIII.
Magos colit Julianus, 361. VI. 362. XVI.
Magos secum ad bellum ducit Julianus, 363. XXIII. Ab iis deceptus, 363. XXXIII. XLI. *& seq.*
Magi aruspices Juliani ludibrio affecti, 363. LXX.
Magorum Juliani detectæ imposturæ, 363. LXXI.
Magi a Valente exagitati, dato rescripto in eos, 364. XVI. XIX.
Magi & incantatores a Valente diu exagitati, 370. XCIII.
Magi etiam in Occidente jussi inquiri, 370. CII. 371. VI.
Magiæ libri a Valente perquiri jussi, 370. C.
Magicas præstigias damnat Concilium Romanum, 382. XX.
Magistratus Juliani quales, 362. V.
Magistratus Constantii male habiti a Juliano, 361. VIII. XII. Mutati, 361. XX.
Magistratus ad Episcopatum ante omnes assumendi, 365. XIX.
Magistratus philosophis & eruditis collati a Juliano, 362. I.
Magister ludi litterarii deludit responsione Libanium, 362. XXXII.
Magistris quantus honor habendus, exemplo Theodosii ostenditur, 383. XXII.
Magistri ludi litterarii esse vetiti sunt Christiani, 362. CCLXXXV.
Magnus comes Arianus obsequitur Lucio, 373. LXXV. LXXVII. Ejus crudelitas, 372. LXXVII.
Majuma navale Gazæ dicta Constantia, quid de ea Julianus 362. CXXXVII.
Majumæ spectaculum frequentatum ab Antiochenis, 362. LXXXIX.
Malchus monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Maleficia sanctis viris nocere non posse, 387. XLIII.
Maleficos excommunicandos præcipitur a Romana Synodo, 382. XX.
Maleficos severissime punit Valentinianus, 371. VI.
Maleficorum artes plurimum invaluerunt sub Gratiano, 382. XXII.
Mamertini & Nevittæ Consulatus, 362. I.
Mamertinus, Juliano carus, 362. IX. 362. I.
Mamertinus, qualis, *ibid.*
Manichæi Romæ quid egerint, 372. CXI. Agunt Romæ conventum, 372. CXII. Detecti, 372. CXIII.
Manichæi præceptis suis obtemperare nequeunt, *ibid.*
Manichæi cohibiti lege Valentiniani, 372. CXI.
Manichæos lege damnandi sub Valentiniano occasio, *ibid.*
Manichæos lege damnat Gratianus, 377. VI. 378. XXXIII.
Manichæos lege cohibent Impp. 382. LXVIII.
Manichæos appellat Priscillianistas Maximus, 387. LXVII.
Manichæorum vituperatio, 377. VII.
Manichæorum Auditor qui Romæ eos congregavit, quis fuerit, 372. CXI.
Manichæorum simulata sanctitas, 372. CXIII.
Manichæorum nomine cur infamati optimi Christiani, *ibid.* & 386. XXXV.
Manichæorum hæresis cognata Priscillianistis, 381. CXIII.
Manichæus nobilis fit Catholicus Christianus, 372. CXIII.
Manuel Persa Martyr, 362. XLIV.
Marathonius Episcopus Nicomediæ hæresis Macedonianæ propagator, 360. XIX.
Marcella quæsita in conjugem a Cereali, 375. VII.
Marcellæ argute dictum Cereali nubere recusantia, *ibid.*
Marcellæ amplitudo, *ibid.*
Marcella vidua doctissima semper discendi cupida, 382. XXXVI.
Marcellæ ingenium, virtus, præstantia, *ibid.*
Marcella Romæ monasteria instituit, 382. XXXVIII.
Marcellina virgo soror S. Ambrosii, 369. XXXIX. Ejus vitæ institutio, 377. XII.
Marcellina nuncupat vota S. Laurentio pro felici reditu fratris, 383. XV.
Marcellinæ epitaphium, 383. XVII.
Marcellinus schismaticus res Luciferi scripsit, 362. CCXIX.
Marcellinus schismaticus favet Ursicino, 367. XIV. Eorumdem libelli fides, *ibid.* 369. XXXII.
Marcellini Comitis error in tempore obitus Damasi, 384. XVII.
Marcellinus Consul avus an pater Melaniæ, 372. XCIII.
Marcelli Ancyrani hæresis, 372. X. 372. XII.
Marcelli Ancyrani causa delata a Basilio ad Damasum, *ibid.*
Marcellus Ancyranus ut damnetur petunt Orientales a Romano Pontifice, 371. X.
Marcelli Ancyrani obitus, 372. XIV.
Marcellus tyrannidem post Procopium sumpsit, 366. II. Occiditur, *ibid.*
Marcellus Martyr sub Juliano, 362. XXV.
Marcianus Novatianus Episcopus Agelio Novatiano sufficitur, 384. XLIV.
Marciani plures, *ibid.*
Marcianus monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII. 384. XLIV.
Marcianus magister filiarum Valentis, 366. XXI.
Marcionitæ hæretici inter Antiochenos Catholicos latebant, 386. LIX.
Marcionitæ vexant Antiochenam Ecclesiam, *ibid.*

Mar-

Marcionitæ male pereunt, 386. LXI.
Marcionita curatus a Joanne Chrysostomo, 386. LX.
Marcionitarum ludus, 386. LXII.
Marcus Ægyptius hæreses Gnosticorum invexit in Hispanias, 381. XCIX. CXIII.
Marcus Arethusius Episcopus quæ passus cum suis Gentilibus, 362. CLI.
Marcus Arethusius servator Juliani ab internecione, 362. CLIII.
Marcus Arethusius Semiarianus aliquando, ibid.
Marci Episcopi Arethusii martyrium, 362. CLI. Eum Catholicum decessisse, 369. CLIII.
Marcus Versetus illustrator rerum antiquarum, & rerum sanctæ Ursulæ diligens explorator, 383. III. & seq.
Maria Virgo Auctoris signum, 361. pag. 34.
Maria Dei genitrix pro Deo culta ab hæreticis Collyridianis, 373. XXX.
Maria post partum Josepho conjuncta, Helvidii hæresis, ibid.
Marisaus monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Marina Gordiani uxor damnata ad aquas Salvias, 362. CCLIV.
Marini Martyris reliquiæ, 381. LVI.
Marini in Demophili locum subrogatio, 386. L.
Maria prodigiosa effusio ob terræmotum magnam stragem facit sub Valentiniano, 365. XXXVIII. Quid mali portenderit, 365. XLI.
Maris Episcopus Chalcedonis quid in Julianum, 362. XXXIX.
Maris Episcopus Arianus factus, 362. XXXIX.
Maris Chalcedonis Episcopus profitetur fidem Catholicam in Concilio Antiocheno, 363. CXLII.
Marius Victorinus deserit scholas, & ad Christum convertitur, 362. CCXCVII. Quo tempore libros de Trinitate scripserit, 362. CCCI.
Marna Deus Gazensium, 362. CXLII. Idem victus a Christo, 362. CXLIII.
Marti immolat Julianus, sed in eum incensus ira fuit deceptus, 363. XLIV.
Martinus Episcopus Turonensis Hilario ab exilio in Gallias redeunti occurrere festinat, 360. XV.
Martinus quando creatus est Episcopus, 375. III.
Martinus pro votis ad jejunia & cilicia confugit, 375. II.
Martinus Episcopus cum adit Valentinianum, quid mirum accidit, ibid.
Martini annorum ratio, 375. III.
Martino Episcopo quid per calumniam Ithacius objecerit, 385. XXIII.
Martinus consentit Maximo, & Episcopis communicat, 386. XXVI.
Martinus cum Angelo visus colloqui, 386. XXIX. Adventans Treverim Synodum terret, 386. XXV. & seq.
Martinus Ithacio jussus communicare, metu mortis multorum communicat, ibid.
Martinus dolet se Ithacio communicasse, 386. XXIX.
Martinus corripitur ab Angelo, ibid.
Martinus Maximo prædicit eventum belli Italici, 386. XXXI.
Martinus ad convivium Imperatoris ire coactus, ibid.
Martinus propinat suo presbytero, ibid.
Martinus quomodo exceptus ab Augusta, 386. XXXII.
Martinus in hæreticos inquirere vetat Maximum, 386. XXVII.
Martinus cur dimovet Maximum ab inquisitione hæreticorum, 386. XXXIV.
Martinus in crimen adductus hæresis Priscillianæ, 385. XXIV. 386. XXXV.

Martyres Alexandrini sub Lucio Ariano, 372. LXXIX.
Martyres Ancyrani, 362. LXXII.
Martyres Antiocheni sub Juliano, 362. XC. CXXVII.
Martyres Galatæ, 362. LXXII.
Martyres Galliarum, 362. CCLVI.
Martyres in Gothia sub Athanarico, 370. CVI. Iidem omnes Catholici ibid. CXIV. CXV.
Martyres Gazenses, 362. CXXXVII.
Martyres Hadrianopolitani, 369. LXXX.
Martyres innocentes qui fiunt apud Ammianum historicum, 367. XXI.
Martyres sub Juliano dirissima passi, 362. XLI. & seq.
Martyres legati Regis Persarum sub Juliano, 369. XLIV.
Martyres Romæ sub Juliano, 362. CCL.
Martyres octoginta in mare mersi sub Valente, 370. XXVIII.
Martyres Phryges, 362. LXXVII.
Martyres Thraces sub Juliano, 362. LXXX.
Martyres qui dicendi, 369. CLXV.
Martyres post mortem quales, 362. CXXX.
Martyres juvare defunctorum animas, 383. XVII.
Martyriani hæretici, 361. XXXV.
Martyrum cultus semper in Ecclesia probatus, 360. XXXIX.
Martyrum constantia, 362. XXIII. CLII.
Martyrum templa a Juliano jussa succendi vel demoliri, 362. CXIV.
Martyrum sepulcra a Gentilibus effossa, 362. CXLV. & seq.
Martyrum gloriam falsis criminibus frustra obscurare conatur Julianus, 362. CXXIX.
Martyrum corporum virtus, 369. CXXX.
Martyrum reliquiæ ne distrahantur vetat Theodosius, 386. LI.
Martyrum reliquiæ divinitus inventæ, 369. CXXXVIII.
Martyrum reliquiarum cultus, 369. CXXX.
Martyrum natalitia frequentari solita conviviis, 377. XIV.
Martyrii gloriam invidebat Julianus Christianis, 362. XXIII.
Martyrium Basilii Ancyrani, 362. LXXII.
Martyrium trium Christianorum Phrygum, 369. LXXVII.
Martyrium Legatorum LXXX. Orthodoxorum ad Valentem, 370. XXVIII.
Martyrium Theodori Antiocheni, 362. CIII.
Martyrius renuit ordinari diaconus a Nectario, 381. LXXVIII.
Massaliani hæretici ex Monachis orti, 361. XXXIV. Diversis nominibus appellati, ibid. Nugæ eorum & deliramenta, ibid. & seqq. Fuere Sarramentarii, 361. XXXV. Omnia tribuebant orationi, ibid. Eorum in pauperes crudelitas notata, 361. XXXVII. Mirum eorumdem ludibrium a Sancto Augustino relatum, ibid. Eorumdem habitus improbatus, 361. XXXIX.
Massaliani hæretici in Syria detecti & cohibiti, 383. XXXVI.
Massaliani a Flaviano detecti, 383. XXXVII.
Massaliani Saccophori vocati, 383. XXXVI.
Massalianorum hæreses, 383. XXXVIII.
Massaliani ejiciuntur e Syria, & damnantur in Synodo Sydæ, ibid.
Mater deorum contumelia affecta, 362. LXXVI.
Matris docentis filium ad martyrium dignum exemplum, 371. CVIII.
Mataza dicta eremus ubi Basilius atque Gregorius agebant, 363. XC.
Mataza locus eremi Basilii, 369. LXX. Describitur qualis esset, 369. LXXI.
Mathematicos & magos capite punit Valens, 370. XCIII.

Mauvia Regina Sarracenorum fidem Christi propagat, 372. CIII.
Maovia Regina Sarracenorum liberat Constantinopolim, 378. XXIX.
Maximini judicis sævitia conflavit invidiam Damaso, 367. XVII.
Maximinus Vicarius Romæ, 371. II.
Maximus philosophus Smyrnæ natus, Ephesius dictus, 361. III.
Maximus philosophus Magus vocatus a Juliano, 361. VI.
Maximus philosophus quomodo a Juliano exceptus, 362. II. Quanti eum fecerit Julianus, ibid. & 364. XVI.
Maximum philosophum secum duxit ad bellum Julianus, 363. XXIII. Ab eo deceptus, 363. XXXIII.
Maximus philosophus pollicetur victoriam Juliano, 363. XXII.
Maximus philosophus derisus a Christianis, 363. LXX.
Maximus philosophus acceptus Joviano, 363. CL. 364. III.
Maximus philosophus dira cogitur pati supplicia, 364. XVI. Quomodo liberatus, 364. XVIII.
Maximus philosophus a Valente occidi jussus ob magiam, 363. CXLIV.
Maximi philosophi duo Tyrius & Smyrneus, qui & Ephesius dictus, ibid.
Maximus philosophus magus qualis post obitum apparuit, 381. XX.
Maximus Ephesius non idem ac Tyrius, 370. XCIX.
Maximi Cynici duo, 362. III.
Maximus Cynicus venit Constantinopolim, 379. XXIV.
Maximi laudes a Gregorio Nazianzeno scriptæ, ibid. & 379. XXX.
Maximus Cynicus turbas excitat in Gregorium, 379. XXIV. Adit Gratianum Imp. & offert ei librum, ibid.
Maximi studia pro Sede adipiscenda, 379. XXVI.
Maximus introditur in Sedem Constantinopolitanam, 379. XXVIII. Ordinatus in domo scenici, ibid. Pellitur a civibus extra urbem, ibid.
Maximum se deceptum laudasse pronuntiat Gregorius, 379. XXIX.
Maximus primo laudatus, vituperatus postea a Gregorio, 379. XXX.
Maximus pulsus Constantinopoli, Theodosium convenit; rejectus redit Alexandriam, 380. IV.
Maximum in hæresim Apollinaris labitur, 380. IV.
Maximus scribit in Gregorium Nazianzenum, ibid.
Maximus dum sedit Constantinopoli ordinationes habuit, 380. V.
Maximi causa pertractata in Concilio Constantinopolitano, 381. XXIV.
Maximum Episcopum non fuisse declaratum a Synodo, ibid.
Maximus cum Calimero legatus a Paulino ad Synodum Alexandrinam, 362. CLXXX.
Maximus Episcopus Neapolitanus suffectus in locum Zosimi, 362. CCXIX.
Maximus Martyr Antiochiæ, 362. CXXVII.
Maximus tyrannus insurgit in Occidente, 383. I. Ex stemmate Constantini afferebatur, ibid.
Maximus pollet Britannorum auxiliis, ibid.
Maximus coloniam in Gallia instituit, 383. III.
Maximus Gratianum occidi curat, 383. VII.
Maximus occidit amicos Gratiani, 383. XII.
Maximus cupiditate regnandi favet Gentilibus, 383. VI.
Maximus mittit legatos ad Theodosium Imperatorem, 383. XIII. 387. LX.
Maximi impetus comprimitur Ambrosii votis, 383. XIV. Ejusdem legatione retardatur ab Italiæ invasione, 383. XIX.
Maximus animadvertit in Priscillianum, 385. XXIV. Carpitur ob eam rem a Pacato, 385. XXVI.
Maximus arrogat sibi caussas Episcoporum, licet hæreticorum, 385. XXXII. Ejus cum Theodosio hac ex parte differens collatio, ibid.
Maximi cum Theodosio fœdus ictum, 386. I.
Maximi uxoris erga sanctum Martinum studium, 386. XXXI.
Maximus Synodo Treverensi & Ithacio favet, 386. XXVI. Martinum Ithacio communicare compellit, 386. XXVIII.
Maximi factum exerentis gladium in hæreticos commendatur, 386. XXXVI.
Maximi & Valentiniani causæ, 387. XLVI.
Maximi ad Valentinianum epistola pro Ambrosio & Catholicis oppugnatis, 387. XXXIII.
Maximus Imperator pro S. Ambrosio ad Valentinianum scribit, ibid.
Maximus Alpes transcendere cogitat, 387. XLV. Ad eum legatus Ambrosius libere loquitur, 387. XLVIII. & seq.
Maximus non nisi publice vult audire Ambrosium, ibid.
Maximi querela in Ambrosium, 387. XLIX. Urgetur ab Ambrosio, 387. L.
Maximus quomodo excommunicatus a S. Ambrosio, 387. LIV.
Maximus decipit Domninum Legatum, 387. LVII.
Maximus sese infert clam in Italiam, ibid.
Maximus devastat Italiæ partem, 387. LX.
Maximus Mediolanensem Ecclesiam incolumem relinquit, 387. LXII.
Maximus redditus mitior omnes sibi conciliare studet, 387. LXIV.
Maximus populos suam quemque religionem colere permittit, ibid.
Maximus scribit ad Siricium Papam de Catholica religione, 387. LXV.
Maximi studium pro fide Catholica, 387. LXVI.
Maximus libentissime excipitur a Gentilibus, 387. LXVIII.
Maximum publice laudavit Symmachus, ibid.
Mediolanensis Ecclesia a Justina cœpta turbari, 380. XVIII.
Mediolanensis Ecclesiæ status ante Ambrosii ordinationem, 375. XXV. 377. IX.
Mediolanensis Ecclesiæ tranquillitas sub Ambrosio, 377. IX.
Mediolanensis diœcesis Sirmiensis Ecclesia, 380. XVIII.
Mediolanensis Ecclesia a Justina Augusta perturbatur, ibid.
Mediolanense monasterium sub cura Ambrosii, 381. XXX.
Mediolanensis populus studiosissimus Ambrosii, 386. X.
Mediolanensis populus tuetur Ambrosium a Justina, 387. III.
Mediolanenses parant fugam a Maximo, 387. LXIII.
Mediolanenses ab Ambrosio continentur, ne fugiant metu Maximi, ibid.
Melaniæ peregrinatio in Orientem cum Ruffino, 372. XXXIII.
Melania ab Athanasio donata pelle ovina, 372. XXXIV.
Melania Ægypti eremum lustrat, ibid. Erogat in monachos pecunias, ibid.
Melania quanta præstitit monachis tempore persecutionis Lucii Ariani Episcopi, 371. XCI.
Melania claritudine generis nobilissima ab omnibus Præfectis in honore habita, 372. LXXXVII. Ejus genus, 372. XCIII.
Melania occultat & pascit monachos, 371. XCII.
Melaniæ constantia, ibid.

Me-

Melania filia an neptis Marcellini Consulis, 372. XCIII.
Melania a Didymo depravata, *ibid.*
Melania en Ægypto proficiscitur in Palæstinam, 372. XCVI. Quid ibi passa a Præside Palæstinæ, 372. XCVII.
Melania præfectum Palæstinæ suæ conditionis certiorem facit, *ibid.*
Melania quid egerit Jerosolymis, 372. XCVIII. Tempus ejus commorationis, *ibid.*
Melania in crimen objecta Hieronymo, 385. XIV.
Melasippus Martyr Ancyræ cum Antonio & Carina sub Juliano, 362. LXXIII.
Meletius Sebastia Antiochiam transfertur, 360. XLIV. Fidem Catholicam profitetur, & exilium patitur, 360. XLVI. *& seq.*
Meletius Episcopus Antiochiæ degit tempore Juliani, 362. CXXV. Mittit adolescentem conversum ad Cyrillum, 362. CXXVI.
Meletii lapsi, ut reciperet Sedem suam, cur non habita ratio, 362. CCXVI.
Meletii reditus Antiochiam quando contigit, 362. CCXVIII.
Meletius seorsum colligit suos, 362. CCXVII.
Meletii imagines ubique honoris causa positæ, 370. LXV.
Meletii nomen liberis a parentibus imponi solitum, 370. LXV.
Meletii effigies & mansuetudo, 370. LXVI.
Meletii exulantis egregia virtus, 370. LXVII. Defendit Præsidem ab ictibus lapidum, *ibid.*
Meletius quid passus a Valente Imp. 360. LXIV.
Meletii exilium, 370. LXV. Quo honore a populo cultus, *ibid.*
Meletii causam tuetur Basilius adversus Paulinum, 371. XII.
Meletii requiruntur litteræ ad Occidentales, 371. XV.
Meletii causam minus exploratam fuisse Damaso putavit Basilius, 372. L.
Meletio communicandum potius quam Paolino censet Basilius, *ibid.*
Meletii & Paulini causa quomodo concordata, 372. LII.
Meletius cum Paulino transegit, 378. XXXVI.
Meletii cum Paulino modestissima oratio, 378. XXXVIII.
Meletius novos ordinat Episcopos, Diodorum Tarsensem, Joannem Apameæ, Stephanum Germaniciæ, 378. LV.
Meletius visitans monachos Syriæ novit Simeonem Stylitam, *ibid.*
Meletius venit Constantinopolim, ut Gregorium collocet in throno, 381. XVIII.
Meletii obitus Constantinopoli, 381. XL. Funus sumptuosum, 381. XLI. Translatio Antiochiam, 381. XLII.
Meletium Chrysostomus etiam laudavit, *ibid.*
Meletii memoria cur iij. Id. Febr. adscripta in tabulis Ecclesiasticis, *ibid.*
Meletio mortuo an alium sufficerent, deliberant Patres Constantinop. Synodi, *ibid.*
Meletii successor in Synodo decretus Flavianus, *ibid.*
Meletiani Tarsensibus juncti, 382. XXII.
Mendacium peccatum non esse, Priscillianistarum hæresis, 381. CXIV.
Mendicantes validi compressi lege Imperatoris, 382. LXIX.
Mendicantes cur Romæ tempore Hieronymi abundarent, *ibid.*
Mendicantes pro foribus ecclesiarum esse solebant, *ibid.*
Menedemus Legatus Martyr una cum sociis, 370. XXVII.
Mercurius Martyr percussor Juliani, 363. LV.
Meretrices & cinædi stipatores Juliani, 362. XVIII.
Meretricis famosissimæ conversio, 370. CIV.
Merobaudis & Gratiani Consulatus, 377. I.
Merobaudis & Saturnini Consulatus, 383. I.
Merobaudis occisio, *ibid.*
Merobaudes falso dicitur Gratiano infidus, *ibid.*
Miles Christianus quibus armis debellet hostes, 378. XVI.
Milites Christiani quæ passi sub Juliano, 362. XXVI.
Milites Christiani a Juliano thurificatione probati, 362. XXXIII.
Milites multi incaute thura offerunt, 362. XXXIV. Agnito errore publice pœnitent, *ibid.*
Militum Christianorum gloriosa confessio, *ibid.*
Milites desertores fidei Christianæ resipiscunt, 363. CXV.
Milites in Ambrosium missi agunt pro Ambrosio, 387. XXIV.
Milites Itali pii, 378. XXVIII. Fortes fide, 378. XIX.
Milites prohibiti hospitari in synagogis Judæorum, 365. XLV.
Militiæ prohibiti Christiani a Juliano, 362. CCLXXXIV.
Millenariorum hæresis a Damaso Papa damnata, 373. XIV.
Mimas mons Asiæ nobilitatus nece Valentis, 378. XXVII.
Mimus Porphyrio per jocum Christianus & Martyr sub Juliano, 362. CXXXII.
Minervius legatus cum Prætextato ad Valentinianum Imperatorem causa quæstionum in magos exhibitarum, 370. CII.
Miraculum Crucis coronatæ in extis Juliano visæ, 362. XX.
Miraculum ex præsentia Christiani in sacris Juliani factum, 362. XXI.
Miraculum de Juliani statua cælitus igne comminuta, 362. CLVIII.
Miraculum de Gentilibus Orgia celebrantibus, 362. CLX.
Miraculum S. Ambrosii Romæ, 377. XIV.
Miraculum de Cæsario e ruina Nicææ servato, 368. VII.
Miraculum Hilarionis de equis Circensibus, 362. CXLIII.
Miraculum de obmutescentia oraculi Daphnis ob reliquias S. Babylæ, 362. XCVIII.
Miraculum de morbo Juliani senioris ob religionis Christianæ contemptum, 362. CV. Alia ob eamdem causam facta, 362. CVIII.
Miraculum a S. Hilarione factum in maris fluctibus compescendis, 365. XL.
Miraculum insigne de innocenti muliere Vercellensi adulterii damnata, 367. XXIII.
Miracula Martyrum contra Arianos defenduntur & probantur, 387. XL. *& seqq.*
Miracula in Ægypto a monachis facta, 372. LXXXIX.
Miracula post obitum Damasi, 384. XIX. Dum viveret, 384. XX. Pueri in fontem baptismalem delapsi, 384. XXV.
Miracula Damasi Ursicino schismatico adhærentes tribuunt S. Laurentii, 384. XIX.
Miracula Hierosolymis de energumenis, 385. XIX.
Miracula de sacrosancta Eucharistia, & de ampulla vitrea Chrismatis projecta, & non fracta, 362. CCLXVII.
Miracula divinitus edita in constructione templi Hierosolymitani, 363. XI. *& seq.*
Miracula Aphraatis monachi Antiochiæ, 370. LXXII. *& seq.*
Miracula Juliani Sabæ, 370. LXXVII.
Miracula Eusebii Episcopi Vercellensis post obitum, 371. CXX.
Miracula ingentia ex reliquiis SS. Martyrum, 362. CXLVII.
Miracula ad sepulcra Joannis Baptistæ & Elisei edi solita, 362. CXLVIII.

Miracula in inventione & translatione SS. Gervasii & Protasii, 387. XXXVII.
Miracula sæpe Deus per Confessores efficit, 384. XIX.
Miracula de suppliciis divinitus erogatis apostatis, 362. CVIII.
Miraculis probata fides Catholica tempore Lucii Ariani, 372. LXXXVIII.
Misopogon Juliani in Antiochenos, 362. LXXXII.
Missas certis horis celebrandas cautum Concilio Romano, 382. XX.
Missæ agi solitæ in privatis domibus, 377. XVII.
Mithræ sacra abominanda refossa, 362. CLXIII.
Mitrella pro velo, 362. CCLXXII. CCLXXV.
Mitrellæ imponi solitæ sacris virginibus in Africana Ecclesia, *ibid.*
Mitrellarum diversa genera, 362. CCLXXV.
Modestus Consularis & Præfectus, 370. XL.
Modestus acriter minator Basilio, 370. XLII. Victus a Basilio, 370. XLIV.
Modestus ægrotans vocat Basilium, & rogat eum quem persequebatur, 370. XLIX.
Modestus Præfectus quid Edessæ, 371. CVIII.
Modestus Consul Arianus cum Arintheo Catholico, 372. L.
Moguntina clades illata a barbaris sub Valentiniano, 368. V.
Monachi in monte Sina sub Abbate Silvano operantur manibus, 361. XL.
Monachi seipsos castrantes, 361. XLIII.
Monachi in Ponto ante Basilium, 362. LXXI.
Monachi favent Basilio adversus Eusebium, 362. LVIII.
Monachi collegæ Basilii calumniis solicitantur, 363. CVI.
Monachi Ægyptii exagitati a Valente, 372. XCI.
Monachi Ægyptii persecutione Lucii Ariani dire vexati, 372. LXXXV. A Melania excepti, 372. LXXXVII.
Monachi relegati in Insulam Ægypti terrent dæmones, & idololatras convertunt ad fidem, 372. LXXXIX.
Monachi conjecti in carcerem ab Angelo liberati, 362. CLIX.
Monachi Palæstini quæ passi sub Valente, 372. XCVI.
Monachi in Syria celebres sub Valente Imperature, 370. LXXXIII.
Monachi a Valente militare coacti, 375. X. De ea re datum rescriptum, 375. XI.
Monachi tributis vexati a Valente, 373. XII. Eos litteris Basilius consolatur, 375. XIII.
Monachi in Syria gravia passi, 373. X. & *seq.*
Monachi Epiphanium consulunt de hæresibus, 375. XVI.
Monachi cur vetiti fieri ex clericis, 381. CVII.
Monachi affines clericis, 385. X.
Monachis quam infensi essent Romani, 383, XI.
Monachorum diversæ hæreses, 361. XXXIV.
Monachorum habitus ab Ecclesia quis reprehensus, 361. XXXIX.
Monachorum tonsura laudata, *ibid.*
Monachorum quorumdam Ægypti deliria, 361. XLI.
Monachorum regulæ elaboratæ a S. Basilio, non ab Eustathio, 361. LII.
Monachorum Alexandriæ, Ægypti & Palæstinæ vitæ ratio, 362. LXI.
Monachorum Ponticorum vita sublimis, 363. CVII. & *seq.*
Monachorum singularis abstinentia, 363. CVIII. De eadem Gregorii Nazianzeni judicium, 363. CX. Rursus de eorum institutis, 363. CV.
Monachorum laudes, 375. XII.
Monachorum sanctitas miraculis probata, 372. LXXXVIII.
Monachorum persecutio dira sub Valente, 375. X. & *seq.*
Monachorum peregrinatio an probanda, 386. XLVIII.
Monachorum cupiditas coercenda, 370. CXIX.
Monachorum non esse disputare de fide, 378. LXI.
Monachorum Abbatum mos ad pedes Episcoporum se prosternendi, 375. XVII.
Monachos in exilium mittit Lucius Arianus, 372. LXXXIX.
Monachos Nazaræos vocat Gregorius Nazianzenus, 362. LVIII. Eorum vitam laudat Libanius, 362. LXIV.
Monachos per litteras Basilius consolatur, 375. XIV.
Monachos militare cogit Valens, 375. X.
Monachi munera publica subire coguntur lege Valentis, 375. X.
Monachos Massalianos perbelle ab Abbate Silvano delusus, 361. XL.
Monachismus in toto Oriente propagatus, 362. LXI.
Monachismus sub Basilio floret in Ponto, 363. CVII.
Monachismus ab hæreticis impugnatus, 363. CII.
Monasterium Mediolani sanctissimum, 382. XXX.
Monasteris monachorum & virginum multa instituta Romæ sub Gratiano, 382. XXXVIII.
Monastica vita reddita suspecta in Hispania propter Priscillianistas, 381. CVII.
Monasticam vitam a calumniis vindicat Basilius, 363. CIII.
Monica mater S. Augustini quid de futura filii conversione vidit, 377. VIII. Quid illi Episcopus de eadem re prædixit, 377. IX.
Monica mater Augustini venit Mediolanum, 384. XXXV.
Monicæ sanctitas innotescit Ambrosio, *ibid.* Ab ipso reprehensa de agape in Ecclesia facienda, *ibid.*
Monica mater S. Augustini vigilabat in ecclesia tempore persecutionis Ambrosii, 387. XVI.
Montenses redeuntes ad Ecclesiam per manus impositionem conciliandi, 386. III.
Mortui apud sanctos Martyres sepeliri soliti, 383. XVII.
Mortuos precibus & sacrificiis, non funeris pompa juvari, 378. XIII.
Mortuos humandi officium clericorum, 367. XXIX. Item ritus offerendi, 368. X. Et sepeliendi, 378. XLVII. 381. XLI.
Mortuos baptizare, Marcionitarum hæresis, 386. LXII.
Mortuos post quinquennium de hæresi accusari vetuit Gratianus, 383. XXI.
Moyses Episcopus Sarracenorum ordinandus respuit Lucium Arianum, 372. CIV.
Moyses monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Mulier innocens septies icta, 367. XXV. Insultat carnificibus, 367. XXVII.
Mulieres ne conveniant ad sacra cum viris quare statutum, 382. CV.
Mulieres sacrificare alienum ab Ecclesiæ more, 373. XXX.
Mulieris Christianæ egregium exemplum sub Valente, 371. CVIII.
Munerum expensas in pauperes contulit Lampadius Præfectus Urbis, 366. I.
Munus gladiatorium quanti fecerit populus Rom. *ibid.*
Musonius, Proæresius & Victorinus Christiani ob edictum Juliani deserunt scholam, 362. CCXCVII.
Musonius Episcopus Neocæsariensis successor Leontii, 363. XCIX. Mirifice laudatus, *ibid.*
Murum redditum idolum loquax, 362. XCVI. XCVIII.

Na-

N

Naboris & Felicis Martyrum corpora, 387. XXXVII.
Næniæ Libanii ob templi Apollinis Daphnitici conflagrationem, 362. XVIII.
Navalis pugnæ similitudine descriptus status miserrimus Orientalia Ecclesiæ, 371. LXXVII.
Navis una cum Catholicis legatis incensa ab Arianis, 370. XXVIII.
Naves a Juliano succensæ, 363. XLVI.
Nazianzum in secunda Cappadocia subjectum Anthimo, 372. LXXXVI.
Nazianzenæ Ecclesiæ præfectus Eulalius, 381. VI.
Nazianzeni quæ passi a Joliano, 362. XLVIII.
Neapolitani Episcopi Zosimus & Maximus, 362. CCXIX.
Nebridius Augustini familiaris, 384. XXXIV.
Nebridios affinis & condiscipulus Augustorum, 383. XXIII.
Nectarii oratio in exordio jejunii Quadragesimalis corrupta, 362. XLII.
Nectarius Neophytus eligitur Episcopus Constantinopolitanus, 375. XXI.
Nectarii Episcopi Constantinopolitani electio qualiter se habuit, 381. LXIX.
Nectarius imperitus retinet viros doctos Cilices, 381. LXXVIII.
Nectario quid injungat Imperator ab Synodum Constantinopolitanam, 383. XXVI.
Nectarius usus opera Sisinnii Novatiani in disputando cum hæreticis, ibid. An verum, 383. XXIX.
Neocæsarea in Ponto sedes parentum Gregorii, 362. LXVIII.
Neocæsarienses Episcopi, 363. XCIX.
Neocæsariensis Ecclesiæ status felix quando, 363. CI.
Neocæsarienses a Sabellianis corrupti, 363. CII.
Neocæsarienses cum hæresi mala omnia sumunt, 363. CVI.
Neocæsarienses quid in S. Basilium, 363. XCVIII. 371. LIII.
Neophyti Episcopi eligi non debent, 373. XXI.
Neophyti multi post Ambrosii electionem creati sunt Episcopi, ibid.
Nestabus Martyr Gazensis, 362. CXXXVIII.
Nestoris martyrium, 361. CXXXIX.
Nevitta præfectus quæstionibus aulicorum Constantii, 361. IX.
Nicæa urbs terræmotu concussa, 368. VI.
Nicæna fides prædicatur, 363. CXXXV.
Nicænum Symbolum in Constantinopolitana Synodo receptum, 381. XXVIII. Eidem de Spiritu sancto aliquid additum, ibid.
Niceta Gothorum Episcopus, 370. CXVI.
Niceta Martyr quis: an idem cum Episcopo, ibid.
Nicephori error in tempore Episcopatus Basilii, 369. XLIII.
Nicolaus Faber Parisiensis, 383. XVI.
Nicomedia terræmotu concussa, 363. CCCXIX.
Nicopolitana Ecclesia exagitata ab Arianis, 370. XX.
Nicopolitani ejecti ab ecclesia, ibid. Literis Basilii roborantur, ibid. Prædicit illis requiem S. Basilius suis litteris, 370. XXI.
Nicopolitanis data facultas Catholicum deligendi Episcopum, 370. XXII. Basilii ad eos litteræ de dato Episcopo diligendo, ibid.
Nisibi exportatum corpus S. Jacobi jussu Juliani, 363. XXXVIII.
Nisibis sine corpore Jacobi redditur hostibus, ibid.
Nisibis civitas data Persis, 363. CXXI.
Nocturna sacra prohibita, 364. XIX. Restituta, ibid.
Nomina imposita Juliano derisionis causa, 362. LXXXIII.
Nomina schismaticorum Ursicino adhærentium, 371. III.
Novatiani consentiunt cum Catholicis de Fidei divinitate, 361. XVI.
Novatiani persecutionem patiuntur ab Arianis, 366. XX.
Novatiani a Theodosio bene habiti, 383. XXIX.
Novatiani historici de suis plura mentiti, ibid.
Novatiani redeuntes ad Ecclesiam quomodo conciliandi, 386. III.
Novatianorum ecclesia diruta ab Eleusio mandatur ædificari Juliani jussu, 361. XVI. Eadem Anastasia dicta, ibid.
Novatores hæretici Eunomio doctrina conjuncti, 360. XXXIX.
Novatores dogmatum & institutorum perstringuntur, 363. XCIX.
Novatores hæretici quam deteriores Joviniano, 382. XXXIII.
Novatores quæ in Damasum, ex S. Basilio, 372. XXV. & seq.
Novitas explodenda & antiquitas retinenda, 363. C.
Numisma Genii Antiocheni, 361. CXX.
Numisma Juliani cum Iside Nutrice, 363. XXV.
Numisma Juliani cum Imagine Serapidis & Isidis, 362. XXVII. CLXIX.
Numisma Juliani cum Anubi, ibid.
Numisma Juliani cum tauro, 362. LXXXIV.
Numismata Gratiani & Valentiniani junioris, 378. XVIII.
Numisma Hadriani cum Iside, 363. XXV.
Numismata Valentiniani & Valentis cum Labaro, 364. X.
Numismata Valentiniani junioris & Gratiani cum Labaro, 378. XVIII.
Nuptiæ Spirituales, 362. CLXXIII.
Nymphidianus carus Juliano, 362. XVII.

O

OAsena deportatio, 361. XCII.
Occidentalis Ecclesia præstat Orientali, 381. XLVI.
Occidentis & Orientis Episcopi digladiantur inter se in Concilio Constantinopolitano, 381. LIII.
Occidentales omnes Basilii sententia visi sunt condemnati, 372. XXV.
Occidentales cum Orientalibus verbis non sensu discreparunt, 372. XXVIII.
Occidentalis Ecclesiæ commendatio ob fidei sinceritatem, 372. XLVIII. 373. XXXIII.
Orientalium concors fides Catholica, 365. XIV.
Occidentalium volumen exhibitum in Synodo Constantinopolitana quid, 381. XXVI.
Occidentia Episcopos paucos hæresis Ariana infecit, 371. CXXI.
Octavium ex Proconsule fugientem ad presbyterum Sirmiensem prodere ille noluit, 372. CXV.
Octavianus Proconsul Africæ, 363. L.
Octoginta Legatorum martyrium sub Valente, 370. XXVIII.
Odium Juliani in Constantium, 361. VII.
Olybrii Præfectura Urbana, 365. L.
Olympius monachus peregrinatus Hierosolymam, 378. XLVII.
Optatus Milevitanus agit contra Parmenianum, 368. XIII.
Optatus quo tempore scripsit, 368. XIV.

Optati

Optati locua emendatus & elucidatus, 368. XV.
Optatus inter Sanctos & disertos scriptores receptus, 368. XXIV.
Optati alii plures, sed Donatistæ, *ibid.*
Optimus Episcopus Antiochenus laudatus lege Theodosii, 381. LXXIV.
Opus manuum in Monachis commendatum, 361. XL.
Oracula dicta Juliano Imperatori, 361. II. IV.
Oraculum Daphnes mutum redditum per reliquias sancti Babylæ, 362. XCVIII. C. CII.
Oraculum Delphicum & alia muta facta, 362. CXXIV.
Oraculum falsum & adulatorium de Juliano, 363. XLIII.
Oraculum commenticium de Juliano translato, ad superos, 363. LVIII.
Oracula omnia consulit ante bellum Persicum Julianus, 363. XXII.
Oracula deorum de exitu belli Persici Julianus falsa expertus, *ibid.* 363. XLIII. Alia ambigua, 363. XXXIII.
Oracula Christianorum de Juliano, *ibid.*
Orationes Invectivæ Gregorii Nazianzeni in Julianum, 363. LXXVII. Columnæ eminentes, 363. LXXXI.
Orationes Libanii in laudem Juliani derisæ, 363. LXXII. LXXIV.
Orationibus omnia tribuebant Massaliani, 361. XXXVI.
Ordines sacri qualem virum deceant, 381. LXXVIII.
Ordinationes præcoquæ & repentinæ damnantur, 362. LVI.
Orgia celebrantes orationibus Apollonii redditi immobiles, 361. CLX.
Oribasius carus Juliano, 362. XV.
Oribasius medicus a Valente proscriptus, 364. XVIII.
Oriens terræmotibus concutitur, 365. XXXVIII. Iterum, 368. VI.
Orientalis Ecclesiæ post Concilium Constantinopolitanum immensa persecutio, 360. I.
Orientalis Ecclesia a Valente exagitata, 370. I. Ejus status sub ipso miserandus describitur, 371. VII. XVI. XXXIII.
Orientalis Ecclesiæ legationes ad Pontificem Romanum, 371. VIII. XIV. XXII.
Orientalis Ecclesiæ status tempore S. Basilii, 371. LXXVII. 373. XXXIII. Navali pugnæ comparatus, 371. LXXVII.
Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ divisio ob Meletium & Paulinum, 362. CCXIII. 381. XLII.
Orientalis Ecclesiæ status sub Theodosio, 382. IX.
Orientalem Ecclesiam præferendam Occidentali qui dicerent, irrisi a Gregorio Nazianzeno, 381. XLVI.
Orientalem Ecclesiam innumeræ hæreses vexant, 373. XXXIV. In Orientali Ecclesia vix aliquis reperiri erat purus Catholicus, 377. V.
Orientales Ecclesiæ collapsæ per Eusebium Vercellensem Episcopum Legatum restituuntur, 362. CCVI.
Orientales Episcopi quales essent ætate Gregorii Nazianzeni, 381. XLVIII.
Orientales vitant Romanam Synodum, 381. IV. Celebrant ipsi aliam Constantinopoli, 382. V.
Orientalium cum Occidentalibus controversia ob nomen hypostasis, 371. XXVII.
Orosii & aliorum error in tempore persecutionis Valentis, 366. V. 370. I.
Osii res gestæ cum Gregorio Eliberino ut mendaces refelluntur, 372. CXXV.
Ossa Joannis Baptistæ a Gentilibus dissipata & combusta, 361. CXLVI.
Ossa Elisæi Prophetæ combusta a Gentilibus, *ibid.*
Ossa Patrophili Ariani dispersa, 362. CLIV.
Otrejus Melitinus Episcopus interfuit Concilio Tyanensi, 365. XXVIII.
Otrejus Melitinus laudatus lege Theodosii, 381. LXXV.
Οὐσία & *ὑπόστασις* quid, definitum Concilio Alexandrino, 362. CLXXXVI. De iisdem Basilii & Victorini sententiæ, 362. CLXXXVII. Catholicorum controversiæ, 362. CLXXXVIII. Sententiæ Græcorum & Latinorum, 362. CXC. CXCVI. 372. XXVII.

P

Pacatus Maximo supplicia de hæreticis sumpta objicit, 385. XXVI.
Palæstini monachi quæ passi sub Valente, 372. XCVI.
Palatini Constantii male mulctati a Juliano, 361. VIII.
Palladius & Secundianus hæretici, 381. LXXXI.
Palladii Ariani Episcopi in Synodo Aquilejensi tergiversationes, 381. LXXXVII, *& seq.* Eidem anathema dictum, *ibid.*
Palladius appellat generale Concilium, 381. LXXXIX.
Palladius appellat judicium sæculare, 381. XC. Damnatus, *ibid.*
Palladius Præfectus Gentilis grassatur in Ecclesiam Alexandrinam, 372. LXXIII.
Palladius Magister Officiorum quid sub Juliano, 361. VIII.
Pallæ & vela sublata a Donatistis, 362. CCLXXVI.
Pammachius gener sanctæ Paulæ maritus Paulinæ, 382. XL. XLIII.
Panarium Epiphanius quando & cur scripsit, 375. XVII.
Pantalemonis Martyris reliquiæ, 381. LV.
Pantheon apud Gazam, 362. CXLIV.
Papa, *vide infra* Romanus Pontifex.
Parietes Ecclesiarum aqua salsa expiati a Donatistis, 372. CCLXXVI.
Parisiense Concilium, 362. CCXXIX.
Parmeniani fastus & arrogantia, 368. XIII.
Parmenianus subrogatus Donato in Sede Carthaginensi, 368. XII. Scripsit pro defensione schismatis, *ibid.* Ab Optato Milevitano confutatus, 368. XIII. Item ab Augustino, 368. XXIV.
Parmenianum confutat Ticonius, licet Donatista, 368. XX.
Paschalis cyclus Theophili Alexandrini quando incipit, 380. XVII.
Paschales epistolas scribebat Lucina ex more Alexandrinorum Episcoporum, *ibid.*
Paschatis tempore vinctos relaxandos statuit Valentinianus, 380. XVIII. Idem servarunt Orientales Imperatores, *ibid.*
Paschatis tempus significandi Fidelibus mos Alexandrini Episcopi, 380. XVII.
Passalorincitarum hæresis, 373. XXXIV.
Paternus Episcopus Petrogoricensis, 362. CCXXVIII.
Patrem, Filium, & Spiritum sanctum semper esse negantibus anathema dicitur, 373. XII.
Patri ut obediat, ab eremo recedit Gregorius Nazianzenus, 366. IX.
Patris auctoritatem quanti fecerit Nazianzenus, 371. XCVI.
Patientia Juliani affectata, 362. XXXIX.
Patriarchales sedes nequaquam institutæ in Concilio Constantinopolitano, 381. LXXV.
Patriarchalium Sedium prærogativa ex Concilio Romano sub Damaso, 382. XIX.
Patricius Lydus philosophus a Valente ob magiam occidi jussus, 370. XCIX.
Patrophili Episcopi Scythopolitani ossa dispersa, 362. CLIV.
Pavimenta Ecclesiarum, 361. CCLXXVII.
Paula S. Hieronymi studiosissima, 382. XL. Genus ejus & soboles, *ibid.*

Pa-

Paula junior filia Lætæ atque Toxotii, neptis Albini Pontificis, 382. XLI. Nata ex repromissione Martyris, ibid. & 382. XLV.
Paula in crimen objecta Hieronymo, 385. XIV.
Paula profecta Hierosolymam, 385. XX.
Paula egregium constantiæ exemplum, 385. XXI.
Paula in Ægyptum cum S. Hieronymo non ivit, 386. XLII.
Paulæ peregrinatio in Ægyptum, 386. XLVI.
Paulina filia S. Paulæ, 382. XL. Nupta Pammachio, ibid.
Paulinianus frater S. Hieronymi, 372. XL.
Paulinus Episcopus Antiochiæ creatus a Lucifero Legato Sedis Apostolicæ, 362. CLXXX.
Paulinus Episcopus Antiochenus mittit Legatos ad Synodum Alexandrinam, ibid.
Paulini electio probata ex Concilio Alexandrino, 362. CXCVI.
Paulini Episcopi Antiocheni confessio & subscriptio, 362. CCIV.
Paulini electio facta a Lucifero rata habita, 362. CCXV.
Paulinus Episcopus Antiochenus altercatur cum Vitale, 363. CXLVII.
Paulinus accusatus a Vitale Sabellianæ hæresis, 363. CXLVIII.
Paulini Episcopi Antiocheni fidei professio, 363. CXLIX.
Paulinus Episcopus Antiochiæ cur in ea Ecclesia agere permissus a Valente, & non cum aliis pulsus exilio, 370. VII.
Paulini cum Meletio causa quo modo concordata, 369. LI. 371. LXXIX.
Paulini Antiocheni causa a Basilio Damaso proponitur, 375. XI.
Paulinum Meletio præfert Damasus, 371. XLIX. & seq.
Paulino non communicantes restituti ejus communioni a Melania, 372. XCIX.
Paulino Episcopo Antioch. delegata causa Vitalis, 373. VI.
Paulinus transegit cum Meletio, 378. XXXVI.
Paulinus exagitatus a Flaviano, 378. XXXVII. Defenditur a calumnia Flaviani, 378. XXXIX.
Paulinus Thessalonicæ pro Paulino Antiochiæ positus a Theodoreto, 378. XLI.
Paulinus Episcopus Antiochenus ordinat Hieronymum presbyterum, 378. LXV.
Paulinus Episcopus Antiochenus venit Romam ad Concilium, hospitatur apud Paulam, 382. I.
Paulino Antiocheno causa a Synodo Romana adjudicata, 382. XVIII.
Paulinus discipulus Ephrem factus hæreticus, 378. XV.
Paolini Consulatus quando potuit incidisse, 375. I.
Pauli Apostoli effigies ex pictura cognita Ambrosio, 387. XXXI.
Pauli Apostoli Basilica constructa a Valentiniano, 386. XXXVIII. Ea de re litteræ ejusdem Imperatoris ad Sallustium Urbis Præfectum, 386. XXXIX.
Pauli Episcopi Constantinopolitani corpus reducitur Constantinopolim, 381. LXXIX. Ecclesia Macedonianorum illi data, ibid. Ejus caput creditum Pauli Apostoli, 381. LXXIX.
Paulus cum Joanne Martyr Romæ sub Juliano, 362. CCLI.
Paulus Emesæ interfuit Concilio Tyanensi, 365. XXVIII.
Paulus monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Paulus monachus in Syria, 375. XVI. Petit ab Epiphanio ad se mitti librum de hæresibus, ibid.
Pauperes mendicantes Romæ abundant præ ceteris locis, 382. LXVIII. Manebant in porticibus Ecclesiarum, 382. LXIX.
Pauperibus nihil dandum Massaliani dicebant, 361. XXXVII.
Pauperibus erogantur expensæ ludorum, 366. I.
Pauperum eleemosynis detrahit Julianus, 362. CCLXXX.
Pauperum numerus, quos alebat Ecclesia Antiochena, 386. LVIII.
Pauperum oratio magni ponderis æstimatur ab Ambrosio, 387. XIV.
Pax inter Romanos ac Persas, ejusque conditiones, 363. CXIX. CXXI.
Pelagii Laodicensis fides laudata a Theodosio, 381. LXXIV.
Pelagius Laodiceæ Episcopus interfuit Concilio Antiocheno sub Joviano, 363. CXLII.
Pelagius Laodicenus interfuit Concilio Tyanensi, 365. XXVIII.
Pelagius Episcopus Laodicensis in exilium pulsus, 370. XIII.
Peregrinorum multitudo, qui ad sacra loca Palæstinæ visitanda confluebant, 386. XLVI. & seq.
Peregrinatio Romam ad limina Apostolorum, 362. LXXIV.
Peregrinatio ad sanctam Theclam, 362. LV.
Peregrinatio Hierosolymam quam frequens, 386. XLVI. & seq. Quando & cur improbata aliquando, 386. XLVIII.
Peregrinatio non in omnibus laudata, ibid.
Peregrinatio ad loca sancta a Vigilantio improbata, 386. XCIX.
Peregrinationem quo modo improbet Gregorius Nyssenus, 386. XLVIII.
Perjurium Massalianis peculiare, 361. XXXIX.
Persa transfuga decipit Julianum, 363. XLVI.
Persæ Romanorum propugnacula & munitiones sub Constantio expugnant, 360. LVII.
Persæ cum Romanis ultimo certamine pugnant, 363. LI.
Persæ quasi miraculo ineunt fœdus cum Romanis, 363. CXIX.
Persæ cum Theodosio ultro, fœdere junguntur, 380. X.
Persæ legatos & munera mittunt ad Theodosium, 381. XII.
Persis cessit Nisibis civitas, 363. CXXI. Item Singara, ibid.
Persarum legati ad Julianum, 362. CXXXVII.
Persarum Regia Legati Martyres sub Juliano, 362. XLIV.
Persarum modestia laudatur, 363. CXIX.
Persici tumultus sub Valente, 364. XV.
Persicum bellum susceptutus Julianus quæ præmittit, 363. XXII.
Persecutio Arianorum qualis, 369. X.
Persecutio dira Arianorum in Orthodoxos sub Valente, 370. XXX.
Persecutio Arianorum acerbissima in Oriente, 371. XXIII.
Persecutio ingens in Ecclesia Alexandrina sub Lucio, 362. LXIX.
Persecutio Ecclesiæ Gothicæ per Athanaricum illata, 370. CVI.
Persecutio Juliani omnium acerbissima judicatur, 362. XIX. Scribitur, 362. XXIV.
Persecutio Juliani in Christianos qualis, 362. XI. XXII.
Persecutio Juliani diversa, 362. XXIII.
Persecutio Juliani a domesticis incipit, 362. XXV. & seq.
Persecutio Juliani in milites Christianos, ibid.
Persecutio Juliani diversis velata prætextibus, 362. XLII.
Persecutio Juliani in Ægypto, 362. CLIX.
Persecutio in Athanasium sub Juliano, 362. CCXXXIX.
Persecutio in Ecclesiam Alexandrinam sub Juliano, 362. CCXLVII.
Persecutio in Romanam Ecclesiam sub Juliano, 362. CCXLIX.
Persecutio Ecclesiæ Mediolanensis per Justinam, 380. XVIII.

Persecutio Justinæ in Ambrosium vehementior, 386. VIII.
Persecutio Justinæ omnes pertingit Italiæ Ecclesias, 387. XXXVI.
Persecutio Justinæ sedata, 387. XLI.
Persecutio Valentis Imperatoris Ariani, 366. V. Dira nimis, 366. XIII.
Persecutio per Valentem quando excitata, 370. I. Contra Episcopos, 370. II.
Persecutio acerba Valentis in Antiochenos, 370. LXVIII.
Persecutio Valentis in Ecclesiam Edessenam, 371. CVIII.
Persecutio Valentis in Scythicam Ecclesiam, 371. CXIV.
Persecutio Valentis in monachos Ægypti, 375. XII.
Personæ nomen in divinis quid significet, 365. CXCVIII.
Pestilentia quæ sub Valente fuit, 376. VII.
Petrus Alexandrinus legatus ab Athanasio in Orientem, 371. VIII.
Petrus in locum Athanasii subrogatus, 362. LXVII. Fugatus Romam petit, 372. LXVIII.
Petri Alexandrini epistola circularis de clade ab Arianis illata, 372. LXXIII.
Petrus Alexandrinus cruentas vestes Romam detulit inspiciendas, 372. LXXII.
Petrus Alexandrinus apud Damasum diu mansit, 377. II.
Petrus Alexandrinus a Damaso in sedem restitutus vivente adhuc Valente Imperatore, ibid.
Petrus Alexandrinus favet Maximo, 379. XXV. 386. LVI.
Petrus Alexandrinus moritur; in cujus locum suffectus est Timotheus, 380. XVI. Quæ in Petrum objecta fuerint, ibid.
Petrus Alexandrinus a calumnia defenditur, 380. XVI. & seq.
Petrus Galata monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Petrus Germanus S. Basilii ab eo creatus presbyter, 369. LX.
Philastrius Brixianus verbera expertus ob defensionem fidei contra Auxentium, 369. XXVI.
Philastrius Episcopus Brixianus interfuit Concilio Aquilejensi, 381. LXXXIII.
Philippus Episcopus Martyr sub Juliano, 363. LXXX.
Philippus Uvinghius Lovaniensis, 362. CXX.
Philo Episcopus Libyæ numquam recipere voluit Episcopos lapsos, 371. CXXI.
Philoromus Martyr in Galatia sub Juliano, 362. LXXIV.
Philoromi peregrinatio Romam ad S. Petrum, ibid.
Philosophi a Juliano bene habiti, 362. III.
Philosophi Antiochiæ sub Joviano pallium deponunt, 363. CL.
Philosophi malis artibus quærunt scire successorem Valentis, 370. XCIV. A Valente occisi, 370. XCIX.
Philostorgius Arianus discipulus fuit Eunomii, 360. XL3.
Photianus dolose ambit Episcopatum, 370. XX.
Photianus pseudoepiscopus Arianus datus Nicopolitanis invitis, ibid. Quid ipse in Catholicos, ibid.
Photino anathema dictum a Damaso, 375. XI.
Photini obitus & scripta, 376. XXVI.
Photiniani ne celebrent conventus Sirmii Synodus Aquilejensis petit a Gratiano, 381. XCIV.
Photinianos convenire lege vetuit Gratianus, ibid.
Phritigernes Rex Gothorum bellum agit adversus Athanaricum, 370. CVIII.
Phritigernes Gothorum Rex cum suis populis ad Arianos deficit, 370. CIX.
Phryges Martyres, 362. LXXVII.
Pigmenii martyrium Romæ sub Juliano, 362. CCLII.
Pilati innocentia perperam prædicatur, 365. XXIII.
Pimanus, vel Alpianus, male pro Piniano, 387. LXVIII.
Piniani conjugis Melaniæ junioris præfectura Urbana, ibid.
Pythagoræam transanimationem credebat Julianus, 363. XXIII.
Placilla Augusta valde pia curavit ne suus vir Theodosius deciperetur ab hæreticis, 383. XXXI. Pietas ejus erga ægrotos & pauperes, 385. XXXIII. Odium adversus Arianos, 383. XXXIV.
Placillæ Augustæ obitus, 385. XXXIII. Ejus virtutes egregiæ, ibid. & seq. Error in ejus nomine correctus; & Flaccillam nominari debere ostensum, 385. XXXV.
Plaroma quid, 384. XXIII.
Placoton quid, ibid.
Platonia quid, ibid.
Pœnæ Gentilibus, qui in Cyrillum immaniter sævierant, divinitus inflictæ, 362. CXLIX.
Pœnitentes libenter recipit Ambrosius, 375. XXV.
Polemius hæresiarcha, 373. XXIX.
Polemiana hæresis ex Apollinari, ibid.
Polygamia etiam a Gentilibus explosa, 370. CXXIV.
Polygamia execrabilis fuit Christianis, 370. CXXVI.
Polygamiam falso permisisse Valentinianum, 370. CXXIV.
Pontius legatus cum sociis a Donatistis ad Julianum, 362. CCLXI.
Pontica solitudo, ubi cum Gregorio Basilius, 362. LXX.
Ponticorum monachorum vitæ institutum, 363. CVII.
Pontificis Maximi Gentilicii ritus cura translata ad Præfectum Urbis, 384. XII.
Pontificis Maximi jus ulciscendi probra Vestalium ad Præfectum Urbis translatum, ibid.
Pontificis Maximi nomen Imperatores usque ad Gratianum retinent, 383. V. VI. Invitis Romanis deponant, 383. VI.
Pontificatu maximo Julianus quomodo initiatus, 362. IV.
Pontificum idolorum initiatio, ibid.
Pontifex Romanus. Vide Romanus Pontifex.
Pontificis Romani summa potestas ab hæreticis & Orientalibus Episcopis agnita, 363. XXXVI.
Pontificis Romani luxus calumniose ab Ammiano sugillatus, 367. VIII. X.
Porphyrius Mimas delusit Julianum, & factus est Martyr, 362. CXXXIII.
Portenta in sacris visa Juliano, 362. XIX.
Posthamianus Præfectus Præt. quid ad eum Gregorius Nazianzenus, 383. XXIV.
Potitianus Afer proficuus Augustino, 385. III.
Præceptoribus quantus honor habendus exemplo Theodosii ostenditur, 383. XXII.
Præfecturæ Prætorii omnes quatuor erant, 369. XXXVII.
Præsagia obitus Juliani, 362. CCCVIII. 363. II. XXXII. XLI.
Præsagia Valentis obitus, 378. XXV. & seq.
Præstigiatrices se noctu ferri putantes cum Herodiade excommunicandas cautum, 381. XX.
Præstigiator, qui se Eliam & Christum asserebat, 381. XXIII. Alter, qui se Joannem dicebat, ibid.
Præstigiis operam dare quam indignum clerico, ibid.
Prætextatus agit apud Imperatorem de revocando rescripto dato contra idololatras, 364. XIX.
Prætextati Urbana præfectura, 368. I. Laudatur ab Ammiano, ibid. Ejusdem dicterium in

ma-

majestatem Romani Pontificis, 367. X.
Prætextatus Legatus missus ad Valentinianum Imperatorem ob quæstiones de Magis adhibitas, 370. CII.
Prætextatus Consul designatus obiit, 384. III. Quid Damaso dicere solitus, 367. X. De Prætextato inscriptio, 384. III. De Prætextato & S. Lea antithesis, 384. IV, De Prætextati conjuge Paulina, 384. VI.
Prætextatæ Romanæ feminæ temeraria præsumptio & infelix exitus, 382. XLV.
Prætextati obitus causa, 384. VII.
Prætextato Ratua a Vestalibus erecta, 384. VI.
Prætoriani milites Christiani a Juliano vexati, 362. XXXVI.
Prætorianos milites omnes esse voluit Gentiles Julianus, ibid.
Precatio pro defunctis, 368. XI.
Precatores dicti hæretici Massiliani, 362. XXXIV. Iidem omnia precibus tribuebant, 361. XXXVI.
Primigenia Vestalis lapsa, 384. XII.
Primatus cupiditate in hæresim labitur Paulinus, 378. XV.
Primitiæ cum decimis persolvendæ, 382. XX.
Primosus Episcopus in Africa, 362. CCLXVI.
Primus filius Januarii occisus a Donatistis, ibid.
Principes Christiani haud exigere debent tributum ab ecclesiis & clericis, 387. XL. & seq.
Principes Christiani admonentur, 376. VIII.
Principes hæretici vel apostatæ soliti exigere tributum ab Ecclesiis & personis Ecclesiasticis, 387. XIII.
Principes non excusari si eorum ministri delinquunt, 383. XXI.
Principem palam religionem Catholicam profiteri quantum referat, 363. CXXXIX.
Principum & Ecclesiæ potestas, 387. XVII. XXV. In rebus Ecclesiæ, 387. XXII. Eorumdem & sacerdotum dignitas, 387. XXVIII.
Principum opem implorare adversus hæreticos usitatum in Ecclesia, 386. XXXIII.
Priscillianus Martyr Romæ sub Juliano, 362. CCLIII.
Priscillianus hæresiarcha invalescit in Hispania, 381. XCVIII. & seq.
Priscillianus qualis, 381. CI. Damnatus, 381. CII.
Priscillianistæ sumebant, sed non consumebant Eucharistiam, 381. CVI.
Priscillianus factus Episcopus Abilensis, 381. CVIII. Ejusdem Romam adventus, 381. CIX.
Priscillianus damnatus appellat Romanum Pontificem, 381. CIX. Rejicitur a Damaso, 382. CIX. Et ab Ambrosio, ibid.
Priscillianus nonnullos in Gallia seducit, 381. CVIII.
Priscillianus seducit Euchrociam & Proculam ejus filiam, 381. CIX.
Priscillianus Macedonium corrumpens obtinet rescriptum a Gratiano, 381. CX.
Priscillianus redicus munitus rescripto Gratiani prævalet in Hispania, 381. CXII.
Priscillianus in Synodo Burdegalensi damnatus provocat ad Imperatorem, 385. XXIII. Proficiscitur ad Maximum, ibid.
Priscillianus cum suis occisus a Maximo, 385. XXIV.
Priscillianus ut martyr colitur a suis, 385. XXV.
Priscillianæ hæresis capita damnata, 381. CIII. & seq.
Priscillianæ hæresis nomine mota quæstio optimis etiam Christianis, 386. XXXIV.
Priscillianistæ damnati in Concilio Cæsaraugustano, 381. CIII. CVII.
Priscillianistæ damnati a Maximo, 385. XXIV.
Priscillianistas nominat Manichæos Maximus Imperator, 387. LXVII.
Priscillianistarum cum Manichæis affinitas, 381. CXIII.
Priscillianistarum hæreses quæ, 381. CXIV.

Priscus Martyr Romæ sub Juliano, 362. CCLIII.
Priscus Philosophus vocatus a Juliano, 361. VI.
Priscum Magum secum ducit Julianus ad bellum, 363. XXIII.
Prisca philosophia & magia celebris, 363. CL.
Priscus philosophus acceptus Joviano, 364. III.
Pritannius Episcopus defensor Ithacii, 381. CXII.
Privilegia adempta Christianis a Juliano, 362. CCLXXX.
Privilegia sacerdotibus idolorum a Valentiniano concessa, 371. CXXXI.
Privilegia concessa clericis, 365. XLII.
Privilegium clericorum a Theodosio indultum, 381. XVI.
Privilegium Valentiniani & Valentis concessum viduis, pupillis, ac virginibus, 365. XLIV.
Privilegium Ecclesiæ Constantinopolitanæ ex Concilio Constantinopolitano, 381. XXXV.
Probus cum Dorotheo Legatus ad Occidentales, 371. IX. XXIX.
Probus Ambrosio delegat provincias, 369. XXXVII.
Probus cur jubet Ambrosium agere ut Episcopum, ibid. 369. XXXVII.
Probi præfectura Prætorii, ibid. Qualis, ibid.
Procopius tyrannus emergit, 364. XIII. Quis iste, & unde ministratæ vires ad invadendum Imperium, ibid.
Procopius tyrannus male periit, 366. II.
Proculus Massiliensis interfuit Concilio Aquilejensi, 381. LXXXIV.
Prodere aliquem quam caverint Christiani, 372. CV.
Prodigia in Illyrico tempore Juliani Imperatoris visa, 362. VI I.
Prodigia in contemptores Christianæ religionis, 362. CV.
Prodigia ob Juliani impietatem, 362. CXVI.
Prodigia miranda apparuere, dum Julianus curat restituere templum Hierosolymitanum, 363. IX.
Prodigia præcedentia interitum Juliani, 362. CCCIX. 363. XXXIII. Item ante mortem Joviani, 364. I.
Prodigia immensa ex maris excrescentia & terræmotu, 365. XXXVIII.
Proæresius professor deserit scholas, 362. CCXCVII.
Professores Christiani restituti in cathedras, 364. XX.
Professio fidei Catholicæ oblata Liberio Papæ a Macedonianis, 365. IX.
Professio fidei Catholicæ ex Concilio Illyricano, 365. XX. XXIV.
Professores Christiani a Juliano rejecti, 362. CCLXXXVII.
Propinatio in Christi nomine fieri solita, 362. XXXIV.
Prosperi Chronicon sui exordio corruptum ostenditur, 381. LXVI.
Prosper in Chronico restituitur, 384. XVII.
Prosperi error in Chronico, 383. XII.
Protasii & Gervasii inventio & translatio, 387. XXXVII. Eorum reliquiæ ad diversas ecclesias mittuntur, 387. XLII. Romæ basilica iis ædificatur, ibid.
Protogenes exul cum Eulogio, 371. CXI. Iidem ambo prædicant, & convertunt Gentiles ad fidem, 371. CXIII.
Protogenes ordinatus Episcopus Charris, ibid.
Providentia Dei in suis defendendis, 387. IX.
Providentia Dei declarata in Juliani interitu, 363. LXXVIII.
Provinciæ selevatæ munificentia Juliani, 362. XI.
Prudentia piorum virorum longe præstantior quam aliorum, 387. LVII.
Prudentius contra Symmachum quando scripsit, 384. XI.

Prudentius librum contra Symmachum scripsit ad Honorium Imperatorem, *ibid.*
Prudentii locus adversus Symmachum expositus, 376. IV. 384. XI.
Prunarum vapore interiit Jovianus Imp. 364. I.
Psalmis in fine subjicere Gloria Patri, &c. quando institutum, 382. XXI. In Ecclesia Mediolanensi quando receptum, 387. XVI.
Psalmorum cantum semper in Ecclesiis fuisse, 384. XXVI. Quando inceperit in Ecclesia Mediolanensi, 387. XVIII.
Psallendi usum Ecclesiæ defendit Basilius, 363. IV.
Psalmodiæ usus in Ecclesia vetus, *ibid.*
Psalterium Septuaginta Interpretum a S. Hieronymo emendatum, 384. XXVII.
Psatiriana hæresis ex Ariana propagata, 360. XLIII.
Publiæ Antiochenæ confessio gloriosa, 362. CXXXI. Eadem mater Joannis, 362. CXXXIII.
Publius monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Publius monachus retinet dæmonem nuncium Juliani, 363. XXXIX. Hoc facto quid contigerit de divite, 363. XL.
Pueri Alexandrini Catholici quanta passi, 372. LXXXII.
Pueri Samosateni quam detestati sint Arianum Episcopum, 370. XII.
Pulcheria Theodosii filia, 385. XXXIV.
Pulcheria infantula laudata a Gregorio Nysseno, *ibid.*

Q

Quadorum legatio ad Valentinianum de pace, 375. IV.
Quadragesimæ venerandus cultus, 380. III.
Quadragesimale jejunium esu carnium solvere nolunt Fideles sub Juliano, 362. XLII.
Quadraginta Martyrum reliquiæ a S. Gaudentio in Italiam delatæ, 386. VII.
Quæstio de substantia & subsistentia agitata in Concilio Alexandrino, 362. CLXXXVI.
Quæstiones de magis & incantatoribus habitæ Antiochiæ,
Quæstiones de magis itidem in Occidente agitatæ, 370. CII.
Quæstiones diræ ob incendium Daphniticum, 381. LXXIV. *& seq.*

R

Raucianus Comes persecutor, 362. CCL.
Regina Sarracenorum legationem Alexandrinam mittit pro Episcopo accipiendo, 372. CIII.
Regulæ Monachorum a S. Basilio, non ab Eustathio scriptæ, 361. LII.
Relatio sancti Ambrosii de sua legatione ad Valentinianum, 387. XLVII.
Religio Christiana quo magis concutitur, eo magis firmatur, 362. CLXI.
Religio Catholica quam late pateret tempore Ambrosii, 387. XXXIV.
Religio cum impugnatur, barbari insurgunt, 376. VIII. 378. XVIII. XX. XXIV.
Religione ad velandas libidines suas abutitur Julianus, 363. XIX.
Religioni antiquæ innitendum, 387. XXXIV.
Religionis Christianæ veritatis & constantiæ manifestum signum vita Juliani Apostatæ, 363. XLI.
Religionis Catholicæ veritatem confitentur dæmones, 387. XL.
Religionis Catholicæ effecta, 381. XI.
Religionis & fidei res laicis non tractandas censet Valentinianus, 364. XII.
Religionis contemptus quid pariat, 381. XII. CXII. 386. LXI.
Religionis veræ cultus quanta secum bona afferat, 381. XI.
Reliquiæ Babylæ Martyris mutum reddunt idolum loquax, 362. XCII. XCVI. XCIX.
Reliquiæ Martyrum Gazensium divinitus inventæ, 362. CXXXVIII.
Reliquiæ Martyrum a Gentilibus dissipatæ, 361. CXLV.
Reliquiæ Sanctorum magno in honore habitæ, 362. CXLVII. Ex eis ingentia progredi solita miracula, 362. CXLVIII.
Reliquiæ SS. Gervasii & Protasii missæ, ad diversas ecclesias, 387. XLII.
Reliquiæ SS. Martyrum Pantalemonis & Marini Constantinopoli in loco Concordia dicto, 381. LV.
Reliquiæ S. Joannis Baptistæ a Gentilibus dispersæ, 362. CXLV. Eædem collectæ, 362. CXLV.
Reliquiæ Sanctorum quo modo servandæ ex sententia Athanasii, 372. LXVI.
Reliquiæ ne distrahantur vetuit Theodosius, 386. LI.
Reliquiarum Martyrum cultus, 362. CXXX. CXXXVIII. 372. LXVI.
Reliquias Sanctorum detestantur Eunomius, & Eunomiani, 360. XXXIX.
Reliquias Martyrum exhorrent dæmones, 362. CXLVIII.
Reliquias gestandi in monilibus consuetudo, 378. XLVI.
Reliquiarum Sanctorum virtus, 362. XCVI. Eædem magno in honore habentur, *ibid.* & 373. XXX. 386. LI.
Reliquiarum sacrarum cultus, 387. XXXIX. XLII.
Reliquiarum nundinationem exercebant pseudomonachi, 386. LI.
Reliquiarum Babylæ translatio solemnis, 362. CII. Cur eam celebrari magno cum honore Julianus permiserit, 362. CIV. CXI. CXIII.
Rescriptum Juliani ad Felicem de occultantibus bona proscriptorum, 362. CIX.
Rescriptum Juliani contra Athanasium, 362. CCXLI.
Rescriptum Juliani pro Donatistis, 362. CCLXV.
Rescriptum Juliani, quo jubentur Christiani dici Galilæi, 362. CCLXXVIII.
Rescripto Juliani adempta Christianis privilegia, 362. CCLXXX.
Rescriptum Juliani, ne Christiani docerent, 362. CCLXXXV.
Rescriptum Juliani adversus Christianos professores, 362. CCLXXXVIII.
Rescriptum Joviani adversus raptores virginum, 363. CXXVIII.
Rescriptum Valentis adversus monachos, 375. XI.
Rescriptum Gratiani adversus Donatistas & Manichæos, 377. VI.
Rescriptum Gratiani de judicio Ecclesiastico, 376. VI.
Rescriptum Gratiani pro Catholicis, 378. XXXIV.
Rescriptum Gratiani adversus Ursicinum, 381. II.
Rescriptum Gratiani adversus avaros clericos, 379. XIII.
Rescriptum Gratiani ad Caterium Comitem, *ibid.*
Rescriptum Theodosii de fide Catholica, 380. II.
Rescriptum Theodosii adversus hæreticos, 381. VIII. Aliud, 381. LXXX. Aliud, 384. XXXVIII. Aliud, 386. L.
Rescriptum de privilegiis clericorum, 382. XVI.

Rescriptum Theodosii adversus apostatas, 381. LXXX.
Rescriptum Theodosii adversus cultores idolorum, 381. CXVI.
Rescriptum Theodosii de basilicis, 382. LXVIII.
Rescriptum adversus Manichæos, 382. LXVIII.
Rescriptum de validis mendicantibus, 382. LXIX.
Rescripta Theodosii adversus hæreticos post Synodum tertiam, 383. XXXII.
Rescriptum adversus Judæos, 384. XLIII.
Rescriptum Theodosii de foro Ecclesiastico illibato servando, 385. XXXI.
Rescriptum Theodosii adversus Gentiles, 385. XXXVII.
Rescriptum adversus fidicinas, 385. LXXXVII.
Rescripta de relaxandis vinctis tempore Paschatis, 385. XXXVIII.
Rescriptum Valentiniani & Valentis Imperatorum ad Cæsarium de confiscatione prædiorum quæ templis essent addicta, 364. VIII.
Rescriptum Valentiniani contra Manichæos, 372. CXI.
Rescriptum adversus magos & idololatras, 364. XIX. Revocatur opera Prætextati, ibid.
Rescriptum Valentiniani & Valentis de professoribus Christiania restituendis contra Juliani edictum, 364. XX.
Rescripta de privilegiis clericorum, 365. XLII.
Rescriptum de privilegiis viduarum, virginum, & pupillorum, 365. XLIV.
Rescriptorum Valentis, ut monachi ab eremo ad militiam revocentur, 375. X.
Rescriptum Valentis de Constantinopolitana bibliotheca, 372. CXVI.
Rescriptum pro Synagogis Judæorum, 365. XLV.
Rescriptum de die Paschatis, 363. I.
Rescriptum Valentiniani de pellendo Ursicino, 368. II. Aliud ad eumdem de indulgentia, 368. IV.
Rescriptum Valentiniani adversus schismaticos ad Olybrium, 369. III.
Rescriptum ad Aginatium Vicarium adversus schismaticos, 369. IV.
Rescriptum Valentiniani adversus Chronopium Episcopum ad eum appellantem, 369. XL.
Rescriptum Valentis de expellendis Episcopis Catholicis, 370. II.
Rescriptum Valentiniani de quæstionibus, 370. CII. & seq.
Rescriptum Valentiniani ad Damasum, ne clerici aliquid caperent ex testamento, 370. CXVII.
Rescriptum Valentiniani de Romanis scholis & professoribus, 370. CXXIX.
Rescriptum Valentiniani de virginibus & viduis, 370. CXXXI.
Rescriptum ad Ampelium de revocando Ursicino exule, 371. I.
Rescriptum aliud ad Maximinum de revocando Ursicino, 371. III.
Rescriptum de Scenicis volentibus fieri Christiani, 371. CXXXVIII.
Rescriptum de aruspicina concessa a Valentiniano, 371. CXXIX.
Rescriptum de privilegiis sacerdotum idolorum, 371. CXXXI.
Rescriptum Valentiniani adversus Donatistas rebaptizantes, 373. XXXV.
Res a Deo regitur, 364. XIV.
Regis cor in manu Dei unde a Themistio usurpatum, ibid.
Regis boni erga Ecclesiam officium, 387. XVII.
Regis Persarum Legati Martyres, 362. XLIV.
Regum & Ecclesiæ cura distincta, 387. XVII.
Regum jus in Ecclesias nullum, 387. XXII.
Ricimeris & Clearchi Consulatus, 384. I.
Ricomeres dux Gratiani, 377. IV.
Rituum Ecclesiæ auctor Deus, 362. CCCIII.
Rodanius Episcopus Tolosanus Confessor, 362. CCXXVIII. Obiit exul, 362. CCXXIX.
Rodanius Episcopus in Gallia, 374. XII.
Rodanus Præfectus eunuchorum jussus occidi ob illatam injuriam viduæ, 364. IV.
Rogatus pater sanctæ Paulæ, 382. XL.
Rogatianus cum sociis legatus a Donatistis, 362. CCXLI.
Roma fame laborat, 383. XLI. Ejecti incolæ foras, ne omnes fame perirent, ibid.
Romam qualem quis vult, talem invenit, 370. CXXX.
Romæ agentes nonnulli clerici & monachi lucro studentes, 370. CXIX.
Romæ quæ passi dicteria boni Christiani occasione Manichæorum, 372. CXIII.
Romæ Manichæi conveniunt in domo Constantii eorum Auditoris, 372. CXII.
Romana archiva jacturam passa, 381. XXXI.
Romana Ecclesia persecutionem patitur a Juliano, 362. CCXLIX.
Romana Ecclesia fastus reprehensa an jure, 372. XXXII.
Romanæ Ecclesiæ supremum tribunal, 381. VII.
Romanæ Ecclesiæ prærogativa, 372. XLVIII.
Romanæ Ecclesiæ laudes, 372. XLVIII. Pontificis Romani primatus, ibid. & 382. XIX.
Romanæ Ecclesiæ principatus, ibid. & 385. IX. 387. XXXIV.
Romanæ Ecclesiæ auctoritas in rebus fidei, 373. XXI. 378. LX.
Romanæ Ecclesiæ clerici aliquot persecuti sunt S. Hieronymum, 385. VIII.
Romanæ Ecclesiæ sanctitas & peritia laudata ab Augustino, 385. IX.
Romanæ Ecclesiæ quantum tribuat Ambrosius, 384. XXXV.
Romanam Ecclesiam quanti fecerit Hieronymus, 385. X.
Romanæ Ecclesiæ consuetudo canendi Alleluja, 384. XXVIII.
Romanæ Ecclesiæ sub Juliano persecutio, 362. CCXLIX.
Romana Synodus. Vide, Concilium, Synodus.
Romana plebs incitata falsa spe martyrii, 367. XIX.
Romanæ illecebræ ad mala atque bona, 370. CXXX.
Romanæ scholæ a Valentiniano ad modestiam restitutæ, 370. CXXIX.
Romani Martyres sub Juliano, 362. CCLIII.
Romani clerici haud imperiti, 381. IX.
Romanorum clericorum mores tempore Hieronymi & doctrina, 385. VIII. IX.
Romanus exercitus in maximum discrimen adductus a Juliano, 363. LXVIII.
Romanus exercitus eligit Jovianum Imperatorem, 363. CXIV.
Romani exercitus strages sub Valente, 376. VIII.
Romani exercitus clades cum Valentis interitu in Thracia, 378. XXV.
Romano exercitui insperata pax oblata a Persis, 363. CXXII.
Romanus exercitus divisus inter Valentinianum & Valentem, 364. XI.
Romani Imperii pestis fuit Julianus, 363. LXVIII. CXIX.
Romani Imperii calamitas Gentilibus insultandi in Catholicos occasionem dedit, 378. XXVII.
Romani Imperii clades sub Valente hæresi adscribendæ, 378. XXVIII. XXXI.
Romani imperii status sub Valentiniano & Valente, 364. IX. A barbaris undique invasum, ibid. Divino miraculo servatum, 364. X.
Romani Imperii provinciæ a barbaris vexatæ, 378. XXXII.
Romanum Concilium contra Auxentium, 369. XXVIII.

Ro-

Romanum Concilium sub Damaso in causa Flaviani, 381. XCVII. 382. I. Quid in eo actum, 382. XX. *Vid.* Synodus, Concilium.
Romanum Concilium sub Syricio Papa de rebus Africanæ Ecclesiæ, 386. II.
Romanus Pontifex confirmat Synodos, 362. CCVIII.
Romanus Pontifex arbiter rerum quæ spectant ad fidem, 373. XXI.
Romanus Pontifex solus damnat hæresiarchas, 372. X.
Romanus Pontifex Basilii & Orientalium legationibus interpellatus, 371. IX. Quæ ab ipso petita fuerint, 375. X.
Romanus Pontifex excommunicationem & privationem Episcopis comminatur, 369. XXXII. XXXV.
Romani Pontificis prærogativa, 372. XLVIII.
Romani Pontificis primatus, 385. VII. 382. XIX.
Romani Pontificis auctoritas, 384. XV.
Romani Pontificis auctoritas in convocandis Conciliis, 369. XXVIII. 382. XIX.
Romani Pontificis auctoritas in hæreticis damnandis in Oriente, 363. XXXVI. 372. VI. X.
Romani Pontificis summa auctoritas ex Gregorio Nazianzeno, 379. XXI.
Romani Pontificis summa auctoritas in restitutione Petri Alexandrini, 377. II.
Romani Pontificis summa auctoritas declaratur etiam hæreticorum factis, 365. XXXVI.
Romani Pontificis auctoritatem profitentur etiam hæretici, 365. VII. XXXVI.
Romani Pontificis auctoritatem requiri ad congregandam Synodum, 381. XIX.
Romani Pontificis majestas sub Valente, 367. IX.
Romani Pontificis judicium quærunt Episcopi, 382. VI. *& seq.*
Romani Pontificis communione probari Catholicos, 378. XXXIV.
Romani Pontificis ad Ecclesiam Orientalem litteræ, 371. XXX.
Romani Pontificis luxus ab Ammiano sugillatus, 367. VIII. Item a Gentilibus ac hæreticis, 367. X.
Romano Pontifici calumnia ab Ethnicis illata refellitur, *ibid.*
Romano Pontifici quantum tribuerit Basilius, 371. VI. 372. L. LI.
Romano Pontifici non communicantes hæretici censentur lege Gratiani, 378. XXXIV.
Romanum Pontificem cathedram Petri tenere fatetur Hieronymus, 372. XLVIII.
Romanum Pontificem consulendum, & certiorem faciendum de Ecclesiæ Orientalis necessitatibus Basilius censet, 371. IX. XIII. XXII.
Romanum Pontificem reveriti etiam adversarii, 378. LX.
Romanorum Pontificum auctoritas suprema in restituendis damnatis a Synodo Episcopis, 361. VII.
Romanus Pontificatus desideratus a Prætextato, 384. III.
Romani Senatores Legatos mittunt de cultu deorum ad Valentinianum Imperatorem, 382. XLVI. Maximo favent contra Gratianum, 383. V. Scommate Imperium Maximo augurantur, 383. VI.
Romani Senatores Christiani longe plures quam Gentiles sub Theodosio, 384. IX.
Romanianus Augustini amicus, 384. XXXIV.
Romanus Christianus miles Confessor sub Juliano, 362. XXXV.
Romanus monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Ruffina filia S. Paulæ nupta Aletio, 385. XL. SS. Ruffinæ & Secundæ ecclesiam Damasus absolvit, 384. XXIII.
Ruffinus monachus Aquilejensis, 372. XLII.
Ruffini peregrinatio in Orientem cum Melania, 372. XXXIV.
Ruffinus visitat monachos confessores, *ibid.*
Ruffini jactantia de sua confessione & carcere, 372. LXXXVI.
Ruffini jactantiam exagitat Hieronymus, *ibid.*
Ruffinus a Didymo depravatus, 372. XCV.
Ruffini confessio qualis, 372. LXXXVI. Ejusdem commendatio, 371. XCVIII.
Ruffini calumnia in Hieronymum de translatis libris de Spiritu sancto, 381. XIII.
Ruffinus redarguitur de conficta historia de sancto Hilario, 364. CCXXXIV.
Ruffinus erroris arguitur de Basilii & Gregorii eremi tempore, 366. XIX.
Ruffini error in solitudinis Basilii causa enarranda, 362. LXVII.
Ruffini error in tempore profectionis Gregorii Nazianzeni Constantinopolim, 378. LII.
Ruffinus arguitur a Hieronymo, quod Gregorium Nazianzenum interpretatus esset, 379. XXI. *& seq.*
Ruffini fabula de corruptis scriptis Athanasii ab Apollinaristis exploditur, 373. XXI.
Ruffinus confutatur in historia librorum Ambrosii de Spiritu sancto, 385. XIII.
Ruffinus comes Orientis a Juliano electus, 363. II.

S

SAbæ Gothi martyrium, 372. CXIV.
Sabbati jejunium quo ritu servandum, 384. XXXV.
Sabel Persa Legatus Martyr, 362. XLIV.
Sabinus Episcopus Placentinus interfuit Concilio Aquilejensi, 381. LXXXIII.
Sabelliani infestant Neocæsarienses, 363. CII.
Sabelliani dolis adducunt in errorem Neocæsarienses & in Basilium concitant, *ibid.*
Sabellii error in Synodo Damasi damnatur, 373. X.
Saccophori hæretici, 383. XXXVI.
Sacerdos templi Daphnæici torquetur causa incendii, 362. CXII.
Sacerdotis idolorum conversio ad fidem Christi, 362. CXXIV.
Sacerdotes se capitalibus judiciis immiscentes vituperantur, 383. XXVI. Devitantur, 386. XXXIII. Improbantur, *ibid.*
Sacerdotes a Sacerdotibus judicari debent, 386. XVI. XVIII. Et soli res fidei tractare, 386. XX. XXII.
Sacerdotes testimonio Ambrosii præstant Imperatoribus, 387. XXVIII.
Sacerdotes conjugatos cum uxoribus permanere in Africa vetat Siricius, 386. III.
Sacerdotem Imperatori præferendum ostenditur exemplo Martini, 386. XXXI.
Sacerdotibus idolorum privilegium a Valentiniano concessum, 371. CXXXI.
Sacerdotii dignitatem potentioribus, non dignioribus dandi morem exagitat Nazianzenus, 362. LVI.
Sacra Gentilium obscœna, 362. XIX.
Sacra Juliani portentis exturbata, 362. XX.
Sacrificia Juliani quam celeberrima, 362. XCIV.
Sacrificia Juliani abominanda detecta post mortem, 363. LXXI.
Sacrificia a Joviano vetita, 363. CL.
Sacrilegium dire punitum, 362. CVIII.
Sacrilegia Donatistarum, 362. CCLXX.
Sacrilegi Christiani crediti a Juliano, & puniti, 362. CCLXXXIV.
Sæculare judicium appellant Palladius damnatus, 381. XC.
Sævitia Gentilium in nostros sub Juliano, 362. CXLV.
Sallustius Præfectus Prætorio sub Juliano quid in aulicos Constantii, 362. VIII. *& seq.*
Sallustius Galliarum Præfectus, 362. CCLVI.

Sal-

Sallustius scriptis S. Hilarii exagitatus, 362. CCLX.
Sallustius percarus Juliano Consulatu auctus & Præfectura, 363. I.
Sallustius revocare conatur Julianum a bello Persico, 363. XXIII.
Sallustius Præfectus creat Imperatorem Valentinianum, 364. IV.
Sallustius Præfectus agitat quæstiones de conflagratione templi Daphnitici, 362. CIII.
Sallustii Præfectura Urbana, 381. XXXVI.
Salvianus Episcopus Priscillianista damnatus, 381. CII. Obiit Romæ, 381. CXII.
Samosateni studiosi Eusebii ipsorum Episcopi, 370. VIII. Non recipiunt Arianum, 370. XI.
Samosatenorum odium in Eunomium & Lucium Arianos Episcopos, ibid.
Sanctimoniales dictæ castimoniales, 362. LXVIII. Quæ passæ a Donatistis, 362. CCLXXI. Gestabant mitellas, ibid.
Sancti pro nobis orant in cœlis, 381. XLI. Vide supra Intercessio, Preces.
Sanctorum cultum detestatur Eunomius, 360. XXXVIII.
Sanctorum venerationis & reliquiarum virtus, 361. XCVII. 373. XXX. 387. XXXII.
Sanctorum reliquias venditare quidam solebant, 386. LI.
Sanctorum locorum veneratio, 386. XLV.
Sanctorum virorum mores, 372. XXVI.
Sanctorum qui in cælis sunt preces pro agentibus in hac vita, 378. IV. 381. XLI.
Sanctorum virorum convivia defenduntur a calumniis, 367. XI.
Sanguinis judicium caveant Episcopi, 386. XXXIII.
Sanguine victimarum Julianus Christianismum ablui putat, 361. III.
Sapor Rex Persarum Legatos mittit ad Julianum, 361. XLIV.
Sapor Rex Persarum male habet Arsacem Regem Armeniæ, 360. LXVII.
Sapor dux exercitus Gratiani venit Antiochiam cum edicto Gratiani, 378. XXXIV.
Sardicense Concilium nihil ad fidem addidit, 362. CXCVII.
Sardicensis ficta fides Catholico nomine respuitur, 362. CXCIII.
Sarmatæ Pannonias invadunt, 375. I.
Sarraceni liberant Constantinopolim sub Gratiano, 378. XXIX.
Sarracenorum Reginæ conversio, 372. CII.
Sarraceni fidem Christianam suscipiunt, 372. CIII.
Sarracenorum Regina Legatos mittit Alexandriam pro accipiendo Episcopum, ibid.
Sarraceni quomodo conversi ad fidem, ibid.
Sarracenorum primus Episcopus Moyses detestatur Arianos, 372. CIV.
Sasima qualis fuerint, 371. XC. Collata Gregorio, 371. XCV. Vendicata ab Anthimo, 371. XCIX. CVII.
Satanianl hæretici qui & unde appellati, 361. XXXV.
Saturninus aulicus Constantii male mulctatus, 361. IX.
Satyrus frater S. Ambrosii vitat Luciferianos, 371. CXXVII.
Satyrus frater Ambrosii curam domus Ambrosii suscipit, 375. XXIII.
Satyri, postquam ex Africa rediit, obitus, 383. XIV. Epitaphium sepulturæ ab Ambrosio scriptum, 383. XVI.
Scenici rejiciuntur ab Ecclesia, 371. CXXVIII.
Scenicos nonnisi in fine vitæ Christianos fieri vetuit Valentinianus Imp. 371. CXXIX.
Scenicos ab Ecclesia recipi debere rescripsit Imp. ibid.
Scenicos esse Christianos vetitum, ibid.
Schisma Antiochenum, 362. CCXIII. Quamdiu duravit. 362. CCXIV.
Schisma Luciferianum unde obortum, 362. CCXV.
Schisma Meletii & Paulini sublatum Antiochiæ, 378. XXXVI.
Schisma inter Damasum, & Ursicinum, 367. VII. XVI.
Schisma Ursicini Gratianus & Valentinianus lege coercent, 381. II.
Schismatici Romæ iterum repressi, 368. III. 360. I.
Schismatici Ursicini agunt extra Urbem in cryptis, 369. II.
Schismatici exagitati novis rescriptis Valentiniani Imperatoris, 369. III.
Schismatici per Olybrium præfectum & Aginatium Vicarium cohibiti, ibid.
Schismatici revocati ab exilio, 371. II. & seqq. Eorum nomina edicto comprehensa, ibid.
Schismatici ad tempus quievere, 371. V. Iterum tumultuantes, iterum pulsi, ibid.
Schismatici Romæ puniti, 372. CXXIII.
Schismatici Damaso conflant invidiam, ibid.
Schismatici Ursicini sectatores iterum insurgunt, 381. I. Comprimuntur rursus a Gratiano, 382. II. Pœna in eos irrogata, 381. III.
Scholæ Carthaginenses extra omnem modestiæ disciplinam, 370. CXXX.
Scholæ Romæ ad modestiam restitutæ, 370. CXXIX.
Scholares Romæ lege Valentiniani ad modestiam restituti, ibid.
Scientias esse Gentilium tantum dicebat Julianus, 362. CCLXXXV.
Scommata in Julianum, 362. LXXXIII.
Scripta in laudem Juliani divino judicio, pereunt, 362. LXXXI.
Scriptores Ecclesiastici quam modesti esse soleant, & humiles, 360. XXIX.
Scythica Ecclesia persecutionem passa a Valente, 371. CXIV.
Scythæ Theodosio cedunt, 381. X.
Scythiæ metropolis Tomis, 371. CXIV.
Scythopolitani gentiles insaniunt in Christianos, 362. CLIV.
Sebasteni sæviunt in Christianos sub Juliano, 361. CXLV.
Sebastianus Valentis Imp. dux strenuus, 378. XXV.
Secundianus Episcopus Arianus extra ecclesiam pulsus, 382. LXXXI. Ejusdem cavillationes & condemnatio, 382. XCI.
Secundianus & Palladius Ariani Episcopi agunt apud Gratianum de cogendo Concilio Aquilejæ, 380. XIX.
Secundus pater Joannis Chrysostomi, 362. CXXXIII.
Sedium Patriarchalium prærogativa ex Concilio Romano, 382. XIX.
Semiariani agunt contra Eudoxianos & Acacianos, 362. CCXXXVIII.
Semiariani pugnaturi adversus Arianos Concilium agunt Lampsaci & aliis in locis, 365. II.
Semiarianorum hæresis damnatur, 362. CLXXXV. 381. XXX. XXXII.
Senatores Gentiles propensiores in Maximum, 383. V. & seq.
Senatores Gentiles Romæ magiæ intenti, 370. CII. 371. VI. Dira de his quæstio, ibid.
Senatorum nomine facta petitio de sacris deorum, licet Gentiles tantum id petierint, 384. IX.
Sepeliri apud Martyres Christiani optabant, 383. XVII.
Sepulcra Christianorum apud sanctos Martyres, ibid.

Se-

Sepulcrum Elisæi Prophetæ ubi, 362. CXLVIII.
Sepulcra Joannis Baptistæ & Elisei miraculis clara, ibid.
Sepulcra illibata servari voluit Julianus, 363. XX.
Sepulcra Gentilium & loca diis manibus dicata Christiani soliti demoliri, ibid.
Sepulcra a Donatistis violata, 362. CCLXXVII.
Sepulcra Martyrum a Gentilibus revulsa, 362. CXLV.
Sepultura Catholicorum a Donatistis prohibita, 362. CCLXXVII.
Sepulturam impii curare est grave facinus, 364. III.
Serapis laudatus a Juliano, 362. CLXVI.
Serapidis effigies, 362. CLXIX. Ei maxime addictus fuit Julianus, ibid.
Serapion Episcopus Thmuveos de Macedonianis ad Athanasium scribit, 360. XXIII. Insignis ejus eruditio, ejusdemque lucubrationes, 360. XXVIII. & seq. Cur appellatus fuerit Scholasticus, ibid.
Sermonum Augustino adscriptorem ad fratres in eremo censura, 382. XXV. 385. XI.
Severa uxor Valentiniani, 370. CXXIV.
Severus martyr Hadrianopoli sub Juliano, 362. LXXX.
Severus monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Severi Sulpitii error de tempore obitus S. Hilarii, 369. XXI.
Sibyllini libri Romæ de Juliano consulti, 363. III.
Sicarius immissus in Gregorium Nazianzenum, 380. XIV.
Sicarius a Justina immissus in Ambrosium, 387. XLIV.
Sicini, sive Sicinini basilica in Urbe, 367. VII.
Siccitas sub Juliano, 362. CXVI.
Signa militaria non amplius Aquilæ, sed Labara, 378. XVIII.
Signa quibus Deus Julianum admonuit, 362. CXVI.
Signa manifesta veritatis Christianæ religionis ex vita Juliani Apostatæ, 363. LVIII.
Signis cælestibus membra hominis subesse, Priscillianistarum error, 382. CXIV.
Silentium Daphnitici oraculi, 362. XCVI. XCVIII.
Silvanus legatus cum Sociis ad Liberium Papam, 365. IX.
Silvanus Audianus hæreticus, 370. CXV.
Silvanus Tarsensis Semiarianus, a quo Tarsenses dicti Semiariani, 371. LIV.
Silvanus monachus in Syria, 375. XIV.
Simeon monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Simeon Stylita monachus cognitus Meletio, 378. LV.
Simeonis Stylitæ habitatio super columnam, ibid. Vitæ genus, ibid.
Simplicianus proficuus Augustino, 385. II.
Simplicianus Romanus presbyter Ambrosio subrogatus, 385. IX.
Simpliciani virtus & doctrina, ibid. & 375. XXII.
Simplicianus Ambrosio a Damaso mittitur in novo munere adjutor, ibid.
Simplicianus præsto est Ambrosio, 375. XXIII. Qualis & quantus fuerit, ibid.
Simulacrum Apollinis Daphnitici, 362. CXX.
Simulacrum æneum Juliani a fulmine dejectum, 362. CLVIII.
Simulacrum Christi a Juliano demolitum, ibid.
Singara civitas caput Arabum data Persis, 363. CXXI.
Singari vagantur per Orbem pulsi laribus, ibid.
Singarorum origo nequaquam ex Ægypto, ibid.
Siricii Papæ electio, 385. V. De ejus electione epistola Valentiniani Imp., 385. V.
Siricius respondet quæstionibus Himerii, 385. VII.
Siricius Papa abstinuit a communione Ithacii ob causam sanguinis, 386. XXXVII.
Siricius Papa accepit litteras a Maximo Imp., 387. LXV.
Socratis error de annis imperii Juliani, 363. LXIV.
Socratis error de Concilio Lampsaceno, 365. II.
Socrates & Sozomenus emendantur de tempore baptismi Valentis, 366. V.
Socrates erroris arguitur de Eustathio Antiocheno Episcopo, 370. XXIX.
Socrates confutatur de Gothis Arianis, 370. CVII. & seq.
Socratis commentum de lege Valentiniani concedente posse duci duas uxores confutatur, 370. CXXV.
Socratis error in tempore obitus Athanasii, 372. LXIII.
Socrates & Sozomenus refelluntur in narratione Actorum Synodi Constantinopolitanæ, 382. XXIII.
Socratis error de tempore creationis Nectarii, ibid.
Socratis error de divisione diœceseos, & institutione Sedium Patriarchalium & Metropolitanarum, 382. LXV.
Socratis & Sozomeni error in narratione contumeliarum Ambrosio a Justina illatarum, 385. XX.
Socratis error circa res Ambrosii, 387. LXIV.
Sophronius avarissimus clericorum, 370. CXIX.
Sophronius Macedonianus, 362. CCCXXXVIII.
Sophronius Præfectus urbis Constantinopolis, 368. XI.
Sortilegiis vacare vetitum, 382. XX.
Sozomeni historici majores, 362. CXLIV.
Sozomeni error in historia reditus Athanasii, 362. CLXXV.
Sozomeni error in tempore Concilii Lampsaceni, & Procopii tyrannidis, 364. XII. 365. II.
Sozomeni error de Concilio Lampsaceno, 365. II. 365. V.
Sozomeni error circa tempus terræmotus maximi sub Valentiniano facti, 365. XXXIX. XLI.
Sozomeni error in reditu Basilii ab eremo, 366. XIX.
Sozomenus corrigitur de balneis Anastasianis, 366. XXI.
Sozomenus erroris arguitur de Eustathio Episcopo Antiocheno, 370. XXIX.
Sozomeni error in tempore profectionis Valentis Cæsaream, 370. XXXVI.
Sozomeni errores in rebus gestis ab Athanarico, 370. CVII.
Sozomenus confutatur de Gothis Arianis, 370. CVII.
Sozomeni lapsus de creationis Nectarii tempore, 382. XXIII.
Sozomeni error de usu vocis Alleluja, 384. XXIX.
Spelunca apud Antiochiam, in qua sanctus Paulus habitasse dicitur, 370. LXXVIII.
Spirituales dicti hæretici Massaliani, 362. XXXIV.
Spiritus Sancti divinitas a Semiarianis impugnata, 360. XVIII. & seq.
Spiritus Sancti divinitas asserta in Concilio Alexandrino, 362. CLXXXV.
Spiritus sancti divinitas cognita & prædicata in Conc. Constantinopolitano, 382. XXVIII.
Spiritus sancti una eademque cum Patre & filio substantia declaratur, ibid.
Sputa & alia excrementa egerere peccatum esse quidam hæretici asserebant, 361. XLI.
Statuas quibus dicare fas esset apud Romanos, 384. VI.

Sto-

Stephanus Episcopus Germaniciæ ordinatus a Meletio, 378. LV.
Stephanus hæreticus a Juliano restitutus, 362. CCLXV.
Stridon patria sancti Hieronymi subversa a Gothis, 378. XXXII.
Strigæ magæ feminæ, 382. XX.
Studiis liberalibus legem posuit Valentinianus, 370. CXXIX.
Studiis quietius quam alibi Romæ opera dabatur, 370. CXXX.
Subscriptio Episcoporum Concilii Constantinopolitani inversa, 381. XXXIX.
Subsistentis quomodo accepta, a Græcis & a Latinis diverso modo. 362. CLXXXVI.
Substantia in quo differat a subsistentia, 362, CLXXXVII.
Substantiæ & subsistentiæ vocum causa dissensiones inter Orientales & Occidentales, 372. XXIX.
Suedrorum Ecclesiæ legatio ad Epiphanium, 374. XIII.
Suffragia prodesse defunctis, 378. XIII.
Sulpitii Severi error in tempore obitus Hilarii, 369. XXII.
Superstitionem Kalendarum Januarii Ambrosius abrogat, 377. XIV.
Susanna Martyr in Gallia cum sociis, 362. CCLVI.
Syagrii & Antonii Consulatus, 382. I.
Sydæ Synodus adversus Massalianos, 381. XXXIX.
Symbolum Constantinopolitanum editum, 381. XXIX. Scriptum a Gregorio Nysseno, 381. XXVIII.
Symbolum Constantinopolitanum quando inter sacrorum solemnia a Latinis cani cœptum, 381. XXIX.
Symbolum competentibus quando daretur, 387. XX.
Symmachi præfectura & studium erga idololatriam, 365. XLIII.
Symmachi Consularia domus incensa in Urbe, *ibid.*
Symmachus infectit Valentinianum ad præstanda quæ vult pro deorum cultu, 372. CXXX. & *seq.*
Symmacho statua dicata, 377. XVI.
Symmachi auctoritas apud Imperatores, *ibid.*
Symmachus homo dexterrimus patronus superstitionis Gentilicæ, 384. VII.
Symmachi epistola de statua a Vestali erigenda Prætextato, *ibid.*
Symmachi relatio ad Valentinianum pro deorum sacris, 383. XLI. Restitit & confutavit eum Ambrosius, 383. XLIII. Quando contigit, 383. XLII.
Symmachi studium pro restituendo deorum cultu, *ibid.*
Symmachus apud Imperatores agit pro deorum cultu, 384. VII.
Symmachus defensionem suscipit pro diis Gentilium occasione famis ingruentis, 383. XLII. Quando contigit, 383. XLI.
Symmachi postulata, 384. VII. Contra ea acriter agit Ambrosius, 384. VIII.
Symmachus victus ab Ambrosio, 384. XI.
Symmachus accusatus apud Imperatores de Christianis in carcerem detrusis, 384. XIII. Purgat sese, 384. XV.
Symmachi epistola de Primigeniæ Vestalis facinore, 384. XIII.
Symmachi epistola pro sui excusatione, 384. XV.
Synagogæ Judæorum ne hospitia fierent militum inhibitum, 365. XLV.
Synodus Alexandrina sub Athanasio, 362. CLXXVI. Ejusdem auctor creditur Liberius Papa, 362. CVII.
Synodus Alexandrina a Romano Pont. confirmata, 362. CCVIII.
Synodus Alexandrina sub Joviano Imp. 363. CXXXII.
Synodus Antiochena sub Joviano, 363. CXL.
Synodus Antiochena post obitum Valentis, 378. XXXV.
Synodus Aquilejensis, 381. LXXXI. & *seq.*
Synodi Aquilejensis epistola ad Imperatores, 381. XCII. Eorum qui ei interfuerunt nomina, 381. LXXXII. Ejusdem Acta, 381. LXXXIII.
Synodus Ariminensis, 365. XIII. 369. XXXI.
Synodus Arianorum in Galatia, 370. XVI.
Synodo Armeniæ interfuit Basilius, 371. XXXV.
Synodus Burdegalensis contra Priscillianum, 383. XXII.
Synodus Cæsaraugustana quando celebrata, 381. CII.
Synodi Cæsaraugustanæ Acta suo tempore restituuntur & emendantur, 381. CIII.
Synodus Constantinopolitana Oecumenica, 381. XVII. Diversa est ab alia eodem anno convocata, 381. XVIII.
Synodus Constantinopolitana collecta opera vel assensu Damasi, 381. XIX. Episcopi qui interfuerunt, 381. XXII.
Synodus Constantinopolitana ex Damasi epistola doctrinam elicit de Spiritu sancto, 381. XXVI. Ab eodem confirmata Oecumenica vocatur, 382. XXXVIII. Et quamobrem, 381. XLVIII.
Synodi Constantinopolitanæ Symbolum, 381. XXIX.
Synodi Constantinop. canones quos receperit Ecclesia Romana, 381. XXXI. Et cur non omnes, 381. XLVIII.
Synodi Constantinop. canones de primatu ejus Ecclesiæ, 381. XXXV. Ejusdem litteræ ad Theodosium, 381. XXXVII.
Synodi Constantinop. subscriptionum censura, 381. XXXIX.
Synodi Constantinopolitanæ locus cur vocatus Concordia, 381. LV.
Synodus Constantinopolitana posterior, 382. IV.
Synodi Constantinopolitanæ ad Romanam epistola, 382. IX. Ejusdem legatio, 382. XII.
Synodus Constantinopolitana a Theodosio convocata, 383. XXIV. Ejus Acta, 383. XXVI.
Synodi ab hæreticis habitæ tempore Basilii, 365. II.
Synodus Illyricana sub Valentiniano Imperatore, 365. XVII. Ejus decreta, 365. XIX. Et fidei professio, 365. XX.
Synodus Lampsacena quando celebrata, 364. XII. 365. I. IV.
Synodi Lampsacenæ res gestæ, 365. IV.
Synodus Romana contra Auxentium, 369. XXVIII.
Synodus Romana contra Ursacium & Valentem, 369. XXXIII.
Synodus Romana contra Apollinarem, 373. I.
Synodus Romana sub Damaso in causa Flaviani, 381. XCVII. 382. I. Episcoporum qui interfuerunt nomina, 382. III. Cur Orientales non interfuerint, 382. IV. XI. XVI. Quid in ea actum, 382. XVII.
Synodus Romana sub Siricio, 386. II.
Synodus in Sicilia congregata, 365. VI.
Synodus Sydæ contra Massalianos, 365. XXXIX.
Synodus Tyanensis in Cappadocia, 365. XXVIII.
Synodus Tyanensis obedit litteris Liberii Papæ, 365. XV.
Synodus Treverensis sub Maximo de causa Ithacii, 385. XXIX. 386. XXV.
Synodus Valentina in Gallia, 374. XII.
Synodum absque assensu Romani Pontificis non licere congregari, 381. XX. XXXVIII.
Synodi confirmatio petitur ab Imperatore qua occasione, 381. XXXVII. & *seq.*
Synodalis epistola Synodi Alexandrinæ, 362. CXCIII.

Synodalis epistola ex Concilio Antiocheno ad Jovianum Imperatorem, 363. CXLI.
Synodalis epistola ad Imperatores data ex Concilio Aquilejensi, 381. XCII.
Synodalis epistola Episcoporum Illyricorum, 365. XVIII.
Synodalis epistola ex Concilio Romano contra Auxentium, 369. XXIX.
Synodalis epistola ad Damasum, 382. IX.
Syri Gentiles quid in Christianos, 362. CXLV.
Syriæ celebriores monachi sub Valente, 370. LXXXIII.
Syrmii quid gesserit Ambrosius contra Arianorum conatus, 380. XVIII. 381. LXXXIII.
Syrmii Episcopus ordinatur Anemmius, 381. LXXXIII.
Syrmiensis presbyter mortem maluit sustinere, quam prodere apud se latitantem, 372. CXIV.
Sysinnius Novatianus quid suadet Nectario, 383. XXVII.

T

TAifali barbari, 376. VII.
Tarsus civitas infamata sepultura Juliani, 363. LXIX.
Tarsense Concilium ab Arianis impeditum, 366. XXV.
Tarsenses sic dicti Semiariani, 372. LIV.
Taurus comes cur a Juliano Consul fugitivus sit appellatus, 361. VII.
Taurus Consul quid sub Juliano, 361. VIII.
Taurusq id in numismate Juliani, 362. LXXXIV.
Tauric emus dictus Julianus, ibid.
Templum Apollinis Daphnici, 362. LXXXVII. Quando incensum, 362. XCII. XCIV. CXI.
Templum Daphniticum cur ex parte tantum exustum, 362. CXIV.
Templum Daphnes incensum luget Julianus, 362. CXVII. Item Libanius, ibid. & 362. CXXII.
Templum deorum Matris, 362. LXXVII.
Templum Hierosolymitanum Julianus curat restituendum, 363. V. X. Prodigia tunc ostensa, 363. XI. & seq.
Templi Hierosolymitani fundamenta revulsa, 363. XVIII.
Templum Jovis Casii in Arabia, 362. LXXXVIII.
Templum Trajani Antiochiæ e Joviano crematur, 363. CLI.
Templa idolorum a Juliano restituta, 362. XIX.
Templa deorum a Joanne Chrysostomo expurgata, 385. LXIII.
Templa idolorum a Joviano Imp. clausa, 363. CL.
Templis deorum apposita custodia Christianorum, ne sternerentur, 365. XLIII. Prohibitum ab Imperatore, ibid.
Terentius Dux exercitus Valentis, 370. LXVII.
Terentius Dux Catholicus favet Catholicis, 370. XXII.
Terentii Ducis pietas, 372. III.
Terentius Dux laudatus a S. Basilio 372. I. A Valente spretus, ejusque libellos scissus, 372. III.
Terentianus Præfectus Tribunus Prætorianorum persecutor sub Juliano, 362. CCLI. Credit in Christum, ibid.
Terentianus Præfectus Acta SS. Joannis & Pauli Martyrum scripsit, ibid.
Terræmotus ingens excutit fondamenta templi Hierosolymitani, 363. XVI.
Terræmotus immensi sub Valentiniano & Valente cum maris excrescentia, 365. XXXVIII. Quid mali portenderint, 365. XLI.
Terræmotus ingentes in Oriente, 368. VI.
Terræmotus Nicomediæ factus, 363. CCCIX.
Terræmotus, quo Nicæa collapsa est sub Valente, 368. VI. Et alter, qui Germæ partes multas conturbavit, ibid.
Terræmotus Nicææ, Orientalis Ecclesiæ tumultur indicia, 368. VI.
T, H. D. litteræ nominis successoris Valentis, 370. XCIV.
Theatrum Hierosolymis ad necem Fidelium parat Julianus, 363. XIX.
Thecla dicta S. Macrina, 369. LXIII.
Theclæ sanctæ memoria Seleuciæ celebris, 362. LV. 362. LXII.
Themistius philosophus Aristotelicus a Constantio Præfectura donatus, 361. XVI.
Themistius philosophus Præfectus Urbis creatus a Juliano, 361. IV.
Themistius deridet hæreticos fidem pro tempore mutantes, 363. CXLIII.
Themistii philosophi ad Jovianum oratio, 364. I.
Themistius philosophus admonet Valentem servare clementiam, 364. XIV.
Themistius ex divina Scriptura illud usurpat, Cor regis in manu Dei, ibid.
Themistii alia ad Valentem admonitio, 366. II.
Themistius philosophus insanientem in Orthodoxos Valentem oratione cohibere conatur, 370. LXXXIV. 375. VIII.
Themistius philosophus procul a magicis præstigiis, 370. XCIX.
Themistius amicus Gregorii Nazianzeni, 375. IX.
Themistius tum Platonicus, tum Peripateticus, ibid. Carus fuit Theodosio Imp. ibid.
Themistius non solum philosophia celebris, sed potentia apud Imperatores clarus, ibid.
Themistius laudator clementiæ Theodosii, 386. XI.
Theotecnus apostata quæ cogitur juste pati, 362. CX.
Theodulus Martyr in Phrygia, 362. LXXVII.
Theodoretus male cœpit, sed bene consummavit, 378. XL. Quid in odium Paulini egerit, ibid. Quid in epistola Damasi ad Paulinum, ibid.
Theodoretus in narratione mortis Felicis Comitis sacrarum largitionum corrigitur, 362. CIX.
Theodoretus fallitur in tempore reditus Meletii, 362. CCXVIII.
Theodoretus erroris arguitur de mora Valentis Constantinopoli, 378. XXII.
Theodoretus erroris arguitur in his quæ pro Meletio contra Paulinum scribit, 378. XXXVI.
Theodoreti in historia Meletii & Paulini suspecta fides, 378. XL. LV. 381. XVIII.
Theodoretus Flaviani in schismate fedator, 378. XL.
Theodoretus in epistola Damasi mutat nomen Paulini, ibid. & 382. XVII.
Theodoreti in creatione Theodosii error, 379. IV.
Theodoreti consilium de litteris Damasi ad Paulinum, 382. XVII.
Theodoretus refellitur in narratione Actorum Synodi Romanæ, ibid.
Theodoretus corrigitur in narratione Actorum Amphilochii, 383. XXX. Item in Massalianorum e Syria ejectione, 383. XXXVIII.
Theodoreti error in his quæ sunt temporis, 362. CCXVIII. 383. XXXI. XXXVIII.
Theodorus & Theodosiolus in crimen adducti, 370. XCVII.
Theodorus Legatus Martyr una cum sociis, 370. XXVII.
Theodorus satelles Imperatoris in suspicionem adductus luit capite pœnam, 370. XCIV.
Theodorus Mopsuestenus lapsus in hæresim, 381. LXV. Revocatur Chrysostomi opera, ibid. Relapsus deterior factus, ibid.
Theodori Martyris per visum admonitio ut Christiani frumentum coctum ederent, 362. XLIII.
Theodori Martyris die anniversario Constantinopoli frumentum coctum pauperibus erogatur, ibid.

Theo-

Theodori Siculi casus, 370. XCVIII.
Theodori supplicium sub Valente, 370. XCIV.
Theodori omnes conquiruntur a Valente, 370. XCV. Item Theodosii & simili nomine necantur, 370. XCVII.
Theodorus Martyr Antiochenus, 362. LXXVI.
Theodori alterius Antiocheni Martyris nobile certamen, 362. CIII. Cum torqueretur pœnas non sensit, 362. CII.
Theodoriti certamen, 362. CVI.
Theodosius monachus in Syria Hieronymi promotor in eremum, 372. XLIV.
Theodosius Senior in Africa ingrate occiditur, 373. XXXVI.
Theodosius Senior antequam necaretur baptizari voluit, *ibid.*
Theodosius parens cur occisus, & filius Theodosius in discrimen adductus, *ibid.*
Theodosii filii spectata virtus in rebus bellicis, *ibid.*
Theodosius junior ad Orientem sublevandum a Gratiano deligitur, 373. XXXVI.
Theodosius Imp. favet Gregorio Eliberino, 371. CXXI. Ejusdem ad eum & collegas epistola, 371. CXXII.
Theodosio fugato barbari Pannonias invadunt, 375. I.
Theodosius Imperator eligitur, 379. III.
Theodosii patria, & parentes, nominis significatio, *ibid.*
Theodosius Imperatoriam purpuram non quæsivit, *ibid.*
Theodosius debellat Gothos, 379. IV.
Theodosio ostensa visio, 379. V.
Theodosius erexit Romanum Imperium prostratum, 379. VI.
Theodosius Imp. baptizatus ab Acholio, 380. I.
Theodosii erga religionem Catholicam merita, *ibid.*
Theodosius legem adversus hæreticos post baptismum sanxit, 380. II.
Theodosii lex de feriis Quadragesimæ, 380. III.
Theodosius Maximum refellit, 380. IV.
Theodosius venit Constantinopolim, 380. IX. Hæreticos ab ecclesiis pellit, 380. X.
Theodosius quid præcepit Demophilo Episcopo Ariano, *ibid.*
Theodosius in puniendis Arianis visus est paulo frigidior, *ibid.*
Theodosii lenitas in crimen adducta, 380. XI.
Theodosii res gestæ Constantinopoli cum Gregorio, 380. XII.
Theodosius Constantinopolim ingressus, quibus verbis Gregorium salutavit, *ibid.*
Theodosius occupat templum, & introducit Gregorium, 380. XIII.
Theodosius vocat Episcopos qui collocent Gregorium in throno, idque suasione Damasi Papæ, 380. XV.
Theodosii adversus hæreticos lex, 381. VIII. LXXIII. LXXX. Et adversus apostatas, 386. L.
Theodosii clementia in sepeliendo Athanarico Rege Gothorum, 381. X.
Theodosii clementia ab Ethnicis etiam prædicata, *ibid.*
Theodosii felicitas, 381. XV. Quot barbari se ei subjecerint, *ibid.*
Theodosius privilegium impertit Clericis, 381. XVI.
Theodosii litteris vocati Episcopi ad Synodum Constantinopolitanam, 381. XX.
Theodosius erga Gregor. Nazianzenum propensior, 381. LVII.
Theodosius elegit Nectarium Episcopum, 381. LXX. *& seq.*
Theodosii edictum de fide Catholica, quo dignosci possent hæretici a Catholicis, 381. LXXIII. Id ipsum decretum ex Synodi arbitrio a Theodosio scriptum & promulgatum 381. LXXV.
Theodosius revocandas curat reliquias Pauli Episcopi Constantinopolitani, 381. LXXVIII.
Theodosius vetuit Paganus testari, 381. LXXXI.
Theodosius exagitat hæreticos, 381. LXXX. 384. L.
Theodosii edictum adversus idolorum cultores, 381. CXVI.
Theodosii lex de basilicis Gentilibus restituendis, 382. LXVII.
Theodosius Gentilibus ademit templa, non basilicas, *ibid.*
Theodosii adversus Manichæos edictum, 382. LXVIII.
Theodosii lex adversus validos mendicantes, 382. LXIX.
Theodosii cura propensior in instituendis filiis, 383. XXII.
Theodosius noluit Arsenium stantem docere Arcadium filium, 383. XXII.
Theodosius probat fidem Consubstantialis, 383. XXVIII. An vere faverit Novatianis, *ibid.*
Theodosius ab Amphilochio factis admonitus, 383. XXX.
Theodosius sancivit alias leges post tertiam Synodum Constantinopolitanam, 383. XXXIV. *& seq.*
Theodosii lex alia contra hæreticos, 384. XXXVIII.
Theodosii rescriptum adversus Judæos, 384. XLIII.
Theodosius ex Placilla suscepit Honorium filium, *ibid.*
Theodosii lex de foro Ecclesiastico illibato servando, 385. XXXI.
Theodosii leges adversus idololatras & fidicinas, 385. XXXVII.
Theodosii lex de relaxandis vinctis tempore Paschatis, 385. XXXVIII.
Theodosii cum Maximo fœdus, 386. I.
Theodosii lex de non distrahendis reliquiis Martyrum, 386. LI.
Theodosius Thessalonicam venit ad Valentinianum, 387. LVIII.
Theodosius consilium capit de puniendo Maximo, *ibid.*
Theodosius Gallam uxorem accepit, *ibid.*
Theodosii pietas in suscipiendo Valentiniano, *ibid.*
Theodosius defenditur a calumnia Zosimi, 387. LVIII.
Theodotus Episcopus Nicopolis in Armenia subinfensus Basilio ob receptum Eustathium, 371. XXXVII. Recusat communicare cum Basilio, 371. XXXIX.
Theodotus Episcopus Nicopolitanus restitit persecutoribus Valentis, 371. XXXIX.
Theodotus Episcopus Hierapolis ordinatus ab Eusebio Samosateno, 378. XLVIII.
Theonæ Ecclesia Alexandriæ invasa a Gentilibus opera Lucii Ariani, 372. LXXIII.
Theophilus Alexandrinus ab anno obitus Petri cœpit deducere Paschales Cyclos, 380. XVII.
Theophilus creatur Episcopus Alexandrinus, 385. XXX.
Theophilus Castabalorum Episcopus legatus cum sociis ad Liberium Papam, 365. VIII. X. XII.
Theophilus Gothorum Episcopus, 370. CX.
Theosebia uxor Gregorii Nysseni, 369. LXIV.
Theosebiam laudat Gregorius Nazianzenus, *ibid.*
Thessalonicenses Episcopi qui hoc tempore vixere, 378. XLII.
Thessalonicensi Ecclesiæ quis præesset tempore Constantinopolitani Concilii, 378. XLIII.
Thomæ Bozii de Signis Ecclesiæ nobilis commentarius, 363. LXII.
Thraces Martyres, 362. LXXX.
Thurificatione studet decipere milites Christianos Julianus, 362. XXXIII.

Tiberianus Priscillianista damnatus, 385. XXIV. XXVIII.
Tiberina regio Ponti, 362. LXVIII.
Tiberinæ laudatio & vituperatio, 362. LXIX.
Ticonius Donatista confutat Parmenianum, 368. XX.
Ticonii sententia de Ecclesia Catholica, 368. XXI.
Ticonii scripta, 368. XXII.
Ticonii regulæ scriptæ, 368. XXIII.
Ticonius quando vixerit, ibid.
Timotheus cum Apollinari damnatus Romæ, 373. VII.
Timotheus ordinatus Episcopus Alexandrinus post Petrum, 380. XVI.
Timotheus Episcopus Alexandrinus venit Constantinopolim, 381. LIII.
Timothei Episcopi Alexandrini obitus, 385. XXX.
Timotheus quid de Ammone monacho præcidente sibi auriculam, ibid.
Titus Episcopus Bostrensis quas calumnias a Juliano Imp. passus, 361. CLIV. Interfuit Concilio Antiocheno, 363. CXLII.
Tomis Scythiæ caput, 371. CXIV.
Tomis in Scythia a Valente persecutionem passa, ibid.
Tonsor Constantii prædives, 361. XI.
Tonsores & coqui & similes artifices a Juliano exacti, 361. XII.
Tonsura Monachorum laudata, 365. XXXIX.
Tormenta dirissima per Julianum illata, 362. XLI.
Torquem aureum gestabant Episcopi Ariani, 381. XCIII.
Toxotius senior maritus sanctæ Paulæ, 382. XL.
Toxotius junior filius sanctæ Paulæ, ibid.
Traditionibus inhærendum, 371. LVII.
Trajani templum Antiochiæ incensum a Joviano, 363. CLI.
Trajanus dux sub Valente studiosus monachorum, 370. LXXXIII.
Trajanus dux pius quid in Valentem de barbaris, 378. XXIII.
Trajanus in pugna cum Valente occumbit, 378. XXV.
Transactio inter Episcopos Catholicos & Episcopos lapsos, sed pœnitentes, 362. CLXXXII.
Transactio inter Meletium & Paulinum, 372. LI. 378. XXXVI.
Transferentes se ad alias ecclesias excommunicat Damasus, 373. XI.
Translatio reliquiarum Babylæ Martyris solemni pompa, 362. CI. CIV.
Translatio corporis Pauli Episcopi Constantinopolim, 381. LXXIX.
Translatio corporis Meletii Antiochiam, 381. XLII.
Treverensis Synodus in causa Ithacii sub Maximo, 385. XXIX. 386. XXV.
Treverensis Concilii Episcopi infensi Ithacio ei communicant, 386. XXV.
Treverensis Concilii Episcopi adventu sancti Martini animo consternantur, 386. XXVI.
Tribulationis utilitas, 370. LXXXVI.
Tribunal Romanæ Ecclesiæ supremum, 381. VII.
Tribunal Ecclesiasticum illibatum vult Theodosius, 385. XXXI.
Tributa a Juliano Christianis indicta, 362. CCLXXXI.
Tributis vexati monachi a Valente, 375. XII.
Tributum haud pendendum ab ecclesiis & clericis, 382. XI.
Trinitatis symbola ab Eunomio sublata, 360. XL.
Troglodytæ hæretici, iidem Eunomiani, 360. XLI.
Turbo Episcopus Eleutheropolitanus Arianus, 362. CCXIX.
Tyanensis Synodus paret litteris Liberii Papæ, 365. XV. XXXVIII. Synodicæ inde ad omnes Ecclesias, ibid.
Tyranni in Africa Firmus & Gildo fratres, 373. XXXVI.
Tyrannidis affectatæ rei, 370. XCV.

V

VAlentis confessio coram Juliano, 362. XXXVII. Ejus exilium, 362. XXXVIII.
Valens creatus Imperator a fratre, 364. VII.
Valens ab exordio Catholicus fuit, ibid.
Valens Catholicis favet tribuens eis magistratus, 364. VIII.
Valens ad se vocavit Cæsarium fratrem Gregorii Nazianzeni, ibid.
Valentis numismata cum labari effigie, 364. X.
Valens in Oriente, Valentinianus in Occidente imperant, 364. XI.
Valens comitatus fratrem redit Constantinopolim, ibid.
Valens a Themistio admonetur servare clementiam, 364. XIV.
Valens frustra a Themistio admonitus, 366. II.
Valentis adventus Antiochiam quando contigit, 364. XV.
Valens exagitat amicos Juliani, 364. XVI.
Valens exagitat magos & idololatras, 364. XIX.
Valens indulget Prætextato ut dii colantur, ibid.
Valentis & Valentiniani epistola ad Episcopos Asianos ob sanciendam fidem Catholicam, 365. XXI. Perperam in ea de Pilati innocentia, 365. XXIII.
Valens & Valentinianus vetant Christianos templa Gentilium custodire, 365. XLIII.
Valens Arianus illectus a conjuge, 366. III.
Valens Imperator baptizatus ab Eudoxio Episcopo, 366. IV. & seq.
Valens persequitur Catholicos, 366. V.
Valentis persecutionis tempus, ibid.
Valentis quam dira persecutio, 366. XIII.
Valentis Imperatoris ministri ab exordio Sedis Basilii ei adversantur, 369. LVIII.
Valentis cum Gothis pax, 370. LXVII.
Valens persecutionem excitat in Orthodoxos, 370. I. Promulgat edictum de expellendis Episcopis Catholicis, ibid.
Valens damnans Episcopos Catholicos cur parcit Athanasio, Epiphanio atque Paulino, 370. III. & seq. 370. VII.
Valens quos voluit Episcopos exulare, 370. XVII.
Valens Constantinopolitanæ Ecclesiæ Legatos Catholicos occidi jubet, 370. XXVII.
Valentis tempore persecutio acerbior quam sub Juliano, 370. XXXIV.
Valens venit Cæsaream Cappadociæ, 370. XXXVII. Aggreditur expugnare Basilium, 370. XXXVIII. & seq.
Valens a Basilio victus, 370. XLIV.
Valens adit ecclesiam Basilii, ibid.
Valens in ecclesia Basilii præ stupore animi deliquium passus, 370. XLVI.
Valentis Præfectus Modestus ægrotans supplex orat Basilium, 370. XLIX.
Valens decernit Basilio exilium, 370. L.
Valens non valet scribere exilium Basilii, ibid. Calami confracti, ibid.
Valentis uxor dira patitur per visum, 370. LI.
Valentis filius ægrotans a S. Basilio in meliorem statum deducitur, ibid. Ab Arianis baptizatus moritur, ibid.
Valens ex Cappadocia proficiscitur Antiochiam, 370. LXIII.
Valens Catholicos persequitur, 370. LXVIII.
Valens quid in Meletium, 370. LXIV.
Valens Imp. quid in Aphraatem monachum, 370. LXXI.
Valentis cubicularius contumeliosus in Aphraatem dat pœnas, 370. LXXIII.

Valentis equus curatus ab Aphraate monacho, 370. LXXIV.
Valens Themistii oratione cohibitus, 370. LXXXIV.
Valens Antiochiæ habet diram de magis & incantatoribus quæstionem, 370. XCIII. *& seqq.*
Valens ob magorum prognosticum Theodoros & simili nomine homines occidit, 370. XCV.
Valentis Edessam adventus, 371. CVIII.
Valens quid in Edessenos, *ibid.*
Valentis peregrinatio Ecclesiæ calamitosa, 371. CXIV.
Valens persequitur Ecclesiam Scythicam, *ibid.* Veritus Scythas persecutionem revocat, 371. CXV. Victus a Bretannione Episcopo, *ibid.*
Valens scidit libellum Terentii ducis pro Fidelibus oblatum, 372. III.
Valentis persecutio in Ecclesiam Alexandrinam, 372. LXXI.
Valentis edictum pro Arianis adversus Catholicos Ægypti, 372. XCI.
Valentis rescriptum de bibliotheca Constantinopolitana, 372. CXVI.
Valens occidendum curat Theodosium seniorem, quærit ad necem Theodosium juniorem, 373. XXXVI.
Valens Antiochiæ agens adversus Orthodoxos acrius commovetur, 375. VII. A Themistio admonetur, 375. VIII.
Valens oratione Themistii mitigat furorem in Catholicos, *ibid. & seqq.*
Valentis in monachos insolita persecutio, 375. X.
Valens monachos militare cogit, *ibid.* Datum ab eo rescriptum, 375. XI. Quas pœnas dederit ejus culpæ, 376. VIII.
Valens a monachis tributum exigit, 375. XII.
Valentis imperium quibus calamitatibus afflictatum, 376. VII.
Valentis impietas barbaros vocavit in ultionem, *ibid.*
Valens causa belli Gothici Antiochia digressus, 377. II.
Valens Antiochia Constantinopolim proficiscitur, 378. XXII.
Valens coactus jubet relaxari exules Episcopos, 377. III. Sed non propriis Ecclesiis restitui, 378. XXIV.
Valens a Constantinopolitanis insectatus conviciis, 378. XXII. Ob id ad bellum proficiscitur, *ibid.*
Valens quid in Trajanum ducem exercitus vera exprobrantem, 378. XXIII.
Valens arguitur ab Isacio monacho, 378. XXIV.
Valenti ad bellum proficiscenti interitum & exercitus jacturam prædicit Isacius, 378. XXIV.
Valens quid in Isacium monachum comminatus, *ibid.*
Valens invidens Gratiani gloriæ expectare eum noluit contra Gothos pugnaturus, 378. XXV.
Valens recusat pacem a Gothis oblatam, *ibid.*
Valentis pugna cum Gothis, *ibid.*
Valentis interitus dignus scelere, 378. XXVI. Inscriptio super sepulcrum & oraculum, *ibid.* Præsagia Valentis obitus, *ibid.*
Valens & Ursacius damnati Romæ a Damaso, 369. XXXIII.
Valens pseudoepiscopus damnatus in Concilio Aquilejensi, 381. XCI.
Valentinianus sub Joviano ab exilio liberatus postliminio redit, 363. CXXVI.
Valentinianus Nicææ Bithyniæ Imperator electus, 364. IV. a Sallustio Præfecto creatus, *ibid.*
Valentinianus quid in Rodanum efficientem injuris viduam, *ibid.*
Valentiniani Imperatoris genus & virtutes, 364. V.
Valentinianus ex confessore Imperator, 364. VI.
Valentinianus sedat militares tumultus, *ibid.*
Valentinianus allegit collegam Imperii Valentem fratrem, 364. VII. Defenditur hæc ejus actio, *ibid.*
Valentiniani & Valentis rescriptum ad Cæsarium, 364. VIII.
Valentinianus & Valens certant pro Cæsario habendo, *ibid.*
Valentiniani & Valentis numismata cum Labario, 364. X.
Valentinianus & Valens Imperium inter se partiuntur, 364. XI.
Valentinianus proficiscitur in Occidentem, *ibid.*
Valentinianus rebus fidei se immiscere non vult, 364. XII.
Valentinianus liberum relinquit Episcopis de rebus Ecclesiasticis agere, *ibid.*
Valentiniani ferme responsum de non immiscendo se rebus Ecclesiasticis, *ibid.*
Valentinianus & Valens quos Julianus caros habuit persequuntur, 375. XIX.
Valentinianus & Valens Christianos professores restituunt, 362. XX.
Valentinianus & Valens idololatris infensi, 364. XIX. Contra sacra nocturna legem ferunt., *ibid.*
Valentiniani & Valentis leges, 365. XLII.
Valentinianus exordio Imperii sivit quosque pro arbitrio quas vellent sectas sequi, 364. XX. 376. IV. Ob id a Deo punitus, 376. V.
Valentinianus rescribit pro clericis, 365. XLII.
Valentinianus & Valens Christianos vetant templa Gentilium custodire, 365. XLIII.
Valentinianus Imperator concedit privilegia virginibus, viduis, & pupillis, 365. XLIV.
Valentinianus prohibet milites profanare Synagogas Judæorum, 365. XLV.
Valentiniani sanctio de sanctificando die Dominicæ resurrectionis, 367. I.
Valentinianus licet Catholicus, tamen infamatur tolerantia nimia hæreticorum, 366. XXXI.
Valentiniani pietas suspecta, *ibid.* & 376. IV.
Valentiniani sævitia, 367. XXI.
Valentinianus severissime punit adulteros, 367. XXII.
Valentiniani rescriptum ad Prætextatum de reddenda basilica Damaso, 368. II.
Valentinianus Imperator pellendum jubet ab urbe Ursicinum cum sociis scribens ad Prætextatum, 368. III.
Valentiniani aliud rescriptum ad Prætextatum de indulgentia schismaticis concessa, 368. IV.
Valentiniani rescriptum ad Olybrium adversus schismaticos, 369. III.
Valentiniani rescriptum ad Aginatium Vicarium adversus schismaticos, *ibid.*
Valentinianus deceptus ab Anemio, 369. XVII.
Valentiniani rescriptum adversus Chronopium Episcopum appellantem ad Imperatorem, 369. XL.
Valentiniani rescriptum de quæstionibus, 370. CII.
Valentinianus rescripsit ad Damasum, ne clerici aliquid caperent ex testamento, 370. CXVII. Causa sanciendæ legis, 370. CXVIII.
Valentiniano calumniose ascribitur lex de duabus uxoribus ducendis, 370. CXXIV.
Valentinianus defenditur a calumnia Socratis de duabus uxoribus, 370. CXXV.
Valentiniani lex de scholis & discipulis Romæ profitentibus, 370. CXXIX.
Valentiniani lex de virginibus, viduis & pupillis, 370. CXXXI.
Valentinianus Imp. revocat Ursicinum ab exilio, 371. I.
Valentinianus de maleficis Senatoribus quæstionem haberi voluit, 372. VI.
Valentinianus quid de scenicis rescripsit, 370. CXXVIII.
Valentinianus Imperator aruspicinam concessit, 371. CXXIX.
Valentinianus Gentilium superstitioni favet, *ibid.*

Va-

Valentinianus fivit idola coli, *ibid.*
Valentinianus aram Victoriæ concessit Gentilibus, 372. CXXX.
Valentinianus privilegium dat sacerdotibus idolorum, 378. CXXXI.
Valentinianus quid lege lata contra Manichæos, 372. CXI.
Valentinianus Imperator occidi mandat presbyterum nolentem prodere qui apud eum confugerat, 372. CXV.
Valentinianus Donatistas rebaptizantes cohibet, 373. XXXV.
Valentiniani lex de baptismate non iterando, *ibid.*
Valentiniani oratio de Episcopo eligendo, 374. II.
Valentinianus lætatur Ambrosium electum Episcopum, 374. VI.
Valentinianus cogitur occurrere Martino sella divinitus conflagrante, 375. II.
Valentiniani Imp. obitus, 375. IV. Corpus translatum Constantinopolim, 375. VI. Filii ejus & filiæ, *ibid.*
Valentinianus junior Augustus nuncupatur, *ibid.*
Valentiniani junioris sorores, *ibid.* Ejus natalis, 367. XXXI.
Valentinianus puer a Gratiano allectus in collegam Imperii, 375. VI.
Valentiniani indulgentia hæretici & Gentiles in Occidente vires sumunt, 376. I.
Valentinianus Ambrosium ad Maximum legat, 383. XIX.
Valentiniani Imp. epistola de electione Siricii, 385. VI.
Valentiniani lex de relaxandis vinctis tempore Paschatis, 385. XXXVIII.
Valentiniani lex pro Arianis data, 386. IV.
Valentinianus Ambrosium ad disputandum cum Auxentio cogit, 386. XV.
Valentinianus basilicam S. Paulo Apostolo construit, 386. XXXIX. Hujus consilii ratio, *ibid.*
Valentiniani epistola de construenda Basilica Pauli Apostoli, *ibid.*
Valentiniani consulatus Iij. & Eutropii, 387. I.
Valentinianus edictum fert de Catholicis ab Ecclesiis ejiciendis, 387. III. Persequitur Ecclesiam, 387. XXXVI.
Valentiniani conatus pro basilica Ambrosio auferenda, 387. I. Rei eventus, 387. XXIV. *& seq.*
Valentinianus reprehenditur a Maximo ob injurias Ambrosio & Catholicis illatas, 387. XXXIII.
Valentinianus supplex orat Ambrosium, ut opem ferat contra Maximum, 387. XLIV. Legat ad eum, 387. XLV. Quid egerit describitur, *ibid.*
Valentinianus cur Maximum hostem habuerit, 387. LIX.
Valentinianus Domninum legat ad Maximum, 387. LVI. Incautus a Maximo opprimitur, *ibid.* Ejus audito adventu Thessalonicam cum matre fugit, 387. LVIII.
Valentinianus Legatos mittit ad Theodosium de rebus Maximi, *ibid.*
Valentinianus & Justina fugam arripiunt, ut Maximum vitent, *ibid.*
Valentinum Concilium in Gallia, 374. XII.
Valerianus Aquilejensis Episcopus in Oriente pollens, 372. XLI. Floret sub ipso Ecclesia Aquilejensis, *ibid.*
Valerianus Episc. Aquilejensis præclarus meritis, 381. LXXXIII.
Valerianus Episcopus Aquilejus venit Romam ad Synodum, 382. III.
Varronianus pater Joviani Imp., 363. CXV.
Varronianus puer filius Joviani Consul creatus, 364. I.
Vasa sacra profanata a Juliano avunculo Juliani Apostatæ, 361. CV.
Vasa sacra in admiratione habita a Gentilibus, 362. CVII.
Vasa sacra fracta pro redemptione captivorum, 387. LXII.
Vaticanæ basilicæ aquas noxias exsiccat Damasus, 384. XXIV.
Vaticanæ basilicæ fons baptismalis, *ibid.* Et qui in atrio erat, *ibid.*
Vaticani pauperes, qui pro foribus adstant basilicæ, 366. I.
Vaticinia de interitu Juliani, 363. XXXII. LX.
Vectius Prætextatus, 384. III.
Velum sacrarum virginum, 362. CCLXXII.
Vela & pallæ sublatæ a Donatistis, 362. CCLXXXVI.
Veneris simulacrum in ecclesiis Christianorum se collocaturum Julianus minatur, 363. XXIV.
Veneris templum dirutum a Chrysostomo, 386. LXV.
Veneficos Romæ morte mulctat Apronianus, 363. IV.
Venustus Vicarius in Hispania, 363. II.
Verbi incarnationis mysterium, 362. CC.
Verbi incarnationis recta fides Synodi Alexandrinæ, *ibid.*
Verbum loco animæ in corpore fuisse, hæresis a Damaso damnata, 373. XI.
Verbum a Patre productione & contractione secernentibus anathema irrogatur, *ibid.*
Verbum essentia carere, aut moriturum asserentibus, anathema dictum, *ibid.*
Verbum quo modo humanum corpus susceperit, 373. V.
Verborum formula, Et quod excurrit, quid significet, 368. XV.
Vercellensis Ecclesia viduata pastore admonetur a S. Ambrosio de Joviniani hæresi, 382. XXXI.
Vercellensi Ecclesiæ post Eusebium Limenius præest, 381. LXXXII.
Vercellensis fœmina innocens adulterii damnata septies icta, 367. XXII. Insultat in carnifices, 367. XXVII.
Veritas absque armis vincit, impietas licet armata corruit, 372. XC.
Vestalis Maxima Prætextato erexit statuam, 384. VI.
Vestalis Maxima lapsa, unde erubescerent Gentiles, 384. XI. Ejus supplicium, 384. XIII.
Vestalium numerus, 384. XIII.
Vestalium stipendia reddi petit Symmachus, 384. VIII.
Vestiana vidua in monasterio sanctæ Macrinæ magni nominis, 370. LXII.
Vestiana vidua castitatem Basilii ope & viduitatem tuetur, 370. LVII. LXII.
Vetus institutio & doctrina quantopere sit retinenda, 363. C. Et quantæ auctoritatis, 371. LXXIV. 387. XXXIV.
Victor historicus a Juliano Secundæ Pannoniæ Consul præficitur, 361. XXXII. In annis Constantii erroris convincitur, *ibid.*
Victor Dux Juliani, 362. LXXXI.
Victoriæ ara quando & a quo primum sublata e Capitolio, 362. CCXLIX.
Victoriæ ara a Valentiniano concessa Romanis, 372. CXXX.
Victoriæ aram restituendam petit Symmachus Senatus nomine, 384. VII.
Victoriæ aræ plures Romæ, & ubi, 384. VII.
Victoria Deum sequitur, 378. XXIV.
Victoria sequitur veram religionem, 378. XVII. XX. XXIII. 379. XII.
Victorinus deserit scholas, 362. CCXCVII.
Victorini ad Christum conversio, 362. CCXCVIII. Fidem alta voce vult profiteri, 362. CCXCIX.
Victorini lucubrationes, 361. CCC.
Victorinus sero conversus ad sacras litteras, *ibid.*

ibid. Donstus statua, 362. CCXCVIII. CCCI.
Victricli certamen, 362. CCLVII.
Vidua a S. Basilio defensa adversus Eusebium Præfectum, 370. LVII. Missa ad monasterium S. Macrinæ sororis, 370. LXII.
Viduæ minori celebritate nubebant quam virgines, 362. CCLXXIII.
Viduis pupillis, & sacris virginibus concessa exemptio a censu solvendo, 365. XLIV. 370. CXXXI.
Vigilantius peregrinationes ad loca sancta primus improbavit, 386. XLIX.
Vigilantius quid de usu vocis Alleluja, 384. XXIX.
Vincentius presbyter Luciferianus, 371. CXXII.
Vincentius collega Hieronymi ordinatus Constantinopoli, 379. XXII.
Vincentius Hieronymi comes presbyter ordinatur, *ibid.*
Vindicta ob persecutionem Ambrosii, 387. LIX.
Virgo vestalis lapsa, 384. XI.
Virginem a proposito virginitatis dimovere tentanti quid accid-rit, 382. XLV.
Virgines a Gentilibus fuis prostitutæ, 362. CL.
Virgines sacræ lege Joviani defensæ, 363. CXXVIII.
Virgines sacræ sub Juliano expositæ raptui, *ibid.*
Virgines sacræ nuptæ Deo, 362. CCLXXII.
Virgines sacræ crinitæ in Africa, 362. CCLXXIII.
Virgines sacræ quomodo a Donatistis redditæ profanæ, 362. CCLXXIV.
Virgines sacræ ab Arianis male habitæ, 370. XXXI.
Virgines sacræ quæ passæ a Donatistis, 362. CCLXVIII. CCLXXII.
Virgines sacræ gestabant mitrellas, 362. CCLXXII.
Virgines ad S. Ambrosium ex remotis Orbis partibus sacrandæ veniebant, 377. X.
Virgines in domo paterna agere solitæ, 377. XII.
Virginibus concessum privilegium ab Imperatore, 365. XLIV.
Virginum sacrarum genus duplex, 377. XII.
Virginum sacrarum velum, 362. CCLXXV.
Virginum sacrarum in ecclesiis proprius erat locus, 377. XII.
Virginum Christianarum lo irridenda gentilitate coram Juliano libertas, 362. CXXXI.
Virginum Heliopolitanarum & Arethusiarum martyria, 362. CL.
Virginum undecim millium Britannarum martyrium, 383. III.
Virginitatem quantopere Ambrosius suaserit, 377. X.
Virginitatis sublimis status, 377. XII.
Virginitatis osores perstringuntur, 382. XXXIV.
Virginitatis laudes quorum scriptis fuerint celebratæ, 382. XXVIII.
Visiones Juliano apparuere, 361. II. Aliæ Constantio ante obitum, 361. XVII.
Visiones sanctorum virorum de Juliani interitu, 363. LX.
Visionibus delusi Massaliani, 361. XXXVII.
Vita Juliani Apostatæ manifestum signum Christianæ religionis, 363. LXI. *& seq.*
Vita Ponticorum monachorum valde austera, 363. CVII.
Vitæ durissimæ exemplum Simeonis Stylitæ, 378. LV.
Vitalis Episcopus Antiochenus ex parte Apollinaris, 363. CXLVII.
Vitalis controversia cum Paulino, *ibid.*
Vitalis vocatus Romam ad causam dicendam, obtulit libellum Damaso, 373. II. Res ab ea gestæ Romæ, *ibid. & seq.*
Vitalis acceptus in communionem ab Orientalibus litteris Damasi, 373. II.
Vitalis causam Damasus Paulino delegat, 373. V.
Vitalis occultat hæresim, 373. VI.
Vitalis edita confessio dolosa detegitur, *ibid.*
Vitaliani hæretici, 378. XIII.
Viventius Præfectus post Lampadium, 367. I.
Vitia corporis viris probis impedimento esse ad Ordines non censuit Timotheus, 385. XXX.
Voces usitatas in Ecclesia interdum non usurpare permissum, 371. LXVII.
Volumen Occidentalium in Concilio Constantinopolitano editum quid, 381. XXVI.
Votum Juliani de immolandis Christianis diis Gentium, 363. XXIV.
Vota Juliani in suscipiendo bello Persico, *ibid.*
Vota Isidi nuncupata, 363. XXV.
Vota fidelium pro Gratiani victoria, 379. VIII.
Vota Ambrosii pro salute Italiæ, 383. XIV.
Vota S. Laurentio nuncupata pro Satyro, a Marcellina, *ibid.*
Uranius Satyrus frater S. Ambrosii, 383. XVI.
Uranius Audianus hæreticus, 370. CXV.
Urbanus Martyr una cum sociis, 370. XXVII.
Urbanus Formensis scelestissimus Donatistarum, 362. CCLXVII.
Urbica Priscilliani discipula, 385. XXII.
Urbica propter pertinaciam lapidibus obruta, *ibid.*
Urbicus Potentinus Eunomii discipulus, 360. XLI.
Urbs Roma qualis, 370. CXXX.
Urbis fames sævissima sub Theodosio, 383. XLI. Ob eam pauperes & incolæ ex Urbe ejecti, *ibid.*
Ursacius & Valens damnati Romæ a Damaso, 360. XXXIII.
Ursicini schisma, 367. VII.
Ursicinus schismaticus ab Urbe pulsus, 368. II.
Ursicinus schismaticus turbat Romanam Ecclesiam, 367. VII. instat acrius, 367. XIV. *& seq.*
Ursicinus cum suis sæpe ab Urbe pulsus, 367. XIX.
Ursicini asseclæ quid moliti Romæ fuerint, 360. I.
Ursicino studentes iterum compressi, *ibid.*
Ursicini damnatio in Synodo Romana, 369. XXXIII.
Ursicinus schismaticus revocatur ab exilio, 371. I.
Ursicini schismatici asseclæ quamdiu quiete vixerint, 372. V.
Ursicini schisma reviviscit, 381. I.
Ursicini schisma lege coercent Gratianus & Valentinianus, *ibid.*
Ursicinus relegatur in Gallias, 381. III.
Ursicinus falso asseritur creatus Episcopus Neapolis, 381. VII.
Ursicinus tumultuatur in electione Siricii post Damasum, 385. V. & *seq.*
Ursicinus improbatur ab Ecclesia, & eligitur Siricius, *ibid.*
Ursula Britanna cum sociis virginibus ab Hunnis occisa, 383. III.
Vulphilas Gothorum Episcopus, 370. CVII. Inventor litterarum Gothicarum, 370. CXI.
Uxores duas duci posse calumniose a Valentiniano lege sancitum dicitur, 370. CXXIV.
Uxoribus maritos dimittendi licentiam Julianus lege indulsit, 362. CCCVI.
Uxoris blanditiis Valens in hæresim labitur, 366. III.

X

X Littera Christum significabat apud Julianum, 362. LXXXVI.

Z

ZAchariæ in templo cædes, 365. XXIII.
Zacchæus monachus hæreticus, ejusque deliria, 365. XLIII.
Zelis habita Synodus ab hæreticis, 365. II.
Zenobius Episcopus Florentinus a S. Damaso Papa missus ad Valentem Constantinopolim, 370. XXXVI.
Zenon medicus Alexandrinus exul restitutus a Juliano, 362. XIV. Quis fuerit ignoratur, *ibid.*
Zenon monachus in Syria celebris, 370. LXXXIII.
Zenon Tyri Episcopus interfuit Concilio Tyanensi, 365. XXVIII.
Zenon Episcopus Tyri vel Majumæ, ordinator Joannis Chrysostomi, 381. LXVI.
Zenon martyr Gazensis, 361. CXXXVIII.
Zenon martyr Nicomediæ, 362. XLV.
Zeugmatensis solitudo in Syria, 370. LXXXIII.
Zeugmatius monachus in Syria celebris, *ibid.*
Zosimus Episcopus Neapolitanus pulsus ab Arianis, 362. CCXIX.
Zosimi error de loco necis Gratiani, 383. VII.
Zosimi studium in sugillandis Christianis Imperatoribus, 387. LVIII.

INDEX CRITICÆ HISTORICO-CHRONOLOGICÆ P. ANTONII PAGII QUÆ HOC TOMO CONTINETUR.

A

Acceptus Episcopus Forojuliensis electus, ut dignitatem effugiat, falso se criminum reum in Concilio Valentino pronunciat, 374. IV.

Ægyptiaca Synodus ab Athanasio Damasi PP. temporibus celebrata ad quem annum revocanda, 369. XII. In ea non tantum ad Damasum scripta est epistola adversus Auxentium, sed & ad Episcopos Africanos, ut eos rejicerent qui Ariminense Concilium tuebantur contra Nicænum, *ibid.* Qui fuit illi Episcopi Africani, examinatur, *ibid.*

Alexandrina Synodus Joviano imperante, ab Athanasio celebratur, 363. VII. In ea non vero Antiochiæ, scripta fidei formula ad Jovianum ab Athanasio transmissa, *ibid.*

S. Ambrosius postea Mediolanensis Episcopus nascitur, 365. XIII. & 387. IX. Non Arelata, sed Treviris, 369. XIV. Et hoc circa CCCXL. Christi annum, 387. VIII. Vivente adhuc Valentiniano ordinatur Episcopus, 374. III. Commentaria in Lucam post annum CCCLXXVI. scripsit, 376. VI. Sirmium petit, non ut orthodoxum Episcopum in ea civitate constitui curet, sed aut ab Episcopo vocatus, aut laboranti Ecclesiæ pacem laturus, 380. XI. A Justina Augusta Arianis favente per biennium vexatur, 385. VII. & 386. III. Quo anno hæc persecutio inchoata fuerit, & quo continuata, demonstratur, *ibid.* & 387. IV. V. & VIII. Ambrosius ad Maximum tyrannum a Theodosio Aug. pro pace stabilienda legatur, & quo tempore utramque legationem obierit, indicatur, 383. XI. & 387. VII.

S. Amphilochius Iconii Episcopus Auctor est Vitæ S. Basilii Cæsareæ Episcopi, 362. V. *& seq.*

Antiochenum Concilium, in quo Meletius e Sebastena sede ad Antiochensem translatus, anno CCLX. celebratur, 360. V. Cum eo, quod anno sequenti ibidem habitum est, perperam confunditur, *ibid.*

Antiochenum Concilium secundum in causa Meletii quo anno coactum, 360. VI. In hoc Ariani eandem fidei formulam, quam prius Constantinopoli ediderant, recitant, *ibid.*

Antiochenum alterum Concilium post mensem Septembrem anni CCCLXIII. celebratur, 363. VIII. Nicænam fidem confirmat, *ibid.* Ejusdem definitiones male a quibusdam intellectæ Paulino Antiocheno Episcopo adversus illud scribendi occasionem præbent, *ibid.*

Antiochenum alterum Concilium anno CCCLXXX. nono post S. Basilii obitum mense congregatur, 378. VIII. Ad hoc Sapores Dux a Gratiano Aug. mittitur, *ibid.* IX. *& seq.* Legationes ab hoc Concilio factæ explicantur, *ibid.* XII. Concilium Antiochenum Apollinarem damnat, *ibid.* XIII. Fidei formula in eo edita, non solum ad Constantinopolitanam Synodum, sed & ad Romanam omnesque Occidentales Episcopos transmissa, *ibid.* XVI.

Apollinis Daphnæi templum, quo anno flammis consumptum, 362. VIII.

Aquilejensis Concilii Acta non sunt supposititia, 381. XIII.

Arcadius die XIX. Januarii anni CCCLXXXIII. Augustus dictus, 383. XII. Consulatum, sed dilatum suscipit ob Augustam dignitatem adeptam, 385. I. Quinquennalia Imperii exhibet, 387. II.

Archierosyna quid sit explicatur, 386. VIII.

Ariani Constantinopoleos Ecclesiis a Theodosio magno excluduntur, 380. IX.

Ariani Catholicos ad se venientes Liberii Papæ tempore rebaptizabant, 367. III.

Ariminensis Oecumenica Synodus in ea non tantum de fide & Episcoporum causis, sed & de immunitate Ecclesiarum & Clericorum tractatum est, 360. XV. Ejus circa dictam immunitatem statuta ad Constantium perlata, respuuntur, *ibid.*

Aristænete Ælpidii Orientis præfecti uxor, divos Antonium, & Hilarionem summopere colit, 362. XXXIV.

Armorica minor Britannia appellata, & quo tempore, 383. VII.

Artemii martyrium anno suo & mensi redditur, 362. XI. *& seq.*

Asterii duo Ariani & Sophistæ inter se non confundendi, 370. XXIX. Discriminis inter utrumque notæ referuntur, *ibid.*

Asterius Amaseæ Episcopus quo tempore floruerit, indicatur, 370. XXX.

Asterius Petræ in Arabia Episcopus, *ibid.*

Athanaricus Gothorum Rex pace cum Valentiniano Aug. inita, regnare incipit, 369. XVIII. qua die Constantinopoli susceptus fuerit, & qua mortuus examinatur, 381. II.

Athanasius quot annis delituerit indicatur, 362. XIV. & XVIII.

Athanasius Alexandriam redit & quo anno, quo mense, 362. XI. & XIV. ab Alexandrinis summa lætitia excipitur, *ibid.* XV. & XIX. Hæc Athanasii exceptio cum paucis comparanda, *ibid.* XX. Recte eam Baronius in Annalibus consignavit, *ibid.* XV. De eadem exceptione intelligenda sunt ea quæ Gregorius Nazianzenus in Encomio Athanasii narrat, *ibid.* XV. & XVII. Athanasius a Juliano

no de novo in exilium deportatus, a Joviano sedi restituitur, *ibid.* XXI. Ad eumdem Jovianum Orthodoxæ fidei definitionem, de ea rogatus, mittit, 363. VII. Ægyptiacam Synodum celebrat, 369. XII. Sub Valente persecutionem in Orthodoxos excitante iterum delitescere cogitur, 370. III. & V. Paulo post ejusdem Imperatoris jussu Ecclesiam suam recipit, *ibid.* IV. Mortalitatem explet, 372, IX. Mortis ejus annus indicatur, certoque testimonio stabilitur, *ibid.* IX. *& seq.* Ecclesiam Alexandrinam quadraginta & sex annos administrasse certum, *ibid.* XI.
S. Augustinus postea Hipponensis Episcopus nascitur, 377. III. Rhetoricam docet, *ibid.* IV.
Ausonius fastis in Occidente nomen dat, 379. I. Eodem anno in finem vergente Gratiano Trevitis constituto panegyricum dicit, *ibid.* II.

B

Babylæ Martyris translatio quo anno facta sit, aperitur, 362. IX. *& seq.*
Basilius nondum Cæsareæ Episcopus Juliano Cæsaream adventanti occurrit, 362. V. Cur hoc loco Episcopus ab Amphilochio dictus, *ibid.* V. *& seq.* S. Basilii Epistola LXVIII. ad Cæsariam Tyanensem, scripto perpesam creditur ad Synodum Tyanensem, 363. VII. Hujus Pontificis in urbem Cæsaream e Ponto reditus & cum Eusebio Cæsareæ Episcopo reconciliatio anno sun redduntur, 366. V. & 370. XIX. Episcopatus ejus annus primus assignatur, 369. XVI. & 370. IX. *& seq.* Bis a Valente Augusto impetitum fuisse ostenditur, 370. XVI. *& seq.* Primo dum adhuc Presbyter esset, *ibid.* XVIII. *& seq.* Basilius fit Episcopus Cæsariensis, sed quo anno ordinatus, incertum, *ibid.* XXII. *& seq.* Iterum ab eodem Valente Aug. vexatur, *ibid.* XXIV. Hujus secundæ vexationis annus stabilitur, *ibid.* XXV. Basilii certamen cum Eusebio Ponti & Cappadociæ Præfecto quo anno consignandum, *ibid.* XXVII. Ejusdem Præsulis Epistolæ quædam in Annalibus extra suos annos recitatæ, 371. II. Basilius S. Ephremum licet Syrum ordinavit, 378. III. *& seq.* Basilii annus & dies mortis assignantur, *ibid.* II. & VIII.

C

Cæsaraugustanum Concilium adversus Priscillianum hæreticum quo anno congregatum, 381. XIV.
Cæsarea Cappadociæ, olim Mazaca, a quo Imperatore Cæsareæ nomine donata, 363. IV.
Cæsariensis Synodi epocha adducitur, 360. XII.
Cæsarius Gregorii Nazianzeni frater præfectura custodiæ thesauri a Juliano Aug. non donatur, 362. II. Inter medicos tamen & amicos primas tenet, *ibid.*
Cæsariensis Synodus ad anni CCCLVII. Initium revocanda, 365. VIII.
Cartaginensium quatuor priorum Episcoporum Donatistarum series, 368. III.
Chronicon quod sub Damasi nomine circumfertur ejusdem fœtus non est, 384. III.
Clericorum negotiantium post Ariminense Concilium, jussu Constantii Aug. fit matricula, 360. XVI. In ea tamen Clerici & Copiatæ non comprehensi, qui exiguis mercimoniis victum sibi quæritarent, *ibid.*
Constantinopolitana Ecclesia Apostolorum dedicatur, 370. XIV.
Constantinopolitana Synodus anno CCCLIX. Quintis Constantii Augusti Quinquennalibus sacris celebratur, & insequenti continuatur, 360. XIII. *& seq.*
Constantinopolitana Synodus Oecumenica, qua anni parte celebrata fuerit ostenditur, 381. IV. Non a Damaso Papa, sed a Theodosio Magno, inconsulto etiam Damaso, convocata, *ibid.* V. & VII. Vi convocationis oecumenica dici non potest, sed ex solo illius Pontificis & Ecclesiæ Occidentalis consensu, *ibid.* VI. *& seq.*
Constantinopolitanus Patriarchatus in oecumenica Synodo Constantinopolitana institutus, 382. VIII. Provinciæ illi adjudicatæ recensentur, *ibid.* IX.
Constantius Constantini M. filius Consul decimum procedit, 360. I. An duobus Conciliis Antiochenis in causa Meletii habitis idem interfuerit, inquiritur, *ibid.* VII. *& seq.* Edictum adversus Ecclesiarum & clericorum immunitatem emittit, *ibid.* XV. Plures ad ipsum Legati post Ariminensem Synodum confluunt, sed ex Gallis Episcopis nullus, & qua de causa, *ibid.* XVI. *& seq.* Expeditionem in Persas de novo suscipit, *ibid.* XVIII. Hujus Imperatoris cum Maxima Faustina nuptiæ, non illius secundæ, sed tertiæ appellandæ veniunt, 361. III. Constantius hominem exuit, *ibid.* IV. & 362. XVIII. Mortis ejus annus & dies assignantur, 361. IV. Vitæ, imperiique duratio exprimitur, *ibid.* V. Exequiarum ejus, quas Julianus cohonestavit, dies annotatur, *ibid.* VI.
Consulatuum Cæsareorum Regulæ contra censores illarum vindicantur, 383. II. *& seq.*

CONSULES.

Constantius Aug. X. & Julianus Cæsar III. 360.
Taurus & Florentius 361.
Mamertinus & Nevitta 362.
Julianus Aug. IV. & Sallustius 363.
Jovianus Aug. & Varronianus Nobilissimus puer 364.
Valentinianus Aug. & Valens Aug. 365.
Gratianus Nobilissimus puer & Dagalaiphus 366.
Lupicinus & Jovinus 367.
Valentinianus Aug. II. & Valens Aug. II. 368.
Valentinianus nobilissimus puer & Victor 369.
Valentinianus Aug. III. & Valens Aug. III. 370.
Gratianus Aug. II. & Sextus Petronius Probus. 371.
Modestus & Arintheus 372.
Valentinianus Aug. IV. & Valens Aug. IV. 373.
Gratianus Aug. III. & Equitius 374.
Anno CCCLXXV. nulli Consules creati sunt.
Valens Aug. V. & Valentinianus Junior Aug. 376.
Gratianus Aug. IV. & Merobaudes 377.
Valens Aug. VI. & Valentinianus Junior Aug. II. 378.
Ausonius & Q. Clodius Hermogenianus Olybrius 379.
Gratianus Aug. V. & Theodosius Aug. 380.
Flavius Eucherius & Flavius Syagrius 381.
Antonius & Syagrius 382.
Merobaudes II. & Saturninus 383.
Clearchus & Richomeres 384.
Flavius Arcadius Aug. & Bauto 385.
Honorius Nobilissimus puer & Evodius 386.
Valentinianus Aug. III. & Eutropius 387.

Cyrillus Jerosolymorum Episcopus hominem exuit, 386. V.

D

Damasus Liberio in Pontificatu Romano succedit, 366. VI. & 367. IV. Dissidium Ursicinum inter & Damasum pro urbis Romæ

mæ Episcopatu quo anno acciderit, indicatur, 367. II. Ubi sedem iniit Damasus, statim Concilium adversus Arianos convocat, 369. V. & seqq. Gregorii Nazianzeni translationem ad sedem Constantinopolitanam improbat, 379. IX. & seqq. Mortem cum vita commutat, 384. II. Mortis annus & dies, sedis duratio, ejusdemque initium assignantur, ibid. Opera huic Pontifici perperam attributa recensentur, ibid. III.
Demophilus in locum Eudoxii Constantinopolitani Episcopi ab Arianis sufficitur, 370. VIII.

E

EMmelia S. Basilii mater quo anno mortua, 370. XI. & seq. Ejusdem annus obitus ex Basilii morbo innotescit, ibid. XV.
Ephrem extra ordinem a Basilio ordinatur, 378. III. & seq. Mortis ejus tempus statuitur, ibid.
Epiphaniæ & Natalis Christi festum eodem die actum, 361. II.
Epiphanius quo anno Panarium, seu librum adversus hæreses, scripserit, 375. X.
Episcopi Galli post Concilium Ariminense Legatos ad Constantium, ut cæteri, non mittunt, & quare, 360. XVII. & 362. XXVIII.
Eudoxius ab Antiochena Ecclesia ad Constantinopolitanam transfertur, 360. XI. & XIII. Moritur, mortisque tempus & sedis duratio indicantur, 370. VIII.
Eusebius Cæsareæ in Cappadocia Episcopus & Sancti Basilii immediatus decessor, ipse est, quem die XXI. Junii colit Ecclesia, 370. XXI. Ejusdem sanctitas declaratur, 370. XXII. Mortis genus & annus aperitur, ibid. XXI. & seq.

F

FAmes quæ Cappadociam & Phrygiam vexavit, & de qua Gregorius Nazianzenus, nonnisi tantum fuit, 367. IV. & 370. IX. Quandonam sævierit, indicatur, ibid.
Faustina Constantii Aug. uxor tertia, 361. III.
Felix Episcopus Trevirensis flores, 386. IV.
Flavianus per factiosos in locum Meletii Antiocheni Episcopi demortui substituitur, ejusque occasione schisma in Antiochena Ecclesia oboritur, 382. XII.

G

GAlla Valentiniani Senioris ex Justina filia Theodosii uxor, 385. VI.
Galliarum variæ divisiones ad Chronologiæ intelligentiam necessariæ adducuntur, 374. VII. & seq. & XVI. Quæ contra quartam earum sub Honorio factam dicit Quesnellus exponuntur & refutantur, ibid. XV. & seq.
Gallicanum Concilium incerto loco habitum cogitur, 376. III. & seq. Quo fine celebratum sit, examinatur, ibid.
Gallicarum Provinciarum & civitatum in iis contentarum Notitia exhibetur, 374. XI. & seqq.
Gangrensis Synodi in causa Eustathii habitæ tempus exprimitur, 360. XI.
Georgius ab Alexandrinis, audito Artemii martyrio interemptus, 362. XI & seq. & XVIII. & seq.
Gervasii & Protasii Reliquiarum inventio quo tempore facta, 387. VI. Eorum Reliquiæ quo die translatæ, ibid.
Gnosticorum hæresis quandonam agnita, 381. XVI.
Gothi ab Hunnis pulsi in Romania a Valente Aug. suscipiuntur & quo anno, 376. V. & 381. II.
Gothici belli a Valente Aug. suscepti epocha stabilitur, 366. III. Quanto tempore illud duraverit, insinuatur, ibid. & 369. XIII. Pace cum Athanarico facta, finem ei Valens imponit, 360. XVIII. Gothis denuo excursiones in Thraciam facientibus redintegratur, 374. VI. & seq.
Gratianus Valentiniani filius, Nobilissimus puer a patre declaratur, ideoque Fastis dat nomen, 366. I. Augustus creatur, 367. V. Annum iterum aperit & Quinquennalia celebrat, 371. I. Tertium Consul in Occidente procedit, 374. I. Decennalia exhibet, ibid. Post patris mortem, etsi Valentinianum Juniorem collegam habeat, solus tamen Occidentale, quoadvixit Valens, administrat Imperium, 375. XV. Provinciæ, quæ in imperii cum eodem Valentiniano divisione, ei obtigerunt, enumerantur, ibid. Consul quartum procedit ob Quinquennalia, 377. I. Anno CCCLXXVI. Gratianum Romæ fuisse, ibique triumphum egisse, falsum, ibid. V. Imo eum hanc urbem nunquam ingressum demonstratur ibid. Alemannos vincit & quo anno, 378. V. An triumpharit, 379. III. & seq. Edicto Mediolani emisso omnes hæreticos, hæreticorumque cœtus prohibet, 379. VI. Immunitatem Clericis navigantibus concedit, eaque explicatur, ibid. VII. Quintum assumit Consulatum ad quem sese prius designaverat, 380. I. Legem tertiam Codicis Theod. De Apostatis Merobaude & Saturnino Coss. latam falso ei adscribunt aliqui, 382. III. Mallobaudis Magistri militum, non Merobaudis proditione occiditur, 383. IX. & seq. Dies ejus natalis, vitæ & imperii duratio assignantur, ibid.
S. Gregorius Nazianzenus Constantinopolitanæ Ecclesiæ curam suscipit; at ad illam non missus a Synodo Antiochena anno CCCLXXX. coacta, 378. XXII. & seq. Neque jam defuncto Basilio huic muneri incumbere cœpit, ibid. Ad Constantinopolitanam sedem e prima quam jam obtinuerat transfertur, eamque translationem Damasus PP. improbat, 379. IX. Vocatus Constantinopolim pergit, ibid. XI. Paucis tamen hebdomadibus Constantinopoli sedet, statimque eam relinquit, 381. X. & seq. Qui eum duodecim annis sedisse asserunt, explodantur, ibid. Unde illis natus error hujusmodi, ibid.
Gregorius Nyssæ in Cappadocia Episcopus quo anno, & a quo ordinatus, 369. XVII.

H

HElpidius Salustii secundi in Orientis Præfectura decessor, 362. XXXIV.
S. Hieronymus, illius monachatus initium investigatur, 372. IV. & seq.
Hilarionis Abbatis annus tam natalis, quam emortualis indicantur, 372. XXIII.
Hilarius Pictavorum Episcopus, quo anno in Galliam redierit, stabilitur, 360. II. Liber ejus contra Constantium ante hujus mortem in lucem emissus, ibid. III. Alii Hilarii libri recensentur, ibid. IV. Hilarii beneficio Galliæ Arianismo liberatæ, ibid. XVII. Hilarius Concilium Parisiense, & alia, ad evertendos Ariminensis Synodi dolos, celebrari procurat, 362. XXVII. & seqq. Contra Auxentium Mediolani Episcopum apud Valentinianum Aug. agit & quo anno, 369. II. Mortalitatem exuit, mortisque annus assignatur. ibid. IV. Dies, quo colitur, ad ejus translationem referendus, ibid.
Hilarius Romanæ Ecclesiæ Diaconus, Luciferianorum schismati adhæret, 362. XXV. Resipiscit, ibid. Libri ab illo editi recensentur, & eorum aliqui ab hæresi Pelagiana falso ipsis attributa vindicantur, ibid. XXV. & seq. Tempus quo scripsit, annotatur, ibid.

Honorius Aug. Arcadii frater nascitur, 384. IV. Nobilissimus puer renunciatur, simulque Consul designatur, ibid. Fastis in Oriente dat nomen, & quare, 386. I.

I

Illyricianum Concilium Trinitatis Consubstantialitatem adstruit, 363. IX. Quo anno habitum fuerit valde obscurum, anno tamen CCLXXII. aut CCCLXXIII. & Damaso PP. collectum fuisse probabilius, ibid. X. & 369. VII. Imperatoriæ litteræ ad Episcopos Asiaticos scriptæ, Synodicis hujus Concilii adjunctæ, Valentiniano, non Valenti Aug. tribuendæ, 365. XI. & seqq. Decretum ejusdem Synodi de electione Episcoporum & aliorum Ecclesiæ ministrorum adducitur, ibid. XVI.

Illyricum totum Valentiniano subditum fuit, 365. XI. Illius administratio varie a variis composita, ibid. Ejusdem divisio in Orientale & Occidentale, nonnisi Theodosio M. in imperii consortium vocato, accidit, ibid. & 380. IV. & seqq. Ea divisio a Gratiano Aug. facta, 380. V.

Imperatores Consulatum ex præscripto samunt, 379. III. Id ex oratione Gratiano Aug. ab Ausonio dicta comprobatur, ibid. Idem firmius stabilitur ex Themistii oratione ad Theodosium *de pace & Consulatu Saturnini*, 383. I. & seqq.

Imperatores qui ab anno CCCIV. ad CCCCIV. Romæ fuerunt indicantur, 376. VI.

Imperium Romanum iterum Valentinianum inter & Valentem Augg. dividitur, 364. IV. Quæ Valentiniano, & quæ Valenti provinciæ obtigerint indicatur, ibid.

Imperium Romanum inter Valentinianum Juniorem & Gratianum dividitur, 375. XV.

Joannes & Paulus, sub Juliano martyrium faciunt, 362. XXXI. Illorum Acta a Surio recitata pluribus spuria demonstrantur, 362. XXXI.

Joannes Chrysostomus Ecclesiæ Antiochenæ Lector ordinatur, 382. II. Quibus Consulibus hæc ordinatio facta sit, & a quo, aperitur, ibid.

Jovianus Aug. Juliano in imperio succedit, 363. VI. S. Athanasium in sedem suam restituit, 362. XXII. Fidei definitionem ab Athanasio exquirit, 363. VII. Fastis dat nomen ob initam anno superiori Augusteam dignitatem, 364. I. Mortalitatem explet, diesque mortis assignatur, ibid II.

Julianus Aug. tertium Consul procedit ut imperii Cæsarei Quinquennalia exhibeat, 360. I. Augustus dicitur, ibid. IX. Qua occasione, ibid. X. Renuntiationis hujus annus & dies exprimuntur, ibid. IX. Constantinopolim ingreditur, ut Constantii exequiis intersit, 361. VI. Ejus habitus in funere Constantii describitur, ibid. Quanto tempore in ea urbe permanserit, indicatur, ibid. & 362. IV. Summum Pontificatum accipit, 361. VII. & IX. Baronii error circa hunc Juliani Pontificatum detegitur, ibid. VII. & seqq. Julianus Valentinianum postea Imp. relegat quod Christi fidem ejurare nollet, 362. III. Antiochiam pergit, ibid. IV. Quo anno Misopogonem composuerit, ostenditur, ibid VII Nummis suis taurum insculpi jubet, ex quo dicteriis ab Antiochensibus impetitur, ibid. VIII. Christianos & docere & discere vetat, ibid. XXXIX. & seq. Quartum init Consulatum, 363. I. Imperii Cæsarei Decennalia anno uno anticipata celebrat & persecutionem in Christianos auget, ibid. Templum Jerosolymitanum instaurari jubet & quare, ibid. II. Funera de die fieri lege prohibet, ibid. III. Moritur, mortisque genus probabilius indicatur, ibid. IV. Ætas illius cum occisus fuit, annotatur, ibid. V. & seq. Ejus cadaver in Ciliciam deportatum, prope Maximini Imperatoris cadaver sepelitur, ibid. VI. Imperii ejusdem duratio, a diversis ejus initiis repetenda; post Constantii tamen mortem annum unum & menses circiter octo regnasse, certum, ibid. IV.

L

Lampsacenum Concilium sub Valentiniano & Valente Aug. quo anno celebratum, 364. V. 365. II. & seqq.

Liberius e vivis excedit, 366. VII. & 367. II. Sedis ejus duratio, 367. IV.

Lucius Arianorum Episcopus Georgio Alexandrinæ sedis invasori subrogatur, 362. XIII. Sed nonnisi post S. Athanasii obitum, ibid.

M

Macedonianorum Legati Liberium Papam anno tantum Christi CCCLXV. conveniunt, 365. V.

Mallobaudes ab Ammiano Francorum Rex appellatus, domesticorum Gratiani Augusti comes, eumdem Augustum prodit, 383. IX.

Manichæi magiæ artibus plurimum addicti, 372. XXIV.

Marchus hæreseos Priscillianistarum auctor, diversus a Marco Marcosiorum antesignano, 381. XV. & seq.

S. Martinus fit Episcopus Turonensis, 375. VI. Annus & dies ordinationis ejus indicantur, ibid. Annus ordinationis ex anno Translationis ejus Reliquiarum innotescit, ibid. VIII. Ejus ordinatio alio die, quam quo celebratur, peracta, ibid. VI.

Mauvia Sarracenorum Regina Christianam fidem amplectitur, 377. XXII. Ejus conversio perperam post Valentiniani senioris mortem dilata, ibid.

Maximus tyrannus patria Hispanus erat, 383. IV. Quare dicatur Britannus, ibid. Cum Imperatoribus pacem facit, ibid. XI.

Maximus Cynicus, Constantinopoleos Episcopus a Petro Alexandrino ordinatur, 379. VII. Baronii error circa Episcoporum numerum ad eam ordinationem peragendam ex Ægypto missorum corrigitur, ibid. Maximi invasio explicatur, ibid. X. & seqq.

Mediolanensis Synodi tertiæ decreta & pax Episcoporum Arimini; & Seleuciæ constituta ad diversos annos pertinent, 369. III.

Melania Marcellini Exconsulis neptis, non filia fuit, 372. XV. In Orientem proficiscitur, & quo anno, ibid. XIII. XIV. & XVIII. Filium parvulum Romæ reliquit, non Prætorem, sed sub tutela Prætoris, ibid. XVI. & seq. Ante S. Athanasii mortem in Ægyptum appulit, ibid. XIX. Monachos in persecutione sequitur, ibid. XXI.

Meletius Sebasteous Episcopus ad Antiochenam sedem transfertur, 360. V. A Constantio exulare jubetur, ibid. VI Communi Catholicorum & Arianorum consensu Antiochenæ Ecclesiæ præficitur, 362. XXII. Ab Arianis tamen propter Catholicam de Trinitate, quam profitebatur fidem, sede postea pellitur, ibid. A Valente Aug. iterum exilio mulctatur, 370. XXVIII. Mortalitatem explet, 381. XII.

Musonius a Juliano Augusto docere non est prohibitus, 362. XLI.

N

Narbonensis Provincia antiqua a Galliis distincta demonstratur, 274. VII.

Natalis Christi, ejusdemque Epiphaniæ festum uno eodemque die actum, 362. II.

Nobilissimi pueri titulo insigniti, non minus quam Cæsares, initio dignitatis, Consulatu exornantur, 364. I. & 366. I.

P

PAlladius, non Publius Tatiani in Præfectura Ægypti successor, Catholicos insequitur, 372. XII.
Parisiense Concilium procurante Hilario Pictavorum Episcopo, 360. XVII. Quo anno celebratum, 362. XXVII. Ante Constantii Aug. mortem certo coactum demonstratur, ibid. XXVIII. & seqq.
Paulinus alter creatur Antiochenus Episcopus, 362. XXI. Sed nonnisi in Concilio Alexandrino, vel post illud, ibid. XXIII.
Paulus Samosatenus, quo anno Antiochenus Episcopus fuerit creatus, indicatur, 361. VI.
Pelagius Laodicenus Episcopus in exilium mittitur, 379. VII.
Persecutio in Christianos a Juliano Aug. indicitur, 362. XXXIX. Augetur, 363. I.
Persecutio in Orthodoxos a Valente Aug. excitatur & quo anno, 366. IV. & 370. III. & seqq. Grassatur in Mesopotamia præsertim & Palæstina, 372. VIII. Ægyptum tamen non attigit, nisi post mortem S. Athanasii, ibid. XII.
Persicum aliud bellum sub eodem Constantio initum, 360. XVIII.
Persicum alterum bellum sub Valente & Valentiniano, 360. XIX.
Petrus S. Athanasio in Episcopatum Alexandrinum succedit, 372. XII. Tres Episcopos ex Ægypto mittit ad ordinandum Maximum Cynicum Episcopum Constantinopolitanum, 379. VIII. & seqq.
Placilla Theodosii Magni uxor prima Arcadii & Honorii Augustorum mater, 384. IV. Mortis ejus annus indicatur, 385. VI. Placilla etiam a multis vocata, ibid.
Pluvia Saxea Constantinopolim infestat, 367. VI. De ea tamen Gregorii Nazianzeni oratio *de plaga grandinis* non intelligenda, ibid.
Procopius tyrannidem arripit, 364. VI. & 365. XVII. Annus hujus defectionis stabilitur, ibid. In Phrygia Salutari victus occiditur, 366. II. Quanto tempore tyrannidem exercuerit, annotatur, ibid. & 364. VI.
Prohæresius Sophista Atheniensis Christianus, etsi a Juliano Aug. docere non prohibeatur, scholam sponte deserit, 362. XL. & seq.
Provinciæ quinque vulgo dictæ a Gallis distinctæ, quæ fuerint examinatur, 374. VI. & XIX. Quo tempore ad Septenarium numerum redactæ, indicatur, ibid. V. Inter eas Novempopulana non numeranda, ibid. XXI. & seq. Nec etiam provincia Alpium Graiarum, ibid. XX. & XXV. Gothofredi opinio circa illas adducitur, & evertitur, ibid. XXIII. & seq.

R

REbaptizatio ab Arianis usurpata, 367. III.
Romana Synodus prior sub Damaso anno CCCLXVI. adversus Valentem & Ursacium jam pridem damnatos celebratur, 369. V. Hujus Epistola Synodica perperam ab aliquibus ad Synodum Illyricianam relata, ibid. Ejus epocha, ibid. VI. Romana Synodus sub Damaso secunda ab eodem Pontifice contra Auxentium Mediolanensem Episcopum cogitur, 369. VII. & IX. Hanc ante S. Athanasii mortem habitam fuisse, certum, ibid. VII. In ea de Spiritus Sancti consubstantialitate actum, ibid. X. Synodica ejus Epistola non ad solos Illyricianos, sed & ad Orientales Catholicos directa, ibid. VIII.
Romana Synodus sub Damaso tertia, in qua Appollinaris & Timotheus hæretici condemnati, quo anno celebrata sit, indicatur, 373. II. & seqq. Auctorum errores multi circa illam deteguntur, ibid.
Romana synodus sub Damaso quarta quo anno habita, 378. XIV. XVII. & XIX. Quid in ea gestum sit, aperitur, ibid. XVI. & seqq.
Romania; hujus vocis significationes plures adducantur, 381. III.
Rufinus & Melania in Orientem se conferunt & quo anno, 372. XIII. & seqq.
Rufus Festus breviarium suum componit & Valenti Augusto dicat, 360. XX. Quo anno illud in lucem emiserit, indicatur, ibid.

S

SAllustii duo perperam hactenus inter se confusi discriminantur, 362. XXXII.
Salustius Secundus idem qui Saturninus Secundus, 362. XXXII. & seq. Præfectus Prætorio Orientis a Juliano Augusto constituitur, XXXIV. & seq. Iterum ad eandem dignitatem post Nebridii mortem a Valente Imperatore assumitur, ibid. XXXV.
Salustius cum Juliano, ut ei ne opitularetur, in Gallias a Constantio amandatur, 362. XXXVII. Nebridio in Galliarum præfectura succedit, ibid. Juliano Collega annum aperit, 363. I.
Salustius Urbis Præfectus sub Valentiniano Juniore Basilicæ S. Pauli Apostoli construendæ curam gerit, 362. XXXVIII. Christianus fuit & diversus ab aliis duobus ejusdem nominis, ibid.
Sapores post multas de Romanis reportatas victorias & septuaginta annorum regnum moritur, 380. XII. Quorumdam ejus successorum series texitur, ibid.
Sedis Romanæ cessatio post Damasi, Siricii, Innocentii & Zosimi Pontificum regimen, perperam in Auctoris Chronico & Libro Pontificali annotata, 385. III.
Sicula Synodus Liberii Papæ temporibus celebratur, 365. VI.
Siricius post Damasum Ecclesiam Romanam obtinet, 384. III. & 385. II. Dies & annus ordinationis illius indicantur, ibid. Decretalis hujus Pontificis ad Hymerium Tarraconensem Episcopum directa, immerito impugnatur, 385. IV. Epistola item ab eodem in Concilio Romano ad Africæ Episcopos scripta, perperam rejicitur, 386. II. Siricius Tessalonicensem vicariatum instituit, 385. IX.
S. Sophiæ Templi annus dedicationis assignatur, 360. XIII. & seq. Ingentes largitiones a Constantio Aug. huic Ecclesiæ factæ describuntur, ibid. Qua occasione factæ sint, aperitur, ibid.
Synodi Diœceseos, quid, 376. II. Quo tempore celebrari cœptæ, ibid. Majores, & Plenariæ dictæ, ibid. Earum usus & auctoritas, ibid. II. & seq.

T

TArsense Concilium, quod instantibus Macedonianorum Legatis anno CCCLVII. habendum erat a Valente Augusto dirimitur, 365. VIII.
Tatianus Ægypti Præfectus sub Valente orthodoxos dire vexat, 370. IV. & seq.
Taurópolia sacra, eorumque cæremoniæ describuntur, 361. VII. & seq. Baronii error circa illa annotatur, ibid. VII. & seq.
Templa idolorum evertuntur, 383. VIII. Templorum ad Gentiles pertinentium, eorumque solennium cura Christianis a Theodosio Magno prohibita, 386. VII. & seq.

Te-

Terentius Ecclesiam pro Catholicis a Valente Aug. petit, sed non impetrat, 373. VII. Quo tempore id evenerit, indicatur, *ibid.*

Themistii oratio ad Valentem extat, 375. IX. Ejusdem Oratio gratulatoria ad Theodosium Imp. Cæsareorum Consulatuum regulas confirmat, 383. II. *& seq.*

Theodosius Comes, Theodosii Augusti pater, non a Valente, sed a Gratiano Aulicorum & Theodosii inimicorum fraudibus impulso, inique jugulatur, 373. V.

Theodosius die XIX. Januarii Imperator dicitur, eique in imperii cum Gratiano & Valentiniano Juniore divisione cedit Oriens & Thracia, 379. V. Annum aperit ob initum imperium, 380. I. Gothos, Hunnos & Alanos profligat, ejusque victoriæ annus stabilitur, *ibid.* II. De illis triumphat, *ibid.* X. Constantinopolim pergit & qua die, *ibid.* IX. Orthodoxis civitatis illius Ecclesias ab Arianis per quadraginta annos occupatas restituit, *ibid.* Legem de *Hæreticis* nonnisi post celebratam oecumenicam Constantinopolitanam Synodum, emittit, 381. XII. Eodem fere tempore contra Apostatas, & a Christiania ad Gentilium ritus transeuntes insurgit, *ibid.* Imperii Quinquennalia exhibet, 383. I. Eodem anno pro conciliandis Catholicis & Hæreticis, Collationem fidei Constantinopoli, sed in vanum cogit, *ibid.* XIII. Hinc severioribus edictis ad Hæreticos profligandos animum intendit, eos urbibus arcet, Episcopos & Clericos constituendi & habendi, coetus item habendi facultate privat, *ibid.* Grothingos vincit; nullum tamen propter eam victoriam ducit triumphum, 386. VI.

Theophilus Timotheo succedit in Episcopatum Alexandrinum, 385. V.

Thessalonica in Illyrico sita, totiusque regionis Metropolis, 380. III.

Thessalonicensis vicariatus a Siricio Papa instituitur, 385. VIII. *& seq.*

Timotheus Alexandrinus Episcopus Sancti Apollos, & aliorum Monachorum, qui in Ægypto floruere, vitam scribit, 385. V. Hujus Præsulis obitus in Annalibus recte consignatus, *ibid.*

Tyanensis Synodi epocha ad quem annum revocanda, 365. VI. Ad hanc Synodum perperam directa creditur Epistola Sancti Basilii, LXVIII. ad Cusiam Tyanensem scripta, *ibid.*

V

VAlens postea Augustus cingulum militare potius deponit, quam Christianam fidem ejuret, 362. III. A Juliano Imp. relegatur, *ibid.* a Valentiniano Imp. in consortium imperii assumitur, & qua die, 364. III. In Oriente annum aperit, 365. I. Quo anno in Maximum & Priscum Philosophos sævierit, indicatur, 364. VII. Adversus Mathematicos & Clericos Curiales leges statuit, 365. XIX. *& seq.* Ad quem annum hæ sunt referendæ, ostenditur, *ibid.* Adversus Gothos bellum suscipit & quo anno, 366. III. Certamen initur ut baptizatur, *ibid.* IV. Eodem tempore persecutionem in Orthodoxos movet, *ibid.* & 370. III. *& seq.* Fastis iterum dat nomen, & Imperii Quinquennalia Marcianopoli exhibet, 368. I. Cum Athanarico Gothorum Rege pacem sancit, 369. XVIII. Consul tertium procedit, 370. I. De insidiis vitæ suæ structis ultionem habet, & quando, *ibid.* XXXI. Orientalem profectionem instituit, *ibid.* XIII. Quo per eam tenderit, & quo redierit, indicatur, *ibid.* XX. & XXVI. Antiochiam tamen anno solum CCCLXXII. pervenisse demonstratur, 371. III. & 372. VI. *& seq.*

Valens quartum init Consulatum & Decennalia exhibet, 373. I. Legem adversus Curiales Monachismum professus emittit, & quo tempore, 375. XI. Adversus etiam Monachos aliam statuit, qua militare jubentur, *ibid.* XII. Tempus quo hæc data sit, indicatur, *ibid.* XIII. Diversam esse a lege contra Curiales ostenditur, *ibid.* Quid per vocem, *militare* in ea contentam, sit intelligendum aperitur, *ibid.* XII. Hæc lex magis elucidatur, *ibid.* XIV. Quintum in Oriente Consulatum suscipit, 376. I. Valentem anno CCCLXXVII. Constantinopoli constitisse, ex duabus Cod. Theod. Legibus, quæ ibidem datæ dicuntur, perperam colligit Gothofredus, 377. II. Valens sextum in Oriente Consul Quindecennalia celebrat, 378. I. In Gothos movet, *ibid.* VI. Cum iis infeliciter pugnat, & interit, *ibid.* VII.

Valentina Synodus celebratur, 374. IV. In ea statuitur, ut quisque de se vera, vel falsa dixerit, fides ei habeatur, *ibid.* Hujus Canonis edendi ansam non præbet *Acceptus* Episcopus Forojuliensis, sed aliorum Sacerdotum humilitas, *ibid.*

Valentinianus Christianam fidem ejurare nolens, a Juliano Aug. exul amandatur, 362. III. Nicææ a militibus Imperator acclamatur, 364. III. In Occidente Fastis dat nomen, 365. I. Virgines, viduas, & pupillos a capitatione reddit immunes, *ibid.* XVIII. Annum denuo aperit, 368. I. Clericis per Africam Proconsularem degentibus privilegia confirmat, *ibid.* II. Mulctas Ecclesiasticis inflictas in pauperes erogari præcipit, 369. XV. Consulatum tertium suscipit & Quinquennalia dilata celebrat, 370. I. Manichæis magiæ usum lege prohibet, 372. XXIV. Quartum Consul procedit ut Valentis sit collega, 373. I. Imperii Decennalia celebrat, 374. II. Moritur, 375. II. Vitæ & Imperii ejus tempus annotatur, *ibid.* Numisma Placidii Valentiniani Valentiniano seniori male adscribi, demonstratur, simulque hujus erroris causa detegitur, 375. III. *& seq.*

Valentinianus Junior, Senioris Valentiniani ex Justina secunda uxore filius, adhuc quadrimus patri in imperio succedit, 375. V. Provinciæ, quæ ei post patris obitum cessere, indicantur, *ibid.* XV. Annum in Occidente aperit, ob initam prius Augustam dignitatem, 376. I. Fastis iterum in Occidente dat nomen, 378. I. Quinquennalia celebrat, 370. I. Legem tertiam Cod. Theod. *de Apostatis* emittit, 382. III. In Occidente tertium Consulatum suscipit pro celebrandis Imperii Quindecennalibus, 387. II.

Valentinianus Junior, qui & Galates dictus, Valentis Aug. ex Dominica uxore filius nascitur, 366. VI. Perperam cum Valentiniano Juniori, senioris filio confunditur, *ibid.* In Oriente Fastis dat nomen ob adeptum *Nobilissimi Pueri* titulum, 369. I. In illius locum male Julius Felix Valentinianus, vir privatus sufficitur, *ibid.* Ejus mortis annus incertus, 375. V.

Varronianus Joviani Augusti filius Nobilissimus Puer dicitur, eamque ob causam fastis nomen dat, 364. I.

Vestalium virginum status sub Valentiniani & Valentis Imperio qualis fuerit, describitur, 368. V.

Victor sub Valente Aug. Militum Magister Consul in Oriente, alius est ab Aurelio Victore celebri Historico, 369. I.

Victor Maximi tyranni filius a patre Cæsar, & dein Augustus renuntiatur, 385. XI.

Ursulæ & sociarum Martyrium, quo circiter tempore, & ubi contigerit, statuitur, 385. V. *& seq.* Multa in earum Actis mendosa annotantur, *ibid.*

INDEX ANIMADVERSIONUM

In quo Consules annorum, cætera vero paginarum numero indicantur.

Asteriscus ad Consules indicat novas in Pagium emendationes.

A

S. Athanasius quo anno obierit, 370.
Auctores agentes de Juliano, & ejus obitu, 269.

B

Baronius an erret, necne. V. Constantius.
Bollandiani Socii quid de Meletio, 200.

C

CONSULES,

Fl. Julius *Constantius* Aug. X. & Fl. Claudius *Julianus* Cæsar III. 360.
* Fl. *Taurus*, & Fl. *Florentius*, 361.
* . . . . *Mamertinus*, & . . . . *Nevitta*, 362.
* Fl. Claudius *Julianus* Aug. IV. & Fl. *Sallustius*, 363.
* *Jovianus* Aug. & Fl. *Varronianus* nobilissimus puer, 364.
Fl. *Valentinianus* Aug. & Fl. *Valens* Aug. 365.
Gratianus nobilissimus puer, & . . . . *Dagalaifus*, 366.
* Fl. *Lupicinus*, & Fl. *Jovinus*, 367.
Item: Post consulatum *Gratiani*, & *Dagalaiphi*,
Fl. *Valentinianus* Aug. II. & Fl. *Valens* Aug. II. 368.
Fl. *Valentinianus* nobilissimus puer, & Sex. Aurel. *Victor*, 369.
Fl. Valentinianus Aug. III. & Fl. *Valens* Aug. III. 370.
* *Gratianus* Aug. II. & Sex. Anicius Petronius *Probus*, 371.
* . . . . Domitius *Modestus*, & . . . *Arinthens*, 372.
Fl. *Valentinianus* Aug. IV. & Fl. *Valens* Aug. IV. 373.
* *Gratianus* Aug. III. & C. *Equitius*; 374.
Post Consulatum *Gratiani*, & *Equitii*, 375.
Fl. *Valens* Aug. V. & Fl. *Valentinianus* junior Aug. 376.
* *Gratianus* Aug. IV. & Fl. *Merobaudes*, 377.
Fl. *Valens* Aug. VI. & Fl. *Valentinianus* junior Aug. II. 378.
* Decimus Magnus *Ausonius*, & Q. Clodius Hermogenianus *Olybrius*, 379.
Gratianus Aug. V. & *Theodosius* Aug. 380.
* Fl. Eucherius, & Fl. *Syagrius*, 381.
Seu Posthumius *Syagrius*, & Fl. Antius *Eucherius*.
* . . . *Antonius*, & Syagrius, 382.
Seu Fl. *Antonius*, & Postumius *Syagrius* II.
* Fl. *Merobaudes* II. & Fl. *Saturninus*, 383.
* . . . *Ricomeres* seu *Ricomedes*, & . . . *Clearchus*, 384.
Fl. *Arcadius* Aug. & . . . Bauto, 385.
Fl. *Honorius* nobilissimus puer, & . . . Evodius, 386.
Fl. *Valentinianus* Aug. III. & . . . . *Eutropius*, 387.

Constantius, quo anno putet habitam fuisse Synodum Romanam, in qua exarata est epistola Damasi ad Episcopos Illyrici, 264. Quo anno scriptam esse Synodicam Damasi contra Apollinarem, & Thimotheum, 399. In quo Baronii conjecturam non amplectitur, 401. 529. Minime dolose factum putat, si in fronte Epistolæ Episcoporum Cpoli Concilii desiderantur nomina Episcoporum qui Romæ convenerant, 529. Ab opinione Baronii abit, circa expositionem fidei catholicæ, quam Baronius truncatam esse censet, & a Theodoreto dolo malo falsatam, 514. Quid circa Decretum de prærogativa Sedium, 534. Quo anno putet datam Epistolam *Maximi* Imp. ad *Siricium*, 634.

D

Damasi nomen falso præfixum fragmento Gelasiani Decreti, 534.
Decretum de prærogativa Sedium an a Damaso editum, 534.

E

Epistola Damasi ad Episcopos Illyrici quo anno exarata secundum Constantium, 264.
Ad S. Hieronymum. V. Hieronymus.
Epistola *Maximi* Imp. ad Siricium quo anno data secundum Constantium, 634.

G

Gothofredus, quid emendet in Legibus Theodosianis ad Gracchum datis, 552. An recte, *ibid.*
Gracchus in sua Præfectura Urbana de Christiana religione bene, de Pagana male meretur, 552. Quo circiter anno eam consignet Philippus a Turre, *ibid.*

Hie-

H

S. Hieronymus quo loco & anno Damasi Epistolam acceperit, 469. Quomodo legenda secundum veteres codices, *ibid.*

M

Malela (*Joannes*) quid de obitu Juliani, 169. Quos Auctores in ejus historia secutus sit, *ibid.*
Meletii defensio, 200.

N

Norisius quid de Monte Casio, 73. Imaginem nummi, quam Baronius ad Depanum refert, dicit esse figuram *Orontis* fluvii, 84.

P

Pagius, an omnia recte referat ex Joanne Malela de morte Juliani, 169. Pagii argumenta de anno obitus S. Athanasii diluta a P. Sollerio, 370.
Philippus a Turre quo circiter anno consignet Præfecturam Urbanam Gracchi, 552.
Priscillianus ejusque socii quo anno damnati, 634.

S

P. Sollerius diluit argumenta Pagii de anno obitus S. Athanasii, 370. Quo anno ipse figat, *ibid.* Queia argumentis, *ibid.*
Spondanus defendit Meletium, 200.
Synodica Damasi contra Apollinarem, & Timotheum quo circiter anno scripta secundum Coustantium, 399.

FINIS.

